775

Tertius et quartus tomi Operũ Origenis Adamãtij: quorũ Tertius cõplectitur: post Apologiam explicanda.

Apologia ē responsio, satisfactio, defensio et excusatio

Can: Walsh[illegible]

IEHAN PETIT

Vęnũdantur cum reliquis eorũdem tomis in ędibus Joannis parui: et Jodoci Badij Ascẽsij: Cum gratia et priuilegio regio.

Epiſtola nũcupatoria Jacobi Merlini In Apologiam Origenis.

Iacobus Merlinus Victurnienſis ſacræ theologię profeſſor immeritus, pręſtantiſſimos patres regalis collegii Nauarræ tum virtutibus: tum ſcientia viros in toto orbe celebratiſſimos: Magiſtrum noſtrum Petrum de Valle eiuſdem collegii moderatorẽ pręcipuum: Ma. Ludouicum Laſſere prouiſorem: Cęteroſq; magiſtros & ſtudentes vigilantiſſimos: cũ omni qua poteſt charitate ſalutat.

QVantum authoritatis in ętatibus ſenectus: & in exemplis antiquitas tantum apud nos habere merentur diſciplinæ: pręſertim quæ ab inſigni ſtirpe originẽ ducunt: a bono ſaxo ſcaturiunt: & ab optimo fonte proſiliunt. Cuiuſmodi ſunt illę quę a promptuariis ſenis Adamantii Origenis prodierunt: quę ſub delecto verborum flumine neſcio qđ latens numen, vitęq; ſpiraculum profundunt: quo cunctæ mortalium animæ educatę vitę immortalitatem: boni maliq; agnitionẽ perfacile ſuſcipiunt. Quantũ ſane roboris, atq; decoris inſignia vitę & ſciẽtiæ lingua noſtris progenitoribus olim conferebant: tantũdem præſtitit humanis ſpiritibus illuſtris Adamantii doctrina: quæ cũ ab eius ore cum impetu (velut ex libano aquę) profluerat: facula ardẽs interdũ, gladiuſve penetrans, ſeu fauus diſtillans, aut hortus interdũ varia ſpirans aromata credebatur quo delinitis audientium auribus, cõpunctis cordibus, mentibus quoq; in deum incenſis: homines naturas ſuas obliti: paſſim in deos ſeſe transformabãt. Teſtimonio locupletiſſimo ſunt innumerę vtriuſq; ſexus virgines: inſignes cuiuſcunq; ætatis confeſſores: & rubricati ſuo in ſanguine triumphantes martyres: quos quaſi per manus Origenis ſuſcepit & militans eccleſia pariter et triumphans. & nimirum: quandoquidẽ quod gladius Dauid, & Ionathę ſagitta in allophilos officium: hoc in filios diffidentiæ egit vibratus Origenis ſermo: idola peſſundans: circunciſionẽ profligans: errorum ſeminaria conterens: & ea quæ in hominũ genus naturę hoſtis venena infuderat diluens: cuncta quoq; letalia vulnera ſanans: pupillis, atq; orphanis ſuffragabatur: viduis adiumentum pręſtabat: captiuis ſolatium: martyribus audaciam: virginibus continentiam: cæcis lumen: pœnitentibus patientiam: & delinquentibus timorem, atq; remedium. Qđ (viri patres) demirati inimici homines: in talem, tantumq; apoſtolicum hominem ſęuire: in eiuſq; ſanã ac cœlicam doctrinã (qua nulla ſuperior) debacchari, furere, & vipereo ore inſidiari, latrare, inſurgere pręſumpſerunt: ab eo (vt reor) hoſte edocti: qui (vt inquit Chryſoſtomus) tunc magis efferatur cum viderit maiora virtutis onera compoſita: & cum magnos virtutũ aceruos agnouerit, tunc grauius naufragium ſtudet inferre. Viderunt ſane puteos quos in ſcripturæ agro Origenes foderat: & protinus fœtentia errorum cadauera in eos mittere non erubuerunt. Viderunt ſanctuarium qđ manus Adamantii effinxerant: & ipſum perfodere manu ſacrilega præſumpſerunt. Viderunt optima doctrinę ſemina: quæ dum noſter ſenex vitam ageret in Chriſti agrum ſparſerat: & liuido pectore dum in domino dormit ſordenti zizania deprauantes eneruarunt. Infelix certe hominum genus neſcio quo dente mortui viſcera corrodens: grauem viuenti doctrinæ aculeum infligens: & tunc œſtro acrius pungẽs: laceſſens: feruidam quoq; pugnam incitans: vbi quieſcit doctrinæ author: quem ſuperſtitem nemo ſatis laudauit: differentemq; legis abdita nullus errare comperit. At quantum huiuſmodi perditorum hominũ liuor dedecoris ſuis authoribus cumulet: q̃q; eorum ſacrilegę manus letalia inſanię vulnera ſuis infligãt nominibus: videritis vos viri patres: totuſq; tãdem agnoſcet orbis. Et vbi primum velut argumẽtoſę apes ex delectis graminibus: floribuſq; Adamantii rorem (ambroſia pręſtantiorem) ſuxeritis: inq; veſtræ mentis alueum inſtillaueritis: fient in vobis proculdubio flumina aquæ viuę ſalientis cum impetu in ſitibundas Chriſti eccleſias. Tunc ęmulorũ culpa patebit: conſtabitq; ſolida ſenis Adamantii fides. Cuius cauſam agens vobis R. P. hãc noſtram pro Origene apologiam explorandam offero: ſimilem (quam olim Ioſue & Caleph de terra promiſſionis plebi iſraeliticæ retulerunt) ſententiam expetens: & a vobis expectans: vt ceſſet ſuperueniente agnitionis aurora certamen malignorum ſpirituum contra noſtrum Iacob (Origenem dico) pro quo tria probabiliter aſſerenda cenſui. In primis ꝙ ſancte vixerit: ſecundo ꝙ recte ſcripſerit: tertio ꝙ innocenter vitam humanam concluſerit.

Apologia Ja. Merlini pro Origene.

Prima ſup poſitio.

IAM ꝙ Origenes pie ac ſancte vixerit: facile probauero tribus pręſup poſitis. Suppono eñ primo ꝙ ad bonũ virũ: & ad ſanctã vitã nõ exigitur neceſſario hominẽ eſſe tetragonũ: ſicq; viuere vt nunq̃ a recto viuẽdi ordine excidat: quippe cũ nulli tales aut rari (etſi multi optimorũ virorũ nomina ſortiti ſint) inuẽti fuerit. exemplũ in Adam: qui in ea qua conditus fuerat innocẽtia non perſtitit: in Moyſe qui ęgyptiũ occidit: ĩ Dauid qui homicidiũ adulterio ſociauit: & ĩ aliis innumeris qui aliquã ſuę ętatis portionẽ variis polluerũt criminibus: quos nihilominus ſancte vixiſſe nullus in dubium trahit: traxitve hactenus.

Secũda ſup poſitio.

¶Suppono ſecũdo ꝙ ſicut nõ permittit deus hominẽ tentari ſupra id qđ poteſt: ita nõ permittit hominẽ in aliquod crimen prolabi qui efficaciter non vult cadere: ſed ne cadat omnẽ curam adhibet cum bona animi humilitate: quia facienti quod in ſe eſt, deus non denegat ſuum auxilium.

Tertia ſup poſitio.

¶Suppono tertio Origenẽ nõ aſſeruiſſe aliquẽ / vel aliquos errores cũ propoſito fallendi eccleſiã Chriſti: quia non eſt veriſimile eum qui recte vixit: & alios ad recte viuendum trahere contendit: in tantam fuiſſe prolapſum miſeriam / vt deliberate proximos ſeducere voluerit.

Probatio primæ propoſitionis.

Prima ꝓbatio primæ quæſtionis.

CIs pręmiſſis licet Origenẽ ſancte vixiſſe nõ poſſit euidẽter oſtẽdi: probatur tamẽ via duplici. Prima. Non eſt veriſimile malos procedere filios ex illis bonis parẽtibus qui omnẽ quã poſſunt curã adhibẽt: vt eos quos procrearunt filios bonis inſtituant moribus: & ſanis imbuant diſciplinis: & ad hoc illis de optimis prouidẽt directoribus. Qđ & Origeni cõtigiſſe cõſtat. nã & patrẽ habuit martyrẽ: de quo Euſebiꝰ. vi. eccl'iaſticę hiſtorię ca. i. Leonides Origenis pr̃ pro martyrio Chriſti capite plexus tenerę adhuc ętatis Origenẽ reliquit. & Hieronymus lib. virorũ illuſtrium. Origenes Leonide patre Chriſti martyrio coronato cũ ſex fratribus: & matre vidua relinquitur. Cuius rem familiarẽ ob cõfeſſionẽ Chriſti fiſcus occupauerat. Is vero Leonides nullũ boni ſtudii, atq; rectę diligẽtię gradũ pręteriit in excolẽdo pariter & exornãdo animũ filii: in quo velut in agro feraciſſimo theſaurũ virtutis optimũ recondere: bonarũ diſciplinarũ ſemina ſpargere: & cętera quę ad ſanctã vitã conducũt reponere nõ neglexit: quinimmo pulſis ab eo puerilibus ineptiis: atq; deliramẽtis (vitiorũ ſeminibus) locupletare: & ſpiritus ſancti habitaculũ in puerulo facere ĩſudauit. Qua dẽ re cũ ſe aſſecutũ fuiſſe agnouit qđ valde prius optauerat: totiẽs dormienti puero religioſe: ac ſollicite operimentũ pectoris detraxit: & velut ſpiritu dei intus incluſo pectus eius tanq̃ tẽplũ quoddã ore demulcebat: labiis ſuauiſſime cõprimebat: ſicq; recedẽs beatũ ſemetipſum a deo effectũ pro tantæ prolis felicitate gratulabat vt inquit Euſebius. Inſuper cũ de diuinis voluminibus quorũ ſtudio pater filiũ emancipauerat aliquot ſupra ætatẽ quæſtiones (velut columba Noe oliuę ramũ) Origenes patri referret: pater ipſum increpare ſe ſimulabat: ꝙ tam puerile os & lingua adhuc perfecti verbi expers res tã grãdes tractare pręſumeret: & agricolæ pręcoces fructus nondũ plene excultus agellus edẽdos offerret. Apud ſe hęc omnia nihilominus cõferens maximas quas poterat de tali ac tãta prole gratiarũ actiões deo exoluebat: tacite inquiẽs: O qualis erit cuiꝰ tenella labia vnꝰ e ſeraphin: necdũ calculo altaris eluit: ĩ cuius ore verba ſua dominꝰ reponere dignatus eſt. Quę oĩa ad noſtri Origenis perfectam vitã indicãdam: & ad patris ſui Leonidis laudes ampliandas nõ parũ cõducũt. Sic itaq; Origenis innocẽtiam oſtenſurus procedere ex paternis laudibus ad prolis gloriã mihi propoſitũ fuit: ſuadẽte Hieronymo qui ad Heliodorũ de morte Nepotiani ſic ĩquit: pręcepta eſſe rhetorũ: vt maiores eius qui laudandus eſt: & eorũ geſta altius repetantur: ſicq; ad ipſum per gradus ſermo perueniat: ꝙ videlicet auitis paterniſq; virtutibus illuſtrior fiat.

Secũda probatio.

SEcunda via, ad ſanctitatẽ vitæ Origenis cõprobandam: ſunt illius opera: quæ dum in hac valle miſeriarũ peregrinabatur eũ feciſſe ex variis authorũ ſanctorũ teſtimoniis cõſtat: quæ tãtum ad virtutũ eiꝰ teſtimoniũ faciũt: vt nemo ſit (niſi pertinacis animi fuerit) qui animũ nõ flectat: cor nõ emolliat ad credendũ ſancte vixiſſe Orig. Opera ſane quę dedit illi pater: vt ꝑficeret: ea ip̃a teſtimoniũ de eo perhibẽt: quę ſiquis ignorauerit: doctorũ ſcrutetur ſcripturas: illęq; teſtimoniũ perhibẽt de ip̃o. Nã & de ſemetipſo inquit Orig. homilia quarta ſuper Ezechielem: nihil mihi cõducit martyr pater ſi non bene vixero: & ornauero generis mei nobilitatem: hoc eſt teſtimoniũ eius & confeſſio / qua illuſtratus eſt in Chriſto. Hieronymus ĩ libro de viris illuſtribus. Quãtę aũt glorię fuerit hinc apparet: Firmilianus Cęſareę epiſcopus cũ om

ni Cappadocia eũ inuitauit:& diu tenuit.Et poſt pauca ſequiť. Concurſus quotidie miri ad eũ
fiebant:quos ille propterea recipiebat:vt ſub occaſione ſęcularis literaturę in fide Chriſti eos in
ſtitueret. Et idem ĩ apologia quã ſcribit ad Pãmachium & Oceanũ de Orig.loquens inquit.Ma
gnus vir ab infantia,& vere martyris filius, Alexandrię ſcholã tenuit ſuccedẽs erudítiſſimo vi
ro Clemẽti preſbytero:voluptates intantũ fugit:vt zelo dei(ſed tamẽ nõ ſecundũ ſcientiã)fer
ro truncaret genitalia:calcauit auaritiã:ſcripturas memoriter tenuit:& in ſtudio explanatiõis
earũ diebus ſudauit ac noctibus:mille & eo amplius tractatus quos ĩ eccleſia locutus eſt edidit:
innumerabiles preterea cõmẽtarios quos ipſe appellauit Tomos. Aymo in libro de chriſtianarũ
rerũ memoria ſic inquit.Ego ſane de Origene viro tam illuſtri:abſtinẽtiſſimę vitæ & caſtiſſimę
pręclarę doctrinę:puri & lucidi ſermonis(ſalua patrũ fide)dixerim ꝙ hęc omnino nõ ſcripſit.&
pręterea Euſebius libro ſexto eccleſiaſticę hiſto.Et ſi quidẽ velit quis omnẽ vitã viri huius litera
rũ tradere monumẽtis:certũ eſt ꝙ tãta ſunt de eo:ac talia:quę propriũ de eo requirãt & opus et
otium.Et ſequiť poſt pauca.Cuius geſta ſi res patereť,etiã ex ipſis cunabulis digna mihi videre
tur poſteritatis memoria:innumera quoqꝫ alia ꝑnominatus de eodẽ Orige.fert teſtimonia in vi
ta Orig.Inſuper Pãphilus martyr in apologia ſua de eodẽ ait. Honore preſbyterii ĩ eccleſia præ
ditus fuit:vitã abſtinentiſſimã egit:& valde philoſophalẽ:ꝙqꝫ puræ religionis obſeruauerit di-
ſciplinã:& prę cęteris verbo dei:& doctrinę operã dederit:dubiũ nõ eſt ex his ꝗ ad nos laboris et
ſtudii eius certiſſima deſignãtur indicia:pręcipue vero ꝑ eos tractatus quos pene quotidie ĩ ec-
cleſia habebat ex tẽpore:quos & deſcribẽtes notarii ad monumentum poſteritatis tradebãt.Cui
autẽ hæc teſtimonia nõ ſufficiũt:legat ꝗ egregia de Origene Platonicus ille Porphirius ĩ libro
tertio aduerſum chriſtianos ſcripſerit:legat Pãphilũ: Didymũ: Rufinũ:Picũ Mirãdulã:& alios
recẽtes:& veteres pene innumeros.inter quos numeratur.M.Ant.Sabellicus qui inquit.Orige
nes decimo Seueri anno inſectatione ĩ Chriſtianos viros mota patrẽ amiſit:quẽ ipe adoleſcẽs eſt
ad martyrium hortatus:domeſtica inopia grãmaticẽ docuit:vt matri viduæ & fratribus victũ
quęreret:nulla fuit lingua:nullũ literarũ genus qđ Origenes nõ calluerit.Potus & cibi parciſſi
mus:Chriſti paupertatem imitatus plures annos nudis ambulauit pedibus.Multi huius ductu
Chriſtũ confeſſi martyriũ adepti ſunt.Quapropter multi toto orbe celebratiſſimi viri tãtas in
vno homine virtutũ pręrogatiuas agnoſcẽtes:vicarias amicitias cũ eo cõtrahere conati ſunt.In
ter quos referre dignũ cẽſui Alexandrũ Hieroſolymorũ antiſtitẽ qui ad Origenẽ in hũc modũ
ſcribere nõ dedignatus eſt. Hoc.n.& volũtatis dei fuit ſicut ipſe noſti:vt amicitię quę mihi a pa
tribus fuerũt inuiolatę durareť:imo vero & ardẽtius:ac robuſtius augerẽtur. Patres autẽ noui
mus beatos illos qui nos ꝑceſſerũt:ad quos paulopoſt etiã nos abibimus.Panthenium dico dñm
meũ vere beatũ:& ſanctũ dñm meũ Clemẽtẽ:q me ĩ multis inſtruxerũt.Sed & aliq alii tales ſunt
per quos etiã te cognouimus virũ ꝑ cũcta egregiũ & dñm & fratrẽ.hęc qdẽ ita ſe habẽt.Cæterũ
ſynodus epiſcoporũ Cypri celebrata ad inſtantiã Theophili,vitã Origenis cõſyderans ei nullo
modo derogare auſa fuit teſte Caſſiodoro lib.x.tripertitę hiſto.ca.xi. Innumeri deniqꝫ homines
martyrii palmã ipſo duce cõſecuti ſunt:quos referre mihi prolixũ,vobis vero tędioſum foret:in
ter quos annumeranť Plutarchus:& Heraclas eiꝰ germanꝰ:Serenꝰ:Heraclides:Heros:Neophi-
tus.Itẽ aliꝰ noĩe Serenꝰ:Heracla cathecumina:Potamiana fœminarũ famatiſſima:& ĩſignis mo
rũ claritudĩe Barbara.Greg.quoqꝫ Põticꝰ de quo multꝰ ſermo ĩ vniuerſo orbe terrarũ:cũ audiſ
ſet Orig.doctrĩa:& moribus illuſtrẽ ad eũ ꝓficiſciť:a quo verã phĩam eruditꝰ ad patriã remeãs
pluria ſigna fecit:lãguores curauit:dęmones expulit:paganos quoqꝫ ĩnũeros verę fidei ſubiuga
uit.ꝗ oĩa diligẽter attẽdere opus ẽ:vt illiꝰ ꝓbitas ĩnoteſcat:q vſqꝫ ad fores palmę martyrii cũ ad
martyriũ lęte ſubeũdũ martyres hortareť ſeſe frequẽt ĩiecerit:vñ ꝑmiũ ꝑmiis martyrũ ęq̃le pu
to meritꝰ ſit:iuxta illđ Aug.ĩ li.de bo.cõiu.Nõ eſt ĩpar meritũ martyrii ĩ Ioãne q paſſꝰ nõ ẽ:& ĩ
Petro q paſſus ẽ.Ex qbꝰ oĩbꝰ relictis aliis cã breuitatis allegatiõibꝰ ſatis cõſtat veritas pric̃ꝓpoſi
tiõis.ſ.ꝙ ſcte vitę fuerit Origenes Adamãtiꝰ:& ꝙ lꝫ ñ paſſꝰ ſit ſenex,palmã tñ martyrii ñ amiſit.

¶Probatio ſecundæ propoſitionis.

Probatio ſecundę propoſitionis.

PRo veritate ꝓpoſitionis ſecũdę. Q̃ꝫꝗ vt habeť ĩ tit.de ꝓpoſitionibꝰ.c.cũ cõtra
et ĩ glo.c.ad noſtrã(vbi diciť ꝙ ſacerdotes:& clerici Dacię ꝑ legẽ regni admit-
tunť ad ꝓbandũ negatiuã)volẽs ꝓbare negatiuã directe nõ ſit admittẽdus:cũ
negãtis factũ per rerũ naturã nulla ſit directa ꝓbatio:Nullo tñ iure ꝓhibeť ne
gatiuã ꝓbãdã eſſe indirecte. Quapropter cũ multi aſſeuerẽt Origenẽ peſſime
erraſſe in multis:ſupereſt oſtendere illa peſſima errata non fuiſſe illius:& cum
luce clarius ſit intuenti/ diligenti ſtudio eius ſcripta : in variis paſſibus oppoſita illorum errato

rum ipſum affirmaſſe:relinquitur ꝙ falſo ſibi aſcribatur ab eius ęmulis ad eneruationem glorię
quã ex tantis & tam luculenter ſcriptis iure ſibi author vendicat. Ad qđ faciendum tres articu
los probare ex ſanctorum patrum authoritatibus conſtitui. Primus eſt ꝙ maximę authoritatis
fuit doctrina Origenis apud veteres(etiam ęmulos). Secundus: ꝙ nulla falſa veris ſcribẽdo mi
ſcuit Origenes. Tertius: vnde proceſſerit ꝙ ſcripta tanti tamꝙ ſancti patris tot erroribus pro
phanata:& polluta fuerint blaſphemiis.

Articulus primus.

QVãuis ante nos multos ſanctos patres multa ſcripſiſſe vnicuiꝙ cõpertũ ſit:nulliꝰ tamẽ
ſcripta ardẽtius amplexata ſunt his quę a prõptuariis ſenis Adamãtii viri vtiꝙ apoſto
lici ꝓceſſerũt: & quẽadmodũ argumẽtoſę apes delectos flores diligẽter inueſtigãt:& ſtu
dioſiſſime ꝑquirũt:ſuper quos(cũ inuenerint)reſidẽt:donec cõficiendi faui materiã ſuſcepe
rint:ita omnis illa veterũ ſanctorũ patrũ ſylua per agmina ad emporium optimarũ merciũ no
ſtri Adamantii ſedula confluxit:vt eũ doctrinę panẽ quẽ(velut nauis inſtitoris)de longe Orige
nes attulerat multo ęre cõpararet. Et cum(authore ſuperſtite)nunq̃:aut vix cuiuſq̃ ſcripta:vel
geſta placuerint:nulla tamẽ hominũ familiaritas doctrinę Adamãtii detraxit:quinimmo multã
famã:multã gloriam:admirationẽꝙ illi contulit frequẽs hominũ conuictus:inſuper ſicut nulla
hęrbarũ:arborũ fructuumve vis:& natura tam ſolida:tãꝙ ꝑmanẽs conſpicitur:quæ nõ longo
vſu ꝑeat:ita multorũ authorũ doctrinę multiiugę cũ tẽpore pretereunt:vt interdũ cõmunis
et idẽ ſit authoris:& doctrinę gloria:interitus:& finis. verũ enĩuero geſtorũ:ſcriptorũꝙ Orige
nis inimica nõ fuit pſentia. Dictãs nãꝙ atꝙ ediſſerẽs laudatore nõ caruit:& qui dũ viueret ver
bo pariter & exemplo gloriã floccifacere admonuit:glorioſus ſemꝑ euaſit:famã exhorruit: lau
dẽ exoſam habuit:ſed ouans gloria ſpernentẽ amplectitur:morientẽ quoꝙ fama grandis ſequit:
quę ſemꝑ viuere inchoat vireſꝙ aſſumit eundo. Hanc igit immortalẽ doctrinę Origenis virtu
tẽ oculatiſſime ꝑpẽdentes ſancti patres(velut q libẽter vino vtũtur vetere:veteres quoꝙ ĩſpe
ctãt fabulas)toto aĩo ad cõquirẽdos codices quos Adamãtius viuẽs dictauerat anhelant:cõqui
ſitos auare retinẽt:amplexantur: donec liberali manu mors nepotibus cuncta miniſtrat. Cęterũ
quę non tantũ laudatore:ſed etiã lectore carere voluiſſent:neſcio quo ducti ꝓpoſito huiuſmodi
patres ipſimet nõ laudare nõ poſſunt:quorũ verba ad cumulũ laudũ doctrinę patris cuius cau
ſam agimus adducere optimũ fore cẽſui. Procedat igit ĩ primis Hieronymus ĩ mediũ:cuius ver
ba in pfatione cãtici cãticorũ hæc ſunt de Origene loquẽtis. Cũ in cęteris explanationibus alios
ſuperauerit ĩ hoc ſeipſum ſuperauit:& de ipſo illud verificat:introduxit me rex ĩ cubiculũ ſuũ.
Et alibi imitari volẽs ex parte Origenẽ ĩquit:Quẽ poſt apoſtolos eccleſiarũ magiſtrũ nemo niſi
imperitus:negat. & alibi. Origenes tãto ſcripturarũ labore ſudauit:vt iuſte nomẽ Adamãtii ãc
ceperit. & poſt pauca hęc ſubiũgit. Quis vnq̃ tãta legere poteſt:quãta ipſe cõſcripſit? & pro hoc
labore qd accepit pmii: dãnat a Demetrio epiſcopo exceptis palęſtinę & arabię & phœnicis atꝙ
Achaię ſacerdotibꝰ:in dãnationẽ eius cõſentit vrbs Romana:ipa cõtra hũc ſenatũ cogit:nõ pro
pter dogmatũ nouitatẽ:nõ propter hęreſim(vt nũc aduerſus eũ rabidi canes falſo ſimulãt)ſed
quia gloriã eloquẽtię eius:& ſciẽtię ferre nõ poterãt. Hoc quare ſcripſerim:& ad pauperis lucer
nę igniculũ cito:ſed nõ tãto ſermone dictauerim poteſtis ĩtelligere ſi Epicuros:& Ariſtippos co
gitetis. Quę verba ſi ſedulus lector diligẽter inſpexerit:ex eis facile agnoſcet quãtę authoritatis
eſſent apud Hieronymũ ſcripta Origenis:& q qualeſꝙ ad maledicendũ hoĩes eũ impulerint. In
ſuper Chryſoſtomus(vt habet in lib. x. tripertitę hiſtoriæ)q̃tũcunꝙ a Theophilo Alexandriæ
epiſcopo:& Epiphanio cõſtantinopolitano:& a Synodo epiſcoporũ Cypri cõgregata rogatꝰ:vt
cõtra Origenis doctrinã ſe ſubſcriberet:noluit:quĩimmo ꝓhibitus a lectura eiuſdẽ minime de
ſtitit:ſed ſemꝑ & legit: & docuit. Theotinus vero ſcythiæ pſul vir famatiſſimus:ſic reſpondiſſe
fert Epiphanio hortãte eũ:vt ſubſcriberet ſe cõtra Origenis doctrinã:Ego o Epiphani eiꝰ q du
dũ bene requieuit iniurias nõ fero:neꝙ rem blaſphemã tẽtare pſumo:dãnãs ea quæ noſtri prio
res reſpuere noluerunt:nã neꝙ malam doctrinã in eius libris eſſe conſpicio:& qui illi iniurias in
ferunt:neſciunt ſemetipſos. Athanaſius autem defenſor Niceni cõſilii cõtra Arrianos teſtẽ ſuæ
fidei Origenem appellat:ſuos libros libris illius coniungens. Methodius pœnituiſſe legitur: ꝙ
Origenis ſcripta interdum dãnauerit:tradit eñ eum nihil male ſenſiſſe:pręcipue de ſancta tri
nitate:nec in eo aliqua mala ſe inueniſſe fatetur. Euſebius. vi. enarrationis euangelicæ inquit:ob
tinebat autem hic:vt non ſolum in verbo eſſet ei ꝑfecta doctrina:verũetiam in opere conſum
matę diſciplinæ pręebebat exempla:& dicebatur(vt aiunt)de eo:qui hic eſt:qui quale habet ver
bum:talem habet vitã:& qualem habet vitam tale habet & verbum:quoniam quę docet agit:&
quæ agit hęc docet! Rufinus pterea preſbyter Aquilegieñ. in pręfatione in lib. Peri archon Ori

genis ait. Non ęquis eloquentiæ viribus tanti viri ornare poſſumus dicta: vnde vereor ne vitio
meo id accidat: vt vir quē ille alterū poſt apoſtolos eccleſiæ doctorē ſcientiæ: & ſapientiæ merito
comprobauit: inopia ſermonis noſtri longe ſe inferior videatur. Quę omnia (mea ſentētia) Ori
genis doctrinam probatiſſimā: abſolutiſſimā: & ab hęretica prauitate prorſus alienam ſatis indi
cant: atqꝫ demonſtrant: & qui ſibi perſuadere tantis: tamqꝫ ſolennium patrum teſtimoniis non
valet: Pamphili martyris apologiam: Didymi: Mirādulę: Rufini: & aliorū plurium ſentētias in-
quirat. Interim vero memorandum cenſui ꝙ ſtudioſe & ſedule viuentem Origenē audire contē
derint ſublimes perſonę: dū per vniuerſum orbē doctrinæ eius fama promulgaretur. Occurrit
in primis venerabilis ille Firmilianus Cappadocū epiſcopus per omnia magnificus: qui tantum
venerationis erga Origenis ſcientiam: & doctrinā habebat: vt indeſinēter cogeret eum ſecū mo
ram agere: & interdū propria relicta eccleſia ad ipſum properabat. Alexander etiā Hieroſolymo
rum Antiſtes priuſꝙ in eū coniuraret: & Theotiſtus qui apud Cęſaream moderabātur eccleſiā
ad audiendū Origenē omne tēpus vitę ſuę emancipabant: atqꝫ ipſi ſoli in diuinis ſcripturis & ec
cleſiaſtica doctrina ſummā magiſterii concedebant. Māmea vero authoribus Euſebio: Didymo
et Oroſio: Alexādri imperatoris mater cū de Origenis doctrina magnifica vbiqꝫ celeberrima au
diſſet: ſummo niſu geſtire cœpit quatenus ſibi eius pręſentia fieret: vt in literis: in fide: in ſermo
ne: in prudētia: omniqꝫ doctrina quā cunctis in admiratione eſſe cernebat per ſemetipſam ſume-
ret documēta: cum omni honore: & ſupplicatione ad ſe tanꝙ vere diuini verbi interpretē, famu
lūqꝫ dei orat venire. Deniqꝫ diua Barbara generis nobilitate pręclara virtutūqꝫ pręmiis præcla
rior agnita ſapientiſſimi viri fama idolorum vanitatē veritate cōfundens: apertiſqꝫ indiciis ſcin
tillam luminis fidei per vniuerſi orbis partes longe lateqꝫ cōmunicans, hoc ſcripto eum cōuenit
Viro Alexandrię nobilitate animi longe lateqꝫ conſperſo Origeni Barbara Nicomedię tua an-
cilla. Ob feruorē deſyderii mei accepi te diuinitatis oſtenſorē: ad cuius notitiā peruenire concu
piſco, quare famę tuę tumultu percuſſa ſupplico quatenus diſcutere digneris noctē ignorātiæ:
chaos confuſionis ab ancilla tua: & indicare ſolem iuſtitię lumēqꝫ diſcretionis. Quis igiť nunc
ita incōſyderatus: qui doctrinā Origenis ſuſpectā aſſerere pręſumpſerit? Quis eius dogmata hę
retica prauitate polluta, eo authore aſſeuerauerit? Nemo ſane ſapiens: nemo vtiqꝫ iuſtus: quādo
quidē tam inſigne: florēs: & expolitū ſit eius orationis genus: tantiſqꝫ diuinorū ſenſuum refertū
myſteriis: vt qui recto oculo ſola percontandi, atqꝫ cognoſcēdi gratia ipſum ſemel decurrerit: ſe
in nōnulla cęleſtia putet cellaria introductū: ſeu paradiſiacas tractare delitias: vnde cūctarū vir
tutū ſumat ſpecimina: ſcientię quoqꝫ: & vitę inſignes flores colligat. Verū hi qbus innata eſt ob
trectādi libido: dū pollutis manibus ſanā hāc doctrinā cōtrectāt: ex integro mutilū: ex puro ſor
didū: ex ſano mortiferū faciūt: & puerorū mores imitati tanꝙ in fontes caſtalios expuūt: excreāt
olentes taxos: erucas: grauesqꝫ cicutas virgineis miſcēt liquoribꝰ: fautoresqꝫ ſcelerū ſunt: corru
ptoresqꝫ doctrinę: qui multa errorum ſpicula in pios mores acuunt: itaqꝫ decipiūt vulgus: mala
quoqꝫ plurima tractant. Sed ſi mihi Hieronymū obieceris: qui & maledicit Adamātio: cęteroſqꝫ
ad maledicēdū acuit: Hieronymū excipio: Hieronymū quoqꝫ demiror: qui ad Vigilātiū ſcribēs
gloriať: inquiens: Per me latini oīa Origenis bona agnoſcūt: & ignorāt mala. qđ ſi recte dixerit:
quis igiť his quæ nobis de Origene Hieronymus dedit tot errata ſupſeminauit? Rurſus quomo
do is hæreticať: quē idem Hieronymus ſuis in pfationibus alterū poſt apoſtolos eccleſiarū ma-
giſtrū pręedicat? quis etenim aliquādo hęreticus potuit eccleſiarū magiſter ab eccleſiæ magiſtro
nūcupari? pręſertim cuius tot opera legiſſe ſe gloriať (neſcio ſi obtrectandi: an diſcēdi promotus
deſyderio). Cui tanꝙ eccleſiaſticę regulę innitēs papa Gelaſius. xv. di. c. Sacroſancta, iquit: illa ꝗ
Hieronymus nō repudiat legēda ſuſcipimus: reliqua vero cū authore ſuo renuēda decernimꝰ:
qui vtinā hæc decernēs maturius proceſſiſſet vocatis & adiuratis ad hoc teſtibꝰ omni exceptio
ne maioribꝰ. Hieronymū vero adiuraſſe nemo cōpertus eſt: niſi forte illi inſignes fratrū īſidiato
res (Theophilū / Pāmachiū / Oceanū dico) qui pręmemoratū patrē (velut Balaac Balaam) ad ca
lūniandū accerſiuerunt / impulerūt: qđ ꝙ recte egerint teſtis eſt tribunal dei coram quo res eius
acta / diſcuſſaqꝫ patuit. Cæterū quis aliquādo ęquus cenſor ad vnius hominis vocē de morte / de
vita / deqꝫ perenni opprobrio contra hominē cedro celſiorem ſentētiam tulerit? Rurſus qđ omēs
tangit ab oībus debet approbari. Illā vero Gelaſianā ſentētiam innumeri paſſim reprobant: talē
et ſimiles pontificū ſanctiones arūdineos baculos autumātes: & nullius roboris niſi vniuerſalis
eccleſię ſuperueniat approbatio. ¶ Item iure cautū eſt ca. Cū clamor: de teſt. illos teſtes rurſum
examinandos qui obſcure in perniciem alterius depoſuerūt. Quis aūt vnꝙ obſcurius depoſuit
Hieronymo: qui Origenem / Origeniſqꝫ doctrinā nemine ipellēte effert ſupra ſydera? impulſus

vero vix eũ inferno dignũ ęſtimat?Cũ itaq; his rebus tanq̃ probabilibꝰ inhęrendũ putet Ariſto-
teles:quas ſiue oẽs/ſiue plures/pauci ve ſapiẽtes tales iudicãt: cõcludo longe ſatius eſſe cũ Pam
philo martyre/Didymo/Aymone/Rufino:& aliis pluribꝰ ſemp de Origenis doctrina recte ſape
re:q̃ inique. Nec iuſtũ eſt hoc reſpuere:qđ viri maximi ſũmo ſtudio olim cõquirere ſudauerũt.

Secũdus articulus oſtẽditur.

MVltos ante nos paſſus eſt obtrectatores noſter Origenes: nec dubito qn poſt
nos illorum priſcorũ obtrectatorũ ſeminaria inſurgant aduerſus dominũ:&
Chriſtũ eius:ad perdendã ſapientiã eccleſiarũ fotricem:qui venenũ aſpidum
geſtabũt in labiis ſuis:ſepulchrũ quoq; patens erit guttur eorũ ad excreandũ
fœtẽtia errorũ ſputa.quos puto leuiathã ob id cõſurgere inſtigabit vt cũ allo
philis aquarũ viuẽtiũ puteos ĩpleant:reſtaurationẽ ciuitatis eccleſiaſticę ĩpe-
diãt:rixãdoq; fœtũ pręgnãtis(id eſt aĩę ſanctũ ꝓpoſitũ)perimãt:vt ſemp ter-
ra remaneat ſterilis:eccleſia ſit miſera/deſolata/infelix:& Chriſtianorũ animę infœcũdę.Quibꝰ
ſi quiſpiã reſiſtere cõtẽderit ſummi Herculis manũ exploret: gladiũ Dauid vibret:& ſummi iu
dicis opem inuocet opus eſt:vt renaſcẽtia pręſcindatur hydrę capita:& ædificiũ eccleſiaſticum
augmentũ ſuſcipiat.Interim vero demirari nõ ſufficio quis tam ineruditus:qui Originẽ putet
ſuam erroribus maculaſſe doctrinã: & eam quã ſummo ſtudio & vigilãtia(velud Prometheus
ignem)ab ęthere ſapientiã traxit, obſcœnis polluiſſe ineptiis:quãdoquidẽ nõ niſi prius inuoca
to humiliter numine ad explananda ſcripturę myſteria procedere audeat.Teſtes ſunt ipſius ho
milię in quarũ limine humilis ad deũ ſemp lucet ſupplicatio:inter quas ſi quiſpiam ſecũdã poſt
Ezechielem inſpexerit quas cũ hęreticis amicitias cõtraxerit facile perpendet. Idem ſuper Lucã
conqueritur de calũniantibus qui eũ aliqua aſſerere: quæ nunq̃ ſenſit criminãtur:inquiẽs:Alii
vero tractatus noſtros calũniantur:& ea ſentire nos criminãtur quæ nunq̃ ſenſiſſe nos nouimꝰ
Amplius Homilia.vi.ſuper Lucã inquit.Ego vero quia opto eſſe eccleſiaſticus/& nõ ab hęreſiar
cha aliquo ſed a Chriſti vocabulo nũcupari/& habere nomen qđ benedicit̃ ſuper terrã: & cupio
tã opere q̃ ſenſu & eſſe & dici Chriſtianus:ęqualẽ & in veteri & in noua lege quęro quęſtionem.
¶Item & libro primo peri archon.Illa ſola credenda eſt veritas quę in nullo ab eccleſiaſtica tradi
tione diſcordat.Et in eodẽ libro hortat̃ nos prędicationes apoſtoloꝝ ſeruare.Seruetur(inqt)ec
cleſiaſtica prędicatio p ſucceſſionis ordinẽ ab apoſtolis tradita:& vſq; ad preſens in eccleſiis per-
manẽs.Et in epiſtolis cõquerit̃ his verbis.Quidã eorũ qui libẽter habẽt criminari ꝓximos ſuos
aſcribũt nobis & doctrinę noſtrę crimẽ blaſphemię:qđ a nobis nũq̃ audierũt: de quo ipſi viderit
nolẽtes obſeruare mãdatũ illud:qđ dicit̃:qa maledici regnũ dei nõ poſſidebũt.Et cũ apud Ephe
ſum quẽdã hęreticũ nõnulla ſibi falſa aſcribẽtẽ acceſſiſſet his q in Epheſo erãt purgationẽ ſui ꝓ
ferre nõ diſtulit.Idẽ inſup de diabolo cõquerẽs ait.Mihi ipſi q in eccleſia p̃dico laqueos ſępe ten-
dit:vt totã eccleſiã ex mea cõuerſatiõe cõfundat:ſicq; hi q ſunt ĩ medio oppugnant̃ ab inimico:
vt p ruinã vnius hoĩs q̃ cęlari nõ poteſt multi corruãt.Porphiriꝰ magni Platonis ſectator: cũ ni
hil ĩ cõmẽtariis Origenis carpẽdũ inueniſſet qđ poſſet criminari:in cõuitia & maledicta os con
uertit.qua de re nõ immerito Athanaſius Origenẽ teſtẽ fidei ſuę facere cõſtituit:& Aymo ea er
rata quę Origeni ĩputant̃,cõficta,maligne cõſcripta,& nomini Origenis p̃titulata ab hęreticis
aſſerit ob p̃clarũ nomẽ eiꝰ offuſcãdũ. Et Methodius Licię Olympi ciuitatis epiſcopus poſt mul
tas criminatiões quas Origeni ĩtulerat pœnituit:& ſe(nemine impellẽte) retractauit:hac itaq;
(vt puto)ratiõe pmotus:qa oĩs illos errores doctrinæ Origeni:& eidẽ falſo aſcriptos ab hęreti-
cis agnouit.Qđ vt nobis ſicut & Methodio eluceſcat: vnũ ex p̃cipuis aſcriptitiis ſibi erroribus
referre:& ſanę religioſęq; doctrinę cõtrariũ apertiſſime indicare ex ipſis quę ĩ ſuis extãt operibꝰ
operę pretiũ eſt:ex quo ſufficiẽter cõcludendũ puto cęteros oẽs errores ab eius doctrina alienos
queadmodũ & illũ falſo ipſi fuiſſe aſſignatos.De aliis vero q̃ recte,q̃ vere,q̃ catholice,q̃q; irrep-
hẽſibiliter ſenſerit,ĩ Apologia Pãphili martyris beneuolꝰ lector agnoſcet.Dogma de reparatio-
ne dęmonũ & dãnatorũ in qđ putãt Origenẽ declinaſſe ex multis eiuſdẽ dictis refellit̃: nã & pri
mo lib.peri archon.cap.vi.ſic inqt.Qz ex vno prĩcipio qđ ſupra diximꝰ delapſi ſunt in tantã in-
dignitatẽ: ac malitiã: vt indigni habiti ſint inſtitutiõe hac:vel eruditione qua p carnẽ humanũ
genus adiutorio virtutũ cæleſtiũ inſtituit̃:atq; eruditur:ſed ecõtrario.Rurſus ſup Ezechielem
Homilia.xiiii.ait. Angelos non cuſtodiẽtes principatũ ſuum:ſed deſerẽtes propriũ habitaculũ
ſuum in iudicio magnæ diei vinculis ſempiternis ſub tenebris ſeruabit.Homilia.xiiii.ſuper Ie-
ſum Naue exponẽdo quomodo multi reges congregati ſunt contra Ioſue:cui dicit dominꝰ:Ne
verearis a facie eorum:quia craſtina die hac hora reddam eos in manus tuas: video(inquit)q;
hodie non poſſumus illos opprimere: nec cunctos interficere: ſed craſtino perimẽtur:id eſt poſt

conſummationē huius ſęculi.tunc enim omnis virtus cōtraria deſtruetur:& tūc penitus vince
tur:cū videris iis qui a ſiniſtris ſunt dici:Ite in ignē ęternū quē pręparauit deus diabolo & ange
lis eius.Idem aſſerit Homilia.xiiii.Numerorū exponendo illud:Rogabāt dominū ne torqueret
eos ante tēpus. Idem libro.v.in explanatione epiſtolę ad Romanos aſſerit allegās epiſtolā Iudæ.
Q; ſi inęternū puniēdos eos aſſerit: & igne ꝑpetuo affligi:ergo nō aſſerit eos tandē liberari.Inſu
per his verbis lib.v.pręfatę explanationis vtitur exponēdo illud Pauli.Mors illi vltra nō domi-
nabitur. Vnde miror,quoſdā cōtra hāc euidētiſſimā Pauli ſententiā velle aſſerere ꝙ in futuris
iterum ſęculis,vel eadē,vel ſimilia neceſſe ſit pati Chriſtū vt liberari poſſint etiā hi quos in prę-
ſenti diſpēſationis eius medicina ſanare nō potuit: aiunt enim nunquid poteſt eſſe ſęculū aliqđ
in futuro vbi neq; boni aliquid,neq; mali agatur:ſed ſtupeāt res,& maneant ꝓfunda ſilētia?Rur
ſus exponēdo illud Pauli:Nunquid ſic offenderūt vt caderēt:inquit.Iſrael ſaluus fiet.Iſtius au-
tem qui de cælo cecidiſſe dicitur:nec in fine ſęculi erit vlla cōuerſio.De dānatis idem ſentit ſu-
per Eſaiam exponēdo illa verba:Reſurgēt hi qui ſunt in ſepulcris:inquiēs. Meliꝰ eſt ergo dicere
ꝙ oēs quidē reſurgemus:vt & impii veniant in illū locum vbi fletus eſt,& ſtridor dētium: & iu
ſti vbi recipiēt vnuſquiſq; in ſuo ordine ſecundū meritū bonorū geſtorum ſuorū cum tranſfor-
mabitur corpus humilitatis eorū. Itē Homilia.xviii. Numerorū ſic inquit:Si anima nō habeat
virtutes nō veniet caro neq; anima ad hæreditatē: ſed ſolū ad iudiciū illius qui poteſt animā &
corpus perdere in gehennā.Item Homilia prima ſuper Ezechielem exponēdo illud Reſtituetur
Sodoma:per Sodomā peccantē animā intelligēs: culpat aliquos ex Hebręis aſſerētes Sodomā ali
quando reſtitui.Item in expoſitione pſalmi.xxxvii. hortatur peccatorē vt hoc in ſęculo ſe prępa
ret ad flagella:ne ignibus ęternis reſeruet:ex quo notum eſt ignē æternum ſecūdum eius ſentē-
tiam fore.Deniq; ſi quis deſideret ſcire q̄ timorate Origenes de gehenna fuerit locutus:librum
Ioſue legat vbi eam cōparando diuerſis locis terrę promiſſionis infert:Vtinā ea quæ diximꝰ nō
videremur temere:& periculoſe dixiſſe.Et in libro peri archon vbi de conſummatione loquitur
inquit.Quæ quidem a nobis etiā cū magno metu,& cautela dicuntur diſcutientibus magis &
pertractantibus:q̄ pro certo ac definito ſtatuentibus. vnde q̄ apertū ſit Origenē affirmare per-
ditarum creaturarū reparationem nunq̄ fiendam:ſagax lector puto ſatis intelligit. Ex quo con
cluditur q̄ religioſe : q̄q; irreprehenſibiliter Origenes ſapuerit in aliis in quibus eum inſigni-
ter erraſſe imperiti,& inerudit homines autumant.

Articu.iii. PRo tertio articulo:q̄uis multas calūniantiū machinationes in fœdandis ſcri-
ptis Origenis in mediū proferre expediret:tres tamē dūtaxat vias ꝑ quas va-
riis erroribus eiuſdē patris ſcripta cōtaminare impii moliti ſunt,aperire nūc
oportet:per quas puto ſicut in moderna noſtra volumina ita & in ſcripta Ori
genis ad oculū vitia innumerabilia illata ſunt.Prima via fuit ſcribentium:&
interpretū imperitia:qui eo dictante verbū pro verbo:ſententiā pro ſententia
interdū ſuſceperunt.Multa ꝓculdubio legens & prędicans ediſſeruit:quę imperiti notarii colli
gere deſudarunt : ſed cū calamus nō ea qua lingua dictātis velocitate moueretur:diſiungūtur
ſententię:prętereūtur verba:cōmutatur in errorē veritas:pullulat iniquū germen: naſcitur vi
tium:& ſic innocuo dictatori ignara ſcriptorū manus crimen imponit:multaq; aſcribit ſacrile-
ga.Et ꝙ huiuſmodi ſuorū verborū extēporaneorū collectores Origenes nactus ſit: prima homi
lia ſuꝑ Lucā lector agnoſcet.¶Porro multa ſub dubio ſcribēs reliq̄rat:quę ablato dubietatis vo-
cabulo:ipm ſui interp̄tes indubiū aſſertorē eorū quorū cōtraria ſanciuit eccleſia faciūt.Hinc in
ter eiꝰopera plures nouelli errores additi:huiꝰrei fidē pręſtāt locupletiſſimā:inter quos eſt aſſer
tio aīationis ſtellarū:& dogmatizatio correctiōis bonorū angelorū in iudicio ꝓ nobis:vt nō au-
deant oculos ad deū attollere:pollutio Marię in partu:vt purificatione indiguerit. Itē & iuſtos
quoſq; per ignē trāſituros:& peregrinatio ſpiritꝰ ad deū cū dānatur aīa:cū aliis plurimis ſimili-
bus. ex q̄bus cōpertū habeo alios veteres errores antiquos ſuſcepiſſe authores:ſicut ii recentes
nouos calūniatores menſurā malitię patrū ſuorū in fœdādis innocui hoīs operibꝰ ſuſceperunt.
Quis etenim illos priſcos calūniatores q expugnādi Origenis ꝓuinciā ſuſceperūt:tā turpia er-
rata autumaret pręteriiſſe:quę cęcutiēs agnoſceret pariter & exhorreret?Illos dico q in effodiē
dis/ſubruēdiſq; actis Adamātii,vires animi oēs explicuerūt.¶Secūda via.Contigit quondā plę
roſq; hæreticos inſudaſſe:vt ſuis erroribꝰ quos paſſim ſpargere cōtendebant,auctorē inſignem
et fautorē cōquirerēt:& vt ſui voti cōpotes efficerent:Origenis noīe abuſi ſunt:patronū ſui er
roris ꝑ librorꝫ eiuſdē corruptionē aſſecuti. Qđ & Petro ꝑ pſeudoeuāgeliū:& Paulo per pſeudo

epiſtolam falſo nuncupata eorum nominibus cōtigit. Mattheo itē euangeliſtę: cui authore Hieronymo ad Cromatiū & Heliodorū nōnulli librum de ortu & natiuitate virginis & infantia ſaluatoris aſcribere pręſumpſerūt: inquiētes libellū literis obſignatū manuqꝫ euāgeliſtę cōſcriptū. Clemēti etiam apoſtolorū diſcipulo: Clementi & Dionyſio Alexādrię pręſulibus: Hylario Pictauenſi: & Cypriano martyri: quibꝰ hęretici falſos libros aſcripſerunt: vt ſeminādorum errorum occaſiones ampliores ſuſciperent. Et ſimilē peſtem ſe paſſum Origenes variis ſuis epiſtolis conqueritur: quarū tenorem Rufinus in fine quartę partis præſentis operis refert. ¶ Tertia via. Cū creſcente Origenis gloria in eccleſiæ firmamento multorū qui vt ſydera rutilare voluiſſent: fama obnubilata iaceret: inuidia agitati venena conficere: cōſpirationes meditari: mille offuſcandę gloriæ Origenis nocendi modos moliri ſatagunt. Hinc alius errores quos nunq̄ excogitauerat Origenes, eidem imponit: alius ab Origene propria ſubripit opera: & tanq̄ perdix aliena oua incubat. Teſtis eſt illa canticorum Origenis explanatio: quā nōnulli Hieronymo aſcribere auſi ſunt: qđ falſum cōſtat eſſe: tum quia illic allegātur explanationes in exodum & deuteronomiū quas edidit Origenes: Hieronymi vero nullę tales extant explanationes: tum Hieronymꝰ duas tantū ſe edidiſſe homilias in cantica canticorum in libro de viris illuſtribus gloriatur: nunc vero nonnulli ſex eidem imponūt: tum deniqꝫ in ſuis explanationibus Origenes nullo modo innititur verbis ſcripturę quibus ſecūdum ſuam tranſlationē ſemper in ſuis operibus vſus eſt Hieronymus. Ex quo compertū habeo ꝙ & has canticorū homilias: & alia plurima ab Origene furari plurimi laborarunt. quo morbo gręcos primū laboraſſe Euſebius libro. x. euangelicę præparationis ediſſerit: nam eo auctore: nō ſolum a barbaris: ſed alter alterius inuenta: dictaqꝫ furantes ſuo nomini attribuebant: ex quibus ſatis conſtat tertii articuli veritas.

Probatio tertiæ propoſitionis.

EX prioribus propoſitionibus & earum probationibus veritas tertiæ propoſitionis ſatis conſtat. Impoſſibile eſt enim lege ſtante eū qui recte vixit: & rectius ſcripſit: & cuius vita eſt pœnitentię exemplar: non concludere innocenter vitam ſuā. Auctore doctore ſubtili perſeuerās in iuſtitia vſqꝫ ad finē vitæ meretur: ne tranſiens ab hoc ſæculo deſeratur a deo. Vnde Auguſtinus loquens de ea certitudine quā poſſumus habere de ſalute, inquit. Vis ergo a dubio liberari: age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis: dico tibi quia ſecurus es: quia pœnitentiam egiſti eo tempore quo peccare potuiſti. ſic autem noſter fecit Origenes. Quare viri patres & beneuoli lectores de Origene eiuſqꝫ ſalute bene ſentiendum eſt: cuius ſcripta pro viribus in vnum colligere: collecta vigilantiſſime caſtigare: caſtigata Ioanni Paruo bibliopolę: & Iodoco Badio impreſſorię artis facile principi offerre curauimus: vt eorum ope, induſtria, atqꝫ graui ſudore in lucem procedere maturarent: qui mecum & cum eis ego hoc vnum precamur: vt apud altiſſimum noſtri memores eſſe velitis: qui cōmunem præ oculis vtilitatem habentes: neqꝫ vigiliis dum emendatur: nec laboribus dum imprimitur pepercimus: vt tanq̄ ſydus matutinū toti aſſurgat eccleſiæ: in multorūqꝫ manibus verſetur Origenes. Valete. E Nauarra Parrhiſieñ. Propō. iii.

FINIS.

Origenis opera Tertio Tomo cõtẽta.

Tituli Homiliarum contentarum in Tertia parte.

Origenis in Mattheum Homilię. XXXVI.

Homilia prima. De eo quod dicitur. Veniens autem Ieſus in partes Cęſareę Philippi interroga uit diſcipulos ſuos dicens &c. folio. I.

Homilia. ii. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis vult venire poſt me abneget ſemet ipſum. folio. IIII.

Homilia. iii. In illo tẽpore. Aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobum & Ioannẽ fratrem eius in mõtem excelſum ſeorſum: & tranſfiguratus eſt ante eos. folio. V.

Homilia. iiii. Deſcendente Ieſu de monte acceſſit ad eũ homo eius genibus prouolutus dicens: domine miſerere filio meo quia lunaticus eſt. folio. IX.

Homi. v. Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eiꝰ dicẽtes: Quis putas maior eſt iꝑ regno cęlorũ. f. XI.

Ho. vi. Dixit Ieſus Petro: ſi ꝑccauerit ĩ te frater tuus: vade corripe eũ ĩter te & ipm̃ ſolũ. f. XIIII.

Homilia. vii. De euangelio. Simile eſt regnum cælorum homini regi qui voluit ponerę rationẽ cum ſeruis ſuis. folio. XV.

Homilia. viii. De euãgelio: Interrogauit Ieſum vnus de turba dicens. Magiſter bone: quid boni faciam vt habeam vitam æternam. folio. XX.

Homilia. ix. Dixit Simon Petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus oĩa: & ſecuti ſumus te. f. XXII.

Homilia. x. De euangelio. Simile eſt regnum cælorũ homini patrifamilias: qui exiit ſummo ma ne conducere operarios in vineam ſuam. folio. XXIIII.

Homilia. xi. De euangelio. Aſcendẽs Ieſus hieroſolymã accepit duodecim diſcipulos ſuos ſeor ſum in via: & dixit eis. Ecce aſcendimus &c. folio. XXVII.

Homilia. xii. De euãgelio. Acceſſit ad Ieſum mater filiorũ Zebedei &c. folio. XXVII.

Homilia. xiii. De euãgelio. Egredientibꝰ illis ab hierico ſecutę ſunt eũ turbę multę. fo. XXVIII.

Homilia. xiiii. De euangelio: Cum appropinquaſſent hieroſolymis: & veniſſent Bethphage ad montem oliueti. folio. XXIX.

Homilia. xv. De euangelio. Cum intraſſet Ieſus hieroſolymam commota eſt vniuerſa ciuitas: dicens. Quis eſt hic. folio. XXXI.

Homilia. xvi. De euãgelio: Abiit Ieſus foras extra ciuitatẽ in Bethaniã: & mãſit ibi. fo. XXXII.

Homilia. xvii. De euangelio: Cum veniſſet Ieſus in templũ acceſſerunt ad eum docentem prin cipes ſacerdotum. folio. XXXIII.

Homilia. xviii. De parabola: Homo quidam habuit duos filios: & accedens ad primum dixit. Fi li vade hodie operari in vineam meam. folio. XXXIIII.

Homilia. xix. De parabola: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. folio. XXXIIII.

Homi. xx. De euãgelio. Simile eſt regnũ cęlorũ homini regi q̃ fecit nuptias filio ſuo. f. XXXVI.

Homilia. xxi. De euangelio: Abierunt phariſęi & conſilium acceperunt: vt eum caperent in ſer mone. folio. XXXVIII.

Ho. xxii. De euãgelio: Acceſſerũt ad Ieſum Saducęi qui dicũt nõ eſſe reſurrectionẽ. f. XXXIX

Homi. xxiii. De euãgelio. Audiẽtes aũt Phariſęi ꝙ ſilentiũ impoſuiſſet Ieſus ſaducęis. fol. XLI.

Homilia. xxiiii. De euãgelio. Super cathedrã Moyſi ſederunt ſcribę & phariſęi. folio XLIIII.

Homilia. xxv. De euangelio: Vęh vobis ſcribę & phariſęi hypocritę quia clauditis regnũ cęlo rum ante homines. folio. XLVI.

Homilia. xxvi. De euangelio: Vęh vobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ qui ædificatis ſepulchra prophetarum: & ornatis monumenta iuſtorum. folio. XLIX.

Homilia. xxvii. De euangelio: Egreſſus Ieſus de templo ibat: & acceſſerũt ad eum diſcipuli eius vt oſtenderent ſtructuras templi. folio. LI.

Homilia. xxviii. De euangelio: Audietis autem prælia: & auditiones præliorum: videte ne ter reamini. folio. LIII.

Homilia. xxix. De euangelio: Cum videritis abominationẽ deſolationis quod ſcriptum eſt per Danielem prophetam ſtantem in loco ſancto: qui legit intelligat. folio. LVI.

Homilia. xxx. De euangelio ſicut fulgur exit ab oriente: & apparet vſq; ad occidentem: ita erit aduentus filii hominis. folio. LIX.

Homilia. xxxi. De euangelio: Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter veniet. fol. LXV.

Origenis opera Tertio Tomo cōtēta.

Homilia.xxxii.de parabola. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus quę accipientes lampades ſuas &c.folio. LXVII.
Homilia.xxxiii.de parabola homo quidam peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos:& tradidit eis bona ſua.folio. LXVIII.
Homilia.xxxiiii.de euangelio:Cum venerit filius hominis in gloria ſua:& omnes angeli eius cū eo.folio. LXX.
Homilia.xxxv. de euangelio:Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: & filius hominis tradetur ad crucifigendum.folio. LXXII.

Homilię Origenis ſuper Lucam.

Homilia prima in proœmium Lucę vſq; ad eum locum vbi ait: Scribo tibi optime o Theophile folio. XCIII.
Homilia.ii.de eo quod ſcriptum eſt.Erant autem iuſti ambo in conſpectu dei:ambulātes in omnibus mandatis dei.folio. XCIIII.
Homi.iii.De eo qđ ſcriptū eſt:apparuit ei angelus domini ſtās a dextris altaris incēſi.fo.XCIIII
Homilia.iiii.De eo ꝙ ſcriptum eſt.Ne timeas Zacharia.folio. XCV.
Homilia.v.De eo quod Zacharias obmutuit.folio. XCV.
Homi.vi.De eo qđ ſcriptum eſt:Cum autē concepiſſet Elizabeth abſcondebat ſe &c.fo.XCVI.
Homi.vii.De eo eo qđ ſcriptū eſt:Exurgens Maria cū feſtinatione venit in montana &c.fo.eodē
Homilia.viii.de euangelio:Magnificat anima mea dominum.fo. XCVII.
Homilia.ix.de eo quod ſcriptum eſt:Manebat tribus menſibus cum ea.fo. XCVII.
Homilia.x.de eo quod ſcriptum eſt:Plenus ſpiritu ſancto prophetauit.folio. XCVIII.
Homilia.xi.de eo quod ſcriptū eſt:Puer autē creſcebat & confortabatur ſpiritu &c.fo. XCVIII
Homilia.xii.de eo quod ſcriptum eſt:angelum veniſſe de cęlo:& ortum domini nuntiaſſe paſtoribus.folio. XCIX.
Homilia.xiii.de eo quod ſcriptum eſt:Facta eſt multitudo cæleſtis exercitus &c.fo. XCIX.
Homilia.xiiii.de eo quod ſcriptum eſt:Cum autē impleti eſſent dies circunciſionis eius.fo. C.
Homilia.xv.de Simeone ꝙ in ſpiritu ad templum venerit.fol. CI.
Homilia.xvi.de eo quod ſcriptum eſt:Erant pater eius & mater mirantes ſuper his quæ dicebātur de eo.folio. CI.
Homilia.xvii.de eo quod ſcriptū eſt.Erant pater eius & mater eius ammirantes ſuper his: quæ dicebantur de eo.&c.folio. CII.
Homilia.xviii.de eo quod ſcriptum eſt.Puer autem creſcebat & confortabatur.vſq; ad eum locum:Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt &c.folio. CIII.
Homilia.xix.de eo quod ſcriptum eſt:Puer autem creſcebat &c.vſq; ad eum locum:Seniores in templo interrogat.folio. CIII.
Homilia.xx.de eo quod ſcriptum eſt:Quid eſt ꝙ quęrebatis me:vſq; ad eum locū:Conſeruabat Maria omnia verba in corde ſuo.folio. CIIII.
Homilia.xxi. de eo quod ſcriptum eſt.Quintodecimo anno imperii Tyberii Cæſaris.vſq; ad eū locum.Rectas facite ſemitas eius.folio. CIIII.
Homilia.xxii.de eo quod ſcriptum eſt.Omnis vallis implebitur.&c.fol. CV.
Homilia.xxiii.de eo quod ſcriptum eſt.Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt &c.fo. CVI.
Homilia.xxiiii.de eo quod ſcriptum eſt.Ego quidem baptizo vos aqua &c.folio. CVII.
Homilia.xxv.de ſuſpitione quā habebat populus de Ioanne:ne forte ipſe eſſet Chriſt9.fo.CVII.
Homilia.xxvi.de eo qđ ſcriptū eſt.Cuius vētilabrū in manu ei9:& mūdabit aream ſuā.fo.CVII
Homilia.xxvii.de eo quod ſcriptum eſt.Multa quidē & alia exhortās annūtiabat &c.fo. CVIII.
Homilia.xxviii.De genealogia ſaluatoris:eo ꝙ in Matthęo & in Luca diuerſi eius referātur auctores.folio. CVIII.
Homilia vigeſima nona de eo quod ſcriptum eſt:Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt: & de tentatione eius prima.folio. CIX.
Homilia.xxx.de tentatione ſecunda ſaluatoris.folio. CIX.
Homilia.xxxi.de tentatione tertia ſaluatoris.folio. CX.
Homilia.xxxii.de eo quod ſcriptum eſt:Reuerſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus &c.fol. CX.
Homilia.xxxiii.de eo quod ſcriptum eſt:Vtiq; dicitis mihi parabolam iſtam &c.fol. CXI.
Homilia.xxxv.de eo quod ſcriptum eſt:quando vadis cum aduerſario tuo &c.folio CXII.

Homilia.xxxvi.de eo qđ ſcriptũ eſt: qui voluerit animã ſuã ſaluã facere perdet eã.&c̃.fo.CXIII.
Homilia.xxxvii.de eo q̃ a diſcipulis pullus aſinę ſolutus eſt.folio. CXIII.
Homilia.xxxviii.de eo quod ſcriptũ eſt: Cum autem appropinquaſſet vidit ciuitatem & fleuit ſuper eam.folio. CXIIII.
Homilia.xxxix.de quæſtione ſaducęorum quam propoſuerant domino: mulieris quę ſeptem viros habuit.folio. CXIIII.

Nonnullę Homilię Origenis ex varijs locis collectę.

Homilia prima de euangelio Matthęi primo: Cũ eſſet deſpõſata mater Ieſu Maria Ioſeph anteq̃ conuenirent &c.folio. CXV.
Homilia ſecunda de euãgelio Ioan.i. In principio erat verbũ & verbũ erat apud deũ.fo.CXVI.
Homilia tertia de euangelio Matthęi ſecũdo. Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicẽs Surge & accipe puerum &c.folio. CXX.
Homilia.iiii.de euãgelio Matthęi ſexto. Cũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę.&c.fo.CXXII.
Homilia.v.de euãgelio. Cũ deſcẽdiſſet Ieſus de mõte ſecutę ſunt eũ turbę multę.&c.f.CXXIII.
Homilia ſexta de euangelio. Aſcendẽte Ieſu nauiculam ſecutę ſunt eũ diſcipuli eius: & ecce motus magnus &c.folio. CXXV.
Homilia ſeptima de euangelio Matthęi decimoquinto. Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.folio. CXXVI.
Homilia octaua de epiphania domini.folio. CXXVII.
Homilia nona de euangelio. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua.&c.fo. CXXVIII.
Homilia.x.de euãgelio. Maria ſtabat ad monumẽtũ foris plorãs. Ioannis vigeſimo.fo.CXXIX.

Tituli decem librorum Origenis in epiſtolam Pauli ad Romanos.

Liber primus ſuper totum primum capitulum epiſtolæ ad Romanos ſic incipit. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti.folio. CXXXIII.
Liber ſecundus ſuper totum capitulum ſecũdum eiuſdem epiſtolę ſic incipit. Scimus quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.folio. CXXXIX.
Liber tertius ſuper totum capitulum.iii.eiuſdẽ epiſtolę ſic incipit. Si autem iniquitas noſtra dei iuſtitiam commendat quid dicemus.fo. CL.
Liber quartus ſuper totum quartum capitulum eiuſdem epiſtolę ſic incipit. Quid ergo dicem⁹ inueniſſe Abraham patrem noſtrum.folio. CLVIII.
Liber quintus ſuper quintum capitulum & partem ſexti eiuſdem epiſtolę ſic incipit. Propterea ſicut per vnum hominem in hunc mundum intrauit &c.folio. CLXVIII.
Liber ſextus ſuper ſextum & ſeptimũ capitulum & partem octaui ſic incipit. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore.folio. CLXXIX.
Liber ſeptimus ſuper octauum & nonum capitula ſic incipit. Sicut diuerſas cõmemorari leges in hac epiſtola a Paulo &c.folio. CLXXXVIII.
Liber octauus ſuper decimũ & vndecimũ capitula eiuſdem epiſtolę ſic incipit. Fratres voluntas quidem cordis mei & obſecratio apud deum.folio. CXCVIII.
Liber nonus ſuper duodecimũ & decimũtertium capitula & partem.xiiii.eiuſdem epiſtolæ ſic incipit. Cum per omnem textum epiſtolę in ſuperioribus docuiſſet apoſtolus.fo. CCVII.
Liber decimus ſuper decimũquartum decimũquintum & decimũſextum capitula eiuſdem epiſtolę ſic incipit. Non ergo blaſphemetur bonum nomen. Non enim regnum dei eſt eſca & potus.folio. CCXVI.

FINIS.

Adamãtii Origenis preſbyteri in nouum teſtamentũ interpretatio incipit. Et primo in Matthęum.

Euangelium ſecundum Matthæum Cap. XVI.

VEniens aũt Ieſus in ꝑtes Cęſareę Philippi: interrogauit diſcipulos ſuos dicẽs. Quem dicũt hoĩes eẽ filiũ hoĩs? Illi aũt dixerunt. Quidã quidẽ Ioãnem baptiſtã alii autẽ Heliã: alii vero Hieremiã: aut vnum ex ꝓphetis. Dicit eis. Vos autẽ quẽ me dicitis eſſe? Reſpondẽs autẽ Simon Petrus: dixit. Tu es Chriſtus filius dei viui.

Homilia Lectionis eiuſdẽ Origenis preſbyteri. Et eſt Homilia. I.

A INterrogat Chriſtꝰ diſcipulos ſuos quẽ eum dicunt homines eſſe: vt ex apoſtolorũ reſpõſionibus nos diſcamus diuerſas opiniones fuiſſe tũc apđ Iudęos de Chriſto. Non ſolum hoc aũt: ſed etiã illud: vt nos qui volumꝰ eẽ Chriſti imitatores: ſemꝑ ſcrutemur qualis opinio ſit apud hoĩes de nobis. Quod multũ proficit nobis: vt ſi quid mali dicit̃ de nobis: occaſiones mali illius omni modo ꝑcidamus a nobis. Si quid autẽ dicit̃ boni: eius occaſiones amplius augeamus. Sed & diſcipuli epiſcoporũ: apoſtolorũ inſtruunt̃ exemplo: vt qualeſcunqꝫ opiniones de epiſcopis ſuis audierint foris: referant eas. Tamẽ vide ꝓpter diuerſas Iudęorũ opiniones de Chriſto: qua cauſa quidam quidem eorum dicebãt eum Ioannem baptiſtam: videlicet æſtimationem ſecuti Herodis dicentis ad pueros ſuos.
Mat. 14. Hic eſt Ioannes baptiſta: ipſe ſurrexit a mortuis: ideo virtutes operãtur in eo. Alii autem Heliam: videlicet æſtimãtes ꝙ aut ſecundam natiuitatẽ ſuſcepit Helias: aut ex eo tempore in corpore viuens: apparuit illo in tempore.
Hie. 1. Qui vero eum Hieremiam putabãt: propter illa putabãt quę in principio ipſo ad Hieremiam iam dixerat deus: Ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes & reges: eradicare: & demolire: & ꝑdere: non intelligẽtes quoniã Hieremias typus fuerat Chriſti: & ꝓpterea quę ad eũ ꝓmiſſa ſint: in Chriſto ſunt adimpleta: arbitrabantur ipſum eſſe Hieremiã: quẽ deus in gẽtibus conſtituiſſet ꝓphetã. Qui aũt vnum ex ꝓphetis eum arbitrabant̃: ratione ſimili mouebant̃ propter illa quæ deus quaſi ad ipſos locutus eſt prophetas: nõ tamen ſunt in ipſis impleta.
Et Iudæi qdẽ ſciebãt de Chriſto ęſtimationes B
dignas velamine: quod poſitũ erat ſuper cor eorum. Petrus autem quaſi non carnis & ſanguinis diſcipulus: ſed qui reuelatione dei patris erat dignificatus: denegauit quidẽ aliqđ eorum eſſe Ieſum: quę arbitrabant̃ eſſe Iudæi. Cõfeſſus eſt aũt. Tu es Chriſtꝰ. Quod neſciebant iudęi. Et non ſolũ cõfeſſus eſt tu es Chriſtus: ſed etiã qđ maius eſt: filius dei viui. Qui & per prophetas dixerat. Viuo ego dicit dñs. Et forſitan ideo dicebat̃ viuus: ſecundũ eminentiã quã ſupereminet oĩbus habẽtibus in ſe vitam: quoniã & ſolus habet immortalitatẽ: 1. Ti. 6.
& eſt fons vitæ. Et fons quidẽ vitæ proprie dicitur deus pater: qui dicit per Hieremiã. Me Hie. 2.
dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Vita aũt eſt quaſi de fonte vitę patris ꝓcedens: quæ dixit. Ego ſum vita. Io. 14.
Et vide quoniã ſicut non eſt id ipſum fons & fluuiꝰ: ſic nõ eſt idipſum fons vitæ & vita. Beatus es Simon bariona: quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed pater meꝰ qui eſt in cælis. Et ego dico tibi. Tu es Petrꝰ: & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã: Et portę inferorũ nõ pręualebũt ei. Forſitan ſi et nos dixerimus qđ dixit Petrꝰ: tu es Chriſtꝰ filius dei viui: non in carne nobis & ſanguine reuelante: ſed patre qui eſt in cælis mentẽ noſtram illuminãte: erimus Petrus: & eandẽ beatitudinẽ cõſequemur: quã ille: propter confeſſionem noſtram ſimilẽ confeſſioni illius. Tũc autem nõ caro & ſanguis reuelat nobis Ieſum eſſe Chriſtũ filiũ dei viui: ſed pater qui eſt in cælis: quando cõuerſatio noſtra in cælis eſt: & phil. 3.
digna eſt reuelatione patris cæleſtis: tunc vere reuelatio dei abſtulit quidem a nobis omẽ velamẽtum cordis: dedit autem nobis ſpiritũ ſapiẽtię & reuelationis. Si aũt ſecundum carnem & ſanguinem conuerſemur: alias aũt cõfiteamur Ieſum Chriſtũ eẽ filium dei viui: vt puta dogma huiuſmodi ſuſcipientes a parentibus traditũ nobis: tunc non pater reuelauit nobis: ſed caro & ſanguis. Propterea nec ſtabiles ſumus in fide ipſius ſicut Petrus: nec ſimilem ei beatitudinẽ cõſequemur. Si ergo & nos patre nobis ſicut diximus reuelante: confitẽtes Ieſum eſſe Chriſtũ filium dei viui: facti fuerimus Petrus: vtiqꝫ & nobis dicetur a deo verbo. Tu es Petrus: & ſuper hãc petram ædificabo eccleſiam meam: & cætera. Petra

eſt enim om̄is qui imitator eſt Chriſti: ex quo bibebant: qui bibebant de ſpiritali conſequenti petra. Et ſuper omni huiuſmodi petra: ædificatur eccleſia dei. In ſingulis em̄ quibuſq; pfectis qui habent in ſe cōgregationē verborū: & operum: & ſenſuū omnium qui huiuſmodi beatitudinē operanť: conſiſtit eccleſia dei: cui

C portę nō prævalent inferorū. Si autē ſup vnū illum Petrum arbitraris vniuerſam eccleſiā ędificari a deo: qd dicſ de Iacobo: & Ioāne filiis tonitrui: vel de ſingulis apoſtolis? Vere ergo ad Petrum quidē dictum eſt: tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam & portæ inferorū nō prævalebunt ei: tn̄ oībus apoſtolis: & oībus quibuſq; perfectis fidelibus dictum videtur: quoniā omnes ſunt Petrus: & petrę: & in oībus ædificata eſt eccleſia Chriſti: & aduerſus nullum eorum qui tales ſunt, portæ prævalent inferorū. Tamen ex eo quod ſequitur videamus. Putas ſoli Petro dātur a Chriſto claues regni cælorum: & nemo alius beatorum accipiet eas? Si aūt commune eſt inter omnes qđ dicitur: dabo tibi claues regni cælorū: quomodo nō oīa quę ſuperi⁹ ſunt relata ad Petrum: omniū videanť eſſe cōmunia? Apud Ioannem em̄ dans ſpiritū ſanctum Ieſus diſcipulis ſuis per inſufflationē ſic dicit: Accipite ſpiritū ſanctū: ſi cui⁹ dimiſeritis peccata dimittenť ei: ſi cuius autē tenueritis: tenebunť: quaſi oībus talibus conſtitutis qualis erat & Petrus. Oēs enim qui imitatores ſunt Chriſti: ſimiliter petrę cognominātur: quemadmodum Chriſtus: & de omnibus talibus bibunt ſpiritalē potum homines ſpiritales. Et queādmodum ſecundum Chriſti nomen omnes qui ſunt illius Chriſti dicunť: dicente propheta: vt ſaluos faciat chriſtos ſuos: ſic quoniam iuſtitia dicit Chriſtus: omnes iuſti iuſtitię ſunt: & ſapiētiæ ſunt: ſecundū ꝙ Chriſtus ſapientia eſt. Et ſic inuenies in om̄ibus reliquis nominib⁹ Chriſti: vt recte dicatur ad oēs. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meā: & portę inferorū nō prævalebūt ei. Cui ei? Vtrum petræ nō ꝓualebunt: in qua ædificat Chriſtus eccleſiā: aut ei eccleſiæ non prævalebūt: quā ædificat ſuper petram: non exprimit manifeſte. Tamē manifeſtum eſt: qa nec aduerſus petram illam ſuper quā ædificatur eccleſia: nec aduerſus eccleſiā quę ædificatur ſuper huiuſmodi petram: portæ prævalebunt inferorū: queādmodū nec via ſerpētis ſuper petrā, ſecundū ꝙ in ꝓuerbiis poſitum eſt poterit inueniri. Aduerſus quē aūt portę prę

D ualuerint inferorū: ille neq; petra dicēdus eſt ſup quam Chriſtus ædificat eccleſiam: neq; eccleſia quæ ſuper petram ædificať a Chriſto: quoniā ſiue qui petra inambulabilis eſt ſerpēti: ſiue qui vera eccleſia eſt: fortior eſt portis ſibi aduerſantibus inferoꝝ: propter Chriſtū virum ſapientē qui ædificauit ſuper petram eccleſiam ſuam. Nā cū ſciamus ꝙ vnumquodq; peccatū per quod deſcendiť ad inferos, porta ſit inferorū: intelligimus quoniam omnis anima quę recipit ſuper ſe peccatū: & ꝓpterea nō eſt ſancta: neq; petra eſt ſuper quam Chriſtus ædificat eccleſiā: neq; eccleſia eſt: neq; pars eccleſię quā Chriſtus ædificat ſuper petrā. Siqs autem cōtradicere vobis vult ꝓpter multitudinem hoīm qui credere ęſtimanť: eccleſiaſtico placetur reſpōſo dicēte: Multi vocati: pauci autem electi. Item illo quod dn̄s adeuntib⁹ ſe reſpondit. Contendite intrare per anguſtū oſtium: dico em̄ vobis quoniā multi quærent intrare: & non poterunt. Itē: Q̄ʒ anguſta porta: & tribulata via quę ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniūt eam. Conſyderās aūt qđ dicit multi quęrunt introire & non poterunt, intelliges quoniam hoc de illis eſt dictū q gloriantur ſe eſſe de eccleſia: neglīgēter autem & nō ſecundū pręceptū dn̄i cōuerſanť. Qui ergo quærunt introire & non poſſunt: ideo nō poſſunt: quia portæ inferorū prævalent contra eos.

B Aduerſus quos autem nō prævalent: ſine dubio poterunt introire: quoniam omnia poſſunt in Chriſto: qui eos confortat. Et hoc ſcire debemus: quoniam ſicut portæ ſingulæ ciuitatum nomina ꝓpria habent: ſic vnaquęq; porta inferorū ſecundū ſpeciē vniuſcuiuſq; peccati propriū habet nomē: Vtputa vna porta dicit fornicatio: p quā oēs fornicatores ingrediuntur in tartara. Altera autē denegatio Chriſti: per quā denegatores Chriſti deſcendūt in inferos. Tertia cupiditas pecuniarū: p quā cupidi pecuniarū icedūt: nō deo, ſed māmonę ſeruiētes. Adhuc aūt & vnuſqſq; hæreſiarcharū auctorū q aliquā falſi noīs ſcientiā genuerunt: ædificauit aliquam inferi portam Et aliā qdē Marcion & Baſilides: aliā aūt Valentin⁹: & ſic ſinguli patres ſingulorū dogmatum peruerſorū: quaſi architecti impietatis: portas aliquas inferorū cōſtruxerūt: & multi intrant p illas q ſequunť dogmata peruerſitatis illoꝝ. Cū ſint ergo mille, & innumerabiles inferorum portæ: nulla earū ꝓualet cōtra eū: qui aut petra eſt: aut ædificata eccl'ia ſuper petram. Tn̄ portę iſtę aliquā hn̄t virtutē: qm̄ aduerſus aliquos quidem prævalent: qui ſe non extendunt aduerſus eas: neq; conātur reſiſtere eis: ab aliis autem vincuntur: qui non recedunt ab eo qui dixit: Ego ſum ianua: & ideo

A deſtruunt omnes inferorum portas ab anima ſua. Et non ſolum hic portę inferorũ appellantur peccata: ſed etiã propheta gratias agens deo: qui ſubleuat humiles de portis mortis deorſum conſiſtẽtibus dicit. Qui exaltas me de portis mortis: vt annuntiẽ omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Ex hoc eñ diſcimus quia forte poſſibile non eſt aliquẽ omnes laudes dei annũtiare: niſi exaltatus fuerit de portis mortis: & factus fuerit in oĩbus portis Sion. Portę autem Sion contrariæ intelligendæ ſunt portis mortis: vt ſit quidẽ porta mortis luxuria: porta aũt Sion caſtitas: porta mortis iniquitas: porta autem Sion iuſtitia: porta mortis timor: porta Sion virtus: porta mortis inſipientia: porta Sion ſapientia. Propter quas omnes portas dicebat propheta: aperite mihi portas iuſtitiæ: vt ingreſſus eas cõfitear dño. Conſydera adhuc ſi potes & illud quod dicitur: Nõ eſt nobis colluctatio cũ carne & ſanguine: ſed aduerſus poteſtates: aduerſus rectores huius mundi tenebrarum: aduerſus ſpiritalia nequitię in cœleſtib⁹: ne forte & vnaquæq; poteſtas & vnuſquiſq; rector mundi huius; mundi tenebrarum: & ſingulæ ſpiritales nequitiæ ĩ cœleſtibus: portę ſint inferorum: & portę mortis quibus portis contrariæ ſunt appellandę multæ portæ iuſtitiæ: ſecundum angelos dei qui ſunt ſpiritus ad miniſterium trãſmiſſi ꝓpter eos qui ſunt hęreditaturi ſalutem.

B Sicut enim ex parte bona multæ dicũtur portę. poſt multas aũt eſt vna ſecundum ꝙ dicitur: aperite mihi portas iuſtitię: vt ingreſſus eas confitear dño: hæc porta domini: iuſti intrabunt in eã: Dominus ergo eſt porta dñi ſingularis: Sic in parte mala multæ qdẽ ſunt portæ inferoꝝ: & mortis: vnaquæq; videlicet poteſtas aduerſus quam colluctatio nobis eſt: ſuper omnes autẽ alias ipſe malignus porta eſt mortis/& inferorũ. Sciẽtes ergo ſingulas ſpecies carnaliũ paſſionum: per quas deſcendimus in mortẽ ſi peccauerimus: caueamus ab eis vt nõ peccemus ſed exaltati de portis mortis: annũtiemus oẽs laudes dei ĩ portis filię Siõ. Vtputa in vna porta filiæ Sion quæ dicitur caſtitas; in caſtitate laudes dei annuntiemus. Et in altera quæ dicitur iuſtitia: laudes dei annuntiemus. Et generaliter in quibuſcũq; laudabiles fuerimus: in eis poſſumus laudes dei annuntiare. In quo autem non fuerimus: neq; laudare poſſumus deum. Ideo diximus ſupra: niſi qui fuerit in omnibus portis Sion: nõ poteſt omnes laudes dei annuntiare. Quoniam autem facti ſumus in hoc vt de portis loquamur: illud quoq; non puto prætereundum quod dicit propheta: Oderunt in portis arguẽtem: & verbum ſanctum abominati ſunt: ne forte qui in portis arguet: etiam ipſe vnus eſt conſiſtentium in portis filiæ Sion: arguens eos qui in cõtrariis portis conſiſtunt: id eſt in peccatis, portis mortis & inferorũ. Nec enim poteſt quis arguere ſancte: niſi ipſe conſiſtat in portis filię Sion. Si aũt non ita intellexeris propheticũ dictum: quomodo digna inueniatur prophetico ſpiritu dictio iſta? nũquid nõ ſuffecerat dicere: oderũt arguẽtem: niſi addidiſſet in portis? C Poſt hęc videamus quomodo dictũ eſt Petro: & omni fideli qui Petrus eſt: Dabo tibi claues regni cœlorum. Et primũ quidem arbitror conſequenter dominũ prius dixiſſe: ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiã meam: & portę inferorum non præualebunt ei: & poſtea: tibi dabo claues regni cœlorum. Dign⁹ eſt enim ab eodem ipſo verbo accipere claues regni cœlorum: qui obſtruxit portas inferoꝝ: vt non pręualerent aduerſus eum. Quaſi præmium enim in ſecũdo loco dantur claues regni cœlorũ ei qui potuerit virtutibus portas obſtruere inferorũ: vt ipſe ſibi aperiat portas regni cœlorũ quę clauſæ ſunt eis qui a portis inferorũ vincuntur. Et ingreditur qui quidem caſtus eſt: per aliquã caſtitatis portã: ipſa caſtitate ſibi eas aperiente: vt claue. Qui aũt iuſtus eſt: intrat perfectã iuſtitiæ portã: quæ aperitur claue iuſtitię. Et ſic in ſingulis quibuſq; virtutibus. Omnis enim ſpecies virtutũ: cũ quis eam cœperit operari: quaſi ipſa ſe adaperit ante eum qui acceſſerit ad eam ex corde: dño videlicet eam aperiente per gratiã ſuam ei qui a portis inferorũ nõ fuerit victus: vt inueniať eadem virtus & porta eſſe: & clauis portæ: & tot inueniantur claues quot & portæ. Forſitan aũt & vnaquæq; virt⁹ regnum eſt cœlorũ: & oẽs ſimul ſunt regnum cœlorũ: ſecũdum hoc: Qui cõuerſať ſecundũ virtutes iam videtur eſſe in regno cœlorum. Forſitan ſecũdum hũc intellectũ: & illud dicitur: Pœnitẽtiam agite/ appropĩquauit regnũ cœlorũ: vt non ad tps referať: ſed ad actum: & propoſitũ vniuſcuiuſq; qđ diciť: appropinquauit regnũ cœlorũ: qđ eſt Chriſt⁹; qui ẽ oĩs virtus: qui venit & loquitur. D Sicut enim regnum dei non venit cũ obſeruatione: nec dicenti: ecce hic/ecce illic/ſed eſt intra diſcipulos Chriſti ſic & regnũ cœloꝝ. Nam videtur ad idipſum referri in multis locis euangeliorũ regnũ cœlorum: & regnum dei. Vide autem quantam poteſtatem habet petra ſuper quam ædificatur eccleſia Chriſti: & omnis qui dicit: Tu es Chriſtus filius dei viui: vt etiam iudicia eius maneant firma: quaſi deo iudicante per eum

ſi tamen in eo ipſo quo iudicat:portæ inferoꝝ
non pręualuerint ei.Qui ergo iniuſte iudicat
& non ſecũdũ verbum dei:neq; liget in terris/
neq; ſecundum voluntatẽ ipſius ſoluat:portæ
inferorum præualent contra eum. Aduerſus
quem autem portę non pręualent inferorum:
iſte iuſte iudicat: propter qđ & habet claues
regni cœlorum:& aperit eis qui ſoluti fuerint
ſuper terram:vt ſint ſoluti & liberi in cœlo:&
claudit eis qui iuſto iudicio eius ligati fuerint
ſuper terram:vt ſint quaſi ligati in cœlo: & iu
E dicati.Quoniam autem qui epiſcopatus ven-
dicant locum:vtuntur hoc textu quemadmo
dum Petrus:& claues regni cœlorũ acceptas
habentes a Chriſto docent quoniã qui ab eis
ligati fuerint in cœlo eſſe ligatos: & qui ab eis
ſoluti fuerint:id eſt remiſſionem acceperit : eſ
ſe & in cœlo ſolutos:dicendũ eſt quoniã bene-
dicunt ſi opera habent illa propter quæ dictũ
eſt illi Petro:tu es Petrus: & tales ſunt vt ſu-
per eos ædificetur eccleſia Chriſti:ſi portæ in-
ferorum nõ præualent eis. Alioquin ridiculũ
eſt vt dicamus eum qui vinculis peccatorum
ſuorum ligatus eſt:& trahit peccata ſua ſicut
funem longum:& tanq̃ iuge lorum vituli ini-
quitates ſuas:propter hoc ſolum quoniã epi-
ſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem:
vt ſoluti ab eo ſint ſoluti in cœlo: aut ligati in
terris:ſint ligati in cœlo.Sit ergo epiſcopꝰ irre
prehenſibilis:qui alterum ligat:aut ſoluit: di
gnus ligare:vel ſoluere in cœlo:ſit vnius vxo-
ris vir:ſobrius:caſtus:ornatus:hoſpitalis:do-
cibilis:non vinolẽtus:nõ percuſſor:ſed mode-
ſtus:nõ litigioſus: non concupitor pecunia-
rum:bene præſidens domui ſuæ:filios habens
ſubditos cum omni caſtitate. Si talis fuerit:
non iniuſte ligabit ſuper terram:neq; ſine iudi
cio ſoluet.Propterea quæcũq; ſoluerit qui hu
iuſmodi eſt,ſoluta erunt & in cœlo:& quæ li-
gauerit ſuper terram:ligata erũt & in cœlo.Si
enim fuerit quis vt ita dicam Petrus:& nõ ha
buerit quæ in hoc loco dicuntur quaſi ad Pe-
trum:& putauerit ſe poſſe ligare:vt ſint liga-
ta in cœlo:& ſoluere vt ſint ſoluta in cœlo:ip-
ſe ſe fallit:non intelligens volũtatẽ ſcripturę:
E & inflatus incidit in iudicium diaboli. Tunc
præcepit Ieſus diſcipulis ſuis:vt nemini dice-
rent quoniam ipẽ eſt.Exinde cœpit Ieſus oſten
dere diſcipulis ſuis:quoniã oportet eum ire in
Hieruſalẽ:& multa pati a ſenioribus/ & prin-
cipibus:& ſcribis:& occidi: & tertia die reſur
gere.Superius quidem ſcriptũ eſt:quoniã hos
duodecim miſit Ieſus dicens eis. In viam gen-
tium ne abieritis:& in ciuitates ſamaritanoꝝ
ne introeatis; ſed ite potius ad oues perditas
domus Iſrael:& cętera quæ dixit ad eos:mit-
tens eos ad prædicandum. Videamus ergo ſi
apoſtolatus iam opera facientes eos, volebat
etiã prędicare:quoniam ipſe erat Chriſtꝰ:& ſi
volebat, dignũ eſt quęrere quid eſt quod nũc
præcipit diſcipulis ſuis: vt nemini dicãt:quo-
niam ipſe eſt Chriſtus.Si aũt nolebat: quomo
do ſoluentur quę de teſtimonio mandata ſunt
eis:quale eſt illud:Tradẽt eñ vos:in cõcilio &
ſynagogis ſuis flagellabunt vos:& ante præſi
des:& reges ſtabitis propter me in teſtimoniũ
illis:& gentibꝰ:vel illud: Cum tradiderit vos
nolite ſolliciti eſſe quomodo:aut quid loqua-
mini:dabitur enim vobis in illa hora quid di-
catis: & cætera quę ſequunť vſq;, non conſum
mabitis ciuitates Iſrael:donec veniat filius ho
minis? Neſcio quomodo hæc intelligi poſſint:
niſi confiterentur Ieſum eſſe Chriſtũ. Nec nõ
etiam illud quod dicit:omnis qui cõfeſſus fue
rit me coram hominibus:qualem ſignificet cõ
feſſionem in Chriſto:niſi aliquis audeat dicere
quia nolebat tũc prædicari:quoniam Ieſus ipe
eſt Chriſtus.Sed hæc dixit vt interpretationẽ
loci huius nõ ad futurũ tempus trahat:ſecun
dum qđ poſtea diſcipuli Ieſu noĩati ſunt Chri
ſtiani:incipiente ab Antiochia nomine iſto.Il-
lud etiam in hoc loco quęrendũ eſt; vtrum cũ G
mitterenť,iam cognoſcebãt quoniam ipẽ erat
Chriſtus.Et ſi cognoſcebãt iam:ſine dubio co
gnoſcebat Petrus.Quomodo ergo poſt tanta
ĩterrogat eos: Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis? qñ
& reſpondenti:& dicenti Petro:tu es Chriſtꝰ
filius dei viui:dixit; Beatꝰ es Simon Bariona
quia caro & ſanguis non reuelauit tibi:ſed pa
ter meus qui eſt in cœlis? Per hęc enim ſermo
demonſtrat quoniam tunc primum confeſſus
fuerat eũ Petrus Chriſtũ filiũ dei viui.Et vide
ſi potes huiuſmodi facere quæſtionis ſolutio-
nem dicens:qm̃ credere Ieſum eſſe Chriſtũ mi
nus eſt q̃ cognoſcere.Quoniã autẽ minus eſt:
manifeſtať ex eo:qđ refert Ioãnes ita. Dicebat
ergo Ieſus ad eos qui crediderant ei,iudæos:ſi
vos manſeritis in verbo meo/cognoſcetis ve-
ritatẽ:& veritas liberabit vos: vt dicamus qñ
mittebanť ad prædicãdum:credebãt quidẽ Ie
ſum eſſe Chriſtũ:nõ tñ adhuc cognoſcebant.
Poſtea aũt ꝓficiẽtes per doctrinã:& plura mi-
racula:etiã cognouerũt:quãdo & interrogati
confeſſi ſunt:tu es Chriſtꝰ filius dei viui. Aut H
ſi æſtimenť iã tunc apoſtoli cognouiſſe Ieſum
eſſe Chriſtũ:ita eſt reſpõdendũ:quia inter co-
gnoſcere & agnoſcere differentia eſt. Vt puta
quis ſapiens non intelligit qm̃ Timotheus co
gnoſcẽs Ieſum eſſe Chriſtũ:nõ tantũ in agniti
one eius erat illuminatus quantum Paulus?

Quis autē etiam hoc ignorat: quia etſi multi vera dicūt dicentes de deo quoniam ipſe mihi dedit eorum quæ ſunt ſcientiā verā: nō tamē omnes ſimiliter manifeſte: aut perfecte cognoſcunt ea quæ ſciūt: vt dicamus quoniā tūc quidem apoſtoli initia cognitionis Chriſti habebant: & exigua cognoſcebant de illo. Poſtea autem profecerūt in agnitione ipſius: vt poſſent capere ſcientiā Chriſti reuelatam ſibi a patre queadmodū Petrus: cui & dixit. Beatus es Simon: quia non caro & ſanguis reuelauit tibi: ſed pater me⁹ qui eſt in cœlis. Et beatificatur non ſolū in eo qđ dixit: Tu es Chriſtus: ſed in eo magis qđ addidit: Tu es Chriſtus filius dei viui. Marcus enim & Lucas ſcripſerūt Petrū reſpondentē dixiſſe: Tu es Chriſtus: non adiicientes qđ in Matthęo poſitū eſt: fili⁹ dei viui. Propterea nec ſcripſerūt ad confeſſionē Petri relatam beatitudinē: neq; benedictionē dicentem: Tu es Petrus / & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meā. & cętera. Aut ita tractandū eſt: nō quia tūc docebant Ieſum eſſe Chriſtū: & modo pręcepit eis vt nemini dicāt. Sed tūc quidē leuiter de eo annūtiabant quaſi de magno & ammirabili viro: Chriſtū aūt eſſe eum nondū annūtiabāt: ſed quaſi ad inductionem Iudęorum quædā modica præmittebāt de eo: vt præparatis ex parte modica ad fidem eius: tempore opportuno etiam hoc adderet ꝙ ipſe eſſet Chriſtus. Aut certe ita quæſtio eſt ſoluē- A da: vt dicamus ꝙ plura quę tunc Chriſtus ad apoſtolos dixit: non tantum ad apoſtolos pertinebant: quantū ad omnes credentes in Chriſtum. Nec enim ſolis cōueniebat apoſtolis qđ eſt dictum: ante præſides & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis & gentibus. item qđ ait: Tradet autē frater fratrē in mortem: & pater filium: & inſurgent filii in parētes: & in morte adiiciēt eos. Sed & illud. omnis qui cōfeſſus fuerit me coram hominibus: & cætera: non ſolis apoſtolis: ſed omnibus credentib⁹ dicta ſunt. Secundum hoc ergo dicendū eſt ꝙ pmiſſa fuit illa doctrina quæ facta eſt ad apoſtolos: poſtea autē implęda: vt videātur ea quidē quæ ſuperius de annūtiando Chriſto ſunt dicta a Chriſto: nō ad tempus pertinere qđ fuit ante Chriſti reſurrectionē: ſed ad tēpora poſt futura: hæc aūt quæ mādat vt nemini dicant: tūc apoſtolis conuenire. Adhuc autē qui vult & Chriſtū eē prædicatū prius ab apoſtolis: dicet quoniā leuiter pręmittere voluit eos mentionem nominis ſui: vt interim facto ſilētio pdicatiōis huiuſmodi hoc ipſum qđ leuiter de Chriſto auditum fuerat: digeratur in ſenſib⁹ auditorum: & ſic opportunius inſinuetur eis Ieſus Chriſtus crucifixus: & ex mortuis ſuſcitat⁹. Qđ in primis nec ipſi apoſtoli cognoſcebant: ſicut præſens ſermo teſtatur dicens. Exinde cœpit oſtēdere diſcipulis ſuis: quoniam B oportet ire eum in Hieruſalem: & multa pati a ſenioribus: & principibus: & ſcribis: & occidi: & tertia die reſurgere. Si autē tūc apoſtoli hęc diſcebant de Ieſu: quę erat paſſurus: quid æſtimare debemus ſciſſe prius de Chriſto eos qui ab apoſtolis docebantur? Nam et ſi annūtiabatur eis Chriſtus: quaſi in inductione: & nō manifeſte annūtiabatur. Ideo & Saluator mittens apoſtolos volebat vt nemini dicerent manifeſte quoniā ipſe erat Chriſtus: videlicet vt perfectiorem de eo doctrinam in poſterū opportunius reſeruarent: quando poterāt annūtiare eis qui eum viderāt crucifixū de reſurrectione eius ex mortuis. Si enim apoſtoli q ſemper iuxta eum fuerunt: & viderunt miracula vniuerſa quę fecit: & teſtimonium phibuerūt verbis eius: quoniam verba vitæ æternę erāt: ſcandalizati ſunt in ea nocte qua tradebatur: quid arbitramur paſſuros eos fuiſſe q primū audiebāt: ſi audiſſent quia ipſe erat Chriſtus? Sicut fecit Paulus Athenienſibus adhuc rudibus conſtitutis: annūtians eis non Chriſtū filiū dei: ſed virum quēdam hoc modo. Tēpora igitur ignorantiæ diſpiciēs deus: nunc denūtiat omnibus hoībus vbiq; pœnitentiam agere: eo ꝙ ſtatuit diem iudicare orbem in ęquitate: in virū quē ſtatuit pręſtare fidem omnib⁹: reſuſcitans eū a mortuis. Qui ergo vult hæc quę tunc ad apoſtolos dicta ſunt, pertinere ad tempora poſt futura: & necdum apoſtolos tūc prædicaſſe quia ipſe eſſet Chriſtus: huiuſmodi dat rationem: quoniā interim quidem nomen Ieſu voluit prædicari: Chriſtū autē crucifixū tēpore opportuno poſt paſſionem: & reſurrectionē: quando & rebus ipſis qđ dicebat poterat approbari. Quod ſciens dicebat apoſtolus ad Corinthios. Nec enim indicaui me ſcire quid in vobis: niſi Ieſum Chriſtū: & hūc crucifixū. Ergo primū quidē Ieſum pdicauerunt talia & talia faciētem: & hæc & hæc pdicantē. Nunc autē poſtq̄ Petrus cōfeſſus eſt eū C Chriſtum filium dei viui: quaſi nolēs eos hoc interim prædicare: præcepit dicēs: vt nemini dicant ꝙ ipſe eſt Chriſtus. Propter quam aūt cauſam nolebat ſe interim pdicari Chriſtum dat rationē: quoniā oportet eū abire in Hieruſalem: & multa pati. Siquis ergo cōfunditur in cruce Chriſti: confunditur in diſpenſatiōe per quā triumphati ſunt in ligno principatus & poteſtates: qui gen⁹ hominum debellabāt: cum deberet potius gloriari quaſi fidelis &

ſciens hæc diſpēſata eſſe in cruce dñi noſtri Ieſu Christi: per quem crucifixo mūdo traducti ſunt, & triūphati ſunt principatus eis ſolis q credūt. In quib⁹ principatibus arbitror fuiſſe etiā principem huius mūdi. Propterea iuxta paſſionem factus dicebat. Nūc princeps hui⁹ mūdi iudicatus eſt. Nūc princeps hui⁹ mūdi expellitur foras. Quo expulſo: Si fuero (inqt) exaltatus a terra, oēs trahā ad me ipm: videlicet iam nō tātū quantū poterat prius potente principe q vetabat venire ad Christū eos q trahebātur ab ipſo. Neceſſaria ergo res ē ṗdicari Chriſtū Ieſum crucifixū. Inutile aūt eſt ipſum quidē ṗdicare: crucē autē eius tacere. Et nō ſic inutilis mihi videt̄ q Ieſum qdē Chriſtū dicit: tacet autē natiuitatē ei⁹ ex virgine: aut ſtellā oſtēdētē natiuitatē ipſius: aut angelos in natiuitate eius gloriātes: atq; dicētes: Gloria in excelſis deo: & pax ſup terrā hoībus bonæ voluntatis: aut alia miracula: vel ſigna quæ fecit: quomō qui Chriſtū quidē eū dicit: crucifixū autē eū abſcōdit. Propterea volēs poſtmodū perfectius ṗdicari: ṗcepit vt nemini interim

D dicant quia ipſe eſt Chriſtus. Et ṗparabat eos vt poſtmodū dicāt quoniā ipſe eſt Chriſtus q crucifix⁹ eſt / & ſurrexit a mortuis. Et vide diligēter quia nō dixit: Exinde cœpit dicere / vel docere quia oportet eū abire in Hieruſalem: ſed ita. Exinde cœpit oſtēdere diſcipulis ſuis. quoniam ſicut corporalia oſtendi dicūtur: ſic oſtendi dicūtur a Chriſto ea quæ loquebatur. Et nō ſic puto eis q corporaliter eū multa patientē viderūt, oſtēſa fuiſſe ea quę videbātur: quomodo diſcipulis oſtēſus eſt ſermo rationabilis de myſterio paſſionis / & reſurrectiōis ipius. Et tūc quidem cœpit oſtēdere: conſequenter aūt poſtea capacioribus factis: plenius demōſtrauit: nō iam quaſi rudibus incipiēs oſtēdebat ſed proficiens in ipſa oſtēſione demonſtrabat. Et ſic ratiōis eſt intelligere: quia oīno qđ cœpit Ieſus: hoc & perfecit. Aliquādo demōſtrabat quod cœperat oſtēdere diſcipulis: quoniā oportet eū abire in Hieruſalē / & pati. Quando eñim de myſteriis iſtis perfectā ſcientiā ex verbo quis fuerit cōſecut⁹: tūc dicendū eſt ex rationabili oſtēſione ſenſu vidente quæ oſtēdūtur, cōſummatā eſſe oſtēſionē: quoniā non capit prophetā, perire extra Hieruſalē: ea perditione: de qua etiā alibi dicit. Qui perdiderit animam ſuam propter me, īueniet eam.

E Quare oportebat eum abire ī Hieruſalem vt multa paſſus in hieroſolymis: & interfect⁹ in eis: primitias reſurrectionis ex mortuis faciat ī Hieroſolymis illis quæ ſunt ſurſum: derelinquens: & deſtruens: & diſſoluens Hieruſalem quæ fuerat ſuper terrā cū omni cultura eius. Qdiu enim nō ſurrexerat Chriſtus: nec diſcipuli eius conſurrexerāt ei: deorſum quærebāt ciuitas dei: & tēplū qđ erat in ea: & altare: & ſacerdotes eius: & leuitæ: & dona: & ſacrificia pro peccato: & mūdationes. Poſtq̄ autē reſurrexit Chriſtus primitię dormientiū: & cōſurrexerūt ei qui facti ſunt cōformes morti eius: & reſurrectioni eius: iā tūc nō deorſum ab eis qui cōſurrexerūt ei quæritur Hieruſalem: vel domus orationis in ea: vel altare: vel cultura: vel cultores: ſed ſurſum: & quaſi q cōſurrexerūt: & conſederūt in cœleſtibus in Chriſto: viderūt ea qdē quæ fuerāt ſuper terrā deſtructa quæ autē erant in cœlis, ſplendētia. Quę vt īſtituerentur: oportebat eū abire in Hieruſalē quæ erat deorſum: & multa pati illic a ſeniori bus eius: & principibus ſacerdotū / & ſcribis: vt glorificetur ab eis qui capiūt beneficia eius cœleſtibus ſenioribus / & diuinioribus principibus ſacerdotum: & ſcribis populi qui vacāt circa literas non atramento ſcriptas: ſed ſpiritu dei viui manifeſtatas. Vt occidatur quidē in Hieroſolymis quæ eſt deorſum: regnet aūt reſurgens in Sion monte: & ciuitate dei viui Hieruſalem: cœleſti Sion: de qua dictum eſt in pſalmo ſecundo. Ego autē cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montē ſanctū eius: prędicans præceptū dñi. Tertia autē die ſurrexit a mortuis: vt eripiens a maligno: & a filio ei⁹ in quo mēdaciū erat & iniuſtitia: & præliū: & omnia cōtraria eis in qbus Chriſtus habetur: adhuc aūt & a ſpiritu immūdo qui trāſfiguratur in ſpiritū ſanctū: acquirat eis qui fuerint liberati hoc donū: vt baptizentur ſpiritu: & animo: & porpore: in noīe patris / & filii / & ſpirit⁹ ſancti: qui ſunt tres dies ſimul inſtātes perpetue eis qui per eos facti fuerint filii lucis. Et accipiens

F Ieſum Petrus: cœpit eum increpare, dicens. Propiti⁹ eſto tibi domine: et hoc tibi nō erit. Cui dixit Vade poſt me Sathana: ſcandalū mihi es: quoniā nō ſapis quæ dei ſunt: ſed q̄ hominis. Quoniam cœperat Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oportet eū abire ī hieroſolymam & multa pati: adhuc initia eorꝫ quæ oſtendebantur diſcens Petrus: indigna hæc filio dei viui arbitrabatur: & īdigna deo patre qui reuelauerat ei. Nec eñ reuelatū fuerat ei adhuc oportere pati filiū dei: & occidi talē: & tātū Chriſtum. Ideo accipiens eū: & quaſi oblitus dignitatem Chriſti: quoniam filius dei viui nihil dignū increpatione dicit aut agit: cœpit eum increpare: & quaſi neceſſariā habenti propitiationem dicere: Propitius tibi eſto domine. Necenim ſciebat adhuc quoniam hunc poſuit deus ppi

tiationem per ſidem in ſanguine ipſius. Cuius affectũ quidẽ ſuſcipiẽs Ieſus: ignorantiam aũt exprobrans: dixit ei: Vade poſt me: quaſi deſiſtenti per ignorãtiã & per ea quæ nõ recte dicebat, ire poſt Ieſum Chriſtũ. Sathana autẽ dixit ei: quaſi per ignorantiã aliqd habenti cõtrariũ deo. Quod Hebræi interpretati ſunt cõtrariꝰ. Si autẽ non per ignorantiã dixiſſet: neq; increpaſſet filium dei viui dicẽs: Propitius tibi eſto domine: & hoc tibi non erit: nunq̃ dixiſſet ei: Vade poſt me: quaſi deſinenti ire poſt eũ: & ſequi eũ. Et ſi nõ dixiſſet contraria eis quæ dicta
A fuerãt ab eo: nõ ei dixiſſet Sathana. Nunc aũt prævaluerat ĩ eo Sathanas vt deſineret ire poſt eũ: & ſequi eũ: & fecit eũ per ea quæ in ignorantia dixit, dignum vt audiat, Sathana: & ſcãdalum filii dei: & non ſapis quæ dei ſunt: ſed quæ hominis. Quoniã autẽ fuerat poſt filiũ dei Petrus anteq̃ peccaret: manifeſtum eſt ex eo qđ in principio vocationis eorũ ita eſt dictũ ad eos. Venite poſt me: & faciã vos piſcatores hominũ: & relictis oĩbus ſecuti ſunt eũ. Simul autẽ cõſydera differentiã verbi: quoniã ad Petrum quidẽ dixit: Vade poſt me Sathana. Ad diabolum autẽ dicentẽ ſibi: Hæc omnia tibi dabo ſi procidẽs adoraueris me: dixit. Vade Sathana ſine additamẽto, poſt me. Nam ire poſt Ieſum bonũ eſt. Propterea ſecundum Marcũ ſic dicit. Vidit Simonem & Andream fratrem eius: & dixit eis. Venite poſt me: & faciam vos piſcatores hominum. Tale eſt etiam illud quod dicit. Siquis non tollit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus. Et vt breuiter dicam: conſydera: vbicunq; dicitur verbũ poſt me: in bo-
B no dicitur. Bonũ eſt enim quãdo quis poſt dominũ vadit: contrarium autem quãdo aliquis reiicit ſermones domini poſt ſe: vel qui trãſgreditur illud mandatum: Poſt concupiſcentias tuas ne vadas. Item Helias in tertio regnorum libro ad populũ dicit: Vſquequo claudicatis vos vtriſq; pedibus veſtris? Si dominus eſt deus: ite poſt eum. Si autem Baal dominꝰ eſt: ite poſt illum. Hæc autem dicẽs. Propter quod diuertebantur ad diabolum: quia ipſe eſt Sathanas. Et non vade ante me Sathana ad Petrum ait: ſed vade poſt me Sathana. Et hoc dicit Petro Ieſus conuerſus ad eũ. Nam & hoc prodiſicans ei fecit. Et beatus ad quem conuertitur Chriſtus: etiam ſi corripiendi cauſa conuertitur: ſicut conuerſus eſt ad Petrum. Et tu quidem poteris plura congregare huiuſmodi exempla in quibus poſitum eſt, conuerſus. Et inuenies plerunq; ad vtilitatem eorum poſitum eſſe: ad quos conuertitur Ieſus. Mihi autem ꝓferre ſufficit in præſenti illud propheticum dicens. Conuertere domine aliquantulum. Item Conuerſus reſpexit Petrum. Vbi & cõuerſione eius illuminatus Petrus, cognouit peccatũ ſuum: & amariſſime fleuit. Item ſecundum Ioannem. Et audierunt duo diſcipuli eius & ſequuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus: Vidit illos ſequentes ſe: & dixit eis. Quid quæritis? At illi dixerũt ei. Magiſter vbi manes? Ad- C
huc autem requiro quare dixit ad Petrũ. Scandalum mihi es, maxime cum in centeſimo decimooctauo pſalmo propheta pronũtiet dicẽs Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum. Dicet enim aliquis: quoniam proprium eſt eorum qui perfectam habent benedictionem erga deum: vt nõ ſcandalizentur aliquando. Charitas enim omnia ſuſtinet: omnia credit: omnia ſperat: charitas nũq̃ excidit. Quomodo ergo ipſe dominus qui confirmat omnes qui confirmantur: & erigit omnes eliſos: dicit ad Petrum: Scandalum mihi es? Sed ita eſt reſpondendum quoniam non ſolum Ieſus nõ ſcandalizatur: ſed nec omnis homo qui in dilectione dei perfectus eſt. Sed quantum ad ſe qui tale aliquid: vel agit: vel loquitur: ſcandalum eſt alteri: licet ille inſcandalizabilis ſit. Aut certe omnem omnem diſcipulum peccantem, ſcãdalum ſibi appellat, ſicut & Paulus de huiuſmodi diſcipulis. Quis infirmatur: & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur: & ego non vror? Si ergo Petrus propter hoc ſolũ quia dixit: Propitius tibi eſto: & hoc tibi non erit: ſcãdalum a Chriſto eſt dictus: quaſi qui non ſaperet quæ dei erant: ſed quæ hominis: quid eſt dicendum de hominibus illis qui profitentur ſe diſcipulos Chriſti: non autẽ ſapiunt quæ ſunt dei: nec aſpiciunt ea quæ non videntur æterna ſed quæ hominum ſunt aſpiciunt: quæ videntur: & temporalia ſunt? Sine dubio multo magis huiuſmodi homines ſcandala Chriſti ſunt appellandi. Sed & qui fratrem ſuũ in ſcandalũ mittit: ſcandalũ Chriſti eſt: ſecundũ ꝙ ipſe dicit. Eſuriui: & dediſtis mihi manducare: & cætera. Sicut ergo qui fratrẽ ſuũ cibat: Chriſtum cibat: ſic & qui fratri ſuo ſcandalũ fuerit factꝰ: Chriſto factus eſt ſcandalum. Nõ eſt ergo leue peccatũ ſapere quæ hominũ ſunt: cũ debeat qs in omnibus ſapere qđ eſt dei. Hoc aũt qđ dicit: Scandalũ mihi es: quia non ſapis quæ dei ſunt ſed quæ hominũ: non ſolũ dicendũ eſt peccantibus in conuerſatione: ſed & oĩbus qui a dogmatibus dei ceciderint: & ab oĩbus eccleſiaſticis verbis: & ab omni ſapiẽtia veritatis: et dogmata ſapuerint: (verbi gratia) Baſilidis: vel Valentini: vel Marcionis: aut cuiuſcunq; eorum qui humana docent quaſi diuina.

Secundum Matthæum.
IN illo tẽpore: dixit Ieſus di-
ſcipulis ſuis. Siqs vult poſt
me venire: abneget ſemetip
ſum/& tollat crucem ſuã: &
ſequatur me. Caput XVI.
Homilia lectionis eiuſdẽ
Origenis preſbyteri. Quæ eſt. II.

D QVoniã ſuperius diximus ma
gni boni eſſe ire poſt Chriſtũ
ideo cõferamus omniũ euan
geliſtarũ de hoc loco cõueniẽ
tia verba. Et Marcus qdẽ di-
cit hoc modo. Et cõuocãs po
pulum cum diſcipulis ſuis:
dixit eis. Siquis vult poſt me venire: abneget ſe
metipſum: & tollat crucem ſuam: & ſequatur
me. Lucas autem ita. Dicebat ad omnes. Siquis
vult poſt me venire: abneget ſemetipſum & tol
lat crucem ſuam: & ſequatur me. Ergo per hos
omnes manifeſte cognoſcimus: quoniam non
eſt qualiſcunq; virtutis ire poſt Chriſtum: &
ſequi eũ. Et nemo poteſt ire poſt Chriſtum: ni
ſi denegauerit ſe. Denegat aũt ſeipſum: q prio-
rem vitam ſuam malam bona conuerſione re-
linquit: vtputa aliquando luxurioſus denegat
ſe luxurioſum: cõuerſus ad caſtitatem. Et qui
erat iniuſtus denegat ſe iniuſtũ cum cœperit
ſeruare iuſtitiam. Sic & qui inſipiens fuerat ali
quando: denegat ſe inſipientem: ſapiẽtiam dei
ſuſcipiens. Et timidus aliquando confirmatus
in virtute dei: timidũ denegat ſe. Sic & in om-
ni malitia eſt dicendum: qui ſe ab ea conuerte
rit ſecundum q; præcepit Ieſus, denegat quod
fuerat. Conſequenter autẽ eſt requirendum ne
E forte quis ſicut denegat ſeipſum: ſic & cõfitea
tur ſeipſum: denegans ſe quidem iniuſtum: cõ
fitens autem ſe iuſtum. Sed ſi iuſtitia Chriſtus
eſt: qui iuſtitiam ſuſcepit non ſe cõfitetur: ſed
Chriſtum. Sic & qui ſapientiã inuenit: per hoc
ipſum q; ſapiẽter agit cõfitetur Chriſtũ. Nam
& is qui corde credit ad iuſtitiam: ore autem
confitetur ad ſalutẽ: & operibus Chriſto teſti-
moniũ præbet: & verbis: quaſi q per omnia hęc
confeſſus eſt Chriſtũ corã hominibus: vt confi
teatur illum coram patre omniũ Chriſtus. Sic
& econtra qui nõ denegat ſemetipſum: ſe qui-
dem confitetur: denegat aũt Chriſtũ: & quaſi
qui denegauerit Chriſtũ: denegabitur & ipſe
a Chriſto. Propterea omnis cogitatio noſtra &
intellectus: & omnis ſermo: & omnis actus no-
ſtram quidem denegationẽ ſpirat: Chriſti aũt
teſtimoniũ atq; confeſſionem. Credo enim ho-
minis perfecti omnis actus teſtimoniũ Chriſti
eſſe: & abſtinentiam omniũ peccatorũ: denega
tionem hominis eſſe ducentẽ eũ poſt Chriſtũ.
Iſte eñ talis Chriſto cõfixus eſt: & tollens cru-
cem ſuam ſequitur eum: qui propter nos cru-
cem ſuã portauit: ſecundum q; ſcriptum eſt in
Ioanne. Receperunt ergo Ieſum: & adduxerũt
& impoſuerũt ſuper eũ crucẽ: & portãs crucẽ
ſuã egreſſus eſt in locum qui dicitur Caluarię.
Adhuc autem in eo qđ dicit: Abneget ſemet- F
ipſum: videtur mihi vtile eſſe exemplũ Pauli
denegãtis ſeipſum: & dicentis. Viuo autẽ iam
non ego: viuit autẽ in me Chriſtus. Quod eñ
dicit: Viuo iam non ego: vox eſt denegantis ſe
ipſum: & quaſi qui depoſuit ſuã vitam. Suſce-
pit autẽ Chriſtũ in ſe vt ipſe viuat in eo quaſi
iuſtitia: quaſi ſapientia: quaſi ſanctificatiõ: qua
ſi pax noſtra: quaſi virtus dei: in eo operans
omnia hæc. Adhuc autem vide & hoc: q; cum
multi eſſent modi mortis: in ligno ſuſpenſus
crucifixus eſt filius dei: vt omnes qui moriun-
tur peccato: non alio modo moriantur ei niſi
ſecundũ crucem vt dicere poſſint Chriſto con
fixus ſum. Item. Mihi autem abſit gloriari niſi
in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem
mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo.
Quis ergo videatur ſe abſtinere aliquis a pec
cato: & ſit mortuus quantũ ad peccatũ: tamen
niſi in crucem Chriſti crediderit: & in fide ei9
qui crucifixus eſt, abſtinuerit ſe a peccato: non
poteſt dicere: Ego autẽ Chriſto confixus ſum.
Forſitan autẽ & vnuſquiſq; eorũ qui cũ Chri-
ſto crucifiguntur, exuit ſe principatus & pote
ſtates: & traducit eas: & triumphat eas in li-
gno: magis autẽ Chriſtus in eo hæc omnia fa-
cit. Qui enim voluerit ſaluam facere animam
ſuã: perdet illam. Qui autem perdiderit animã
ſuã propter me: inueniet eam. Quid autẽ pro-
ficit homo ſi totũ mundum lucretur: & animę
ſuę detrimentũ faciat? Aut quam dabit homo
cõmutationem pro anima ſua? Dupliciter poſ
ſumus intelligere hoc verbũ. Primum hoc mo G
do. Siquis amator vitæ præſentis: & putans
hanc vitam pręſentẽ eſſe optimã: parcit animę
ſuæ timens mori: & putans animã ſuã per hãc
mortem perire: iſte volens hoc modo ſaluare
animam ſuã perdet illam: alienã faciens eam a
vita æterna. Siquis autẽ cõtemnens vitã præ-
ſentẽ propter Chriſti verbũ: & confidens de vi
ta æterna: vſq; ad mortẽ pro veritate certaue-
rit: perdet quidem animã ſuã quãtũ ad vitam
præſentẽ: tradens eam pro pietate in mortem:
quæ abuſiue dicitur mors: iſte quoniã ꝓpter
Chriſtũ perdidit animã ſuã: magis eam faciet
ſaluã in vita æterna. Alio autẽ modo ſic intel-
ligimus textum. Siquis intelligit quæ eſt vera
ſalus: & acquirere vult eam ſalutẽ animæ ſuę:

iſte abrenũtians hanc vitam: & denegans ſeipſum & tollens crucem ſuã: & ſequens Chriſtũ: perdit quantum ad voluntates carnales animã ſuam propter Chriſtũ: & propter oẽm doctrinam eius. Et perdens animã ſuã hoc modo: ſaluat eam per opera pietatis. Deniq; quaſi ad ſuperiora reddẽs rationem, ſic adiecit. Qui enim voluerit ſaluã facere animã ſuam: perdet illã. Dicendo, qui eñ voluerit: pręcedentẽ & ſequẽtẽ vnũ ſenſum eſſe oſtendit. Si ergo qđ ſuperi⁹ dixit: Abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã & ſequat me: de morte ſola dixit: & hoc quod dicit: qui voluerit ſaluam facere animã ſuã perdet illã: conſequenter de ſola morte dictum intelligere debemus. Si autẽ abnegare: & tollere crucem: non ſolũ eſt mori pro Chriſto: ſed carnalem cõuerſationem reiicere: ſine dubio & pdere animam, nõ ſolum mori eſt: ſed etiam deponere voluntates carnales. Simul autẽ conſydera quoniã in principio quidem nõ dicit: qui ſaluauerit animã ſuam perdet illam: ſed qui voluerit animam ſuam ſaluare: perdet eam. In ſequentibus autem non dicit: qui autem voluerit animam ſuam perdere propter me: hic ſaluam faciet eam: ſed ita. Qui perdiderit animã ſuam propter me: hic ſaluam faciet eam. Volẽtes ergo ſaluare animam noſtram, perdam⁹ eã huic mũdo: quaſi crucifixi cum Chriſto/ & habentes gloriationem in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem nobis crucifixus eſt mundus: & nos mũdo: vt cõſequamur ſalutem animarũ noſtrarũ in cõuerſatione vitæ melioris. Itaq; ſecundũ ea quæ diximus videtur mihi ſimile eſſe hoc ei qđ dixit: Abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam. Qui enim denegat ſe: & tollit crucem ſuam: ipſe eſt qui perdit animam ſuam propter Chriſtũ. Et perdens, melius eam ſaluat. Et qui perdit animã ſuã quantũ ad voluntates carnales: ipſe eſt qui denegat ſe: & tollens crucem ſequitur Chriſtũ. Quid autem pficit homo ſi totũ mũdũ lucret: animę aũt ſuæ detrimentũ faciat? Puto ꝙ mundũ lucret qui nõ abnegat ſemetipſum: nec tollit crucem ſuã & ſequitur Chriſtum: ſecundũ ea quę dixim⁹: nec perdit animã ſuam quantũ ad voluntates carnales: vt ſaluet eam in cõuerſationibus ſpiritualibus: cui mundus nõ crucifigitur in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Cui autẽ non crucifigitur mũdus: ipſe facit animę ſuę detrimentũ. Ideo duobus nobis propoſitis: vt ſi voluerim⁹ mũdum lucrari: perdam⁹ animas noſtras: aut ſi animas noſtras voluerimus lucrari: pdamus hunc mundum: magis eſt eligendum vt mundum perdamus: & lucremur animas noſtras: ex eo ꝙ propter Chriſtum perdimus eas. Aut quã dabit cõmutationẽ homo pro anima ſua? In prima quidẽ facie cõmutatio animæ eſt ſubſtãtia: vt det ſubſtantiã ſuam homo pauperib⁹ & ſaluet animam ſuam. Puto autem ꝙ non habet aliquis homo qđ dans quaſi commutationem animę ſuę quę tenetur a morte, liberet eã de manu eius. Ergo homo quidẽ non poteſt dare aliquam cõmutationem pro anima ſua: de⁹ autem pro animabus omniũ dedit cõmutationẽ pretioſum ſanguinẽ filii ſui. nec eñ empti ſum⁹ corruptibili argẽto: vel auro: ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. Nã filius hominis venturus eſt in maieſtate patris ſui: cũ angelis ſuis: & tunc reddet vnicuiq; ſecundũ opera eius. Nunc quidẽ filius hominis venit: ſed nõ in gloria ſua. Vidimus enim eũ: & nõ habebat ſpeciem: neq; decorem: ſed ſpecies eius inhonorata: & cõtemptibilis prę filiis hominũ. Homo cum eſſet in plaga: & decore: et ſciẽs ferre infirmitatem: quoniã auerſa eſt facies eius: et p nihilo æſtimata: et vere oportebat eum talẽ venire vt peccata noſtra portaret: et pro nobis doleret. Nec enim decebat eum in gloria cõſtitutũ peccata noſtra portare: neq; dolere p nobis. Sed et veniet ĩ gloria ſua cũ ante pręparauerit diſcipulos ſuos per aduentum ſuum: nõ habentem ſpeciem neq; decorẽ: factus ſicut illi vt illos faceret ſicut ſeipm cõformes imagini glorię ſuę. Quoniam prius factus eſt ipſe cõformis corpori humilitatis noſtrę: quãdo ſemetipſum exinaniuit formã ſerui ſuſcipiẽs: vt reſtituat eam in forma dei: quãdo iſta prouenient: quãdo apoſtolicũ illud implebit qđ dicit: omnes eñ nos oportet ſtare ante tribunal Chriſti: vt recipiat vnuſquiſq; ppria corporis prout geſſit: ſiue bonũ: ſiue malũ. Si autẽ vnicuiq; ſecundũ actum eſt redditurus: nec p ſolis bonis actibus reddet ſine malis: nec p ſolis malis ſine bonis: ſed ſecũdum omnẽ actum bonum: et ſecundũ omnem actum malũ recipiet vnuſquiſq;. Arbitror autem in iſtis quidem credẽs apoſtolo: Ezechieli autem in illis: quoniã eius deletur peccata qui perfecte cõuertitur: et qui plenius ceciderint: eis pręcedens iuſtitia nõ imputatur. Nobis autem q inter perfectos: et inter apoſtatas medii ſumus: reddetur ante tribunal Chriſti ſecũdũ qđ geſſimus ſiue bonum ſiue malum: quia nec ſic plenius cõuerſi ſumus ad deũ vt nobis omnino mali actus non imputentur: nec ſic auerſi ſumus vt obliuiſcatur deus ſi quę fecimus opera bona. Si autẽ moraliter potueris intelligere differentias verbi: qđ et in ſtultitia pręedicationis annuntiatur credẽtibus: et in ſapientia inter perfectos: videbis quomodo verbũ dei eis quidem qui nouiter inducunt ad fidẽ, formã

habet ſerui: vt dicāt: vidimus eum & nō habe-
bat ſpeciem: neq̧ decorem: perfectis autem ve-
nit in gloria patris ſui vt dicāt: & vidimus glo-
riam eius: gloriā tanq̄ vnici a patre plenū gra-
tię & veritatis. Perfectis eñ apparet gloria ver
bi: & quia vnicum eſt a patre: & quia plenū eſt
gratia ſimul: & veritate: quod non poteſt cape
re: q indigens eſt ſtultitiæ prædicatione. Nam
filius hominis venturus eſt in maieſtate patris
ſui non ſolus: ſed cum angelis ſuis. Et ſi intel-
ligere potes omnes cooperarios verbi: qđ in ſa
pientia demonſtratur: quod eſt Chriſtus cōue
nientes ei: videbis quomodo venit filius homi
nis in maieſtate patris ſui cū angelis ſuis. An-
geli enim illius ſunt prophetarū ſermones. Et
vide ſi potes dicere quoniā prophetarū ſermo
nes qui prius ſunt paſſi ante iſtius verbi aduē-
tum contēptibiles erant nō habentes ſpeciem
neq̧ decorem ſecundum ſimilitudinem huius
verbi nō habentis ſpeciem neq̧ decorem. Sicut
autem venit fili⁹ hominis in gloria patris ſui:
ſic prophetarum ſermones angeli facti veniūt
cum eo in maieſtate ſecundū ſimilitudinē ver
bi venientis in maieſtate: quia nec poſſibile eſt
ante ſpiritaliter ſecundū veritatem intelligere
prophetarū ſermones: niſi cum ſpiritaliter in-
tellectum fuerit verbum Chriſti: vt videantur
ſimul apparere in maieſtate. Quādo autem hu
iuſmodi verbum venerit cū angelis ſuis ad ſen
ſum credentis: dabit vnicuiq̧ de gloria ſua: &
de claritudine angelorū ſuorū: ſecundū actūm
vniuſcuiuſq̧: quoniam quanto melior fuerit ī
actibus ſuis: tāto ſpiritalius intelligit Chriſtū
vel prophetas ipſius. Amen dico vobis: quoni
am ſunt quidam hic ſtantes qui non guſtabūt
mortem donec videant filium hominis venien
tem in regno ſuo.

Secundum Matthæum.

IN illo tēpore. Aſſumpſit Ie-
ſus Petrum: & Iacobū: & Io
annem fratrem eius in mon
tē excelſum ſeorſum: & trāſ
figuratus eſt ante eos.

Cap. XVII.

Homilia lectionis eiuſdē
Origenis preſbyteri. Quæ eſt Tertia.

D QVidam ſic intelligunt quoni
am nō guſtauerūt mortē hi
tres apoſtoli priuſq̄ viderent
filiū hoīs venientē in regno
ſuo: & in gloria ſua. Vidētes
eñ ante ſe Ieſum trāſfigura-
tū: ita vt fulgeret facies ei⁹ tā
q̄ ſol: & veſtimenta candeſcerēt ſicut lumē: vi
derūt regnū dei veniēs in virtute. Nam quē ad
modū ſi cōſiſtant circa imperatorem quidā ar-
mati, ſic Moyſes & Helias viſi ſunt circa Chri
ſtum eis qui aſcenderāt ſuper montē excelſum
apparentes in maieſtate: & loquētes cum Ieſu,
dicebāt exitū eius quē impleturus erat in Hie
ruſalem. Hæc autem expoſitio quam diximus
conuenit eis qui tales ſunt quales nominat Pe
trus: facti ſicut mō generati infantes deſyderā
tes rationabile & ſine dolo lac. Ad quos etiam
Paulus loquebatur dicens. Lac vobis potū de-
di: nō eſcam. Nondum enim poteratis: ſed nec
vſq̧ adhuc poteſtis. Et omnē expoſitionē quæ
ſecundū textum exponitur: & poteſt ædifica-
re eos qui expoſitionem nō capiunt fortiorem
arbitror recte lac appellari quod fluit de ſancta
ſcripturarū terra. Qui aūt ablactatus eſt: quē-
admodū Iſaac: dign⁹ lætitia & ſuſceptiōe quā
fecit in ablactatione filii Abrahā: ſine dubio q̄
ret & in iſtis: & ī omni ſcriptura fortiorē cibū
qui alter eſt ab eo cibo: qui cibus quidē eſt: ſed
non fortis cibus: qui appellať holera. Qui abla-
ctato quidem: non autē forti: ſed infirmo eſt ci
bus: ſecundum q̧ ait apoſtolus: qui autem in-
firmať holera māducet. Sic & Samuel ablacta-
tus: & tranſmutatus a matre ad deū: & appoſi
tus deo a matre: quæ vocabať Anna: interpre-
tata hebraice gratia: & ſiqs fuerit gratię filius
vt quęrat quaſi in tēplo dei nutrit⁹ carnes: ſan
ctam eſcam perfectorum, ſimul & ſacerdotum.
Quę autem videnť mihi in loco pręſenti, ſunt E
iſta. Erāt quidā ſtantes vbi ſtabat Ieſus, & fun-
datas habentes apud Chriſtū animæ baſes. Hi
ergo ſtabāt ibidem apud Ieſum: id eſt verbum
dei: ſed nō omnes æqualiter ſtabāt. Eſt enim et
inter eos qui ſtabāt apud Ieſum, ad alterutrū
differentia ſtandi. Propterea nō omnes qui ſta
bant apud Ieſum, ſed quidā ex eis quaſi qui me
lius ſtabant dicuntur non guſtare mortem do
nec videant verbum dei qđ venit ad homines.
Ideo aūt verbum illud quaſi filius hominis ve
nire in regno ſuo refertur: quia nō ſemper quā
do venit verbū in regno ſuo venit. Eis enim q
in primis inducunť ad fidem tale eſt: vt dicant
videntes eum non glorioſum: neq̧ magnū: ſed
inferius multis hominum verbis: vidimus eū
et non habebat ſpeciem: neq̧ decorem: ſed ſpe-
cies ei⁹ ſine honore: et abiecta pręfiliis homīs.
Hæc dicēt qui vident gloriā eius de pręteritis
temporibus ſuis: quādo in primis non videba
tur eis verbū habere ſpeciē glorioſam ſecundū
q̧ in primordio ſuo intelligebant. Ergo extra
iſtū vulgarem et manifeſtiſſimū intellectū: quē
in primordio ſuo intelligūt accedētes ad fidē:
eſt aliqs dignioſior: et quaſi regalis intellectus

in verbo:quē non omnes ſtantes apud Ieſum
vident:ſed qui poſſunt eū ſequi præcedentē
et aſcendentem ſuper excelſum ſuę manifeſta
tionis mōtē:qui ſunt ſicut Petr⁹:quem ſupra
deſcripſimus:vel ſicut filii tonitrui q naſcun
tur ex magniloquio dei tonātis:& magnifica
cœlitus clamātis ad eos qui habēt aures & ſa
piunt.Iſti ergo qui ſunt ſicut Petr⁹:vel ſicut
filii tonitrui Iacobus,& Ioānes:nō guſtabunt
mortē donec viderint filiū hominis venien=
tem in regno ſuo:& ī gloria ſua:& regnū dei
A veniens in virtute.Vt aūt manifeſtius expo=
namus quid ſit videre verbū veniēs in regno
ſuo,& in gloria ſua:& quid ſignificet videre
regnū dei veniēs in virtute:ſiue dū ex ſe ſplē
det in cordibus noſtris:ſiue dū quęrētibus in
uenitur:ſiue dū īgreditur in cogitatiōes no
ſtras:vnuſquiſq; iudicet qđ exponim⁹,prout
vult.Tamē qui videt:& cōprehēdit eminētiā
verbi dei:qđ ſoluet,& cōuincet oēs perſuaſio
nes mēdaciorū profitētiū veritatē:videt filiū
hominis:id eſt verbū:veniētē in regno ſuo.Et
qui verbū dei filiū videt:nō ſolū ſoluētē & cō
uincentem aduerſariorū perſuaſiones:ſed eti
am ſuas euidētias declarantē: videt non ſo=
lum regnum:ſed & gloriam verbi dei.Et iſte
talis in ſeipſo videt regnū dei veniens in vir=
tute: non in infirmitate.Qui autē nō eſt ita
confidens in regno dei vt omnia pati conten
tus ſit propter illud:ſed eſt dubi⁹,& timidus
de ſpe regni:ille non videt in ſe regnū dei ve=
niens in virtute.Et hoc ille videt in quo non
regnat peccatū:nec tenetur ſub dominatio=
ne peccati qđ regnat ī corpore mortali peccā
tium:ſed eſt ſub rege omniū deo.Dicit enim
apoſtolus.Et ego fratres nō potui vobis loq
quaſi ſpiritalibus:ſed quaſi carnalibus.Qua
ſi paruulis in Chriſto:lac vobis potū dedi,nō
eſcam.Nondū enim poteratis:ſed nec vſq; ad
huc poteſtis.Nā cū ſint inter vos ęmulatiōes,
et contentiones:nonne carnales eſtis & ſecun
dum hominem ambulatis?Item alibi.Sapien
tiam autem loquimur inter perfectos.Si er=
go q adhuc carnales & paruuli ſunt in Chri
ſto:& non ſunt perfecti:non poſſunt intellige
re ſapiētiam verbi:nec capiūt ſpiritalem eius
intellectū:quomodo videant mente ſua emi=
nentiam verbi:id eſt regnū verbi:& gloriam
B verbi:q diuerſis ſunt inuoluti peccatis?Quid
eſt autē mortem guſtare:videamus.Duæ res
ſunt ſibi contrarię:mors & vita.Et vita qui=
dem eſt ille qui dixit.Ego ſum vita.De qua
ſcriptum eſt.Quod autē factum eſt in eo,vi=
ta eſt:id eſt in verbo.Inimica autem vitæ hu
ius:mors eſt.Quæ & nouiſſima inimicorum
omniū deſtruetur:qua peccans anima mori=
tur:quando dicitur in lege:Dedi ante faciem
tuam vitam & mortem:elige vitam.Ex qui=
bus alterum vnuſquiſq; noſtrum per ea quæ
agit:eligit ſemper.Sicut ergo vita eſt & viu⁹
panis qui de cælo deſcendit,& vitam dedit
huic mūdo:ſic & inimica eius mors:panis eſt
mortuus.Omnis autem rationabilis anima:
aut viuo pane nutritur:aut mortuo: per ea
quæ ſuſcipit opera vel dogmata bona vel ma
la.Et quēadmodum eſt in communi pane:vt
quis aliquando quidem guſtet eum tantum:
aliquando autem & amplius eum manducet
ſic & in iſtis panibus:quidā quidem modicū
manducant:tātum guſtātes: quidam autem
et abundantius ex eis manducant:boni qui=
dē de viuo pane qui de cœlo deſcendit:mali
autem ex mortuo pane qui eſt mors.Et forſi=
tan qui & raro,& modicum peccant:tantum
modo guſtāt mortem.Qui autem perfectius
ſuſceperint ſpiritalem virtutem:neq; guſtāt
eam:ſed viuo pane ſemper veſcuntur.Conſe
quens ergo erat Petrum cui portæ īferorum
non præualebant:vt neq; guſtaret mortem:
quoniā tunc quis guſtat,vel manducat mor
tem,quando portæ mortis præualent cōtra
eum:vel parum,vel multum.Sed & filiis to=
nitrui natis ex magniloquio:id eſt ex tonitru
impoſſibile erat mortē guſtare.Hoc ergo per
fectus ſermo prophetat: vt ex eo q ſtantes
ſunt apud verbum,tantum proficiāt:vt neq;
guſtent mortem donec videāt aduentum,&
gloriā,& regnum,& eminentiā verbi dei ſe=
cūdum quam eminet ſuper omē verbum qđ
adhuc interim diuellit,& trahit homines ſu
ſpitione veritatis:eos qui nō poſſunt diſrūpe
re vincula diuulſionis:& aſcendere ad eminē
tiam verbi veritatis.Sed forſitan videtur q= C
buſdam quaſi promiſſio hæc Saluatoris/tem
pore aliquo terminetur:vt nō quidē guſtent
mortē donec videant filiū hominis veniētē
in regno ſuo:poſtea vero guſtent.Ideo opor=
tet vt proferamus exēpla:ſecūdū quā ſcriptu
rę cōſuetudinē poſitū ſit:qđ dicit:donec vi=
deant:nō omnino definiens tempus:vt poſtq̄
tranſierit illud donec:fiat qđ ante nō fuerat
factū:ſed rē quæ neceſſaria eſt exponit.Dicit
eñ dominus ad vndecim diſcipulos ſuos cū
ſurrexit a mortuis:Et ecce ego vobiſcum ſū
omnibus diebus vſq; ad conſummationem
ſęculi.Ergo vſq; ad cōſummationē ſæculi cū
illis erat futurus:poſt cōſummationē aūt ſæ
culi huius inſtāte futuro ſæculo iam nō ſe p
mittebat fore cū eis?vt melius eēt diſcipulis
hoc tēpus qđ eſt ante cōſummationē ſæculi

q̄ illud futurū? Nam etſi audeat aliquis dice
re: quoniā poſt conſummationē ſęculi iam nō
erit cū diſcipulis ſuis Ieſus: quoniā ſermo tā-
diu cū illis eū futuꝝ eſſe demōſtrat: manife-
ſtum eſt tamen quoniam qđ quęrebatur, hoc
erat: ſi ante futuꝝ ſæculū, & ante promiſſio-
nes illas ſperatas dei cum diſcipulis ſuis erat
futurus filius dei. Conueniēter aūt requiro
cum ſit manifeſtū: quia vſq; ad cōſummatio
nem ſæculi cum diſcipulis ſuis ſit: vtrū ſem
per cum diſcipulis ſuis ſit: aut aliquando qui
dem eſt: aliquando autem non eſt? Hoc autē
quęro ꝓpter illud qđ dixit: Et ecce ero vobiſ
cum omnibus diebus: ne forte per dies quidē
ſit cū diſcipulis ſuis: per noctes autē non ſit.
Si autem propter hoc ꝙ dixit in diebus cum
diſcipulis ſe futurum: non & in noctibus: ab-
ſurdum putamus dicere: quoniā in noctibus
denegauit ſe cum diſcipulis ſuis futuꝝ: ſine
dubio nō cogimur illū ſuſcipere intellectū vt
dicamus: guſtare eos mortem qui viderūt fi
lium hominis venientem in regno ſuo. Poſtq̄
digni habiti ſunt talem illū videre. Sed quē-
admodū in ea ſcriptura quā diximus: neceſſa
rium erat cognoſcere quoniā vſq; ad cōſum
mationē ſæculi non fuerat nos relicturus: ſed
nobiſcum futurus omnibus diebus: poſt con
ſummationē aūt ſæculi reliquit: quaſi manife
ſtū: quia multomagis nobiſcū erat futurus.
D Sed & in hoc loco arbitror manifeſtiſſimū eē
omnibus qui intelligere poſſunt cōſequētiā
rerū: quoniā qui ſemel vidit filiū hominis ve
nientē in regno ſuo: & vidit eū in gloria ſua:
et regnū veniēs in virtute: poſt tantoꝝ bono
rum ſpectaculū iam nequāq̄ guſtabūt mortē.
Sine verbo autē promiſſionis Ieſu: nō ſine ra-
tione forſitan æſtimabimus guſtare mortem
q̄diu digni habiti non fuerint homines vide
re filiū hominis venientem in regno ſuo: & in
gloria ſua: & regnū dei in virtute. Quoniam
hic quidē ſcriptū eſt apud tres euangeliſtas
non guſtabūt mortem: in aliis autem ſcriptu
ris varia de morte ſunt dicta: non eſt ſuperua
cuū vt etiam illa conferentes cum iſtis diſcu
tiamus largius quid ſit mortem guſtare. In
pſalmis dictum eſt. Quis eſt homo qui viuet
et non videbit mortem? Item alibi. Veniat
mors ſuper illos: & deſcendant in infernū vi-
uētes. Item apud aliquem prophetarum. Ab
ſorbuit mors pręualens. Item in reuelatione.
Mors & infernus quoſdam ſequuntur. Vi-
detur ergo mihi in iſtis quia aliud eſt mortē
guſtare: aliud autē mortem videre: aliud ve
nire ſuper aliquos mortem: aliud abſorbere
mortem: aliud autem mortem ſequi. Quæro
autē in iſtis, ne forte grauius ſit guſtare mor
tem q̄ videre. Item peius eſt quem ſequitur
mors: q̄ qui guſtat: & non ſolum vt ſequatur
ſed etiam vt veniat ſuper aliquem mors: & cō
prehendat quem ſequebatur. Abſorberi au-
tem a morte: omnibus videtur mihi graui-
us eſſe. Si autem conſyderaueris peccātium
differentias: puto ꝙ non dubitabis ſuſcipere
hæc quæ de mortis differentia ſunt tractata
a nobis: & dicta in ſcripturis per ſpiritum ſan
ctum. Poſt dies autem ſex ſecundū Matthæū E
et Marcum, aſſumens Petrum, & Iacobum, &
Ioannem fratrem eius: duxit eos ſuper mon-
tem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt
ante eos. Videntur mihi qui ducūtur a Ieſu
ſuper montem excelſum: & digni habētur vi
dere transfigurationem eius ſecrete: quia nō
in vanū poſt ſex dies ducūtur. Quoniam enī
in ſex diebus perfecti numeri totus factus eſt
viſibilis mundus: ideo arbitror eum qui trā-
ſcēdit omnes mundi res: conſyderans iam nō
quæ vidētur (temporalia enim ſunt) ſed quę
non videntur: quoniam ſunt æterna: ille pōt
aſcendere ſuper montem excelſum Chriſto ſe
præcedente: ille poteſt & gloriā aſpicere ver-
bi dei. Si ergo quis noſtrū cupit Chriſto ſe aſ
ſumēte aſcendere ſuper montē excelſum: &
videre ſecrete transfigurationem ipſius: tran
ſcendat opera ſex dieꝝ: non aſpiciens quę vi-
dētur: neq; diligēs mundum: nec ea quę ſunt
in mūdo: nec cōcupiſcat aliquā concupiſcen
tiam mundialem quæ eſt cōcupiſcentia cor-
porum, & corporalium diuitiarum, & gl'iæ
corporalis: nec omnia quæcūq; ſolēt auellere
et trahere a melioribus, & diuinis, & ad infe-
riora deponere. Cum autem tranſcēderit ſex
(ſecūdum ꝙ diximus) dies: nouum Sabbatū
ſabbatizat exultans in mōte excelſo: in eo ꝙ
videt trāſfiguratū Ieſum ante oculos cordis
ſui. Diuerſas autem habet verbū dei formas F
apparēs vnicuiq; ſecūdū ꝙ videnti expedire
cognouerit: & nemini ſupra qđ capit ſemet
ipſum oſtendit. Quæres aūt quando tranſfi-
guratus eſt coram eis quos duxerat ſup mō
tem excelſum: ſi apparuerit eis in forma dei
in qua fuerat prius: vt his quidē qui erant de
orſum haberet formā ſerui: ſequētibus autē
ſe poſt ſex dies ſuper mōtē excelſum: iam non
haberet formā ſerui: ſed dei? Sed audi ſi potes
quaſi ſpiritalis: quia nō dixit ſimpliciter trāſ
figuratus eſt: ſed cum quodam neceſſario ad
ditamento qđ ſcripſerunt Matthæus & Mar
cus. Secundū ambos enim ſic eſt dictum: trāſ
figuratus eſt corā eis. Secūdū hoc ergo dices
poſſibile eſſe Chriſtū corā quibuſdā quidem

transfigurari iſta transfiguratione: corã aliis
autem in ipſo tẽpore nõ trãſfigurari: ſed eſſe
in forma ſerui. Si autem vis transfiguratiõe
Chriſti videre factam coram eis: qui aſcende
runt ſuper mõtem excelſum ſecrete cum eo:
cõſydera mihi in euãgeliis Ieſum: quomodo
ſimpliciter intelligitur ab eis qui nõ aſcẽdũt
per aſcendẽtia opera: & per exercitationẽ ver
borum ſpiritalium ſuper excelſum ſapientiæ
montẽ: eis autẽ qui aſcendũt iam nõ ſecundũ
carnem cognoſcitur: ſed deus verbum intelli
gitur: & creditur: & colitur ſecundũ dei for-
mã. Corã his ergo trãſfiguratur Ieſus: & non
corã illis qui ſunt deorſum: in conuerſatione
terrena viuẽtes. Si quãdo autẽ fuerit transfi-
guratus: & facies eius fulgebit ſicut ſol: vt cla
rius inueniatur filiis lucis qui ſpoliauerũt ſe
opera tenebrarũ: & induerũt ſe arma lucis: &
iam nõ ſunt filii tenebrarũ & noctis: ſed facti
ſunt filii dei: & ſicut in die honeſte ambulãt:
& manifeſtus fulget eis: non ſimpliciter ſicut
A ſol: ſed oſtenditur eis ſol eſſe iuſtitiæ. Et non
ſolũ transfiguratur coram talibus diſcipulis
ſuis: ſed etiã veſtimẽta ipſius fiũt candida ſi-
cut lumen: quæ ſunt ſermones: & literæ euan
geliorũ quibus Ieſus eſt indutus. Puto autem
etiã illa: quæ ab apoſtolis dicũtur de eo: veſti
mẽta eſſe Ieſu: quæ fiunt aſcendentibus ſuper
montẽ excelſum cũ Ieſu candida. Sed quoniã
cãdidorꝫ differẽtiæ ſunt: nõ fiũt qualitercũqꝫ
candida: ſed candida ſicut lumen. Si quando
ergo videris aliquem nõ ſolũ erga diuinitatẽ
Chriſti cautũ: atqꝫ perfectũ: ſed & dicta euan-
geliorũ omnia manifeſtantẽ: nõ dubites dice
re: ꝙ ei tali veſtimenta Chriſti facta ſunt can-
dida ſicut lumen. Qꝫ ſi ita intelligatur: & cõ-
ſpiciatur trãſfiguratꝰ filius dei: vt facies eiꝰ
ſit ſicut ſol: & veſtimenta eis candida ſicut lu
men: ſtatim apparebit coram huiuſmodi ho-
minibus videntibus Ieſum talẽ: etiã Moyſes:
id eſt lex: & Helias: id eſt prophetæ colloquen
tes cum Ieſu. Tale eſt enim aliqd qđ ſignificat
ſermo dicens: colloquentes cum eo. Secũdum
Lucam autem Moyſes & Helias viſi in gloria
dicebant exitum eius quẽ impleturus erat in
Hieruſalem. Si quis autẽ intelligit ſpiritalem
legem cõuenientẽ ſermonibus Ieſu: & in pro-
phetis abſconditã in myſterio ſapiẽtiam: ille
videt Moyſen & Heliam in gloria: quando vi
derit eos vnũ cũ Ieſu. Itaqꝫ & illud qđ ſecũdũ
Marcũ dicitur oportet exponere: qđ eſt tale:
Et dũ orat trãſfiguratus eſt: ne forte tũc ma
B xime videamus verbum corã nobis trãſfigu-
rari: ſi ea quæ prædicta ſunt fecerimus: ſi aſcẽ
derimus ſuper montem: & viderimus Ieſum
colloquentẽ cũ patre: id eſt cõueniẽtia patri
loquentẽ: & orantem: id eſt ſubdẽtem ſe patri
ſoli vero deo. Cum aũt ſic viſuſ fuerit loquẽs
cũ patre: & orans eũ: tunc ſecũdum Marcum
veſtimenta eius ſplendida/ & candida fiunt ſi
cut nix: qualia fullo ſuper terram non poteſt
facere candida: coram eis qui vident eum lo-
quẽtem cũ patre: & orãtẽ patrem. Et forſitan
fullones ſuper terrã poſſumus moraliter æſti
mare ſapiẽtes ſęculi huius: qui præſunt: & di
ligentiã adhibẽt quibuſdã hominibus per ſer
monẽ doctrinæ ſuæ: quẽ ipſi æſtimãt clarũ &
mũdũ: ita vt putẽtur ornare etiã turpes intel
lectus: & dogmata falſa fullonicare ingeniis
ſuis. Qui autẽ ſplendẽtia veſtimẽta ſua aſcen
dentibus ſuper montẽ oſtendit: & ſplendidio
ra ꝙ̃ illorũ ars fullonia facere poteſt: ſermo eſt
qui oſtẽdit ſpiritaliũ intellectuũ ſplendorẽ in
dictis ſcripturarũ imperitis: quæ a plurimis
cõtemnũtur. Poſt hæc videamꝰ qđ intelligẽs C
Petrus domino dixit. Domine bonum eſt nos
hic eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula.
Vnũ tibi: vnũ Moyſi: vnũ Heliæ. Propterea
autẽ maxime hoc exiſtimo requirẽdum: quo
niam Marcus quidẽ quaſi ex ſua perſona ad-
iecit: dicẽs. Nec enim ſciebat qđ reſponderet.
Lucas autẽ dicit: Hoc inquit Petrus neſciens
quid loquebatur. Si enim neſciens quid loque
batur hęc locutus eſt: cõſyderãdũ eſt ne forte
per exceſſum mentis hæc loquebatur motus
quodam ſpiritu alieno. Spiritum autẽ ſanctũ
æſtimare nõ poſſumus. Nec enim venerat ſu
per aliquẽ credentiũ in Ieſum ſpiritus ſanctus
ſicut teſtatur Ioannes: quia Ieſus nõdũ fuerat
honorificatus: ſed alieno ſpiritu motus loque
batur qui neſciebat qđ loquebatur. Necdum
enĩ principatus & poteſtates traducti: & triũ
phati erãt in ligno. Et iſte forſitan ſpiritꝰ erat
quẽ ſupra ſcãdalũ ſibi ꝓnũtiauerat Chriſtus
& Sathanan: dicens. Vade poſt me ſathana:
ſcãdalũ mihi es. Scio aũt ꝙ hęc quæ dico mul D
tis legẽtibus & nõ ſapiẽter iudicãtibus cõtra
ria & aſpera videbuntur: quaſi in blaſphemiã
Petri dicta: qui paulo ante beatus a Chriſto ẽ
dictus: cui nõ caro & ſanguis: ſed deus pater
reuelauit notitiã filii ſui. Sed q putãt Petrũ:
vel cæteros apoſtolos ante paſſionem Chriſti
fuiſſe perfectos: & liberos ab omni ſpiritu alie
no: dicãt quomodo eos eripuit a maligno: vel
vnde eos redemit pretioſo ſanguine ſuo. Aut
dicãt in tẽpore transfigurationis Chriſti vn
de erant grauati ſomno: ſicut exponit Lucas.
Aut certe (vt ad pſentẽ expoſitionẽ ꝓterita
reuocemꝰ) putas eſt: vt aliqs ſcãdalizetur in
Chriſto: ſine opatione diaboli ſcandalizãtis?

Et poteſt aliquis denegare Chriſtũ:& hoc in
conſpectu ancillulę & oſtiarię:& in conſpectu
omniũ abiectorũ:niſi fuerit inimicus:& dene
gator ſpiritus cũ ſpiritu & ſapientia quę dat
eis q adiuuãtur a deo ſecũdũ aliquam animæ
dignitatẽ ad cõfitendũ? Si ergo ita eſt:ne for
te ille ſpiritus qui voluit quãtũ ad ſe Chriſtũ
ſcandalizare vt recederet a paſſione oĩbus ho
minibus ſalutari:ipẽ etiã operãs hic ſeducto
rie vult auellere Chriſtum ſub colore boni:vt
nõ cõdeſcendat hoĩb⁹:nec veniat ad eos:nec
ſuſcipiat mortẽ ꝓ eis:ſed remaneat in monte
excelſo cũ Moyſe:& Helia. Promittit aũt & fa
E cere tria tabernacula:vnũ priuatim Ieſu:alte
rũ Moyſi:aliud Helię:quaſi nõ eos capiẽte ta
bernaculo vno:in quos oẽs ſimul cõſiſtere de
berẽt. Forſitã & in hoc malitioſe operabat̃ per
eũ qui neſciebat qđ loquebatur:nolẽs eẽ ſimul
Ieſum:& Moyſen:& Heliam:ſed ſeparare eos
ab inuicem trium tabernaculorum obtentu.
Qđ fieri nõ poterat. Nã ſi ĩ vnũ ſint Chriſt⁹
& lex:& prophetę:tunc & Chriſtus dei filius
cõprobat̃:& lex & prophetæ vera ꝓphetaſſe
inueniũtur:quoniã lex:& ꝓphetæ teſtimoniũ
dederũt de Chriſto:ꝓdicẽtes ea q̃ futura erãt
de Chriſto:& Chriſtus teſtimoniũ dedit legi:
& prophetis:quoniã vera ꝓphetauerũt:pro
phetiã eorũ ipſis rebus adimplẽs. Si aũt ſepa
rẽtur ab inuicẽ:nec Chriſtus oſtendit̃:nec ꝓ
phetę vera dixiſſe inueniũtur. Quod fieri cu
piebat mala ſuggeſtio Petri dicẽtis: Faciam⁹
tria tarbernacula:vnũ tibi:vnũ Moyſi:vnum
Helię. Propter qđ euãgeliſtę dixerũt de Petro
neſciẽs qđ loquebat̃. Falſum aũt erat & illud
qđ dicebat:Bonũ eſt hic nos eſſe. Si eñ bonũ
fuiſſet illic eos eſſe:mãſiſſent vtiq̃ ibi:nõ recu
ſaſſent qđ erat bonũ. Si autem falſum fuit qđ
dixit:Bonũ eſt nos hic eſſe:intellige qs ſuggeſ
ſit loqui falſum:niſi ille qui mendax eſt & pa
ter eius? Et ſicut nõ eſt veritas ſine opere eius
qui dixit:Ego ſum veritas:ſic nõ eſt loqui mẽ
daciũ ſine diabolo auctore mẽdacii. Cõtraria
ergo ſibi adhuc erãt in Petro:veritas & mẽda
ciũ. Et de veritate qdẽ dicebat:Tu es Chriſt⁹
filius dei viui:in quo & beatificatus eſt:& per
promiſſionẽ meruit fieri eccleſię fundamẽtũ.
Ex mẽdacio aũt:qđ dixit. Propitius tibi eſto:
et hoc tibi nõ erit. Falſum enim inuẽtũ eſt qđ
dixit:& hoc tibi nõ erit:Poſtq̃ eñ abiit in hie
roſolymã multa paſſus eſt a quibus paſſus eſt.
Et qđ dixit:Bonũ eſt nos hic eſſe:dixit ſugge
F rẽte ſibi mendacio. Qui aũt nõ vult ex aliqua
operatione mali ſpiritus Petrũ ita dixiſſe:ſed
ex arbitrio ſuo puro:quomodo defendat illud
quod euãgeliſtæ dixerũt de eo:Hæc aũt dixit

Petrus neſciẽs quid loquebatur? Vere autem
quoniã & illic quaſi execrabile æſtimabat:at
q̃ indignũ occidi filiũ dei viui:quẽ iã reuela
uerat ei pater:dixit:Propitius tibi eſto:& hoc
tibi nõ erit. Et hic vt vidit duas formas Ieſu
Chriſti:multũ autẽ diſtãtem eam quę ex trãſ
figuratione in eo fuerat demonſtrata:delecta
tus in ea dixit:Bonũ eſt nos hic eſſe:vt ipſe &
qui erant cum eo delectarentur vidẽtes tranſ
figurationẽ ipſius:& ſplendentem faciem ei⁹:
quemadmodũ ſolem:& veſtimenta eius can
dida ſicut lumen:necnõ etiã Moyſen & Heli
am quos ſemel in gloria viderunt ſemp vide
rent:& delectarẽtur audiẽtes eos ad inuicem
colloquentes:Moyſen & Heliam ad Chriſtũ:
Chriſtũ aũt ad eos. Quia necdũ moralem ali G
quẽ huius loci cõtigimus ſenſum:ſed ſimpli
cem verborum intelligẽtiã exequẽtes:hęc ſu
mus locuti:videamus nũc ne forte aſcẽden
tes ad altitudinẽ dogmatũ veritatis:& trãſfi
gurationẽ Chriſti vidẽtes:& gloriã Moyſi:&
Helię:forſitan cupiebãt in ſeipſis tabernacu
la verbo deo habitãti in eis:& legi ipſius quæ
viſa fuerat in eis in gloria:& prophetiæ quæ
Chriſti exitũ loquebatur:& cõcupiſcẽs illam
ſpectabilẽ vitã Petrus:& delectationẽ ipſius:
præponẽs ſuã vtilitatẽ vtilitatibus plurimo
rũ:quę poterãt euenire hominibus ex deſcẽſu
Chriſti ad eos:dicebat. Bonũ eſt nos hic eſſe:
et faciamus ſi vis tria tabernacula. Sed quo
niã charitas nõ quęrit quę ſua ſunt:hoc qđ vi
debatur bonũ Petro nõ fecit Ieſus:ſed deſcen
dit de mõte ad eos q nõ poterãt aſcẽdere ſup
eũ:& videre tranſfigurationẽ filii Dei:vt vel
qualẽ capere eũ poterãt talẽ viderẽt. Iuſti eſt
ergo:& charitatẽ habẽtis:& nõ quærẽtis quę
ſua ſunt:vt cũ ab oĩbus quidẽ ſit liber:omniũ
tamẽ ſe faciat ſeruũ:eorũ maxime quorũ vita
deorſum eſt:vt plures lucrifaciat. Adhuc eo lo
quente:& ecce nubes lucida obũbrauit eos:& H
vox de nube dicẽs. Hic eſt filius meus dilect⁹:
in quo complacui:ipſum audite. Tale aliquid
ſentio in hoc loco. Deus prohibens Petrũ face
re tabernacula tria:in quibus habitarent ſecũ
dum volũtatẽ illius. oſtẽdit vnũ:& melius:&
multũ ꝑclarius tabernaculũ:q̃ ille facere cu
piebat. Tabernaculi eñ hoc eſt propriũ opus
obumbrare aliquos ſub ſe. Lucida autẽ nubes
obũbrãs eos:diuinioṙe & ſplendidiorẽ repẽſa
tionẽ exemplo ſuo demõſtrabat eis futuram:
quæ ꝓtegeret eos ſimul & illuminaret. Quæ
ſit aũt nubes lucida obũbrãs ſanctos:niſi for
te virtus paterna ex qua venit vox patris dãs
teſtimoniũ filio quaſi dilecto:& exhortãs eos
qui obumbrabant̃ ab eo:ipſũ non alii obedire

Forte & ſpiritus ſanctus eſt lucida illa nubes: obumbrãs ſanctos & prophetas deo in ſe operãte atq; dicẽte: Hic eſt filius meus dilectus: in quo cõplacui. Audens autẽ dicã etiã Saluatorem noſtrũ eſſe lucidam nubẽ. Nubes enim lucida obumbrat ſemp dilectos Chriſti diſcipulos: & euangeliũ: & legem: & prophetas: ſicut intelligũt q poſſunt aſpicere lumẽ ipſius
A in euãgelio: vel in lege: vel in prophetis. Vox autẽ de nube aut ad Moyſen & Heliam dicit: Hic eſt filius meus dilectus in quo cõplacui: ipſum audite: qui deſyderabãt videre filium dei & audire eũ: aut diſcipulos docebat: quoniã qui proprie filius erat dei & dilectiſſimus apud eũ: in quo cõplacuit: quẽ pcipue oportet audire: ipſe erat q tũc eſt viſus: & transfiguratus ſplenduit ſicut ſol: & veſtimẽta eius facta ſunt ſicut lumẽ. Poſt hoc ſcriptũ eſt: quoniam audiẽtes lucidã nubẽ teſtimoniũ dãtẽ filio dei apoſtoli tres non ſuſtinẽtes gloriã vocis: neq; virtutẽ pcedẽtẽ ex ea: ſupplicati ſunt deũ: cadẽtes in faciẽ ſuã. Valde eñ timuerũt ſpectaculi nouitatẽ: & teſtimoniũ vocis. Intelligẽtes eñ diſcipuli ipm eẽ filiũ dei viui: qui viſus eſt Moyſi: & dixit: Non videbit homo faciẽ meã & viuet: poſtq̃ viderunt faciẽ filii dei factã ſicut lumen: & audierũt teſtimoniũ dei de ipo: nõ ſuſtinẽtes: humiliati ſunt ſub validi manu dei. Hoc eñ oſtenderũt p timore cadentes in faciẽ ſuã. Eleuãtes autẽ oculos Ieſum ſolũ viderũt.
B Simplex quidẽ volũtas verbi eſt iſta: q; Moyſes & Helias viſi in gloria & locuti cum Ieſu: abierũt vnde & venerãt: forſitan tradituri ſermonẽ quẽ loquut⁹ eis fuerat Ieſus: eis qui nõdũ fuerãt prodificati ab eo: qui in tẽpore paſſionis quando multa corpora ſanctorũ dormiẽtiũ apertis monumẽtis itura fuerant in ſanctã ciuitatẽ Hieruſalẽ: illã ſuper quã nõ plorauerat Ieſus: vt illic appareãt multis. Spiritalis autẽ ſecũdum myſteriũ intellectus eſt iſte: q; ſurgentes neminẽ aliũ viderũt niſi Ieſum ſolũ. Facti eñ fuerant vnũ Moyſes: id eſt lex: & Helias: id eſt prophetæ: conuerſi ambo in euangeliũ Chriſti. Et nõ ſicut prius fuerãt tres: ſic & manſerunt: ſed tres vnũ ſunt facti. Poſt myſteriũ ergo oſtẽſum in monte: deſcendẽtib⁹ de mõte diſcipulis pcepit Ieſus dicẽs: vt nemini dicerẽt viſum: donec filius hominis reſurgat a mortuis. Hoc ſimile illi: qđ ſuperius eſt iam tractatũ: quãdo pcepit diſcipulis vt nemini dicerẽt q; ipſe erat Chriſtus. Propter hoc ea quæ illic dicta ſunt poſſunt nobis & in hoc loco eſſe vtilia: quoniã & hic vult Ieſus vt nemini manifeſtetur gloria eius ante gloriam paſſionis & reſurrectionis ipſius.

Et interrogauerũt eũ diſcipuli ei⁹ dicẽtes. C
Quid ergo ſcribę dicũt q; Heliã oportet venire primũ? Sermo interrogationis diſcipulorũ dicẽtiũ: Quid ergo dicũt ſcribę: ad aliqd eorũ quæ ſupi⁹ ſcripta ſunt reſpicit. Propter qđ in quantũ valemus tentemus hoc facere manifeſtum. Diſcipuli qui cum Chriſto aſcẽderãt ſuper montẽ: recordabãtur traditionũ ſcribarum de Helia propheta: quoniã ante aduẽtũ Chriſti erat vẽturus: vt pparet animas quæ ſuſcipiant eũ. Viſio aũt q̃ facta erat in monte, in qua etiã Helias eſt viſus: videbatur eis nõ cõuenire cũ traditione ſcribarũ de Helia: qa nõ ante Chriſtũ eis videbatur Helias veniſſe, ſed cũ Chriſto. Ideo falſam æſtimantes traditionẽ ſcribarũ propter huiuſmodi viſionẽ de Helia dixerũt. Quid ergo dicũt ſcribæ quoniã oportet Heliã venire primũ? Tu enim nobis manifeſtat⁹ es ante Heliam: & priuſq̃ ille ad hãc vitã humanã veniſti. Ad hoc reſpõdit D
Ieſus nõ reprobans qdẽ quæ a ſcribis tradita fuerãt de Helia: ſed aliũ Heliæ aduentũ ante ſe indicans factum: quẽ ignorauerant ſcribæ. Ignorãtes aũt eũ quodãmodo participes facti interfectionis eius / fecerũt ei quãta voluerũt: ſimiliter facturi Chriſto. Ideo reſpõdẽs Ieſus dixit. Helias quidẽ vẽturus eſt primũ: & reſtituet oĩa. Dico aũt vobis: quoniã Helias iã venit: & nõ cognouerũt eũ. Qđ dicit pter Ioãnem: Helias iã venit: nõ anima Heliæ eſt intelligẽda: vt ne incidamus in dogma trãſcorporationis: qđ alienũ eſt ab eccleſiaſtica veritate. Nã & cõtrariũ eſt his q̃ dicit apoſtolus: quæ videtur tẽporalia eſſe: & mũdũ iſtũ finẽ habere: & ei qđ ipe dñs ait: Cœlũ & terra trãſibunt: & prophetico ei qđ ait: In initio terrã tu fundaſti dñe: & opera manuũ tuarum ſunt cœli: ipſi peribũt. Si eñ ſecũdũ opinionẽ eorũ eadẽ anima bis poteſt fieri in corpore: ſecũdũ ſtatũ eũdẽ: ab initio ſæculi vſq; in finẽ: interrogo quare fit bis? Si propter peccatũ: quare nõ & ter: & frequẽtius fit in corpore anima: vt pter vitã hãc & peccata quæ cõmittunt in ea patiatur pœnã trãſcorporationis: q̃ ſola ſecũdum opinionẽ animabus peccatricibus infertur cauſa vindictæ? Quæ ſi cõſequẽter iferat nõ erit cito vt anima deſinat iterũ: atq; iterũ ſuſcipere corpus. Semper eñ pter delicta pcedẽtia reuertetur: & ſic locũ nõ habebit cõſummatio mũdi. Si eñ ſecũdũ hoc argumentũ / ei animæ datur nõ redire ad corpus q̃ non habet oĩno peccatũ: per quot annos æſtimas vnã aĩam inueniri: q̃ oĩno mũda ſit a peccato: & nõ habeat opus trãſfigurationẽ ſuſcipere? Tãtũ & ſic vna quadã aĩa ſemper ex definito

numero animarũ trãſlata:& iã nõ reuertẽte
ad corpus:deficiet aliquãdo per aliqua innu=
merabilia ſæcula natiuitas:mũdo redacto ad
vnũ aliquẽ:vel duos:vel tres.Poſt quos cũ &
ipſi fuerint ꝑpter perfectã iuſtitiã ſuã irreuer
tibiles facti:cõſummabitur mũdus: deficien=
tibus videlicet qui reuertant̃ ad corpus. Qđ
ſcripturarũ non placet veritati.Sciunt enim
multitudinẽ peccatorũ eſſe inueniendam in
tẽpore cõſummationis:ſecundũ ꝙ ipſe domi
nus manifeſtat dicẽs.Tamẽ cũ venerit filius
hominis:putas inueniet fidẽ ſuper terrã? Itẽ
alibi.Sicut fuit in diebus Noe: ita erit aduen
tus filii hominis.Sicut enim fuerunt ante di=
luuiũ manducantes:bibentes:& nuptum tra
dẽtes:donec intrauit Noe in arcam: & venit
diluuiũ & tulit omnes:ſic erit & aduentus fi=
lii hominis:& erit eis qui tunc fuerint pecca=
tores punitio:nõ in tranſcorporatione:ſed in
igne. Vnde neceſſariũ:qui trãſcorporationis
dogma defendunt gentiles:quaſi conſequen=
tias ibi dicere cupientes:denegant mũdũ eſſe
E aliquando cõſummandũ.Contra quos reſpõ=
demus.Si non conſummatur mũdus:ſed erit
ſine fine:nõ eſt deus oĩa ſciẽs priuſꝗ fiant: ſed
ſi forte ex parte vnũ:vel alterũ ſcit futurum
priuſꝗ fiat:omnia autẽ neſcit:quæ enim nata
ſunt ſine fine:definitione aliqua cõprehendi
non poſſunt:& conſequens eſt vt nec prophe
tiæ poſſint fieri de oĩbus quaſi ſine fine omni
bus cõſtitutis. Adhuc dicimus eis qui putãt
animã Ioãnis:animam fuiſſe Heliæ:& primũ
quidẽ vocatã Heliam:poſtea Ioannem:quare
angelus qui viſus eſt Zachariæ ita dixit:Ecce
Helizabeth vxor tua concipiet.& pariet tibi
filium:& vocabis nomẽ eius Ioannẽ? Si enim
anima ipſa fuit Heliæ:oportuit & ſecũda vice
natũ vocari Heliam:aut oſtẽdi aliquã mutati
nõis cauſam:ſicut in Abrã : & in Abrahã:&
in Saram:& in Sarai:& in Iacob:& in Iſrael:&
in Simonem:& in Petrum.Tamẽ nec ſic ratio
valida vincitur:quoniam illorũ in vna eadẽꝗ
F vita mutata ſunt nomina.Sed dicit aliqs eoꝝ
Si non Heliæ fuit anima Ioannis: quare Sal=
uator Heliam appellauit Ioannem? Et puto
ꝙ Gabriel in verbis quæ locutus eſt Zacha=
riæ demonſtrauit: quid Helię tranſlatũ eſt in
Ioãnem. Dicit enim ita.Et ipſe præcedet ante
eũ in ſpiritu:& virtute Heliæ conuertere cor
da patrum ad filios:& incredulos ad ſapiẽtiã
ſanctorum.Et nõ dixit:Ipſe præcedet ante eũ
in anima Heliæ.Manifeſte enim ſcriptura co=
gnoſcit aliud eſſe animam:aliud autẽ eſſe ſpi=
ritum:ſicut teſtatur Paulus dicens.Deus aũt
ſanctificet vos ad perfectum:& integer ſpiri=
tus veſter:& anima:& corpus conſeruetur in
aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti. Et apud
Danielẽ.Benedicite ſpiritus& aĩæ ſanctorum
dominũ.Helias ergo Ioannes non propter ani
mã eſt appellatus:ſed propter ſpiritũ & virtu
tem: quę nõ cõtriſtãt virtutẽ ſcripturæ ſi pri
mũ fuit in Helia ſpiritus: & poſtea in Ioanne
factus eſt:ſicut conueniẽter apoſtolus ait.Spi
ritus prophetarum:prophetis ſubiectus eſt:
nõ animæ prophetarum prophetis ſubiectæ
ſunt. Adhuc ad confirmationẽ eoꝝ quæ ange
lus dixit:Et ipſe præcedet in ſpiritu & virtu=
te Heliæ:accipiamus de quarto libro regnorũ G
quod eſt tale.Et factũ eſt cum tranſiſſet : dixit
Helias ad Heliſeũ. Pete quid faciã tibi priuſꝗ
tollar a te.Et dixit Heliſeus.Fiat ſpiritus tu⁹
duplex ĩ me.Et dixit Helias. Dure petiſti.Ta
men ſi videris me aſcendentem a te : fiat tibi
ſic:ſi autem non : non fiat.Et quoniam dixe=
rat:Si videris me:fiat:ſi non:non fiat : volens
ſcriptura oſtẽdere quia factum eſt ſic Heliſeo
ſicut ipſe petierat:ſic addit. Et aſcendit Heli
as in cõmotione quaſi vſꝗ in cœlũ:& Heliſe⁹
intuebatur.Et ipſe exclamauit:& dixit.Pater
pater agitator Iſrael:& nõ vidit eũ amplius.
Quoniam ergo vidit propterea requieuit ſpi
ritus non anima Helię in Heliſeo.Item poſtꝗ
percuſſit aquas Iordanis Heliſe⁹:& ſciſſę ſunt
inde & inde:tranſiit Heliſeus:& viderunt eũ
filii prophetarũ qui erãt in Hierico: & dixe=
runt. Requieuit ſpiritus Heliæ in Heliſeo.
Et venerunt obuiam ei: & adorauerunt eum
in terra.Hoc diximus: vt intelligamus Ioãnẽ
dictum Heliam non propter eandem animã:
ſed propter eundẽ ſpiritum.ſicut & diſcipuli
intellexerunt Chriſti.Quoniam autem ſpiri
tus Helię in Heliſeo quidem tantũ requieuit:
Ioannes autẽ pręceſſit ante Chriſtũ:non ſolũ
in ſpiritu:ſed etiam in virtute Helię:ideo He
liſeus quidem non eſt dictus Helias : Ioannes
autem dictus eſt ipſe eſſe Helias. Et ſi ſermo
aliquis intelligatur Helias:inferiore eo verbo
qđ erat in principio apud deum: & ſic poteſt
procedere vt videat̃ Helias eſſe verbũ quod
præmittitur quaſi ad exercitationẽ hominũ
præparatorũ: vt fiant perfecti ad ſuſceptionẽ
verbi perfecti.Et hũc ipſum ſenſum ſicut po=
tuimus ex parte tetigimus ſupra vbi tracta=
uimus:Et ſi vultis ſuſcipere ipe eſt Helias qui
venturus eſt.Qui habet aures audiẽdi audiat. H
Et fecerũt ei quãta voluerũt. Adhuc aũt vi=
deamus qđ ait:& fecerũt ei quãta voluerunt:
ad quem refertur:vtrũ ad ſcribas:de quibus
interrogantes diſcipuli dicebãt:quid ergo di
cunt ſcribę?ſed non inuenimus aliqđ paſſum

Ioannẽ a ſcribis:niſi forte quia nõ crediderũt
ei. Aut niſi forte:qđ ſuperiꝰ diximꝰ: ſocii fue
rãt facti in eis q̃ intulit Herodes Ioanni. Aliꝰ
autẽ dicit:qđ ait:& fecerũt ei quãta voluerũt
nõ ad ſcribas referri:ſed ad Herodẽ:& ad He
rodiadem:& filiã eius. Propter hoc aũt qđ ſe
quitur:ſic & filius hoĩs patietur ab eis:conſe⸗
quẽter dicit̃:ſi primũ ad ſcribas ꝑtinet:& hoc
ad ſcribas. Si aũt primũ ad Herodẽ:& Hero⸗
diadem: & filiã eius: & ſecũdũ ad ipſos. Nam
inuenitur & Herodes in morte Chriſti fuiſſe
conſcius:& omnis domus eius.

Euangeliũ ſcđm Matthæũ. Cap. XVII.

IN illo tẽpore:Deſcendente
Ieſu de mõte: acceſſit ad eũ
homo: eius genibus prouo
lutus dicẽs. Domine:miſe⸗
rere filio meo:qa lunaticus
eſt:& male patitur. Aliquo
tiens em̃ cadit in ignẽ:& aliquotiens in aquã:
& obtuli eũ diſcipulis tuis: & non potuerunt
eiicere eum.

Homilia lectionis eiuſdem Origenis pbr̃i.
Quæ eſt. IIII.

A QVi patiũtur:aut qui patien
tiũ domeſtici ſunt:cũ plebe
habẽtur:nõ in monte. Pro⸗
pterea populi cauſa ad diſ⸗
penſationẽ deſcẽdit huma⸗
nã: quaſi de monte excelſo
diuinitatis:quemadmodum diſcipulorũ ele⸗
ctorũ cõſequentiũ ſe gratia aſcẽdit in montẽ
excelſum:& ibi ſe trãſformauit in gloriã ſuã.
Nam prius qdẽ deſcẽdit: ꝓpter ignorãtes ſe:
ad humilitatẽ humanã. Cũ autẽ factus fuerit
eis notus:ducit eos ad notitiã diuinitatis ſuę
vt dicãt cũ apoſtolo. Si aũt nouimus ſecundũ
carnẽ Chriſtũ:ſed iam nõ nouimus. Deſcẽdit
ergo ad turbã:vt qui nõ poterãt aſcẽdere ſur
ſum ꝓpter infirmitates animarũ ſuarũ: ꝓdiſi
centur ab eo. Et nũc ergo nõ acceſſiſſet ad eũ
homo genibus prouolutus: dicens: Domine
miſerere filio meo:niſi cum diſcipulis ſuis ele
ctis veniſſet ad turbã. Cõſyderãdũ eſt aũt in
quibus quidẽ infirmitatibus q patiũtur cre⸗
dũt: & dep̃cãtur pro ſua ſalute: aut tangunt
fimbriam veſtimẽti eius:& ſanãtur: in quibꝰ
aũt ipſi quidem qui patiũtur nõ faciũt hoc: ꝓ
eis autẽ qui faciũt: vtputa centurio ꝓ puero
ſuo:Regulus ꝓ filio: archiſynagogus ꝓ filia:
Cananęa pro filia ſua vexata: & nũc q genibꝰ
prouoluitur ꝓ filio ſuo lunatico. Cũ his cõſy
derabis & illud quando a ſemetipſo Saluator
etiã a nullo rogatus ſanat:ſicut paralyticum
eum qui triginta & octo annos in infirmita⸗
te habebat. Ipſæ em̃ ſaluationes ad alterutrũ
in id ipſum cõparatæ: & diſcuſſæ multa eis q
poſſunt audire abſconditã in myſterio ſapiẽ⸗
tiã dei dogmata demõſtrabũt: de differẽtiis
infirmitatũ animę:& de modo ſaluatiõis eiꝰ.
Sed quoniã nunc nõ de oĩbꝰ:ſed de ꝓpoſita di B
ctione ſermo ẽ mihi: videamus moraliter pri
mũ quẽ eſſe lunaticũ hunc dicere poſſumus:
deinde quẽ æſtimemus patrẽ eius rogantẽ ꝓ
eo: tertio qd eſt cadere patientẽ: nõ ſemp:ſed
frequẽter: aliquotiẽs qdẽ in ignẽ: aliquotiens
aũt ĩ aquã: & qd eſt ꝙ minime potuit a diſci⸗
pulis Chriſti ſanari: ſed ab ipſo dño Ieſu. Nã
& iſta eſt ratio. Si quidẽ omnis languor:& oĩs
infirmitas quã ſanauit Saluator tũc in popu
lo:referuntur ad infirmitates ſpirituales ani
marũ:ſecũdũ differẽtias paſſionũ: vt ſolutos
quidẽ animo:& iacẽtẽ habẽtes animã ſup cor
pus: paralyticos animo æſtimemꝰ: cæcos au
tẽ animo eẽ:q mẽte ſua nõ cõſyderãt qđ iuſtũ
eſt: vel iniuſtũ: ſurdos autẽ animo: q nõ ſunt
ad ſuſceptionẽ ſalutarium verborum parati:
Secundũ ea conueniens eſt vt de lunatico re⸗
quiramus. Eſt ergo paſſio hæc mutatio a me C
lioribus ad deteriora: qa nihil differt a ſanis
qui patitur hoc:in tẽpore quãdo nõ operatur
in illo ipſa mutatio. Tabet autẽ iuuenis infir
mitas animæ in quibuſdã hominibus: qui fre
quenter æſtimantur ſani eſſe in caſtitate: vel
miſericordia:& viuere ſecũdũ iuſtitiæ volun
tatẽ. Aliquãdo autẽ quaſi quadã correptione
ſpiritus a paſſionibus comp̃hẽdunt̃: & cadũt
ab eo ſtatu boni in quo ſtare putabant̃: & trãſ
uertunt̃ ad ſeductionẽ ſæculi huius: & ad cæ
teras concupiſcentias carnales. Forſitan non
peccabis ſi huiuſmodi hoĩes dixeris (vt ita di
cam) ſpiritaliter lunaticos eſſe: qui deiiciun⸗
tur a ſpiritalibꝰ nequitiis in cœleſtibꝰ: & ma⸗
le habent frequẽter in tẽpore quo comp̃henſi
fuerint a paſſionibꝰ aĩæ eoꝝ: & cadũt in ignẽ
incẽdii: quãdo adulterantes (ſicut ait Oſee)
fiũt ſicut clibanus ignis ardens. Huiuſmodi
aũt hoĩes interdũ cadunt in aquã: quãdo rex
oĩm q ſunt in aquis draco / deiicit eos a liber⸗
tate animæ in ꝓfundũ fluctuũ maris: id eſt in
mala peſſima vitæ iſtius humanæ: q̃ mari aſſi
milatur. Cõmendat autẽ hanc noſtram de lu
natico interpretationẽ: qđ dicit ſapientia: de
conſtãtia qdẽ iuſti: ſapiẽs ſicut ſol permanet:
de inconſtantia autẽ peccatoris ita: inſipiens
autẽ ſicut luna immutat̃. Et eſt videre in tali
bus impetus quoſdã quaſi operũ bonoꝝ ſubri
pere: ita vt ſubripere poſſint ab hoĩbꝰ laudes:

ab eis tamen hoībus: qui neſciunt occultā inconſtantiā cordis eorū. Vides aūt eos minui iterū: & qđ videbat̄ in eis lumen: inuenitur nō eſſe lumen diurnū: ſed nocturnū: & lunare: & tādiu minui vt nec videat̄ lumē eſſe oīno qđ æſtimabatur lumē. Forſitan ergo angelus qui D ſortitus eſt lunaticū illū talē: ſi tamen dicēdū eſt omnē animā hoīs ſub aliquo angelo conſtitutā: quaſi ſub aliquo patre: pater huiuſmodi lunatici appellatur: depcās quaſi pro filio medicū aīarum: vt liberet eū qui nō pōt ſanari a paſſione per verbū humile diſcipulorū Chriſti. Si aūt etiā mutū & ſurdū dæmoniū intelligi moraliter oportet: dicimus quoniā ipſe impetus irrationabilis: qui boni ſpeciē videt̄ habere: mutū & ſurdū dæmoniū ē dicēdū: qđ a verbo expellit̄ Chriſti ſolius: quoniā ille q talis eſt nec videt iuſtū: vel iniuſtū: queādmodū cæc⁹: nec recipit ammonitionē diſcipulorū Chriſti: queādmodū ſurdus. Ideo opus eſt ei Chriſti ſermone: vt q faciebat irratiōabili ꝑlatiōe quę putarētur a vidētibus bona: iā de cætero ſine ratiōe nō agat. Secūdum verbū aūt doctrinæ Chriſti difficiles ſunt ad ſanādum huiuſmodi paſſiōes: ꝓpter qđ fortiter deiiciunt̄ poſtq̄ egerint ea q̄ putabātur bona: & eſt operatio q̄ operat̄ in illis mala: & ſic magna & fortis inter oīa mala: vt monti aſſimilet̄: nec expellatur a patiente: nec exeat: niſi per omnē fidē eius qui paſſiones huiuſmodi ſanare nouerit. Ex omni em̄ fide mōtes huiuſmodi trāſferunt̄. Oīs aūt fides grano ſinapis cōparat̄: ſicut poteſt fieri manifeſtū ex eo qdē qđ ſcribit̄. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis: dicetis mōti huic: tranſi hinc illuc: & trāſibit. Apud apoſtolum autem: Si habuero omnem fidē ita vt montes trāſferā. Ideo arbitror quoniā oīs fides grano ſinapis cōparat̄: quoniā cōtēnitur qdē fides ab hoībus: & modicū aliqd: & vile apparet: cum vero conſecutū fuerit bonā animā: id eſt recti hoīs terrā: ſemē huiuſmodi fit arbor magna: ita vt ſine pēnis qdē nemo: pēnati autē q ſunt ſpiritaliter volucres cœli: habitent in ramis eius. Sed quoniā oportet & ipſa verba interpꝛetari: E primū q̄ramus quare lunaticus appellat̄ qui a ſpiritu immūdo vexat̄: & quare paſſio ipſa nomen accepit a luna: q̄ poſt ſolē/ magnum luminare vocat̄. Medici ergo loquantur ſibi q̄ volūt: q nec imūdū ſpiritū arbitrant̄: ſed corporalē aliquā paſſionē: & dicūt humida moueri in capite ſecundū aliquā cōparationē ad lumen lunare: qđ humidā habet naturā. Nos aūt q euāgelio ſumus credētes: dicimus hanc paſſionē immūdū ſpiritū in hoībus opari. Obſeruat em̄ q̄dā ſchiſmata lunę: & ſic operat̄: vt ab obſeruatiōe quorūdā ſchiſmatū lunæ pati hoīes mētiatur: & per hoc culpabilē dei creaturā oſtēdit: vt oēs ſicut diximus iniquitatem in excelſo loquant̄: qui ęſtimant ex efficientia ſtellarum conſiſtere cauſam omniū infirmitatum: ſiue generaliū: ſiue ſpecialiū: criminātes opera dei: & quaſdā qdē ſtellas dicētes maleficas: quaſdā autem beneficas: cum nulla ſtella a deo ſit facta vt malefaciat. Secūdū Hieremiam em̄: ſicut in lamentationibus dicit: de ore dñi nō procedent mala & bona. Forſitan aūt ſicut iſte immūdus ſpirit⁹ obſeruat q̄dā lunæ ſchiſmata vt operet̄ in eo: qui ꝓpter aliquas cauſas traditus eſt: ſic & alii dæmones ſecūdū aliqua ſtellarū ſchiſmata inſidiātur eis: q nō ꝓbuerūt ſe dignos cuſtodia angelorū ſanctorū: vt non ſol: ac luna: ſed etiā ſtellæ cæteræ blaſphementur ab hoīb⁹: q in excelſum iniqtatē loqui non dubitant: & ponere in cœlos os ſuū. Poſt hæc F videam⁹: qđ loquens ad patrem lunatici/ dñs dixit: O generatio incredula & peruerſa quouſqꝫ ero vobiſcū? Vſquequo patiar vos? Nam quoniā nō potuerūt eū ſanare neqꝫ ipſi diſcipuli Ieſu quaſi adhuc modicę fidei conſtituti: propterea dixit: O generatio incredula. Et ſi illis dixit: o generatio incredula: nobis qd dicet? Et ꝙ ait peruerſa: oſtendit quoniā ex peruerſitate malitiæ eſt introducta extra naturā facta. Puto autē ꝓpter peruerſitatē totius humani generis: quaſi grauatus malitia eorū & cōuerſatiōe cum eis: dixit. Vſque quo ero vobiſcum? quouſqꝫ patiar vos? Videamus etiam illud qđ dicit. Hoc genus nō eiicitur niſi in ieiuniis & oratiōibus: & ſi aliquādo oportuerit nos circa curationē tale aliqd patientiū pmanere: nō adiuremus: neqꝫ interrogemus: neqꝫ loquamur quaſi audienti ſpiritui immundo. ſed permanentes in orationibus & ieiuniis impetremus patiēti ſalutē a deo: & abigamus ieiuniis: & oratiōibus noſtris ſpirit⁹ malignos.

G Conuerſantibus autem illis in galilęa dixit eis Ieſus. Futurum eſt vt filius hoīs tradat̄ in manus hoīm: & occidēt eū: & poſt tertiū diem reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer. Et paulo ſuperius dictum eſt. Exinde cœpit Ieſus oſtēdere diſcipulis ſuis: quoniā oportet eū ire in Hieroſolyma: & multa pati a ſenioribus: & principibus ſacerdotū: & ſcribis populi: & occidi: & tertia die reſurgere. Et vident̄ qdē hęc illis ſimilia eſſe: vt facile qs dicat dominum eadem ipſa repetere. Qđ nō eſt ita. Nec enim id ipſum eſt oſtendere diſcipulis: quoniā oportet eum ire in Hieroſolyma: & multa pati: & cætera: & dicere diſcipulis in Galilęa cōſtitutis quod nō dicimus ſupra: quoniā futurū eſt vt

filius hominis tradatur. Tradẽdum ſuperius
nõ eſt dictũ. Hic aũt nõ ſolũ tradẽdũ: ſed etiã
in manus hominũ tradendũ audimus. In quo
requiramus a quo eſt tradẽdus in manus ho-
minũ: aut in quorũ. Illic enim docemur a qbꝰ
patietur: & in quo loco patiet̃. Hic autẽ diſci-
mus ꝙ multa paſſurꝰ eſt a ſupradictis: nõ ip
ſis cauſam ꝑbentibus: vt multa patiat̃: ſed vel
eo: vel eis q tradiderũt eũ in manus hominũ.
A Traditũ igit̃ filiũ apoſtolus narrans a deo pa
tre: traditum manifeſtat ita. Qui vnico filio
ſuo nõ ꝑpercit: ſed ꝓ nobis oĩbꝰ tradidit illũ.
Alius aũt non ſolũ illud: ſed etiã cõſequentia
congregãs in id ipſum: dicit ipſum qdẽ a deo
traditũ filiũ principi ſæculi huius: cæteriſqꝫ
principibus eiꝰ: deinde ab iſtis traditũ in ma
nus hominũ q occiderunt eũ. Et exẽpli cauſa:
accipe & illud qđ eſt ſcriptũ de Iob: qui primũ
traditus eſt a deo ĩ manũ diaboli: ſicut dicit:
Ecce trado tibi oĩa quæ poſſidet. Iterũ. Ecce
trado tibi eũ: tãtũ animã eius ſerua. Accipiẽs
aũt diabolus bona eius in poteſtatẽ tradidit
prædonibus: & eqtibꝰ: q fecerũt cornua tria.
Vide ergo ne forte ſicut bona Iob diabolꝰ tra
didit in manus prædonũ accepta prius pote-
ſtate a deo: ſic & aliqua operatiõe princeps po
teſtatis aeris: q operat̃ ĩ filiis diffidẽtiæ: tradi
dit eũ in manus hominũ: in qbus hoĩbus erat
& Iudas: in quẽ poſt panẽ ingreſſus eſt ſatha-
nas. Cõſydera tamẽ quoniã pater tradẽs filiũ
cõtrariis poteſtatibꝰ: nõ ſimpliciter tradidit
eũ: ſed ꝓpter miſericordiã ſuã: vt ſaluaret ge
nus humanũ. Cõtrariæ aũt poteſtates tradẽ-
tes dominũ in manus hominũ: nõ ꝓ ſalute ali
quorũ tradiderũt eũ: ſed quãtũ ad ſe: quia ne
mo eorꝫ ſciebat ſapiẽtiã dei abſcõditã in my-
ſterio: tradiderũt eum: vt inimica eius mors
ſubiiciat eũ ſibi: ſicut oẽs hoĩes q moriebãtur
in Adam. Sed & hoĩes q occiderũt eũ: volun-
tatẽ habebãt nõ ſecũdũ voluntatẽ dei iã ordi
natã: ſed ſecũdũ volũtatẽ poteſtatũ: qua filiũ
dei volebãt fieri ſubditũ morti. Non ergo ab
hoĩbus in manus hoĩm traditus eſt: ſed a po-
teſtatibus: qbus eũ ꝓ nobis oĩbus tradidit pa
ter: vt ĩ eo ꝙ traditur & fit ſub eo cui tradit̃
deſtruat eũ q mortis habebat imperiũ. Impe-
B riũ aũt mortis intelligẽdũ eſt habere diabolũ
nõ iſtius mortis cõmunis: ſecũdũ quã moriũ
tur oẽs qui cõpoſiti ſunt ex aĩa & corpore: aĩa
eorũ a corpore recedẽte: ſed mortis illius quę
cõtraria eſt: & inimica: ei q dixit: Ego ſum vi
ta. Secundũ quã anima q̃ peccauerit ipſa mo-
rietur. Oſtẽditur aũt quoniã nõ deꝰ dominũ
in manus hominũ tradidit: ex eo ꝙ ipſe dicit
Si de hoc mũdo eẽt regnũ meũ miniſtri vtiqꝫ
mei reſiſterent ne traderer Iudæis. Traditus
aũt Iudæis in manus hominũ traditus eſt: nõ
a ſuis miniſtris: nec ab aliquo eorꝫ q erãt ipſiꝰ
ſed a principe ſæculi huius: vel a principibus
de qbꝰ eſt dictũ. Aſtiterũt reges terræ: & prin
cipes cõuenerũt in vnũ aduerſus dominũ: &
aduerſus Chriſtũ eius. Et iſti quidẽ corpora-
les reges aſtiterũt: ſicut apoſtoli in actibꝰ do-
cuerũt. Nos autẽ ex eo ꝙ traditus eſt a princi
pibus in manus hominũ prodificati dicimus
hoc qđ ait: Diſrũpamus vincula eorũ: & ꝓii-
ciamus a nobis iugũ ipſorũ: etiã de inuiſibili-
bus regibus: & principibus ſæculi huiꝰ intel-
ligi poſſe. Nã cũ facti fuerimꝰ cõformes mor
tis Chriſti: iam non ſumus ſub vinculis regũ
terræ: neqꝫ ſub iugo principũ ſæculi huius: q
aduerſus dominũ cõuenerũt in vnũ. Propter
ea & pater vnico filio nõ ꝑpercit: ſed ꝓ nobis
oĩbus tradidit eũ: vt ſuſcipiẽtes eũ principes:
& tradẽtes in manus hominũ: ab eo q habitat
in cœlis irrideant̃: & a dño ſubſannẽtur: quo-
niã in diſſolutionẽ ꝓprii regni: & principatꝰ
ſui oĩa agebãt: tradẽtes eũ in manus hominũ:
qui tertia die reſurgẽs: & inimicã ſuã deſtru
ens mortẽ: nõ ſolũ mortis ſuæ conformes nos
fecit: ſed etiã reſurrectionis. Prædicente autẽ
dño quoniã futurꝫ eſt vt filius hoĩs tradat̃ in
manus hominũ: & occidant eum: & tertia die
reſurgat: triſtati ſunt diſcipuli vehemẽter:
Tradendũ quidem in manus hominũ: & occi
dẽdum intelligentes: non autẽ attendẽtes ad
illud qđ ait: Et tertia die reſurget: nec conſy-
derantes quis eſſet: cui ad deſtruendã mortẽ
trium dierum tempus ſufficiebat.

Cum veniſſent autẽ in Capharnaum: ac- C
ceſſerũt q didrachma exigebãt ad Petrũ & di
xerũt. Magiſter veſter nõ ſoluit didrachma.
Ait. Etiam. Et cum intraſſet in domũ: præue
nit eũ Ieſus dicens. Quid tibi videtur Simon
reges terræ a qbus accipiunt tributũ: vel cen
ſum: a filiis ſuis: an ab extraneis? Dicit ei Pe-
trus. Ab alienis. Dicit ei Ieſus. Ergo liberi ſũt
filii. Vt autẽ non ſcandalizemus eos: vadens
ad mare mitte hamũ: & eum qui prius aſcen
derit piſcem tolle: & aperiens os eius inueni-
es ſtaterem. Illum accipiens: da eis pro me: &
te. Sunt ergo aliqui reges terræ: & eorum fi-
lii: qui non dant tributum: vel cenſum: & alii
præter filios eorum extranei a regibus terrę:
ex quibus accipiunt reges terræ tributũ: vel
cenſum. Et ſunt filii quidem eorũ liberi apud
reges terræ: ſicut apud patres filii: Extranei
autem extra terram quidem liberi ſunt: pro-
pter eos autem qui dominãtur eorum: & de-
primũt eos: ſicut Aegyptii: filios Iſrael: ſerui.

propter quos ſeruiētes: formā ſerui ſuſcepit fi
lius dei: qui nullū opus fecit luteū: & ſeruile.
Quaſi ergo habens formā ſerui illius tributū
& cēſū dedit: nō aliud ab eo qđ dedit diſcipu-
lus eius. Ipſe eñ ſtater ſufficiebat: & vnū nu-
miſma qđ dabatur pro Ieſu & ꝑ diſcipulo ei⁹.
D Hoc aūt numiſma in domo qdē Ieſu non erat
in mari autē erāt: & erat in ore piſcis marini:
quem ipm piſcē arbitror adiuratum aſcēdiſſe
ad hamū Petri: & cōprehēſum ab eo q homi-
nū piſcator fuerat factus: in qbus erat qui nūc
moraliter dicitur piſcis: vt tollatur ab eo nu-
miſma qđ habebat imaginē Cæſaris: & fiat in
ter eos q piſcati ſunt eū. Qui ergo habet quæ
ſunt Cęſaris: Cęſari ea reddat: vt poſt hoc va-
leat reddere deo q̄ ſunt dei. quoniā Ieſus non
habuit imaginē Cæſaris: princeps eñ ſæculi
huius nihil habebat in eo: propterea nō ex ꝓ-
prio: ſed ex cōuenienti loco maris imaginē Cę
ſaris accepit eā: vt det regibus terræ ꝓ ſe & ꝓ
diſcipulo ſuo: vt nec arbitrētur q didrachma
accipiebāt eſſe eū debitorē regū terræ. reddit
eñ debitū non ſuſcipiēs eū: neqꝫ poſſidēs: neqꝫ
acquirēs: neqꝫ faciens eū ſibi poſſeſſionē: vt ne
ſit aliquādo imago Cęſaris apud inuiſibilem
E deū. Iſta diximus ſecūdū vnū modū: quoniam
duplicē ſenſum habet hic ſermo. Secūdū alte-
rū aūt talia dici poſſunt. Filiorū ſunt quidam
filii regū terræ: alii aūt ꝓpter hoc ipm qꝫ alie-
ni ſunt a filiis regū terræ: nullius qdē eorū q
ſunt ſuper terrā filii ſunt: ſed aut dei: aut filii
dei: aut alicuius filiorū dei. Quādo ergo ſalua
tor interrogat Petrum: dicens: Reges terræ a
quibus accipiunt tributū vel cenſum: a filiis
ſuis an ab extraneis: dicente Petro non a ſuis
filiis: ſed ab extraneis: tale aliqd exiſtima dictū
dominus dicit de illis qui extranei ſunt a regi
bus terrę: ergo filii liberi ſunt quoniam liberi
ſunt qui filii ſunt dei. Filii autem regum terrę
liberi nō ſunt: quoniā omnis qui facit peccatū
ſeruus eſt peccati. Liberi aūt ſunt qui manent
in verbis Ieſu: & propter hoc cognouerūt ve-
ritatē: & veritas liberauit eos a ſeruitute pec-
cati. Si ergo in miniſterio quodā reges terrę a
filiis dei liberis conſtitutis exigūt didrachma
Cæſaris habētia imaginē: cōſequēs eſt intelli-
gere quoniā & quotienſcūqꝫ exurgunt qdā q
per iniuſtitiā tollāt noſtra terrena: reges hui⁹
terrę eos trāſmittunt vt exigāt a nobis q̄ ſunt
ipſorū. Quicunqꝫ ergo filius eſt ſimpliciter: &
nō fili⁹ regum terrę: ille eſt liber. Tamen cum
ſit liber ſollicite agit vt ne ſcādalizet vel ipſos
F reges terrę: vel filios eoꝝ: vel eos qui accipiūt
didrachma. Ideo ſic dicit. Sed ne ſcādalizem⁹
eos: vadens ad mare mitte hamum: & cætera.

Et q̄uis eſſent iniqui: tamē ſollicite egit Chri
ſtus: vt nec ſcandalizaret eos: & ſuo exemplo
prohibet aliquod ſcādalū fieri etiam huiuſmo
di hominibus: ſiue vt ne amplius peccent ſcā-
dalizati: ſiue vt ſaluētur ſuſcipientes eū qui
pepercit eis quominus ſcandalizētur. Et ſicut
in agro conſolationis (ſic eñ interꝑtatur ca-
pharnaū) cōſolatur omnē diſcipulū: & liberū
eū: & filiū eſſe ꝓnūtiat: & dat ei virtutē piſcā-
di piſcem primū: vt aſcēdente eo conſolationē
accipiat Petrus ſuper eū quē piſcatus eſt: & ꝓ
pter hocqꝫ ablatus eſt ſtater de ore ipſius aper
to dandus eis quorū proprius eſt ſtater: & exi
gūt huiuſmodi numiſma quaſi ſuū: conueniē-
ter poteris vti hoc textu aduerſus auaros qui
nullā habēt in ore ſuo loquelam niſi pecuniæ.
Cū aūt videris huiuſmodi hominē ab aliquo G
Petro correptū: qui abſtulit nō ſolū de ore ei⁹
verbū pecunię: ſed & de toto affectu cōcupi-
ſcentiā pecuniæ: dices eiuſmodi hominem in
mari fuiſſe: & in ſalſis rebus huius vitæ: & in
fluctibus ſollicitudinū auaritiæ: & habuiſſe in
ore ſuo ſtaterē q̄diu infidelis extitit: & auar⁹:
aſcendiſſe aūt de mari ad hamū rationabilem
& cōprehenſum: atqꝫ ſaluatū ab aliquo Petro:
qui eū docuit veritatē: vt ne habeat aliquan-
do in ore ſuo ſtaterem: ſed pro eo habeat ima-
ginē dei: eloquia dei. Et ſigna tibi ex numeris
quoniā pro ſanctis ſecūdū legē dei nō ſimplici
ter didrachmū datur: ſed didrachmū ſanctū.
Scriptū eſt eñ. Et accipies quinqꝫ ciclos ſecun
dū didrachmū ſanctū. Sed & ꝓ oīb⁹ filiis iſrael
ſecūdū caput daṫ didrachmū ſanctū. Quoni-
am ergo nō licet ſanctis dei cū ſanctis didra-
chmis habere didrachmū ignatū: ideo accipiē
tibus nō ſancta didrachma: & interrogantib⁹
Petrum: & dicentibus: Magiſter veſter nō ſol
uit didrachmū: p̄cepit Saluator dari ſtaterē:
in quo erāt duo didrachma: q inueniebaṫ ī ore
piſcis aſcendētis primū: qđ dedit magiſter: &
dant ſemper diſcipuli eius ꝓ ſua ſalute: & glo
ria Chriſti: vt longe faciant a ſe oīa q̄ imaginē
Cæſaris habēt. ¶Secūdū Mattheū. C.XVIII.

IN illo tpe: Acceſſerunt
ad Ieſū diſcipli eius: di-
centes. Quis putas ma
ior eſt in regno cœloꝝ?
Et accipiens puerū: ſta
tuit eū in medio eorū:
& dixit. Amē dico vo-
bis: niſi cōuerſi fueritis: & facti queadmodū
pueri: non intrabitis in regnū cœlorū. Si quis
ergo humiliauerit ſe ſicut puer iſte: ipe eſt ma
ior in regno cœlorū. Et qui acceperit puerum
talem in nomine meo: me recipit.

Homilia Origenis de eadem lectione. Numero. V.

A CVm poſſit Matthę⁹ noſtræ eruditionis cauſa hoc ſolũ exponere: quid accedentes diſcipuli Ieſu interrogauerunt eũ: & quomodo ad interrogationẽ eorum reſpondit: addidit ſecundum quædam quidẽ exemplaria: in illa hora accedentes diſcipuli Ieſu: ſecundum alia autem in illa die. Et neceſſe eſt vt non indiſcuſſam volũtatem relinquamus euangeliſtæ. Propter quod exponentes in primis quod ait in illa hora: vel in illa die: videamus ſi neceſſaria eſt adiectio iſta diei: vel horæ. Venerunt enim in Capharnaum Ieſus cũ diſcipulis ſuis: vbi & didrachma exigentes acceſſerunt ad Petrũ: & interrogantes dixerũt. Magiſter veſter non ſoluit didrachma? ita Petro reſpondente ad eos: etiã: & faciens verbũ de didrachmis Ieſus: mittit Petrum cũ hamo cõprẽhedere piſcẽ: in cuius ore dicebat inueniẽdũ eſſe ſtaterẽ: vt daretur pro ſe & Petro. Ergo arbitror quoniã maximũ hunc æſtimãtes honorẽ in Petrũ a Chriſto collatũ: quaſi per hoc iudicaſſet eũ cæteris diſcipulis meliorem: cupiebãt quod ſuſpicabantur caute cognoſcere. Simul autẽ & ſperabãt ꝙ & cauſam ipſam reuelationis interrogantes indicerent.

B Hoc ergo oſtendere volẽs Matthæus adiicit propter illud qđ ait: hunc accipiens da ꝓpter me & te: in illa die vel hora acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cœloꝝ? Forſitan aũt & dubitabãt etiã propter illud ꝙ ſuperius tres diſcipuli magis erant dignificati aſſumpti in montẽ cum ipſo vt viderent trãſfigurationẽ gloriæ eius. Dubitabãt autẽ quis de tribus illis melior iudicatus eẽt a Chriſto. Diſtrahebatur aũt æſtimatio ſenſus eorum: per varias cauſas. Interdum quidẽ Ioannẽ forſitan meliorẽ putabant eſſe: eo ꝙ recubuerat ſuper pectus Saluatoris in cœna: & ſecreta conſilia ei præ cæteris fuerant declarata. Interdum autẽ arbitrabantur Petrum maiorẽ in regno cœlorũ: vel propter ſtaterẽ hunc qui datus eſt pro Chriſto & Petro: vel propter illud quod Petrus dixit ad Ieſum p̄ cæteris: Tu es Chriſtus filius dei viui: & Chriſtus ad eũ: Beatus es Simon bariona: quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cœlis: & ego dico tibi quia tu es Petrus: & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferorũ nõ ꝓualebunt ei: & cætera. Iterum autẽ forſitan eorũ reuocabatur opinio ꝓpter quod dixerat Chriſtus ad Petrum: qđ aliis nõ dixerat diſcipulis: vade poſt me ſathana: ſcandalũ mihi es: quia nõ ſapis quæ dei ſunt: ſed q̃ hominũ: ne forte nõ eſſet maior Petrus: ſed vnus ex filiis Zebedei. Hæc dixim⁹ ꝓpterea ꝙ ait in illa die: vel hora quãdo de ſtatere ſermo fuerat factus.

C Poſt hoc aũt videamus qđ ait: & acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum: quaſi diſcipuli ad magiſtrum proponẽtes interrogationẽ: quis eſſet maior. In his aũt imitatores diſcipuloꝝ Chriſti eſſe debemus: ſi quãdo aliquid in nobis quaſi dubium quæritur & nõ inuenit̃: vt cũ omni conſenſu accedamus ad Ieſum ſemper præſentẽ: vbicũq; duo vel tres in noĩe eius fuerint congregati: qui potens eſt illuminare corda oĩm: qui ex toto corde diſcere volunt ab eo ad intelligendũ ſolutionẽ oĩm quæſtionũ. Non eſt autẽ abſurdum vt ſecundũ Chriſti exemplũ interrogemus aliquẽ eorum doctorũ qui præpoſiti habẽtur eccleſiis. Quid ergo iam ſciebant diſcipuli ſecundũ hanc interrogationẽ: quid aũt adhuc ignorabant: videamus. Nam quia nõ eſt æqualitas ſanctorũ in regno cœleſti ſciebant: & quia cũ nõ ſit æqualitas eſt aliquis maior & minor: ſed quomodo maior & qualiter viuens minimus: hoc diſcere cupiebant. Niſi forte cautius eſt dicendũ: quoniam qui eſſet quidẽ minimus ſciebant ex eo quod alibi docuerat ipſe: Si quis ſoluerit vnum ex mãdatis iſtis minimis: & docuerit ſic hoĩes: minimus vocabitur in regno cœloꝝ: Et quis eſſet maior ſciebãt ex eo qđ ait: ſi quis fecerit & ſic docuerit hic magnus vocabitur: ſed ex multis magnis quis eſſet maior: hoc eis non erat manifeſtum. Et ꝙ multi quidẽ ſunt magni: non aũt æqualiter magni: indicat nomẽ magni poſitũ in perſona Iſaac: qui proficiens magn⁹ fiebat: donec efficeretur magn⁹ valde valde. Scriptũ eſt aũt id ipm etiã in Moyſe: & in Ioanne baptiſta: & ipſo etiam ſaluatore. Et omnibus conſtat quoniã etſi omnes hi magni fuerunt ſecundũ ſcripturas: tamen maior eis erat ſaluator. Ex eo ergo: quod eſt ꝓpoſitũ in Iſaac: donec fieret magnus valde valde: non ſimpliciter: ſed cũ additamẽto duplici valde valde: cognoſcere poſſumus: quoniã differẽtiæ ſunt magnorũ. Et alius quidẽ eſt magnus alius aũt magnus valde valde.

D Ergo diſcipuli quidẽ quæſierũt quis eſſet maior: ipſe autem pleniorẽ facit ſermonẽ demõſtrans eis: etiam quomodo quis actibus maior efficiatur in regno cœlorũ: ſicut ſubſequens ſermo demonſtrat dicens. Et vocans Ieſus puerum: ſtatuit eum in medio eorum: & dixit. Amen dico vo

bis:niſi conuerſi fueritis vt efficiamini ſicut pueri: nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Quicũq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic erit maior in regno cœlorũ. Et qui acceperit puerum talem in nomine meo: me accipit. Primum ſimpliciter exponamus propoſitũ verbi: hoc eſt ſi quis vir conſtitut⁹ vſq; eo mortificauerit viriles cõcupiſcẽtias ſuas in ſpiritu: mortificans corporales actus: & ſemp mortẽ Ieſu circunferens in corpore ſuo: vt puer qui muliebria nondum tentauit: nec ſenſit motus viriles: iſte talis conuerſus factus eſt ſicut puer Et quanto amplius appropinquauerit pueris recedens ab huiuſmodi motibus: tãto ampli⁹ cæteris continentibus: & ad perfectum continentiæ aſcendere nõ valentibus maior habe-

E tur. Quod aũt propter muliebres paſſiones dictum de paruulis eſt: hoc ipſum dicere conuenit: & in cæteris paſſionibus: & languoribus: & cæteris infirmitatibus animæ: in quas oms pueri nõ incurrũt: priuſq̃ incipiant abſolutũ proferre ſermonẽ: vtputa vt cõuerſus quis fiat ſicut paruulus puer in ira: cum ſit vir: & ſicut eſt paruulus puer ad triſtitiã: qui interdũ in tẽpore mortui patris: vel matris: vel alicuius amici ridet: & ludit: talis fiat vir habitudinem puerilem circa triſtitias repellendas per fectioris animę ratione commutans. Similiter dices circa extollentias: quibus irrationabiliter extollunt homines qui non ſunt dei: quas pueri non patiũtur: nec qui conuerſi fuerint ſicut pueri. Et nulla pene paſſio cadit in pueros anteq̃ abſolute incipiant loqui. Si autẽ nulla: manifeſtũ eſt: quia nec timor: niſi forte ſecũdũ ęſtimationẽ cæterarũ paſſionũ leuis & trãſitorius. Pueri eñ malũ timorẽ nõ patiũtur: vtputa: ſi quis puero cõminetur ne mammã petat: vel ne ploret: terret quidẽ: ſed timor eius ſtabilis nõ eſt. Si quis aũt terreat puerũ talem: & dicat: niſi hoc feceris occido te: incendo te: aut ſimile aliquid: nunquid timet huiuſmodi puer? Sicut ergo cæteræ paſſiones non ſunt firmæ in pueris: ſic neq; timor. Si aũt qs & humiliet ſe ſicut puer: nec eñ magnũ aliqd ſapere cadit in puerũ: neq; iactãtia generis: vel diuitiarum vel aliarum rerũ: quæ ęſtimãtur bonę: nõ autẽ ſunt: cadit in puerum: vnde videmus infantes vſq; ad tertium: vel quartũ annũ: licet fuerint generoſi ſimiles ſe prębent pueris degenerib⁹ nec amplius diligunt diuites pueros q̃ pauperes. Si quis ergo vir habitudinẽ quam habent pueri ex ætate in ſe ratione ſuſceperit: expellens ea quæ mouent inſenſatos: factus eſt ſicut puer: non ſe extollens in honoribus: neq; efferens ſe in diuitiis: neq; eleuans ſe claritudine generis: iſte talis ſuſcipiendus eſt: & honorãdus in noĩe Ieſu: quoniam præcipue in talibus eſt Ieſus. Ideo dicit. Si quis ſuſceperit vnũ talem in nomine meo: me ſuſcipit.

Qui aũt ſcãdalizauerit vnũ de puſillis credentibus in me: expedit ei vt ſuſpẽdat̃ mola aſinaria in collo eius: & demergatur in pfundum maris. Hoc exponere laborioſum eſt ſecundũ conſequentiã pręedictorũ. Dicit eñ aliquis: quomodo qui conuerſus eſt: & fact⁹ eſt ſicut puer: & humiliauit ſeipſum quemadmodum puer: quẽ ſtatuit Ieſus in medio diſcipulorum: minimus eſt & potens ſcandalizari: cũ ſit ſcriptũ: pax multa diligẽtibus legem tuam & non eſt illis ſcãdalũ? Videaũt ſi rationabiliter hoc poſſumus explanare. Omnis qui Ieſu quaſi filio dei credit: & conuerſatur ſecũdum euangelicos actus: ad viuendum recte conuerſus ambulat quemadmodũ puer. Qui aũt nõ cõuertitur: vt fiat queãdmodũ puer: hũc quidem impoſſibile eſt intrare in regnũ cœlorũ. Multi eñ conuertuntur: vt fiant quemadmodum puer: ſed nõ oẽs qui conuertũtur vt fiãt quemadmodũ puer: iam perueniunt vſq; eo: vt fiant ſimiles pueris. Sed vnuſquiſq; tanto minus habet de ſimilitudine puerorũ: quantum longe eſt de habitudine puerili erga paſſiones carnales. In omni ergo credentiũ multitudine ſunt quidã quaſi nuper conuerſi: vt fiant quemadmodum pueri. Hi propter hoc ipſum q; ſic cõuerſi ſunt: vt fiant quaſi pueri: nondum autem ſunt facti: ſed videntur nuper eſſe conuerſi: puſilli habẽtur in Chriſto: & paruuli ſunt: ſcandali receptores: quibus occaſionem ſcãdali non debemus præbere. Alioquin qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis quos Chriſtus oſtendit credentibus in ſe: expedit ei quaſi vtile ad medelam peccati: vt ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius: & demergatur in profundum maris. Si enim reddẽs dignam vindictam in mari: vbi & draco habetur: quẽ formauit deus ad illudẽdum ei: & ſic quod expedit paſſus: qui punitus eſt: poſtea erit extra dolores qui ſunt in profundo maris: quos pertulit tractus ab aſinaria mola. Sunt aũt & molarum differentiæ: vt ſint quędam earum (vt ſic appellem) humanæ: aliæ autem aſinarię. Et humana quidem eſt illa de qua ſcriptum eſt. Duæ erunt molentes ad vnam molam: vna aſſumetur: & altera relĩquetur. Aſinaria autem quæ imponitur ſcandalizãti vnum de puſillis in Chriſto credentibus: vt demergatur in pfundum maris. Aſinaria autem mola non irrationabiliter dici poteſt: corpus grauiſſimũ hominis mali: quod ſemper deorſum trahit:

quod ſuſcipiet in reſurrectione vnuſquiſq; peccator: vt demergat in abyſſum quæ dicitur ꝓfundum maris. Introducimus aũt extra eam quã diximus: alterã expoſitionẽ: ſiue dogmatis cauſa: ſiue exercitationis. Quærimus eñ
A quem puerũ vocans Ieſus cõſtituit in medio diſcipulorũ: & vide ſi poſſumus puerum hũc intelligere ſpiritũ ſanctũ: qui ſeipſum humiliauit. Hunc Ieſus accepit: & poſuit in medio ſenſus diſcipulorũ. Vult ergo Ieſus oẽs nos: vt auertamur ab oĩbus: & conuertamur ſecũdum exemplũ ſpiritus ſancti: vt efficiamur ſicut pueri: id eſt apoſtoli: qui & ipſi cõuerſi facti ſunt ſimiles ſpiritui ſancto qui poſit⁹ erat in medio ſenſus eorũ. Quos pueros Chriſto deus pater dedit ſecundũ qđ ſcriptum eſt in Eſaia dicẽte: Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus. Et nõ eſt intrare ĩ regnũ cœlorũ: niſi qui a rebus ſæcularib⁹ auerſus fuerit: & ſimilis fuerit factus pueris illis qui ſpiritũ ſanctũ in ſe habuerunt. Quẽ ſpiritũ ſanctum vocans Ieſus a ſua pfectione deſcendẽs ad hoĩes quaſi puerum: ſtatuit in medio diſcipulorum ſuoꝝ vt vnuſquiſq; humiliet ſe: non ſimpliciter ſicut puer: ſed quẽadmodũ ſcriptum eſt: ſicut puer iſte: ita tamẽ vt propter deũ quis humiliet ſe ſicut & ſpiritus ſanctus propter ſalutẽ hominũ ſe humiliauit. Quoniã autẽ & Ieſus: & ſpũſſanctus a patre miſſi ſunt in hunc mũdum propter ſalutẽ hoĩm: manifeſtũ eſt apud Eſaiam prophetã ex perſona ſaluatoris ipſius dicentẽ: Et nunc dñs me miſit: & ſpiritũ ſuũ.
B Quoniã aũt in græco ſpũs ſanctus neutri generis eſt & nõ maſculini: quemadmodũ apud nos: & tres caſus habet ſimiles: nominatiuũ: accuſatiuũ: & vocatiuũ: ꝓpterea transferentes in latinũ ſermonẽ nominatiuũ pro accuſatiuo caſu tranſtulerũt: & dixerunt: & nũc dñs miſit me: & ſpiritus eius: cum ſit verius ſic eſſe in græco: & nũc dñs miſit me: & ſpiritum ſanctũ. Tamen ſi quis violenter cõtra rationem veritatis defendere vult: ꝙ ita ſit dictum: & nunc dñs miſit me & ſpiritus eius: ſine dubio ita intelligimus filium dei miſſum a ſpiritu ſancto: quemadmodũ & ductum a ſpiritu ſancto in deſertũ ſecundũ humanã naturam: quã Chriſtus ſuſcipiẽs per omnia imitatus eſt: vt etiã a ſpiritu ſancto agatur: quemadmodum oẽs hoĩes dei. Maior ergo eſt in regno cœlorũ qui ſe humiliauerit præ oĩb⁹ humiliantibus ſe: ſecundũ imitationẽ illius pueri: & multi ſunt qui nolunt ſe humiliare ſicut puer ille. Sed qui præ omnibus factus fuerit propinquior puero illi: ille erit omnibus maior. Debem⁹ ergo ſuſcipere puerum talem in nomine Ieſu: quoniam in eo habitat Ieſus. Et quemadmodũ Ieſum ſuſcipit. qui ſuſceperit vnũ puerũ talem in nomine eius: ſic Chriſtũ refutat & pellit: qui nõ vult ſuſcipere puerũ talem in nomine Ieſu: licet ſit minimus: ita vt poſſit ſcandalizari: propter qđ nõ plenius humilitatẽ imitatus eſt puerilẽ. Et conferamus euãgeliſtarũ dicta de capitulo iſto: ſi forte manifeſtior fiat ſenſus ꝓpter ſpiritũ ſanctũ: quẽ diximus puerũ illum intelligi poſſe. Et Marcus quidem dicit. Et accipiens puerũ ſtatuit in medio diſcipulorũ: & cõplexus eum dixit eis. Si quis vnũ puerum talem receperit in nomine meo. Lucas aũt ita. Et accepit puerum: & poſuit eum non ſolũ in medio eorum: ſicut ait Mattheus/ & Marcus: ſed apud ſe: & dixit diſcipulis ſuis nõ ita: ſi quis acceperit vnum puerum talem: vel vnũ de talibus pueris: ſed ita: ſi quis acceperit puerũ hunc in noĩe meo. Secũdũ Matthæũ ergo & Marcum: poteſt qs dubitare vtrum puerũ ſpiritũ ſanctũ dicat: quia ſic dixerunt: ſi quis acceperit vnum puerum talem. Secundũ Lucam autẽ quis ambigit poſſe intelligi puerũ illum ſpiritũ ſanctũ: cum dicat: ſi quis acceperit puerũ hunc in nomine meo? Secundũ Lucã ergo debemus puerum illũ: id eſt ſpiritũ ſanctũ: quem accipiens Ieſus poſuit apud ſe: ſuſcipere in nomine Ieſu. Viuit eñ puer ille quaſi immortalis: & debemus eum ab ipſo Ieſu conſtitutũ apud Ieſum ſuſcipere in noĩe Ieſu: quoniã cũ ſit Ieſus nũꝗ recedẽs a puero illo: ſit apud eum qui receperit puerum in nomine eius. Et quoniã nec pater recedit a filio: ſi quis receperit filium: recepit apud ſe ſimul & patrem. Qui aũt recepit & puerũ in noĩe Ieſu: & Ieſum in noĩe patris: in oĩbus minorẽ ſe præbet diſcipulis Chriſti ſeipſum minorans. Et quanto magis ſe minorauerit: tãto maior efficitur ab eo: qui ei minorationis dedit mandatum.

Vęh huic mũdo a ſcãdalis. Neceſſe eſt eñ venire ſcandala. Verũtamẽ væh homini illi: per quẽ ſcãdalũ venit. Digna eſt res quærere in hoc loco: quid dicit eſſe mundũ cui ꝓmittitur væh: cui oĩa ſcãdala afferũt væh. Intelligere aũt aliquid poterimus: ſi congregemus ſcripturarum exẽpla in quibus nominat mũdus. Arbitror ergo quia nõ cœli & terræ ſpatiũ ſecundũ ſcripturas diuinas dicitur mundus: ſed terrenus iſte tantummodo locus: vel homines qui ſunt habitatores loci iſtius. Sic enim intelligitur illud quod ait. In mũdo eñ erat verũ illud lumen: id eſt in loco terræ noſtræ quam habitamus: & mundus per ipſum factus eſt: id eſt orbis terræ: & mundus eũ nõ

cognouit:id eſt hoīes habitatores terrę iſtius.
Incongruū enim eſt:& mūdus eum nō cogno
uit:referre ad elemēta cœli & terræ: vt dicat
aliquis:quoniā ſol:& luna:& ſtellæ: vel aqua:
vel terra:vel angeli qui ſunt in vniuerſo hoc
mundo:lumen illud verum nō cognouerunt:
& non cognoſcētes eum cōſeruauerūt ab eo ſi
bi ordinem conſtitutum.Secūdū hunc eñ ſen
ſum:intelligitur etiā illud.Et nunc honorifi-
ca me tu pater:eo honore quem habui anteq̄
mundus eſſet apud te.Manifeſtaui nomen tu
um hoībus:quos dediſti mihi de mundo.Et
poſt pauca:Ego(inquit)pro eis rogo:non pro
mūdo rogo:ſed pro eis quos dediſti mihi. Itē
poſt pauca.Et hi in mūdo ſunt:& ego ad te ve
nio.Et iam non ſum in mundo: & iſti in mūdo
ſunt.Itē poſt pauca.Et ego ad te venio:& hæc
loquor in mundo: vt habeant gaudiū meum
plenum.In ſe ergo mundus dicitur: vel locus
iſte terrenus: vel hoīes qui ſunt in eo.Ex enim
mundo dedit filio homines pater:ꝓ q̄bus ro-
gat filius patrem ſolis:& nō pro oīm hominū
mundo.Nam vbi magis neceſſariū eſt vt ſer-
uemur a patre:q̄ in mundo:quē dicit Ioannes
& mundus totus poſitus eſt in maligno? Item
in ſequētibus.Vt mundus credat quia tu me
miſiſti.Ergo locus iſte:& hoīes qui ſunt in eo
dicūtur mūdus:quibus vęh a ſcandalis.oībus
enim hoībus quos tamen ſcādala vincere poſ-
ſunt:vęh eſt a ſcandalis.Quod nō procedit vt
de elementis mūdi intelligamus. Si aūt væh
E eſt mundo a ſcandalis:non aūt ſunt diſcipuli
Ieſu de hoc mundo:ſicut nec magiſter eorum
de mundo eſt: nemini diſcipulorū Chriſti po-
teſt eſſe a ſcandalis vęh:quoniā pax multa di-
ligentibus nomen dei:& non eſt illis ſcandalū.
Si aūt aliquis videt quidē eſſe diſcipulus Chri
ſti:adhuc aūt eſt de mundo:propterea ꝙ dili-
git mundū:& quę ſunt in eo:id eſt aut vitam
iſtam carnalē:aut poſſeſſiones terrę iſtius: aut
pecunias:aut ſpeciē qualemcūq;:vt nō conue-
niat ei quod dictū eſt diſcipulis Ieſu: quoniam
non ſunt de mūdo:ſine dubio poſſidebit:qua-
ſi de mundo conſtitutus:vęh quod mundo ac
cidere ſolet.Si ergo volum⁹ declinare hoc vęh
ſuſcipiamus in nobis affectū apoſtoli Pauli di
centis.Mihi aūt abſit gloriari:niſi in cruce do
mini mei Ieſu Chriſti:per quē mihi mundus
crucifixus eſt: & ego mundo.Nemo aūt ama
tor corporaliū ſpecierū:vel iumētorū:vel ali
quarum cōcupiſcibiliū rerum:vel vitæ iſtius
carnalis:poteſt vere dicere:mihi mūdus cru-
cifixus eſt: & ego mūdo.Sancti eñ qui ſunt in
hac habitatione ingemiſcunt corpore humili
tatis grauati:& oīa faciūt vt digni efficiātur
in illo reſurrectionis myſterio inueniri: quan
do trāſformabit deus corpus humilitatis non
omniū:ſed tantū diſcipulorū fidelium Chriſti
vt fiat cōforme corporis glorię Chriſti. Sicut
ergo nihil eorū ex quibus vęh cōtingere ſolet F
contingit diſcipulo Chriſti:nā etſi mille ſint
ſcādala non tangunt eū qui non fuerit de hoc
mundo:ſic qui receptor fuerit factus ſcanda-
li:aut propter inconſtantiā fidei ſuę:aut quia
nō ex toto corde cōſentit ſalutaribus Chriſti
mandatis:vt iam nō videat̄ diſcipulus Chri-
ſti:tanta ſcandala cōprehendēt eum quantis
fuerit obligatus in mūdo.Neceſſe eſt eñ veni
re ſcandala.Aliud enim ſunt ipſa ſcandala: ali
ud aūt homines per quos veniunt ſcādala. Er
go venientia ſcandala ſunt angeli ſathanæ: &
malignus chorus dęmoniorū:qui quærunt or
gana digna per quos operent̄.Et plęrūq; qui-
dem inueniūt:qui oīno extranei ſunt a cultu-
ra dei:interdū aūt & eos qui videntur fideles
quibus maius vęh per quos cōtingit:q̄ mun-
do cui cōtingit.Nam multo peius erit q̄ ſcan
dalizat:q̄ qui ſcādalizatur.Si quidem verum
eſt eſſe differentiā tormentorū:ſecundū illud
quod ait.Remiſſius erit Tyro & Sidoni:q̄ ciui
tatib⁹ in quibus fecit virtutes:& correptę nō
ſunt.Si enim vęh mundo a ſcandalis: ei quidē
qui ſcandalizatur iuſte eſt vęh:quia miſcēs ſe
mundo: voluntarie receptor ſcandali factus
eſt.Ei aūt grauius erit vęh:per quem ſcanda-
lum venit:quoniā præbuit ſe ſpiritibus immū
dis ſcandalizantibus miniſtrū ad ſcandalizan
dum hoīes infirmos:& mūdiales.Si aūt hęc di
ligenter intelligeremus quæ dicunt̄: vęh per
quem veniunt ſcandala:& qui ſcandalizauerit
vnum de puſillis iſtis: expedit ei vt alligetur
mola aſinaria collo eius & demergat̄ in pro-
fundū maris:quoniā ſic vindicat deus eos qui
ſcandalizati fuerint ab eis qui ſcandalizaue-
runt:& quæ intelligerem⁹ timeremus: nunq̄
peccaremus in fratres:nec percuteremus con
ſcientias eorum infirmas:pro quib⁹ Chriſtus
mortuus eſt:propter quos quaſi in Chriſtum
peccātes ſubibimus pœnas cum requiſitæ fue
rint animę:quæ propter nos perierunt ex no
bis.Deinde videam⁹ quomodo intelligere de G
beam⁹:quod ait.Neceſſe eſt vt veniant ſcanda
la.Similiter enim exponit etiam Lucas dicēs.
Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. Et ſi-
cut neceſſe eſt mortalem mori: & impoſſibile
eſt vt non moriatur:& ſicut̄ neceſſe eſt man-
ducare hominē in corpore conſtitutū: & im-
poſſibile eſt vt ſine eſca qui corporalis eſt vi-
uat:ſic neceſſe eſt venire ſcandala:& impoſſi-
bile eſt vt non veniāt.Et vide ſi potes accipere

ad exemplum malitiã: quæ eſt in cœleſtibus:
neceſſarie copulatã eſſe virtutibus. Impoſſibi
le eſt em̃ inueniri hominẽ omnino ſine pecca-
to: & abſq; peccato ſuſcipere poſſe virtutes: qa
nec poteſt eſſe verum bonũ: niſi habeat impu
gnationẽ mali. Sicut ergo neceſſe eſt ſuſtine-
re malitiã cœleſtiũ: & impoſſibile eſt eam non
ſuſtinere: ſic neceſſe eſt venire ſcandala: & im
poſſibile eſt vt nõ veniant. Maxime ſi intelle-
xeris malitiã malignarum virtutum principalẽ
eſſe malitiæ iſti q̃ in hoĩbus eſt: & ſemper quæ
rentẽ organa quædã per quæ operetur aduer
ſus hoĩes mundi. Forſitan aũt & irritant̃ ma-
gis malignæ virtutes: quantomagis verbum
Chriſti in hoĩb⁹ inualeſcẽs expellit ab eis ma
lignas virtutes: quæ prius cõſueuerãt habita
re in animis eorũ: & dæmones qui delectabã-
tur in ſanguine ſacrificiorũ: iraſcuntur dũ eo
rum cultura minuitur: nec offerunt̃ eis ſacri
ficia cõſueta: ideo ſcandala venire neceſſe eſt.
Et ſcandala quidem ipſa venire neceſſe eſt: nõ
tamen per illum neſcio quẽ venire neceſſe eſt:
propter qđ ei p quẽ venerit: erit væ: quoniã
dedit locum malignæ operationi in ſe volẽti
ſcãdalizare. Ne putes in natura aliqua vel in
ſubſtãtia eſſe ſcandala: quæ homines quærũt
per quos operẽtur. Sicut enim deus mortem
non fecit: ſic nec ſcandala creauit: ſed libertas
proprii arbitrii in quibuſdam genuit ſcãdalũ
nolens pro virtute ſuſcipere laborem.

A Qꝫ ſi manus tua: vel pes tuus ſcandalizat
te: excide eũ: & proiice abs te. Bonũ enim tibi
eſt introire in vitam claudum vel debilem: q̃
duas manus: vel duos pedes habentẽ mitti in
ignem æternũ. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te
erue eũ: & proiice abs te. Bonum eſt tibi vnũ
oculum habentẽ in vitã intrare: q̃ duos ocu-
los habentem mitti in gehennã ignis. Docet
nos per parabolam ſermo: quoniã nec ꝓximis
noſtris: vel adhærẽtibus nobis debem⁹ parce
re ſcandalizãtibus. Superius cũ dixiſſet: Anti
quis dictũ eſt: nõ adulterabis: ego autẽ dico ſi
quis viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam
iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: poſt hæc
verba ſtatim ſubiũxit. Si dexter oculus tuus
vel manus ſcandalizauerit te: oſtendens quo-
niã de illis membris ſcandalizantibus loque-
batur quæ ſunt intra nos. Propterea volunta
tes animæ expoſuimus ibi eſſe ſcandalizantia
membra. Hic aũt cũ dixiſſet: væh mũdo a ſcã
dalis: neceſſe eſt em̃ venire ſcandala: ſed væh
per quem veniunt: videlicet hominem: ſta-
tim ſubiungit: Si manus tua: vel pes tuus: vel
oculus tuus ſcandalizauerit te: oſtendẽs quo
niam non de membris ſcandalizantibus quæ
ſunt intra nos loq̃tur: ſed de hoĩbus qui ſunt
extra nos pertinẽtes ad nos: ita vt manus: aut
pedes: aut oculi æſtimẽtur gratia charitatis
coniuncti. Et vere quædam ſcandala ex nobis
ipſis naſcunt̃: ſicut ait Iacobus in epiſtola ſua.
Deus neminẽ tentat: ſed vnuſquiſq; tentatur B
in concupiſcẽtiis ſuis. Quædam extrinſecus
veniũt: vel ab extraneis: vel a proximis: de q-
bus præſens loquitur ſermo. Et bonum qui-
dem erat: vt laudabilis eſſet: & oculus: & ma-
nus: vt ne poſſit iuſte dicere oculus manui:
neceſſaria mihi non es. Si autem aliquis ex to
to eccleſiæ corpore videatur manus propter
aliquem actum: conuerſus autẽ factus fuerit
ſcandalizãs: oculus dicat huiuſmodi manui:
neceſſaria mihi nõ es: & dicens præcidat eam
& pellat a ſe. Sic bonum eſt: vt ſit & caput bea
tum: & pedes tali capite digni: vt ne poſſit ca
put iuſte dicere pedibus: neceſſarii mihi non
eſtis. Si autẽ aliquis fuerit in eccleſia pes ſcan
dalum faciens corpori vniuerſo: dicat caput
huiuſmodi pedi: neceſſarius mihi non es: & p̃
cidens repellat eũ a ſe. Melius eſt enim vt reſi
duũ corpus intret in vitã ſine membro ſcãda
lizanti: q̃ totũ corpus eccleſiæ morbo ſcãdali
per oẽs currente mittat̃ in gehennã. Sic bonũ
quidem erat: vt & ille qui factus eſt oculus di
gnus eſſet capiti Chriſto: & toti eccleſiaſtico
corpori. Si aũt cõuerſus oculus ille factus fue
rit ſcandalũ corpori vniuerſo: eiiciat̃ oculus
ſcandalizans & extra omne corpus expellat̃:
vt ſine illo oculo reſiduũ corpus ſaluet̃: q̃ cũ
illo oculo debilitato totam eccleſiam mittat
in gehennã: intenebratum videlicet per ocu-
lum malum. Chriſtum autem eccleſiæ caput C
eſſe: non ego: ſed apoſtolus intellexit. Sacer-
dotes autem rationabiliter poſſunt dici ec-
cleſiæ oculus: quoniã & ſpeculatores haben-
tur. Diaconi autem cæteriq; miniſtri man⁹:
quoniam per eos opera ſpiritalia vniuerſa ge
runtur. Populum autem eſſe pedes eccleſiæ.
quibus omnibus parcere non oportet ſi ſcan-
dalum eccleſiæ fuerint facti. Poſſumus autẽ
hoc textu vti etiam de domeſticis noſtris: &
quaſi membris ita nobis dilectione coniun-
ctis: ſiue parentibus: ſiue amicis quadam fa-
miliaritate dilectis: quibus parcere non opor
tet animæ noſtræ nocẽtibus. Præcidamus er-
go a nobis quaſi manum: vel pedem: vel ocu-
lum: patrem: aut matrem volentes nos agere
contraria pietati: aut filium: vel filiam: qui
quantum ad ſe faciunt nos recedere ab eccle-
ſia dei: & a Chriſti dilectione. Sed & ſi vxor
gremii noſtri: vel amici vnanimes: facti fue-
rint ſcãdala nobis: præcidamus eos ab anima

noſtra:quaſi non amicos:ſed aduerſarios no-
ſtræ ſalutis. Qui em̄ nō oderit patrem & ma
trem:& cætera:quādo tēpus fuerit eos odire:
quaſi aduerſarios:& inſidiatores: vt Chriſtū
lucremur:hic nō eſt dignus filio dei:& iſtis eſt
dicere:quoniā claudus ſaluatur:qui ꝑdiderit
pedem:id eſt fratrē:& ſolus hęreditans regnū
dei ſaluatur. Et ſicut ſine manu quis ſaluatur
perdens patrem vel matrē:vt illis parētibus
ſolus ſaluetur:ſic & ſine oculo quis ſaluatur p̄
cidens oculum ſuum a ſe:id eſt coniugē forni
cantem:vt ne cum tali oculo duos oculos ha-
bens intret in ignem. Poteſt aūt & ſic intelligi
D vt actus animæ peccans:manus intelligat̄:&
inceſſus animę peccās:pes:& viſus animę pec
cans:oculus:quos oportet pręcidere ſi ſcanda
lum faciunt. Frequenter enim ipſa opera mē-
brorum pro membris in ſcriptura ponūtur:
quale eſt illud. Et tuli manus meas ad manda
ta tua. Nō ipſas manus:ſed opera manuū tol-
limus ad mandata dei:quādo facimus opera
digna deo. Et ad te leuaui oculos meos. Non
oculos iſtos:ſed mentē: quę per oculos videt.
Item. Conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
Non pedes:ſed motus animę conuertunt̄ ad
teſtimonia dei:quādo cœperim⁹ velle cōuer-
ſari ſecundū deū. Quos oēs:id eſt vel viſum:
vel actum:vel inceſſum:oportet abſcindere ſi
fuerint mali:vt ſine illis intremus in vitā nō
facientes qđ volumus: q̄ vt intremus in ignē
facientes ꝓprias voluntates. Et primū quidē
beata eſt res ab omni ſcādalo abſtinere:vt nul
la virtus animę comprehendat̄ in malo: ſed
omnibus vtamur bonis. Sic em̄ cum duobus
pedibus:& duabus manibus: & duobus ocu-
lis animę corporiſq; intrabimus in vitā ęter-
nam. Si aūt futurū eſt male vtentes quadam
virtute animę perire propter iſtam: meli⁹ eſt
pręcidere:id eſt repellere vſum virtutis illius
ſcandalizantis:q̄ vt cū reliquis virtutibus per-
eamus in toto.

Videte ne cōtēnatis vnum de puſillis iſtis
E Dico em̄ vobis:quoniā angeli eorum in cœlis
ſemper vident faciem patris mei qui in cœ-
lis eſt. Primū videamus qui ſunt puſilli: quos
non oportet contēnere. Arbitror aūt quoniā
ſicut in corporibus differētia eſt:vt quidā eo-
rum ſint puſilli:alii aūt magni:alii vero me-
diocres:ſic in animabus ſunt quædā puſillæ:
aliæ aūt magnę ſecundū ſpiritalem menſurā:
ſecundū quā videt ſolus deus:& iudicat. Sed
in corporibus nō culpa hoīs:ſed ꝓpter ratio-
nes aliquas ſeminis eſt alius breuis:alius ma
gnus:alius vero mediocris. In aīabus autē ex
nobis eſt eſſe aliquē vel paruum: vel magnū:
aut ſecundū opera:aut ſecundū fidem:aut ſe
cundū aliquos mot⁹:& arbitrii noſtri eſt ſi ꝓ
ficere volumus in ſtatu animę:& fieri magni:
aut nō proficere:& paruuli remanere. Sic au
dio & Chriſto ſuſcipiēti naturā hūanā: & ſe-
cundū naturalia incremēta creſcēti ꝙ ſcribi-
tur:Ieſus aūt creſcebat ſapiētia:& ętate:& gr̄a
coram deo & hoībus. Vnde cōſequēter apo-
ſtolus ait. Donec occuramus oēs in virū per-
fectum in mēſurā ętatis plenitudinis Chriſti
Occurrere em̄ in virum & hoc perfectū:ſecū
dum interiorē hoīem intelligendus eſt ille: q
tranſcēderit quę paruuli ſunt:& euacuans ea
peruenerit in virū perfectū. Hoc modo intelli
genda eſt eſſe menſura ſpiritalis ętatis in ſin-
gulis aīabus:per quā proficit aīa vnaquęq;: &
ex eo ꝙ magnificat deū:magnificat̄ a deo. Se- F
cundū hanc magnitudinē ſpiritalis ętatis: &
ſpiritaliū incremētorū:& Moyſes dicit̄ fuiſſe
magnus:& Ioannes:& ipſe dn̄s Ieſus:de quo
Gabriel ꝓteſtatur. Et erit magnus. Puſilli aūt
ſunt qui nuper in Chriſto ſunt nati:aut tales
permanēt ſine profectu:quaſi nuper nati:qui-
bus rationabile lac neceſſariū eſt: qui adhuc
carnales ſunt:ſicut ait apoſtolus: & paruuli
ſunt in Chriſto:nec capere poſſunt eſcam vi-
rilem. Puſilli em̄ q̄uis ſint hęredes:tamē quia
puſilli ſunt quaſi nihil differentes a ſeruis: q̄
diu puſilli ſunt:ſeruitutis habent ſpiritū in ti
more. Qui aūt per dilectionē dei perfectā mi
ſerit foras timorē:iam nō habet ſeruitutis ſpi
ritū in timore:ſed ſpiritū adoptionis filiorū
in dilectione dei. Item requires puſillorū iſto-
rū angeli qui p̄ſunt eis quādo incipiūt curam
eorū habere:vtrum ex quo per lauacrum rege
neratiōis geniti ſunt in Chriſto:quaſi tūc na
ſcentes infantes:& vltra non ſubiecti cuidam
aduerſarię poteſtati:aut ex tempore natiuita
tis eorum carnalis:ſecundū pręſcientiam dei
& præordinationem ipſius:quos pręſciuit:&
prædeſtinauit:vt ſint conformes glorię Chri
ſti. Vides quoniā qui caute vtrūq; diſcuſſerit
illius eſt affirmare vtrum eorum ſit verum:
& ad teſtimoniū ꝓferre ſcripturā vni ex duo
bus conſentientem. In vtraq; enim parte mul
tus quidē ſermo fieri poteſt: tamen ex multo G
parum aliquid proferamus. Qui em̄ volunt:
mox vt quis fuerit natus eorum: qui præco-
gniti ſunt a deo:accipere angelū p̄poſitū ſibi
vtentur apoſtoli voce dicētis. Qui me ſegre-
gauit ab vtero matris meæ vt reuelaret filiū
ſuū in me:quaſi ex eo neceſſariū habeat ange-
lum ſe regentē:qui ſegregatus eſt ſecūdū præ
ſcientiā dei. Itē in epiſtola Iudæ ſcriptū eſt ita
In deo p̄re dilectis:& Ieſu Chriſto cōſeruatis

& vocatis. A quo cõſeruatis: niſi ab angelis q
bus traditi fuerãt: vt conſeruẽtur: & eruãtur
ab omni malo: qui præcogniti & preordinati
habebantur? Item profert & illud: qđ in pſal-
mis eſt dictũ: de vẽtre matris meæ tu es me⁹
protector: vt ſit ꝓtector præcognitorũ deus
per angelos ad hoc ipſum miniſteriũ deputa-
tos. Sic & illud accipiet. Suſcepiſti me de vte-
ro matris meæ. Itẽ. Ad te ꝓiectus ſum ex vte-
ro. & alia mille huiuſmodi habentia ſenſum.
Qui aũt vult ex eo hoĩbus dari angelũ adiu-
torem: ex quo per lauacrũ regenerationis fa-
cti ſunt tũc nati infantes in Chriſto: dicet nõ
eſſe credibile: inſenſatis: & incredulis: & errã
tibus: & ſeruiẽtibus deſyderiis variis: & ĩmũ
dis in malitia & inuidia degentibus: odibili-
bus: & odiẽtibus inuicẽ: fornicariis: & adulte
ris: interdũ aũt & maſculorũ cõcubitoribus:
latronibus: & ebrioſis: atq; rapacibus præeſſe
angelum ſanctũ: vt maculetur in huiuſmodi
actibus hoĩs cui datus eſt cuſtos. Sed eſt ho-
A mo quidẽ in tempore infidelitatis ſuæ: & pec
catorũ ſuorũ ex infidelitate naſcentiũ ſub an-
gelis ſathanæ: & ſpiritibus malignis: et ĩmũ-
dis dæmoniis. Cum autẽ ſuſceperit fidẽ: tunc
Chriſtus qui eſt redẽptor: qui pretio ſui ſan-
guinis eum redemit a malignis dominis: cre
dentem in deum tradit eum angelo ſancto: et
propter munditiã ſemp videnti faciẽ patris.
Secundũ ea quæ ſumus interpretati de puſil-
lis diſcipulis cõueniens eſt dicere: quoniã nõ
habuit neceſſariũ Chriſtus mandare de ma-
gnis et pfectioribus fidelibus nõ cõtemnẽdis:
ſed de puſillis: propterea nõ ſimpliciter dictũ
eſt ne contẽnatis vnũ de iſtis oĩbus diſcipulis
quos videtis: ſed ita: vnum de puſillis iſtis:
quos cognoſcebat eẽ puſillos q videre poterat
modicitatẽ: et magnitudinẽ inuiſibilium ani
marũ. Talia et ſuperius diximus. Si quis ſcan
dalizauerit vnum de puſillis iſtis credẽtibus
in me. Ali⁹ aũt forſitan dicit puſillũ hic dici
perfectũ: ſecundũ illud qđ alibi ait. Qui autẽ
minor fuerit in oĩbus vobis: hic erit maior.
Qui eñ humiliauerit ſe: imitator exiſtens il-
lius qui ſemetipſum humiliauit ꝓ ſalute hu-
mana in medio oĩm credentiũ: ſiue ille apoſto
lus fuerit: ſiue epiſcopus: ipſe eſt puſillus quẽ
Chriſtus oſtendit. Talẽ ſe puſillũ etiã Paulus
B oſtendit dicens. Mihi minimo omniũ ſanctoꝝ
data eſt gratia hæc. Sed huiuſmodi expoſitio
ni illud qđ dicitur: ſi quis ſcãdalizauerit vnũ
de puſillis iſtis: & cætera: nõ videt̃ conuenire
vel illud qđ dicitur ſic: non eſt volũtas patris
mei qui in cœlis eſt vt pereat vnus de puſillis
iſtis: quoniã talis puſillus qui vere perfect⁹ eſt
non ſcandalizatur: nec perit: pax enim multa
diligentibus legẽ dei: & non eſt illis ſcandalũ.
Et quoniã nõ perit puſillus huiuſmodi: dice
re poteſt. quis nos ſeparabit a charitate dei: q̃
eſt in Chriſto Ieſu? & cætera. Sed qui hanc ex
poſitionẽ æſtimat verã: dicit quoniã & iuſti
hoĩs aĩa vertibilis eſt: & ſcandalizat̃ aliqñ: et
ſi non facile: ſicut teſtat̃ Ezechiel: dicẽs etiam
iuſtum a mandatis dei poſſe recedere: ita vt
non imputet̃ ei iuſtitia prior. Propterea dicit
Si quis ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis: &
quia nõ eſt voluntas patris mei vt pereat vn⁹
de puſillis iſtis. Qualis autẽ expoſitio ſit ve-
rior & tu ſicut potueris iudicabis.

Poſt hanc parabolam ſequit̃ de ouibus cẽ- C
tum: & vna ex eis errata pariter & inuenta.
Hanc ſicut potuimus tractauimus: exponen-
tes euangelium: qđ eſt ſecundũ Lucam: quo-
niam & ille memor fuit parabolæ huius. Ne
ergo repetere videamur: hic prætermittẽtes
tranſmittimus ad expoſitionẽ euangelii ſecũ
dum Lucam: omnẽ volentẽ cognoſcere quid
ſenſerimus in iſta parabola.

Secũdũ Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus Petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit: lucratus es fratrem tuum. Si autem nõ audierit: adhibe tecum adhuc vnũ: vel duos: vt in ore duorũ vel triũ teſtiũ ſtet omne verbum. Q; ſi nõ audierit eos: dic eccleſiæ. Si autem eccleſiã non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Homilia Origenis de eadem lectione.
Et eſt Homilia. VI.

VIdeamus ne forte ſententia D
hæc non de quocũq; pecca-
to poſita ſit. Q; ſi aliquis q
nominatur frater peccaue-
rit aliquid eorum peccato-
rum quæ ſunt ad mortem:
vtputa maſculorũ cõcubitores: factus autem
adulter: aut homicida: aut mollis: nũquid &
iſtũ talem ſicut aliquẽ modica peccantẽ: ratio
nis eſt vt arguat ſolus ad ſolũ: & ſi qdẽ audie-
rit q talia illa peccauit ſtatim eũ dicere lucri
factũ: & ſi nõ audierit non prius eũ expelli de
eccleſia: niſi priuſ q̃ & corã teſtibus argut⁹ &
ab eccleſia perſtiterit in actu priori? Non aũt
ignoramus: qm̃ ſequẽs alius verba: & aſpiciẽs
ad immẽſam miſericordiã Chriſti dicere põt
qm̃ cũ verba ipſa Chriſti nullam differẽtiã fa
ciant peccatorum: ſuperfluũ faciũt: & contra

Christi misericordiã:qui hęc ad minima tan
tum pertinere distingunt. Sed eum qui tali-
ter sentit:nõ arbitror ad vtilitatem cõmunẽ
ista sentire. Alius aũt ipsa verba caute consi-
derans: & nihil extrinsecus subaudire volẽs:
non de omni peccato hęc dicta defendit: quo
niam qui grandia illa peccat:nec est frater:ni
si forte nominet̃ frater. Differentia eñ est in-
E ter fratrem:& eum qui noiatur frater. Et quo
niam distant a se:ꝓpterea dicit apostolus. Si
quis frater nominat̃ in vobis:si aũt fornicari⁹
aut auar⁹:aut idolorũ cultor:& cætera:cũ ta
libus nec cibum sumere. Nemo eñ idolorum
cultor:aut fornicator:aut auarus frater est.
Et q̃uis nomen baiulet Christi: tamen frater
nominetur:nõ aũt & proprie frater est. Sicut
ergo ęstimatione eminẽtis misericordię Chri
sti:negligentibus peccandi occasionẽ dat:qui
ad omne peccatũ generaliter hęc pertinere ex
ponit:sic econtra qui docet in minimis:& hu
manis peccatis peccãtẽ:& post arguitionem
testium:vel ecclesię fieri oportere sicut publi-
canum:& ethnicum in peccatis quæ nõ sunt
ad mortẽ:aut sicut lex appellat in numeris:
non mortiferis:aliquid crudelitatis videt̃ in
ducere. Nec eñ æstimo cito aliquẽ inueniri
in ecclesia:qui non iam ter in eadem culpa ar
gutus sit:vtputa in detractione:qua inuicem
homines detrahunt ꝓximis suis:aut in infla-
tione:aut in epulatione:aut in verbo menda-
cii vel otioso:aut in tali aliqua culpa leui:quæ
etiã in illis qui videntur proficere in ecclesia
frequenter inueniunt̃. Cõsidera ergo ne forte
& illos qui æstimatione immensæ misericor-
diæ Christi:etiã ad peccata maiora hęc ptine
re interpretantur:præterit intellectus loci:&
istos qui hęc ad minima peccata asserunt per
tinere: & propterea peccatorẽ minimorũ pec
catorũ nisi bis vel ter argutus emẽdauerit se:
statim sicut ethnicũ & publicanũ fieri arbitrã
tur. Quid ergo?is qui ter argutus quasi ethni
cus & publican⁹ factus fuerit arguenti: vtrũ
omnino pereat:aut aliq̃d patiatur. Deus scit:
nos autem pronuntiare nõ possumus: secun-
dum ꝙ scriptũ est. Nolite iudicare: vt nõ iu
dicemini. Item. Nolite ante tẽpus quid iudi-
care:donec veniat domin⁹ qui illuminabit oc
culta tenebrarũ:& manifestabit consilia cor-
dium. Primũ quidẽ quoniã licet ei qui ter ar-
gutus nõ obaudiuit in quarto audire:vt iam
non sit sicut ethnicus:& publicanus. Memo-
res eñ esse debemus eius quod dictum est. Sic
non est voluntas patris mei:vt vnus ex mini
mis istis pereat. Sic eñ oportet nos oẽs ꝑsen-
tari ãte tribunal christi:vt reportet vnusquisq̧
propria corporis prout gessit siue bonũ:siuẽ
malum. Deinde quia scriptũ est: Secũdũ ope- F
ra manuum vestrarum contiget vobis:& nõ
multipliciter:aut dupliciter:aut septuplici-
ter recipient de manu dñi peccatores. Aliquã
do aũt nõ secundũ opera manuũ hoĩs reddit̃
ei:sed amplius q̃ peccauit. Hierusalem eñ si-
cut docuit Esaias: duplicia recepit de manu
domini sua peccata. Vicini aũt israel quicũq̧
sunt illi:septuplũ recipiũt: secũdum ꝙ ait in
psalmo. Redde vicinis nostris septuplum in si
nibus eorum. Et alii inueniũtur redditionis
modi:quos si intelligamus sciemus quoniam
expedit recipere in hoc mũdo. Nouissime aũt
quia nõ puriter dixit sicut ethnicus & publi
canus:sed ita sit tibi. Qui ergo in peccato leui
correptus ter:secũdũ ꝙ diximus: non se emẽ
dat: nos quidẽ sic eum debemus habere qua
si publicanũ & ethnicũ:abstinẽtes ab eo:vt cõ
fundetur. An aũt etiã a deo quasi publicanus:
& ethnicus iudicetur:nõ est nostrũ ꝓnũtiare
sed est in iudicio dei. Cõuenienter aũt adiũxit
post tres arguitiões:facto aliquo sicut publi-
cano & ethnico. Quęcũq̧ ligaueritis sup ter-
rã erũt ligata & in cœlo:& quęcũq̧ solueritis G
super terrã erunt soluta & in cœlo. Iuste eñ
ligauit:qui ter arguit:& nõ est auditus:eum
qui factus est sicut publican⁹ & ethnicus. Pro
pterea ille talis alligatus est:& condemnatus
est apud omnes qui sunt in cœlo. Ita & si argu
tus emendauerit se:vt iam funiculis peccato
rum suorũ nõ sit ligatus:iuste solutus est:eti-
am ab eis qui sunt in cœlo. Tamen & illa quæ
superius soli Petro sunt dicta:videtur etiam
istis oĩbus dicta:qui ter peccantes arguerint:
si auditi nõ fuerint:& alligauerint sup terrã
iudicãtes peccatorẽ:sicut publicanũ & ethni
cum. Sed quoniã oportebat aliquid maius ha
bere Petrum prę illis qui ter arguerãt:ideo il
li quidẽ sic dicit. Et tibi dabo claues regni cœ
lorũ:& quęcũq̧ solueris sup terrã:erunt solu
ta & in cœlis:& quęcũq̧ ligaueris sup terrã:
erunt ligata & in cœlis. Nõ ergo modica dif-
ferentia est ꝙ Petro quidẽ datæ sunt claues:
nõ vnius cœli:sed multorũ cœlorũ:vt quęcũ
q̧ ligauerit sup terrã sint ligata:non tantũ in
vno cœlo:sed in oĩbus cœlis:& q̃ soluerit sup
terrã sint soluta: nõ solũ ĩ vno cœlo:sed in oĩ
b⁹ cælis. Ad eos aũt:q multi sunt:ligatores &
solutores ĩ terra:sic dicit:vt soluãt:& alligẽt:
non in cœlis sicut Petrus:sed in vno cœlo: qa
nõ sunt in tanta ꝑfectione sicut Petrus:vt al-
ligent vel soluant in oĩbus cœlis. Quãto ergo
melior fuerit qui ligat:tantũ qui alligat̃ am-
plius q̃ in vno cœlo alligat̃: & quanto melior

fuerit qui ſoluit/tāto beatior erit qui ſoluitur
A quoniam in omnib⁹ ſolutus eſt cœlis. Iterum amen dico vobis: quia ſi duo veſtrum cōſenſerint ſuper terram de omni re quacūq; petierint fiet illis a patre meo q in cœlis eſt. Vbi eñ duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorū. In primis videamus ſapienter: ſi poteſt iſte conſenſus eſſe in multis: vel in toto conuentu: vt in medio eorum ſit Chriſt⁹ quia anguſta & tribulat via eſt quę ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniūt eam. Forſitan autē hoc tali conſenſu nec pauci cōſentiūt ſibi per omnia: ſed duo forte: vel tres: ſicut Petrus/ & Iacobus/ & Ioannes: quibus quaſi conſentiētibus ſibi per omnia oſtēdit verbū dei gloriam ſuam: ex eo q non habebat ſpeciem: neq; decorem: vertens ſe ad gloriam ſuā: vt veſtimenta ſua oſtenderet eis ſplendētia ſicut lumen. Conſenſerūt aūt & duo: Paulus: & Soſthenes ſcribentes Corinthiis epiſtolam primā. Item Paulus: & Timotheus mittentes ſecūdam. Et tres cōſenſerūt: vt eſſet Chriſtus in medio eorum/ Paul⁹: & Syluan⁹: & Timothe⁹ ſcribētes Theſſalonicenſibus. Item in veteri teſtamēto inuenimus cōſentientes tres ſuper terram: vt eſſet in medio eorū verbum dei: ſicut oſtēdit ſupraſcriptio pſalmi quadrageſimi primi continens ita. In finē in conſenſu filiis chore. Cum eſſent tres filii chore: quorum nomina inuenimus in Exodo: Aſir: qui interpretat̄ eruditio: ſecundi Helcana/ qđ itelligit̄ dei creatura: tertii Abiaſaph qđ interpretatur congregatio patris: prophetię ergo nō ſunt diuiſę: ſed quaſi ex vno ſpiritu: quaſi ex vna anima: & ex vna voce: cōſenſu videlicet operāte in eis ſunt dictæ & ſcriptę & locuti ſunt tres quaſi vn⁹ dicētes. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus. Dixerunt autem & pluraliter in quadrageſimo tertio: Deus auribus noſtris audiuimus. Ideo & apoſtolus præcipit dicens: vt ſitis perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia. Et in actibus de cōſentientibus dicit. Erat autem credentium cor vnū: & anima vna: quoniam facti fuerant vnum: ſi tamē poſſibile eſt ſicut diximus in multis inueniri p omnia vnum ſentientes: vt nec modica ſit diſſenſio inter eos. Non autem conſentiebāt Corinthii dicentes. Ego quidē ſum Pauli: ego autē Appollo: ego vero Cephę: & ego Chriſti: ſed erat in illis ſchiſma: quo ſoluto cōgregabātur cum ſpiritu Pauli: & virtute dñi Ieſu: vt iam non eſſent alius alium ſe mordentes: & comedentes: vt conſumerentur ab inuicem. Conſu-
B mit enim diſſenſus: ſicut congregat cōſenſus: & ſeparat Ieſum qui in medio conſentientium ſibi ſolummodo inuenitur. Et proprie quidem in duobus iſtis generibus fit conſenſus: in fide ſicut ait apoſtolus: vt ſitis perfecti in eodem ſenſu: id eſt ſecūdum eadem dogmata: & in eadem ſententia: id eſt vt ſimiliter cōuerſentur. Ideo dicit ſi duo veſtrum cōuenerint ſuper terram de omni re quicquid petierint fiet eis. Manifeſtum eſt autem quoniam vbi nō ſit de omni re conſenſus: nec duo conuenerunt ſup terram. Et iſta eſt cauſa: propter quā non exaudimur orantes: quia non conſentimus nobis per omnia ſuper terram: neq; dogmate: neq; cōuerſatione. Adhuc autem: ſi corpus ſim⁹ Chriſti & poſuit deus ſingula membra ī corpore: vt id ipſum ſapiant membra: & conſentiant: & ſollicita ſint: & patiente membro vno compatiantur omnia: & glorificato congaudeant omnia: debemus in nobis muſicum iſtum ſeruare cōcentum. Sicut enim in muſicis niſi fuerit conuenientia vocum non delectat audientem: ſic & eccleſia: niſi conſenſum habuerit: nō delectatur deus in ea: nec audit voces eorum. Conſentiamus ergo: vt congregatis nobis in nomine Ieſu: ſit Ieſus in medio noſtrum: verbum ſcilicet dei: & ſapientia: & virtus ipſius. Eſt & alia C
expoſitio verborum iſtorum: quā expoſuit aliquis ante nos exhortans ad caſtitatem coniuges. Si duo (inquit) veſtrum cōuenerint id eſt vir & vxor ex conſenſu ſemetipſos ab inuicem ſeparantes a corporali coniunctione: vt vacēt orationi. Tunc enim orantes de omni re quam cunq; petierint conſequentur: pręſtāte eis deo per talem caſtitatis conſenſum. Et iſte conſenſus non videtur coniugium ſoluere: ſed virtutem continentiæ exercere. Si autē alter voluerit caſte agere: alter vero noluerit: aut non potuerit: & propterea ille volens & potēs nō condeſcenderit nolenti/ & non potenti: non erit in eis qđ dicitur de omni re quācunq; petierit fiet eis. Scio & aliam expoſitionem. In malis eñ D
hominibus peccatum carnis animæ dominatur ad obediendum ei in deſideriis eius. In his autem qui expulerunt quaſi de throno corporis ſui peccatū: quod regnauerat prius ī eis: & certant aduerſus ipſum: caro quidem concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. In viris autem perfectis obtinuit ſpiritus: & opera carnis mortificauit: & cōmēdauit vitam ſuam carni: vt viuificet mortalia corpora ſua: propter inhabitātem ſpiritum in eis: & fit conſenſus duorum: ſpiritus: & carnis ſuper terram: quo conſenſu expleto: & oratio tranſmittitur corde quidem credenti ad iuſtitiam: ore autem confitenti ad ſalutem: vt cor non ſit longe a deo: ſed cum eo: vt iam non la-

biis appropiet ei: & ſic fiunt duo cõgregati in
nomine Ieſu. Adhuc autem beatius eſt ſi tres
cõuenerint in nomine Ieſu: vt impleatur apo-
ſtolicum illud votum. Deus autem ſanctificet
vos ad perfectum: & integer ſpiritus veſter: &
anima: & corpus ſine macula ſeruetur in aduẽ
E tũ domini noſtri Ieſu Chriſti. Poteſt autem fie
ri: vt duo conueniant ſine tertio. Iucũdum eſt
autem iſtum conſenſum intelligere etiam cir-
ca conuenientia duorum teſtamẽtorũ: in quo
enim teſtamenta duo conueniunt ſibi: vt nul-
lus ſit inter ea diſſenſus eorum: inuenitur ora
tio de omni re acceptabilis deo. Si autem & ter
tium congregatorem duorum requiris: nõ te
pigeat dicere ſpiritum eſſe ſanctum: quoniam
ſermones ſapientium ſiue ante aduentum: ſi-
ue in ipſo aduẽtu: ſiue poſt aduentũ ſunt qua-
ſi ſtimuli: ſunt quaſi fixorii implantati: dati ab
vno paſtore. Sicut eñ duos boues altercantes
ſtimulus cogit in vnum venire: ita & ſermo ſa
pientium duo teſtamenta cõuenientia reddit:
etiam ſi in quibuſdam inconuenientia videan
tur apud eos: qui non poſſunt attingere ꝓfun-
dum conſenſum eorum. Nec illud prætereas:
qm̃ nõ dixit in medio eoꝝ ero: ſed ĩ medio eoꝝ
ſum. Ergo nõ medi⁹ futurus eſt: neq; medi⁹ eẽ
tardabit: ſed mox vt cõſenſerint ĩuenit̃ Chri-
F ſtus in eis: qm̃ & Chriſt⁹ cõfeſſus eſt ipſe. Tũc
accedens Petrus dixit ei. Domine quotiẽs pec-
cauerit in me frater meus: dimittã ei vſq; ſepti
es? Dicit ei Ieſus: non dico tibi ſepties: ſed vſq;
ſeptuagies ſepties. Qđ putat̃ ſimpliciter dictũ
a Petro: quaſi putanti ſeptẽ pctã fratri dimitte
re peccãti in ſe: octauũ autẽ nequaq̃: a ſaluato-
re autẽ quaſi docente proximi in ſe peccata nõ
ſolum in ſe dimittere oportere: ſed etiã ſeptua
ginta ſeptem: poſt ſeptuaginta autem ſeptem
iam neq; fratri dimittere: ſatis mihi videt̃ con
temptibile: & indignum: & quantũ ad Petri ꝓ
fectũ in Chriſto: & quantũ ad Chriſti eminen-
G tiſſimum intellectum. Ergo ne forte etiam hęc
verba habent aliquem ſimilem intellectum eis
quę dicuntur in Geneſi. Numerus ergo ſext⁹
videtur eſſe operis & laboris. Septimus autem
repauſationis. Et vide ſi potes intelligere: eum
quidem qui diligit mundum: & ea quę ſunt in
muudo operat̃: & ſęcularia agit: dicere ſepties
peccare: & finem ei peccatorum eſſe numerum
ſeptimum. Tale ergo aliquid intellexit Petrus
ſeptem peccata ęſtimãs indulgere proximi ſui
in ſe. Quoniã autẽ decades & hecatõtades ali-
quem ſermonem communem habent: ad nu-
merũ qui in monadibus eſt: & ſciebat Chriſt⁹
extendere aliquos peccata ſua etiam vlterius:
propterea ęſtimo Chriſtũ iuxta ſeptenariũ nu
merum: etiam ſeptuaginta addidiſſe: vt dicat
remiſſionem fieri oportere fratrib⁹ in hoc mũ
do degentibus: & ſecundum res huius mun-
di peccantibus. Si autem aliquis ſupergrediẽs
ea peccata quæ fieri ſolent in rebus mundiali-
bus: & ſæcularibus vltra peccauerit: ſi tamẽ &
hoc poſſibile fuerit: iam nõ habebit iuſtam re-
miſſionem peccatorum ſuorum: quoniam re
miſſio in iſtis rebus locum habet: & in iſtis pec
catis iuſte præſtatur: ſiue tardi⁹ fiat remiſſio:
ſiue cito. Non eſt ergo remiſſio / neq; fratri qui
ſupra ſeptuagies ſepties peccat. Conſidera au
tem ſi potes & in natura omnium peccatorum
vbicunq; vel quandocunq; factorum: vel fieri
potentium quoniam eſt differentia: cogitatio
nem aliquam habens ad numeros: vt dicas om
nium peccatorum peſſima eſſe quę ſunt ſupra
numerum ſeptuaginta ſeptem: quando nec Ie
ſus conſiliatur Petro ſuo remittere ſupra nu-
merum illum peccata: etſi a fratre fiãt in eum.
Adhuc autem conſidera ſi potes ſecundum ea
quæ de Petro tradidimus: cui portę nõ præua
lent inferorum: & hic intelligere eum: vt qua-
ſi in Petrum aliquis peccet: qui in talem pecca
uerit qualis fuit Petrus: & ſecũdum huiuſmo
di quidem peccata eſſe eum in minori numero
non habenti peccatorum remiſſionem.

Secundum Matthæum. Cap. XVIII.

IN illo tempore: Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis parabolã hãc
Simile ẽ regnum cœlorum
homini regi: q voluit ratio-
nem ponere cũ ſeruis ſuis.
Et cũ cœpiſſet rationem po
nere: oblatus eſt ei vnus qui
debebat decem milia talenta. Et reliqua.

Homilia Origenis de eadem
lectione. Numero. VII.

PRopoſitũ quidẽ parabo H
lę vult docere faciles nos
eſſe ad indulgendũ eis q
nocuerint nobis: maxĩe
ſi poſtq̃ nocuerint ſatiſ-
faciãt nocit[illegible] nobis: & de
precẽt dari ſibi veniã eo
rũ quę offenderũt. Illud quoq; nos inſtruit: ꝙ
etiã eorũ peccatorũ quæ iam nobis a deo indul
ta ſunt reuocationem faciet deus: etiam poſt ĩ-
dulgentiam: niſi indulſerimus offendentibus
nos ita ex corde: vt nec modicam aliquam me
moriam offenſionum earum apud nos reſerue
mus. Poſt hanc parabolæ voluntatem: eſt qui-

dem & ſimpliciter per ſingula verba eã diſcu-
tere vniuerſam: vt negotietur quis ex ipſa diſ-
ſenſione dictorũ: qui ſingula diligenter inqui-
rit. Eſt & ſublimior expoſitio & miniſterialior
ſecundũ quam rationis eſt quęrere quis eſt rex
& qui ſerui: & qđ principium ponendi rationẽ
cum ſeruis: & quis eſt debitor talentorꝝ multo
rum: & quæ vxor eius: & filii eius: & quę oĩa
eius quæ rex vendi pręcepit: vt reddatur debi
tum de facultatibus eiꝰ. Quid eſt egredi eum
qui accepit indulgentiam talentorũ multorꝝ:
vel quis eſt ille conſeruus vnus: qui nõ patrifa
milias: ſed ſeruo indulgẽtiam debitorum ſuo-
rũ conſecuto debebat: & quid ſibi vult nume-
rus cẽtum denariorum: & quid eſt effocare: &
dicere: redde qđ debes: & quis eſt ille carcer in
quem conſeruum ſuum detruſit indulgentiã
conſecutus talentorum multorũ: & qui cõſer-
ui: qui ſunt cõtriſtati: & domino nũtiãtes om
nia facta: & qui ſunt tortores: quibus traditus
eſt is qui cõſeruum ſuũ detruſit in carcerẽ: &
quomodo reddit tortoribus traditꝰ omne qđ
debuit: vt iam nihil deberet. Iam nũc propoſi-
tam expoſitionẽ tãgamus. Simile eſt (inquit)
A regnum cœlorum homini regi. Si regnũ cœlo
rum aſſimilatum eſt cuidam homini regi: vi-
deamus in primis quid ſit hoc ipſum regnum
cœlorũ qđ aſſimilatum eſt homini regi: niſi fi-
lius dei. Ipſe eſt enĩ regnũ cœlorum. Et ſicut ip
ſe eſt ſapientia: ipſe eſt iuſtitia: ipſe veritas: ita
ipſe eſt regnũ. Regnũ autem non alicuius eorꝝ
qui ſunt deorſum: nec quorũdam eorũ qui ſur
ſum habentur: ſed omnium qui ſunt ſurſum:
qui appellati ſunt cœli. Secundum hoc dicere
potes: quoniam ipſorum eſt Chriſtus ſecundũ
ꝙ ipſe eſt regnum / regnans quotidie in ſenſibꝰ
eorum: ſicut eſt regnans / & iuſtitia / & ſapiẽtia /
& veritas: cæteræꝗ virtutes ĩ eo qui factus eſt
cœlum per hoc ꝙ portauit cœleſtis imaginẽ.
Hoc ergo regnum cœlorũ quando factum eſt
in ſimilitudĩe carnis peccati: vt de peccato dã
naret peccatum: tunc ſimilis factus eſt homini
regi vniens eum ſibi: & per omnia faciens eum
ſibi vnum: & ſecundum hoc myſteriũ ſuſcepti
hominis: factus eſt Ieſus Chriſtus: quoniã qui
cõiungit ſe dñs: fit ſpiritus vnus cum eo. Hoc
itaꝗ regnũ cœlorũ qđ aſſimilatum eſt homini
regi per anticipationem dicit̃: quia voluit po-
nere rationem cũ ſeruis ſuis. Nondũ enim po-
nit. Poſiturus eſt aũt: vt appareat quomõ vnuſ
quiſꝗ domini ſui & regis probabilibus / & in-
B telligibilibus pecuniis vſus eſt. Quas quidam
quidem amplius: alius aũt accipit minus: ſecũ
dũ enĩ virtutem vniuſcuiuſꝗ alii quidem dan
tur quinꝗ talenta quaſi tantũ ſufficiẽti tracta
re: alii aũt duo quaſi minus potẽti: alii autem
vnum: quaſi adhuc impotẽtiori. Et ſi quis cõſi
deret varietatẽ humanarũ animarꝝ: & ingenia
hominũ diſtantia inter ſe: quoniam iſte quidẽ
facit ad plures virtutes: ille autẽ ad pauciores:
alius vero ad iſtas facit: ad illas autem non fa-
cit: forſitan intelligere poteſt quomõ vnaquæ
ꝗ anima venit cum aliquibus dominicis pecu
niis in hũc mundũ. Adhuc autẽ quæres vtrũ
omnes homines ſerui ſunt regis huiꝰ: aut qui
dã qdẽ ſerui: quos præſciuit: & prędeſtinauit:
alii aũt non ſerui: ſed qui negotiant̃ cũ ſeruis.
De quibꝰ & dicit cuidam ſeruo. Num oporte-
bat te dare pecuniam meam ad mẽſam: vt ego
veniens cũ vſuris recepiſſem eã? Et ſic requires
vtrũ extra ſeruos habent̃: a qbus cũ vſuris pro
mittit ſe recepturũ dominus: nõ ſolũ qui ſunt
alieni a fide: ſed etiam credentiũ quidam: ſerui
autem hi ſoli quantũ ad iſtas parabolas q diſpẽ
ſatores verbi habent̃: & quibus hoc eſt cõmiſ-
ſum: vt negotient̃ & fœnerent. nec enĩ omni-
bus conſequens eſt intelligere dictum: negotia
mini donec redeo. Et ſequitur: vt cũ poſita fue C
rit ratio cũ ſeruis: requiratur etiam quæcunꝗ
fecerunt ſerui ad eos qui extra domũ fuerãt re
gis. Nec enim conſeruus inuenitur fuiſſe villi
co illi iniq̃tatis: qui cẽtum tritici choros debe-
bat: aut centum olei batos: ſecundũ ꝙ ipſe vil-
licus manifeſtat dicens. Quantũ debes domi-
no meo? Et non dixit dño noſtro. Intellige autẽ
mihi oẽm qdem actum bonũ lucrum dici: ma-
lum autẽ diſpendiũ. Et ſicut eſt differentia in-
ter lucrum: & lucrum pecuniarũ: ſic & ĩ bonis
operibus differentia eſt inter bonũ opus & bo-
nũ: ſic differentia eſt inter malum opus & ma-
lum. Quorum differẽtiam ſolus deus ſcit: qui
poteſt talia iſta diſcutere: & ex ipſo affectu ver
borũ / vel actuũ videt quæ noſtra ex nobis vidẽ
tur: ſed non ſunt ex nobis. Et qđ eſt opus ma-
gnum lucrum / vel qđ mediocre / vel qđ exiguũ
E contrario qđ peccatum / magnũ diſpendium
inuenitur cũ ratio ponitur: vel quod minimũ
vel qđ eſt damnũ nouiſſimi quadrantis. Oĩs
ergo vitæ noſtræ ratio eſt ponenda a rege: quã
do oẽs nos pręſentari oportuerit ante tribu-
nal Chriſti: vt reportet vnuſqſꝗ ꝓpria corpo-
ris ꝑut geſſit ſiue bonũ ſiue malũ: & adducet̃
ad rationẽ etiã omne verbũ otioſum qđ locuti
fuerint homines: vel ſi qs aliquando portaue-
rit aliquẽ calicem aquæ frigidæ tantũ in nomi
ne diſcipuli. Hæc aũt nõ ſic dici putamus: qua D
ſi opus habentia multo tempore: vt ponat̃ no-
bis ratio de oĩbus actibꝰ vitæ noſtræ: vt ſuſpi-
tio ſit rege ponẽte ſingulis in tanta ſeruorum
multitudine rationẽ: ne forte res ipſa neceſſa-

rium habeat longum tempus: quoaduſq; ad fine perueniant omnia: quæ ab initio mūdi vſq; ad cōſummationem ſæculi nō vnius: ſed multorū ſæculorū ſunt geſta ab omnibus. Sed non eſt ita. Volens eñ deus ventilare omniū mentes: vt vnuſq́ſq; ſentiat ꝓprios actus bonos vel malos: cito omnia ab oībus omni tēpore geſta ſingulis qbuſq; faciet in mēte ineffabiliter quadā virtute. Nec eñ ſicut nos volentes in mentē facere alicui ea q̄ fecit: opus habem⁹ tempore ſufficienti ad cōſummationem eorum q̄ dicuntur a nobis: & in memoriā redigunt: ſic & deus opus habet tēpus volens nobis in mente facere oīa quæ geſſimus in vita: vt cognoſcentes vniuerſa q̄ fecimus: intelligam⁹ propter q̄ aut punimur: aut honoramur. Si qs autem celeritati diuinæ virtutis circa hæc oīa conſummanda non credit: hic nondum intellexit deū qui oīa fecit: & non indiguit ſpatio tēporis alicuius ad faciendā cœli & terræ & omniū quæ in eis ſunt creaturā. Nā etſi videtur in ſex diebus feciſſe oīa deus: maxime qa dicit: hic eſt liber gñationis cœli & terrę: qua die facta ſunt cœlum & terra: audendū eſt tñ / & dicēdū: quoniam tēpus futuri iudicii nō opus habebit ſpatio tēporis: ſed ſicut reſurrectio dicit futura in momēto: in ictu oculi: ſic puto & iudiciū fore.

E Poſt hæc videamus qd eſt qđ ait: Incipiente eo ponere rationē oblatus eſt ei debitor vn⁹ multorū talentorū. Initiū iudicii eſt incipiēs a domo dei: q dixit ſicut ſcriptū eſt in Ezechiele angelis qui cōſtituti fuerant ſuper pœnas: A ſanctis meis īcipite. Qđ initiū ictui oculi ſimile eſt quoniā in ictu oculi omniū ſanctorū acta conſiderās iudicat eos. Sic & tēpus ponēdę ratiōis erit: qđ cōcipitur mente. Nec eñ obliti ſumus q̄ dicta ſunt ſupra de debētib⁹ plura. Propter qđ non qdem ſcriptū eſt: ponēte aūt eo rationē ſed ita: Incipiente aūt ponere rationē: oblatus eſt in principio ponēdę rationis debitor multorū talētoꝝ: q ad milia mlta fecerat dāna: & magna qdē ei erāt iniūcta. Et creditus multa nullum dño attulit lucrū: ita vt debitor efficeret multorū talētorū. Et forſitan ideo multorū talentorū factus eſt debitor: quoniam ſecut⁹ eſt mulierem ſuper talentū plumbi ſedentem: cuius nomen iniqtas. Intellige autē vnūquodq; maximū peccatū dici talentū dāni dñici: qualia peccant fornicatores: adulteri: molles: maſculorū cōcubitores: idolatrę: homicidę: ſicut & iſte nihil modicū: ſed omnia magna & peſſima peccauit: qui oblatus eſt regi. Qui forſitan tot talenta perdidit: quātos perdidit homines qui receperunt eum in ſe talia operantem peccata: grāde eſt eñ homo & honorabile vir miſericors: & honorabile quaſi talētum dignum ſiue aureū qualis fuit lucerna illa talenti aurei ſiue argenteum talentum: aut cuiuſlibet alterius metalli intelligibilis: quorum myſteria in verbis dierū ſcripta habentur. ſicut & Dauid ditatus talētis multis: quoꝝ & nūerus eſt oſtēſus in talētis aureis tātis: & argēti tātis: & reliquorū metallorū quę illic nominantur: ex quibus fabricatum eſt templum. Et cum non haberet vnde redderet: iuſſit eum vęndi: & vxorem eius: & filios eius: & oīa eius: & reddi debitum. Opus eſt ergo dicere ſecundum voluntatē Chriſti: quis eſt debitor talentorū multorum: & quæ vxor eius: & qui filii eius: & oīa eius: & quis eſt debitor q ipſi debitori debebat: & qui conſerui videntes hunc quidem effocantem: illum autem effocari. Et ſicut eſt quidem vere: cōfiteor neminem exponere poſſe: niſi ſolum Chriſtum: qui diſcipulis ſuis omnia ſecreta ſoluit: veniens in ſenſum eorum: & aperiens eis parabolarum theſauros / obſcuros / ſecretos inuiſibiles: & confirmans demonſtrationibus indubitabilibus: aut eum quem voluerit illuminare ſcientiæ lumine: vt intelligat oīa parabolę huius: ſiue autem poteſt eſſe diabolus: ſiue homo peccati: ſiue & neuter eorū: aut alius aliquis eorum qui ſub diabolo ſunt. Eſt eñ ſapientię hoc opus. Quando autem ſecundū parabolam homo rex voluit ponere rationē: videre eſt dignum: & ad qđ tempus quæ dicūtur referre debemus. Si eñ poſt cōſummationem aut ſub ipſa conſummatione ſecundū tempus ſperati iudicii: quomodo quis ſoluet qđ dicit de eo q denarios centum debebat: & effocabat ab eo q multorū talentorum veniam fuerat cōſecutus? Si autem ante iudiciū: quis pōt oſtendere poſitam rationē ab homine rege cū ſeruis ſuis? Dicimus igitur quoniā videtur de tēporibus iudicii prędictis hoc fore. Probatio aūt huius eſt vna quidem parabola iſtius ipſius euangelii poſita in extremo. Altera aūt ſecundū Lucam. Sed ne exponentes eā prologemus ſermonē: breuiter dicimus quoniam parabola qdem ſecundū Matthęum: Homo qdā peregre profectus vocauit ſeruos ſuos: & tradidit eis ſubſtantiā ſuā: & alii qdē quinq;: alii aūt duo: alii aūt talentum vnum. Et poſt multum tempus reuerſus ē dñs ſeruorū eorū. Et his ipſis ſermonib⁹ ſcriptū eſt: qm̄ poſuit rationem cū ſeruis ſuis. Cōſidera ergo qđ ait: & poſuit rationē cū eis: & cōfer cū iſto qđ dictū eſt: incipiente autē eo ponere rationē: & videbis quoniā pegrinationē quidem patriſſamilias appellauit tēpus ſecundū qđ donec ſum⁹ in corpore peregrinamur a deo: aduentū eius / qñ poſt multū tēpus

venit dñs ſeruorũ eorũ: tempus eſſe iudicii cũ
A venerit in conſummationem. Secũdum Lucã autem clarius manifeſtat: quoniam homo quidam nobilis profectus eſt in regionem longinquã accipere ſibi regnũ: & reuerti. Proficiſcens autem vocauit decem ſeruos ſuos: & dedit illis decem mnas: & dixit eis. Negotiamini dum venio. Iſte autem nobilis vir: qui odiebat a ciuibus ſuis: q miſerãt legationem poſt eum: nolẽtes eũ regnare ſuper ſe: reuerſus eſt regno accepto: & vocauit ſeruos quib⁹ dederat pecuniã vt videret quæ eſſet negotiatio eorũ. Quis ergo non dicat quoniam nobilis ille homo q abierat in regionẽ lõginquã accipere ſibi regnum & reuerti: Chriſt⁹ eſt: q abiit accipere regnũ & mũdi: & omniũ quæ in eis ſunt: Qui autem decem acceperant mnas: ſunt quib⁹ diſpenſatio verbi credita eſt. Ciues autẽ eius ſecũdũ ꝙ natus fuerat in hoc mũdo: & ſuſceperat humanã naturam: q noluerũt eum regnare: Iudęi ſunt q ei credere noluerunt: & cæteri infideles. Hęc retulimus ex eis volentes oſtendere: quoniam & hoc qđ dicit: q voluit ponere rationem cum ſeruis ſuis: ad tempus conſummationis refert quãdo etiã rex eſt regno accepto: quo accepto voluit ponere rationem cũ ſeruis ſuis: & incipiẽte eo ponere oblatus eſt ei vnus debitor ta-
B lentoꝝ multorum. Oblatus eſt autem quaſi regi a ſuis miniſtris videlicet angelis. Et forſitan vnus eſt iſte cui cõmiſſa fuit quædam villicatio magna: & qa non bene villicauit: ſed diſperſit omnia ſibi cõmiſſa: quaſi factus debitor talẽtorum multorũ: hic nõ habens vnde redderet iubetur vęnũdari a rege: cũ vxore: cui cõmunicans factus eſt pater multorum natorũ. Opus eſt autẽ nõ mediocre videri in intelligibilibus patrem / & matrem / & filios. Sicut em̃ Hieruſalem quę ſurſum eſt: Pauli: et omnium ſimiliũ ei ſic mater eſt quorũdã qdẽ Syene Aegypti: vel mẽphis alioꝝ: aũt Tyrus & Sydon: & cętere ciuitates q̃ nominatæ ſunt in ſcripturis gẽtium impiarũ. Et ſicut Hieruſalẽ ſpõſa eſt ornata viro ſuo Chriſto: ſic & illę matres viroꝝ quorundã poſſidentiũ eas: cõiuges ſunt: vel ſpõſæ. Et ſicut ſunt qdã filii Hieruſalẽ quaſi matris: & Chriſti quaſi patris: ſic ſunt quidã filii Syenes vel Mẽphitis: vel Tyri: vel Sydonis: & ꝓpoſito rũ eis prĩcipũ quaſi patrũ. Et forſitã & iſte vn⁹ q oblatus eſt homini regi habet vxorem: & filios: quos primũ quidem iuſſit rex vęnundari.
C Poſtea autem miſertus dimiſit ei omne debitũ non ignorãs futura: ſed vt nos diſcamus quod actum eſt. Vnuſquiſq; ergo habentium ſecundum ꝙ diximus vxorem / vel ſponſam / vel filios: daturus eſt rationem cum venerit rex ponere rationem. Et ſi in initio ponendę rationis oblatus eſt: vnuſquiſq; enim eorũ habet & debitores: quaſi princeps alicuius vel Syenes: vel Memphitis: vel Tyri: vel Sydonis: vel alicuius huiuſmodi. Iſte ergo dimiſſus eſt: & indulgentiam cõſequutus exiens a rege inuenit vnũ de conſeruis ſuis qui debebat ei denarios centum & effocabat eũ dicens. Redde ſi qd debes. Ideo arbitror effocabat eũ: quoniam a rege exierat. nec enim effocaret conſeruum ſuum: niſi exceſſiſſet a rege. Adhuc conſidera ſubtilitatem ſcripturæ: quoniam ſeruus quidem multorũ talentorum debitor: procidẽs adorauit regem quaſi regem: qui acceperat regnum: & venerat ad rationem ponendam. Qui autem centũ denarios debebat: procidens non adorauit: ſed rogauit conſeruum dicens: patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Et rex quidem miſert⁹ dimiſit eum cum debito vniuerſo: iſte aũt nec miſereri voluit ſuo cõſeruo. Et ille quidem & priuſq̃ dimitteret non miſit in carcerẽ debitorem talentorum multorum: ſed iuſſit eum vænũdari / & vxorem / & filios eius: & reddi debitum. Iſte autem vadens in carcerem miſit conſeruũ: donec redderet qđ debebat. Sunt D
autem & conſerui quidam eius qui indulgentiam eſt conſequutus talẽtorum multorum: q videntes quę facta ſunt a ſeruo immiſericorde habentes videlicet miſericordiam ſimilem regis / contriſtati ſunt valde ſuper eum qui centũ debebat denarios: & in carcerem fuerat miſſus et volentes iuuare miſſum in carcerem enarrauerunt domino quæ fuerant acta. Et vide quia non eſt ſcriptum: detraxerunt / vel dixerũt: ſed enarrauerunt. Et tunc vocans eum dominus eius: dixit ei quod non dixerat prius. Sicut em̃ pius / et miſericors rex nõ dixit in primis ſibi ei oblato quaſi debitori talentorum multorum: ſerue nequã / et male: hoc em̃ reſeruauit: vt non de pecuniis: ſed de conſeruo in carcerem miſſo diceret. Tunc autem / et improperauit ei de indulgentia debitorum donata propter petitionem. Vide autem et humilitatem regis: quoniam aliud quidem fecit debitor talentorum multorum: aliud autem nominat rex. Debitor enim ille procidens adorauit eum dicens. Dominus autem eius: et rex vocans eum non dixit omne debitum dimiſi tibi quoniam adoraſti me: ſed quoniam rogaſti me. Et iratus tradidit eum tortorib⁹: donec redderet omne debitũ. Et iam non iuſſit eũ vænundari: et vxorẽ ei⁹: et filios ei⁹: qa peius eũ oportuerat pati: ꝓpter malitiam ſuam traditum tortoribus: donec redderet omne debitũ tort⁹ ab eis. Qui aũt ſunt iſti tortores: q cõſtituti ſunt ſup pœnas.

E Et factum eſt:cum conſummaſſet Ieſus ſermõ
nes iſtos:tranſiit inde:& venit in fines Iudeę:&
reliqua. Non ad mediam Iu dæam:ſed ad fines
vbi erat Iordanis:diuidens:vſq; trans illũ:ſecu
tæ ſunt eum turbę multę:quos & ſanauit in ip
ſis finibus iudeę trans Iordanem vbi baptiſmũ
dabatur hominibus. Et forſitã ideo dicitur de
turbis ſequentibus dominum ad baptiſmum
Iordanis:& ſanauit eos ibi. Vere enim omnes
ab infirmitatibus ſuis ſpiritalibus ſaluantur ĩ
baptiſmo. Qui autem ĩ Iordãne fuerint bapti
zati:qui eſt in myſterio Chriſti ex duobus fõti
bus factus diuinitatis & carnis. Conſidera au
tem differẽtiam turbarum:& Petri qui omnia
reliquerat & ſecutus fuerat eum. Turbę eñ nõ
dixerunt ei qđ dixit Petrus:ecce nos omnia re
liquimus:& ſecuti ſumus te:quid vtiq; erit no
bis? Et in turba quidem ſcriptum eſt. Et ſecu
tę ſunt eum turbæ multæ. Matthæus autẽ di
cente domino ſibi ſequere me:non ſimpliciter
ſecutus eſt:ſed ſurgens ſecutus eſt. Magnum
eñ eſt ſurgere:& ſic ſequi Chriſtũ. Ergo mul
ti quidem ſequuntur Chriſtum ſicut turbę ſe
cutæ ſunt:tamen non ſurgentes:vt ſequãtur:
neq; relinquẽtes oĩa ſua propria. Pauci ſunt
autem qui ſurgentes ſequuntur:& oĩa relin
F quentes. Acceſſerunt autem ad Ieſum ſcribæ
& phariſæi:tentantes eum & dicentes. Si licet
homini dimittere vxorem ſuã quacũq; ex cau
ſa? Ergo accedentium/& interrogãtium Chri
ſtum:erant quidam tentãtes. Tentato autem
domino tali:quis diſcipulorum eius grauiter
ferat:qui poſitus eſt ad docendum:ſi tentatus
fuerit a quibuſdam? Tamẽ tentatoribus reſpõ
dit dogmata pietatis. Quidam ergo dicebant.
Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacũ
q; ex cauſa? Quibus reſpondens dixit. Num le
giſtis:quoniam qui fecit ab initio maſculum
& fœminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc re
linquet hõ patrẽ & matrẽ & ĩũget vxori ſuę:&
erũt duo ĩ carne vna? Itaq; iã nõ ſũt duo:ſed ca
ro vna. Qđ ergo deꝰ cõiunxit:hõ nõ ſepet. Et
puto ꝙ phariſęi qui dicebant:ſi licet hoĩ dimit
tere vxorem ſuam quacunq; ex cauſa:ideo pro
poſuerunt hoc verbum:volentes eum repre
hendere quicquid dixiſſet:vt ſi quidem dixiſ
ſet:licet dimittere:culparent eum quaſi ſoluẽ
tem coniugia:ſi autem dixiſſet non licet:iterũ
culparent eum quaſi iubentem viros conuiue
re mulieribꝰ etiam cum peccatis. Non autem
videbant quomodo eis manifeſte:& irreprehẽ
ſibiliter fuerat reſponſurus. Sic & alibi interro
gauerunt eum. Si licet dare tributum Cęſari?
vt ſi quidem dixiſſet date:culparent eum qua
ſi ſubdentem hominibus populum dei:& ad
dicentem eum Romanis/& non legibus dei.
Si autem dixiſſet non licet dare:iterum culpa
rent eum quaſi ſeditiones:& prælia concitan
tem:& facientem populum diſcedere a Cæſa
re qui mundum tenebat. Vide autem quomo G
do irreprehenſibiliter reſpondit. Primum qui
dem interrogãtibus ſi licet dimittere vxorem
quacunq; ex cauſa:dicens: Num legiſtis quo
niam qui fecit maſculum & fœminã fecit eos:
& cætera. Ad illud autem qđ obiecerunt dicẽ
tes:quomodo Moyſes præcepit dare libellum
repudii:ait. Propter duritiã cordis veſtri. Vi
dit enim quia non omnis cauſa iuſte ſoluit cõ
iugium. Sed quoniam oportet virum cohabi
tare mulieri:quaſi vaſi infirmiori:& reddere ei
honorem:& ſuſtinere onera vitiorum eius:eos
qui in litera legis gloriabantur:ex ipſis Moy
ſi ſcripturis conuicit dicens. Num legiſtis quo
niam qui fecit ab initio maſculum & fœminã
fecit eos? Et cætera. Tamen quoniã tetigimus
iſtum locum vbi & illud ſcriptũ dicitur: Hæc
vocabitur mulier:quia de viro ſuo aſſumpta:
ſciendum quia nihil proprium habet quãtum
ad gręcum:vel ad latinum ſermonem:vt ideo
vocetur mulier:quia de viro ſuo aſſumpta eſt.
Propterea legentes hebraica/inuenimus origi H
nationem iſtam conuenienter poſitam in He
bræo. Habet autẽ hębraicum ita qđ intel
ligitur & mulier & aſſumpta. Apud Hebręos
eñ mulier/aſſumpta vocat̃. Item qđ eſt
a viro. Vides quomodo iũctum eſt iuxta
id eſt a viro ſumpta. Vnde Theodociõ
ſic poſuit. Hæc vocabitur mulier ſumptio:qa
de viro ſuo ſumpta eſt. Symmachꝰ aũt ita:hęc
vocabitur quod eſt mulier a viro. Et
quod debet eſſe inter eos qui ex deo iungũtur
dignum deo:qui iunxit addidit:dicens. Itaq;
iam non ſunt duo. Vbi enim concordia eſt/&
conſenſus viri ad mulierem:& mulieris ad vi
rum:huius quidem quaſi principis:illius autẽ
quaſi obſequẽtis:ſecundũ qđ dictum eſt:& ip
ſe tui dominabitur:vere de eis dicitur iam nõ
ſunt duo. Ergo deus eſt qui coniunxit duos in
vnũ:vt iam non ſint duo:vbi ex deo cõparatur
vxor viro. Et quoniã deus coniunxit:ideo gra
tia eſt in eis:quos deus coniunxit. Qđ Paulus
ſciens caſtã coniunctionem gratiã appellauit:
dicens. Volo oẽs eſſe ſicut me ipſum:ſed vnuſ
quiſq; propriam habet gratiam ex deo. Alius
quidem ſic:aliꝰ autem ſic. Qui eñ ex deo ſunt
iuncti:& ſapiunt:& faciũt qđ mãdat apoſtolꝰ
viri diligite vxores vr̃as ſicut Chriſtus dilexit
eccleſiam:Item mulier vt timeat virũ ſicut ec
cleſia Chriſtũ:eoꝝ cõiũctio gratia dei eſt. Sed I
quoniam apoſtolus profert:& erũt duo in car

ne vna: ſacramētum hoc magnum eſt: ego au-
tem puto in Chriſto: & in eccleſia dicēdum eſt
quoniam nō dimiſit Chriſtus primam vxorē
ſuam: id eſt primam ſynagogam: ſecundū aliā
ſpeciem ſpiritalem ſeruans qđ dictū eſt: qđ de-
us cōiunxit homo nō ſeparet: niſi quādo adul
tera eſt vxor illa corrupta ab adultero īimico:
cuius conſilio & inſidiata eſt viro: & interfice-
re eum voluit: dicens. Tolle de terra huiuſmo
di: & crucifige/crucifige eum. Illa ergo potius
abſtinuit: q̃ vir eius eā dimiſit. Et reliquit pro
pter eccleſiam Chriſt⁹ vir patrem cū quo erat
cum in forma dei eſſet. Reliquit etiam matrē
cum eſſet & ipſe filius Hieruſalē quæ erat ſur
ſum ſecundum corpus: & coniunctus eſt vxo-
ri ſuæ: iſti quæ ceciderat huc: & facti ſunt duo
in carne vna. Propterea enim & ipſe caro eſt fa
ctus: cum eſſet verbum: & habitauit in nobis
& ſunt vna caro: quoniam de muliere eccleſia
dicitur. Vos eſtis corp⁹ Chriſti & membra ex
membro. Nec eſt aliud corpus Chriſti a corpo
re eccleſię: ſed vnum ſunt corpus. Et deus illos
vniuit: mandans vt homo non ſeparet eccleſiā
a Chriſto: quos deus coniunxit. Vnde omnis
anima quæ cognoſcit ſe iſeparabilē eſſe a Chri
ſto: ſic dicit. Quis nos ſepabit a charitate Chri
ſti: tribulatio: an anguſtia? & cætera. Et confi-
do: quia neq; mors: neq; vita: neq; aliquid eorū
quæ ſequuntur poterit nos ſeparare a charita
te dei: quæ eſt in Chriſto Ieſu. Poſt hæc acceda
mus ad verbum phariſæorum quod dixerunt
ad Ieſum. Quid ergo Moyſes præcepit dare li
bellum repudii: & dimittere? Quoniam Moy-
A ſes legem ſcribens non tantum aſpexit quæ ſit
vera iuſtitia: ſed ſecundum infirmitatem eorū
propter quos lex ponebatur condeſcendēs plu
ra mādauit: ſicut eſt & lex dandi repudii. Quo
niam autem ſecundum infirmitatem eorū da-
batur: & non ſecundum iuſtitiam: ſubiectus
ſermo demonſtrat dicens. Ab initio autem nō
fuit ſic. Et in nouo quoq; teſtamento ſunt quæ
dam non ſecundū veram iuſtitiam: ſed ſecun-
dum duritiam cordis hominum carnaliū con
ſtituta. vtputa propter duritiam cordis veſtri
lex data eſt dicens. Bonum eſt mulierem nō tā
gere. Propter fornicationē autem vnuſquiſq;
propriam habeat vxorem: & vnaquæq; ꝓpriū
virum: & cętera. Si autem hoc propter duritiā
cordis noſtri mādatum eſt: quātomagis illud
ꝓpter duritiam cordis noſtri eſt: qđ alibi dicit:
de viduis volentibus iterū nubere: ꝙ ſi non ſe
continent: nubant: melius eſt enim nubere q̃
vri? Scio em̄ quoſdā: q̄ præſunt eccleſiis: extra
ſcripturam permiſiſſe aliquā nubere viro prio
ri viuente: & contra ſcripturam quidem fece-
runt dicentem: Mulier ligata eſt quāto tempo
re viuit vir eius. Item viuēte viro adultera vo
cabitur: ſi facta fuerit alteri viro. Nō tamē om
nino ſine cauſa hoc ꝑmiſerunt: forſitan enim
propter huiuſmodi infirmitatem incontinen-
tium hominum: peiorū comparatione quę ma
la ſunt permiſerunt aduerſus ea quæ ab initio
fuerant ſcripta. Dico autem vobis quoniā qui B
cunq; dimiſerit vxorem ſuam: niſi ob cauſam
fornicatiōis: & aliam duxerit: mœchatur. For
ſitan audax aliquis: & Iudaicus vir aduerſans
doctrinę ſaluatoris noſtri dicet quoniā & Ieſus
dicens: quicunq; dimiſerit vxorem ſuam exce
pta cauſa fornicationis facit eam mœchari: ꝑ-
miſit vxorem dimittere quēadmodum Moy-
ſes: quem retulit propter duritiā cordis Iudęo
rum hoc præcepiſſe: & hanc ipſam inquiet eſſe
cauſam fornicationis ꝑ quā iuſte vxor a viro
dimittitur: ſecūdum quā & Moyſes præcepit
dimittere vxorem: ſi inuenta fuerit res turpis
in ea. Sed ad hoc ita eſt reſpondendum: quoniā
ſi ſecundū legē adultera lapidat̄: manifeſtū eſt:
qm̄ nō ſecūdū hoc intelligitur res turpis. Nec
enim in cauſa adulterii oportet dare libellum
repudii. Sed forſitan Moyſes omnem culpam
mulieris turpem rem appellauit. Quæ ſi inuē-
ta fuerit in vxore non inuenienti gratiam co-
ram viro ſuo: ſcribitur ei libellus repudii: & di
mittitur de domo mariti. Qđ ab initio non ſic
fuit. Poſt hoc autem dominus non permittit C
propter aliam aliquam culpam vxorem dimit
tere: niſi propter ſolam cauſam fornicationis:
dicens. Quicunq; dimiſerit vxorē excepta cau
ſa fornicationis: facit eam mœchari. Quæren
dum eſt autem: ſi propter ſolam cauſam forni
cationis dimittere iubet vxorem: qđ ſit ſi mu-
lier nō quidem fuerit fornicata: ſed aliud quid
grauius fecerit: vtputa venefica inueniat̄: aut
interfectrix cōmunis infantis nati: aut in quo-
cunq; homicidio: aut exportās domum: & ma
le diſpergens ſubſtantiam viri: aut furta viro
faciens: ſi iuſte huiuſmodi mulier dimittat̄: cū
dominus excepta cauſa fornicationis dimitte-
re vetet? Ex vtraq; enim parte aliquid inhone-
ſtum videtur. Neſcio autem ſi vere inhoneſtū.
Talia enim mulieris ſuſtinere peccata: quæ pe
iora ſunt adulteriis: & fornicationib⁹: irratio
nabile eſſe videbitur. Item facere contra volū-
tatem doctrinæ ſaluatoris: omnis confitebitur
impium eſſe. Diſputo ergo quia non præcepti
ue mandauit: vt nemo dimittat vxorem exce-
pta cauſa fornicationis: ſed quaſi exponens rē
dixit. Qui dimiſerit vxorem excepta cauſa for
nicationis facit eam mœchari. Et vere quidem
quantum ad ſe facit eam mœchari: dimittens

eam nõ mœchantem. Si em̃ viuente viro adul
tera vocatur: ſi facta fuerit altera viro: ſine du
bio qui dimittit dat ei occaſionem ſecundarũ
nuptiarũ. Et ꝑpter hoc facit eã mœchari. Sed
vir qui quantũ ad ſe vxorẽ dimittẽs fecit mœ
chari: vtputa veneficã/vel homicidam/aut ali
qd huiuſmodi conſtitutam: ſi iuſtã excuſatio
nem habet apud deũ tractabis. Poteſt aũt & ci
D tra dimiſſionẽ ꝑpter alias cauſas facere vir: vt
vxor eius mœchetur: vtputa q ſupra menſu
rã permittit vxorẽ ſuã agere qđ vult: & in ami
citiam deſcendere virorũ quorũ vult. frequen
ter em̃ ex ſimplicitate virorũ huiuſmodi vitia
nutriuntur in mulieribus. Sed ſi eſt excuſatio
nis locus viris talib⁹ in huiuſmodi caſibus di
ligenter requirẽs pronũtia. Itẽ et q abſtinet ſe
a muliere ſua frequẽter facit eam mœchari: nõ
adimplẽs auiditatẽ ipſi⁹: forſitan ſpe irrationa
bili ſanctitatis/& caſtitatis ductus. Et forſitan
iſte amplius reprehenſionis dignus q̃ ille qui
quantũ ad ſe facit eã mœchari dimittẽs non q
dem fornicantẽ: in veneficio autẽ: vel in homi
cidio: vel in quibuſcũq; aliis grauioribus pec
catis inuẽtã. Qua em̃ ratione adultera eſt mu
lier q̃uis legitime nubere videať viro viuente:
eadem ratione & vir q̃uis legitime accipere vi
deatur dimiſſam ab aliquo viro non accipit le
gitime ſecũdũ ſentẽtiã Chriſti: ſed magis mœ
chatur: quaſi alienam accipiẽs. Poſt hæc intel
E ligentes apoſtoli quãti ſint caſus ĩter cõiuges
quos debet vir ſuſtinere: & ꝑpterea tenere qui
dem interitum eſſe: dimittere autem peccatũ
eſſe in domino: reſponderũt ei quaſi ad rem fa
cilem refugiẽtes ad caſtitatẽ: & magis vtilem:
& dixerunt. Ergo non oportet nubere ſi ita eſt
cauſa viri cũ muliere. Ad hęc aũt Chriſt⁹ reſpõ
dit dicens: gratiam eſſe donatã a deo continen
tibus ſe omnino. Quæ gratia nõ ſolum per cõ
tinẽtiam apprehenditur: ſed multis orationi
bus a deo pręſtatur. Hoc em̃ ſignificať dicens:
nõ omnes capiunt hoc verbũ: ſed quibus datũ
eſt. Quoniam aũt quidam calũniant ꝙ Chri
ſtus ait: quibus datũ eſt: quaſi excuſationẽ ha
bentes: & volentes quidẽ eſſe in caſtitate: non
autẽ pręualentes. Quibus eſt reſpondendũ. Si
quidẽ accipimus ſimpliciter qđ dictum eſt: ſed
quibus datum eſt: non autem attendimus qđ
alibi dicit: petite & dabitur vobis: & omnis q
petit: accipit: aut fideles nõ ſumus: aut ſcien
tes ſcripturas. q em̃ vult capax eſſe verbi quod
de caſtitate poſitum eſt: petat credens dicenti:
& accipiet: non dubitans de illo qđ dictum eſt:
Omnis qui petit accipit. Quis eſt ergo qui pe
tit? Qui credit Chriſto dicẽti. Si ſteteritis orã
tes: credite quoniam accipietis. Debet autem
qui petit omnia facere quantũ ad ſe: vt oret ſpi
ritu: oret & mente: memor apoſtolici verbi qđ
ait: ſine intermiſſione orantes. Vtile eſt autem
& ſcire quid debeat petere quis: vt mereať ac F
cipere. Et qđ ait: dico vobis: etſi nõ dabit ei ſur
gẽs propterea ꝙ amicus eſt eius: tamen ꝑpter
importunitatem eius dabit ei quantos volue
rit. Et addit. Et ego vobis dico. Petite & dabi
tur vobis: quęrite & inuenietis: pulſate & ape
rieť vobis. Omnis em̃ q quęrit inuenit: & pul
ſanti aperieť. Sunt eunuchi: qui ex vtero ma
tris ſuæ nati ſunt ſic. Et ſunt eunuchi: q ab ho
minib⁹ facti ſunt. Et ſunt eunuchi: qui ſeipſos
eunuchos fecerunt propter regnum cœlorũ.
Qui poteſt capere capiat. Priuſq̃ exponamus
quæ nobis videntur in loco: notum facim⁹ du
as eſſe expoſitiones loci iſtius. Quorũdam qui
dem duas eunuchizationes carnales aſpicien
tes: quaſi conſequenter dicere ęſtimantes: auſi
ſunt etiam tertiam eunuchizationẽ dicere cor
poralem: vtputa qui propter timorem dei cor
poraliter eunuchizant: & obiecerunt ſe oppro
briis: & confuſionibus nõ ſolum apud alienos
fidei: ſed etiam apud eos qui ignorantiæ homi
nũ ignoſcere ſolent. Alii autẽ: & pleriq; ſic in
tellexerunt nõ diſcutientes modũ conſequen
tię verborũ: duas quidẽ eunuchizationes prio
res ſimiliter prioribus expoſitorib⁹ carnales eſ
ſe dixerunt: & nihil ſpiritaliter intelligendum
in eis. Tertiam autem eunuchizationem dixe
rũt ex verbo: nõ corporalem: quãdo ſpe regni
cœleſtis a ſeueriſſimo verbo pręcidunt concu
piſcentię paſſionem. Et primi quidẽ facti ama
tores euangelicæ literæ: & nõ intelligentes ꝙ
etiam hæc in parabolis loquutus eſt Ieſus: con
ſequenter prioribus eunuchizationibus dua
bus corporalibus intellexerunt & tertiam: nõ
quidem peccantes quantũ ad conſequentiam.
Neceſſarie autem peccauerũt: quoniam ab ini
tio duas illas eunuchizationes corporaliter tã
tum intelligi putauerunt. Conſequens enim
erat poſtq̃ priores corporaliter intellexerunt:
vt tertiã quoq; corporalem ęſtimarent. Secun G
di autem interpretatores tertiam quidem eu
nuchizationem ſalubriter expoſuerunt fieri
verbi pręciſione. Non autem conſiderauerunt
quoniam talis expoſitio cõueniens erat etiam
in prioribus eunuchizationibus duabus: ſecũ
dum ſimilitudinem illius tertiæ. Quibus au
tem diſplicet: quoniam eſt & euangelica litera
occidens: audiat (exempli gratia) quod di
cit ad apoſtolos ſuos. Quando miſi vos ſine
ſacculo: & pera: & calceamentis: an ne aliquid
vobis defuit? Qui dixerunt. Nihil. Reſpon
dit Ieſus. Sed nunc qui habet ſacculum acci

piat ſimiliter & peram: & qui non habet vęn-
dat veſtimentū ſuū: & emat gladium. Si qs er
go literā volens aſpicere: & nō intelligēs vo-
luntatē verboꝝ: vēdiderit veſtimētū ſuū cor
porale: & emerit gladiū talē: contra volūtatē
Chriſti ſuſcipiens verbum eius: peribit. Forſi
tan & in gladio peribit. De quo aūt gladio di-
cat: nō eſt loci hui⁹ exponere. Sed & illud aſpi
ciat: neminē in via ſalutaueritis. Si qs nō diſ-
cutiēs quid volēs Ieſus hoc loco præcepit: qua
ſi zelans vitam apoſtoloꝝ: neminē in via ſalu-
taueritis: quaſi inhumanus: & ſtultus videbi
tur oībus: & ſic docebit odire oēs verba Chri-
ſti: quaſi agreſtes & inhumanas docētia homi
nes eſſe. Forſitan autem & morietur in odiū
cunctoꝝ deductus: litera ſe occidente. Si autē
& dextrum quis oculū eiiciat: aut manū: aut
pedem: poſt obprobriū inſanię: infructuoſum
patietur interitum: nos autem ſi ſpiritales ſu
mus: verba ſpiritus ſpiritaliter accipiam⁹: &
de tribus iſtis eunuchizationibus ædificatio-
nem introducentes moralem. Eunuchi nunc
moraliter abſtinentes ſe a veneriis ſunt appel
landi. Eorum aūt qui ſe cōtinent: differentiæ
tres ſunt. Et quidā quidē ſunt natura frigidio
A res ꝑ cęteris viris. de quib⁹ recte dicitur. Sunt
quidam eunuchi: q de vtero matris ſuę naſcū
tur ſic. Quidā autem cōtinētes ſunt propter
verba hoīm: quorum cōcupiſcentiā virilē ꝓ-
cidit non verbum diuinū: ſed verba hūmana:
vtputa qui philoſophati ſunt apud antiquos
in gentibus: aut apud eos qui prohibēt nube-
re: apud hęreſes: iſti ſunt eunuchi q ab homini
bus fiunt. Qui aūt ſuſcipit verbū viuū: & effi
cax: & acutius ſuper omnē gladium bis acutū
& gladiū ſpiritus ſicut ait apoſtolus: & præci
derit concupiſcentiā ſuam: corp⁹ ſuum nō tā
gēs: & hoc fecerit nō incitat⁹ ꝓpter timorē ho
minū: neꝗ ꝓpter laudē humanā: ſed ꝓpter ſo
lam ſpem regni cœleſtis: iſti ſunt qui eunuchi
zauerunt ſeipos propter regnū dei. Magna er
go res ē propter regnū dei ſuſcipere eunuchi
zationē qđ non capiūt omnes: ſed quib⁹ datū
eſt. Datū eſt aūt omnibus qui huiuſmodi gla-
dium petunt ſibi ex deo. Si aūt oportet ſecun
B dum hiſtorias moraliter ītelligere eunuchos:
dicim⁹ quoniā ſūt quidā eunuchi pharaonis
non generantes bonum: vt ſint eunuchi illius
eſcam ei offerentes. Eunuchizati ſunt autē &
homines dei. Propter hoc ipm eunuchi nunq̄
generantes malū: vt reędificent caſus Hieru
ſalē. Et de primis quidē in geneſi ſcriptum ē.
De ſecūdis autem in libro ſecūdo Eſdræ: q di
xit. Et ego eram eunuch⁹ regis. Et tu ergo cō-
ſiderās inuenies quare ad reſtaurādū tēplum
dei principari eunuchus electus eſt dign⁹. Di-
cūt em̄ filii Hebręorū Danielē: & pueros tres ī
Babylonia fuiſſe eunuchizatos: vt impleat ver
bum dei dicentis ad Ezechiam: qm̄ ex ſemine
tuo accipient: & facient ſpadones in domo re-
gis Babylonis. Dicūt & ꝙ de eis prophetauit
etiam Eſaias dicēs: Ne dicat eunuch⁹ quia ego
ſum lignum aridū. Hęc dicit dn̄s eunuchis. Si
cuſtodierint mādata mea & elegerint quæ vo
lo: ego dabo eis in domo mea locū electū & no-
minatū: & meliorē filiis & filiabus. Bonum eſt
ergo ſecūdum myſterialem locū nec generare
in Babylonia: ſed ſine ſemine eſſe: quātū ad Ba
byloniam: ſicut Daniel: vt generemus de ſpiri
tu ſancto ſicut & ille: & qui cū eo fuerunt: viſio
nes: & prophetias: & cætera opera bona. Tunc C
oblati ſunt ei pueri: vt manus eis īponeret. Di
ſcipuli autem increpabāt eos. Ieſus autē dixit:
Sinite pueros: & nolite prohibere. Taliū eſt em̄
regnū cœlorū. Et imponēs eis manus abiit in-
de. Sciendum: qm̄ non eſt quando nō offerun
tur pueri Ieſu de quib⁹ dicit: quaſi depoſitum
ſuſcipiens eos a deo: Ecce ego & pueri quos de
dit mihi deus. Puerorū aūt iſtorū quidā quidē
ſunt infantes: alii autem dicuntur lactentes:
quaſi inferiores infantib⁹. Et dn̄s noſter ex ore
vtroruꝗ percipit laudē: vt cognoſcentes alia
beneficia eius in pueris: dicamus ex ore infan-
tium & lactētium perfeciſti laudē. Pueros au-
tē dicimus: qui adhuc in Chriſto carnales ſūt
& infantes: quales eſſe Corinthios apoſtol⁹ ſci
ens dicebat. Et ego nō potui vobis loqui quaſi
ſpūalibus: ſed quaſi carnalibus: quaſi paruulis
in Chriſto. Tales autē pueri & tunc oblati ſūt:
& quotidie offeruntur Ieſu. Signū aūt oblatio
nis pueroꝝ ſunt multi: qui in Chriſto paruuli
cōſtituti: atꝗ lactētes: & lacte opus habētes nō
eſca perfecta: accedunt ad fidem: de quibus di-
cit: qui dixit: Quēadmodum nutrix foueat fi-
lios ſuos nutriens eos: lac vobis potū dedi: non
eſcā: nondū em̄ poteratis: ſed nec vſꝗ adhuc
poteſtis. Exponentes autē euangeliſtæ hūc lo- D
cum: qm̄ quidem oblati ſunt pueri Ieſu retule
runt: non autē manifeſtauerunt a quib⁹ obla-
ti ſunt: nobis videlicet relinquentes: vt quæra
mus qđ ab illis eſt pretermiſſum: vtrū euāge-
liſtę omnes euētu prætermiſerint cum poſſint
conſcribere vtrum a parentibus ſint oblati: an
a matribus: an ratione diuina: & ſapientia hoc
fecerūt: vt oſtendant qm̄ qui offerunt pueros
Ieſu angeli ſunt qui accedunt & miniſtrant ei:
qm̄ ipſi ſapienter cognoſcunt differentiā pue-
rorum: vel infantiā: quales Chriſto oportet of
ferri. Volūtas autem offerentiū pueros eſt: vt
manus eis īponat Ieſus & oret. Oratio em̄ Ieſu

Chriſti & tactus eius: pueris & infantib⁹ qui non poſſunt audire quę audiunt iam ſpūales: ſufficit ad auxiliū eruditionis eorum. Apprehendit em̄ eos virt⁹ Ieſu Chriſti cū manus ſuę ſpeculatiōis poſuerit ſup eos: & iam nullum malum eos cōtingit. Forſitan autem quantū ad textum etiam offerētiū ei pueros & infantes/volūtas huiuſmodi erat: conſiderantium quoniā impoſſibile eſt vt poſtq̄ dominus tetigerit pueros: vel infantes: & ꝑ tactū dederit ī eis diuinam virtutem: vt ruina aut dęmoniū aliquod tangere eos poſſit. Exiſtimo aūt quoniam multę malignę virtutes circa aīam hoīs ab initio vacātis iugiter ei inſidiātes: ideo offerebant vt tangeret eos: quaſi iam ex pręcedētibus virtutem ei⁹ experti: qui offerebāt pueros: vel infantes ſaluatori: quoniam per impoſitionem manuū eius & per orationem eius ꝓ pueris: & infantib⁹ factam: & per tactum eius repelluntur mala. Virtus em̄ facta in eis nō ſolum ad pręſens ſufficiēs eſt cuſtodire: verum etiam in poſterū quaſi prohibitoria cōſtitura tactum cōtrarium repellet ab eis. Et ſaluator ergo nō quaſi ſuperfluū aliquid ſciēs hoc eſſe ſed ſalutare omnibus qui impoſitionē manuū eius acceperint: dicit ad diſcipulos ſuos ꝓhi-
E bētes pueros vel īfantes offerri. Sinite pueros venire ad me: & nolite prohibere eos. Si qdē habent rationē quę ſupra diximus de offerētibus: qui erāt qui offerebāt: cōſequenter cum eis Diſcipuli Ieſu egregię intelligūtur virtutes: & doctę a filio dei. Poteſt em̄ & ad illas nomen diſcipulorū Ieſu peruenire: vt nō ſolū homines diſcipuli eius ſint: ſed etiam angeli. Si quis autem hoc quod dicimus putauerit violentum: & voluerit diſcipulorum nomen non aliis niſi tantū hominibus applicare: diſcipulis eis qui prohibēt offerri pueros Ieſu & īfantes: ſic intelligendus eſt hic locus: vt eoꝝ qui profitentur verbi doctrinā ſimpliciores quidem: & quaſi puerilem ſermonē habentes et ſimilem lacti quo nutriūt adhuc nouicii quibus lac opus eſt & non ſolida eſca intelligant eſſe doctores qui offerunt ſaluatori pueros & infātes. Nec enī poſſunt magis ſpecialiori ſermone eos nutrire q̄ poſtulat ſtat⁹ anguſti ſenſus eorum: qui dicere poſſunt ſicut ille qui dixit. Gręcis: ac barbaris: ſapiētibus: & inſipiēti-
F bus debitor ſum. His ergo offerentibus ſaluator huiuſmodi pueros & infantes: id eſt nouicios fidei & minus eruditos adhuc: qui vidēt eſſe perfectiores doctoribus illis ſimpliciorib⁹ & ideo ſunt diſcipuli Ieſu: priuſq̄ diſcāt rōnē iuſtitię de pueris & infantib⁹ talib⁹: reprehendunt eos qui ſimpliciter docent: & per ſimplicem doctrinā pueros & infantes offerūt Chriſto. Manifeſte autem intelligere poteris hoc: ſi conſideraueris qđ ait apoſtolus. Videte vocationem veſtrā fratres: quia nō multi ſapiētes ſecundū carnem: non multi fortes: non multi nobiles: ſed quę ſtulta ſunt mūdi elegit deus: & quę infirma: & q̄ ignobilia: & quæ nō ſunt: vt ea quæ ſunt deſtrueret. Si videat ergo quis eorum qui doctrinam eccleſiaſticā profitētur offerentem aliquē quoſdam ſtultos mundi: & ignobiles: & infirmos: qui propter hoc appellati ſunt pueri & infantes: vidēs aūt nō prohibeat: quaſi ſine iudicio facientem eū qui offert tales ſaluatori: atq; magiſtro pueros & infantes. Et vide ſi nō conuenit referre q̄ tractam⁹ ad diſcipulos: quoſdā qdem offerētes pueros vt manus eis imponat Ieſus & oret: alios autē prohibētes eos: vt dicat ad eos q prohibent offerentes pueros Chriſto: magiſter & ſaluator & dn̄s. Sinite pueros: & nolite ꝓhibere eos venire ad me. Poſt hoc cohortās diſcipulos ſuos iam viros cōſtitutos condeſcēdere vtilitatib⁹ G
pueroꝝ: vt fiāt pueris quaſi pueri/ vt pueros lucrent: dicit Ieſus. Talium eſt enī regnū cœlorum. Nam cū & ipſe in forma dei eſſet: nō rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualē deo: ſed factus eſt puer: vt dicat de eo Matthę⁹. Quoniā ſtella quā viderant in oriente ꝓcedebat eos donec veniens ſtetit vbi erat puer. Nō ſolū Mattheus ſed etiam ipſe angelus qui apparuit Ioſeph talem & tantū ſaluatorem noſtrum puerum appellauit: dicens. Surgens accipe puerum: & matrē eius: & vade in ægyptum. Humilians ergo ſe fact⁹ eſt quaſi puer: vt recte dicat. Sinite: & nolite prohibere pueros venire ad me: talium eſt enī regnum cœloꝝ. Hæc ergo debemus diligenter attēdere: vt ne æſtimatione ſapientię excellentioris: & profectus ſpiritalioris cōtēnamus quaſi magni puſillos eccleſiæ: ſed ſciētes qđ dictum eſt: talium eſt enī regnum cœloꝝ: tales efficiamur: vt etiā paruuli ſenſu ſaluētur per nos: nō ſolum non ꝓhibētes pueros ad Ieſum ire: ſed etiā ipi cū pueri effecti pueri in humilitate volūtatē dn̄i adimpleamus: vt exaltemur a deo. Scito aūt quoni- H
am pueri huiuſmodi q̄uis non omnia quæ dicuntur ſequi poſſunt quaſi pueri: tamē impoſuit eis man⁹ Ieſus. Ponens autem abiit inde: & virtutē relinquēs in pueris per actum abiit a pueris: videlicet pueris non potentib⁹ ſequi Chriſtū: ſicut & cęteri diſcipuli ei⁹ perfecti. Si qdem autem eloquia dn̄i euangelica eloquia ſunt: caſta: & argentum igne examinatū: argētum ꝓbabile: tranſmiſſum terræ: & valde mūdatū: & ſepties mūdatū: ſine dubio debet eſſe

aliqua idonea cauſa propter quã Matthæꝰ ex
ponens hunc locũ: duas quidem cauſas oſten
dit offerendi pueros: non autem ad duas præ
cedentes cauſas intulit quæ ſequunť. Oblati
ſunt eñ pueri nõ ſolum vt manꝰ eis imponat
ſed etiã vt oret. Scriptũ eſt autẽ poſt hoc: quo
niam imponẽs eis manus abiit inde: & nõ ad
dit: & orans: potuit eñ dicere: & imponẽs eis
A manus: & orans abiit inde. Et vide ſi potes di
cere, quoniã maioribꝰ quidẽ puerorum ſerua
tur oratio Chriſti: qui poſſunt capere nõ ſolũ
impoſitionẽ manuũ eius ſuper ſe: ſed etiã ora
tionem eius ad patrem pro ſe. Minoribus aũt
pueris ſufficit ĩpoſitio manuũ eius. Dicẽs au
tem: taliũ eſt eñ regnũ cœloꝝ: hortatur vt ne
mo q̃uis ſit ſapiens in eccleſia glorietur aduer
ſus paruulos Chriſti: quoniã non eorũ taliũ
puerorũ eſt regnũ cœloꝝ: ſed eorum qui per
humilitatẽ facti ſunt ſicut pueri cũ eſſent ſen
ſu perfecti. Hãc autẽ expoſitionẽ commendat
apud Lucam poſitꝰ ſermo: qm̃ cũ dixiſſet offe
rebant ei pueros: & infantes vt tãgeret eos: vi
dentes autem diſcipuli prohibebant eos: Ieſus
autem dixit: Sinite pueros venire ad me: taliũ
eſt enim regnũ cœloꝝ: & ſtatim quaſi conue
nientia ſenſui pręcedenti addidit: dicẽs. Amẽ
dico vobis: qui nõ receperit regnum dei ſicut
puer: non intrabit in illud.

Scdm Matthęũ. Ca. XIX.

INterrogauit Ieſum vnꝰ de
turba dicẽs. Magiſter bone
quid boni faciã vt habeã vi
tam æternam? Qui dixit ei
Quid me dicis bonũ? Nẽo
bonus niſi vnus deus.

Homilia Origenis de eadẽ lectiõe. VIII.

CVm ſcriptum ſit & de homi
ne bono: bonus homo de bo
B no theſauro cordis ſui ꝓfert
bona: & de angelis bonis: &
de ſpiritu ſancto bono: & de
filio dei bono: hic ſaluator
ad eũ q dixit: qđ boni faciã
vt habeã vitã æternam: ita reſpõdit: vt ꝓprie
nulli cõueniat eſſe bonũ: niſi tantũmodo deo
dicens. Quid me dicis bonũ? Vnus eſt eñ bo
nus deꝰ. Scire autem oportet qm̃ hic quidem
proprie bonũ ſoli conuenire dicitť deo: in aliis
autem abuſiue. Q̃ ergo inueniť in aliis appel
latio boni: nõ eſt cõtrariũ huic dicto qđ ait: ne
mo bonus niſi vnus deus: qm̃ oẽs (ſicut dixi
mus) abuſiue dicunť boni: vnus autẽ ꝓprie.
Ipſe quoqꝫ dñs qui eſt imago dei inuiſibilis ſic
& bonitatis illius imago eſt: & ſicut ipſe diſtat
a bonitate patris quaſi imago bonitatis a prin
cipali bonitate: ſic & oẽs in quibꝰ bonitatis no
men poſitũ inuenitur: diſtant a bonitate filii.
Plus autem diſtant oẽs boni a bonitate filii: q̃
bonitas filii a bonitate paterna: qm̃ plus filius
propinquus eſt patri in omnibus bonis: q̃ oẽs
filio. Forſitã autem & propter eũ qui dixit qđ
boni faciam vt habeam vitã ęternã: hoc Chri
ſtus reſpondit ad eũ. Quid me dicis bonũ? Ne
mo bonus niſi vnus deꝰ: vt illud cõfirmet qđ
alibi dicit: cũ oĩa feceritis q̃ præcepta ſunt vo
bis: debetis dicere ſerui inutiles ſumus: qđ de
buimus facere fecimꝰ. Nam etſi oĩa fecerimꝰ
quę pręcepta ſunt nobis: nec ſic quãtũ ad hæc
verba bonũ aliqd fecimus. Nec eñ ſi vere bo
na eſſent quę facimus: ſcriptũ fuiſſet: vt facien
tes ea dicamus eſſe nos inutiles ſeruos: ſi pro
prie conueniret hoĩbus appellatio bonitatis:
qm̃ omne bonũ noſtrũ: abuſiue & nõ proprie
dicitť bonũ. Vere eñ quãdo declinamus a ma C
lo & facimꝰ bonũ: quãtum ad cõparationem
cęterorum hominũ nolentiũ declinare a malo
& facere bonũ: dicitur bona quę agimus: quã
tum autẽ ad veritatẽ: ſecũdũ ꝙ dicitur ĩ hoc
loco: quia vnus eſt bonus: bonũ noſtrũ non eſt
bonũ. Et ſicut nõ iuſtificatur in conſpectu dei
omnis viuens: qm̃ quãtum ad cõparationem
iuſtitiæ dei: omnis iuſtitia hominũ inuenitur
neqꝫ iuſtitia eſſe: ſic nec bonꝰ inuenitur quiſq̃
in cõſpectu dei: quãtum ad comparationẽ bo
nitatis illius: q̃uis quãtum ad cõparationẽ cę
terorum hominũ bonus quis appelletur. Di
cere aũt poterit quis: qm̃ ſciẽs dñs propoſitũ
interrogantis / ſatis abeſſe vt faciat vel huma
num bonum: dixit ei interroganti: quid boni
faciã: quid me interrogas de bono? tanq̃ ſi di
cat: cũ ſis imparatꝰ ad ea quæ dicunť bona: qđ
me interrogas de bono: quid boni faciens vitã
æternã poſſidebis? Et ſic docet qm̃ vere vnus
eſt bonus. Conſidera aũt quomodo bonitatẽ
eius oĩa ſperãt: etiã ea quæ videntur cõtraria
eſſe: quale eſt: ego percutiã: & ego occidã: non
minꝰ q̃ quod dicit: & viuere faciam: & ego ſa
nabo. Et ſi ipſe facit dolorẽ: ſcire debemꝰ: qm̃ et
medicus frequẽter facit dolorem. Faciens eñ
deus dolorẽ iterum reſtituit. Sic & ex bonita
te quos percutit: ꝑcutit quaſi filios. Quis eñ
eſt filius quẽ nõ corripit pater? Sed & oĩs diſci D
plina ad ꝑſens nõ videtur eẽ gaudii: ſed mœ
roris: poſtmodũ aũt fructũ pacificũ reddet eis
qui per eam exercitanť. Propterea ſicut percu
tit deus: ſic & ſanat. Verũ eſt eñ qđ ſcribiť: ꝑ
cuſſit: & manus eius ſanauerunt. Etſi nouũ vi
detur qđ dicere volo: tamen dico: boni dei eſt
ipſe quoqꝫ qui dicitur furor eiꝰ: qm̃ opus ſalu
tis operatur arguens: & quę dicitť ira eius: qm̃

eſt boni dei:corripit vt emẽdet. Et multa poſ
ſunt dici de bonitate eius ad ædificationẽ ho⸗
minũ:vt non conturbẽtur de bonitate ipſiꝰ.
Multa eñ iuſte abſcondit a timentibꝰ ſe: vt ne
diuitias bonitatis eius: & lõganimitatis cõtẽ
nentes:ſecũdum duritiã cordis ſui:& ſine pœ
nitentia cor theſaurizãs ſibi iram:quã nõ the
ſaurizabũt ſi abſcõſa fuerit multitudo bonita
E tis eius ab eis. Poſt hoc autẽ dicit. Si vis ad vi⸗
tam intrare:ſerua mandata. Vbi cõſidera q̃m
adhuc quaſi extra vitam conſtituto ei qui in⸗
terrogabat de bono:ita reſpondit:ſi vis intra
re in vitam. Hic autem requiro quomodo qs
ſit extra vitam:& quomõ intret in vitã. Et ne
forte ſecũdum vnũ quidem modũ ſit homo ex
tra vitã qui eſt extra eũ qui dixit:ego ſum vi⸗
ta. Alias autẽ omnis qui ſuper terram ẽ:q̃uis
iuſtiſſimꝰ eſſe videatur:poteſt quidem in vm
bra eſſe vitæ:non aũt in ipſa vita:cum ſit cor⸗
pore mortis circundatus:& dicens:quis me li
berabit de corpore mortis huiꝰ? & ſedẽs in re⸗
gione:& in vmbra mortis: eo ꝙ nõdum venit
in terrã viuorũ. Introibit autem quis in vitã
abſtinens quidẽ ſe ab operibus mortuis: appe
tens aũt opera viua:etiam nunq̃ quidẽ mor⸗
tua loquẽs:ſed ſecũdum verbũ dei viuũ viua
& non habens iam cogitatiões mortuas ĩ cor
de:ſed viuas. Sicut eñ ſũt opa mortua:& ope
ra viua:& verba mortua & verba viua:ita ſũt
& cogitationes mortuę & cogitationes viuę.
De quibus dicit apoſtolus: Cogitationibꝰ in
uicem accuſantibus:aut etiã defendentibꝰ in
die cum iudicauerit dñs occulta hominũ. &
ſaluabitur q̃dem ille cuiꝰ cogitationes fuerit
defendẽtes:periet aũt cuius fuerint accuſan⸗
tes. Si ergo & nos volumꝰ introire in vitã:au⸗
diamus dicẽte Ieſu:ſi vis introire in vitam ſer
ua mãdata: & ſecũdum mẽſuram obſeruatio
nis mãdatorum ingrediemur in vitã:aut ĩ in
teriora eiꝰ: & beatiora: aut in mediocria: aut
ad quãcunq; partem vitę illius ad quã induxe
F rit nos obſeruantia mandatoꝝ. Ille autem au
diens:ſerua mandata:reſpondit quę? vt diſca
mus qualia maxime mãdata vult nos Ieſus ob
ſeruare. Ad quã ĩterrogationẽ dixit. Nõ occi
des:nõ adulterabis:nõ furtũ facies:nõ falſum
teſtimoniũ dices:honora patrem tuum:& ma
trem: & diliges ꝓximũ tuum ſicut teipſum.
Et forſitan iſta ſufficiũt vt in pricipiũ (vt ita
dicam) ĩgrediat̃ quis:nõ autẽ ſufficiũt hæc:
vel alia ſimilia iſtis ad iteriora vitę introduce
re quenq̃. Qui autẽ pręterierit vnũ mandato
rum iſtoꝝ:nec ĩ principiũ vitę intrauit. Abſti
nendum eſt ergo omni volẽti vel in principiũ
vitę intrare:ab adulterio:ab homicidio: a fur
to. Sicut eñ adulter:& homicida non intrant
in vitã:ſic nec fur. In hoc eñ pctõ multi etiam
eoꝝ qui videntur crediidſſe Chriſto incurrũt
negotia huius mundi agentes:& pecuniarios
actus qui credũtur eis:& qui operantur artes
iſtas mediocres:q omnes nõ ſunt mũdi a fur⸗
to. Non ſolũ autem fures nõ intrãt in vitam:
ſed nec ſocii eorum:nec qui cõſentiũt eis. Scri
ptum eſt eñ in Eſaia. Socii furũ:diligẽtes mu
nera. Itẽ in pſalmo quadrageſimo nono prohi
betur enarrare iuſtitias dñi: & aſſumere ĩ ore
ſuo teſtamentum eius conſentiẽs furibus:ita
Si videbas furem concurrebas ei. qđ primũ di
ctum eſt. In ſecũdo aũt loco:& cum adulteris
partem tuã ponebas. Et vide quia nec ipm fu⸗
rem:nec ipſum adulterũ dicit:ſed concurrẽtẽ
furibus:& cũ adulteris partem ſuã ponẽtem.
Qui vult ĩtrare ĩ vitã:nec falſum teſtimoniũ
dicere debet. Expellitur aũt a vita:& q nõ ho⸗
norabit patrẽ ſuum:& matrẽ. Sed forſitã hęc G
ſeruare mandata:nõ ſatis difficile ẽ. Opus au
tem eſt oĩbus qui per mandata præcedentia ĩ
ducuntur quaſi maius:& vtiliꝰ quod mãdat
implere:Diliges ꝓximũ tuum ſicut te ipſum:
q̃m & ſecũdum qđ ait nõ occides: & nõ furtũ
facies:nõ adulterabis:& ſi qđ eſt aliud manda
tũ:in hoc verbo recapitulat̃: diliges proximũ
tuũ ſicut te ipſum. Et ſi omne mãdatũ in hoc
verbo recapitulatur:diliges ꝓximum tuũ ſi⸗
cut te ipſum:perfectꝰ eſt qui impleuerit omne
mandatũ:qui impleuerit & hoc qđ ẽ Diliges
ꝓximũ tuũ. Si aũt iſte eſt perfectus qui diligit
proximũ ſuum ſicut ſe:quęre quomodo dicen
ti adoleſcẽti: hæc oĩa ſeruaui a iuuẽtute mea:
qd adhuc mihi reſtat? reſpõdit dñs: quaſi ad⸗
huc nondũ perfecto conſtituto qui hæc oĩa fe
cit:& quaſi cõſentiẽs ei qui dixit:hęc oĩa feci:
reſpondit. Si vis perfectus eſſe: vade & vænde
oĩa quæ poſſides:& da pauperibus:& habebis
theſaurũ ĩ cœlis:& veni:ſequere me. Vide er⸗
go ſi poſſumꝰ ad propoſitã quęſtionẽ ſecundũ
vnum quidẽ modũ taliter reſpõdere; quia ne
forte qđ ait:diliges proximũ tuum ſicut te ip
ſum:ſuſpicari poteſt nõ a dño poſitũ in hoc lo
co:ſed ab aliquo neſcio quo nõ itelligẽte ſubti
litatẽ dictoꝝ iſtoꝝ additũ eſſe. Hoc autẽ adie H
ctum eſſe cõmẽdat:ꝙ ipm locũ Marcꝰ: & Lu
cas exponẽtes:neuter addidit: diliges ꝓximũ
tuum ſicut te ipm. Dicet aũt q adiectũ hoc eẽ
defendere vult:ſi eadẽ ipa diuerſis ſermonibꝰ
a tribꝰ ſunt expoſita:nũq̃ dixiſſet dñs:adhuc
vnũ tibi reſtat: aut vnũ tibi deeſt ei q ꝓfſſus
eſt ſe impleuiſſe mandatũ: qđ ait: diliges ꝓxi⸗
mũ tuũ ſicut te ipſum:maxime ſi ſecũdũ apo⸗
ſtolum:qđ dicit non occides:& cętera:& ſi qđ

aliud eſt mandatū in hoc verbo recapitulatur
Diliges proximū tuū ſicut te ipſum. Nā ſecū
dum Marcū ſic dicit: intēdens in eū qui dixe-
rat: oīa hęc ſeruaui a iuuētute mea. Dilexit eū
vel oſculatus eſt eū. Videt̄ enim affirmaſſe ꝓ
feſſionē ei⁹ qui dixit ſe omnia ea impleſſe. In-
tendēs em̄ in eum mēte vidit hominē ex bona
conſcientia cōfitentem ſe propoſita ipleuiſſe
mādata. Nunq̄ em̄ ſi extra cętera mādata etiā
illud ſe impleuiſſe dixiſſet: diliges ꝓximū tuū
ſicut te ipſum: capitale: & maximū Marc⁹: &
Lucas prętermiſiſſent mādatū: niſi forte quis
ſimilia quidem dicat ſcripta: nō autē de eodē
ipſo dicta eſſe. Quomodo aūt quaſi nondum
ꝑfecto ei qui extra cętera etiā hoc ipleuit man
datum: diliges ꝓximū tuū ſicut te ipſum: Ieſ⁹
reſponderet: ſi vis perfect⁹ eſſe vade: vēde oīa
A quæ poſſides: & da pauperibus? Multam enī
differentiam inter exemplaria inuenimus: ſi-
ue per negligētiam ſcribētium: ſiue ex temeri
tate quorūdam: ſiue propter eos qui negligūt
emendare ſcripturas: vel propter eos qui q̄d
ipſis videt̄ in emēdationibus vel adiiciūt: vel
ſubducūt. Et ī exēplariis quidem veteris teſta
menti quęcūq; fuerūt incōſonātia deo præſtā
te coaptare potuimus: vtentes iudicio cętera
rū editionū: ea em̄ quę videbant̄ apud ſeptua
ginta dubia eſſe propter incōſonātiam exem
plariorum: faciētes iudiciū ex editionibus re
liquis cōuenientia ſeruauimus: & quędā qui
dem notauimus quaſi nō poſita in hebręo: nō
audentes ea oīno auferre: quædā autē cū aſte-
riſcis addidimus: vt ſit manifeſtū q̄m q̄ non
fuerūt poſita apud ſeptuaginta: ex editionib⁹
cęteris addidim⁹ cōueniēter hebręo. In exem
plariis aūt noui teſtamēti hoc ipſum me poſſe
facere ſine periculo nō putaui. Tantum ſuſpi
B tiones exponere me debere: rationes? cauſaſq;
ſuſpitionū nō eē irrationabile æſtimaui: ſicut
in hoc loco q̄d dicitur: diliges proximū tuū ſi
cut te ipm̄: quoniā apud Marcū: & Lucam po
ſitum non eſt. Iudicent autē qui poſſunt vtrū
vera ſint quæ tractam⁹: an falſa. Tamen quaſi
poſito etiā hoc Diliges ꝓximū tuū ſicut te ip-
ſum: age aliter tractemus hūc locū. Scriptum
eſt in euangelio quodā: q̄d dicitur ſecundū he
bręos: ſi tamen placet alicui ſuſcipere illud: nō
ad auctoritatē: ſed ad manifeſtationē propoſi
tę quæſtionis. Dixit (inquit) ad eū alter diui
tum. Magiſter quid bonū faciēs viuā? dixit ei:
Hō leges & ꝓphetas fac. Reſpondit ad eū. Fe-
ci. dixit ei: Vade: vēde oīa q̄ poſſides: & diuide
pauperib⁹ & veni ſeq̄re me. Cœpit autē diues
ſcalpere caput ſuū: & nō placuit ei. Et dixit ad
eū dn̄s. Quomodo dicis legē feci: & ꝓphetas
quoniā ſcriptum eſt in lege: Diliges proximū
tuum ſicut te ipſum: et ecce multi fratres tui
filii Abrahæ amicti ſunt ſtercore moriētes p̄
fame: & dom⁹ tua plena eſt mult[bonis: & nō
egreditur oīno aliquid ex ea ad eos? Et cōuer-
ſus dixit Simoni diſcipulo ſuo ſedēti apud ſe.
Simon fili Ioannę facilius eſt camelum intra-
re per foramen acus: q̄ diuitem in regnū cœlo
rum. Verum ē ergo quia non impleuit diues
mandatū: Diliges proximū tuum ſicut te ip-
ſum: qui multos deſpexit pauperes: & non eſt
eis partitus aliquid de tantis facultatib⁹ ſuis.
Impoſſibile eſt em̄ & implere mādatum q̄d di
cit: diliges proximū tuū ſicut te ipſum: & eſſe
diuitem: & maxime tantas poſſeſſiones habe-
re. Qui ergo non ęſtimat eſſe abiiciēdum ver
bum hoc quaſi falſum: diliges proximū tuum
ſicut te ipſum: ſed recipiendum quaſi verum
a dn̄o dictum dicet non ſatis arguitione rep-
ta: ſed q̄m ſtrictim: & nō ſatis odibiliter volēs C
arguere diuitem illū dominus noſter quaſi nō
vera dicentem: ꝗ ait ſe impleuiſſe etiam illd̄
mandatum: diliges proximum tuum ſicut te
ipſum: dixit ad eum. Si vis perfectus eſſe va-
de: vęnde omnia quæ poſſides: & da pauperi-
bus. Sic enim apparebis dicere verum: ſi dilexi
ſti: aut diligis proximum tuū ſicut te ipſum.
Si quis autem aſpiciens humanam infirmita-
tem: & difficile hoc putās hominem poſſe im
plerę: diſpiciat verba: & ad allegoricum ſe in-
tellectum cōuertat: audiat etiā hiſtoriā quo-
rūdam gentilium: in qua propter ſapiētiā mū
di referūt: q̄d hic dominus diuiti facere man
dat: quēdam thebęum feciſſe propter liberta-
tem animę ſuę: & exemplum vitę facilioris: &
volens ſe beatum demonſtrare gentibus: & ni
hil mundi iſtius opus habentē: tradidiſſe om
nem ſubſtantiam ſuam populo thebanorum.
Si ergo propter ſapientiam gentiū: & dogma
ta liberantia animā (ſicut illi putabāt) hoc fa
cere potuit homo gentilis: quomodo non faci
lius poteſt facere qui concupiſcit in ſe ſuſcipe
re Chriſti perfectionem? Si autem & de diui- D
nis ſcripturis placari quis vult: quoniam poſ-
ſibile eſt quod præcepit Chriſtus: audiat hi-
ſtoriam de actibus apoſtolorum ita cōſcriptā.
Omnes autem qui crediderāt in id ipſum ha
bebant omnia cōmunia: & poſſeſſiones: & ſub
ſtantias vęndebant: & diuidebant prout quiſ
q; opus habebat. Quotidie autem permanen
tes in id ipſum in templo: & frangentes in do
mibus panē: ꝑcipiebāt cibū cū lętitia & ſimpli
citate cordis: laudātes deū & habentes gratiā
ad vniuerſū ppl'm. Et poſt modicū iterꝫ dicit.
Ml'titudinis autē credētiū erat cor vnū & aīa

vna: & nemo eorum dicebat aliqd ſuum eſſe: ſed erant illis oĩa cõmunia: & cętera. In quo loco ĩtroducitur de Anania & Saphira coniugē eius qui vęndiderunt prędiũ ſuũ: & de pretio prędii partem aliquã ſubtraxerũt: & ideo paſſi ſunt quę paſſi ſunt: digni erant em̄ in hoc ſęculo recipere peccatũ ſuũ: vt mũdiores exeãt ab hac vita mũdati caſtigatione ſibi illata per mortem cõmunem: qm̄ credẽtes erãt in Chriſtum. Puto aũt qm̄ audiens Ananias hæc verba ideo cadens expirauit: qm̄ non ſuſtinuit arguitionē Petri: ſed cruciatus in ſe adeo eſt punit⁹ vt ēt expiraret: verbis videlicet Petri cathecizãtibus aĩam eius. Nec Petrũ hic ęſtimare debemus interfeciſſe Ananiã: ſed illũ nõ ſuſtinuiſſe acritudinem verborũ Petri dicẽtis ad ſe. Vt qd repleuit ſathanas cor tuũ: vt mentireris ſpiritui ſancto: & fraudares de pretio p̄dii? Nonne manẽs tibi manebat: & vęnditũ in tua erat poteſtate? Quid qm̄ poſuiſti in corde tuo facere rem talē? Non es mentitus hoĩbus: ſed deo. Audiens autē (inquit) ananias verba hæc: cecidit & expirauit. Cõueniẽter aliquis quęrere poteſt: qm̄ ſi perfect⁹ eſt qui omnes habet virtutes: vt iam ex malitia nihil agat: quomodo ſit perfect⁹ qui vęndidit oĩa ſua: & pauperib⁹ dedit. Ponamus em̄ aliquē hoc ipſum feciſſe: quomõ fiet ſtatim & ſine ira? Et ſi contigerit eum eſſe ſine ira: qũo fiet ſtatim & ſine triſtitia? Quomodo fiet etiã extra timorē: vt non timeat: aut dolorem: aut mortem: vl̄ quęlibet alia quę poſſunt aĩam imperfectiorē turbare? Quomodo qui erogauit ſubſtãtiam ſuã pauperibus: erit abſq; omni cõcupiſcẽtia? Deinde qm̄ poſſibile ē ex hoc ipſo q̄ tradidit oĩa ſua patiẽs aliquid humanũ ex paupertate pœniteat eum facti: deſideret aũt ſimilia poſſidere. Si autē & quæ dicitur voluptas irrationabilis conſtituta eleuatio animæ paſſio eſt: quomodo quis mox vt tradiderit oĩa ſua pauperibus ſtatim liberabitur a paſſione iactantiæ vanæ? Adhuc autem adiiciẽs aliquis dicat. Quo
F modo poteſt ex eo q̄ tradiderit bona ſua pauperibus etiam ſapiens fieri: & ſuſcipere ſapientiam dei: vt poſſit reddere rationē omni homini interroganti ſe de fide: vel de omnibus quæ in ſcripturis abſconſe ſunt dicta? Siue enim ex hoc ipſo dicimus quẽq̄ fieri perfectum: et ſi habuerit ea quæ dixim⁹: ad irrationabilitatē venimus dicẽtes aliquē & perfectũ eſſe ſimul: & peccatorem. Peccator eſt em̄ omnis qui iraſcitur ſine cauſa. Et ſi qs ſæculi triſtitia cõtriſtatur: & q dolores timet: aut mortē: & qui deſiderat qđ non habet: & qui ſine ratione extollit̄ quaſi in bonis quæ nõ ſunt bona: ſiue ſimul vt

tradiderit bona ſua pauperib⁹: dicimus eum quaſi receptaculum dei factum / ſuſcipere oẽs virtutes: & deponere malitiã vniuerſam: fideliter quidē vt cõmuniter neminem dicimus: neſcio autem ſi vere. Et forſitan deridebũt nos quaſi non ſapienter dicentes: qui audierint ſolutionem huiuſmodi. Sapienter ergo videbit̄ forſitan dicere quis ſeruãs ſimplicitatem verborum: & nõ moraliter aliquid dicẽs de eis: ſi ſic reſponderit quaſi fidelis: dicẽs: qm̄ qui pauperibus tradit bona ſua: ipſorũ orationib⁹ adiuuatur: accipiẽs ad ſuam ſpiritalem ĩopiam ſpiritalē abundantiã eorum qui patiunt̄ ĩnopiam carnalē: ſicut ait apoſtol⁹ ad Corĩthios ſcribens: & fit hoc modo p̄fectus: q̄uis aliquas (quod humanum eſt) habuerit paſſiones: & ſi qs alius hanc ĩnopiã paſſus fuerit: & magno adiutorio fuerit adiuuatus: deo exaudiẽte tãtorum pauperũ refrigeratorũ preces. Qui tamē ſimiles ſunt apoſtolis: aut paulo inferiores pauperes qdē in corporalibus ſicut illi: diuites autem in ſpiritalibus. Aut ita. Iſte qui mutauit pro diuitiis paupertatē: vt fiat p̄fect⁹: credens ſermonibus Chriſti: adiuuabit̄ ſtatim ſicut apoſtoli Chriſti: vt ſapiẽs fiat in Chriſto: vt magnanimis: vt iuſtus: vt caſtus: & abſq; omni omnimodo paſſione. Non tamen ſic debemus intelligere: vt in ipſa die: vel in ipſo tẽ G
pore quo tradiderit bona ſua paupib⁹ efficiatur omnino perfectus. Sed conſequenter ex illa quidem die incipiet ſpeculatio dei adducere eum ad omnes virtutes: vt incipiat ex eo p̄ficere: ſicut Iſaac propter adiutorium dei collatum in ſe: & magis: atq; magis creſcet p ſingulos dies donec additus ſicut Iſaac magnus efficiatur valde in omni virtute: oĩ videlicet malitia auulſa de anima eius. Et ſic qui hanc expoſitionē defendere vult: dicere non coget̄ perfectũ fieri hoĩem per hoc ipſum q̄ tradiderit bona ſua pauperib⁹ alias delinquentē. Aliter aũt forſitan abundans fide & ſtudio tranſeundi ad ſubtiliora: & ad magnitudinem aliquam intellectuum eminentium & dignioꝝ Chriſto: relinquens verbi ſimplicitatem ad expoſitionem moralem tranſibit: dicens ſubſtãtiam eſſe vniuſcuiuſq; animę / actus ipſi⁹ poſt H
exitum: vt ſit ſubſtantia quidem iuſtorum boni actus: ipſorum autem malorum: mali. Hic ergo dicit eũ qui multas habebat poſſeſſiones diuitem fuiſſe in myſterio eius qui multa poſſidet opera mala: in quibus poteſt eſſe & amor pecuniaꝝ: & cõcupiſcẽtia glorię: & alię res terrenæ replẽtes aĩam eius. Quoniã ergo poteſt aliquãdo qui hoc modo diues eſt abſtinere quidē ſe a malis qbuſdã: vt p uta ab homicidio: ab

adulterio: a furto: a falſo teſtimonio: & quę cõ
ueniunt parẽtibus reddere cũ quodã honore.
Poteſt etiam eſſe aliquis & miſericors ad ꝓxi-
mos nõ tamen & perfectus: ideo cõſilians hu-
iuſmodi viro imperat Chriſt⁹ vendere omnẽ
ſubſtantiã malam: & quaſi tradere eam virtu
tibus operãtibus eam: quę ab omni bono pau
peres ſunt: & propter hoc non ſufferũt minas
ſecũdum qđ ſcriptum eſt. Pauper autẽ nõ ſuf
A fert minas. Sed ſcio quia valde violenta vide-
bitur expoſitio iſta: ſoluens quidẽ honeſte quę
de perfectione ſunt dicta: nõ autem valde per
ſuadens: vt deponẽs quis quę malitię ſunt: vẽ
dere intelligatur ſubſtãtiã: & dare pauperib⁹
Quaſi in tali autem pręuent⁹ loco dicam: qui
hanc expoſitionem defendit dicere poteſt qm̃
plenus eſt peccator ſpiritibus ſecũdum mẽſu
ram peccatorꝝ ſuorum: vtputa fornicari⁹ (ſe-
cũdum quod dicit in ſcripturis) ſpiritu forni
cationis: furibũdus: ſpiritu furoris: & malilo
quax: ſpiritu criminationis. Iſtam ſubſtãtiã ac
quiſiuit qui malus fuit: & factus eſt participa
tione malorum ſpirituũ abũdantior & multi
plicior ĩ ipſis malis. Sicut autem acquiſiuit qs
eam emens arbitrio proprio cõplacens malis:
ſic vẽdit eam: & dat talibus pauperib⁹: de qua
lib⁹ loquitur ſermo: per hoc ꝙ credidit ver
bis Chriſti: & reliquit eam. Sicut em̃ pax apo-
ſtolorum reuertitur ad ipſos: niſi fuerit fili⁹ pa
cis: ſic fornicatio: & vniuerſa peccata reuertũ
tur ad pauperes q auctores ſunt pctõrum: cũ
non fuerit vtens malis eorꝝ. Et ſic neqꝫ dubita
tio erit quin ſtatim fiat perfectus qui ſic vẽdi
dit omnes ſicut tradidimus ꝓprias facultates
& dedit pauperibus. Si autem & tẽpore mlto
huiuſmodi facultates vẽduntur: & multũ tẽ
pus neceſſariũ eſt vt tradãtur quib⁹ dixi pau
peribus: nihil contrarium eſt: ſed ſecũdũ æſti
mationem traditorũ malorum pauperib⁹ per
tempora fit perfectus qui talia fecit. Manifeſtũ
eſt autem: vt qui talia egit habeat theſaurũ in
cœlo: & ipſe factus cęleſtis. Qualis enim terre
nus hoc eſt malignus: tales & terreni. Et qua
lis cœleſtis: id eſt Chriſt⁹: tales & cœleſtes. In
parte ergo ſui cœli habebit theſaurum qui vo
luerit eſſe perfectus: & vęndiderit oẽs faculta
B tes ſuas: & dederit pauperib⁹. Sed ne ęſtimes
huiuſmodi virũ inueniri inter diuites huiuſ
modi quales ſunt modo. Quis em̃ horum de-
ponit amorem diuitiarũ: & (vt ita dicã) mun
di amorẽ? Quis ad plenũ depoſuit ſpiritũ glo
rię vanę: vt ſuſcipiat ĩ ſuo cœlo theſaurũ glo
rię dei: & diuitias quę ſunt in omni verbo: & ĩ
omni ſapientia dei? Quis em̃ depoſuit ſpiritũ
cõcupiſcẽtiæ: & timoris: aut irę: aut volupta
tis propriæ? Ergo qui vult ſecũdũ ſubtilitatẽ
diſcutere veritatis: pronũtiabit hoc in apoſto
lis eſſe: & qui ſimiles fuerint eis. Iſte autem ta-
lis & poterit ſequi Chriſtũ: q ſicut dixim⁹ vẽn
didit vniuerſa: et habuit theſaurꝫ ĩ cœlo. Nec
em̃ diſtrahitur huiuſmodi vir ab aliqua mala
poſſeſſione: quo minus Chriſtũ ſequatur. Au C
diens autẽ verbũ adoleſcẽs: abiit triſtis. Erat
em̃ habens poſſeſſiones multas. Et cõſidera ſe
cũdum cõuerſationem humanã quomodo cũ
difficultate diuellimur a bonis terrenarũ di-
uitiarũ: vel a cõcupiſcẽtia glorię vanę. Magis
em̃ volumus adipiſci etiã ea quæ male deſide
ramus: q̃ liberari a deſideriis malis: et magis
volumus vt non incidamus in ea quæ arbitra
mur eſſe timẽda: q̃ deponere ĩimicum timori
dei timorẽ. Sed vide qa nõ ſenior aliquis ĩtro-
ducitur in hoc loco: neqꝫ vir qui euacuauerit
quæ paruuli erant: ſed adoleſcens: qui audiẽs
verbum abiit triſtis. Adoleſcens em̃ erat ſecũ
dum animã: & propterea relinquens Chriſtũ
abiit. Ad vituperationẽ em̃ dictum eſt eius: &
abiit triſtis: triſtat⁹ triſtitia ſęculi quæ mortẽ
operatur. Erat em̃ habens poſſeſſiões multas
quas diligebat: diligens iraſci: diligens triſta
ri. Propter quod & abiit triſtis. Et quãtacũqꝫ
ei naſcebant̃ ex malo: q̃ tenebant animam ei⁹.
Si autem intelligere vis hiſtoriã ſecũdum ex- D
poſitionem aliquorũ: quã ſuperius ex parte te
tigimus: in dimidio inuenis hunc adoleſcen-
tem laudabilem: in dimidio aũt vituperabilẽ.
Laudabilem quidẽ: quia nec occidit: nec adul
teratus eſt: nec aliquid eorum fecit quæ pro-
hibet lex: ſed adhuc adoleſcens conſtitut⁹ ho
norauit patrem: & matrem. Vituperabilẽ au
tem: quia triſtatus eſt in verbis Chriſti vocãti
bus eum ad perfectionẽ: & promittentibus ei
vt ſi tradidiſſet omnia quæ habebat: magn⁹ ef
ficeretur. Abeunte autem eo: dixit Ieſus diſci
pulis ſuis. Amẽ dico vobis: quoniã diues diffi
cile intrabit in regnũ cœlorꝝ. Ex quo cõſiderã
dus eſt ſermo Chriſti cautiſſimus: qm̃ nõ ſim
pliciter dixit: diues nõ intrabit in regnũ cœlo
rũ. Qđ ſi dixiſſet: excluſiſſet vtiqꝫ diuites a re
gno cœlorũ. Nunc autẽ dicit diues difficile ĩ
troibit: difficultatẽ quidẽ ſalutis diuitũ mani-
feſtans: nõ aũt impoſſibilitatẽ ſuæ potẽtiæ dã
nãs. Qđ ex hoc ipſo textu manifeſtiſſime decla
rat̃: poſſe diuitẽ cũ difficultate qdem reſiſtere
paſſiõib⁹ ſuis: atqꝫ peccatis: tñ poſſe. Si autem E
moraliter intelligam⁹ diuitem: ſecũdũ qđ ſu-
pradixim⁹: eũ qui multorꝝ malorũ habet ſub-
ſtantiã congregatã: quæres qũo vl' cũ difficul
te ĩtroibit diues in regnũ cœlorꝝ. Difficultatẽ
aũt introit⁹ vtriuſqꝫ diuitis ad ſalutẽ manife-

ſtat ſubiecta parabola: dicẽs. Facilius eſt camẽ
lum per foramen acus intrare: q̃ diuitem in re
gnum cœlorũ. In qua parabola diues cõpara-
tur camelo: nõ ſolum propter immũditiã ani
malis: ſicut docuit lex: ſed etiã propter totius
corporis eius tortuoſitatẽ. Regnũ autem cœ
lorum foramini ac⁹ aſſimilatur: vt demõſtre-
tur ex eo: q̃m ſatis arctus eſt: & ſuper modũ cõ
tribulatus regni cœleſtis introitus. Oſtendit
autem quoniã ex ſeipſo impoſſibile eſt camelũ
per foramen acus intrare: poſſibile aũt quãtũ
ad deum: Sic & diuitẽ quãtũ ad ipm pertinet:
impoſſibile eſt intrare in regnũ cœlorꝝ: poſſibi
le autẽ quãtum ad deũ: qui potẽs eſt ineffabili
ſua virtute: aut groſſitudinẽ malorꝝ mali ho-
minis ſubtiliare: aut anguſtiã introit⁹ facere
ei capacem. Quoniã aũt propter difficultatẽ
introitus: & nõ propter impoſſibilitatẽ acce-
pit ad exemplũ foramẽ: & camelum: claret ex
eo ꝙ ad diſcipulos dicentes: quis ergo poteſt
F fieri ſaluus? reſpõdet. Apud hoĩes hoc impoſ-
ſibile eſt: apud deũ autem oĩa poſſibilia. Ergo
poſſibile eſt & camelum per foramẽ acus ĩtra-
re: nõ tamen apud hoĩes: ſed apud deũ. Quo-
modo autem faciat hæc poſſibilia deus: ipſe
ſcit: & Chriſtus ei⁹: & cui reuelauerit Chriſt⁹
Qui autẽ proficit ĩ ſapiẽtia: & ſermone: aude
bit forſitan abundãti⁹ & de acu: & de forami-
ne eius exponere. Nos autem hoc adiicim⁹ ſo
lum: q̃m ſunt quędã quę fiunt in lege artificio
conſutili: neceſſariam habẽtia acum: vt ſecun
dum ſapiẽtiã dei faciat opera quis artificii qđ
ſuſcepit. Qualitercũꝗ ergo intellecta fuerint
opera cõſutilia: ipa cõſutura dabit intelligere
quæ intelligi debeãt in hoc loco. Quę nũc di-
cere & manifeſtare forſitan quidẽ & ſupra nos
eſt: forſitan autem & ſciẽti multum: & impor
tunum exitum habere videbitur. Duobus er
go propoſitis camelum per foramẽ acus intra
re: & diuitẽ in regnũ cœlorꝝ: facilius eſſe dixit
primũ. Quære autem inter hoĩes: aliũ quidẽ
camelum conſtitutũ per foramẽ acus intran-
tem: aliũ autem diuitem impoſſibiliter quidẽ
quantum ad hoĩes: poſſibiliter aũt quantum
ad deum intrãtem in regnũ cœlorꝝ. Quicũꝗ
ergo inuẽtus fuerit eſſe camelus: & qđcunꝗ ĩ
tellectũ fuerit acus foramen: intrabit ꝑ illud.
Puto gẽtium introitum in regnũ cœlorꝝ faci
liorem oſtendere volens: q̃ iudęorũ diuitum:
hãc ſimilitudinẽ introduxit. In quib⁹ autem
gentes dicebantur pauperes: in his iudęi diui
tes erãt. Vtrum autem manifeſtent hęc fines
aliquos ſecũdũ myſteria quædam adducen-
tes ad fines aliquos ꝑ quaſdã vias deo ſoli poſ-
ſibiles: necne: diſcutiat qui diſcutere poteſt.

Secundum Matthęũ.
INn illo tẽpore: Dixit Si
mõ Petr⁹ ad Ieſum. Ec-
ce nos reliquimus om-
nia: & ſecuti ſumus te.
Quid ergo erit nobis?
Homilia Origenis le
ctiõis eiuſdẽ. Et eſt. IX.
HOc poterit qs ſimpliciter in G
terptari: & moraliter. Qui
ergo ſimpliciter vult intelli
gere: talia dicet. Sicut eñ ĩ
datis non ipm datum: ſed af
fectum dantis aſpiciẽs deus
iuſtificat: & melius ſuſcipit parua dantẽ cum
magno affectu: q̃ magna ex affectu modico: ſi
cut manifeſtũ eſt ex his quę ſcribunt propter
data diuitis magna: & duo minuta viduę: ſic
& in his qui propter dei dilectionem dimittũt
quę poſſidẽt: vt inſeparabiliter Chriſtũ ſequã
tur: oĩa ſecũdum verbũ eius agentes: non ma
gis acceptabilis erit qui plura reliquerit eo q̃
parua dimiſerit. Ergo & ſi minima: & cõtẽpti
bilia Petrus cum fratre ſuo reliquit: quãdo au
dientes: venite poſt me & faciã vos piſcatores
hominũ: ſtatim relictis rętibus ſecuti ſunt eũ:
ſed non minima ſunt ęſtimata apud deũ conſi
derantem: q̃m ex tanta plenitudine dilectiõis
illa minima reliquerũt: vt etiam ſi multas ha-
buiſſent poſſeſſiões: omnia ſine dubio reliquiſ
ſent: nec ab eis vllo modo retenti fuiſſent: aut
impęditi ab impetu dilectionis huiuſmodi. Et
puto ꝙ magis confidẽs Petrus de affectu ſuo:
q̃ de ipa quantitate rerũ relictarũ fidutialiter
dixit. Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſu H
mus te: Quid ergo erit nobis? Conſequens eſt
autem ſentire: q̃m nõ ſolum rętia: ſed etiã do
mum: & vxorẽ forte reliquit: & filios: & poſſeſ
ſiones quaſdã etſi paruas. Magnũ ergo aliqđ
demõſtratur de Petro: & de fratre ipſius: quo
niam audientes: venite poſt me & faciã vos pi
ſcatores hominũ: nihil cogitantes ſtatim reli-
ctis rætibus ſecuti ſunt eum: nec ſunt imitati
eum qui dixit: ſed primũ permitte mihi ire &
renũtiare eis qui ſunt ĩ domo: nec ſimile aliqđ
fecerũt ei qui dixit permitte mihi primũ vt ſe
peliam patrem meũ. Et diligẽter attende: quo
niam honeſtiſſime ꝑcuſſi Chriſti pręcepto: &
promiſſionibus eius: & credẽtes quoniã modi
cam capturam piſcium relinquẽtes: homines
piſcaturi fuerãt ad ſalutẽ: ſtatim relictis ræti
bus & quaſi obliti ſuorꝝ omnũ: ſecuti ſunt eũ
vt digni efficiantur hac interrogatione: quã
fecit dicens: Ecce nos reliquim⁹ oĩa: & ſecuti
ſumus te. Obſerua ſimul & hoc q̃m occaſio in I

terrogationis huiuſmodi ex illo facta eſt Petro: quod verbũ Chriſti audiuit dicẽtis: Si vis perfectus eſſe: vade: vende oĩa quę poſſides: & da pauperibus: & habebis theſaurũ in cęlis: & veni ſequere me. Deinde quia cõſyderauit adoleſcentẽ cum triſtitia abeuntẽ: quoniã prępoſuit multas poſſeſſiones habere in terris: quam eſſe perfectus in deo: cõſyderãs quoque & difficultatẽ diuitũ ingrediendi in regnũ cœlorũ ideo quaſi qui ipſe nõ facilem rem cõſummauerit in eo quod vniuerſa reliquit: & ſecutus eſt Ieſum: dixit. Ecce nos reliquimus oĩa: & ſecuti ſumus te. Propterea Petro fiducialiter iſta dicenti: reſpondit promiſſionem iſtam maximam Chriſtus: vt ſit vnus de iudicibus illis.

A Quoniã aũt verbi ſimplicitas nõ eſt ſatis idonea auditorẽ ingenii eminẽtioris placare: honeſtatem ſenſus in moralibus expoſitionibus conſiſtentẽ: etiã hunc locũ ita trademus: quomõ hoc ipſum quod ait: Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. Rętia cõtẽptibilia reliquiſſe: vel pauperẽ domũ: & vitam ĩ paupertate doloribus plenam nõ adeo magnum eſt neque dignũ tali diſcipulo: cui non caro: & ſanguis reuelauerat eẽ Ieſum Chriſtũ filium dei viui: ſed pater cæleſtis: cui etiã fuerat dictũ: Tu es Petrus: & ſuper hãc petrã ędificabo eccleſiã meam: & portę inferorũ nõ preualebũt ei. Ergo ne forte ea quę tradita ſũt ſupius de verbis chriſti dicẽtis: Vade & vẽde oĩa quę poſſides: & da paupibus: & habebis theſaurũ in cælis: & veni ſequere me: vtilia & vera ſunt in pſenti? Petrus eñ oĩa reliquit: in quibus erat peccator. Propter quæ & dixerat. Exi a me domine: quoniam homo peccator ſum ego. Et magna laus erat eius confidẽtis: vt de cętero nõ peccaret qui dixit. Ecce nos reliquimus oĩa et nõ ſolum mala reliquimus: ſed & te ſecuti ſumus. Quod aũt dicit & ſecuti ſumus te: po-

B teſt dici ſecundũ omnia quæ pater reuelauit Petro eſſe filiũ ſuũ; ſecuti ſumus te iuſtitiam ſecundũ quod iuſtitia es: ſecuti ſumus te ſanctificationẽ: ſecundũ quod ſanctificatio es: & ſapientia: & pax: & veritas: & via ducens ad deum: & vita vera. Propter quod quaſi victor athleta poſt luctamẽ Agonithetã ĩterrogat quę ſint præmia certaminis huiuſmodi quæ adhuc neſciebat. Quid vtique erit nobis? Et nos ſi volumus percipere quæ ſunt Petro promiſſa: ſimiliter omnia relinquamus: vt de cętero nulla teneamur malitia: neque aliquibus operibus eius: ſed verbũ dei ſequamur: vt dicat & nobis: & omnibus ſequentibus eum: quę in ſequẽtibus dicit Amen dico vobis: quod vos qui ſecuti eſtis me: ĩ regeneratione cũ ſederit filius hoĩs ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: ſedebitis & vos ſup duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Quod & ipſum & ſimplicem habet interpretationem exhortantẽ relinquere bona ſæculi propter Chriſtũ: & ſpiritalẽ: & altiorem. Qui ergo ſecundũ literam vult ĩtelligere: talia dicet. Non oẽs dicit ſequi Chriſtũ ſermo: ſed eos qui tunc fuerunt apoſtoli: & qui ſimiliter eis ſecuti fuerant eum: ſecutos ſe appellauit. Poſteriores autẽ manifeſtauit per illud quod dixit. Et oĩs qui reliqrit fratres: aut ſorores: & cætera. Qui ergo ſecuti ſũt Chriſtũ: non quædã; ſed oĩa relinquẽtes: ſedebunt ſu- C
per duodecim thronos: iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et hanc poteſtatẽ accipiẽt: in reſurrectione mortuorũ. Ipſa eſt eñ generatio: et noua quædam natiuitas conſtituta: quando & cælum nouũ: & terra noua creatur his: qui ſeipſos renouauerunt: & nouum tradit teſtamentũ: & calix ipſius. Illius aũt regenerationis præmium eſt: quod apud Paulum vocatur lauacrum regenerationis: & illius nouitatis myſteriũ eſt hæc renouatio ſpiritus. Et forſitan quidẽ ſecundũ hanc natiuitatem nemo eſt mundus a ſorde: etſi vnius diei ſit vita eius: ppter natiuitatis noſtræ carnalis myſterium ſecundũ quod ait Dauid ex perſona omnium naſcentiũ ex carne & ſanguine. Quoniam in iniquitatibus cõceptus ſum: & in delictis concepit me mater mea. Secundũ regenerationẽ autẽ baptiſmatis: omnis quidem eſt mũdus a ſorde: qui renatus fuerit ex aqua & ſpiritu: vt audacter autẽ dicam: mundus eſt per ſpeculũ in ęnigmate. Secundũ tertiã aũt regenerationẽ: quãdo ſederit filius hominis D
in ſede gloriæ ſuæ: omnis qui in illam regenerationem venerit: quæ eſt in Chriſto mũdiſſimus erit a ſorde: & facie in faciem videbit: & ipſe per lauacrum regenerationis veniens ad ipſam regenerationẽ. Si autem vis intelligere illud lauacrum: intellige quomodo Ioannes in aqua baptizans in pœnitentia: dicit de ſaluatore. Quoniã ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſãcto: & in igne. In iſta ergo regeneratiõe baptiſmatis cõſepulti ſumus Chriſto ſecundum apoſtolũ per baptiſmũ: in illius autẽ regeneratiõe baptiſmatis: quod erit in ſpiritu: et in igne: conformes efficiemur corpori gloriæ Chriſti ſedentis in ſede gloriæ ſuæ: & ipi ſedentes ſuper duodecim thronos: ſi tamen relinquentes omnia ſecundũ vtramque interpretatiõẽ ſuperius factã: magis autẽ iuxta ſecundã: ſecuti ſumus Chriſtũ. Tũc aũt cum filius hominis ſederit in ſede gloriæ ſuæ: implebit prophetia quæ dicit. Dixit dominus

domino meo:ſede a dextris meis:donec ponã
inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ. Et tũc
oportet eum regnare:donec ponat deus oẽs
inimicos ſuos ſub pedibꝰ ſuis:donec nouiſſi-
ma inimica mors deſtruatur.Qua deſtructa
iam nõ erit mors ante faciem ſaluatoꝝ:ſed ſo
la credita vita.Morte eñ cõſtituta añ faciẽ
hominũ:nõ creditur vita ab his qui tenent a
morte.Deſtructa vero morte:ab omnibus vi-
ta credetur.Tale aliquid poſitũ eſt in lege ita
Poſui ante faciem tuã vitam & mortẽ. Item.
Erit vita veſtra ſuſpenſa ante oculos veſtros:
et non credetis vitę veſtrę.Sedebit aũt filius
hoĩs ſuper ſedẽ gloriæ ſuę:cũ nullus cõtẽpti
bilis:& inglorius fuerit in regno eius:oẽs eñ
tunc qui gloriã ab hoĩbus nõ acceperũt: nec
fecerunt aliq̄d vt ab hoĩbus glorificarent:ſed
gloriã ſolam quę ex deo eſt quęſierũt: regene
rabuntur ab eo qui ſederit ſuꝑ ſedem gloriæ
ſuæ.Tunc implebitur oratio Chriſti:quã ora
uit & dixit.Pater glorifica me ea gloria quã
E habui/priuſq̃ mundus fieret/apud te.Si autẽ
potes intelligere verbũ reſtitutũ poſtq̃ factus
fuerat caro:& oĩa quęcũqꝫ factus eſt:ſecundũ
ꝙ vnuſquiſqꝫ neceſſariũ fieri habuit eum ſibi
vt oẽs lucret:& poſtea reſtitutũ: vt fiat qua
lis fuit in principio apud deũ:deus enim erat
verbũ in gloria ſua:quaſi verbũ videbis eum
ſedẽtẽ ſuꝑ ſedem gloriæ ſuę:quãdo nõ alium
ab eo intellexeris filium hoĩs qui ſecũdũ cor-
pus homo ęſtimabat.Tunc aũt cũ hęc in reſti
tutione ſaluatoris fuerint facta:& qui relique
runt oĩa:& ſecuti ſunt eum:ſedebũt quaſi cõ
formes facti corporis & ſedis gloriæ eius ſuꝑ
duodecim thronos iudicãtes duodecim tri-
bꝰ iſrael.Omnis eñ vita iuſtoꝝ iudicabit tri
bus iſrael quę nõ crediderũt:& iudicabũt apo
ſtoli:& qui apoſtolorũ imitati ſunt vitã:& iu
dicabunt generoſos quidẽ propter ꝙ ſunt iſ-
F rael:nõ aũt egerunt digna genere ſuo. Forſi-
tan aũt q̄d dicit apoſtolus.In vobis iudicabit
mundus:dicitur ad eos qui venerunt ex gen
tibꝰ.Quod aũt dicit. Sedebitis & vos ſuꝑ duo
decim thronos iudicantes duodecim tribus
iſrael:dicitur ad apoſtolos & ad eos qui apo-
ſtolicã imitati ſunt vitam iudicaturos iſrael:
qui generoſiores toto mundo habent.Si quis
ergo reliquerit oĩa & ſecutꝰ fuerit Ieſum:quę
Petro ꝓmiſſa ſunt & ipſe recipiet.Si aũt non
omnia reliquit:ſed quędã quę ſpecialiter infe
rius referunt:hic multiplicia recipiet:& vitã
æternam poſſidebit: ſecundũ ꝙ ait .Omnis
q̄ reliquerit fratres:aut ſorores:aut parentes
aut filios:aut agrum:aut domũ propter no-
men meũ:centuplũ accipiet:& in futuro vitã
æternam poſſidebit .Et hoc quidẽ quoniã ha
bet nõ cõtẽptibilem rationẽ:& ſecundũ ſim-
plicẽ traditionẽ exhortatoriã ad contemnen
dam omnem carnalẽ cognationẽ:& oẽm ſub-
ſtantiã mundialẽ:oĩs homo fatetur:quoniam
multi credentiũ Chriſto odio habiti ſũt a pa
rentibus ſuis:& elegerũt eos:& omnẽ ſubſtã
tiam ſpernere:vt vitã æternã poſſiderẽt:cre-
dẽtes:quia oĩs qui reliquerit fratres ſecundũ
carnẽ:& ſorores corporis:& parẽtes carnales
aut filios carnis:& in terra maledicta agros:
et domos in ea:& reliquerit propter aliud ni
hil niſi propter nomẽ Chriſti:multiplicia re-
cipiet.Et ſi oportet ſic nominare:inęſtimabili
ter multiplicia ſpiritalia magis q̃ carnalia.Et
adhuc ſupra ꝙ multiplicia recipit : nõ ĩ vita
hac temporali:ſed in illa vita æterna factus
recipiet ea.Et multiplices quidẽ fratres:& ſo
rores exponere facile eſt.Nam & in hoc ſæcu
lo pro fratribus carnalibus:quos propter infi
delitatẽ reliquit: multos inuenit fratres ſecũ
dum fidem.Sic & parentes oẽs irreprehẽſibi-
les epiſcopos:& preſbyteros ſine crimine con
ſtitutos inuenit quis patres: pro eo ꝙ reliq̄t
infideles parentes.Similiter & filios oẽs ętatẽ
habentes.Quomodo aũt intelligatur multi-
plices agros:vel domos quę reliquerit ĩueni-
re:nõ ſimiliter tradere poſſumꝰ.Sunt ergo ſi
cut ęſtimo:& angelis patres:& ſorores oẽs: G
qui exhibuerũt ſe Chriſto caſtas virgines: tã
iſtę quæ adhuc ĩ terris habent:q̃ illę quæ iam
viuunt in cælis.Parẽtes aũt quales dicti ſunt
Abrahæ.Tu ibis ad patres tuos ĩ pace: nutri
tus in ſenecta bona.Si aũt facti fuerint aliquã
do ſecũdũ illos patres iſti aliorũ patres:mul-
tipliciter recipiũt etiam natos.Agros aũt:&
domos multiplices intellige mihi ĩ requie pa
radiſi:& ciuitate dei:de qua dicta ſunt glorio
ſa:in cuius gradibus dignoſcit deus cũ ſuſci-
piet eam:vt dicatur ad eos qui illic poſſident
domos.Sicut audiuimus:ita & vidimus in ci
uitate dñi virtutum:ĩ ciuitate dei noſtri.De
qua dicitur.Diſtribuite gradꝰ eius.Suꝑ hæc
autem omnia vitam æternã poſſidebit.Mul-
ti erunt primi nouiſſimi:& nouiſſimi primi.
Et hoc habet aliqua:& ſecundũ ſimplicẽ ſen-
ſum exhortari potẽtia eos qui nuper accedũt H
ad verbum diuinum:vt feſtinent per ea quæ
conſtituta ſunt hominibus ad profectũ aſcen
dere præ multis qui videntur ſenuiſſe in fide
ad verbum & vitam:quæ eſt ſuper illos:cũ ne
qꝫ tempus:neqꝫ parentes infideles impediant
eos qui nuper accedunt.Poteſt etiam huiuſ-
modi ſenſus:& deſtruere:& extollere:qui glo
riantur eo ꝙ a chriſtianis parẽtibꝰ ſunt enu-

triti in ipſa chriſtianitate.maxime ſi fuerint
ex patribus ſacerdotali ſede dignificatis:id ē
epiſcopatus: aut preſbyteratus:aut diacona
tus in populo dei.Audiẽtes enim quia multi
erunt primi nouiſſimi:& nouiſſimi primi: re
cordabunt̃ vt nõ glorientur in eo ꝙ vidẽtur
priores:neqꝫ humilient̃:& puſillanimes fiant
quaſi minus aliquid prioribus poſſidentes:ꝓ
eo ꝙ chriſtianitatis dogmata nouiſſimi rece
perunt.Habet etiã alterum intellectũ:vt ſint
A quidẽ primi Iſraelitę qui facti ſunt nouiſſimi
propter infidelitatẽ ſuã:& ꝑditionẽ in Chri
ſto:gẽtes aũt nouiſſimi facti ſunt primi:ſi ta
men ꝑmanſerint in fide:nõ alta ſapientes:ſed
humilibus conſentiẽtes:et ſi cõmunicãtes ra
dici patriarcharũ:& pinguedini verbi patrũ
in qua plantati fuerĩt ſecundũ propoſitũ ſpi
ritualis legis:& ſecundũ voluntatẽ ꝓphetaꝝ
ſi tamen & ipſi intelligant̃ ſpiritualiter:ſicut
lex:illis videlicet a bona oliua propter infide
litatẽ precĩſis.Chriſto em̃ in iudicio veniẽte
in iſtum mundũ:vt gentes quę nõ videbãt vi
derent:Iſraelitę aũt vidẽtes vt propter infide
litatem fierent cęci:nos proſeliti aſcendentes
per fidem/facti ſum⁹ ſurſum & primi: Iſraeli
tę aũt qui fuerunt priores:ſunt facti nouiſſi
mi per infidelitatẽ cadẽtes.Sic intelligitur &
quod ait:ſi quis vult primus eſſe:erit nouiſſi
mus.Tanq̃ ſi dicat.Quoniã nunc primatum
accipient:qui ex gentibus credunt in me:qui
æſtimant̃ nouiſſimi eſſe apud Iſraelitas: no
uiſſimi aũt iudicabunt̃ a deo oẽs Iſraelitæ:&
ſi videntur propter tempora primi.Si quis er
go vult fieri vere primus:fiat in iſtis qui nũc
nouiſſimi æſtimant̃ ab Iſraelitis.Quicũqꝫ aũt
voluerit eſſe in illis qui primi eſſe videntur:
primatu ad gentes tranſlato computabit̃ in
ter nouiſſimos.Vide autẽ caute quid loquat̃
ſermo.Multi ĩquit erũt primi nouiſſimi. Nõ
B omnes primi erunt nouiſſimi:nec oẽs nouiſſi
mi erunt primi.Sunt em̃ qui primi fuerũt:&
nihilominus ꝑmanẽt primi: ſicut apl'i Chri
ſti qui Iſraelitę fuerũt de ſemine Abrahę:qui
etiã nunc primi habent̃.Et ſunt nouiſſimi ni
hilomin⁹permanẽtes:qui male ſe tractant de
populo Chriſtiano:&videntur de eccleſia eſ
ſe cum non ſint. Adhuc aũt vide ſi potes di
cere primũ genus eſſe angelorũ:quaſi honora
bilius:qui nouiſſimi prę angelis eſſe videtur.
Nam ſicut ſcriptũ eſt in Iob:quando factę ſũt
ſtellę laudauerũt deũ omnes angeli eius:qua
ſi antiquiores nõ ſolum homine poſt creato:
ſed & omni creatura propter eum creata. Et
ſic audebit aliquis dicere: ꝙ multi angelorũ
qui priores fuerunt hominibus:efficiũtur in
feriores quibuſdã hominibus. Multi autem
hominũ qui natura nouiſſimi ſunt:efficiunt̃
per vitã angelicã:& verbũ dei quibuſdam an
gelis ſuperiores:qui primi quidẽ fuerunt cõ
ſtituti:facti ſunt aũt nouiſſimi ꝓpter aliquas
culpas.Accipe aũt ad hęc ſcripturã apoſtoli
dicentis.An neſcitis quoniã angelos iudica
bimus?Nũquid ſęcularia?Sed & Iudas dicit.
Quoniã angelos dei qui nõ cuſtodierũt prin
cipatũ ſuum:ſed reliquerunt ſuam habitatio
nem:deus in iudicio magnę diei vinculis gra
uibus ſub caligine conſeruabit. Vide ergo ni
ſi iſti quidẽ q̃diu cuſtodierũt principatũ ſuũ
et nõ reliquerũt propriã habitationẽ: multo
fuerunt hoĩbus meliores:& erãt hominũ pri
mi:quorum anima humiliata erat ĩ puluerẽ
qui facti fuerãt in corpore humilitatis:vt vix
dicerẽt aliquando.Miſer ego homo: quis mę
liberabit de corpore mortis huius?Homines
autem qui angelorũ cõparatione nouiſſimi
erant:angelorũ primi efficiuntur:eorum qui
non conſeruauerũt principatum ſuũ:ſed reli
querunt propriã habitationẽ:accipiẽtes prin
cipatum ſecundũ ꝙ ſcriptũ eſt:eſto poteſtatẽ
habẽs ſuper decem ciuitates:aut ſuper quin
qꝫ ciuitates.Facti ergo in habitatione quidã
angelorũ derelinquũt eam.Efficiuntur autẽ
homĩes primi:ſi quãdo prædicato ſibi regno
cælorũ fecerint:quę poſſunt eos ſubleuare ad
illam habitationẽ quã angeli reliquerunt.Et C
multi ex nouiſſimis:& natiuitatẽ habẽtibus
ſuper terrã aſcẽdentes:vt fiducialiter dicere
poſſint:noſtra aũt cõuerſatio in cælis eſt: effi
ciuntur primi.Et ipſe quoqꝫ ſicut fulgur cor
ruit de cælo.Primus fuit quãdo ĩcedebat im
maculatus in oĩbus viis ſuis:donec iniquitas
inueniretur in eo:& factus eſt nouiſſimus in
infernũ deſcendẽs:vt ammirent̃ videntes eũ:
et dicant̃.Et tu cõſumptus es:ſicut & nos.In
nobis aũt æſtimatus es: & deſcendit ad infe
ros honor tuus:& multa gloria tua.Sic cum
nouiſſimus eſſet omnis qui inſipiẽs:& incre
dulus erat:ſeruiẽs voluptatibus variis: & de
ſyderiis in malitia:& ĩuidia:odibilis:& odiẽs:
ſed factus eſt primus quãdo benignitas appa
ruit dñi ſaluatoris per lauacrũ regeneratiõis
et renouationis ſpiritus: & ſuſcepit eum qui
dixit:Qui me ſuſcipit: ſuſcipit eum qui me
miſit.Sed ſecundum hęc quidem primos eſſe
tradidimus eos qui ſaluant̃:nouiſſimos autẽ
qui nõ ſunt digni tali ordine ſaluatorum:ſed
pœna:et vt relinquant̃:ſiue donec intrauerit
gentium plenitudo:ſiue donec compleantur
quę peccatis propriis meruerũt.Parabola au D
tem quæ ſubſequitur iſtos ſermones ſignifi

cat eſſe ſaluandos etiā nouiſſimos: qui primi
quidem ſunt operati: nouiſſimi autē accepe-
rūt mercedē. Et ideo cū primi fuiſſent: nouiſ-
ſimi ſunt ęſtimati. Meliores aūt eis dicit: qui
nouiſſimi quidē ad opera ſunt vocati: recepe
rūt autē mercedē: nō ſolū primi: ſed etiā ęqua
lem eis qui aduerſus patremfamilias murmu
rauerunt: & dixerūt. Iſti nouiſſimi vnam ho-
ram fecerunt: & ęquales feciſti eos nobis: qui
portauimus pondus diei & æſtum! Et primi
vocantur qui ad opera nouiſſimi ſūt vocati:
ex eo ꝙ primi acceperunt mercedem.

Secundum Matthęum. Cap. XX.

IN illo tēpore. Dixit domi-
nus Ieſus diſcipulis ſuis. Si
mile eſt regnum cælorum
homini patrifamilias: qui
exiit primo mane conduce
re operarios ī vineā ſuam.

Homilia Origenis preſbyteri de ea-
dem lectiōe. Et eſt numero Decima.

E Idet̃ qdem omnis para-
bola hęc pp hoc eē ſuſce
pta: vt diſcam⁹ quō no-
uiſſimi veniētes ad opa
q̄ſi primi vocati primi
acceperunt mercedem:
& quō q vocati fuerant
primi: i nouiſſimo loco
a p̄ref amilias ſūt ſtatuti: ꝓpterea ꝙ & nouiſſi
mi accepunt mercedē. Scire autē debem⁹ q̄m
ſi parabola Ieſu ī quo theſauri ſapiētię: & ſciē
tię abſcōditi ſūt diſcuſſa fuerit: tāta dogma-
ta ſapiētię in myſterio abſcōdita iueniut his
q poſſūt talia iuenire: vt maxime de iſta para
bola dicat ſaluator. Aperiā ī pabolis os meū:
loquar ꝓpoſitiōes ab iitio: & eructabo abſcō
dita a cōſtitutiōe mūdi. Neceſſe eſt em̄ vt vi
deat q vult intelligere quę ſit dies: quę referť
in ea: & quę horę illius: & ꝙ non euētu pater
familias quinq; ordinib⁹ operariorū tradidit
opera vineę. Deinde quęrēda eſt cauſa ei qui
quęrere poteſt, quare quidē operarii mane cō
ducti ſunt: & poſt hoc nō circa horā ſecundā
ſed circa tertiā horā alii ſunt cōducti: & poſt
eorū cōductionē: quare nō circa horā quartā
vel quintā: ſed circa horam ſextā: ita nō circa
ſeptimā vel octauā: ſed circa nonā: & nouiſſi-
me: nō circa decimā: ſed vndecimā. Debet em̄
eſſe quędā ratio digna Ieſu: quare inter matu
tinā: & tertiā tempus modicū eſt aſſumptū:
et nō ſecundum tpa quę poſita ſunt inter ter
tiam & ſextā: vel inter ſextā & nonā. Poſt hoc
autem quare vna ſit hora inter nonā & vnde-
cimam: quemadmodū ſupius īter matutinā
et tertiā. Nō autē negligēter eſt attendendū F
qua ratione paterfamilias cū mercenariis q
dem quos mane cōduxerat pactū fecit ſpecia
liter in die denariū: cōductis aūt circa tertiā
horā nō conſtituit nominatim certam merce
dem: ſed ita: quodcūq; iuſtū fuerit dabo vobis
Similiter & circa ſextā horā: & nonam fecit
vocatis. Et quia his qui circa vndecimā erāt
vocati: excuſantibus ſe ꝓpter otium totius
diei: ſic dixit. Ite & vos in vineā: ſed & quoniā
quaſi extra vineā cōſtitutus paterfamilias: &
inueniens operarios ibi: primos quidē miſit ī
vineā: ſecūdis aūt dixit: Ite & vos in vineam.
ſimiliter eūdem ſermonem: & q circa vndeci
mam fuerant vocati; ite & vos in vineā. Intel
ligat aūt qui poteſt: quid ſit forū qđ in gręco
nundina ponitur: in quo otioſos ſtantes inue
nit Ieſus. Secūdo ſimiliter eſt requirendū: qui
ſunt qui inuenti ſunt ſtantes circa vndecimā G
quibus dicit quid ſtatis hic tota die otioſi! A
ſpiciat aūt quis: quę ſit excuſatio eorū qui to
to die ſteterant otioſi: & quis eſſet dolor ſtan
di eorū: qui toto die ſtare otioſi ſuſtinuerunt
vt cū fiducia reſpōderēt: quoniā parati qui-
dem fuerunt ad opus: nemo ante eos cōduxit
quaſi plurimi eſſent qui conducerenť: nō aūt
et qui cōducerēt. Necnon diligenter oportet
attendere: & ꝙ ſero facto dixit dn̄s vineę pro-
curatori ſuo. Voca opa rios: & redde eis mer-
cedem: incipiēs a nouiſſimis vſq; ad primos
Quęres aūt qd mouit dn̄m vineæ vt iuberet
procuratorē vineę vocare oparios: & reddere
eis mercedē incipiētē a nouiſſimis: & aſcendē
tē vſq; ad proximos: vt primi quidē accipiāt:
qui circa vndecimā erant cōducti: ſecūdi aūt
qui circa nonā: tertii qui circa ſextā: quarti q
circa tertiam: nouiſſimi vero qui mane. Hoc
em̄ manifeſtiſſime declarať ex eo qđ dicit: red
de mercedē incipiēs a nouiſſimis vſq; ad pri-
mos. Quis aūt & extra dominū vineæ ſit dn̄i
ꝓcurator dans mercedē iuxta dn̄i iuſſionem.
Sed et ſi q vocati fuerāt circa nonā nō porta-
uerunt pondus diei & ęſtū: manifeſtū eſt q̄m
nō illi murmurauerūt aduerſ⁹ patrēfamilias
dicētes: q̄m hi nouiſſimi vnā horā fecerūt: &
ęquales eos feciſti nobis: q portauimus pond⁹
diei & æſtum. Neq; illi qui ſexta hora vocati
ſunt pōdus portauerūt diei: niſi forte diei di-
midiū. Et qui tertia ſunt vocati: nō totius di
ei pondus ſuſtinuerūt: ſed ſi oportet caute di
cere dimidiū diei: & quartā partē diei. Soli au
tē q ex mane conducti ſunt: pondus diei ſuſti
nuerūt: & æſtum totū. Cæteri autē ſcđm mē

ſuram temporis qđ fecerūt in vineā: portaue
A runt. Quoniā aūt diuerſę parabolę ſunt vine
am nominātes: quęrendū eſt vtrū ſecundū di
uerſas res & vinea intelligit: aut ſecundū ip
ſam rem. Ego arbitror oportere diſcutere: &
quare nō ad oēs qui primi venerūt: & æſtima
uerunt: qm̄ plus eſſent accepturi: & murmu
rauerūt aduerſus patrēfamilias: ſed vni eoꝶ
dixit. Amice nō tibi facio iiuriā. Denariū cō
ueni tecū. Et volo huic nouiſſimo dare quēad
modū & tibi. Quoniā aūt hęc & talia ſuſcipit
parabola pſens: poteſt quidē reqrere qs in ea
digna aūt dicere eſt nulli⁹: niſi eius qui dixit.
Nos aūt ſenſum chriſti habem⁹. Age nos qui
multū deſumus a pfunditate parabolæ: qdā
B modica: quę ſuſpicamur ī ea dicamus. Et pri
mū quidē videamus de die parabolę: q̄ ſit di
es. Et vide ſi poſſum⁹ totū hoc ſęculū pręſens
dicere vnū diē: magnū quidē quantū ad nos:
modicū aūt & exigui tēporis: quantū ad dei
patris: & Chriſti: & ſcī ſpūs vitā. Et qd dico
quātū ad vitā patris: & filii: & ſpūſſancti? For
ſitan & quantū ad vitā quarundā beatarū vir
tutū: & ſublimiū cōparatione generis mlto
rum. Nā quantū eſt vna hęc dies: quātum ad
vitā oīm diu viuentiū: tantū eſt omne ſęculū
hoc quātū ad vitā ſupernarū virtutū. Et ſi tā
tum eſt: quantū ad vitā ſupernarū virtutū: iā
vide q̄ nullius momēti eſt omne hoc ſęculum
quantū ad vitā dei patris: & filii: & ſpūſſācti.
Vtrū aūt aliquod tale myſteriū demōſtret in
Deuteronomii cantico in quo dicit: Memēto
te dies ſęculi: aut nō: quęrat qui pōt: et ſi tales
ſunt dies ſęculi: cōſequens erit traditionē ſi
milē eſſe intelligere q̄ dicit: & annos æternos
in mente habui: & meditat⁹ ſū nocte cū corde
meo: exercebar: & cōtribulabā ſpiritū meum
et dixi: nō in ſęcula proiiciet deus. Et forte vt
audacter dicā in ſęcula quidē nō piiciet deus
multū eſt em̄ & in vno ſęculo piicere deum.
Proiiciet aūt forſitan: & in ſecūdo ſęculo: quā
do quędā peccata non remittunt: nec in hoc:
nec ī futuro ſęculo. Quis ergo idoneus eſt ſex
illos dies: & ſeptimū requietionis ad huiuſ
modi dies referre: & poſt ſabbata & neomeni
as: & in primo menſe feſtiuitates: & in quarta
decima die mēſis paſcha: & ī cęteris azimorū?
Sic aūt ſequēs quis rationē in abyſſum cadet
intellectuū: cęteras feſtiuitates æſtimās ſecū
dum huiuſmodi dies: & totum ſeptimanale
magnum: in quo pauperib⁹: & aduenis: & be
ſtiis terrę donat deus fruct⁹: qui ex prima ter
ræ operatione ſint geniti in tempore: cū iam
nemo operabitur terrā. Abyſſum autē dico
propter altitudinem dogmatū: vt aſcendens
quis videat quinquageſimū annū: & quæ de
eo in lege cōſtituūtur: & adimplent. Sed quę C
rentes vnam propoſitę parabolę diem: & æſti
mantes eam eſſe totum hoc ſæculū præſens:
intrauimus in altitudines: opus habentes ſpi
ritu dei qui omnia ſcrutatur: etiā altitudies
dei. Ego aūt æſtimo quoniā ſicut in exitu cō
ſummationis anni quędā dicta ſint fieri opor
tere: ſic (verbi gratia) & in conſummatione
ſæculorū multorū ſiue annū aliquem complē
tium: ſiue aliud aliquid in abiectione peccati
apparuit Ieſus noſter: vt poſt conſummatio
nem ſęculorum: quaſi anni vnius dierum: ite
rum aliud ſuccedat principiū: & oſtēdat in ſę
culis ſuperueniētib⁹ ſupereminētes diuitias
bonitatis ſuæ in eos quos ipſe nouit oſtēdere
oportere. Et hæc quidē diximus propter diē:
qui in parabola nominat præſenti: quem po
teſt quis confirmare etiā ex Ioānis epiſtola ita
dicētis. Filioli nouiſſima hora eſt: & ſicut au
diſtis quoniā antichriſt⁹ veniet: nunc autem
antichriſti multi facti ſūt. Vnde cognouim⁹
quoniā nouiſſima hora eſt. Nouiſſima enim
hora eſt poſt vndecimā: in qua homo paterfa
milias egreſſus inuenit alios ſtantes: & dixit
eis. Quid hic ſtatis tota die otioſi? Poſt hoc re D
quiramus quomodo non fortuitu paterfami
lias quinq; ordinibus operariorum tradit o
pera vineæ. Primum quidē: quando egreſſus
eſt mane. Secundo: quando egreſſus eſt circa
horam tertiam vidit alios ſtantes otioſos in
foro. Tertia vice & quarta: quādo iterum cir
ca ſextā & nonā egreſſus ſimiliter fecit. Quā
do aūt circa vndecimā inuenit alios ſtantes.
Et vide ſi potes primū quidem ordinē dicere
Adam in principio creationis mūdi: & eos q
fuerunt in tēpore illo: vt operarent vineā cul
turæ dei. Secūdū aūt ordinē Noe: & teſtamē
tum qđ diſpoſitū fuit ad eum: cū eis qui fue
runt in tēpore illo. Tertiū aūt Abrahā & qui
poſt ipſum fuerunt patres: vſq; ad Moyſen.
Quartū Moyſen & eos oēs qui de ęgypto ſūt
egreſſi: & legiſlationē quę facta eſt in deſerto.
Nouiſſimū aūt ordinē: Chriſti aduentū. Ta
men vnus homo paterfamilias quantū ad pa
rabolā iſtā quinquies eſt egreſſus: & ad nego
tia peruenit huiuſmodi: vt incōfuſibiles ope
rarios docētes verbū veritatis mittat in vine
am operaturos opera eius. Si em̄ Chriſtus q
cōdeſcēdit hoībus multotiēs: vocationē ope
rariorū ſemp diſpēſauit: et ſi de mūdo ſenſibi
li: & a ſenſu incipiēte opera facere myſterium
aliqđ habēt qnq; oparioꝶ ordines introducti
q poteſt cognoſcat. Exerceat aūt et ſi non vult
quis ſuſcipe dogmata: & quę dicunt a nobis.

E Dicet eñ aliqs qm̃ tactus eſt in prima vocati
one: ꝓpterea ꝙ mulier dixit ſerpẽti. Dixit de
us. Non mãducabitis ex eo: neq; tangetis eũ.
Odorat⁹ aũt miſericordia: propterea ꝙ dictũ
eſt de Noe. Odorat⁹ eſt dñs odorem ſuauita-
tis. Guſtus vero eſt in Abrahę vocatione: pro
pter qđ & paſcens angelos appoſuit eis abſcõ
dito: ſicut eſt in latino: ſubcinericias de ſimila
lagine: & vitulũ tenerũ. Auditus aũt in Moy
ſe: quãdo de cælo audita facta eſt vox dei. Vi
ſus aũt qui ſuper oĩs ſenſus honorabilior eſt
in aduẽtu Chriſti ſignificať: quãdo oculi bea
ti chriſtũ viderunt. Dicamus aũt & hęc: ſiue
exercitationis rationabilis gratia: ſiue vult
quis accipere quaſi dogmata ꝓpter quĩq; vo-
cationes. Arbitror aũt quoniã: & opera vineę
huiuſmodi erãt: vt opus haberẽt operariis ſe
cundũ horas. Oportebat eñ mox mane opera
fieri in vinea: & vidit paterfamilias qui voca-
bat operarios: qui eſſẽt apti ad opera: quę pri
mo mane fieri oportebat. Aliud aũt opus cir
ca tertiam horã erat: qđ fuit in diebus Noe:
quando teſtamentũ diſpoſuit ei. Ita decẽ ge-
nerationes a Noe vſq; ad Abraham: qui fuit
principiũ alterius operis eminẽtioris: & erat
operarius vineę. Tunc incipiens Abraham &
poſt eum Moyſes: & qui fuerũt cũ ipſo in vi-
nea. Dederat autẽ vineę aliqđ nouiſſimũ op⁹
quod opus habebat noua vocatione: quæ de-
erat in vinea breuiter operãte: qđ eſt opus no
F ui teſtamenti. Cognouimus ergo interualla
vocatorũ: circa tertiã / & ſextam / & nonam / &
vndecimã: in qua tantũ fuit interuallũ a no-
na Moyſi hora vſq; ad vndecimã in qua eſt ad
uentus chriſti carnalis: quantũ fuit a prima
Adam vſq; ad tertiã Noe. Conuenit aũt pa-
terfamilias qui primo mane vocati ſũt dena-
rium. Hunc aũt puto nouiſſima eſſe ſalutis:
non ſimul collatis eis quę ſunt ſecundũ glori
am. Salutis eñ arbitror nomẽ eſſe denarium
glorię aũt quę ſunt ſuper denariũ. Sic alicubi
nominata ſunt numiſmata eius: qui datam ſi
bi mnam amplificauit in quinq; mnas: vel in
decem. Quid autẽ dicit his qui circa tertiam
erant vocati? Quod iuſtum fuerit dabo vobis.
Inuitauit qdẽ operarios tertię horę ad totũ.
Quicqd aũt potuerit opari iudiciũ ſibi reſer
uauit ſc'dm opus qđ fuerit factũ: vt iuſtã red-
dat mercedẽ. Quoniã aũt ſiliter fecit etiã eis
qui circa ſextã / & nonam venerũt: manifeſtũ
eſt: quoniã & ipſis dixit: quod fuerit iuſtũ da-
bo vobis. Poterant aũt ęquale opus facere in
vinea eis: qui ex mane ſunt operati: quicũq; in
tempore breui volebant operantẽ virtutẽ ad
opus extendere: quæ ante nõ fuerat operata.

Sed quęret aliqs quare ſic dicit ad eos quaſi G
non ſolum fuiſſent ibi: ſed etiã tota die ſtetiſ
ſent: id eſt per totũ tempus quod fuit ante vn
decimã horam: ſecundũ ꝙ ſcriptũ eſt: qa egre
diens paterfamilias circa vndecimam horam
dixit ad eos. Quid hic ſtatis tota die otioſi?
Ego aũt ſuſpicor de anima etiã in iſtis ſecre-
tam & abſcõditã rationẽ. Quomodo autem
otiabanť tota die: vſq; ad vndecimam horam
volentes quidẽ operari: nõ aũt aſſumebanť in
vineam: qui fideliter ſe excuſabant dicentes:
quia nemo nos cõduxit. Nos aũt auſi fuimus
talia quædã: & de multis ſcripturis ſuſpitio-
nem accipientes: & de præſenti quoq; parabo
la dicere: vt oſtendamus quomodo tota die
otioſi ſteterũt: ꝓpterea ꝙ nullus eos cõduce-
ret: qui circa horam vndecimã ſunt vocati.
Quibus aũt non placent dogmata iſta: inter-
pretẽtur nobis diem illam totã: & eos qui ſta
bant tota die otioſi: volentes quidem operari
nõ aũt vocabantur in vineã: & ꝙ fidutialiter
ſe excuſantes dixerũt: nemo nos conduxit. Si
enim conſeminata eſſet aĩa corpori: quomo-
do tota die ſteterũt otioſi? Aut dicant nobis:
quę ſit illa dies tota: & in ea diuerſæ ſecundũ
diuerſas horas operariorũ vocationes. Vtrũ
autẽ beati quidẽ qui ſecundũ parabolã iſtam
a patrefamilias ſunt cõducti? Erãt aũt & alii
operatores qui conducebanť: ſiue ab aliis pa-
tribuſfamilias: ſiue ab ipſo: & ſiue non beati:
aut nõ ſic beati: ſupra nos eſt hoc intelligere
digne: aut ſecundũ ꝙ intelligimus credere:
Ego quęro & quę extra vineã ſunt: vbi & inue H
niũtur operarii ab eo qui exiit cõducere eos.
Et cõſydera ne forte locus animarum eſt añ
corpus: qui eſt extra vineã locus. Vinea autẽ
nõ ſolũ hic in corpore eſt: ſed etiã extra corp⁹
vbi operanť operatores. Nec eñ in otio ſunt
animæ operariorũ a patrefamilias cõductorũ
cũ a corpore ſunt liberatę. Et Samuel ergo ex
tra corpus operabať prophetãs: & Hieremias
orans pro populo. Propterea ꝙ cõtẽdimus: &
operamur vineã: ſiue cõſtituti in corpore: ſi-
ue exeũtes a corpore: accepturi quod fuerit
iuſtũ. Et nemo eſt quantũ ad parabolã iſtã: q
nõ eſt operatus opera vineæ: q tñ trãſmiſſus
fuit in eã. Neminẽ eñ quaſi qui minus fecerit
opera: paterfamilias rephẽdit: q̃q̃ de mercede
maiore vel minore ſperata culpauit. Et forſi-
tan locus qui extra vineã eſt forũ eſt: vbi erãt
ſtantes otioſi: magnã excuſationẽ habẽtes ad
hoc vt digni efficianť totius diei mercede: ſe
cũdũ ꝙ excuſauerũt ſeipſos dicẽtes: nemo nos
cõduxit. Propter qđ & pr̃familias libẽter con
duxit eos: & vt ita dicã: reddidit eis mercedẽ

pro eo φ magnanimiter tota die ſteterunt:
et expectauerũt vſq; ad veſperã conductorẽ.
A Poſt veſpere facto:id eſt ſęculi cõſummatiõe
et diei illius:quę in parabola iſta refertur:di=
cit dñs vineę procuratori ſuo:ſiue alicui an=
gelo:qui ſuper mercedes tribuẽdas poſitꝰ eſt:
ſiue alicui ex multis ꝓcuratoribꝰ procurato=
ri:ſecundũ φ ſcriptum eſt:ſub curatoribꝰ: &
auctoribus eſſe hæredẽ in tẽpore quo paruu=
lus eſt.Secũdũ præceptũ ergo patriſfamilias
vocantur operatores a ꝓcuratore:vt merces
nouiſſimis detur in primis.Primi em̃ oparii
teſtimoniũ habẽtes per fidem:nõ acceperunt
dei promiſſionẽ:pro nobis melius aliquid ꝓ=
ſpiciente patrefamilias:qui vocati ſumus vn
decima hora:vt nõ ſine nobis perficiãtur. Et
miſericordiã conſecuti ſumus:pro eo φ tota
die ſtetimus:& voluimus cõductorẽ nobis ve
nire.Otiati aũt fuimus:& cũ excuſatione ad
opus aſſumpti:& miſericordiã conſecuti:pri
mi mercedẽ ſperamꝰ accipere:qui noti ſumꝰ
Chriſti.Poſt nos aũt dabit mercedẽ eis qui an
te nos operati ſunt.Et ſic etiã eis qui fuerũt
ante illos.Et ſic vſq; ad primos.Videns autẽ
B quis locum illũ vbi cõmemorabat̃ Samuel:&
qui cõſequẽter conſyderauerit de eis:qui añ
vndecimã horã ſunt cõducti:videbit quomõ
portauerũt primi pondus diei:& æſtum:nos
autem qui vndecima ſumus vocati:ſicut illi
quidem nõ portauimus pondus diei:& æſtũ:
portauimus autẽ põdus eo φ ſtetimus otioſi
anteq̃ paterfamilias veniret ad nos:qui dixit
nobis.Venite ad me oẽs qui laboratis: & one
rati eſtis.Onus erat enim otioſitas ipſa: & φ
nõ iudicabant̃ interim ad opera vineę digni.
Aeſtum aũt portauerunt:qui ante vndecimã
erant vocati:vnuſquiſq; ſecundũ æſtimatio=
nem vocationis:nõ aũt ſcientes patriſfamili=
as dignitatẽ primi : & quoniã nõ debebãt ad
uerſus eũ murmurare:amplius aliquid ſalu=
tis q̃ nouiſſimi accipiũt: accipere putauerũt:
et murmurauerũt contra patremfamilias:in
uidẽtes nobis nouiſſimis qui vnam horã vſq;
ad cõſummationẽ fecimus: & ſimiles facti ſu
mus eis qui a principio diei ad diuinã vineã
ſunt vocati.Sed paterfamilias vni eorũ dixit
(forſitan Adę)Amice nõ facio tibi iniuriam
Nõne denario conueni tecum? Accipe quod
C tuum eſt.Tuũ eſt em̃ ſalus:quod eſt denariũ:
et vade.Volo aũt & iſti nouiſſimo dare ſicut
et tibi.Et nõ dixit iſtis nouiſſimis:ſed oſtẽdit
aliquẽ ſecundũ exitũ.Vnum:quẽ temeritatis
quidẽ eſt dicere:nõ tamẽ icredibiliter poteſt
quis arbitrari apoſtolũ Paulum qui vna hora
eſt operatus:& forſitan ſuper oẽs qui ante fue
runt:ſicut ipſe teſtat̃:dicens.Sed plus oĩbus
laboraui.Si aũt oportet & de vinea dicere ali
quid:accipiendo occaſionẽ ab eo ipſo qui iter
pretatus eſt in alia parabola de vinea:quoniã
vinea eſt regnũ dei.Sic em̃ ipſe dixit.Auferet
a vobis regnũ dei:& dabitur gẽti faciẽti fru=
ctum eius.Omnes ergo qui operarent̃ opa vi
neæ:opera regni dei:& ſalute digna ꝑficiẽtes
denariũ conſequentur.Poſtq̃ aũt dictauimus D
hæc in parabola hac præſenti ſubuenit nobis
etiã hæc quę poſſunt eſſe vtilia eis:qui ĩ altio
ri:& ſecretiori expoſitione ꝓficiũt. Dicet em̃
aliquis omnẽ vitã eẽ diem vnũ ſecundum pa
rabolã hanc.Hoc ergo oſtendit̃:quoniam qui
dam a pueritia ante ętatẽ ad operandũ opera
regni dei accedũt:& ipſi ſunt q primo mane
conducunt̃ in vineã:alii aũt in adoleſcẽtia ve
niunt ad dei culturã:& ſunt ipſi qui hora ter
tia inuitant̃:alii vero viri perfecti:& ipſi ſunt
qui in ſexta vocantur:alii aũt iam ſenes addu
cuntur ad dei culturã: & ipſi ſunt q circa no
nam vocantur:alii aũt in ipſo exitu vitę ſenes
ad plenum:& ipſi ſunt qui circa vndecimã vo
cantur.Quoniã ergo affectus nõ tempus re=
ſpicitur:qd̃ quis fecit in fide : ideo nõ aſpicit̃
ex quo quis vocatus eſt:ſed quantũ quis ope
ratus eſt.Et ꝓpterea oĩbus æqualiter tribuit̃
merces ſalutis.Vnde indignantur:q a pueri
tia ſunt fideles:qui laborauerunt:& ſubiuga
uerunt iuuentutẽ ſuã:& portauerunt totius
æſtatis feruidæ æſtum:& tentationum acci=
dentium pondus:ſi æq̃lem ſalutem habituri
ſũt otioſis a pueritia vſq; ad ſenectutẽ: q otiã
tes in infidelitate ante modicũ tempus ad fi=
dem:& opera fidei venerũt.Vineam aũt ſecũ E
dum hanc expoſitionẽ intelligimus regnum
dei:qd̃ in eccleſia ꝑdicatur.Forũ aũt eſt:quic
qd eſt extra vineam foris:id eſt extra eccleſiã
chriſti:extra verbũ veritatis.Vnde ſermo do
minicus accepit eos:q vocantur a Chriſto:&
mittit ĩ vineã:id eſt in eccleſiã.Nõ aũt nume
rabunt̃: ſed ſecundũ expoſitionẽ iſtam inter
operarios vineæ:quotquot vocati ſunt qdẽ
primũ ad dei culturam:nõ aũt cõſeruantes q̃
fidei erãt: victi egreſſi ſunt de vinea:id eſt de
eccleſia dei:vel de fide veritatis: vel de iuſti=
tia regni cæleſtis:peccantes:& poſt adimple=
tionẽ voluptatũ ſuarũ in peccatis ſuis volue
runt q̃ſi pœnitentes iterũ ab initio vineã opa
ri.Nec em̃ poſſũt dicere patrifamilias nemo
nos cõduxit.Cõducti em̃ fuerũt ſcdꝫ tps pri
mũ:quo ſũt vocati ad fidẽ.Sed neq; dicet̃ eis
qd hic ſtatis tota die otioſi:maxĩe ſi incipien
tes ſpiritu poſtmodũ carne ꝑficient̃:& ſi poſt
ea regredi volũt:vt iterũ ſpiritu viuãt.Et nõ

diximus hæc diſſuadẽtes ſurgere eos qui ce-
ciderunt: aut impedientes ne cõuertanť auer
ſi: vt ne ad domũ patriã reuertanť laſciui filii
qui viuendo luxurioſe euangelicæ doctrinæ
ſubſtantiã conſumpſerunt. Habeant em̃ pro
pter pœnitentiã quoniã victi ſunt a vitiis ꝑ
uerſis meliorẽ eis: qui in peccatis comprehẽſi
fuerint: conſolationẽ ſalutis: non tamẽ debe-
mus æſtimare: quoniã ſimiles ſunt eis qui ꝓ-
pterea peccauerũt in iuuentute ſua: quoniã
nondũ didiciſſent quæ fidei erant. Vult ergo
paterfamilias nouiſſimis dare quemadmodũ
et primis denariũ ſalutis: quoniã licet ei face
re quod vult in propriis ſuis: & arguere eum
qui malum oculũ habet: propterea ꝙ paterfa
milias bonus eſt. Erunt ergo multi ex nouiſſi
mis vocatis primi: & quidã primorũ nouiſſi
mi. Nam & multi vocati ſunt: pauci autẽ in-
ueniuntur electi.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Aſcendens Ieſus in Hieroſolymã: accepit duodecim diſcipulos ſuos ſeorſũ in via: & dixit eis Ecce aſcẽdimus ĩ Hieroſolymam: & filiꝰ hoĩs tradeť principibus ſacerdotum.

Homilia Origenis preſbyteri de eadem lectione. Et eſt Homilia. XI.

PAulus q hortať nos fieri ſuos imitatores: ſicut ipſe imi
F tatus eſt Chriſtum. Sciens Chriſtũ ꝑ hęc ad manifeſta
pericula prõptiſſime aſcendiſſe: ſcientẽ quoniã traden
dus fuerat principibꝰ ſacer
dotum & ſcribis: & cõdẽnandus fuerat mor-
te: & gentibus erat tradendus ad deludendũ
et flagellandũ: & crucifigendũ ſimile aliquid
fecit. Cũ em̃ Agabus accepiſſet zonam eius:
et alligaſſet ſibi manus: & pedes dicens: hæc
dicit ſpirituſſanctus: virũ cuius zona hęc eſt:
ſic eum alligabunt Iudæi in Hieruſalẽ: & tra
dent in manus gentiũ: audiens iſta Paulus:
imitatus ſuũ magiſtrũ in Hieruſalẽ prõptiſ-
ſime aſcendebat. Et cũ aliquid humanũ paſ-
ſus fuiſſet ab his: qui ꝓpter dilectionẽ eiꝰ cœ-
perant flere: & ꝓhibere ne aſcẽderet in Hiero
ſolymã: dixit. Quid facitis flẽtes: & cõfringẽ-
tes cor meũ? Ego em̃ nõ ſolum alligari: ſed &
mori paratus ſum ꝓ noĩe dñi nr̃i Ieſu chriſti.

Hæc ergo cõſyderãtes: & cognoſcentes ſcire
debemus: quoniam frequenter tentationes a
liquas ſubituri ſumus: dolori noſipſos ſecun
dum ꝙ iuſtum eſt ad obuiandas tentationes
offerre debemus: accipientes exemplũ huiuſ
modi: primũ quidẽ a ſaluatore: deĩde autẽ ab
apoſtolo Paulo. Et ne arbitreris hæc cõtraria
eſſe eis: quę ſupius diximus: & frequẽter: quo
niam ſi quis vos perſecutus fuerit in ciuitate
iſta: fugite in alterã: et ꝙ audiens dominꝰ: ꝙ
Ioãnes traditus erat in carcerẽ: ſeceſſit inde.
Sed ſciendũ quoniã nec ſemꝑ cõuenit decliã-
re pericula: nec ſemper obuiare periculis. Ta
men ſapientis eſt alicuius in Chriſto: vt co-
gnoſcat quale quidem tempꝰ exigit declina-
tionẽ: quale aũt obuiationẽ pericłorũ. Et hęc
quidẽ diximus ſecundũ voluntatẽ ſcripturæ
præſentis: hortantes hoĩes aliquãdo ſpernere
pericła mortis. Poſt hoc obſeruãdum eſt: quo
niam aſcendẽs in Hieroſolymã: duodecim ac G
cepit ſeorſum. In duodecim autẽ adhuc erat
et Iudas. Ergo & Iudam accepit ſeorſum. Ad
huc em̃ forſitan dignus erat cum cæteris ſe-
orſum accipi: & audire q̃ paſſurus erat magi
ſter. Et nõ reprobo: quoniã adhuc neſciebat
Iudas quid eſſet facturus: ſed nec aliqs noſtro
rum. Nã & oĩbꝰ nobis eſt dictũ: Noli gloriari
in craſtinũ. Nec em̃ ſcis qd pariet ſupuẽtura
dies. Necdũ em̃ arbitror immiſerat in cor Iu
dę Sathanas: vt traderet Ieſum. Et videat q
poteſt qm̃ ab initio euãgelii vſqꝫ nũc Matthæ
us nuſq̃ accuſauit Iudã: niſi in catalogo duo
decim apoſtolorũ dixit: & Iudas Simon Scha
riothes: qui & tradidit eũ. Multa aũt de hoc:
quoniã & Iudã ſimilẽ fecit cęteris: tractauimꝰ
vbi diximus. Hos duodecim miſit Ieſus ꝓcipi
ens eis: & dicens: q̃ dicta ſunt ibi. Cõferamus
itaqꝫ hęc eis: q̃ ſupra ſũt dicta ſimilia: qm̃ illic
his ipſis verbis: dño ꝓphetãte q̃ erat paſſurꝰ:
accepit eũ Petrus: & cœpit increpare dicens.
Propitiꝰ eſto tibi dñe: & hoc tibi nõ erit. Hic
autẽ nõ referunť diſcipuli dixiſſe: aut feciſſe:
cũ audiſſent triſtia hęc chriſto futura. Et pu
to qm̃ ideo nũc tacuerũt: quoniã ſupius quã
do petrus accepit Ieſum & increpãs dixit quę
dixit: cõuerſus Ieſus dixit Petro. Vade poſt
me ſathana: ſcãdalũ mihi es: quoniã nõ ſapis
quæ dei ſunt: ſed quæ hominũ. Conſequẽs er
go erat: vt recordãtes quæ dominus dixit ad
Petrum obſeruarent diſcipuli: ne audiant ta
lia: vel peiora a ſuo magiſtro. Non eſt autem
abſurdum reuocare in memoriam ea quæ ſi-
militer iſtis ſunt dicta ſupius. Tunc pręcepit
diſcipulis ſuis vt nemini dicerent: quia ipſe
erat Chriſtus. Exinde cœpit oſtendere Ieſus H

diſcipulis ſuis: qm̄ oportet eū in Hieroſolymā ire: & mlta pati a ſeniorībꝰ: & principibꝰ ſacerdotum: & ſcribis pplī: & occidi: & tertia die reſurgere. Et in illis dicit̄ quoniam accipiēs eū Petrꝰ: & cętera. Adhuc aūt illic dictū eſt occidēdum Saluatorē: hic autē & ſpecies ipa occiſionis eſt ſcripta: id eſt ad crucifigendum. Quid eſt ergo qđ dixit oportet? Q̄diu qdē Ieſus nō tradebat̄ in hieroſolymis principibus ſacerdotū: & ſcribis: nec condēnabat̄ morte: nec deludebatur: nec flagellabatur: nec crucifigebatur: ſtabat Hieruſalē: & qđ vocabatur ſanctuariū: non deponebatur. Poſtq̄ aūt hæc in Ieſum auſi ſunt: tūc q tradiderūt eum derelicti ſunt: & ſacerdotes q condánauerūt eū morte: & ſcribæ q excæcati mēte: & alienati ſenſu nō viderūt volūtatē ſcripturarū ſanctarū: traditi ſunt morti inimicę Chriſti: & qui deluſerunt Ieſum in deluſione ſunt facti: Hieruſalē exercitu circūdante quādo & venit deſolatio eius: & q flagellauerūt Ieſum flagellati ſunt: & flagellant̄ donec intret gentium plenitudo: qm̄ q lapidē mittit in altum ſuper caput ſuū mittit. Et hæc oīa facta ſunt: vt ab illis qdē recedat ſpeculatio dei: trāſeat aūt ad gētes: ſaluatis videlicet cū gentibꝰ & reliquiis Iudęorum ſcđm electionē: quoniam niſi dn̄s Sabaoth reliquiſſet illis ſemen: ſicut Sodoma facti fuiſſent. Ego aūt arbitror
A quoniā ſicut exēplū & vmbra culturæ: qđ antea implebat̄: ꝑpter cœleſtia ſolutū eſt: & veniēte vero principe ſacerdotū figuralis ſacerdos ceſſauit: & veris ſacrificiis ꝓ peccato in vſum veniētibꝰ: figuralia ſacrificia ſunt deſtructa ſic qm̄ vera Hierl'm ſuſcepit Ieſum aſcēdentē ſup ſubiugalē corporis ſui: ī quo & gaudebat valde filia Sion: & ꝑ̄dicauit filia Hieruſalem quæ ſurſum eſt: tūc deſtructa eſt Hieruſalem quę fuerat vmbra: & cecidit tēplum quod de lapidibus mortuis erat cōſtructum: propter tēplum qđ de lapidibus viuis fuerat erigendum. Effoſſum eſt autē & altare qđ fuit deorſum: quoniā apparuerat qđ erat cœleſte: cuiꝰ enchenias in deſeruitione vera fecit Ieſus. Si autem ſecūdum quādam ſignificationem homines ciuitas ſunt: & nunc in Hieroſolymis: ſic enim eos voco qui ſpem ſuam habēt in locum illius Hieruſalem quæ aliquādo fuit in terris: & tunc ergo traditur Ieſus eis q profitētur eſſe ſe dei ſeruos Iudæis: & quaſi principes ſacerdotum conſtituti: & q diuinas literas ſcire ſe arbitrantur ſcribæ: condemnant Ieſum morte per ea quæ maledicunt de eo: & non eſt quando non tradunt gentibus Ieſum deludētes eum & doctrinam eius apud ſe: & ſemper linguis ſuis flagellāt eum: & culturā dei quæ per Ieſum introducta eſt. Et ipſi quidem crucifigunt eum: per hoc ꝙ anathematizant & tollere volunt doctrinam ipſius. Ille autem melior illis oībus conſtitutus: paululum deficiens ſurgit: & viuens gentibus quę acceperunt poſſe videre apparet.

Secūdum Matthęum. Cap. XX.

IN illo tēpore: Acceſſit ad B
Ieſum mater filiorum Zebedei cū duobus filiis ſuis: adorans / & petens aliqđ ab eo. Ille autē dixit ei. Quid vis? Dicit ei. Dic vt ſedeāt hi duo filii mei: vnꝰ ad dexteram: & alter ad ſiniſtram in regno tuo.

Homilia Origenis de eadem lectione. Quæ eſt. XII.

DIgnū eſt in pręſenti loco q̄rere ſenſum nō cōtēptibilē ſed vere dignum euāgelio Chriſti. Hoc autē præmiſi quoniā textꝰ ſimplicibꝰ qdē: & altitudines dei & ſcripturarū eius neſciētibus quærere: ſimplicitatem poſtulationis alicuiꝰ oſtēdit: & reſpōſionem ſimplicem Chriſti ad eā. His autem qui vel ex aliqua parte ſcripturarū ꝓpoſitiones diſcutere poſſunt: ꝓfundior & ſpiritalis oſtēditur intellectus. Qui ergo hinc oſtendit̄ ſenſus: breuis & contēptibilis eſt: & nihil habēs magnū. Sicut eñ in regno mūdiali in honore eſſe videntur q ſedēt cum rege ſedēti in veſte regali: & aliqđ regaliū negotiorum agēti: ſic mater filioꝝ Zebedei ſcđm (ſimplicem dico) textum videtur poſtulare a ſaluatore: vt vnꝰ filiorū ſuorū ſedeat ad dexteram eiꝰ: alter ad ſiniſtram in regno ipſiꝰ. Et nihil fuit mirum ſi mulier ex muliebri ſimplicitate: vel imperitia talia debere ſe petere ęſtimauit. Pone autē quoniam & ipſi fratres: ſcđm ꝙ Marcus exponit quaſi homines cōſtituti: & adhuc imperfecti: & nihil altum intelligentes de regno Chriſti: talia arbitrati ſunt de his q ſedebunt cum Ieſu: quid dicemus de Ieſu q oſtendens magnū eſſe ſedere aliquē ad dexteram: vel ad ſiniſtram ſuam: tollit poſtulationem: & dicit: Neſcitis qđ petatis: & nō eſt meum dare vobis: ſed qbus paratū eſt a patre meo? Quæret C
autem q ſapiēs eſt auditor ſcripturę: quid ſit ſedere ad dexterā Ieſu: & ad ſiniſtrā in regno eius. Et cōueniebat qdē cōgregare quæ ſunt

ſcripta de ſeſſionibꝰ dei:vel Chriſti:vt ex tra
ctatu eorū:& ex collatiōe eorū ad inuicē cla-
reſcere poſſet aliqua dogmatis magnitudo.
Sed prolixitatis declinādę gratia ꝓponimus
vnū quod dicit Micheas. Vidi deū Iſrael ſe-
dentē in ſede ſua:& oīs militia cœli ſtabat
in circuitu eius:ad dexteram eius:& ſiniſtrā
Omnis ergo q eſt ſpiritalis & cū iudicio vult
cuncta diſcutere dicet quoniam ſpiritalis eſt
ſeſſio dei:ſuper ſpiritali ſede. Similiter etiam
Chriſti. Nihil enim in oībus ſeſſionibꝰ huius
dei:vel Chriſti de corporali ſeſſiōe ſignificat
ſermo. Ridiculum eē eſt ꝓpter has corpora
les ſeſſiones appellatas ęſtimare ſedes aliquas
corporaliter eſſe ędificatas de materia neſcio
qua: in qbus ſedeat deus vel Chriſtus eius:
vel q ad dexteram eiꝰ ſeſſuri ſunt:vel ad ſini-
ſtram: qbus hoc a patre paratū eſt. Et neſcio
ſi ſit corporale quod dicit̄:militiam cœli ſta-
re ad dei dexteram vel ſiniſtram. Et iterum
æſtimare quoniam q ſaluantur qdem & lau-
dabiles ſunt:a dextris corporalibꝰ ſunt regis
noſtri Ieſu:mali autem & ꝑditi ſimiliter in
ſiniſtris corporalibus. Sed vide ne forte quod
dicit̄ Chriſtum reſtitui in regno ſuo recipiē-
tem ꝓprium principatum:ſic intelligere de-
beamꝰ:vt deſtructo peccato qđ in corporibꝰ
mortalibus hominū eſt: & omni principatu
alienarum virtutum:& poteſtate deſtructa:
hoc ſit ſedere Chriſtū in ſede gloriæ ſuæ. Q
autem deus omnia facit ad dexterā & ad ſi-
niſtram:hoc eſt vt iam nullū malum ſit ante
eum. Intelligat ergo q poteſt eminentiam q-
dem regni in hominibꝰ Chriſtum recepiſſe:
et glorificatū eſſe ad gloriam quā habuit pri
uſq̄ eſſet mūdus:priuſq̄ peccarent q peccaue
rūt:& habebat gloriā apud patrē:eoꝝ autem
q appropiant in primo:vel ſecūdo:vel in ter-
tio loco:qſi homines cōſtituti ſecundum mē-
ſuram ſuā habētes ſedere ad dexterā vel ſini-
ſtrā Chriſti in regno eius:quos reſtituet deꝰ
cooperās eis:& parās eis vt appropiēt eminē
tię Chriſti. Qui qdē pręcellūt pręcęteris ap-
propinquantibꝰ Chriſto:ſunt a dextris chri-
ſti: videlicet q tangunt eum coniuncti ſunt
dextris ipſius verbi. Qui aūt inferiores ſunt:
a ſiniſtris eiꝰ ſunt. Dexterā autē vide ſi potes
D intelligere Chriſti īuiſibilē creaturā. Siniſtrā
autē viſibilē & corporalē. Et Chriſtus qdem
omnibus regnat. Appropinquantium aūt ei:
qdam dexteram ſortiunt̄:& intelligibilia:alii
aūt ſiniſtrā:& ſenſibilia. Et ne forte vera ma-
ter filioꝝ Zebedei:quos appellauit filius toni
trui Chriſtus:magniloquentia ipa indicans
magna de filiis ſuis Iacobo & Ioāne:nā & ve-
re magni erant & ęſtimans eos prima habere
poſſe ſup oēm naturā humanā:quaſi q potue
rūt capere magniloquiū eiꝰ:accedēs deū pre
cabat̄:vt confirmaret vnum qdem a dextris:
alterū a ſiniſtris. Saluator aūt reprehēdens etiā
huiuſmodi magniloquētiā: matrē Iacobi:&
Ioannis quaſi ignorantem q eſſent eminētio-
res:& quoniam huiuſmodi donum ſoliꝰ dei
eſt/q ſuper oīa eſt cōſpirantis/& cooperantis:
et cōfirmātis in huiuſmodi eminētia quos vi
derit aptos:& ideo dixit. Neſcitis qd petatis.
Sedere aūt mecū non eſt meū dare vobis:ſed
qbus paratum eſt a patre meo. Arbitror autē
ꝙ volens oſtēdere matri filiorum Zebedei:&
ipſis quoniam adhuc minus habebāt de per-
fectione:quā hoīes poſſunt habere nō medio-
cres:ideo reſpōdit poſtq̄ dixerat Neſcitis qd
petatis: Poteſtis calicē bibere quē ego bibitu-
rus ſum? aut baptiſmo baptizari quo ego ba- E
ptizor? Deniq̄ cū dixiſſent: Poſſumus: nō ita
reſpondit Chriſtus. Calicem qdē meū bibere
poteſtis:ſed ad futuram eoꝝ ꝑfectionē reſpi-
ciens dicit: Calicē qdē meū bibetis:& baptiſ-
mo baptizabimini. Adhuc autē q̄rere opor-
tet in loco:qd eſt calix: & qd eſt baptiſmum.
Quaſi diſtēt enim ab inuicē:ſic vtrūq̄ eſt no
minatū. Multi eē vtrunq̄ dicūt ad paſſionē
martyrii ꝑtinere:non attēdētes quoniā niſi
duos:& diuerſos intellectus oſtenderēt calix
& baptiſmū:nunq̄ vtrūq̄ nominaretur. Nos
autē & iſtā qdē traditionē non reprobamus:
alteram autē ſtatuimus. Quoniam calix qdē
ipa paſſio intelligitur eſſe dolorū. Quod cō-
firmatur nō ſolum eo exemplo qđ dicit: Pa-
ter ſi poſſibile eſt tranſfert calicem hūc a me:
qui cum doloribus bibitur ab eo qui ſuſcepit
certamen martyrii:donec biberit eum ſuſti-
nens in tentatione martyrii vniuerſa quæ
inferuntur:ſed etiam eo quod in alio loco di
citur. Quid retribuā domino pro oībus quæ
retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam:
& nomen domini inuocabo. Vota mea domi
no reddā in conſpectu omnis populi eiꝰ. Pre-
tioſa in conſpectu domini mors ſanctorū eiꝰ.
Nihil eē dignū reddere poſſumus deo pro
omnibus bonis quæ fecit in nobis:niſi vt ca-
licem ſalutarem prompte accipiamus:& no-
men domini inuocemus:vt poſſimus magna
nimiter bibere eum:in quo bibendo:vota no
ſtra reddimus domino in cōſpectu omnis po
puli eius. Manifeſte autē oſtēdit in his quo-
niam calix martyrium eſt:ex eo quod ſtatim
ꝓpter bibitum calicē addidit:ſic. Pretioſa in
conſpectu domini mors ſanctorum eiꝰ. Intel-
lectu aūt omne martyriū duplex eſt:quorum G

vnum vocatur calix ſalutaris: reliquum aūt baptiſma. Et hoc quidem ꝙ quis perfert dolores: calix eſt quem bibet omnis qui ſuſtinet omnia ſibi illata: nec reiicit: nec euomit aliqd eorum. Qꝫ autem qs in paſſiōe remiſſionem accipit peccatorum: baptiſmum eſt. Si enim baptiſmū indulgētiam peccatorum promittit: ſicut accepimus de baptiſmo aquæ & ſpiritus: remiſſionē aūt accipit peccatorū: & qui martyrii ſuſcipit baptiſmum: ſine dubio ipm martyriū rationabiliter baptiſmū appellat. Quoniā autē remiſſio fit peccatorum omni martyriū ſuſtinēti: manifeſtū eſt ex eo quod ait. Omnis qui confeſſus fuerit in me coram hominibus: & ego confitebor in illo corā patre meo qui eſt in cœlis. Confitetur ergo coram patre ſuo Saluator omnē hominem qui confeſſus fuerit eum coram hominibus: etſi fuit ante cōfeſſionem aliqua habens peccata. Si enim eos qui aliqua habentes peccata confeſſi ſunt: non confitetur & Chriſtus corā patre ſuo: iam nō erit verū qđ dixit. Omnis qui me confeſſus fuerit: & cętera. Alias autem peccatorem neſcio ſi confitetur Chriſtus coram patre ſuo. Confeſſio enim filii gloriantis eſt in conſpectu paterno ſuper eo quem confitetur: quaſi digno Chriſti confeſſione: ad pa-
A trem. Secundū hęc videntur & calicē bibiſſe: & baptiſmo baptizati filii Zebedei: quoniam Herodes quidē interfecit Iacobū fratrē Ioannis gladio: imperator aūt Romanoꝝ ſicut docet traditio condemnauit Ioannē dantē teſtimoniū verbi dei in inſulā Pathmon: ſicut ipſe de ſuo martyrio docet: nō dicens quis eū condemnauit: ſed vbi fuit condemnatus. Dicit aūt in reuelatione ſua hoc modo. Ioannes frater veſter / & ſocius in tribulatiōe: & in regno & in patientia Ieſu: fui in inſula quę vocatur Pathmos propter verbū dei & ꝓpter teſtimoniū Ieſu Chriſti. Et fui in ſpiritu in die dominico: Et audiui poſt me vocē magnā quaſi tubam & cætera. Et ex hoc intelligitur quoniā reuelationē hanc in inſula conſtitutus vidit. Adhuc aūt addimus: iuxta ea quę diximus: ſicut eſt aliqua eſca Chriſti: de qua dicit: Mea eſt eſca: vt faciā voluntatē eius qui me miſit: & perficiam opus ipſius: ſic ſecūdū ęſtimationem eſcę illius: eſt etiam potus. Qđ temeritatis quidem eſt abdirimere: & rebus ipſis oſtēdere. Tamen qui poteſt intelligat: ne forte qđ eſt in actu: eſca ſit: qđ aūt in cōſideratiōe / potus. Manducare eſt enim Chriſti: facere volūtatē eius qui miſit eū: & perficere opus eius. Bibere autem: ſapere ſecūdū volūtatem eius qui miſit eum: & perficere notitiam eius. Secūdum hanc differentiam intelligit̄ et qđ ait. Caro mea vera eſt eſca: & ſanguis meꝰ verus eſt potus. Eſca enim animarum vera: eſt actus. Verus autem potꝰ / eſt agnitio veritatis. Ideo & primum dat panem benedicēs: & frangēs diſcipulis ſuis: quoniā in primo loco eſt actus. Et poſt hoc accipiens calicē: & gratias agens: dixit. Bibite ex hoc omnes. Quoniam cōuenit primum q̄ ſunt actus implere: & opus bonū delectare: & ſic ad ſcientiam rerū venire: & ſecūdum prophetam qui dicit: Seminate vobis ad iuſtitiam: & vindemiate fructum vitæ: vt primū bona opera faciamꝰ. Poſt hoc aūt quod dicit: Illuminate vobis lumen ſciētiæ: quaſi per viam quandam poſtq̄ emendauerit quis mores ſuos / proficiſcatur ad ſcientiam & illuminetur. Et in pſalmo viceſimo ſecundo dictum eſt primū: Pręparaſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulāt me: impinguaſti in oleo caput meū. Et poſt hoc: Poculū tuum inebrians q̄pręclarum eſt. Non autem reprehendat nos q legit hęc verba: quoniā oportuit interpretari quodammodo quę de ſeſſionibus dicta ſunt dei: vel Chriſti. Reſpōdemus enim quoniam placare: tantūmodo de ſcripturis propoſitū fuit de ſeſſionibus: & legentem auertere ab humili illa traditione. Alterius autē temporis eſt: principalem expoſitionē facere de ſedere dei: & ſtare: & ambulare: quod non exigit expoſitio præſens. Et audientes decem contriſtati B
ſunt de duobus fratribus: quoniam rogauerūt cæteris pręponi. Et vide quoniā & Iudas erat inter indignantes. Et ſi inter indignātes cæteros erat: ne forte necdum immiſerat diabolus in cor eius vt traderet dn̄m: ſed erat in ipſo propoſito: quo & cęteri apoſtoli erant. Ieſus autem cōuocās eos dixit. Scitis quia principes gentium dominantur eorū: & qui maiores ſunt poteſtatē exercēt in eos. Nō ita erit inter vos. Sed quicūꝗ voluerit inter vos maior eſſe: erit veſter miniſter. Et quicunꝗ voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruꝰ. Quoniam duo fratres ſuper cæteros apoſtolos ſibi gloriam pręripere voluerūt indignātibus cęteris: inde occaſionem accipiēs Ieſus: regulam iuſtitiæ fidelibus ponit: quomodo quis apud deum poteſt obtinere primatum. Principes gentium non contenti tantum regere ſuos ſubiectos: violēter eis dominari nituntur. Inter vos autē qui eſtis mei: nō erunt hæc. Ne forte q videntur habere aliquem in eccleſia principatū: dominētur fratribꝰ propriis: vel poteſtatē in eos exerceant. Quoniā ſicut omnia carnalia in neceſſitate ſunt poſi-

ta:non in voluntate: ſpiritalia autẽ in volun-
tate non in neceſſitate:ſic & qui principes ſpi-
ritales:principatus eorum in dilectione ſubie-
ctorũ debet eſſe poſitus:non in timore corpo-
C rali. Sed & qui voluerit apud patrem meũ ma
ior eſſe comparatione fratrum ſuorũ cęterorũ:
efficiatur miniſter eorum quibus vult eſſe ma
ior. Et qui principatum deſiderat eccleſiæ:de-
bet fieri omniũ ſeruus ĩ humilitate ſeruili: vt
obſequatur omnibus in his quæ pertinent ad
ſalutem. Et hęc docet nos ſermo diuinus. Nos
autẽ ſiue nõ intelligentes volũtatem diuinam
poſitam in ſcripturis:ſiue cõtemnentes talem
commendationẽ Chriſti: tales ſumus:vt etiã
malorum principum mũdi excedere ſuperbiã
videamur. Et nõ ſolum quærimus ſicut reges
acies præcedentes:& terribiles nos:& acceſſu
difficiles maxime pauperib⁹ exhibemus:& ta-
les ſumus ad eos qui nos interpellant vt pro-
pter aliquid deprecentur:ſicut nec tyranni:&
crudeliores principibus mundialibus ad ſub-
iectos. Et eſt videre in quibuſdam eccleſiis prę
cipue ciuitatum maximarũ principes populi
Chriſtiani nullã affabilitatẽ habentes: vel ha-
bere ad ſe permittentes. Et apoſtolus quidem
etiam dominis dat mandatũ de ſeruis dicens.
Col: 4. Domini qđ iuſtum eſt & ęquũ ſeruis pręſtate:
Eph: 6. ſciẽtes quoniam & vos habetis dominũ in cœ
lis. Docet autem & remittere minas. Epiſcopi
autem quidam crudeliter comminantur: ali-
quando quidem occaſione peccati: aliquando
autem contemnentes pauperum curam:cum
Eccli. 3. ſit ſcriptum:quantũ magnus es:tantũ humi-
lia te:& inuenies gratiam coram domimo. Itẽ
in prouerbiis. Ante contritionem extollitur
cor viri: & ante gloriam humiliatur. Princi-
pes ergo gentium dominentur eorum: prin-
cipes autem eccleſiarum ſeruiãt ſubditis. Sed
& maiores gentium poteſtatem exerceant fi-
delium:audiant autem eum qui dicit. Diſcite
a me quia mitis ſum:& humilis corde. Nõ iſta
dicimus: vt inclinemus eccleſiaſticum princi
patum. Eſt enim interdum quando ſecundum
D vocem apoſtolicam peccantes coram omnib⁹
1. thi: 5. arguant:vt & cæteri metũ habeãt. Eſt aliquan
do vt vtens poteſtate ſua tradat peccantem
ſathanæ in interitum carnis:vt ſpiritus ſalue
tur in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Tamen
1. theſ: 5. raro hoc fieri debet. Corripiendi enim ſunt in-
quieti: conſolandi autẽ puſillanimes:ſuſtinen
di infirmi:& ad omnes magnanimitas eſt ha-
benda. Nulli malũ pro malo reddẽdum:vt nõ
ęſtimetur inimicus qui peccat:ſed corripiatur
vt frater. Hæc autem diximus volentes oſten-
dere:ꝙ eccleſiarũ principes:principũ mundia
lium imitatores eſſe nõ debẽt: ſed imitari de
bent Chriſtum acceſſibilem:& mulierib⁹ lo-
quentem:& pueris manus imponẽtẽ:& diſci
pulis ſuis pedes lauantẽ:atq; tergentẽ:exem-
plum eis dantẽ:vt & ipſi ſimiliter faciant fra
tribus ſuis. Forſitan aũt & quoniã dominus
conſtitutus ſeruiebat pro ſalute hominũ ge-
neri noſtro:ꝓpterea dicit formã ſerui ſuſce-
piſſe:& humiliaſſe ſe vſq; ad mortẽ: propter
quod & dñs eum ſuperexaltauit. Qui vult
ergo exaltari:ſimilia faciat vt exaltet per ea.
Sicut filius hominis nõ venit miniſtrari:ſed
miniſtrare. Nam et ſi angeli miniſtrauerũt ei E
quãdo acceſſerũt & miniſtrabãt ei:etſi Mar-
tha miniſtrauit ei:tamẽ nõ ideo venit vt mi-
niſtretur:ſed vt miniſtret:& tãtũ creuit mi-
niſtrans:vt aĩam ſuam daret redẽptionẽ pro
multis qui crediderũt in eũ. Cui dedit aĩam
ſuam redemptionẽ pro multis? Nec eñ con-
uenit dicere:deo. Ne forte ergo maligno. Ille
eñ dominabatur in nobis: donec daretur ei
pro nobis redemptio anima Ieſu:decepto vi-
delicet & æſtimanti quaſi poſſit dñari eius:
et nõ videnti qa non poterit ſuſtinere ĩ tenẽ-
do eam tormenta. Propter quod & mors pu-
tans ſe dominari eius dominata non eſt:quo
niam erat ſolus ĩter mortuos liber:& fortior
omni poteſtate mortis: & vſq; adeo fortior:
vt & omnes ſequi ſe volentes qui tenebantur
a morte liberaret a morte: nihil valẽte in eis
poſtmodũ morte. Omnis enim qui ſequitur
Ieſum:incõprehẽſibilis eſt a morte. Data aũt
anima eius in redemptionem pro multis:nõ
manſit apud eũ cui fuerat data. Propter hoc
dicit propheta. Quoniam non derelinques
animam meam in inferno.

Secundum Matthęum. Cap. XX.

IN illo tempore. Egredien-
tibus illis ab Hierico:ſecu-
tæ ſunt eum turbæ multæ.
Et reliqua.

Homilia Origenis preſ-
byteri de eadẽ lectione.
Quæ eſt. XIII.

QVæ ſunt ſecũdũ hiſtoriam F
hui⁹ loci:in aperto cõſiſtũt.
Quę autẽ ſpiritualiter no-
bis videñt:dicamus. Et pri
mũ cõſiderem⁹:quid eſt qđ
dicit: Egrediẽtibus diſcipu
lis Ieſu cum ipo Ieſu ab Hierico:ſecutæ ſunt
eum turbæ multæ. Vide ergo ſi memor eorũ

quæ a nobis ſunt dicta apud Lucam in parabola de homine deſcendente ab Hieruſalem in Hierico: & incidente in latrones: potes dicere: ne forte & hic Hierico ītelligit̃ mund⁹ iſte terrenus. Qui ergo ab Hieruſalē in Hierico deſcēdit fuit Adam: id eſt homo: qui incidit in latrones. Propter quē Ieſus deſcēdit in eam cū diſcipulis ſuis. Et egreſſus eſt mercatus multos in ea fideles: & volētes eum ſequi. Nec eñ ſciunt qui ſunt in Hierico exire de ſapientia mundiali: niſi viderint non ſolum Ieſum exeuntem de Hierico: ſed etiam diſcipulos ei⁹. Hęc ergo vidētes; ſecutę ſunt eum turbę multę. Et eſt videre eos qui ſcd̃m verbum viuere volunt: & mūdum: & mundialia vniuerſa cōtemnere cupiētes: Chriſtū ſequētes & diſcipulos eius: vt poſt eum incedentes: & eo duce vtentes: aſcendant in Hieruſalem illā cœleſtem. Et ecce duo cęci ſecus
A viam ſedebant: & audientes ꝙ Ieſus tranſit: exclamauerunt dicentes. Miſerere nobis domine: fili Dauid. Duos cęcos poſſumus dicere Iudam: & Iſrael: qui ante Chriſti aduētum cęci fuerūt: tamen ſecus viam ſedentes legis et ꝓphetarum commorabantur. Et cęci quidem erant: quia non videbant ante aduētum Chriſti ad animā ſuam verbum verū qd̃ erat in lege & prophetis. Clamabant autem: Miſerere nobis domine fili Dauid: ꝓpterea ꝙ ſentiebant eſſe ſe cæcos: non intelligētes voluntatem ſcripturarum: & volentes reſpicere & videre gloriā quæ erat ī eis: quaſi adhuc cęci et nihil magnū de Ieſu æſtimantes: ſed ſcd̃m carnem de eo tantū intelligentes clamabant ad eum qui factus eſt ex ſemine Dauid ſcd̃m carnem: quia nihil amplius intelligebant q̃ filium eſſe Dauid. Et omnis quæ videbatur eorum ꝓpter deum eloquentia nihil ampli⁹ ſciebat de Chriſto: niſi quia fili⁹ erat Dauid. Duos cęcos autem diximus populos duos in duo regna diuiſos tempore Roboam: & vide prophetas: quomodo nunc Iſrael: nunc Iudę prophetauerunt: aliquando autem ſimul
B ambobus. Hi ergo populi quoniā ſigno quodam prophetico audierant trāſire Ieſum: clamauerunt. Puto enim ꝙ audierūt ab eis qui aduentum Chriſti prophetauerunt. Et quoniam tranſit: veniēs quidem in eam: egrediēs autem ex ea: & timentes ne forte pertranſeat eos: nequaq̃ miſericordiam faciens ſuper eos: clamabāt: Miſerere nobis domine fili Dauid Ieſus autem non pertranſit: ſed ſtat: vt ſtante illo non tranſfluat beneficium: ſed quaſi de fonte ſtante profluens miſericordia deueniat vſq; ad eos. Turba autem (id eſt præcedens eorum qui crediderāt) etiam increpabat eis clamātibus Fili Dauid miſerere noſtri: vt tacerent: & non appellarent eum contemptibili nomine: ſed potius dicerent: Fili dei miſerere noſtri. Stans ergo Ieſus clamoribus eorum retent⁹: & precib⁹ vocat eos ad ſe: principiū beneficii oſtendens. Nec enim in vacuū vocauit eos. Vtinam & nobis clamantibus / & dicētibus: Miſerere nobis domine: vocet nos incipientes a filio Dauid ſtans autē vocet nos: quaſi intendens deprecationibus noſtris. Dixit autem eis. Quid vultis vt faciam vobis? C
Quod æſtimo eſſe tale. Quid vultis oſtēdite manifeſte: vt omnes qui egrediuntur de Hierico & ſequunt̃ me audiant & videant factū. Illi autē reſpōderunt. Vt aperiant̃ oculi noſtri. Ingenue quidē: eo ꝙ erant de Iſrael: & Iuda: cęci autē ignorātia: & intelligentes ꝓpriā cęcitatem: & audientes eos qui prędicauerūt de Ieſu dicunt ſe velle vt aperiātur oculi eorum. Et pręcipue hoc dicunt: qui legētes diuinas ſcripturas intelligūt cęcitatē ſuam ad ſenſum ſcripturarū. Hi eñ dicunt: Miſerere nobis: & quia volumus vt aperiant̃ oculi noſtri. Et vtinā & nos intelligētes in quib⁹ cæci ſumus: & non videmus: ſedentes iuxta ipſam ſcripturarū viam: & audiētes quoniam Ieſus trāſit: precibus noſtris faciamus eū ſtare dicētes. Volumus vt aperiant̃ oculi noſtri. Qd̃ ſi dixerimus ex affectu deſiderāte videre quę donat: tangens oculos animarū noſtrarꝫ aperiet: quaſi verbum: & virtus: & ſapiētia: & oĩa quæ de eo dicuntur cōſtitutus. Et ſic eo tangente recedet a ſenſibus noſtris tenebra ignorantiæ: vt ſtatim non ſolum videamus: ſed etiam ſequamur eum: qui dedit nobis poſſe videre: propter nihil aliud: niſi vt eum ſequamur: & illius ducatu tranſeam⁹ ad deum: & videam⁹ oculis noſtris ꝑ eum apertis deum. Quoniam autē Marcus & Lucas ſecundum quoſdam quidē ipſam exponūt hiſtoriā: ſcd̃m autem aliquos alteram ſimilem: dignum eſt et quæ ab eis dicunt̃ videre. Et primū videamus de Marco ita ſcribēte. Et venit in Hierico. Et exeūte eo inde: & diſcipulis ei⁹: & turba multa. Qui ergo corporaliter intelligunt: propter diuerſitatem verborum dicunt alia vice duos iſtos cęcos Chriſtum ſanaſſe. Alia autē vice illum quē Marcus exponit. Tertia vero: qd̃ ſcribit Lucas. Qui autē ſpiritaliter intelligūt: vnam eandemq; rem diuerſis modis euangeliſtas expoſuiſſe defendunt. Duo enim cæci ſunt ſicut diximus: Iudas & Iſrael. Vnus autem eſt mixtus ex vtroq; populus vniuerſus. Turba ergo multa ex gentibus

exeunte cum Ieſu: & diſcipulis eiꝰ de mundo
Iudaicæ quędam reliquię iuxta viam ſedētes
id eſt iuxta ꝓpheticas ſcripturas: & mēdican
tes itellectum neceſſarium aīarum ſuarum:
ſicut Marcus exponit: fortiter clamabāt: filiū
appellātes Dauid. Et cum videris eos qui ex
Iudęis crediderunt in Ieſum: aliquādo quidē
ex Maria & Ioſeph eſſe eū putātes: aliquando
autē de ſola Maria & ſpiritu ſancto: videbis
quomodo ille cæcus clamabat fili Dauid mi
ſerere mei. Quē increpant multi qui de Hie
rico egreſſi ex gētibꝰ ſunt: populum videlicet
qui videt̄ credere ex iudęis: vt taceant ꝗ pau
peres ſunt ī fide Chriſti: & putant eū ex ſemi
ne viri: & mulieris eſſe: trahentē genꝰ ex Da
E uid. Sed multis increpātibꝰ magis clamabat:
credens quidem in Ieſum: ſecundum hominē
autē credēs & clamans dicit: Fili Dauid miſe
rere mei. Ieſus autē ſtās iam nō / ſicut in Mat
thæo / ipſe eum vocat: ſed iubet eū vocari. Poſt
hęc inquit. Ille autē abiiciēs veſtimētū ſuum:
exiliens venit ad Ieſum ne forte veſtimētum
cæci & mendicantis: velamentum intelligat̄
cęcitatis: & mendicitatis quo fuerat circun
datus: qđ abiiciēs venit ad Ieſum: & dignio
ſiori voce cōfeſſus eſt dicēs: Raboni. Dignio
ſius enim eſt dicere Raboni: vel ſicut in aliis
dicit domine: ꝗ fili Dauid. Vnde & dominꝰ
propter illud quidē qđ dixit: Fili Dauid miſe
rere mei: nō pręſtitit ſanitatē: nec quādo ſede
bat veſte cæcitatis: & mendicitatis velatus:
nec quādo ſedebat ſecꝰ viā mēdicās. Propter
hoc autē qđ dixit: Raboni: vt videā: dixit ei.
Vade: fides tua te ſaluum fecit. Nunc videa
F mus ſecundū Lucam: ꝗ cōmuniter dixit pręe
tereuntes: propria autē eius tangētes. Et pri
mū quidē ꝙ Marcus & Matthæꝰ egrediente
Ieſu de Hierico ponūt. Lucas aūt ita. Et factū
eſt cū appropinquaret Hierico: & factꝰ in ꝓ
ximo cęcū illuminauit. Et dicet aliqs ſecun
dum myſterium ſpiritale: qm̄ prius eſt qđ ait
Lucas: ſcđm aūt qđ Marcus: tertium vero qđ
dixit Matthęus. Primū enim oportet appro
pinquare Hierico: & ita intrare in eā: poſtea
aūt exire de ea. Lucas ergo ſcribit: Et factum
eſt cū appropinquaret Hierico. Marcus autē
ita. Et venit Hierico: & exeunte eo īde. Mat
thęus vero neq; appropinquaſſe Hierico ſcri
bit: nec quia venit Hierico: ſed tantū exeun
tibus eis ab hierico. Poteſt ergo ſcđm Lucam
quidē appropians Hierico feciſſe hoc: ſcđm
Marcū autem veniēs in Hierico: ſcđm Mat
G thęū autē exiens ab Hierico. Poſt hęc cōſide
ra quoniam clamanti cæco atq; dicenti: Miſe
rere mei fili Dauid: qui ꝑcedebant increpa
bant eum vt taceret. Tanꝙ ſi dicat. Qui pri
mi crediderant increpabant ei clamanti Fili
Dauid: vt taceret: & non appellaret eum con
temptibili nomine: ſed potiꝰ diceret: Fili dei
miſerere mei. Ille autem magis clamabat: Fili
Dauid miſerere mei. Et ſtās Ieſus: iuſſit eum
adduci ad ſe. Et vide niſi: ſicut diximus: infe
rior eſt cæcus iſte. Nam nec Ieſus eum voca
uit: nec dixit eum vocari: ſed quaſi non capiē
tem hæc iuſſit eum quaſi non potentem a ſe
metipſo venire adduci ad ſe. Et cum appro
pinquaſſet ei: interrogauit eum. Quid vis vt
faciam tibi? Et non prius interrogauit eum:
aut interrogatus appropiauit ei: ſed quoniā
appropiauit: ideo interrogatus dixit. Vt vi
deam domine. Item hoc ampliꝰ habet Lucas:
ꝙ in illis quidē ſecutus eſt tantūmodo cæcꝰ:
hic autem ſecutꝰ eſt dans gloriam deo: vt vi
dentes eum omnes / deo laudem offerrent.

Secundum Matthęum. Cap. XXI.

In illo tempore. Cū appro
pinquaſſent Hieroſolymis:
et veniſſent Bethphage: ad
montem Oliueti: tunc mi
ſit. et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de eadē
lectione. Quæ eſt. XIIII.

Dignum eſt oſtēdere hic vo H
luntatē euāgeliſtarum cō
ſcribētium: & ꝓpoſitū eoꝝ:
quid cōſiderātes: poſt mi
rabilia eiꝰ et opa glorioſa:
etiā de exhibitione aſinę &
ſeſſione domini ſuper eam facerēt mentionē.
Pone qa de viſione cęcorum: de paralyticorū
conſtrictione: de reſurrectione mortuorū: de
mūdatione leproſorū ſcripſerunt euāgeliſtę:
vt ædificent homines in fide Chriſti legētes
in ſcripturis opera eiꝰ: Quid aūt voluerūt cō
ſcribere: ꝙ appropiās Ieſus Hieroſolymis cū
diſcipulis ſuis: & veniēns Bethphage iuxta
montē Oliueti: miſit duos diſcipulos mādās
eis de aſina & pullo eius: vt ſoluentes addu
cant eam ad ſe: qui frequēter non pigritauit
maiorem viam pedibus ambulare: ſicut fecit
quando ab Hieroſolymis tranſiens per Sama
riam ibat in Galilæam: cum veniſſet ad pu
teum ex itinere laſſus: & ſuper eum ſediſſet?
Quid autem eſt ꝙ et ipſe Ieſus aſinam cum
pullo eius ligatam ſoluere iubet: & mandat:
vt dicenti ſibi: quare ſoluitis: reſpondeant:

quia dominus opera eius deſiderat: confeſtim autem remittet eam. Nec enim huiuſmodi dominus neceſſariã habens aſinã/& pullum eius aliquando ligatos: oſtendit in prima facie aliquid dignũ magnificentia ſua. Quid autẽ eſt vt de hoc etiam Zacharias propheta prædiceret verbis huiuſmodi: gaude valde filia Sion: prædica filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit tibi iuſtus: & ſaluans: ipſe manſuetus: & ſedẽs ſuper ſubiugalem: & pullum eius nouellum? Si autẽ vis diſcere ex propheta quomodo hoc magnũ gaudium habuit Sion: audi qđ dicit. Et exterminauit currus ex effrata: & equum de Hieruſalem: & exterminabitur arcus bellicus: & multitudo: & pax ex gentibus: & principabitur aquarum vſq; ad mare: & fluminum exitus terræ. Et tu in ſanguine teſtamenti dimiſiſti vincula tua de lacu nõ habenti aquam.

A Notauimus autem: ſicut in aliis: ꝙ nõ hiſdem ſermonibus Matthæus & Ioannes protulerũt prophetiam eandem. Nec enim eſt idem: Gaude valde filia Sion: prædica filia Hieruſalem: quod ait. Dicite filię Sion: aut noli timere filia & cætera: quæ nõ ſimiliter poſuerunt. Quærere autem oportet quomodo rationabiliter mandet propheta valde gaudere filiam Sion & prædicare filiam Hieruſalem: propter eum qui ſedit ſuper aſinam & pullum nouellum: cũ poſt modicum videns Hieruſalem Ieſus fleuit ſuper eam: dicens: Hieruſalem Hieruſalẽ quæ occidis prophetas & cætera. Vide ergo ne forte gauiſuram Sion: & prædicaturam Hieruſalem: non illam dicit quæ dominum crucifixit: ſed iſtam quæ crucifixum ſuſcepit: cœleſtem Sion: de qua dicit apoſtolus ad Hebręos. Sed acceſſiſtis ad Sion montem: & ciuitatem dei viui Hieruſalem cœleſtem: & cętera. Item ad Galatas. Hieruſalem autem quæ ſurſum eſt: libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Ne forte ergo myſteria ſunt hæc omnia Saluatoris: qui ſoluit vĩcula per diſcipulos ſuos populi ex Iudæis: &

B populi qui venit ex gentibus. Ligata enim erat peccatis quæ tunc fuit ſynagoga: ligatus fuit & pullus cum ea: qui poſtmodum factus eſt nouellus ex gentibus populus credens. Et hos ambos appropians ad Hieruſalem cœleſtem id eſt aſcendens in cœlum/iuſſit diſcipulos ſuos vt ſoluerẽt eos: dans eis ſpiritum ſanctum dicens. Accipite ſpiritum ſanctum. Si cuius dimiſeritis peccata: dimittentur eis: & ſi cuius tenueritis: tenebuntur. Et ſemper diſcipuli Chriſti ſoluentes ligatam aſinam: & pullum: adducunt ad Ieſum volentem eis vehiculis vti per diſcipulos ſuos ſolutis a vinculo peccatorum priorum. Et dignum eſt filio dei: vt ſic neceſſarios habeat eos. Miſericors enim eſt: ſuper aſinam alligatam: & pullum cum ea. Neceſſarios autem habet eos: vt ſedens ſuper eos repauſet magis eos ſuper quibus ſedet: ꝙ vt repauſetur ab eis. Sed quæret C aliquis quomodo eis quæ diximus conueniens ſit ſermo qui ſequitur dicens: cõfeſtim remittet eos. Solutio autem iſtius quęſtionis ſicut arbitror hæc eſt: quoniam dominus quidem eorum qui fuerãt ligati: nemo ali⁹ erat: niſi ille de quo ait apoſtolus. Nobis aũt vnus dominus Ieſus Chriſtus: per quẽ omnia. Cui quoniã nequaꝙ cõtradicturus fuerat aliquis dicẽtium quare ſoluitis pullũ: manifeſtũ eſt. Nam quaſi nullo cõtradicere potẽti: ſic dicit Chriſtus: Et ſi aliquis vobis dixerit: dicetis quoniã domin⁹ opera eoꝝ deſiderat. Et vide quia poſtꝙ aſcẽderit Ieſus in Hieroſolymam ſedens ſuper pullũ hũc vel illũ: miſſio quædã ad opus aliquod neceſſariũ ad ipſum locum erat futura: vt aliquid operis faciant aſina & pullus eius. Et hoc quidẽ ſignificat: nõ tamẽ clare. Senſum aũt huiuſmodi intellectus accipio credens ordini beatitudinum quem facit Matthęus. Nam poſtꝙ dixit: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſoꝝ eſt regnũ cæloꝝ: poſt hoc ſcriptum eſt: Beati manſueti quoniã ipſi poſſidebũt terram. Dicimus enim in his: quoniã primũ quidẽ beatoꝝ eſt regnũ cælorum. In ſecũdo autem loco poſſidebunt terrã: non vt per omne ſeculum ſint ſuper eam: ſed conſolati pro eo ꝙ eſurierunt: & ſitierũt iuſtitiã ſatiati in ea: & miſericordiam conſecuti: iterꝝ reſtituantur in regnũ cælorũ. Aut certe quoniam multi ex populo Iudęorum: vel gentiũ quos aſinam & pullũ ſupra ſumus interpretati: qui crediderũt in Chriſto: & ſuſceperũt ſuper ſe: poſtea miſſi a Chriſto reuerſi ſunt ad populũ Iudaicũ: vel ad cæteras gentes nõdũ credentes: vt ꝓdicarẽt eis dominũ Ieſum filium dei. Et hoc ẽ qđ ſignificat dicẽs: cõfeſtim aũt remittet eos. Si ergo aſina & pullus eius D illi ſunt quos diximus ſupra: ſuper quos verbũ aſcendit: nõ tibi videať ſermo inſulſus: ꝙ fideles homines animalibus cõparenť. Forſitan eñ tale aliqd intelligẽs & propheta dicit ſe factum eſſe quaſi iumentũ: non ſimpliciter iumẽtũ: ſed ſicut iumẽtũ apud deũ: vel apud Chriſtũ eius: ſecundũ ꝙ ait. Vt iumẽtũ fact⁹ ſum apud te. Nam quantũ ad deũ: iumenta ſumus: nõ ſolum nos: ſed etiam multo nobis prudentiores. Sic autem quãtum ad paſtorẽ Chriſtũ etiam oues eius ſumus: quoniã tãta diſtãtia eſt inter eũ & nos: quãta iter hominẽ & qualecũꝙ iumẽtũ. Et forſitã cũ aſcẽderint

in Hieroſolyma ſedente Ieſu ſuper ſe: aſina & pullus: & facti illic: nõ manebũt ibi: ſed remittentur mutati iam / & prodificati / & enutriti verbi diuinitate: & eminẽtia: ſcientia: honeſtate: vt ad gloriã dei digni habeant remitti in locũ vnde aſſumpti fuerãt: prius domino eos meliorãte & quaſi mercedẽ hãc eis pſtãte ꝑ eo ꝙ portauerũt eũ & requieuerunt in ſe: vt (ſicut diximus) digni habeant remitti in locũ terrę huius ex qua aſſumpti fuerant: nõ iam ad opera priora: nec em̃ fas eſt vt miſericors deus: dominus conſtitutus poſtꝗ̃ ſemel eos ſuſcepit: & honorauit: & a vinculo ſoluit et fecit eos ꝓpriam ſeſſionẽ: vt mittat eos rurſus ad vincula: & opa mala: poſtꝗ̃ ſemel ſuſceperunt ſuper corda ſua filiũ dei. In his oĩbus cõueniebat valde gaudere: & extendere gaudiũ fructũ ſpirit⁹ ſancti filiã dei Sion: & filiã
E eius Hieruſalem prædicare. Veniebat enim ei rex iuſtus: & ſaluans: & nõ ſimpliciter ſaluans: ſed iuſtus: & ſaluans: id eſt cum iudicio et iuſtitia ſaluãs: veniebat ſedẽs ſuper aſinã: et pullũ nouellũ quos diximus: viſitãs Iſrael: et exterminãs currus ex effrate: ſimiles conſtitutos curribus Pharaonis quos proiecit in mare. Veniebat aũt vt exterminet etiã equũ animal bellicũ de Hieruſalem: vt pacẽ faciat Iſrael conuertens perditas oues ipſius. Quomodo nõ erat res digna gaudio magno ſic venire regem iuſtũ: atꝙ ſaluãtẽ in Hieruſalem ex qua erat exterminãdus omnis arcus bellicus: vt iam nunꝗ̃ peccatores in ea intendant arcũ: neꝙ præparent ſagittas in pharetra vt ſagittent in obſcuro rectos corde? Erat tunc pax futura ex fide gẽtium ſaluataꝝ domino principante aquarũ vſꝙ ad mare: id eſt populorum. Principãte aũt & fluminũ emiſſionis terræ: & exitus facientiũ: & irrigantiũ multa ipſius. Qui autẽ ſimpliciter vult intelligere Sion populos Iudæorũ ad quos venit Saluator: ſic dicere poteſt: quoniã verbũ quidẽ dei pręcepit gaudere filiã Sion: & prædicare filię Hieruſalem. Si autẽ aliqui eorũ diis crediderint: nõ digna gaudio opa faciẽtes: neꝙ ſuſcipientes prædicãdi ꝓceptũ: ipſi ſibi cauſa ſunt facti vt patiant ea quæ paſſi ſunt: vt recte dicatur ad eos. Vobis quidẽ miſſum fuerat dei verbũ: ſed quia ĩdignos vos iudicatis ęternæ
F vitæ: ecce cõuertimur ad gentes. Videamus autem & de noĩe Betphage ſecũdũ Matthęũ Bethanię autẽ ſecundum Marcũ: Betphage autẽ: & Bethaniæ ſecũdũ Lucam. Et hic erat locus in monte qui vocabatur Olioueti. Interpretatur autẽ Betphage quidẽ: dom⁹ maxillaꝝ. Erat aũt villa ſacerdotũ: quoniã maxilla propria pars erat ſacerdotum: ex lege. In quo poſſumus dicere (maxime occaſionẽ accipiẽtes de libro Iudicũ) quoniã in his erat fons q̃ vocabat fons maxillę: de quo biberat Sãſon cũ ſitiſſet. Aut forſitan fons ille: myſterium erat patiẽtię fideliũ: ad quos dominus dicit. Qui te percuſſerit in maxillam vnã: præbe ei & alterã. Bethania autẽ: domus obedientiæ. In domũ ergo obediẽtię adducũtur omnes q̃ ſoluunt a vinculo peccatoꝝ ſuorũ: vel ad domũ ſacerdotalẽ maxillarum: vel patiẽtiæ: vt inde aſcẽdat domin⁹ ſuper eos: quos ſecũdũ præceptũ ſoluerũt diſcipuli eius: & perduxerunt ad eũ. Mons autẽ oliuarũ eſt eccleſia: in quo fructificãtes fideles dicere poſſunt. Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo dei. Qui aũt in primis adducunt ad eũ habẽtes initia fidei: ſunt ſicut nouella oliuarum ĩ circuitu mẽſę Chriſti: quia ſunt filii eius. Si autẽ oportet & duoꝝ diſcipuloꝝ: quos dominus miſit G
enarrare myſteriũ: forſitan nõ irratiõabiliter dicere poſſum⁹: fuiſſe eos in miniſterio Petri & Pauli: qui dextras ſibi dederunt ſocietatis: vt Petrus quidẽ in circũciſionẽ ad ſubiugalẽ iret: prædicaturus populo Iudęorũ ſub iugo legis degẽti: Paulus aũt ad gẽtes: ad nouellũ: & indomitũ pullum. Erant autẽ ambo (id eſt populus ex Iudæis: & populus ex gentibus) in villa: & nõ in ciuitate Sion: vel Hieruſalẽ: ſed diſcipl'i Chriſti ſoluũt vtrũꝙ: & ad Chriſtum perducũt: vt aſcẽdat ſuper eos cũ ſoluti fuerint a peccatis accipiẽtes remiſſionẽ eorũ. Super alligatis autẽ adhuc & vinculis peccatorũ ſuoꝝ conſtrictis: nõ ſedet Ieſus. Secũdũ Marcum aũt & Lucam etiã pullus introducitur alligãdus: ſuper quẽ nemo hominũ ſedit nihil enim rationabile: neꝙ q̃d ſecũdũ mores humanos fieri ſolet in gẽtibus factum fuerat aliquãdo: neꝙ fundatũ in eis aliquid diſciplinę: ſed contra meritũ ſuũ a deo ſunt cõſecuti vt verbũ dei ſuper eos ſederet: vt eo ducente aſcendãt in Hieruſalem dei. Euntes aũt diſcipuli fecerũt ſicut præcepit eis Ieſus. Et addu H
xerũt aſinam & pullũ: & impoſuerũt ſuper eũ veſtimẽta ſua: & ſedit ſuper eũ. Adducentes ergo ad Chriſtũ aſinã & pullũ: nudos eos nõ dimiſerũt: ſed ornamẽta eis impoſuerũt q̃b⁹ fuerãt adornati: & veſtibus quibus ipi fuerãt cooperti: honeſtatem eis adiiciẽtes quos ſuo ſtudio ſoluerãt ipſi: vt ſuper ornatos veſtib⁹ diſcipuloꝝ Chriſti: Chriſtus aſcendat & requieſcat in eis: & apud eos dei verbũ fundet: quoniã vnũquenꝙ diſcipulorũ decebat aliq̃d Chriſto conferre regi mãſueto: vt poſſint dicere: quoniã Chriſti ſumus operis participes.

A Plurima autẽ turba ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via. Alii autẽ cędebant ramos de arboribus et ſternebant in via. Multus ergo populus cũ Chriſto aſcẽdebat in Hieruſalẽ: qui & ipſi fructum ſuſceptionis Chriſti demõſtrauerũt: veſtimenta ſua: & quęcũq; habuerãt ornamẽta ſternentes in via: per quã aſina tranſibat: videlicet vt munde incedentes: terrã: & rerum terrenarum puluerẽ nequaq̃ contingant: vel patiantur in via illa qua in Hieruſalem aſcendebãt. Et tertiũ agmen poſt diſcipulos: & plurimã turbam ſternẽtem veſtimẽta ſua: introducitur: qui pulchritudinẽ aliquam itineri faciebãt: per qđ proficiſcebatur in Hieruſalẽ Ieſus. Turba autẽ quæ pręcedebat: & quæ ſequebatur clamabãt dicẽtes. Oſanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine dñi: oſanna in excelſis. Et pręcedẽtes quidẽ ante Ieſum dicẽtur qui ante aduẽtũ Chriſti fuerũt ſancti prophetę: & cæteri iuſti: ſequentes autem qui fuerũt poſt aduentum ipſius apoſtoli cæteriq; fideles qui ſecuti ſunt verbũ dei. Tamen nõ aliud dicebant qui pręcedebant: aliud autẽ qui ſequebantur: ſed omnes clamabãt inſimul conſona voce: humanam quidem Chriſti diſpenſationem laudantes in eo q; dicebant: oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini: reſtitutionem autem eius in ſancta: in eo q; dicebant: Oſanna in excelſis.

Secundũ Matthęũ. XXI.

IN illo tẽpore. Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymã: commota eſt vniuerſa ciuitas: dicens. Quis eſt hic.

Homilia Origenis de eadem lectione. XV.

B IN iſtis nunc duobus clamoribus dictis ex cõſenſu pręcedentiũ & ſequẽtium Ieſum: ipſe quidem intrauit ĩ hieroſolymã verã: admirãtes autem virtutes cœleſtes q̃ appellant̃ ciuitas: dicebãt. Quis eſt hic? Secundũ q; fuerat prophetatum in pſalmo de aſcẽſione ipſius: & de admiratione virtutũ cœleſtium propter nouum vehiculũ corporis eius. Habet autem ita. Tollite portas pricipes veſtras: & eleuamini portę ęternales: & introibit rex gl'iæ. Quis eſt iſte rex gl'ię? Dñs fortis & potẽs: dñs potens in prelio. Et in Eſaia ſimilia quædam prophetãtur de reditu eius in cœlũ poſt diſpenſationẽ paſſionis ipſius hoc modo. Quis eſt iſte qui venit ex Edom: rubra veſtimẽta habẽs ex boſor: iſte formoſus in ſtola? Hoc autem diximus: vt oſtendamus myſterium eius qđ dicitur: Quoniam aſcendente eo in Hieruſalem cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicẽs: quis eſt hic? Et intrauit Ieſus in tẽplum dei: & eiiciebat omnes vendentes: & ementes in templo: & menſas nummulariorũ euertit: et cathedras vẽdẽtium colũbas. Et dixit eis. Scriptũ eſt: Domus mea: domus orationis vocabitur. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronũ. Supra menſurã dignitatis Chriſti fuerat: ſecundum q; videbatur filius eſſe fabri: vt tãta fiducia vteretur: & poteſtate eiiciens nũdinam de tẽplo: qua nec princeps alicuius gẽtis vtens facile poterat explicare quod fecit Ieſus. Et hæc diximus ſecundũ ſimplicem intellectũ. Secũdum moralẽ autem talia dicemus. C

Et primum quidem de templo: de quo per prophetã dixit deus. Domus mea: domus orationis vocabitur. Ergo ſecundũ corporalem circũciſionẽ carnis: & ſecũdum corporales legis feſtiuitates: & ſacrificia: conſequenter & templum dei ęſtimabatur: qđ ex lapidibus inſenſatis erat conſtructũ primũ quidẽ a Salomone: deinde reparatum ab Eſdra: poſtea vero poſt Chriſti aduentũ a Romanis deſtructũ. Et illa ęſtimabatur domus eſſe oratiõis. Qua deſtructa: neceſſe eſt vt Iudęi quaſi nõ iam habentes domũ orationis: iam nõ habeant priuilegium ſpeculationis dei: nec poſſint ſecundũ legẽ deo ſeruire. Hoc ergo facto: omnia Chriſtus eiecit in myſterio ſpiritaliũ actuum ſuorũ. Et tũc fecit viſibiliter: qđ ſemp inuiſibiliter agit: eiiciẽs vendentes & ementes de tẽplo: & mẽſas nummulariorũ euertens: & cathedras vendẽtium colũbas: ad correptionẽ populi: vt nõ pro mũdi feſtiuitatibus in nomine dei emptionibus: et venditionibus vacent in loco non cõpetẽti: in quo nõ debent vendere: nec emere: ſed orationibus vacare: qui cõgregantur: quaſi in domo orationis. Nunc autem arbitror eſſe templũ dei ex lapidibus viuis cõſtructũ: eccleſiam Chriſti. Sũt autẽ multi in ea nõ ſicut decet viuẽtes ſpiritaliter: ſed ſecundũ carnẽ militant: qui & domũ orationis de lapidibus viuis conſtructam faciũt ſpelũcam eſſe latronũ actibus ſuis non eccleſię dei dignis: ſed ſpelunca latronũ. Qui em̃ conſyderat in multis eccleſiis talium Chriſtianorũ peccata: qui arbitrant̃ quęſtum eſſe pietatem: & cũ deberent de euangelio viuere ſecundũ q; viuere decet ſeruos dei: hoc non faciunt: ſed diuitias & multas poſſeſſiones acquirunt: Nonne dicet ſpelũcam latronum factam eſſe ſub illis eccleſiam: vt recte dicat Chriſtus ad eos propter diſſipationẽ eccleſię ſuę: quę vtilitas in ſanguine meo dũ deſcen

do in corruptionẽ. Item ipſe per Micheam tali modo. Væh mihi quoniã factus ſum ſicut qui colligit ſtipulã in meſſe: & ſicut qui racemũ in vindemia: cũ nõ ſit botrio ad mãducandũ primogenita. Vęh animę meę: quia periit timoratus a terra: & q corrigat in hominibus nõ eſt. Et cũ intellexeris Ieſum dicẽtem talia: & lugẽtem peccata noſtra: aſpice ſimul & illud qđ in euãgelio ſcribitur. Cum vidiſſet Hieruſalem fleuit ſuper eã: & dixit. Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalẽ: rationabilius flebit ſuper eccleſiam ędificatã quidẽ: vt eſſet domus orationis: factam autẽ propter turpia lucra & luxus quorũdam (qđ vtinam nõ eſſet) principũ
D populi ſpeluncã latronum. Sed tunc quidẽ intrauit Ieſus in templum dei: & mũdauit illud eiiciens vęndentes & emẽtes in tẽplo: & menſas nũmulariorum euertẽs: & cathedras vęndentium columbas: nunc autem q̃diu non viſitantur: qui in nomine Ieſu Chriſti cõueniũt in ipſum: ſunt in cõuentibus vęndẽtes & emẽtes in tẽplo: & reliqua omnia facientes: & nuſq̃ eis Chriſtus apparet: vt eiiciens eos reliquos ſaluet. Si autẽ viſitauerit ſup peccata noſtra: et quaſi lugẽs nos veniat: & corripiat: & caſtiget quaſi filios: vt recipiat nos: tunc ingredietur Chriſti poteſtas cõgregatis nobis & ſpiritu ſancto: & ingrediens eiiciet omnes vęndentes & ementes in templo. Vændentes quidem et alienãtes a ſe quicquid habebant boni: emẽtes autẽ pro eis mala. Et deſtruet mẽſas nummulariorum: id eſt auarorum & pecunię cupidorum: qui aliorũ quidem pecunias cũ iniquitate vertunt ad ſe: ipſi autẽ non ad qđ expedit eas expendunt. Sunt & alii in templo vęnden
E tes Chriſti columbas: & tradentes ſimplices ſicut colũbas: & orantes dicentes: quis dabit mihi pennas ſicut colũbę: & volabo: & requieſcã: tradẽtes eas principib⁹: quib⁹ nõ oportebat. Et arbitror conuenire verbum de vęnditoribus columbarũ: eis qui tradunt eccleſias auaris: & tyrãnicis: & indiſciplinatis: & irreligioſis epiſcopis: aut preſbyteris. Propter qđ & cathedras tãtũmodo appellauit euãgeliſta euerſas eſſe a Ieſu. Et vtinam audirent hęc cum decẽti ammonitione ſcripturę: qui gloriãtur de cathedris Moyſi in quibus ſedent: & vęndunt omnes eccleſias columbarũ: & tradunt eas talibus prępoſitis: ad quos recte dicatur a domino per Hieremiam prophetã. Principes populi mei me nõ cognouerũt: filii eñ ſunt inſipiẽtes: & non intelligẽtes. Sapientes ſunt ad male faciendum: bene autẽ facere neſciunt. Et apud Micheam ſimiliter. Pricipes populi mei expellentur de domo epulationis ſuæ. Si autem audirent: nunq̃ vęnderẽt Chriſti columbas: ſed conſtituerent principes eorum parcentes columbis: & prouidentes ſaluti earum: & non deſpicientes: nec occidentes pingues columbas.
Si autẽ oportet tres iſtas ſpecies reiectas a tem F
plo cautius exponere: poſſumus dicere. Quicũq; in populo chriſtiano ad nihil aliud vacãt in ſęculo iſto niſi circa vęnditiones & emptiones: rarius autem orationibus permanẽt: vel aliis actibus rectis: quos quęrit ſermo diuinus ipſi ſunt vęndentes: & ementes in templo dei: facientes domũ orationis ſpeluncam latronũ. Diaconi autem qui non bene tractant eccleſiaſticarum pecuniarũ menſas: ſed ſemper de eis fraudant: & ipſas quas diſpenſant: non ſecundum iuſtitiam diſpenſant: & diuites fiunt de rebus pauperũ: ipſi ſunt nũmularii pecuniaꝝ: menſas habentes: quas Chriſtus euertit. Quoniam autem menſis eccleſiaſticarum pecuniarũ diaconi præſunt: docent nos in actibus ſuis apoſtoli. Cum factum fuiſſet (ĩquit) murmur gręcorum ad hebręos: eo q̈ deſpicerentur viduę eorum in miniſterio quotidiano: dicentes non eſt bonum relinquẽtes verbum dei miniſtrare menſis. Eligite ergo ex vobis ſeptẽ quos G
cõſtituamus in hunc vſum: nos autem verbo dei intenti erimus. Epiſcopi autem: & preſbyteri quibus creditę ſunt cathedræ: qui tradũt eccleſias quibus nõ oportet: & cõſtituunt prĩcipes quos cõſtituere nõ expedit: ipſi ſunt qui vęndunt columbas: quorum cathedras Chriſtus euertit. Vnuſquiſq; ergo ſedẽtium ſuper cathedrã eccleſiaſticam: & amantium primas cathedras in ſynagogis: videãt ne forte ſic ſedeant in eis: vt veniens dominus eas euertat quaſi dignas euerſione. Et vnuſquiſq; diaconorum qui congregant ſibi diuitias fraudantes pauperũ pecunias: intelligant pręſentem ſcripturam: vt iam non congregent: ne forte veniens dominus euertat menſas diſpẽſationis eorum. Sed & qui ſollicitudinibus mundialibus ferũtur: ſemper ad vęnditiones & emptiones currẽtes: ne forte veniens dominus eiiciat eos de templo dei: quando eiectus nec ſpem habet regrediendi vnde eiectus eſt. Scrutanti mihi ſcripturas apparet: ne forte hęc faciet Ieſus in ſecũdo aduẽtu: & in futuro iudicio. Tũc enim ingreſſus in omnes eccleſias eiiciet vl' euertet quos inuenerit (ſecundũ ea quæ diximus) tẽplo dei indignos. Si quis autẽ inuentus fuerit nõ habẽs aliquid de his criminibus tribus: & inuentus fuerit eſſe in templo: confidat. Nec enim eiicietur a Chriſto: nec aliquid eius euertetur: nec exprobrabitur quaſi fecerit domum orationis ſpeluncam latronum. Puto autem

et in hoc tēpore inuiſibiliter venit Ieſus ad ſin
gulas eccleſias dei: & eiicit: quos ſupradixim⁹
dignos eiectione. Quotienſcūq; em̄ excitat tē
tationē ſuper eccleſiam: venit ad eam: & viſi-
tat eam: vt faciat qđ facere ſcribitur in hoc lo
A co. Poſt hęc videamus: ne forte & ſic locus iſte
intelligi poſſit. Omnis em̄ natura rationabilis
tēplum eſt dei: quę ad hoc eſt creata: vt capiat
gloriam dei. Hoc ergo qđ eſt naturaliter tem-
plum dei: id eſt anima: implemus peccantes
quibuſdam quidem vendentibus: quibuſdam
autem ementibus cogitationibus malis. Et ſi
aliquid ſanctū reliquum eſt ī anima noſtra: qđ
eſt colūba. Dicit ergo ad eos qui peccāt: & ple
ni ſunt furibus cogitatibus. Domus mea: do-
mus orationis vocabitur. Vos autē feciſtis eā
ſpeluncam latronum. Et Ieſus quidem eos qui
ſpeluncam fecerāt latronum domū orationis
fures eiicit de tēplo. Illi autē qui conſentientes
erant furibus: de Ieſu quidem dixerunt: cruci
fige: crucifige eum: de Barabba autē latrone:
dimitte nobis barabbā. Propter qđ vſq; hodie
Iudęi Ieſum quidē non habēt: nec em̄ credide-
runt in eum: habent autem de ſpiritalibus ne
quitiis latronem Barabbā: quem iam tētū: &
in carcere clauſum aduerſus ſe petierūt dimit
ti. Ideo princeps infidelium Iudæorū eſt Bar-
abbas latro. Et acceſſerūt ad eum cęci & clau-
B di in templo: & ſanauit eos. Quę ſunt quidem
ſecūdum ſimplicem intellectum: habētur ma-
nifeſta. Secūdum conſequētiam autem prędi-
ctorum moraliter expoſitorum: dicendum eſt
quoniam in templo dei: id eſt in eccleſia: non
ſunt omnes videntes: neq; recte ambulantes.
ſed alii quidem ſunt cęci: alii autē claudi. Qui
ex eo ꝙ intelligūt propriam cęcitatē: & ſcien-
tes: qa nullius alterius opus eſt niſi Chriſti Ie-
ſu: & verbi dei vt ſanent: vt percipiant ſanita-
tem accedētes ad verbum dei ſanantur. Vidē
tes autem principes ſacerdotum: & ſcribę mi-
rabilia quę fecit: & pueros clamantes in tēplo:
et dicētes oſanna filio Dauid: indignati ſunt:
et dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus au
tem dixit eis: vtiq;. Nunq̄ legiſtis ex ore infan
tium: & lactētium perfeciſti laudem? Quēad-
modum ſecūdū hiſtoriam vituperabiles ſunt
iſti principes & ſcribæ: ita & ſecundum eccle-
ſiam Chriſti vituperabiles ſunt quidā epiſco-
pi & preſbyteri: qui vitā ſuam minime ador-
nātes: nec induti ſcientia veritatis: & quidem
vidētes miracula Chriſti: nihilominus contē-
nūt puſillos eccleſię: & paruulos deum laudā-
tes: & Chriſtum ipſius: & indignātur in eorū
profectu: & accuſant eos apud ipm̄ Ieſum qua
ſi peccantes: cum non ſint peccantes. Et quaſi
ad non audientem: neq; ſeruantem ordinem
omnem dicunt. Audis quid iſti dicunt? Et hoc
magis ītelligere poterimus: ſi cognouerimus
quomodo frequēter eos qui feruent ſpiritu: &
vſq; ad carcerem cōtra infideles luctantur: &
pericula vniuerſa cōtēnunt: & cum omni vir-
tute cōtinentiā: & virginitatē ſeruare ſtudēt.
Sunt autem imperiti ſermone quos arguunt: C
quaſi incontinentes ſacerdotes vituperabiles:
et culpāt eos apud Ieſum quaſi ipſi ſint iuſtio
res talibus pueris ſimplicibus: & benignis: &
ſtudioſis. Ieſus autem pueris quidem teſtimo-
nium pręſtat: ſacerdotibus autē ignorantiam
ſcripturarum imputat dicens. Nunq̄ legiſtis
qđ ſcriptū eſt: ex ore infantium & lactentium
perfeciſti laudem? Qui adhęrent eccleſię: qua-
ſi nuper nati īfantes: rationabile & ſyncerum
lac deſyderātes: & ſugētes ipſum: laudāt deū
fide & cōuerſatione: & completur in eis quod
dictum eſt: Ex ore infantium & lactētium per
feciſti laudē. Ipſe enim ſibi deus in talibus per-
ficiet laudem. Pro quibus gratias agens filius
patri dicebat. Cōfiteor tibi pater domine cœ
li & terræ: quoniā abſcondiſti hæc a ſapienti-
bus: & manifeſtaſti ea paruulis. Etiā pater quo
niam ſic fuit bona voluntas ante te.

Secundum Matthęum. Cap. XXI.

IN illo tempore. Abiit Ie
ſus foras extra ciuitatē
in Bethaniam: & māſit
ibi. Mane autem reuer-
tēs in ciuitatem eſuriit.

Homilia Origenis
preſbyteri de eadē
lectione. XVI.

OVos relinquēs exiit ab Hie- D
roſolymis Ieſus: & māſit in
bethania niſi pricipes: & ſcri
bas: qui ſciebāt quidem mi-
rabilia quę fecit Ieſus: & pue
ros clamantes in tēplo: nihi
lominus indignātes aduer
ſus eos qui deū laudabāt: quaſi qui nō intelle-
xerāt qđ fuerat ſcriptū: ex ore infantium & la
ctētium perfeciſti laudē? Et quoniā reliquit il-
lam Hieruſalē: & factus eſt extra eā: ideo ceci-
dit: & lapis ſuper lapidē ibi ſtare nō potuit. Ve
nit autem in Bethaniam ad domum obedien
tię: id eſt eccleſiam: in qua eſt etiam commora
tus: & requieuit: eo ꝙ nō habebat ī Hieroſoly
mis: vbi caput reclinet: quę talibus ſacerdoti-
bus & populo impio erat repleta. Cū autē re-
quieuiſſet in Bethania: ī domo obediētię: poſt

principium conſtituendi eccleſiam: poſtq̄ re-
pauſauit aliquantulum in ea: tunc reuertitur
in ciuitatem quā pauloante reliquerat. Et re-
uertens eſuriit. Et vidit vnā ficulneam ſecus
viam arborem (populum circūciſum.) Et ve-
niens ad eā nullum fructū manducabilem in-
uenit in ea: ſed tantum ſpeciem vitæ. Folia em̄
ſine fructibus erant in ficu. Et quoniam arbor
illa erat animā habens: quaſi audienti dignam
maledictionē ſuam dicit. Nunq̄ ex te naſcatur
fructus in ſempiternum. Id eſt q̄diu ſtat hoc ſę
culum præſens: nunq̄ ex te fructus naſcatur.
Ideo infructuoſa eſt ſynagoga Iudęorū. Et hoc
erit ei vſq; ad conſummationem ſęculi: donec
intrauerit gentium plenitudo. Et aruit ficul-
nea adhuc peregrināte in hac vita hominum
Chriſto: & inter homines quaſi homine con-
uerſante. Et vidētes diſcipuli mirati ſunt: ocu
lis em̄ ſpiritalibus viderūt myſterium fici ſic-
catę. Non tantum quia ſiccata eſt: ſed quia cō
E feſtim ſiccata eſt: id eſt popul⁹ Iudęorū. Reſpō-
dens autem Ieſus: ait illis. Amen dico vobis ſi
habueritis fidē: & non hęſitaueritis: nō ſolum
idem de ficulnea facietis: ſed etiā ſi mōti huic
dixeritis: tolle te: & iacta te in mare: fiet. Ergo
diſcipuli Chriſti fideles & nō hęſitātes areſce
re faciunt ficulneam illam dicentes ad eā. Vo
bis primū miſſum fuerat verbum dei: ſed quia
indignos vos iudicatis ęterna vita: ecce cōuer
timur ad gētes. Et relinquētes eam: ſiccam fa-
ciunt eam: cū vitalis virtus eius tranſierit ad
gentes. Super illud autem ꝙ poterunt ſiccare
ficulneam adhuc diſcipulis ſuis ꝓmittit: quo-
niam ſi habuerint fidem & non hæſitauerint:
etiam monti qui a Chriſto videtur & manife-
ſtatur: id eſt cōtrarię poteſtati extollēti ſe con
tra homines dicent: tolle te: & mitte te in ma-
re: & fiet. Tollitur em̄ a ſingulis qui adducun
tur ad fidē verbo diſcipulorū Chriſti: altitu-
do illa malitię: mons ille ſathanas: & mittitur
in mare: id eſt abyſſum dignum ſe locum. De
quo mari dicit in pſalmo. Hoc mare magnū &
ſpacioſum: illic naues pertranſibūt: animalia
puſilla cum magnis: Draco iſte quē formaſti
ad illudendum ei. Item. Tu confregiſti capita
draconum ſuper aquas: & dediſti eum eſcam
populis æthiopum. Ipſa autem eſt Bethania:
vbi ex mortuis ſuſcitatus amicus Chriſti La-
zarus morabatur. Et omnis qui obedit verbo
dei cōfirmato: & commoranti in ſe: Bethania
eſt: & domus obedientiæ: & cōmoratur Chri-
ſtus in eo: & requieſcit. Et forſitā ſimplices di-
cunt de eo qđ ſcriptum eſt: relictis illis abiit in
Bethaniā: quomodo em̄ poterat fieri extra ci-
uitatem niſi reliquiſſet priores apud quos fue
rat prius? Sapientiores autē auditores dicūt.
Non omnes reliquit priores quando fit apud
alios: ſed malos quidē & peccatores reliquit.
Quando fuerit apud iuſtos: fiet & apud alios
poſt illos & cum illis. Nam & in Bethania cō-
morans Ieſus: non relinquens Bethaniam ve-
nit in ciuitatem. Erat enim in Bethania: & ve
nit in ciuitatem. Eſurit autem Ieſus ſemper in
iuſtis volens manducare fructum ſpirituſſan
cti in eis. Et ſunt eius eſcæ: vt ita dicam: ficus
quas eſuriēs edit: id eſt charitas eius: qui eam
fructificauit: qui prim⁹ fructus eſt ſpirituſſan
cti: & gaudium: & pax: & patientia: & reliqua.
Quæ quidem q̄diu fructificamus: non areſci-
mus. Si autem venienti domino: & quærenti
huiuſmodi fructū: vt manducet in nobis: non
exhibuerim⁹: dicet ad nos. Nunq̄ ex vobis fru
ctus naſcatur in ſempiternum. Et vide quoniā F
ſecus viam erat hęc ficus: quæ folia tantū ha-
buit ſine fructu. Sic enim & terra quæ ſecus
viam eſt (licet fuerit ſeminata) nullum fructū
producit: diripientibus volucribus ſemina ſe
minata. Q̄diu ergo non venit Ieſus ad aliquā
ficum: nec quærit fructum eius: ſed patienter
agit: & ſuſtinet ſi forte proferat fructum: non
exſiccatur. Si autem venerit eſuriens: & fru-
ctum requirens: & inuentus fuerit aliquis ni-
hil iuſtitiæ habens: niſi profeſſionem tantum-
modo fidei (qđ eſt folia ſine fructu) mox exſic
catur: etiā hoc ipſum ꝙ videtur fidelis amit-
tens. Et eſt multos in eccleſia videre tales qui
multo tēpore portauerunt fidei nomen: oſten
dentes tantummodo quia viuunt: omnino au
tem ſunt ſicci. Quos quia non fructificabant:
videmus recedentes a verbo dei ad plenum:
et ſiccos. Quem talem cum viderint diſcipu-
li ſiccum: mirantur: dicentes. Quomodo con-
feſtim ſiccata eſt? Adhuc manifeſtius de hoc
ipſo dicamus. Quomodo in tentationibus pe- G
tit fructum Ieſus a ficulneis quas plantauit: id
eſt in perſecutionibus confeſſionem: & teſti-
monium quærit fidelium. Et cum mulier me-
retrix inſaniens excitata fuerit ſuper aliquem
quærit in eo Chriſtus fructum continentiæ.
Quem protulit & Ioſeph: cum fureret eius
domina ſuper eum. Et ſic in ſingulis quibuſq;
tentationibus intellige Chriſtum venire ad
chriſtianos in tētationibus eſurientem: & fru
ctum virtutis quærentem. Qui autem nō fue
rit præparatus: vt exhibeat fructum eſurien-
ti: aut confeſſionis: aut caſtitatis: confeſtim ſic
catur. Qui em̄ denegat in perſecutione: ſicca-
tur. Similiter & qui fornicatur ſiccatur: q̄uis

oſtenſione fidei quã antea baiulabat: quaſi foliis coopertus. Et ſuper tales mirãtur diſcipuli quomodo mox ſiccantur. Et frequenter per multos annos quis cõſtitit ficus: & non eſt ſiccatus. Veniente autem in vltimo vitę eius ad eũ Chriſto: videlicet in tentationibus: & quęrẽte fructum in eo: & non inueniente: ſiccatur et tãtorum annorũ perdidit ſubito vitam. Et hoc fit: vt impleatur ſermo dñicus dicẽs. Qui habet dabitur ei: & abundabit: qui autem nõ habet: & ipſum qđ habet auferet ab eo: vt non
A ſit otioſum qđ habet. Et vnuſquiſq; diſcipulorũ ſi habuerit fidem: & non hęſitauerit: & ficũ areſcere facit: & quod ſequitur eum. Et eſt operis demonſtrare: quomodo Chriſti diſcipulus quærẽs fructum in ficu: & nõ inueniens dicat ad eam: nunq̃ ex te fructus naſcatur in ęternũ vt confeſtim ſiccetur. Vtputa: pone mihi aliquem quæ ſunt quidẽ fidei profitẽtem: & pronuntiantẽ ſe in nomine Ieſu manducare: & bibere coram ipſo: & Ieſum ĩ plateis cordis eius docuiſſe ita: veniat diſcipulus Chriſti quęrẽs fructũ ſapientię & verbi in eo ſecundũ profeſſinẽ docẽdi quæ dei ſunt: quærens & ſcrutans eũ per verbũ: nullũ inueniat fructum in eo: & ideo manifeſtũ faciens eũ vidẽtibus: vacuum a Chriſto exhibeat per verbũ: quoniam nõ eſt poſſibile aliquẽ fructũ fieri in eo ĩ ſempiternũ qui ex arbitrio læſus eſt. Sicut & Petrus dixit ad Simonẽ: arefaciens eũ qui videbatur Chriſti ꝓfeſſor. Pecunia tua tecũ ſit ĩ interitũ: quoniam donũ dei exiſtimaſti te per pecuniã poſſidere. Cor eñ tuum non eſt rectũ corã deo. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe. Et melius eſt vt fallacem ficum quę viuere ęſtimatur: nõ autem fructificat quaſi viua: argutã quia eſt infructuoſa ſiccari verbis diſcipulorũ Chriſti: & fieri manifeſtam: q̃ vt furetur dũ viuere æſtimatur per figmentũ profeſſionis innocentiũ corda: & eorũ qui facile ſeducũtur a talibus. Arbitror autem & in vnoquoq; infideli: & iniquo mõtem eſſe ſecũdum mẽſuram infidelitatis & iniquitatis ipſius: qui verbis diſcipulorũ Chriſti tol-
B litur: & mittitur in mare tormentoꝝ eius. Et omnia quęcũq; petierint in oratione credẽtes diſcipuli Ieſu percipient: quaſi diſcipuli Chriſti: nihil qđ non oportet petẽtes: & quia credẽtes magiſtro nihil aliud petunt: niſi magna & cœleſtia: ſicut ipſe dicit ad diſcipulos ſuos. Petite magna: & minima vobis adiicientur. Petite cœleſtia: & adiicientur vobis terrena. Marcus autẽ in hoc eodem loco ſcribens: aliud aliquid quãtum ad textum adieciſſe videtur dicens. Quoniam videns Ieſus ficũ de longe habentẽ folia: venit quaſi inuenturus aliquid in ea. Cum veniſſet autem & nihil inueniſſet niſi folia tantũ: nec eñ erat tẽpus ficuum: reſpondẽs dixit ad eam. Nunq̃ ex te in æternũ quiſq̃ fructum manducet. Dicet aliquis. Si non erat C
tẽpus ficuum: quomodo venit Ieſus quaſi inuenturus aliquid in ea? Et quomodo iuſte dixit ad eam: nunq̃ ex te quiſq̃ fructum manducet? Contra hęc reſpõdemus: quoniam numerati ab apoſtolo fructus ſpiritus ſancti hi ſunt Charitas: gaudiũ: pax: patientia: benignitas: bonitas: fides: mãſuetudo: continentia. Hi omnes aliquando in tempore ſuo redduntur. Melius autem eſt: quando circũſtantibus aduerſariis: & prouocãtibus ad non fructificandũ: potuerit aliquis: ꝑpterea ꝙ ſatis eſt prodificatus in verbo: nihilominꝰ proferre fructus ſpiritus ſancti. Qđ autem dico tale eſt. Vnus de fructibus ſpiritus ſancti charitas eſt. Huius tẽpus eſt quãdo non eſt difficile fructum reddere charitatis: & diligere diligẽtem. Et eſt quidem fructus iſte ſpiritus ſancti: tamen in tempore ſuo. Si autem aliquis excitetur ad odium fidelis conſtitutus: & circunueniatur: & inſidias patiatur: & diligat inſidiantẽ ſibi: aut certe ſi fuerit aliq̃s male moratus: & odio dignꝰ: ille iuſtus: nec hunc talem odiet: ſed quaſi filiꝰ eius qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: etiam tunc eum diligat: vtputa non in tempore ficuum fructum dãs charitatis: beatus eſt. Similis & de gaudio poteſt eſſe tractatus. Qui profert fructum gaudii: nullo eũ ad triſtitiam prouocãte. Quando autem pręſentia prouocant eum ad triſtandum: vel ad puſillanimitatem: prouocatus autem ille per verbum in tantum proficit: vt etiam in tempore triſtitiarum gaudeat: & in tempore opprobrii vel caſtigationũ glorietur: & in omni tẽpore periculi memor ſit eius qđ dictũ eſt: Semper gaudete: beatus eſt huiuſmodi chriſtianꝰ fructum gaudii ferẽs etiam non in tempore ficuum. Similiter ĩ omnibus fructibꝰ ſancti ſpiritus eſt tractandum. Vult eñ Chriſtus fideles ſuos meliores eſſe humana omni natura: & exigit eos ſupra naturam: & (vt ita dicã) opera dei magis q̃ hominum. Propter qđ hominibus dicit: quoſcunq; ad beatitudinem vocat. Ego dixi dii eſtis: & filii excelſi omnes. Arguẽs autem eos qui nolunt eſſe dii: nec filii eſſe excelſi: Vos autem ſicut homines moriemini. In ſingulis enim quibuſq; peccatis quãdo ſumus carnales: & ſecũdum hominẽ ambulamus: nihil operamur niſi vt moriamur. Et verum eſt quia ſi ſecũdum carnem viuimus moriemur: ſicut docet apoſtolus.

Secundum Matthęum.Cap.XXI.

IN illo tẽpore. Cum ve-
niſſet Ieſus ĩ tẽplum: ac
ceſſerunt ad eum docẽ-
tẽ principes ſacerdotũ:
et ſeniores populi dicẽ-
tes.In qua poteſtate hęc
facis? Et quis tibi dedit
hanc poteſtatem?

Homilia Origenis de eadẽ lectione.XVII.

TRibus euangeliſtis idipſum
C quaſi neceſſarium cõſcribẽ
tibus dignũ eſt videre quid
intelligẽtes principes ſacer
dotũ: & ſeniores populi ĩter
rogauerũt Ieſum: nõ vnã in
terrogationẽ: ſed duas pro
ponẽtes. Vnã quidẽ: ĩ qua poteſtate facis hęc:
alterã autẽ quis tibi dedit hãc poteſtatẽ: & qđ
volens dominus propter hoc ſolum contra in
terrogauit: vt ne reſpõderet ad interrogatio
nem eorum. Qꝫ autem non (ſicut arbitrãtur
quidã) ſimplex eſt intellectus loci iſtius: & fa-
cilis: ſed myſterialis & altus: manifeſtum erit
ex eo qđ oſtendemus. Dicunt eñ ſimpliciores
quoniam ſcientes duas eſſe poteſtates: vnam
quidem dei: alteram autem diaboli: principes
ſacerdotum: & populi ſeniores interrogabant
in qua ex duabus his poteſtatibus vna prodi-
gia faciebat: & a quo eam accepit: ita dñs vt ne
ad interrogata eorũ daret reſpõſum: interro-
gauit econtra ſimul: vt & interrogãtes argue
ret: quaſi qui nõ recte fecerũt credere nolẽtes
Ioanni: & vt abiiceret ĩterrogatores indignos
a ſuo reſponſo: vt videretur eis rationabiliter
non reſpondere. Sed dicet aliquis contra hęc:
quia ridiculũ erat interrogare: in qua poteſta
te hęc faceret Ieſus. nec eñ poterat fieri: vt re
ſponderet: quia in poteſtate diaboli. Et non di
cã: Ieſus hoc non reſponderet: ſed nec ipſe ho-
mo peccati: q aduerſatur: & extollitur ſupra
omne qđ dicitur deus: aut qđ colitur: reſpõde
ret: qđ erat verũ: quoniam ĩ poteſtate diaboli
facit omnes virtutes: & ſigna: & prodigia: qui
bus ſeducat ſi poſſibile eſt / & electos dei. Si er-
go nec ille diceret ſe in poteſtate diaboli face-
re ſigna: & prodigia mẽdacia ĩ omni ſeductio
ne iniquitatis his qui pereunt: quãtomagis do
minus & ſaluator nequaꝗ etſi nõ interrogaſ-
ſet ecõtra: aliud aliquid reſpõderet: niſi in po
teſtate dei? Ad talem ergo manifeſtiſſimã ra-
tionẽ horum: & illos interrogare: & Chriſtũ
nõ reſpõdere: ſatis vtile mihi videtur. Siquis
autẽ dicat: quoniam nõ interrogabant princi
pes: vt audientes diſcerent: ſed vt illum terre-
rẽt: vtputa: ſi facit aliquis qđ nobis non placet
in noſtris: dicimus ei: quis te iuſſit hoc facere?
non volentes audire: ſed eum terrentes: vt ille
ſciens: qa nemo eũ iuſſit: recedat ab actu: ſic &
principes interrogabãt dominũ: terrentes po
tius ꝗ interrogantes: vt ille quaſi ſciens ſe non
in poteſtate dei hoc agere: ceſſaret ab ope. Sed
quid ꝙ & Chriſtus ita reſpondit. Dicite mihi E
vos hoc: & ego vobis dico ĩ qua poteſtate hoc
facio? Qđ nunꝗ diceret Ieſus: ſi eos non diſcẽ-
di cauſa: ſed terrẽdi: interrogare ſenſiſſet. Vi-
de ergo ne forte intelligať ſic hic locus. Sũt po
teſtates diuerſę: quę generaliter quidem ſunt
duę. Vna ex parte dei: altera ex parte diaboli.
Specialiter autẽ plures: & incõparabiles. De
quibus apoſtolus Chriſtum glorificãs: ſcribit
ad colloſſenſes: dicẽs omnia ĩ eo eſſe ſecreta ꝗ
in cœlis ſunt & ĩ terris: ſiue viſibilia: ſiue inui
ſibilia: ſiue ſedes: ſiue dñationes: ſiue principa
tus: ſiue poteſtates. Nõ dixit vnũ principatũ:
aut vnam dominationẽ: aut vnam ſedem: aut
vnam poteſtatem: ſed multas. Et ſicut ſunt in
parte dei: ita ſunt & ĩ parte diaboli multi prĩ-
cipatꝰ: multę poteſtates: ſicut teſtatur apoſto
lus dicens. Non eſt nobis colluctatio cum car-
ne & ſanguine: ſed aduerſus prĩcipatus: & po-
teſtates: aduerſus rectores huius mundi tene
brarũ harum: aduerſus ſpiritalia nequitiæ in
cœleſtibus. Ego autẽ arbitror: quoniã & oñia F
eorũdem nominum ſunt apud diabolum: quę
cunqꝫ ſunt apud deum. Et eſt forte poteſtas ex
poteſtatibus vniuerſis: quę ipſi Chriſto mini-
ſtrat: alia autẽ quæ prophetis cooperabať fa-
ciẽtibus ſigna. Et nõ oñibus vna poteſtas: ſed
alia forte iſtis: alia autẽ illis ſecundũ dignitatẽ
fidei eoꝝ: quã ſolus ſciebat deus. Et nec in om
nibus virtutibꝰ faciendis vna eademqꝫ poteſtas
cooperabatur: ſed in quibuſdã quidẽ hęc: ĩ qui
buſdã autẽ alia: & ad res forſitan inferiores in
ferior: ad res autem eminentiores: eminẽtior.
Principes ergo ſacerdotũ: & ſeniores populi
cognoſcẽtes plura de poteſtatibꝰ: & gradibus
ſacramentorũ cœleſtiũ: ſiue ex traditione ma
iorũ: ſiue de ſecretis quibuſdã: vtrũ autẽ ratio
nabiliter: aut irrationabiliter excitati videbãt
Ieſum multa ꝓdigia facientẽ: non ſine poteſta
te aliqua ei ſubiecta: & ideo poteſtatis illiꝰ ſpe
ciẽ: & ꝓprietatẽ volebãt audire a Chriſto. Et ſi
quidẽ fuiſſet prĩcipes ſacerdotũ aliq ſcãti: qua
lis fuit Aarõ: vel eleazar: vel Finees: vl' qcũqꝫ
eorũ q bene functionẽ ſuã cõſũmauerũt: qſi nõ
tẽtantibus: ſed diſcere cupiẽtibꝰ: & dignis hu
iuſmodi ſcientia: ſine dubio declaraſſet myſte
ria poteſtatũ: & differẽtias eaꝝ. Et de cõtrariis
ptãtibꝰ rõnẽ: & differẽtias eaꝝ manifeſtaſſet.

A Quoniam autẽ illi pricipes ſacerdotũ:& popu li ſeniores nõ fuerãt digni talia audire myſteria:propterea nõ eis dat reſponſum: ſed cõtra interrogauit: vt propter hoc ꝙ nõ reſpõdent ad interrogationẽ ſibi propoſitã de Ioanne: rationabiliter nec ipſe reſpondeat eis. Quero autẽ ſi vnuſquiſq; eorum qui ſigna fecerũt in aliqua poteſtate: vnũ in vna fecerũt ſemper:aut in primis quidẽ in iſta:proficiẽtes autẽ in alia poteſtate maiori:tamen ſaluator videt in vna poteſtate vniuerſa feciſſe quã accepit a patre. Nã hoc qđ reſpondet:dicens:nec ego vobis dico in qua poteſtate facio hæc:docet quoniã in poteſtate quidẽ vna fecit. In quali autẽ poteſtate nõ declarauit:nec proprietatẽ eius manifeſtauit:nec eminẽtiam quam habebat illa poteſtas ſuper alias poteſtates in quibus ante eum prophetę fecerũt virtutes. Et nũc in tẽplo eccleſię Chriſtus habetur:& docet in ea: & ſunt quidã principes ſacerdotũ ſimiles principibus illis:& ſeniores:ſimiles ſeniorib⁹ illis:& iterrogãt Ieſum & nõ accipiũt reſponſum ab eo: qa

B nõ ſunt digni ſcire quæ cupiunt. Item quero: vtrum volens eos Ieſus a ſe remouere fortuito hanc eis interrogationẽ propoſuit de Ioanne: tanq̃ ſi aliam quãcunq; interrogationẽ propoſuiſſet:aut neceſſarie propter vtilitatẽ eorum de Ioanne ſpecialiter eos interrogauit. Et mihi videt quoniam nõ fortuito hoc eos interrogauit:ſed quia Ioannes fuerat vox clamãtis in deſerto:parate vias domini:rectas facite ſemitas eius. Et hic erat de quo deus per prophetã dicebat. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuã:qui præparabit viam tuã ante te. Propter hoc æſtimo:iterrogauit de illo:nõ quidẽ ignorans:quoniã cogitantes dicturi fuerant: neſcimus:ſecũdum qđ ſcriptum eſt:ſed quantũ ad ſe ſignificãtes quaſi ex hominib⁹ eſſet. Ita quaſi reſpondẽtibus illis: quoniam ex hominibus erat:conſequentem parabolam introducit.

Secũdum Matthęum. Cap. XXI.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Homo quidã habuit duos filios. Et accedẽs ad primũ dixit. Fili vade hodie operari in vineam meã. Et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de eadem lectione. XVIII.

C SOlus Matthęus hanc parabolam ſcribit:ſicut mihi videtur continẽtem Iſrael nõ credentem verbis dei: & de populo crediturо ex gentibus. Iſti ſunt enim filii duo quos habuit deus:quaſi homo morem hominum gerens. Hic ergo accedens ad primũ quẽ acquiſiuit in primis: quẽ prȩcognouit:& prȩfiniuit:dixit ad eum. Fili vade hodie:& operare in vineam meam. Et diſtulit: fugiens hanc vineam propter æſtum qui habetur in ea & labores:& dixit. Nolo. Poſtea circa conſummationem pœnitens: ꝙ dixerat patri ſuo: nolo: venit in vineam:& operatus eſt voluntatẽ patris. Quando autem primus reſpõdit:nolo:acceſſit pater ad alterum:& ſimiliter dixit. Secũdus quidem reſpondit etiam domine:non autem venit ad vineam verbi: & in agrũ patris. Et manifeſtum eſt:quoniã qui dixit nolo: poſt ea autem compunctus abiit:& operatus eſt in vinea:voluntatem patris impleuit:nõ verbis: ſed factis. Qui autem verbis promiſit: non autem fecit:operibus negauit voluntatem facere patris. Vide autẽ ſi potes vti parabola iſta ad eos qui modicum quidẽ:aut nihil promittunt:neq; virginitatem: neq; alium ſecũdum euãgelium ſpiritalem actum:operibus autem oſtendunt qđ nec ab initio vſq; ad verbũ promiſerunt. Econtra eos qui magna promittũt: nihil autem ſecundum promiſſionem ſuã huiuſmodi agũt. Dicit enim aliquis. Virginitas D ſuper me eſt. Propter qđ nolo eam:& maius eſt q̃ virtus mea abrenuntiare hanc vitam: & vacare ſpiritalibus verbis:& poſtea recogitãs ad meliora ſe tradit q̃ profiteri videbatur in primis. Alii autem audacter multa promittunt operibus autem cõtraria ſuis promiſſionibus agunt. Poſt parabolam autem dicit de eo qui dixit nolo:poſtea autẽ recogitauit:& ſic abiit: Amen dico vobis quoniam publicani:& meretrices præcedunt vos in regno dei. Ad eũ autem qui dixit: vado domine: & non abiit: hoc refert. Venit Ioannes ad vos in via iuſtitiæ:& nõ crediſtis ei. Iterum de primo quidem: Publicani autem: & meretrices crediderunt ei. Ad eum autem qui dixit: vado domine:& nõ abiit: Vos autem videntes nec pœnitentiam egiſtis:vt crederetur ei. Conſydera & illud qđ qđ ait:præcedunt vos in regno dei: quoniam non excluſit Iudæos:vt non ingrediantur aliquando in regnum dei. Nemo eñ dicitur prȩcedere eum in aliquo loco:qui nõ ſequitur eũ per ipſum locum. Vide ergo ne forte hoc indicet ſermo:vt cum plenitudo gẽtium intrauerit:tunc omnis iſrael ſaluus efficiatur. Intellige autẽ mihi iſraelitas qui non ſecundũ carnẽ ſunt:ſed qui ingenuitate animæ Iſrael intelliguntur in fide & operibus bonis.

Secundū Matthęum.
Cap. XXI.

IN illo tēpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. homo erat paterfamilias: q plātauit vineam: & reliqua.

Homilia Origenis. XIX.

E QVi non abundantius diſcutiunt parabolā hāc: neq; ſingula verba ſcrutantur: ſatis manifeſta videtur: ſi hoc modo ītelligatur. Populus qui fuit ante nos cum eſſet pars dei: qui plantatus eſt a deo: vinea fuit dei. Cuſtodia autē dei: q̄ extitit circa eā: fuit ſepes ipſius. Turris autē: templum. Torcular autē: locus libationū. Coloni autē: ſacerdotes: & ſapiētes populi. Peregrinatio vero dñi: quādo dñs qui fuerat cū illis ī nube diei: & ī colūna ignis per noctem: donec plātaret eos introducens in montē ſanctum ſuū & in tabernacula ſua: nequaq̄ poſtea ſimiliter apparuit eis. Tēpus autē appropians fructuum petēdorū: tēpus extitit prophetarū exigētium a colonis & a vinea ipſa: vt oſtendāt qui acceperūt legem: ſi ſecundū eam vixerūt. Serui autem miſſi ad colonos ad fructus accipiendos: prophetę q prius fuerūt: quos principes & ſapientes populi iniuriauerūt cędētes quoſdā: & occidentes: & lapidātes. Alii autē ſerui plures poſt eos tēpore prophetarū multorū: quorū nomina in ſecūdo paralipomenon ſunt conſcripta: & in Hieremia: et in duodecim: & in Daniele. Dicet autē aliquis: & Ananiā: & Azariā: & Miſael pphetas fuiſſe tēporis eius. Et his ergo plurimis ſiliter ſunt abuſi cędētes: & occidētes: & lapidantes. Nouiſſime autē mittit paterfamilias filiū ſuū Ieſum Chriſtū: qui poterat reuerētiam eis incutere. Sed principes ſacerdotū: & ſeniores populi: & prudētes vidētes filiū non omnino inſenſati exiſtentes eminētiæ ſuæ hæredē eū eſſe intellexerūt. Auſi ſunt autē interficere eū: vt ipſi efficerent̄ dñi ſuper vineam illā. Et eiicientes eū extra res iſraelitarū: foris eū iudicantes eſſe: interfecerūt. Dominus autē qui ſtatim rediit: quē occiderūt: venit reſurgēs a mortuis et malos quidē colonos male perdidit: aliis autē colonis (id eſt apoſtolis) vineā ſuā conſignauit: id eſt eos qui ex iudaico poplo reliqui crediderūt: qui darēt in tēpore ſuo fructus domino ſuo. Item docet eos ex prophetia: quoniam ab iſtis quidē ædificatoribus reprobatus eſt: a deo autē electus: & caput totius ædificatiōis: et caput mirabile factus in oculis eorꝝ qui poſſunt eū videre. Ita prophetans gētium fidem: dicit nō credentibus ſibi doctoribus Iudęorū. Tolletur a vobis regnū dei: & dabitur gēti fa-
cienti fructus ſuos. Ad quā multa: quis ſpiri- F
talis cōſtitutus: & ad diſcutienda omnia paratus poterit dicere: pulſans obſcuritatē ei⁹: id eſt oſtium clauſum: & quęrēs inueniet. Et nos ſecūdū mediocritatē noſtrā talia ſuſpicamur in loco. Quoniā paterfamilias homo deus eſt: de quo ſcriptū eſt. Morigeratus eſt dñs deus tuus: quēadmodū ſi homo morigeraretur filiū ſuum. Sic eñ eo ꝙ morigerat̄ homines: vt hominū prodificet mores: in quibuſdā parabolis dicitur homo: quemadmodum ſi pater cū paruulo filio ſuo colloquat̄ infantia: vt deſcendat ad verba filii ſui: & morigeret̄ eū. Propterea puto: omnes iuſtitię quas tradidit deus hominibus: quaſi pueriles ſunt quātū ad pprias
iuſtitias dei. Quæ eſt ergo vinea alia pręter co- G
lonos priores & ſecūdos: quā plantauit paterfamilias? Quæ iſta vinea primū quidē tradita eſt iniurioſis colonis: poſtea autem aliis colonis facientibus fructū eius in tēpore ſuo: ſecūdū qđ dominus ait. Auferetur a vobis regnū dei: & dabitur gēti facienti fructum eius. Putas ergo idipſum debemus dicere regnum dei et vineā quæ colitur a colonis prioribus: & datur alteri gēti: aut aliud quidē debemus æſtimare vineam: aliud autem regnū dei? Videamus ergo primū probantes de ſcripturis: quoniam vinea appellat̄ populus: ſi oīa eius ſecundū huiuſmodi expoſitionem valeant conuenire. Dicit eñ Eſaias: Cantabo nūc dilecto canticum: dilectę vineę meę. Vinea facta eſt dilecto in cornu in luco vberi: & ſepe circūdedi: & cariciaui eam: & plantaui vineam ſoreth: & ędificaui turrim ī medio eius: & torcular fodi in ea: & expectaui vt faceret vuam: fecit autē ſpinas. Et poſt aliqua ſic. Vinea eñ dñi ſabaoth: domus Iſrael eſt. Et homo Iuda: nouellū dilectum. Protuli itaq; cāticum Eſaiæ volens conſyderare ſecundū parabolam hanc: ſi ſecundū illam vineam: & hæc vinea intelligi poſſit. Et vide quoniā quædā quidē ſimilia habent: alia autē diſſimilia: vt vidēs differētias ſimiliū ad
ſimilia: diſcas ſenſum ſcripturæ. Simile eſt er- H
go qđ ait plantauit vineam: & ſepe circūdedit eā: & fodit in ea torcular: & ędificauit turrim. Diſſimile aūt: quoniam in Eſaia quidē ipſam vineam accuſat plātator dicēs. Expectaui vt faceret vuam: fecit autē ſpinas. In euangelio autem manifeſte non vinea accuſatur: quaſi quę non dederit fructus in tempore ſuo: ſed coloni qui ſuſceperunt: & patriſfamilias ſeruos cōtumeliis affecerunt diuerſis. Nouiſſime et ipſum filium patriſfamilias occiderunt. Iterum

in Eſaia ipſe/vineę minat̃ dicẽs. Auferam ſepẽ eius & erit in rapinã: & deſtruam maceriã ei⁹ et erit in conculcationẽ: & cætera. Sed & nubibus promittit ſe mãdaturũ: vt ne ſuper vineã pluant illam quæ fuit ſecũdum prophetã domus iſrael: & homo Iuda: qui nullũ fructũ fecerũt. In euangelio autem vineã nõ inuenimus aliquid patiẽtem: ſed adhuc & prouiſionẽ dei conſecutam/vt poſſit fructus ſuos patrifamilias dare. Ablata eſt enim a colonis ipſis: & data genti meliori. Coloni autem oẽm ſuſcipiũt iram. Dicẽtes eñ cũ venerit paterfamilias malos male perdet: ſiue ratiõe verbi coacti: & cõſequẽtia parabolę: ſiue nolentes ꝓphetauerũt de ſe: quoniã cũ venerit: malos male perdet: et vineę promiſſionem faciens: aliis eã dabit colonis. Item cõſequẽter & Hieremias dicit ad populum. Ego plantaui te vineã fructiferã oẽm verã: quomodo cõuerſa es in amaritudinẽ vineæ alienę! Vides ergo quoniã in ꝓphetis popul⁹ iudaicus vinea appellatur: & cõminatio patriſſamilias cõtra vineã fit. In euãgelio autem omnino vinea nõ culpatur: ſed eius coloni.
A Sed qui vult euãgelica verba caute cõſiderare: nequaq̃ poterit clariter approbare: quoniam vinea populus eſt. Sed ne forte ſecũdum euãgelium vinea regnũ eſt dei: id eſt doctrina quę prouidentiam habẽs dei ſcripturis inſerta eſt ſãctis. Q đ eñ dicit: tollet̃ a vobis regnũ dei: & dabitur genti facienti fructum eius: manifeſte ſicut arbitror demonſtrat myſteria regni dei vineã eſſe id eſt legẽ: & ꝓphetas: & oẽs diuinas ſcripturas: quas tradidit dñs vineæ primũ quidem colonis populo illi priori: quoniam & primis credita ſunt eloquia dei: ſecundis autẽ gentibus facientibus fructũ: cuius vineę ſepes nihil tale patitur: quale ſcriptum eſt in propheta dicẽte. Auferã ſepem eius & erit in rapinam. Vide ergo ne forte naturali ratione: vineã poſſimus dicere eloquia dei. Conſequenter autẽ ſecũdũ eandẽ naturæ rationẽ vitam irreprehenſibilem hominũ & mores ſpecioſiſſimos fructus ipſi⁹ vineę. Ipſas autẽ ſcripturas/& literas ſcripturarũ eſſe vineę ſepem extrinſecus circũpoſitam: vt nõ videatur vinea ab eis q foris ſunt: maxime fruct⁹ eius qui
B ſunt in abſconſo. Profunditas autem eloquiorum dei: torcular eſſe vineę ei⁹. In quã qui profecerũt de eloquiis dei: & facti ſunt pfecti fructus eorũ: infundunt ſtudia ſua quaſi fructus quos de ipſis eloquiis colligunt. Turrim autẽ ędificatam in ea aſcenſum habentẽ/& eminentiam/& altitudinẽ ſuper vineã ipſam/& ſepẽ et torcular ęſtimo verbũ eſſe de ipſo deo & de diſpẽſationibus Chriſti. Et templũ diuini ſenſus qui habent̃ in eo. Et de tali turre puto dicere ſaluatorẽ in aliquo loco euãgelii. Quis veſtrum volens turrim ędificare: nõ prius cõputat ſi poteſt prius ponere fundamentũ: & conſũmare: ne forte incipiant videntes deridere eũ qui non conſummauit: quoniã qui vult dicere de deo: debet conſiderare ſi poteſt incipiens oĩa quę quęrunt̃ circa dei expoſitionẽ cõſummare: ne forte incipiens dogmata pietatis: imperfectã relinquat turrim verbi de deo: & coronam nõ ſuperędificet ei. Si eñ nõ ædificauerit ei coronã: cadet aliquis ab ĩtellectu dei ſcãdalizatus/& morietur. Hãc vineam tradidit C
colonis: id eſt populo ante nos: tam ſacerdotibus q̃ laicis: & profectus eſt ad ſuam profectionẽ: dans occaſiones colonis ex eo ꝙ ipſe plantauit: & circũpoſuit ſepem: & fodit torcular: & ędificauit turrẽ: ꝓferẽdi fructus: cũ appropinquaſſet tẽpus fructuũ. Appropinquant eñ & ſecundũ vnũquẽq; quidẽ tẽpora fructuũ. Puto aũt & generaliter populo vniuerſo. Appropinquationẽ aũt tẽporis fructuũ exponere vere ſicut eſt: ſup noſtrũ ingeniũ eſt: & cordis eſt mũdioris. Tamen ſecundũ virtutem noſtram incipimus hoc modo: incipiẽtes ſecundũ vnũquẽq; hoĩm. Ergo intellige mihi in vnaquaq; anima/quaſi vineam verbũ dei plãtatum. Vinea eñ occaſiones ſunt oĩm propoſitionũ quę neceſſarię ſunt ad ſalutem. Sicut ergo ĩ vineis eſt aliquod tẽpus quãdo prĩcipiũ fructus demonſtrant: & aliud quãdo florẽt: quę ſunt demonſtrata: & aliud quãdo acerbeſcũt fructus & aliud quando variant: & aliud quando vindemiandi eſt tẽpus fructus perfectos/& paratos ad præbẽdũ vinũ. In omnibus itaq; primũ D
vitę tẽpus eſt ĩſantia: & eſt tũc vinea nihil oſtẽdẽs niſi tantũ habẽs in ſe vitalem virtutẽ. Cũ autẽ cœperit poſſe loqui: tẽpus eſt generationis. Quantũ autẽ ꝓficit aĩa pueri operata: tãtum & vinea: quę operatur in eo: id eſt verbũ dei naturaliter implantatũ proficit: & producit indicia botrionũ futuroꝝ: florẽtium quidẽ adhuc: & odorẽ ſuauitatis futuræ virtutis in primis dantiũ. Poſtea autẽ & acerbeſcũt: quando malitia quidẽ eſt in iuuentute: non autem permanet: ſed neceſſarie ſuperueniens eſt propter ętatem: ſed vt ita dicam ſemper ad virtutem pergens. Quã ſi quis mãducauerit: ſecundum prophetã obſtupeſcere facit dentes: ſi autem nõ ea fuerit vſus: ſed ſemper quaſi per aliquã viam adducat eã ad virtutẽ: ex parte incipit variare: non autem & vuam habet perfectam. Eſt autem & poſt perfectũ ſtatus aliquis ſtudioſus: quãdo vinea operata fructũ profert maturũ: & ſtudioſos botriones/diuerſos/atq;

perfectos charitatis/ & gaudii/& pacis/& lon
ganimitatis: cęterarūq; virtutū quas apoſto=
lus refert: & multę ſcripturę. Eſt em̄ aliqua bo
trio ſecundū qđ ſcriptū eſt: beati pauperes ſpi
ritu: & altera: beati q lugent: & alia beati man
ſueti: & alia beati pacifici: & alia beati mundo
corde. Et quid neceſſariū eſt dinumerare ſin=
gulas beatitudinum cauſas: quaſi diuerſas bo
triones? Hęc aūt diximus volētes oſtēdere qd
ſit qđ ait: Cum autem appropiaſſet temp⁹ fru
ctuū. Patriſfamilias autē ſolius eſt cognoſcere
vere quando vniuſcuiuſq; hominis tēpus ap=
propiat: vel quādo adhuc longe eſt fructuum
tēpus. Et nos ſi abūdanter cōſideremus com=
paratione facientes tēporū: ex quo ſumus vo=
cati: ad omne tēpus fidei noſtrę: poterimus vi
dere quomodo qdam cū deberēt eſſe magiſtri
ſecundū tempus: iterū opus habēt doceri qua
lia ſunt elemēta pricipii eloquiorū dei. Sic cū
deberent quidā quantū ad tēpus diſpēſatiōis
dei: & ſecundū vocationē omniū iam fructus
afferre: aut omnino non habēt: aut cū deberēt
habere perfectos: habēt extra tēpus florentes:
E et non in tēpore ſuo aceruos. Si autem intelle
xiſti in ſingulis quibuſq; hominib⁹ quomodo
oporteat ītelligere qđ dicit: cū aūt appropiaſ=
ſet tēpus fructuū: tranſi ad populū illum: qui
tūc acceperūt legem per Moyſem: quoniam &
illis tēp⁹ fructuū appropiauerat aliquādo. Et
miſit ſeruos ad priores colonos quib⁹ credita
fuerāt eloquia dei: vt acciperēt fruct⁹ vniuſcu
iuſq; vitis. Facile quidē eſt dicere quoniā ſer=
uos dicit prophetas: ſed quęrere cōuenit quo
modo mittunt ad colonos accipere fructus vi
neæ. Dicit em̄ aliquis: quoniā non ad accipien
dos fructus mittunt prophetę: ſed operari ma
gis. Vide ergo ſi poſſum⁹ dicere: quia ſpirita=
les fruct⁹: & diuinę oblatiōes dātur ab iis q co
luerant vineā: prophetis trāſmiſſis: vt offerāt
quaſi ſacerdotes deo populi fructus. Sed acci=
piētes coloni ex populo illo: aliū quidē cecide=
runt: ſicut Micheam percutiēs in maxillā Se=
dechias fili⁹ Canaam: quādo & dixit ei pphe=
tanti: pſeudo propheta qualis ſpiritus dei qui
locut⁹ eſt ī te? Aliū aūt occiderūt ſicut Zacha
riam inter tēplū: & altare: aliū lapidauerūt: ſi=
cut Azariam filium Ioiadæ ſacerdotem: ſicut
in ſecundo libro paralipomenon poſitum eſt.
Cū ſpirit⁹ dei induiſſet Azariā filiū Ioiadæ ſa
cerdotem: ſurrexit ſuper populū: & dixit. Hęc
dicit dn̄s. Quare pręteritis mādata dn̄i: & nō
proſperabimini? Dereliquiſtis dn̄m: & derelin
quet vos. Et ſuppoſiti ſunt ei: & lapidauerunt
eū per mandatū Ioas regis in atrio domus dn̄i
et non eſt recordatus Ioas miſericordiā quā fe
cerat cū eo Ioiada pater ipſius: & mortificauit
filium ei⁹. Et cū moreretur dixit. Videat dn̄s
et iudicet. Iterū miſit plures prioribus: & fece
rūt eis ſimiliter. Plena eſt omnis ſcriptura eo=
rū quæ acciderūt prophetis: quos miſit ad po
pulum: vt fructus eoꝝ offerant per orationes
ſuas deo quaſi ſanctiſſimi ſacerdotes. Nouiſſi F
me em̄ miſit filium ſuū dicens. Reuerebunt fi
lium meū. Quęres autem quomodo deus qui
dē mittens filiū ſuū: dicit reuerebūtur filium
meū: quaſi qui nō pręſciebat qđ ei fuerat euen
turū. Nec em̄ videntur ſecundū textum præ
ſentem iudęi reueriti eum: & inuenitur ī hoc
de⁹ neſciſſe futurū. Sed dicere aliud eſſe factū
impium eſt. Iterū dicere quoniā reueriti ſunt
eū coloni: falſum eſt. Coloni em̄ videntes filiū
dixerunt apud ſe. Hic eſt hæres: venite occida
m⁹ eū: & noſtra erit hæreditas. Niſi forte hoc
modo ſoluam⁹. Sicut em̄ quaſi de omnibus iu
dęis occiſuris Chriſtū: ſic dicit generaliter: co
loni autem dixerūt: Hic eſt hęres. Venite occi
damus eum. Et tamen nō omnes iudęi occide
runt Chriſtū: ſed qui ſecūdum carnem fuerūt
iudęi. Secundū ſpiritum autem iudęi nō occi
derunt Chriſtū: ſed crediderūt in eum. Sic ge
neraliter quaſi de omnibus colonis dicit: reue
rebunt filium meū: & tamē non omnes illum
reueriti ſunt: ſed illi tātūmodo qui ſecūdū ſpi
ritū fuerūt iudæi q crediderūt in eū. Vt illud
qdē qđ ait: reuerebunt filiū meū: videat iple=
tū in illis iudęis qui intelligētes Chriſtū credi
derunt in eū. Hoc autē qđ dictū eſt: hic eſt hę=
res: venite occidamus eum: in illis impletū ſit
qui vidētes Chriſtum: & cognoſcētes filiū dei
nihilominus occiderūt eum. Simul autē quę= G
ret aliquis qui ſint iſti coloni q dixerūt hic eſt
hęres: venite occidamus eum. Nec enim vidē
tur iudęi occidiſſe eum: quaſi filium patriſfa=
milias dei. Econtra hoc aliquis dicit: quādo lo
quebantur ad alterutrum quis eſſet: quidā di
xerunt: Hic eſt Chriſt⁹. Ad quos alii reſpōde=
runt. Chriſtus cū venerit: nemo ſcit vnde ſit.
Hunc autem ſcimus vnde eſt. Ita quoniā per
ſigna: & prodigia compuncti intellexerūt qui
dem eum eſſe Chriſtū: nō autē & cōfeſſi ſunt.
Recognoſcēs autē aliquis & quæ ſcripta ſunt
de Herode cum didiciſſet a magis natū eſſe re
gem Iudæorū: videbit quoniā qui occiderunt
Chriſtū cognoſcētes quia filius dei erat: nihi=
lominus auſi ſunt contra eum. Nā & herodes
cōdiſcens a ſcribis quoniā in Bethleem naſcit
Chriſtus: & cōſentiēs quoniā Chriſtus erat q
naſcebat: promittit qdē dicēs. Ite & requirite
caute de puero: vt & ego veniā & adorem eū.
Nihilomin⁹ aūt auſus eſt cōtra puerū: credēs

quia Christ⁹ erat. Nec enim ſi nō credidiſſet:
oēs occidiſſet infantes in Bethleem a biennio
et infra: ſecūdum tēpus qđ didiciſſet a magis.
Sic & cæteri Iudæi cognouerūt quidē eū ſecū
dū quæ diximus: cognoſcētes aūt: nō diuulga
uerūt: vt ſermo eorū etiam ad alios pueniret
Sed quaſi q non cognoſcerēt: eiecerūt extra vi
A neam filiū: & occiderūt eū. Q autē dicit: eie
cerūt eum extra vineam: tale mihi videt: quā
tū ad ſe / alienū eū eē iudicauerūt a vinea & co
lonis quādo ſentētiā mortis cōtra eū tulerūt.
Et dixit eis Ieſus. Cū venerit paterfamilias qd
faciet colonis illis? Reſpōderūt ore ꝓprio iudi
cati: ꝙ malos male ꝑdet & vineam dabit aliis
agricolis. Aut em̄ ꝓphetāt queadmodū Cai
phas ſacerdos: q non ex ſe dixit verū: ſed qa ſa
cerdos fuit anni illius ꝓphetauit: ſic & iſti nō
ex ſe ꝓphetauerūt cōtra ſe: quoniā tollēda eis
erāt eloquia dei & gentib⁹ danda: fructum in
tēpore ſuo daturis. Dicit illis Ieſus. Nunq̄ le
giſtis ī ſcriptur lapidē quē reprobauerūt ædi
ficantes: hic factus eſt in caput anguli: a domi
no factū eſt iſtud: & eſt mirabile ocl'is noſtris?
Quoniā ergo putabant ſe eſſe ędificatores po
puli ſacerdotes illi: cū nō eſſent ędificatores ꝓ
babiles: nec em̄ ſi fuiſſent ꝓbabiles lapidē hu
iuſmodi reprobaſſent: tamē dicit illis de ſcri
pturis quoniam lapidē ſe conſtitutū & repro
batū ab eis pater collocauit in totius ædificii
caput: vt cōprehendat duos angulos veteris
teſtamēti & noui: & duorū populorū ędifica
tionē. Hoc eſt em̄ qđ ait: Lapidē quē reproba
uerunt ędificātes hic factus eſt in caput angu
B li. Et iſte lapis donū eſt donatū a deo ædificio
vniuerſo: & admirabile caput ī oculis noſtris
qui poſſumus eū videre oculis mentis. Si ergo
verū eſt qđ ait: auferet a vobis regnū dei & da
bitur aliis colonis: q reddēt ei fructū tempori
b⁹ ſuis: ſine dubio nemini datur regnū dei: id
eſt verbū dñi: niſi faciētibus fructū de eo. Et ne
mini qui a peccato regnatur: datur regnū dei
Sed dicet aliquis: Si nemini dat regnū dei fru
ctus eius non facienti: quomodo illi populo da
tū eſt a quo & ablatum eſt? Conſidera ſi poſſu
mus dare idoneā rationē in tanta difficultate
quęſtionis huiuſmodi. Conſidera quia cum vi
nea illi populo traderet: nō eſt dictū: & dedit
eam colonis: ſed ita: locauit: aut ſicut in gręco
habetur: tradidit eam colonis. Hic aūt habet:
auferetur a vobis regnū / & dabit aliis colonis.
Indiſſolubilis em̄ erat qſtio ſi queadmodū di
xit illic locauit / aut tradidit: ſimiliter & hic di
xiſſet: locauit / aut tradidit eā aliis colonis: aut
queadmodum dixit hic: dabit eam aliis colo
nis: & illic ita dixiſſet: dedit eam colonis. Quo
niā qđ datur / intelligit ꝙ gratis datur: qđ locā
tur autē & traditur nō omnino gratis datur
Quibus ergo tradidit: aut locauit nō omnino
quaſi electis: & fidelibus tradidit aut locauit:
quib⁹ autē donauit: cū iudicio electionis meri
to eoꝝ donauit. Et cum audiſſent principes ſa C
cerdotū & phariſęi parabolas ei⁹: cognouerūt
ꝙ de ipſis dicit. Et quęrentes eū tenere timue
rūt turbas: quoniā ſicut ꝓphetā eū habebant.
Et quicūꝗ inſidiatorie volūt tenere verbum
veritatis: vt quantū ad ſe mortificent eum: hi
nunq̄ poterūt eū tenere: neꝗ mortificare: qm̄
multus eſt populus qui æſtimant eum dei eſſe
prophetam: & pręconem veritatis: & largito
rem ſalutis: & ideo tenēt eum in cordibus: qui
& auellēt ab eis q volunt eum tenere: & oppri
mere eum. Deinde ſciendū eſt quoniam volen
tiū Ieſum tenere differētia eſt. Aliter em̄ prin
cipes: & phariſęi quęrebāt eū tenere: aliter au
tem illa ſponſa quę in canticis canticorū quę
rebat eū: & ſubiēs ibat in ciuitatem: in plateis:
& nūdinis: & vix inuenit eū. Poſtq̄ autē modi
cum ꝑtrāſiit cuſtodes: & circūeūtes in ciui
tate: & inueniens tenuit eū: quādo & dixit: te
nui eū: & nō dimittam eum: donec introducā
eum in domū matris meę: & in cubiculū eius
quæ concepit me. Hæc enim eadem ſponſa in
principio quidem cantici cāticorum ſic dicit:
Tenui eum in domo matris meę: & in cubicu
lum eius quę concepit me: circa finem autem
ipſius libri quaſi iam prouecta: & aliter eū tē
tura: melius q̄ in primis ſic dicit. Dixi aſcen
dam ſuper palmā: & teneam altitudines eius.
Vt autem intelligas qui ſunt volētes eum te D
nere principes & phariſæi: non autem tenue
runt: conſidera quoniā alia quidem verba ex
tra verbum Chriſti poſſibile eſt comprehen
dere: & tenere: & ſeparare de ſenſu eorum: vi
delicet qui aliud qualecunꝗ extra veritatem
habuerint dogma: & manifeſte in irritum eū
facere poſſibile eſt. Verbum autē veritatis ne
mo poteſt cōprehēdere: id eſt intelligere: neꝗ
tenere: id eſt conuincere: neꝗ ſeparare a ſenſu
credētium: neꝗ mortificare: id eſt deſtruere.
Dicit enim apoſtolicus ſermo. Spiritalis diiu
dicat omnia: ipſe autem a nemine iudicatur.
Diiudicat em̄: & diſcutit: & cōuincit alia ver
ba ſiue ſapientiam huius mūdi: ſiue hæretico
rum: nō autem diiudicatur: neꝗ comprehen
ditur ſenſus qui eſt ī Chriſto: neꝗ coinquina
tur ab eis qui proponūt eū irritū facere. Quis
em̄ cognouit ſenſum dñi qui inſtruat eum? Et
manifeſtū eſt: quoniā qui inſtructurus eſt ſen
ſum alicuius: primum cognoſcit eum: & poſt
hæc inſtruet. Sēſum aūt dñi nemo cognoſcit.

Propterea nemo eſt qui inſtruat eũ.Qui habe
bát tanq̃ ꝓphetá eũ:ſapiunt qdem aliqd de eo
qđ verũ eſt:nõ autẽ & magnitudinẽ ei⁹ intel-
ligũt.Erat eñ Ieſus:& ꝓpheta qdẽ:ſicut oſtẽ-
dit intelligẽtibus ex eo qđ ſcriptũ eſt.Prophe
tam ſuſcitabit vobis dñs deus veſter de fratri
bus veſtris:tanq̃ me ipſum audite:ſecũdũ oĩa
quęcũq; loquutus fuerit.Quicũq; autem non
audierit prophetam illum: interibit de popu
lo.Tamen eminentia eius nõ erat in eo ꝙ erat
propheta:ſed in eo ꝙ erat filius dei:primoge-
nitus vniuerſæ creaturæ: in quo creata ſunt
oĩa in cælis:& in terris:& cætera:& eminẽtia
eius erat in eo qđ erat:ſapiẽtia dicente.Domi
nus creauit me in principio viarum ſuarũ:in
E opera ſua priuſq̃ aliqd faceret:& cetera. Iſtas
autẽ turbas ſic ſapientes de eo: & paratas pu-
gnare pro eo cõtra impugnãtes timent prin-
cipes:& phariſęi:& non poſſunt inſidiari Ieſu:
volentes eũ tenere.Et q̃uis quaſi prophetã eũ
habentes turbæ nihil magnũ ſapiebant de di-
uinitate ipſius:tamẽ principes:& ſcribæ:neq;
eorũ ſcientiã cõprehendere poſſunt:q ex par-
te eum cognoſcũt:nihil dignũ declarantes de
eo. Hoc autem dico de his q vere pro eo ſunt.
Qui autẽ mẽdaciter ſapiũt non ſunt pro eo:q
glorificare ſe putãt eũ:quales ſunt hæretici q
confundũt patris & filii ſubſtantiã:vnũ dicen
tes eſſe patrẽ & filium:ſuſpitione ſola & nomi
nibus ſolis diuidẽtes eos: quos æſtimant vnũ:
quaſi magna de eo ſapere ꝓponentes iniquita
tem in excelſo loquũtur:& male loquentes de
deo nõ ſunt pro eo:nec eñ ſunt cũ eo:ꝓpterea
ſunt cõtra eum:ſicut dicit:q non eſt mecũ ad-
uerſum me eſt.Sic & ſi cõgregant q nõ ſapiũt
de Chriſto qđ verũ eſt in noĩe Ieſu: diſpergũt
magis q̃ congregant:ſicut ipſe dicit:q nõ con
gregat mecũ:ſpargit.Et vide qa non ſimplici
ter dixit:q nõ cõgregat:ſpargit:ſed cũ cauta
adiectione q non cõgregat mecũ.Qui eñ con
gregat:cũ Chriſto cõgregare debet.Quid ſit
aũt cõgregare cũ Chriſto ĩtelliges:ſi cõſidera
ueris qđ dicit apoſtolus:congregatis vobis &
meo ſpũ cũ virtute dñi nr̃i Ieſu Chriſti trade
re eũ q talis eſt ſathanę ĩ ĩteritũ carnis.qđ eñ
dicit:cõgregatis vobis & meo ſpiritu cũ vir-
tute Ieſu Chriſti:manifeſtat qd ſit cõgregare
cũ eo.Et hoc nõ cõuenit ad eos dicere:cõgre-
gatis vobis cũ virtute dñi noſtri Ieſu Chriſti.
Qui eñ cõgregãt cũ male ſapiẽtib⁹ de Chri-
ſto:nõ cõgregãt cũ Chriſto.Et manifeſti⁹ hũc
ſenſum habes apud Lucã ita dicẽtẽ.Et erat do
F cẽs quotidie in tẽplo. Principes autẽ ſacerdo-
tũ:& ſcribę: & ſeniores populi volebãt eũ pde
re:& nõ inueniebãt qd facerẽt.Popul⁹ eñ oĩs
ſuſpẽſus erat in eũ audiẽs eũ.Et in his oſtẽdit:
qm̃ q præſũt inique iudaicis turbis:& noĩant
prĩcipes ſacerdotũ:& ſcribę: & ſeniores popli
inimici Chriſti:volũt qdẽ perdere Chriſtũ: et
diſperdere nomẽ eius ex hominibus:& fidẽ de
eo:ſed nõ inuenimus qd faciãt:ſecũdũ qđ vo-
lunt: qm̃ pręueniẽs oĩs popul⁹ qui credidit ei
pendet in dilectione ipſius: & pẽdet vt audiat
doctrinã eius.Et eſt hoc vſq; nũc videre:quo-
modo q̃rũt exterminare q ſe ꝓfitent eſſe ſacer
dotes dei:& ſcripturas eius cognoſcere: quaſi
ſcribę eſſent:antiqtatẽ ſe tenere putãtes quaſi
ſeniores:& q̃rũt perdere Ieſum & extermina-
re fidẽ veritatis ipſi⁹: oĩa cõſequẽter ſecundũ
volũtatẽ patrũ ſuorũ agẽtes.Non tamẽ inue-
niunt quid faciãt:qa nõ poſſunt populũ Chri-
ſti pẽdentẽ in eũ ab eo diuellere: neq; delere eũ
de ſenſu eorũ.Forſitan autẽ & oẽs qui nõ recte
ſapiũt de diuinitate:ſed aliud loquunt de ea q̃
eſt Chriſti doctrina:pdere volũt Chriſtũ:non
autẽ poſſunt:qa totus popul⁹ fidelis pendet in
eũ audiens eum.Sed & quicũq; ad ſenſum ſcri
pturarũ extranearũ aſpiciunt:ideo moraliter
dicũtur ſcribę: & oẽs alieni preſbyteri a Chri
ſti doctrina:id eſt philoſophi gentiũ:cęterorũ
q; barbarorũ prudẽtes: pdere volũt Chriſtũ:
non autem poſſunt:victi a populo Chriſti pen
dente:& audiente doctrinam ipſius.

Secundum Mattheum.

Cap.XXII.

IN illo tempore: Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis.Simile eſt re-
gnum cælorum homini re-
gi qui fecit nuptias filio ſuo
& cætera.

Homilia Origenis preſby-
teri de eadẽ lectione. XX.

HAec quoq; parabola ſimpli G
citer intellecta: videt oſten
dere:ꝙ homo rex moraliter
deus & pater dñi noſtri Ie-
ſu Chriſti dicat.Nuptię au
tẽ filii regis reſtitutio ſpõſę
eccleſiæ ad Chriſtũ ſponſum ipſius. Qui autẽ
mittunt ſerui vocare inuitatos ad nuptias:ſe-
cundũ tẽpus habent ꝓphetæ cõuertẽtes ex po
pulo per ſuas ꝓphetias ad lętitiã reſtitutionis
eccl'iæ ad Chriſtũ. Qui autẽ noluerũt venire
in primis inuitati: qui noluerũt audire verba
prophetarũ.Itẽ alii trãſmiſſi: alia cõgregatio
prophetarũ.Pręparatũ autẽ prãdium:in quo
tauri:& ſaginata regis occiſa erãt:ſolidę & ra
tionabiles myſteriorũ dei eſcæ: ſic autẽ & oĩa
apparata: id eſt de oĩbus quæ neceſſaria ſunt
pręparati ſermões: quos cũ venerit qđ pfectũ

eſt: qui iuitationē ſecuti ſunt dei mādᵘcabūt & bibēt. Quoniā autē vocatorū per ꝓphetas qdā qdē neglexerūt tantūmodo q̄ dicebant: ſe cularib⁹ occupati negotiis: nō aūt & maligna ti ſunt aduerſus ꝓphetas: alii aūt & malignati ſunt cōtra eos: ideo differētiā eorū oſtēdere volens: dixit. Quidā quidem negligētes abierūt: alius quidē in agrū ſuū: ali⁹ autē in negotiationē ſuam: reliqui autē tenētes ſeruos ei⁹ iniuriis affecerūt: & occiderūt. Adhuc aūt ſe cūdū ſimplicē hāc traditionē ira intelligit re gis: de qua & apoſtolus dicit propter iudæos: Pręuenit aūt illos ira vſq; ī finē. Et prophetat aduerſus iudęos bellū: & īterit⁹ Hieruſalē: & interfectio populi poſt aſcēſionē dñi facta: ī eo qđ ait. Mittēs autē exercitū ſuū interfecit homicidas illos: & ciuitatē eorum ſuccēdit igni.

A Qđ aūt dicit: Tūc dixit ſeruis ſuis: nuptię q̄dē paratę ſunt: inuitati autē nō fuerūt digni: Ite ergo ad exitus viarū: & quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias: refertur ad apoſtolos Chriſti dicētes Iudæis. Vobis primū miſſum fuerat verbū dei: ſed qm̄ indignos vos iudicatis æterna vita: ecce cōuertimur ad gētes. Exitus ergo gentiū ſunt res gentiū foris extra iſrael: ex quib⁹ quoſcūq; inueniebāt apoſtoli vocabāt ad nuptias. Vocabāt autē obediētes tātū: nō autē & curabāt vtrū aliquādo ante vocationē mali fuerint: an boni qui vocabantur: oēs enim quos inuenire poterāt: vocabāt. Bonos autē intelligere hic ſimpliciter conuenit: humiliores & rectiores ex eis qui veniebāt ad cultū dei: qbus cōueniebat apoſtolicū dictum qđ ait. Cū gētes quę legē nō habent: naturaliter quæ legis ſunt faciūt: huiuſmodi legē non habētes: ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtēdūt op⁹ legis ſcriptū in cordibus ſuis: teſtimoniū eis perhibente cōſcientia eorum. Et impletę ſunt Chriſti & eccľię nuptię: & reſtituti deo q ab apoſtolis ſunt inuēti recubuerūt ad epulandū in nuptiis. Sed quoniā bonos & malos oportuit quidem vocari: non autem vt mali permanerent mali: ſed vt exuerent & deponerent veſtimenta cōtraria nuptiis: & induerent ſe nuptialia indumēta: id eſt viſcera miſericordię: benignitatem: humilitatem: manſuetudinem: longanimitatem: hæc enim ſunt nuptialia indumēta: ideo rex ingreditur vt videat diſcūbentes priuſq̄ apponatur prādium pręparatum eis: tauri: & ſaginata: & oīa præparata: vt videns retineat quidē habentes nuptialia veſtimenta ad quę delectet: condemnet autem contrarios. Ingrediens ergo inuenit quēdam qui nō mutauerat ꝓprios mores: nec induerat ſe nuptialia indumēta & dixit ei. Quomodo intraſti huc nōn habēs nuptialia indumēta? Et quoniam qui peccat: & renouatus non eſt: nec induit dominū Ieſum: quaſi nō habēs excuſationem aliquā: ideo dixit: obmutuit: & nō ſolum reiectus eſt a nuptiis qui iniuriā nuptiis fecit: ſed adhuc a miniſtris regis ſup vincula cōſtitutis ligatis pedib⁹ inceſſione: qua nō eſt vſus ad bonum: & manibus apprehenſiotia virtute: qua nullum bonum opus impleuit: condēnatus eſt in loco ab omni lumine alieno: & quātum ad omnes tenebras preſſioribus tenebris quę vocātur tenebrę exteriores. Sed & ſi quis noſtrum ad inuitationem quidē regis veniens ad nuptias filii eius: nō autem & indutus fuerit qualia prędiximus nuptialia veſtimēta: ſimilia patietur: ligatus manus: & pedes expelletur in tenebras exteriores: vbi erit fletus: ſecundū ꝙ ſcriptū eſt: væ h qui nūc ridetis quoniam flebitis. Et vt oſtēdat ſermo triſtitias & dolores eorum in quibus erunt qui veſtiti nō fuerint nuptialibus veſtimentis: ideo dixit. Illic erit nō ſolum fletus: ſed etiam dētium ſtridor. Hęc ergo ſecundum ſimplicem traditionē ſint dicta: tentemus autem repętentes ſcrutari ſubtilius. Regnum ergo cælorū ſimile eſt B
ſecundū eum quidem qui regnat: homini regi: ſecūdum eum autem qui cōregnat: filio regis: ſecūdum ea vero quæ ſunt in regno regis aſſimilatum eſt ſeruis: & inuitatis ad nuptias: quorum quidam quidē nolentes venire neglexerunt propter occupationes ſæculi hui⁹: alii autē iniuriis affecerunt ſeruos: & occiderunt Adhuc autem ex eis qui regnabātur fuit etiā ille exercitus regis: & qui ab exitibus viarum congregantur boni & mali: donec implerētur ex recumbentibus nuptiæ: & qui inter diſcūbentes non habuit veſtimentum nuptiale: et miniſtri qui iuſſi ſunt pedibus: & manib⁹ alligatū mittere in tenebras exteriores. Poterat quidē dicere ſimile eſt regnū cælorū regi ſine additamēto hoīs: ſed quoniā additum eſt etiā homini: neceſſariū eſt exponere etiam hoc. Et ante me alius quidā interpretatus eſt ſicut & mihi videtur. Fecit em̄ libros de legibus ſanctis: & protulit ſermonē vbi deus ſecundū paſſibilem naturā hominū vertit: & primū quidē dixit: vbi ſecūdū paſſibilē naturā vertit diſpēſans homines ſecundū ꝙ dictū eſt: morigerauit te dñs deus tuus: quēadmodū ſi pater morigeret filiū ſuū. Deinde ꝓtulit vbi nō eſt de⁹ quēadmodum homo: ſecundū ꝙ dictū eſt: nō ſicut homo deus noſter. Nos autē multā abūdantiam exēplorum habentes de euangelicis: C
in quib⁹ deus pater aſſimilatur homini: exponimus parabolas nominātes quaſi hominem

deum:& dicimus ad quoſdã hæreticos: q non
intelligẽtes quæ hoc modo dicunt in ſcriptu-
ris veteribus: peccãt in deũ legis:& propheta
rũ totius creatiõis: quoniã ſi homini aſſimila
tur deus ſecundũ parabolas euãgelii:ſecundũ
conſequentiã parabolarũ iſtarũ ſuſcipere con
uenit & irã ei:& furorẽ:& pœnitẽtiã:& auer-
ſionẽ vultus:& ſeſſionẽ: & ſtationẽ:& inceſſio
nẽ:& ſomnũ:quę omnia de deo ſcripta ſunt in
prophetis:& ab exitu oſtendũtur:quia nec ve
teris teſtamẽti ſcripturas intelligũt. Nã ſi ni-
hil deus habet in ſe qđ videt humanũ : dicant
vtrũ iſte deus q ſecundũ parabolas euangelii:
et homo dicit:& iratus ꝓponitur:ſecũdũ hu-
manã naturam ipſe eſt pater Chriſti: aut aliꝰ
præter eũ? & neceſſe habent:aut aliũ aliquẽ di
cere patrem Chriſti extra hunc quẽ parabolæ
et patrẽ Chriſti appellãt & ſimilẽ eũ humanę
naturæ ꝓponũt: aut ſi dixerint hũcipſum eſ-
ſe patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti:cogẽdi ſũt cõ-
fiteri quoniã multa in eo ſecundũ paſſibilẽ na
turam hominũ eſſe dicũtur:nõ quia ipſe paſſi
bilis eſt:ſed quia morigerat paſſibilem naturã
hominum. Q̃diu ergo homines ſumus:& nõ
expediũt nobis diuinę bonitates dei:& multi-
tudo miſerationũ eius abſcondita apud eũ:vt
ne noceamur vidẽtes eã: neceſſe ẽ vt ſimile ſit
regnũ dei homini regi: vt hominibꝰ quaſi ho
mo apud hoĩes loquatur: & diſpẽſet homines
nõ capientes diſpẽſari a deo: qui oĩno quidem
deus eſt:& in eo ꝙ loquit per prophetas:& in
eo ꝙ diſpenſet homines: & tũc ceſſabit regnũ
cælorũ ſimile eſſe homini : cũ ceſſante zelo:&
cõtentione:& reſiduis paſſionibus & peccatis
ceſſauerimꝰ ſecundũ hominẽ ambulare:& di-
gni facti fuerimus audire a Deo : ego dixi dii
eſtis:& filii excelſi oẽs:iã non agẽtes talia pro-
pter quę dicat ad nos:vos autẽ ſicut homines
D moriemini. Ego autẽ arbitror:quoniã nõ ſolũ
homini regi ſimile fieri regnũ cęlorũ ceſſabit:
ſed & alia multa: qbus opus habet homo pec-
cator:vtputa:dicit in Oſee:ego aũt ſum ſicut
panthera:& ſicut leo domui Iudæ:& in alio lo
co:& obuiabo eis ſicut vrſus turbatus. Ceſſa-
bit ergo aliquãdo eſſe ſicut panthera: & ſicut
leo:& vrſus turbatus:cũ deſinẽtes talia facere
iam nõ opus habuerint homines deo:ſicut pã
thera:& ſicut leone: & vrſo turbato: nec ipſe
habeat eos tales qui talẽ neceſſariũ habẽt: tũc
manifeſtabit ſe ſicut eſt. Ego autẽ ſic intelligo
qđ ait: Deꝰ noſter ignis cõſumẽs eſt: cõſumẽs
ea. Cũ aũt cõſumpta fuerit ab igne cõſumẽte:
ea q̃ cõſueta ſunt cõſumi ab eo: tũc iã nõ erit
deus noſter ignis cõſumẽs:ſed lumen:ſicut di
cit Ioannes. Deus lumẽ eſt. Quoniã autẽ noui
mus hęc:vide ſi potes etiã ſecũdũ hũc itellige
re modũ:ex Ioãnis epiſtola catholica ſic habẽ-
te. Chariſſimi nũc filii dei ſumus: ſed nõdum
apparuit qd erimus. Scimꝰ aũt quoniã ſi appa
ruerit ſimiles ei erimus:quoniã videbimus eũ
ſicuti eſt. Nunc qdem & ſi digni fuerimꝰ deũ
videre mẽte & corde:videamus eũ nõ queãd-
modũ eſt: ſed queãdmodũ ꝓpter noſtrã diſpẽ
ſationẽ factus fuerit nobis. In fine aũt rerũ: &
reſtitutionis oĩm quęcũꝙ locutus eſt p os pro
phetarũ a ſæculo: videbimus eũ non ſicut mo
do qđ nõ eſt:ſed queãdmodũ tũc docuerit:ſe-
cundũ ꝙ eſt. Quoniã aũt ſemel diximus hæc: E
in eo qđ ait. Simile eſt regnũ cęlorũ homini re
gi: poſſumus inuenire & cauſas propter quas
ſępe & ſaluator filiũ ſe hominis nominat: oſtẽ
dẽs quoniã ſicut deus homines diſpẽſans:qua
ſi in parabolis dicit homo: forſitan ſicut & ſal
uator principaliter qdẽ filius dei exiſtẽs:& de
us:& filius charitatis eius:& imago dei inuiſi
bilis : non aũt manẽs in eo qđ eſt principaliter
efficit ſecũdũ diſpẽſationẽ filius hominis eius
qui ĩ parabolis dicit homo:ſecũdũ ſimilitudi-
nem hominis:cũ cœperit hoĩes diſpẽſare. Sed
deũ q in parabolis dicit:& fit quaſi homo:non
debemus q̃rere qs homo: vt illius dicamꝰ eſſe
filiũ ſaluatorẽ:ſed ſtãtes in ſenſu dei: & para-
bolarũ dicentiũ ipſum eſſe hominẽ: ſapienter
audiamus eũ dicẽtem ſe filiũ hominis. Apud
nos ergo homines:ſimile eſt regnum cęlorum
homini regi: apud eos autẽ q ſecũdũ ſcriptu-
ras dii vocãtur:quorũ in ſynagoga ſtetit deus
in medio deos diſcernẽs:regnum cælorum ſi-
mile eſt regi deo. Quæres autẽ ſi queãdmodũ F
in hominibus q ſunt inferiores quantũ ad ſuã
naturã & angelis:& ſedibus:& dñatiõibus:&
principatibus: & poteſtatibus:ſimile fecit re-
gnum cælorum homini regi:ſic in ſedibus:ſi-
mile eſt regnum cęlorum ſedi regis: domina-
tionibꝰ autem dominationi regis:principati-
bus autem principi regis:poteſtatibus: pote-
ſtati regis. Dicet eñ aliquis. Quę diſcretionis
eſt ratio:vt hominibus quidem aſſimiletur re
gnũ cælorũ homini regi:ſuperioribꝰ autẽ nõ
ſimiliter fiat? Iſte igitur qui aſſimilatus eſt ho
mini regi faciens nuptias filio:miſit ſeruos ſu
os vocare inuitatos ad nuptias. Et cõſidera ſi
queãdmodũ ĩ corporalibꝰ alia eſt q̃ nubet ſpõ
ſa:alii aũt ĩuitatores:alii aũt q inuitant ad nu
ptias:ſic & in rebus myſterialibꝰ:qdam quidẽ
ſunt q accipiunt in cõſtitutione ſpõſę:alii aũt
in ordine trãſmiſſorũ ſeruorũ inuitatos voca
re:tertii autẽ pter iſtos q vocant ad nuptias.
Deus autẽ ſcit diuerſos ordines iſtos animarũ
earumꝙ virtutes & cauſas: ob quas hi quidẽ

in conſtitutionem ſponſæ accipiuntur:alii au
tem in ordine ſeruorum miniſtrantium voca
tioni huiuſmodi:& alii in numero inuitatorũ
ad nuptias. In ſpiritalib⁹ autem nuptiis com=
municationem ſpõſi ad ſpõſam:id eſt Chriſti
ad animam:verbi ſuſceptionem intellige. Par
tus autem:opera bona animæ nuptę: quę non
corrũpitur a verbo ſponſi:ſed quotidie per cõ
municationem eius/ incorruptibilitatẽ conſe
quit:& generat qualia decet ex talib⁹ nuptiis
A rationabilia generamina. Et in talib⁹ nuptiis
intellige prãdiũ qđ paratur eſſe eloquiũ dei:
vt fortia quæq; eloquiorũ dei:tauri intelligã
tur:ſuauia autem:& delectabilia eorũ ſint ſa=
ginata. Varietatẽ autẽ diuerſam omnium elo
quiorũ dei diuerſitatem intellige. Q3 ait om=
nia pparata:Rex eñ in abundantia regali di=
gna regno & diuitiis ſuis exiſtens: prandia fa
cit. Puto autem ingenuarũ aliquarum anima
rũ & iſraeliticarũ primã hanc fuiſſe vocatio=
nem ad nuptias. Principaliter eñ vult de⁹ ve
nire ad epulationem iſtam beatam eos:qui ad
intelligẽdum ſint ingenioſiores. Et eſt videre
plerũq;:quoniam qui huiuſmodi ſunt:nolunt
ad iſtam vocationem venire:& ideo tranſmit
tũtur alii ſerui prouocãtes eos qui venire no
lebãt:& promittẽtes ſi venerint inuitati/per=
cipient a rege prandiũ pręparatũ: carnes tau
rorum:quæ inter mũda omnibus mũdis mũ=
diora habent: manducabunt etiam ſaginata:
id eſt ad vnãquãq; propoſitionem:exẽpla mul
ta rationis pbatiõe repleta & bene diuiſa:quę
moraliter intelligunt occiſa:quę in vnaquaq;
propoſitiõe afferũt multam oſtenſionem. Vt
puta(argumẽti gratia dico)ſi qs aduerſus ali
quam propoſitionẽ proferat quędã dicta mo=
dica:& infirma:& nõ magnã virtutem ratio=
nis habẽtia:nõne vident tibi tenuia eſſe:& exi
lia:& macra quæ proferũtur:& vt ita dicã ſic
ca & ſine carnib⁹ verba?Sed nõ ſunt talia quę
pręparata ſunt in cõuiuio regis: in quo dicit:
tauri mei:& ſaginata occiſa:& omnia parata.
Vtputa(manifeſtãdi intellectus gratia dicã)
loquitur aliquis apoſtolorum de caſtitate ſer=
monẽ:ſermo ille recte intelligitur turtur. Sed
cum ipſum caſtitatis ſermonẽ:cum multa ra=
tionis probatione de ſcripturis repletum pro
tulerit:ita vt delectet animũ audiẽtis pariter
& confirmet:protulit eũ ſaginatum. Si de cha
ritate locutus fuerit:protulit columbã. Et ſic
in omnib⁹ eloquiis dei intellige quid eſt exile
B et quid ſaginatũ. Sed qui principaliter quidẽ
fuerãt inuitati:primos inuitatores quaſi pau
peres ſenſu neglexerũt: & egenos ſermone:et
abierũt ſua ſequentes: & magis ſunt delectati
in illis q̃ in his quę per ſeruos ſuos rex pmitte
bat: & vnus quidẽ eorũ habens propriũ quen
dam agrũ non venit ad nuptias:alius autẽ ne
gotiationem exequẽs:imitari quodãmodo vo
lens illũ negotiatorẽ margaritarũ: & quęren
tẽ margaritas bonas:qui cũ inueniſſet pretio
ſiſſimã margaritam:vendidit omnes: vt eme
ret vnã. Sed nõ bona negotiatio iſta:ad quam
vadens q fuerat inuitatus non pcepit prãdiũ
qđ a rege fuerat pręparatũ. Qui ergo ex intel
ligentibus inuitatis:nõ veniunt quidem: non
autem & ſeruos ad vocandũ tranſmiſſos iniu
riãt:nec interficiũt:leniores ſunt illis qui auſi
ſunt talia. Et requieſcũt quidã qdem in agro
proprio:alii autẽ in ſua negotiatione: reliqui
autem extra eos. Videamus q ſunt. Puto q̧ hi C
ſunt q ceciderũt in pręparatione cõtẽtioſorũ
& aſtutorũ verboꝝ: in qbus tenuerũt:aut vi=
ſi ſunt tenuiſſe ſeruos trãſmiſſos: q nõ fuerũt
præparati ad ſoluẽdas eorũ quęſtiones verſu
tas:& cõtumeliis affecerũt miniſtros vocatio
nis. Et eſt videre quotidie:quomodo inuitato
res dei ſimplices:& nõ valde aſtuti ſecundum
carnẽ: cum diuina ſapientia ſua volũt illos ta
les docere:ſed iniurias patiũtur ab eis: q intel
ligũt qdem:nõ autem volũt credere veritati.
Alii aũt & interficiũtur ab eis:qbus rex irat⁹
dicitur: quoniã pręuenit ſuper eos ira vſq; ĩ fi
nẽ. Et iratus rex miſit exercitũ ſuũ:ſiue multi
tudinẽ cæleſtis militię: ſiue eos angelos q poſi
ti ſunt ſuper pœnas:& interficiunt interfecto
res miniſtrorũ verbi: & omnem ciuitatem eo
rũ ſuccendũt. Puto ciuitas impiorũ eſt: ſecun
dũ vnũquodq; dogma: cõgregatio eorũ q cõ
ueniũt in ſapiẽtia principũ huius ſæculi. Hãc
ſuccẽdit rex:& exterminat:quaſi ex malis ędi
ficationib⁹ cõſiſtẽtẽ. Et ſi quãdo videris exter
minationẽ ſiue alicuius falſi nominis ſciẽtiæ:
ſiue quorũlibet verborũ profitentiũ veritatẽ
deſtructionẽ validã:nõ pigeat te dicere hoc fa
ctũ eſſe a militibus dei:q ſuccendere ſolent ci=
uitates inimicorũ veritatis dei. Succẽſa eſt er
go & ciuitas doctrinę Iudaicę poſt Chriſti ad=
uẽtum: qua ſuccẽſa dixit rex ſeruis ſuis:id eſt
apl'is:aut angelis dei:q ppoſiti erãt ſup voca=
tionẽ gẽtiũ:dicẽs. Nuptię qdẽ paratę ſunt:in= D
uitati aũt nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus
viarũ:& quãtoſcũq; inueneritis:vocate ad nu
ptias. Et ẽ videre ex oĩ via ĩperitoꝝ dogmatũ
q̃ fuerũt ſm̃ gẽtiũ mores:& ciuitatũ & villaꝝ:
vocatos ad nuptias. Et egredientes ſerui:ſiue
de iudęa & Hierl'm apl'i Chriſti:ſiue ab ĩterio
rib⁹ finib⁹ in qb⁹ fuerãt ãgeli ſc̃ti: & veniẽtes
ad vias diuerſas diuerſoꝝ moꝝ: cõgregauerũt
et cõgregabũt quoſcũq; ĩuenerint:malos qdẽ:

vt deponētes malitiam(qđ eſt extraneū a nu⸗
ptiis veſtimentū) & induentes ſe opera bona:
quæ ſunt nuptialia veſtimēta:impleant cōui⸗
uium nuptiale recumbētes: & requieſcētes in
fide.Cū autem impletæ fuerint nuptiæ ex re⸗
quieſcētibus in fide:& cultura dei:tunc ingre
dietur rex ad vidēdū & iudicandū de diſcū⸗
bentiū qualitate: vt eū qdem q veſtem nō ha⸗
buerit nuptialem arguens dānet:reliquis au⸗
E tem prādiū pręparatū apponat. Vidit autem
vnū nō habentē nuptialem veſtem:id eſt quia
vnius ſunt generis omnes qui ſeruāt malitiā
poſt fidem quā habuerāt ante fidem:& nō de⸗
ponunt eā:arguit eos quaſi q male fecerint:eo
ꝙ auſi ſunt in huiuſmodi nuptias introire nō
recipiētes digna nuptiis indumēta : id eſt te⸗
xturā virtutū claram veſtem: de qua etiā Sa⸗
lomon in eccleſiaſte præcipit dicēs:In omni tē
pore ſint veſtimēta tua cādida. Obmutuit au
tem qui auſus fuerat in huiuſmodi nuptias in
troire ſine veſtimēto decenti : & ſic condēnaṫ
ab eo q dixit miniſtris ſuis:videlicet pręter ex
ercitū illum q erat deſurſum:vt alligantes eū
manus:& pedes qbus non ſicut debuerat vſus
eſt (Nec eñ ad bonum cucurrerat aliquādo:
nec aliquos bonos impleuerat actus) eiiciant
eum:nō ſolum de cōuiuio nuptiali:ſed etiā in
tenebras exteriores:& oī lumine alienas mit⸗
tunt:vt ſitiēs lumē cum fuerit in tenebris ex⸗
terioribus ploret ad eum qui potens eſt ei mi
ſereri:& eripere inde : & dētibus ſtrideat:qui
quoniā acerba māducauerāt : malitia ſtupidi
erāt effecti. Vua eñ acerba intelligiṫ malitia
eius qui non obliuiſciṫ poſteriora:nec appetit
priora:ſed permanet ī id ipſum:cū deberet ad
maturitatem proficere dulcē:& offerre virtu
tis alicuius māducabilem botrionē. Et addit.
Multi vocati:pauci vero electi.Et ſi quis conſi
derat multitudinē hominū quȩ in eccleſiis cō
gregaṫ:& diſcuſſerit quāti ſunt q conuerſanṫ
diſciplinate:& reformanṫ nouitate ſenſus ſui:
quāti autē negligentiſſime conuerſantes con
figuranṫ ſęculo huic:videbit quia ver⁹ eſt ſer
mo dñi dicēs.Multi vocati:pauci autē electi.

Secundum Matthęum. Cap.XXII.

IN illo tēpore:Abierūt pha⸗
riſęi: & conſiliū acceperunt
vt eū caperēt in ſermone: et
mittūt diſcipulos ſuos cum
herodianis:dicentes.Magi⸗
ſter ſcim⁹ qa verax es:& viā
dei in veritate doces:& nō eſt tibi cura de ali⸗
quo:nec eñ reſpicis in perſonas hominū &c.

Homilia Origenis preſbyteri de ea⸗
dem lectione.Numero.XXI.

VOluntas loci pręſentis ſecū F
dum textum talis mihi vi⸗
detur.Iudæi propriam ha⸗
bentes cōuerſationem ex le
ge : extraneū ab omni con⸗
uerſatione gentiū:& habē⸗
tes pręceptū qđ ait vſq ad mortem certa pro
veritate:& dñs pugnabit pro te: ideo cōtradi
cebāt gētibus dominātibus ſibi:vt nō trāſgre
derenṫ legē dei.Et frequēter radicitus interi⸗
re periclitati ſunt ſub romanis volentibus ſta
tuā Cæſaris introducere in tēplū dei: reſiſten
tes & ꝓhibētes fortiores ſuper ſe factos ꝓpter
peccata.Inuenimus aūt in hiſtoria iudaica: ꝙ
ī tēpore Tyberii Cęſaris ſub Pōtio Pilato peri
clitatus eſt populus:Pilato quidem cogēte vt
ſuſciperēt ſtatuam Cæſaris in templo:Iudæis
autem & ſupra vires ſuas reſiſtentib⁹. Simili
ter autē ſcriptū eſt factum & in tempore Caii
Cæſaris.Aeſtimam⁹ ergo quoniam q̄diu qui
dem ſpeculabatur populum illum deus:circū
datus fuerat ſepe dominicę tuitionis:quaſi vi
nea dñi ſabaoth. nihil huiuſmodi cōtingebat
eis.In primis autē ipē Pilatus cui tradiderant
Chriſtū: auſus eſt populū ingnare: qđ graui⁹
erat captiuitatibus vniuerſis . Qm̄ oīs capti⸗
uitas quā frequenter ſunt paſſi:corporis erat
vexatio.Introductio autē ſtatuæ in tēplū:aīa⸗
rum erat interitus.Et in tēpore ergo Chriſti:
quando tributum iuſſi ſunt dare romanis: co
gitatio:& conſilium erat apud iudęos:vtrum
deberēt qui dei populus erāt: & portio ei⁹:tri
butū dare pricipib⁹: aut poti⁹ ꝓ libertate bel
la ſuſcipere: niſi ꝑmitterenṫ viuere ſicut ipſis
placebat.Et refert hiſtoria ꝙ Iudas quidē ga⸗ G
lileus:cuius memor eſt & Lucas in actib⁹ apo
ſtolorum: auellēs multam multitudinem iu⸗
dęorū:docebat nō oportere Cęſari dare tribu
tum:neq dñm:neq Cęſarē appellare.Qui au
tem erat in tēpore illo tetrarcha: ſuadere po⸗
pulo feſtinabat:vt ſtatui præſenti conſulerēt:
et nō volūtarie cōtra fortiores ſuſciperēt bel
lum:ſed acquieſcerēt dare tributū . Et ſermo
quidē euāgelii præſentis:nō quidē manifeſte:
tamen hæc ipſa oſtendit.Qui autē diligenter
conſiderat verborū præſentium ſenſum:inue
niet hoc & in loco pręſenti. Nec eñ haberent
occaſionē phariſęi : volētes Chriſtū capere in
ſermone: mittētes diſcipulos ſuos cū herodia
nis:vt eū interrogarēt vtrū liceret Cæſari da
re tributū:an nō: ſi manifeſtū apđ eos fuiſſet:
quoniā non oportet dare:& ſi conſonantia vo

luntatẽ apud eos fuiſſet vt nõ darẽt tributũ.
Et vide niſi manifeſtatur hiſtoria illa ex eo ꝙ
volẽtes Chriſtum capere in ſermone: nõ ſolũ
miſerunt diſcipulos ſuos interrogãtes de cẽ-
A ſu: ſed cũ Herodianis. Forſitan enim in popu-
lo tũc qui quidem dicebant oportere dare tri
butum Cæſari vocabantur Herodiani ab his
qui hoc facere recuſabant. Qui autẽ ꝓſpectu
libertatis dare tributũ vetabant: videbantur
eſſe Phariſæi: ſubtilitatem Iudaicarũ diſcipli-
narũ cautius obſeruantes: vt ſi quidẽ Chriſtꝰ
reſpõderet non oportere Cæſari dare tributũ
traderent eum Romanis quaſi receſſionis au
ctorem. Si autem iuberet dari: Phariſæi accu-
ſarẽt eum quaſi perſonas hominum aſpicientẽ:
magis q̃ docentem viam dei in veritate. Con
ſidera autẽ: & vide quoniam Phariſęorũ diſci
puli dicentes. Magiſter ſcimus quia verax es:
& viã dei in veritate doces: & nõ eſt tibi cura
de aliquo: nec enim aſpicis perſonas hominũ:
prouocabãt eum per huiuſmodi laudẽ vt non
acciperet Herodianorũ perſonas q partes Cæ
ſaris defendebant: aut reſpõdens ſecũdũ volũ
tatẽ Phariſæorum quia non licet Cæſari dare
tributũ: traderet Herodianis. Vnde & domi-
B nus vidẽs nequitiam eorũ ita dixit. Quid me
temtatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma
cẽſus. At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis
Ieſus. Cuius eſt imago hæc: & ſupraſcriptio?
Dicũt ei. Cæſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo
quæ ſunt Cæſaris, Cęſari: & quę dei ſunt: deo.
Ex hoc loco diſcimus Saluatoris exemplo: vt
non his quæ a multis dicuntur: & propterea
glorioſa videntur: occaſione pietatis attenda
mus: ſed quæ conuenienter ſecundũ ordinem
rationis dicuntur. Nam cũ quæreretur ab eo
vtrum licet Cæſari dare tributum: an nõ? nõ
ſimpliciter dedit reſponſum ſecundum ꝙ vi-
debaẗ eis: ſed dixit. Oſtendite mihi numiſma
cenſus. Et interrogauit. Cuius eſt inſcriptio:
Et dicentibus eis: ꝙ Cæſaris: reſpondit: ꝙ
oportet reddere Cæſari: quæ Cæſaris ſunt: &
non eũ oportet fraudare a propriis eius pieta
tis occaſione. Nec enim ex eo ꝙ reddit quis
C Cæſari: quæ Cæſaris ſunt: impeditur reddere
deo quæ dei ſunt. Poteſt aliquis moraliter in-
telligere locum iſtũ hoc modo. Omnes cõſiſti
mus ex anima & corpore: differamus nũc di-
cere quoniam & ex ſpiritu: & debemus quędã
dare quaſi tributũ corporũ principi qui diciẗ
Cæſar: id eſt neceſſaria corpori & habẽtia ima
ginem principis corporum corporalem hoc ẽ
eſcas: & veſtimenta: & ſomnum: & quęcũq; ne
ceſſaria ſunt ad repauſationẽ ſimplicem natu
ræ carnalis: ſine quibus conſiſtere non poteſt
carnis natura. Item quoniam anima quãtũ ad
naturã ſuã ſecundũ imaginẽ eſt dei regis ſui
quęcũq; ſunt cõuenientia animarũ naturę: id ẽ
vię oẽs quę ducunt ad virtutem: debemus ea
deo offerre. Qui ergo ſupra modum docẽt le
gẽ dei: & de rebus corporalibꝰ / & debitis cor-
pori nihil curare pręcipiũt: ipſi ſunt Phariſæi
q reddere tributũ Cęſari vetabant: id ẽ q tota
virtute ſuadẽt omnino ieiuniis: & vigiliis de
bere affligere corpus: & abſtinere ab omnibus
quæ ſunt corporalia: & neceſſaria corpori: vt
nihil ex nobis corporis principi tribuaẗ: qua
les ſunt de quibus ait Apoſtolus. Nouiſſimis
tẽporibus recedent quidã a fide attẽdẽtes ſpi
ritibus erroris & doctrinæ dæmoniorũ in hy
pocriſi loquentium mendaciũ: cauteriatã ha-
bẽtiũ conſcientiã ſuam: prohibẽtiũ nubere: &
iubentium abſtinere a cibis quos deus creauit
ad percipiendũ cũ gratiarũ actione fidelibus.
Alii aũt ſunt qui ſupra modũ æſtimant opor D
tere corporibus indulgere: & per omnia ſatiſ-
facere principi corporũ: & ipſi ſunt ſecũdum
ſimilitudinẽ Herodianorũ dicentiũ: oportere
Cæſari dare tributũ. Saluator aũt noſter ver-
bũ dei dilucide ſeparãs rationabilia corporis
debita a debitis ſpiritalibus animæ dixit. Red
dite Cæſari quæ Cęſaris ſunt: & quę dei ſunt:
deo. Imaginẽ eñ Cæſaris habet omnis res cor
poralis: & imaginẽ dei habet omnis virtus. Si
ergo ſic reddimꝰ principi carnis quę carnalia
ſunt: vt nõ fraudemus deũ a ſpiritalibus eius
virtutibus: tũc reddimus principi corporum
quę corporis ſũt: id ẽ ea ſola quę neceſſaria ha
bet carnis natura: & nihil amplius quod per-
tineat ad rationẽ virtutũ. Et ſi ſic virtutibus
ſeruiamus vt nõ grauetur carnis natura a ne
ceſſariis ſuis: tunc reddimꝰ deo quæ dei ſunt:
vt nec virtus minoretur dũ ſupra modũ car-
ni ſeruimus: nec carnis natura grauetur: dũ
abũdãtius virtutibus adhæremus. Scio & hu E
ius loci aliã traditionẽ: quoniã princeps mun
di moraliter diciẗ: ſicut & omniũ gentiũ prin
cipes: in perſona principũ mũdi ponunẗ. Rex
aũt omniũ ſeculorũ deus: nõ in vno myſterio
ſed vbiq; eſt deus. Quoniã ergo habemus quæ
dam in nobis quæ ſunt principis huius mũdi
id eſt diuerſas malitias: & non poſſumus priꝰ
reddere deo quæ dei ſunt: niſi reddiderimus
principi quę principis ſunt: id eſt niſi depoſue
rimus malitiã vniuerſam: ideo dñs oſtẽſo ſibi
numiſmate / & imagine eiꝰ reſpõdit. Reddite
Cæſari: quę Cęſaris ſunt: & deo: quæ dei ſunt.
Et hoc diſcamus ex loco præſenti: quoniam ſi
quando temtati fuerimus ab eis q volũt occa-
ſionẽ: & proponũt nobis quaſdã propoſitiões

non vt diſcant : ſed vt cauſam accuſationis in
ueniant contra nos ; nec omnino tacere debe-
mus: nec ſimpliciter reſpondere: ſed cum cogi
tatu : & circunſpectu: vt quantū poſſibile nobiſ
fuerit ꝓcidamus occaſionem quærentiū in no
bis occaſionem : & doceamus irreprehenſibili
ter ea quę poſſunt ſaluare volentes ſaluari.

Secundum Matthęum. Cap. XXII.

IN illo tēpore. Acceſſe-
rūt ad Ieſum Saducæi q
dicūt nō eē reſurrectio-
nem: & interrogauerūt
eum dicentes Magiſter:
Moyſes dixit. Si qs mor
tuus fuerit: & cætera.

Homilia Origenis preſbyteri de eadem le
ctione. Quę eſt. XXII.

F IN qua die ! in illa die ſine du
bio quādo ineuntes Phariſęi
conſiliū acceperūt aduerſus
eū vt caperēt eū in ſermone:
& interrogauerūt eū de cen-
ſu. Forſitan em̄ reſpondente
domino: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: &
quæ ſunt dei deo: Et ammirātibus cunctis de
reſponſo ipſius: ęſtimauerūt Phariſæi vidētes
ſenſata eius reſpōſa per interrogationē huiuſ
modi voluerūt ſe oſtēdere prudentiores habe
re ſermones dicentes reſurrectionē non eē. Sa
ducæi tamen q dicunt reſurrectionē nō eē: nō
ſolum hanc q̄ in cōſuetudine a ſimplicioribus
carnis reſurrectio nominat̄ negabant: ſed etiā
animæ immortalitatē tollebant. Secūdū quos
etiā nunc ſapiunt Samarei. Nec nō etiā apoſto
lorum tempore quidā ex Corinthiis ſimilia ſa
piebāt: aīæ vitā poſt mortē negantes. De qbus
talia ſcribit apoſtolus. Si Chriſtus ꝑdicatur ꝙ
a mortuis reſurrexit quomodo quidam dicūt
in vobis: quia reſurrectio mortuorum nō eſt!
& cætera q̄ de ipſa cauſa ſequūtur. Qꝫ autem
Corinthii permanſionem animæ denegabant
ſecundum ſententiā Saducæorū: illud oſtēdit
qđ ait apl's. Si in hac vita tantum ſperātes ſu-
mus in Chriſto: miſerabiliores ſum⁹ omībus
hominibus. Quis enim qs carnis reſurrectio
nē nō credat: tamen qui animā ęſtimat immor
talem: nō tm̄ in hac vita ſperat ī Chriſto. Sed
ille in hac vita tantum ſperat in Chriſto: qui
G animā victurā nō credit poſt mortē. Quoniā
ergo ad defenſionē ſui erroris proferūt Sadu-
cæi exemplum de lege Moſaica: dignū mihi vi
ſum eſt ponere ipſum textū legis quē ꝓferunt
Saducæi : habentem hoc modo in Deuterono
mio Si habitauerint fratres in idipm̄: & mor-
tuus fuerit vnus ex eis ſemen autē non fuerit
ei non erit vxor mortui fratris viro nō appro
pinquanti. Frater viri eius ingredietur ad eā:
& accipiet eā ſibi in vxorem vt habitet cū ea
& erit infans quicūꝙ fuerit nat⁹ conſtituetur
ex nomine fratris eius mortui : & non delebit
nomen eius ex Iſrael. Si autem noluerit homo
accipere vxorem fratris ſui: aſcendet vxor fra
tris eius ad portam ad ſeniores: & dicet. Non
vult frater viri mei ſuſcitare fratris ſui nomē
in Iſrael. Et vocabunt eum ſeniores ciuitatis
illius: & dicent ei. Et ſi ſtans dixerit Nolo eam
accipere accedens vxor fratris eius ad eū ante
conſpectū ſeniorum excalceabit calceamētum
eius de pede ipſius: & expuet in faciem eius: &
reſpondens dicet. Sic facient homini: qui non
ædificat domū fratris ſui: & vocabunt nomen
eius in Iſrael: Domus excalciati calciamētum.
Hæc verba legentes Saducęi: & nihil dignum
deo intelligētes in eis : arbitrati ſunt nō poſſe
fieri propter hęc verba: vt mortui reſurgant:
vt vir iterū ſit virilia habēs mēbra: aut mulier
vt mulier ſit: muliebria habens mēbra. Et dn̄s
quidē reſpondens eis : voluntatē verborū legiſ
non expoſuit quaſi indignis huiuſmodi agni
tione myſterii: ſed tātum ſimpliciter eis dixit
reſurrectionē futurā: cōteſtantibus hoc etiam
ſcripturis diuinis: quoniā illic nuptię nō ſunt
ſed erūt q reſurrexerint ſicut angeli in cœlo:
& quia transformabuntur corpora humilitatiſ
eorum ſecundum corpora angelorū cœleſtia:
atꝙ luminea. Non aūt æſtimaui ſuperfluū ex H
quo ſemel ipſa verba ꝓtulim⁹ legis vt ſenſum
eorum aliquatenus explanemus. Quęro ergo
q̄ ſit hęc mulier vna & duo fratres: quorū pri
mus quidē habuit vxorem: & fructū nō reliqt
ex ea: alter autē mortui frater: qui accepit eā:
& generauit ex nomine mortui. Et quis ē ille
qui non vult accipere vxorē fratris ſui: & pro
pterea coram ſenioribus excalceat eū mulier
calceamentum vnū: & expuit in faciē ei⁹ aſcē
dens ad portā dicens: non vult frater viri mei
ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſrael : & q ſunt
ſeniores: & quæ porta ad quā aſcendit mulier
illa. Duo igitur fratres ſunt : primus quidem
ſermo legis. ſecūdus vero euāgelii ſermo. Hos
ambos vna peperit ſapientia mater: & vna eos
ſemper habuit domus: id eſt eadem ſcriptura
veteris teſtamenti & in idipſum habitauerūt
ſemper. In aduentu autem Chriſti mortu⁹ eſt
frater prior id eſt ſermo legis ex eo ꝙ euacua
tus per nouum teſtamentum irritus fact⁹ eſt.

Mulier autē ſermonis illius eſt omnis anima:
vel ſynagoga quæ prius fuit ſub lege. Qualis
fuit anima Pauli:vel Petri:cęterorumq; ex po
pulo illo.Omnis autem anima recta quæ fuit
amatrix ſermonis illius & vult memoriā illiꝰ
& nomen apud ſe ſemper ſeruare:vt nūq̄ de-
ſinat dici vxor illius:efficitur vxor fratris al-
terius nō peregrini:& extranei verbi qđ non
appropinquat.Peregrinū autē & extraneū eſt
omne verbum gentile:quod lōge eſt a genere
legis dei:ſed accepit ſibi virū euangelicū ſer-
monē:fratrē viri ſui defuncti atq; propinquū
ſecundum genus diuinum vt faciat natos ex
eo:ex priore ſermōe nullū potuit facere natū
quia ex operibꝰ legis nemo iuſtificatur. Nati
autē mulieris de viro ſecundo opera eiꝰ ſunt
ſancta:& ipſa eſt mulier ſeruans legis manda
tum.Et omnis puto anima in primordiis ſuis
prius accepit verbum ſecūdū ſimplicē hiſtori
am legis:qui ſine dubio morietur:cum cœpe
rit anima illa ad maiora ꝑficere. Sic mortuo
ſimplici verbo:ſpecialiori iungitur verbo q̄ ē
ſecūdū myſteria altiora in ſcripturis. Anima
autē quæ nō ſeruat legis mandatū quæ prius
fuit ſub lege:poſt mortem legis fit vxor viro
non appropinquāti quando ſuſcipit verbum
qđ nō appropinquat omnino legi priori: nec
eſt ſecundū ſenſum eius:ſed omnino habetur
extraneum.Et tales ſunt omnes animę hęreti
corū quibus ſermo quidē legis antiquæ mor-
tuus eſt:noluerūt aūt verbo nubere ſpiritali
qđ ſemper habitauerat in id ipſum cū lege an
tiqua ſub vna eadēq; domo eiuſdē ſcripturæ:
ſed nupſerūt alicui extraneo verbo: & alieno
tam a nouo q̄ a vetere teſtamento: & nūq̄ eis
appropinquanti:Cum aūt anima rectā mor-
tua ſibi ſicut diximus lege: acceperit ſuper ſe
euāgelicum verbum:fratrem defunctæ legis:
tunc frater mortui:hoc eſt verbū nouæ legis
intrat ad animam illā:& fit intus in ea: & ac
cipit illam ſibi vxorē:& cohabitat animæ illiꝰ
in omni beatitudine eius:& ex ea fructificat:
& infans quicunq; natus fuerit ei(id eſt opus
quodcūq; factum fuerit ei) bonū efficitur ex
noīe fratris mortui.Et q̄uis non ſit ex lege na
tū:tamē baiulat nomen legis prioris: & dicit
opus illud generatū ex lege:& nomē legis dei
noiat in opere illo bono: quoniā & illa lex dei
lex vocabatur.& non deletur nomē legis illiꝰ
ab omni opere animę ſanctæ: licet ſit ipſa eua
A cuata.Sequitur autem quod ait.Si autem no-
luerit homo accipere vxorē fratris ſui: aſcen
det vxor fratris eiꝰ ad portam ad ſeniores: &
dicet quę ſcripta ſunt dici.Et primū vide:Q̄z
diu quidē & mulier faciebat quod præceptū
ei fuerat ex lege: & vir intrās ad eam habita-
bat cum ea::& generabat ex ea:non dicebatur
homo:ſed frater defuncti.Quando autem nō
vult accipere vxorē fratris ſui:nec vult ſuſci-
tare fratris ſui nomē in iſrael: & vocatus a ſe-
nioribus ciuitatis dixerit:nolo eam accipere:
tunc iam non dicitur frater:ſed homo. Vt pu
ta q̄diu quidem facit legis mandatum: dicit
ad eum ſcriptura.Ego dixi dii eſtis: & filii ex
celſi omnes. Si autem præterierit dicitur ei.
Vos autem ſicut homines moriemini. Pro-
pinquus autem qui non vult accipere fratris
ſui vxorē habetur omnis hæreſiacus ſermo.
Quoniam poſt mortem legis: facta eſt altera
quædam traditio legis erratica: & non ſpiri-
talis:neq; vera quæ q̄uis ſit peruerſa tamē ge
nerationem habet ex lege: quoniam ex occa-
ſionibus eorū quæ dicuntur in lege ſumit ori
ginem:& ideo dicitur homo:propinquus no-
lens ſuſcitare nomen fratris ſui: & honorare
nomen legis.Hoc autem verbum cum ſit pra
uū nō vult accipere vxorem fratris ſui(id eſt
animam rectam)ad fructificādum & reparā-
dum nomen legis.Propter qđ mulier illa non
deorſum ſtat quæ parata fuit honorare virū
ſuū priorem: ſed aſcendit ad portam: de qua
ſcriptū eſt.Hæc porta domini: iuſti intrabūt
in eam: & ad ſeniores ciuitatis illius id eſt ad
preſbyteros eccleſiæ dei: & conuincet mulier
verbū illud prauū dicens: ꝙ non vult frater
viri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in iſrael.
Qui enim contraria docet legi:non vult ſuſ-
citare ſemen legis. Ita ſeniores ciuitatis illius
interrogant virum illū talem ſi vere nō vult.
Quando enim ſacerdotes diſcutiūt verba do
gmatis alicuius quaſi interrogāt illud. Et cū
inuenerint ipſum ꝙ legi cōtraria profitetur:
videtur dogma illud ſenioribus dare reſpon
ſum:& dicere quia nolo accipere eam quæ fu
it legis.Cum ergo ille reſponderit nolle ſe: ac
cedit ad eum anima ſancta:& ſub pręſentia ſe
niorum excalceat eum calceamētum eiꝰ vnū B
& ignominiat eū.Et vide in his ex eo qđ alibi
ſcriptum eſt. Solue calceamenta pedū tuorū
ad Moyſen:Et iterum in euāgelio dicit: Cuiꝰ
non ſum dignus ego ſoluere calceamenta pe-
dum eius:ne forte non ſit hoc ipſum ſoluere
calceamentum: & excalceare. Nec enim excal
ceare iubetur Moyſes: nec Ioannes de ſalua-
tore loquens excalceare dixit: ſed ſoluere. Iſte
autē qui contra legem agit excalceatur. Om̄e
enim dogma quoniam ex occaſione veritatis
ſcripturarum naſcitur: plerūq; in aliqua qui-
dem parte verum dicit:in alia autem falſum.
In qua ergo parte falſum dicit in ea parte ar-

guitur: & conuictum ab anima ſancta excalceatur a colore veriſimilis erroris ſui qđ fuerat calceatum. Et ideo omnis heræſiacus ſermo nec ad plenũ excalceatus eſt: nec ad plenũ calceamentis ornatꝰ. Propter qđ expuit in faciẽ eiꝰ corã ſenioribus mulier illa abrenũtiãs
C eũ. Expuere enim videtur in faciẽ dogmatis erratici. oĩs anima in eo ꝙ abrenũtiat ipm: & abdicat. Et vere niſi abrenũtiauerit aĩa omne dogma peruerſum non poteſt firmiter verbo nubere veritatis. Et reſpondens dicet. Sic facient homini: qui nõ ędificat domum fratris ſui. Omnis ergo qui videt hunc hominem excalceari a muliere & expui: et audire dicentẽ: ſic facient omni homini qui non ædificat domũ fratris ſui: omnia ad ædificationẽ fratris facere debet. Si autem non ędificauerit domũ fratris ſui legis excalceabitur ſimiliter vnum calceamẽtum: & expuetur. & nomen eius vocabitur in Iſrael ab omnibus vidẽtibus eum: domus excalceati calceamentum. Quoniam autẽ animæ vir prior fuit ſermo Moſaicę legi. Secũdus aũt euãgelicus ſermo: cui nubit omnis anima recta mortua lege illud eſt documẽtũ qđ apoſtolꝰ dicit hoc modo: An ignoratis fratres (ſcientibus enim legẽ loquor) quoniã lex dominatur homini: inquantum tẽporis viuit? Si autem mortuus fuerit vir ſoluta eſt a lege viri. Igitur viuente viro adultera eſt: ſi facta fuerit alteri viro. Si autem mortuus fuerit vir: liberata eſt a lege viri ita vt non ſit adultera ſi fuerit cum altero viro. Hæc in exceſſu
D diximus ad manifeſtandum legẽ Moyſi: cuiꝰ memoriã faciẽtes Saducęi: Chriſtũ interrogabãt dicẽtes. Moyſes dixit: & cętera. putauerũt oĩa ſic futura eẽ illic: quomodo ſunt in ſæculo iſto viri & vxores: patres & filii: fratер & ſorores. Debuerant enim conſiderare tũc Saducęi ea quæ ſequebantur opinionẽ eorũ: quoniã ſi ſunt ibi nuptię: & partus. Si partus: & mortes & infirmitates. Si natiuitas: & pueritia: & aſcẽſiones a pueritia ad naturitatem virilem: & minorationes ſenectutis. Si aũt hęc omnia: erit & malitia: & vix alicubi virtus inuenietur in raris hominibus quærentibus eã. Et his qđ poteſt eſſe amplius vanũ? Et melius eſt vt nec ſit reſurrectio: q̃ vt ſit talis qualem æſtimant Saducæi. Si autẽ eſt ibi: aut pater: aut frater: aut aliquid eiuſcemodi: non tamẽ eſt ſecũdũ natiuitatem carnalẽ: neꝙ per mulierem: neꝙ per turpes corporis partes. Ego autẽ æſtimo non tantum ibi patres: & filios eſſe ſecũdũ impaſſibilem ſpiritum: ſed etiam vxorem & virum in ſpiritus vnitate: ſecundum parabolã illam quæ dicit. Simile eſt regnũ cœlorum homini regi q fecit nuptias filio ſuo: & cætera. Ergo filius regis in reſurrectiõe mortuorũ faciet nuptias extra omnes nuptias quas oculus videt: & auris audit: & ſuper cor hominis aſcendit: & erunt illę nuptiæ caſtæ: & diuinę: & ſpiritales in verbis myſterialibus conſtitutæ: quæ non licet hominibus loqui. Et quęres ſi in reſurrectiõe poſſunt eſſe: & aliorꝝ nuptię ſecundũ nuptias Chriſti: aut potiꝰ ſolꝰ Chriſtus ſponſus: deſtruens nuptias omnes. faciet nuptias vt ſint duo in carne vna. magis autẽ non ſolum duo in carne vna: ſed duo ſpiritus vnus: id eſt ſponſus & ſponſa. Sed vide ne tu audiens hęc aberres audiens fabulas aliquorꝝ E
dicentium eſſe ſęcula maſculina: & fœminina qui finxerunt & coniunctiones ſęculorum illorum: quæ non ſunt: neꝙ fit eorum memoria in ſcripturis. Nunc videamus Chriſti reſponſa quibus ait. Erratis neſcientes ſcripturas: neꝙ virtutem dei. In reſurrectione neꝙ nubunt: neꝙ vxores accipiunt: ſed ſunt ſicut angeli in cœlo. Queritur hic Saluator qui dicit ad Saducæos: Erratis neſcientes ſcripturas: neꝙ virtutem dei. Indicat enim quoniam in quibuſdam ſcripturis poſitum eſt: vt ĩ reſurrectione nuptię non ſint hominibus videlicet factis in ſimilitudinẽ angelorum. Quæ ergo ſcriptura eſt docens quoniam in reſurrectione neꝙ nubunt: neꝙ vxores accipiunt. Et in qua ſcriptura vel legis: vel prophetarum diſcimus: quoniam erũt qui reſurrexerint ſicut angeli in cœlo? Manifeſte enim in veteri teſtamento: hoc non legitur ſcriptum. Et quærat qui vult ſi poterit inuenire. Nos autem dicimus quia ſcriptum eſt. Non autem in ipſis ſermonibus manifeſte iſta dicentibus: ſed in myſterio indicantibus ſecundum intellectum moralem. Nam cũ ſit lex vmbra futurorũ bo- F
norum: & dicens quædam de viris: & vxoribus: & exponẽs nuptias non principaliter de ipſis nuptiis intelligitur quas nõ ſimpliciter ſecundum carnem nuptias ęſtimamus: ſed de talibus nuptiis quales nos ſupra de Chriſto & eccleſia expoſuimus in ſæculo illo fore. Vt puta Abraham duos filios habuit: vnum ex ancilla: alterũ ex libera: & qui ex ancilla ſecundum carnẽ natus eſt: qui autem de libera ſecũdũ ꝓmiſſionẽ. non omnino oportet me ſtare ĩ intellectu carnaliũ nuptiarũ liberæ & ancillæ ſed hęc alia ſignificant ex aliis. Et iterũ. ꝓpter hoc relinquet homo patrem & matrem: & iungetur vxori: & erũt duo in carne vna. Nõ ita debemus æſtimare qđ dicitur quaſi nullũ myſteriũ demõſtretur in eis: quoniã myſterium illud magnũ eſt de Chriſto & eccleſia. Et ſunt

alia mille loca de nuptiis ſcripta:& vnuſquiſq̃
locus caſtum & diuinū de nuptiis continet in
tellectum:ſecundum expoſitionē moralē.Qui
cūq̃ ergo ſcripturas legit: & nuptias virorū
atq̃ vxorum:& nihil amplius æſtimat demon
ſtrari in eis niſi ſimplices nuptias: errat in eis
neſciēs ſcripturas:neq̃ virtutem dei:ſicut er-
rabant Saducæi:nuptias legentes in ſcriptu-
ris:& carnaliter eas intelligentes. Quæret ali
quis:hoc quod dicit Saducæis:erratis neſcien
tes ſcripturas. Vtrum in hoc eos errare ſigni-
ficet quoniā ſcripturas alias extra libros Mo-
ſaicos non legebant: aut quia nec ipſos libros
Moſaicos legentes intelligebant.Et dicet ali-
quis. In hoc illos increpabat errare: quia non
legebant cæteras ſcripturas quæ ſunt extra le
gē:id eſt libros ſecretos.& ideo errabant neſci
entes ſcripturas. Alius autem dicit.Sufficit
ad arguendum errorem Saducæorum: ꝙ ne-
ſciebant Moſaicæ legis ſcripturas:ex eo ꝙ di-
uinum ſenſum earum non ſcrutabātur. Duas
A tamen res dicit Saducæos neſcire: vnam qui-
dem ſcripturas: alteram autem virtutem dei
per quem reſurrectio fit:& noua vita in ea.Po
teſt aliquis dicere: quoniam dominus arguēs
Saducæos neſcire virtutem dei ſe eos non co-
gnoſcere arguebat. Ipſe enim erat virtus dei:
& ſapientia: & nō cognoſcebāt eū Saducęi q̃ſi
neſcientes ſcripturas quæ loquuntur de eo.
Propterea nec reſurrectionē credebant quam
facturus fuerat ipſe ſanctorum ſuorum. Qui
autem non vult intelligere dictum hoc: vt Sa
ducęi ideo videantur culpati:quia ſcripturas
de nuptiis quibuſq̃ poſitas moraliter non in-
telligebant:ſecundum ſpiritalem expoſitiōem
ſed ſimpliciter ſecūdum corporalem hiſtoriā:
neceſſe habebit vnū facere ex duobus: aut nō
credere præſentibus verbis Chriſti: quaſi ma
le Chriſto dicente:qui dixit poſitū eſſe in ſcri
pturis:qđ poſitum non erat: aut refugere ad
libros ſecretos in quibus de vita illa beata ma
nifeſtius videtur eſſe conſcriptum:& dicet ad
illas ſcripturas referendum eſſe:qđ hic domi-
nus dicit ad Saducęos. Erratis neſcientes ſcri-
pturas.Et vide niſi ex omni parte cadat qui-
cunq̃ moralem ſcripturarum reſpuit intelle-
B ctum. Propterea nō aliter mihi videtur ſolui
poſſe qđ dicitur.Erratis neſciētes ſcripturas:
neq̃ virtutem dei:niſi ſcripturas qui morali-
ter audiens:aliam ex aliis intellexerit:demon-
ſtrantes in quibus aliquid de viris:& vxorib⁹
loquūtur ſcripturæ:& quemadmodum errāt
qui propheticas ſcripturas non intelligentes
moraliter:putant poſt reſurrectionem homi-
nes manducaturos:& bibituros eſcas carnales
& poſt:quoniam & ſcripturæ propheticę talia
continēt quędam ſicut & de nuptiis virorū &
mulierum ſcripta:ſecundū textū intelligētes:
putant nos etiam poſt exitum futuros eſſe in
vſu carnalium nuptiarum: propter quas nec
vacare quis orationibus poteſt abſq̃ macula
nec ī hoc mūdo. Itē quęro:quod dicit:Erratis
neſciētes ſcripturas neq̃ virtutē dei: vtrū ad
illud ſolum pertinet qđ dicit: in reſurrectiōe:
neq̃ nubūt:neq̃ vxores accipiunt: aut etiā ex
eo qđ ait:Sed erunt ſicut angeli in cœlo:nec in
uenio alicubi ſcripturam dicentē: ſanctos poſt
exitū fore ſicut angelos dei: niſi forte quis &
hoc moraliter intelligat ſecundū illud qđ dici
tur. Tu autem ibis ad patres tuos cū pace nu
tritus in ſenecta bona. Item appoſitus eſt ad
populum ſuū:aut appoſit⁹ eſt ad genus ſuum
Reſtat vt dicamus de eo qđ ait. Non legiſtis C
de reſurrectione qđ dictū:eſt vobis a deo? Ego
ſum deus Abraham: & deus Iſaac:& deus Ia-
cob:nō eſt deus mortuorū: ſed deus viuētiū.
Et hic dicim⁹ quoniam cū poſſet mille exēpla
proferre:oſtēdentia reſurrectionē futurā hoc
non fecit ex prophetis:ſed tantum ex lege:quo
niā Saducæi tantum Moſaicam legē legebāt:
ex qua volēs illos placare:protulit inde exem-
plum. Deus enim qui eſt dicit. Ipſe ego ſum
qui ſum.Et hoc mihi nomē eſt ſempiternum.
Si impoſſibile eſt vt dicatur eorum deus eē: q
non ſunt.Et ſi hoc impoſſibile eſt:ergo eorum
eſt deus qui ſunt:& qui viuunt:& ſentiūt bn̄fi
cium eius.Et vide quia non dixit: Ego ſum de
us Abraham:& Iſaac:& Iacob: ſed deus Abra
ham:& deus Iſaac:& deus Iacob.In alio autem
loco ſic dixit. Vade & dic ad Pharaonem: de⁹
hebræorū miſit me. Qui enī perfectiſſime ſūt
circa deū:quantum ad cōparationē dico cęte
rorū hoīm pleni⁹ totum habēt deū in ſe. Pro
pterea nō cōmuniter:ſed ſingulariter eorum
dicitur deus: vtputa ſi dicatur: ager ille eorū
eſt:oſtendimus ꝙ vnuſquiſq̃ eorū q poſſident
agrum illum:partē modicā habēt de eo: & nō
habent eum in toto:Si autem dicimus:quoni-
am ager ille illius eſt: demonſtramus qui to-
tum agrum illum poſſidet ille. Sic & vbi dici-
tur deus Hebræorum:imperfectio demōſtrat
eorum:quoniā vnuſquiſq̃ eorū aliqđ modicū
de deo habebant. Abraham aūt totū habebat
deum:& Iſaac totū habebat deum: & Iacob to
tū habebat deum:ideo nō dicitur in cōmunio
ne:deus eorū: ſed deus Abrahā: & deus Iſaac:
& deus Iacob.Quaſi ſinguli eorū totum habe-
bāt deum.Sic & alibi dicitur deus Helię.Chri
ſti autem & deus: & pater eſt: qđ beneficiū ſin
gulare donauit etiam diſcipulis ſuis: vt non

ſolũ deus ſit eorum:ſed etiã pater : ſicut dicit
ad Mariam poſt reſurrectionem ſuã. Vade ad
fratres meos:& dic eis. Aſcendo ad patrẽ meũ
& patrẽ veſtrũ: ad deũ meũ / & ad deũ veſtrũ.
Lucas autẽ hoc addidit amplius dicens. Non
eſt deus mortuorũ:ſed viuorum. Omnes em̃
ei viuunt qđ:non ad modicã laudẽ reſpicit pa
triarcharũ qui non ſolum viuebãt : ſed deo vi
uebant qđ viuebãt : & nemini alteri:vt nos fe
ſtinemus nemini viuere niſi deo.

Secundum Matthæum.Cap.XXII.

IN illo tpe. Audientes
autẽ Phariſæi ꝙ ſilẽtiũ
impoſuiſſet Ieſus Sadu
cæis.cõuenerũt in vnũ:
& interrogauit vn⁹ ex
eis:tẽptãs eũ. Magiſter
qđ eſt maius mandatũ ĩ
lege.Ipſe autem dixit eis. Diliges dominũ deũ
tuũ ex toto corde tuo:& ex ex tota anima tua:
& ex tota mente tua.Hoc eſt maximũ : & pri-
mum mandatum.Et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de eadẽ
lectione.Quæ eſt.XXIII.

CVm dominus ad interroga
D tionẽ Saducæorũ eẽ reſurre
ctionẽ audire nolentibus de
monſtraſſet legis exẽplo(ſi-
cut dixit Matthæus)ſilẽtiũ
Saducæis impoſuit Ieſus:vo
lens oſtendere:quoniã amaram & nociuã mẽ-
dacii vocem obmuteſcere fecit claritas veri-
tatis.Sicut ergo Saluator verbo doctrinæ ſuæ
ſilentiũ impoſuit Saducæis : & falſum dogma
quod apud illos veritas putabatur conuicit
fiducialiter : ſic facient & Chriſti imitatores
exẽplis ſcripturarum qbus oportet ſecũdum
ſanã doctrinã oẽm vocẽ obmuteſcere Pharao
nis in qua glorians dicit.Mea ſunt flumina : &
ego feci ea:ſicut ſcriptum ẽ apud Ezechielem.
Saducæi ergo qui dicunt reſurrectionẽ nõ eẽ:
interrogauerunt ſaluatorem ea q̃ ſcripta ſunt
æſtimãtes ſilentiũ imponere ei. Sed nec Ieſus:
nec dilecti diſcipuli eius aliquãdo obſtruunt
ab impiis. Propriũ eſt em̃ vt Saducæis ſilẽtiũ
imponatur a Chriſto. Iuſt⁹ em̃ tacet quidem
ſciens tempus tacẽdi:& tẽpus loquẽdi: nõ aũt
obmuteſcit.Et ſicut proprium ẽ iuſti tacere:
G nõ aũt obmuteſcere:ſic ꝓprium eſt Saduceoꝝ
vel omniũ qui mendacii ſunt doctores : obmu
teſcere quidẽ:non autẽ tacere.Nã & ſi obmu-
teſcũt quantũ ad rem:non tamen tacent . ideo
& dñs non homini dixit:ſed mari tace: & ob-
muteſce:increpans illud cũ turbaret. Tamen E
Phariſei qui reſurrectionẽ cõſentiũt audiẽtes
qđ ſilentiũ impoſuit Saducæis:cõuenerunt in
vnũ videlicet reſurrectionis dogmate præua
lente:& congregati ſunt qui nõ cõgregabant
q̃diu Saducæis ſilentium nõ ĩponeret. Nihilo
minus tamẽ & ſi cõgregati fuerint:ꝓpterea ꝙ
tenuit reſurrectionis ꝓbatio : tamẽ vn⁹ ex eis
interrogauit:nõ quaſi volẽs ab eo diſcere quæ
interrogabat:ſed temptãs dñm deũ. Omnem
ergo hominẽ q nõ diſcendi gr̃a : ſed temptãdi
cauſa:neq; ex affectu ſimplici ĩterrogat aliquẽ
doctorũ de qualicũq; capitulo: æſtimare debe
mus fratrẽ Phariſei illius qui Saluatorẽ inter
rogatione ſua tẽptabat.Omnia em̃ quæ fiunt ĩ
ſanctos Chriſti ſiue ab inſidiatoribus:ſiue a di
ligentibus:in ſe ſuſcipit vniuerſa. Secundum
ea em̃ q̃ ſcripta ſunt:tractare debemus & ea q̃
ſcripta non ſunt.Scriptũ eſt em̃ propter eſuri
entes:& ſitientes eum dixiſſe eſurii: & ſitii : &
propter nudos:& peregrinos : & ægrotantes:
& in carcere poſitos nud⁹ fui:& hoſpes fui : &
in carcere fui:& infirmus fui: Secundum cõſe
quentiã ſimilitudinis addamus & nos:iniuri-
rias paſſus ſum:cæſus ſum : & temptatus ſunt
& omnia.Et ſicut in illis quæ ſcripta ſunt ve-
nifeſta eſt diuina ſcriptura:& nihil habẽs am
plius q̃ text⁹ oſtẽdit:neq; diuiniorem aliquẽ
ſenſum:& de circũciſiõe:vł de paſcha:vel de
azimis:vel de eſcis & potibus:vel de feſtiuita
tibus:vel de neomeniis:vel de Sabbatis:& nõ
reſpiciunt:qm̃ in oſtẽſione:& vmbra futuroꝝ
tunc ſeruiebãt Iudæi:legiſperiti quidem ſũt:
tamen tulerũt clauem ſciẽtiæ quantũ ad ver
bum ſuũ:id eſt omnem legis viã ad intelligẽ=
da legitima auferẽtes.Propterea nec ipſi ĩtra
uerũt:nec alios quantũ ad ſe ĩtrare ꝑmiſerũt.
B Vęh vobis ſcribę:& phariſęi hypocritę:q cir=
cuit[is] mare & aridã:vt faciatis vnũ ꝓſelitũ:&
cũ fuerit fact⁹:facitis eũ filiũ gehẽnę duplo q̃
vos eſtis.Hęc cõueniẽter dicunť poſt aduẽtũ
xp̃i ad ſcribas:& phariſęos Iudaicorũ verboꝝ
q̃ diligẽter circũeũt pluria loca mũdi:vt adue
nas Iudaizare ſuadeãt.Quicũq; eñ p⁹ ſalua=
torẽ Iudaizãt:docẽtur imitari affectũ eorũ q
dixerũt in illo tpe.Crucifige:crucifige eũ.Et
iterũ.Tolle:tolle a terra eiuſmodi.Docẽť aũt
et accuſare eũ:ſicut tũc accuſabãt ſacerdotes
plebis.Eſt aũt eos videre vſq; nũc:cũ iudicať
latro:& teſtimoniũ dat veritati chriſtian⁹:vo
lẽtes mag[is] abſolui imitatorẽ Barabbę:q̃ chri
ſti diſcipulũ.q̃ oĩa nõ ſimpliciter faciũt ꝓſeli=
tũ filiũ gehẽnę:ſed ſicut ſcriptũ eſt dupliciter
ſuper ſcribas:& phariſęos:q proſelitũ eũ fece=
C rũt.Sed dicet aliqs ĩ hoc loco.Quomõ diſcipu
lus proſelitus eis:q nũc ſunt ſcribæ:& phari=
ſęi miſerabiles cõſtituti:nõ æqualiter efficiť
filius gehẽnę doctoribus ſuis:ſed dupliciter?
Dicit eñ qm̃ debebat minus fieri gehẽnę fili⁹
Aut ſi forte:pro dimidia parte ei:q fecit ꝓſeli
tũ eũ. Aut ſi & aliqs cõcedat: vt ſit diſcipul⁹
ſicut magiſter ei⁹:debebat diſcipulus ęquali=
ter magiſtro ſuo fieri fili⁹gehẽnę.Arbitror er
go oẽm hoĩem q ex cõuerſatiõe gẽtili Iudęoꝝ
fact⁹eſt ꝓſelitus:filiũ gehẽnę fuiſſe:& priuſq̃
proſelitus efficiatur.Sufficiens eſt eñ etiã vi
ta idolatriis ſubdita:facere hominẽ filium ge
hennę.Talem ergo filium gehennę ſaluat q=
dem & liberat per lauacrum baptiſmatis ſer
mo dñi noſtri Ieſu Chriſti:dãs ei poteſtatẽ fie
ri filium dei:& viã ei oſtendẽs:vt efficiatur fi
lius dei patris qui eſt in cælis.Sermo autẽ Iu
dęorum nõ credẽtiũ Chriſto:nõ ſolũ gentilẽ
non ſoluit a gehenna:ſed adhuc addit illi dã=
nationis numerum:vt etiam ſecũdũ Iudaiſ=
mũ fiat fili⁹ gehẽnę.Et ſic facit ſcriba:vł pha=
riſęus filium gehennæ alterum pluſq̃ ſe: non
quia ipſe dupliciter facit:ſed quia cũ fact⁹fue
rit homo dupliciter filius gehẽnæ per doctri
nã doctoris efficitur.Et ſic fit ille q docuit cã
ſecundi erroris illius:vt fiat dupliciter filius
gehẽnæ ſupra illum:qui male docuit eũ.Ali⁹
autẽ dicit alio modo.Quoniã qui ab ĩitio nu D
triti ſunt in lege Moyſi:iam ſunt filii gehen=
næ:propterea ꝙ nõ crediderunt in Chriſtũ.
Qui aũt gentilẽ reliquerũt vitam ſemel iudi
cãtes reliquere idolatriam:in qua fuerãt enu
triti:& apprehenderũt Iudaicam vitam: du=
plici pœna ſunt digni:q nõ cum requiſitione
reliquerunt:neq; diſcutere voluerũt Iudaicũ
verbũ:& ip̃ qđ videť Iudaico verbo eẽ cogna
tũ:id eſt profeſſionẽ Chriſtianorũ: nec ſerua=
ti ſunt ab eis:qui vtrãq; ſectã idonei ſunt do=
cere:vt intelligerẽt qđ verbum veri⁹ eſſet: &
potius eligẽdum.Simul diſcim⁹ ex hoc loco:
quoniam & eorum qui in gehenna futuri ſũt
erit differẽtia tormẽtorum:quoniam alter q
dẽ eſt ſimpliciter filius gehẽnę:alter autẽ du=
pliciter.Sed & hoc videre oportet:ſi adhuc a
bũdantius fiat aliquis filius gehennę:vtputa
tripliciter:vel multipliciter ſecũdum multi=
tudinẽ peccatorũ:& ſi generaliter eſt fieri ali
quẽ filiũ gehẽnę:vtputa Iudęum:vel gentilẽ:
aut cuiuſcunq; falſi dogmatis profeſſorẽ:aut
et ſpecialiter:vt per ſingulas ſpecies peccato=
rũ fiat quis filius gehẽnę:vtputa q fornicať
ſit filius gehẽnę:& q adulterať:dupliciter ſit
et qui furtum facit adhuc tripliciter: ſecũdũ
ꝙ ſcriptum eſt. Qua mẽſura mẽſi fueritis ea
dem menſura metietur vobis: vt iuſtus qdẽ
ſecũdum numerum iuſtitiarum ſuarũ augea
tur in gloria:peccator autem ſecũdũ nume=
rum peccatorum ſuorum multiplicetur ĩ ge
henna.Quæ ſit autem hæc gehẽna:& in quo
loco ſcripturarum pri⁹ eſt nominata:qui po= E
teſt requirat:maxime in diuiſione hæreditatis
Ieſu filii naue:vbi interdum quidem appella
tur vallis filię Nom:interdum aũt vallis Enon
quæ eſt in gehẽna.Gehẽna enim eſt vallis.Et
obſeruet:quoniam ſicut Hieruſalẽ ſors:vt tri
bus beniamin:& alię quędam ciuitates electę
vel vici: ſic & gehẽnna. Conſequens autem
eſt ei qui cognoſcit quæ ſit Hieruſalẽ in diui
ſione verę hęreditatis filiorum Iſrael:vt intel

ligat ſermonem de gehēna.Qui autem legit
diligēter Ieſum naue:videat & qui vici referū
tur illic vicinare valli ei que dicitur gehēna.
Hæc prolixius & manifeſtius tradere p atra=
mētum:& calamū:& chartam viſum mihi eſt
nō eſſe cautum:vtinā & hęc ipſa quæ dicim⁹
nō videamur temere:& piculoſe dixiſſe.Vęh
F vobis duces cęcorū:qui dicitis.Quicūq; iura
uerit per templum nihil eſt.Qui autem iura
uerit per aurū templi:debet.Stulti & cęci:qd
enī maius eſt:aurū:an templū qd ſanctificat
aurū?Et quicūq; iurauerit per altare nihil eſt
ſed quicūq; iurauerit per donū qd ſuper illd
eſt:debet.Stulti & cęci:quid enī maius eſt:do
nū:an altare qd ſanctificat donū?Qui ergo iu
rat per altare iurat per illud:& ī omnib⁹ quæ
ſunt ſuper illd.Et qui iurat per templum: iu
rat per illud:& per eū q habitat in ipſo. Et q
iurat per cœlum:iurat per thronū dei:& p ſe
dētem ſuper eum.Per hoc quoq; verbum cri
minatur traditiōes phariſęorum:quaſi nō re
ctas.Hoc facit:& in eo loco vbi vituperat tra
ditiōes phariſęorum factas aduerſus dei mā=
datū:qd poſitum erat de honore patris vl' ma
tris:dicētib⁹ enī phariſęis:quicūq; dixerit pa
tri vel mrī:donū qd ex me tibi pderit:nō ho=
norabit patrem ſuum.Poſt quę addit:& dicit
irritum feciſtis mādatum dei:vt ſtatuatis ve
ſtrā traditionem :& profert Eſaię exemplum
dicēs.Populus hic labiis me honorat: cor aūt
eorū longe eſt a me.Sine cauſa autē colūt me
G docētes doctrinas:mādata hominū. Vna au=
tem ex phariſaicis traditionib⁹ erat talis de iu
rantib⁹:quoniam qdam qdem per templū iu
rabant : alii autē per aurum templi:itē alii p
altare : alii per donū altaris: & dicebant debi
torem eſſe eum q per aurū templi iurauerit:
aut per donum altaris:eum autem nulla re
obnoxium eſſe:qui iurauerit p templum: vel
p altare.Ideo ergo aduerſus eiuſmōi traditio
nes loquens Iudęis ſaluator:& volēs eos corri
gere ab humanis traditiōibus ad diuina mā=
data:dicit : quoniā cæci: & fatui ſunt q talia
tradunt: nō videntes quoniam omne qd poſi
tum eſt ī templo:nō per ſeipſum ſanctificatū
eſt:ſed p tēplū:ſic & qd poſitū ē ſup altare:do
nū iā dei eē iudicat ex eo ꝙ ſup altar ſuſceptū
eſt.Si ergo cauſa ſanctificādi auri tēplū eſt:&
ſanctificādi doni altare:quomodo non videat
fatuum:hic qui iurat per ſanctificantē nō eſ=
ſe reum:qui autem per ſanctificatum iuraue
rit:reum videri?quaſi melius ſit qd ſanctifica
tur:q̄ qd ſanctificat.Ita quoniam Iudęi cōſue
tudinem habent:& per cælum iurare:pcedē=
tibus addidit etiam hoc ad reprehenſionē eo
rum:qui facilius iurabant per cælum q̄ p de
um.Quoniam ſimiliter irratiōabiliter agit q
iurat per cęlum:ſicut qui iurat per templum
vel per altare:quoniam qui iurat per cælum:
& per ſedētem ſuper eum iurare videtur : &
nō ſicut arbitratur euadit periculū : ex eo ꝙ
non per ipſum deum iurat:ſed per thronum
dei.Et hæc loquitur ad Iudęos prohibens ho
mines phariſęorum attendere traditionibus:
Alioquin manifeſte ſuperius vetuit oīno iu=
rare.Si autem oportet quaſi in talibus euāge H
lii agri abſcōditum:& non a quibuſcunq; cō
prehenſibilē ſenſum ſcripturę:vel ex parte al
tius publicare:dicendum eſt.Omne iuramen
tum colligatio eſt:& cōfirmatio verbi:de quo
iuratur.Iuramentum ergo eſſe intelligēdum
eſt omne teſtimonium ſcripturarum qd pro
fertur ad confirmationem:& colligationē no
ſtri verbi qd loquimur:vt ſit quidem templū
gloriæ dei oīs ſcriptura diuinitus inſpirata:
aurū aūt poſitus ſenſus ī ea.Debem⁹ ergo ad
teſtimonium omnium verborum quę proferi
mus in doctrina pferre ſenſum ſcripturę:qua
ſi confirmantem quem exponim⁹ ſenſum.Si=
cut enim omne aurū: quodquod fuerit extra
tēplū:non eſt ſanctificatū:ſic omnis ſenſus q
fuerit extra diuinā ſcripturam(q̄uis admira
bilis videatur quibuſdam)non eſt ſanctus:qa
non continetur a ſenſu ſcripturę:quę ſolet eū
ſolum ſenſum ſanctificare:quem habet ī ſe:ſi=
cut templum proprium aurum.Nō ergo de
bemus ad confirmādā doctrinam noſtram no
ſtros proprios intellect⁹ iurare:& quaſi teſti=
monia aſſumere:quos vnuſquiſq; noſtrum in
telligit:& ſecūdum veritatem ęſtimat eſſe: ni
oſtenderit eos ſanctos eſſe ex eo ꝙ in ſcriptu=
ris cōtinentur diuinis quaſi ī templis qbuſdā
dei.Stulti ergo & cęci omnes qui non cogno
ſcunt quoniam templum:id eſt lectio ſcriptu
rarum:magnū:& venerabilem facit ſenſum:
ſicut aurum ſacratum.Adhuc autē vide: ne
forte ſecūdum ſimilitudinem templi & auri I
poſiti in templo:intelligere debeamus altare:
& donum qd poſitū eſt ſup altare. Altare er=
go qd votū ſanctificat eſt homīs cor: qd prin
cipale habetur in homine.Vota autem & do
na quæ ponuntur ſup altare:omne qd ſuper=
ponitur cordi.Vt puta proponis orare:votū
orationis poſuiſti ſuper cor tuum:quaſi ſup
quoddam altare:vt orationē offeras deo.Pro
poſuiſti pſallere:votum pſalmorū poſuiſti ſu
per cor tuum:quaſi ſuper quoddā altare : vt
offeras deo votum pſalmorū.Propoſuiſti elee
moſinas facere : votū eleemoſinarū poſuiſti
ſuper cor tuum:quaſi ſuper quoddā altare:

vt votum eleemoſinarum offeras deo. Propoſuiſti ieiunare: votum ieiunii poſuiſti ſuper cor tuum: quaſi ſuper quoddam altare. Venerabile ergo & ſanctum facit omne votum hominis cor ei⁹: ex quo votum deo offertur. Ideo non poteſt honorabilius eſſe votum: q̃ cor hominis: ex quo tranſmittitur votum. Cæcus ergo eſt omnis homo qui videt / aut eleemoſinas alicuius magnas: aut pſalmos: aut preces magnas: aut ieiunia: & ſine iudicio beatificat illa & non conſiderat ex quali corde eleemoſinæ offeruntur: vel pſalmi: vel preces: vel ieiunia offerũtur. Altare eſt enim cor quod ſanctificat votum eius qui mundi eſt cordis. Si enim cor & conſcientia hominis non compungit: fiduciam habet ad deum: non propter dona ſua: neq; verba orationis: vel pſalmi: q̃uis videantur bene compoſita: & de ſcripturis electa: ſed quia (vt ita dicam) altare cordis ſui bene conſtruxit. Qui ergo teſtem altare: id eſt cor principale & conſcientiam aſſumit: iurat per altare: complectens omnia quæ continentur in eo. Et qui iurat ſecundum ꝙ tradidimus per templum: idem per ſcripturam iurare videtur: & per verbum ſenſumq; dei qui continetur in ea. Tertium autem eſt vt dicamus: quoniam ſuper templum: id eſt ſuper omnem ſcripturam: & ſuper altare: id eſt ſuper omne cor: eſt intellectus quidam ſuper intellectum omnium ſcripturarum: & ſuper omne cor: qui ſuper cor hominis nondum aſcendit: qui moraliter appellatur cœlum: & thronus iam nõ gloriæ dei queãdmodum templum: ſed dei ipſi⁹. Templum enim gloriæ dei: templũ eſt in quo per ſpeculum videmus in ænigmate. Cœlum autem quod eſt ſuper templum ipſius dei: in quo thronus eſt dei: in quo eſt conſiderare facie reuelata: cum venerit quod perfectum eſt: faciem myſteriorũ veritatis ſedentium in huiuſmodi cœlo. Væh vobis ſcribæ / & phariſæi hypocritę: qui decimatis mentham & anethũ & cyminum: & relinquitis quæ grauiora ſunt legis: iudicium / & miſericordiam / & fidem. Hæc autem oportuit facere: & illa non omittere. Duces cæci liquantes culicem: camelum autem glutientes. Hic ſermo opportuno tempore eſt dicendus eis: qui circa res quidem minimas religionem oſtendunt ad deum: circa res autẽ magnas: & neceſſarias contemnunt mandatum: & deum ipſum qui ea mandauit. Talia & apud Iudæos fiebant: qui arbitrabantur ſe legem Moyſi ſeruare: qui præcipit ex omnibus fructibus decimas dare leuitis / & ſacerdotibus: ita quoniam facile erat implere legem in minimis: mentham quidem: & anethum: & cyminum decimabant: & omnia: vt ita dicam minima: & quę leuia erant legis: grauia autem eius non obſeruabant: id eſt iudicium / & miſericordiam / & fidem. Iudiciũ quidem: vt vnuſquiſq; iuſto iudicio de omnibus iudicaret: nõ de quibuſdam: & acquieſceret ei q dixit: miſericordiam volo q̃ ſacrificium: vt ſacrificia miſericordiarum deo offerret: vt diſcutiens ea quæ fidei ſunt eſſet fidelis. Sed quoniam conueniens erat: vt audientes quidam de decimãdis rebus minimis dominum iſta loquentem contemnerent minimarum rerum decimationem: ſapienter addidit dominus dicens. Et hæc oportuit facere: hoc eſt iudicium: & miſericordiam: & fidem: & illa non omittere: id eſt decimationem menthę: & anethi: & cymini. Et dicit eos qui talia agunt ſcribas: & phariſæos: qui omittunt grauiora legis: & decimant contemptibilia fructuum: duces eſſe cæcos. Et ſapienter dicit eos tales liquare: id eſt expellere a ſe minima delicta: quæ culices nominauit: glutire autem: id eſt committere maxima delicta quę nominauit camelos: animalia videlicet tortuoſa & grãdia. Secundũ hos itaq; ſermones omnis homo qui omittit grauiora legis maxime iudicium: & miſericordiam: & fidem: camelum glutit. Non ſolum autem apud iudæos: ſed etiam apud nos: multos eſt inuenire peccata huiuſmodi peccantes: & glutientes camelos: in eo ꝙ maxima delicta committunt. Et oportet huiuſmodi homines frequenter conſiderare quomodo in rebus minimis religionem ſuam oſtendant. & bene eos hypocritas appellat. Volentes enim religioſitatem acquirere coram hominibus: nolũt ſuſcipere religioſitatem illam quam deus iuſtificauit. Fugiendæ ſunt ergo nobis ſcribarum: & phariſęorum ſimulationes huiuſmodi: ne væh illud etiam nobis contingat quemadmodum & illis Aeſtimo autem omnes moraliter ſcribas dici: qui amplius nihil æſtimant poſitum in ſcripturis: q̃ ſimplex ſermo ſcripturæ demõſtrat: ſed adhuc contemnunt eos qui ſcrutantur altitudinem dei. Similiter Phariſæi ſunt omnes qui iuſtificant ſemetipſos: & diuidunt ſe a cęteris dicentes: noli mihi appropiare: quoniam mundus ſum. Interpretantur autem phariſęi ſecundum nomen phares: diuiſi: qui ſeipſos a cæteris diuiſerunt. Phares autem dicitur hebraica lingua diuiſio. Si autem oportet in eiuſmodi euangelii verbis: etiam moralem aſſumere intellectum: ſciendum eſt quoniam ſicut mentha: et anethum: et cyminum ciborũ ſunt conditura: non ipſi principales cibi: ſic in conuerſationibus noſtris quædam quidem ſunt

principalia/& neceſſaria ad iuſtificationem ani
marum noſtrarum:qualia ſunt hæc grauia le-
gis:iudicium:& miſericordia:& fides. Alia au
tem quaſi condientia actus noſtros:& commẽ-
dantia eos:& ſuauiores eos faciẽtia: vtputa ab
ſtinentia:riſus: ieiunium:flexio genuum:per-
manſio in collectis:aſſiduitas communicatio-
nis:& alia his ſimilia: quæ nõ ipſę iuſtitię ſunt
ſed conditura iuſtitiarum habentur. Res au-
tem ſpiritales quæ a ſemetipſis iuſtitiæ ſunt:
dicuntur iudicium: & miſericordia: & fides.
Turpe eſt ergo in iis minimis obſeruare qđ eſt
decimare:rerum autem neceſſariarum obſer-
uationes non offerre deo:id eſt non decimare.
Qui autem hæc agunt & docent ſicut & prio
res:duces ſunt cæci. Quomodo autem nõ æſti
mẽtur cæci:quos latet magnitudo & tortuoſi
tas camelorum:id eſt actuũ peruerſorum: nec
vident:quoniam nihil prodeſt liquare/& cau-
tum eſſe diſcuſſorem in rebꝰ minimis:cum prĩ
cipalia/& vere ad gloriam dei pertinentia ne-
gligãtur. Quoniam ergo multi ſunt & in no-
bis:q circa res leues caute viuere æſtimant̃:cir
ca res autẽ neceſſarias contemnũt ſeipſos:hu-
iuſmodi homines ſermo pſens confundit:non
quidẽ leuia illa prohibens obſeruare:ſed prin-
cipalia/& magis ſalutaria/præcipiens cautius
cuſtodire. Omnia ergo liquat:q in oĩbus quæ-
cũq; agit:vel loquitur:vel cogitat:ſegregat qđ
eſt ſordidum:& terrenũ:& nõ diuinis rationi-
bus adornatũ:ab his quę natura lucida ſũt: &
ſyncera:& iuſta ſecũdũ eũ q docet. Epulemur
nõ in fermẽto malitiæ & neqtiæ: ſed in azimis
ſynceritatis/& veritatis. Inuenies aũt multos
qui credere æſtimantur:nõ liquatos ſermones
& actus: & cogitationes habentes. Propterea
ſicut fœnũ carnalia eorum acta ignis comedet
crucians etiã animã ſimul cũ corpore propter
cõcreta ei delicta corporalia. Sicut eñ non eſt
poſſibile ſupfluitates corporibus innatas ſine
magno dolore & cruciatibꝰ amputare ab eis q
patiũt̃:ſic nec cõmiſſa carnalia ab eis:q (vt ita
dicã) animas ſuas carnes fecerunt. Propterea
dictũ eſt de talibus animabus. Non permane-
E bit ſpiritus meus in hominibus iſtis: quoniam
carnes ſunt. Væh vobis ſcribæ & Phariſæi hy
pocritæ: q emundatis qđ foris eſt calicis:& pa
rapſidis:intus aũt pleni eſtis rapina:& intem-
perantia:et dolo. Phariſęe emũda prius qđ in-
tus eſt calicis/et parapſidis: vt fiat id qđ foris
eſt mundum. Hic ſermo nos inſtruit: vt feſti-
nemus eſſe iuſti non apparere. Qui eñ ſtudet
vt appareat iuſtus:quę a foris ſunt mundat/et
quæ videntur curat:cor aũt ſuum et conſcien
tiam negligit:non conſiderãs: quoniã q ſtudet

ea quæ intus ſunt:et cogitationes ſuas ſtudet
mundare:cõſequẽs eſt:vt etiã ea q̃ a foris ſunt
ſtudeat facere munda. Si quis aũt ea q̃ vident̃
ſtudet:negligit autẽ interiora animæ ſuæ:ne-
ceſſe eſt: vt huiuſmodi homo impleatur ab in-
tus auaritia: laſciuia: malignitate: cæteriſq;
plurimis malis. Q m̃ oĩs q de ſalute ſua ſollici-
tus eſt:qđ eſt ab intꝰ:et de opiniõe ſollicitꝰ eſt:
qđ eſt a foris:nõ aũt oĩs q de opinione ſollicitꝰ ẽ
a foris:ẽt de ſalute ſua ſollicitꝰ ẽ ab intꝰ. Vtpu
ta ſcriptũ eſt. Qui viderit mulierẽ ad concupi
ſcẽdũ eã:mœchatꝰ eſt in corde ſuo. Iſte ergo q
abſtinet ſe ab opere fornicationis:fornicat̃ aũt
in cõcupiſcẽtia cordis ſui mũdauit qđ a foris ẽ
calicis et parapſidis:aut catini:ab intꝰ aũt in-
tẽperãtia plenus eſt. Sed et q facit eleemoſinas:
vt gloriã ab hominibꝰ cõſequat̃: mũdare qdẽ
videt̃ qđ a foris eſt calicis:et parapſidis:faciens
eleemoſinas corã hominibus. Ab intus autem
plenus eſt cupiditate gloriæ. Et quicquid boni
fecerit homo non ex conſcientia munda pro-
pter deũ:a foris quidẽ mundus videt̃:ab intus
autẽ plenus eſt malis. Sed et om̃es falſi dogma
tis profeſſores calices ſunt a foris quaſi munda
ti propter ſpeciem religionis quam ſimulant:
ab intus autem pleni rapina:ſeductione: qui-
bus rapiunt homines ad errorem:et lupi rapa
ces ſub pellibus ouium latitantes:et deuoran-
tes animas ſimplices:q videre eos non poſſunt
lupos eſſe rapaces:propter ouiliũ pelliũ tegu- E
mentum. Si oportet aũt omnia in ſermonibus
euangelicis moraliter conſiderare: videndum
eſt quare apud Matthæũ quidẽ a foris calicis/
et parapſidis ſcribæ:et phariſæi mũdare dicũ-
tur:apud Lucã aũt calicis:et catini mentio fit.
Vterq; ergo vaſa ponunt cibi et potus:et cali-
cem quidẽ ambo nominant:q eſt ad potum:pa
rapſidem aũt non ambo:ſed ille qdem catinum
hic aũt parapſidẽ:vtrũq; tñ vas cibi habetur.
Ergo ſecundum vtrũq; euangeliſtã eſt aliquis
ſpiritalis potus: et ſpiritalis cibus:quem ape-
timus in ſermonibus ſcripturarũ legis et pro-
phetarum. Omnis itaq; ſermo per quem po-
tamur ſpiritaliter:vel omnis narratio per quã
enutrimur: vaſa ſunt potus et cibi. Ammone
mur ergo vt non curam habeamus ſermonum
vel narrationũ quæ foris ſunt:ſed quę ab intꝰ
ſunt:vt cor noſtrum ſenſibus mundis potato-
riis:et enutritoriis impleatur: et non verbis:
neq; compoſitionibus eorum ornatis: quia nõ
in ſermone eſt regnũ dei:ſed in virtute. Vtpu-
ta qui ſtudet compoſitũ proferre ſermonẽ: ma
gis q̃ ſalutari ſenſu repletum: calix narratio-
nis eius a foris mũdatus eſt:ab intus autẽ ſor-
dibus:vanitatibuſq; repletus. Vñ Paulus qui

non ſolebat a foris calicis:& parapſidis mūda
re:ſed abintus imperitum ſe confitetur ſermo
ne:ſed nō ſcientia:et erat ſermo ipſi⁹ ruſticus q
dem tamen mundus propter ſcientiæ mundi=
tiam.Illi autem qui in ſapientia verbi loquebā
tur:& per hoc Chriſti crucem euacuabāt: a fo
ris quidē mundos prębebant ſermones ſuos:
ab intus autem immūda ſcientia plenos:& ra=
pinis:& intemperantia vitæ.Item qui audiens
verbum/aut aliquam legis ſcripturam: cōpo=
ſitionibus eius exterioribus magis q̄ interiori
bus & ſalutaribus ſenſibus delectatur:calicem
vel parapſidem diligit a foris mundatum: ab
A intus autem ſordidum.Si oportet autē & ter=
tiam cognatam prioribus ſuperinducere expo
ſitionem:dicimus quoniam literæ legis & pro
phetarum calices ſpiritalium potuum ani=
mæ/et parapſides neceſſariarum eſcarū ſunt fi
delium hominum:vel catini ciborū ſapienter
cōditorū:quorum calicum:& parapſidū: & ca
tinorum legalium:vel propheticorum:ſcribæ
quidem & phariſæi ſtudēt ſenſum exteriorem
atq; vulgarem: & hunc mundum & ſanctum
demonſtrare feſtinant. Diſcipuli autem Chri
ſti ſenſum interiorem: & ſpiritalem mundare
feſtinant:& ſanctificare ſcientia/& demonſtra
tione probabili:vt ab intus mundatam legem
& prophetas mādu cent:& bibant: interiorem
& myſterialem ſenſum audire:& ſuſcipere con
cupiſcētes: & traſcendentes ſenſus exteriores
verborū.Bonum eſt ergo ab intus caute mun
dare calicis:vel parapſidis:vel catini: quia ei q
mūdauerit primum quod ab intus eſt calicis
fiunt etiam ea quę foris ſunt vere mundata:&
tunc inueniuntur vaſa ſermonum mūda:quā
do manifeſtati fuerint veri & ſpiritales ſenſus
B eorum.Væh vobis ſcribæ: & phariſæi hypo=
critæ:quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis:q̄
a foris quidem parent ſpecioſa:intus vero ple=
na ſunt oſſibus mortuorū & omni ſpurcitia:
ſic & vos a foris quidem paretis hominibus iu
ſti:ab intus autem pleni eſtis hypocriſi/& ini=
quitate.Sicut em̄ ſuperius ab intus pleni ſunt
rapina & intemperantia: ſimiliter & hic pleni
ſunt hypocriſi & iniquitate: quæ comparan=
tur oſſibus mortuorum:immunditiæ vniuer
ſæ.Hypocriſis enim cū ſit aliqua ſimulatio bo=
ni:nihil quidē habet vitale ex eo bono quod ſi=
mulat.Oſſium autē(vt ſic dicam) virtutis il
lius quā ſimulat mortua iuſtitia eſt:aut caſti=
tas.Si em̄ ſapienter audiamus:qđ vult oſtēde=
re ſermo præſens:intelligim⁹ q; omnis iuſtitia
ſimulata:mortua iuſtitia eſt.Sicut homo mor
tuus videtur quidem homo:ſed non eſt homo
ſic & mortua caſtitas:nec caſtitas eſt. Mortua
autem:quæ nō propter deum:ſed in ſimulatiō
ne propter homines ſit.Et quemadmodū eſt in
mimis qui perſonas ſuſcipiunt aliquorum: &
non ſunt ipſi quos ſimulant: ſed videntur: ſic
qui iuſtitiā ſimulat: ſimulata iuſtitia eius: nō
eſt iuſtitia:ſed videtur.Eſt em̄ non iuſtitia:ſed
figmentū iuſtitiæ:ſic & in ſeductione: caſtitas
ficta non eſt caſtitas:ſed videtur.Propter quod
bene aſſimilantur huiuſmodi homines ſepul=
chris dealbatis.A foris videntur iuſti in cōſpe
ctu eorū qui neſciunt interiora cōſiderare: ab
intus autē pleni ſunt oſſibus mortuorum.Tā C
ta ſunt oſſa in eis et immunditiæ: quanta ope
ra ſimilantur bona ex malo affectu: et vidētur
a foris iuſti corā hominibus: non eis quos ſcri
ptura deos appellat:ad quos factum eſt verbū
dei:ſed corā eis qui ſicut homines moriuntur.
Et malū quidē eſſet:vel vnū oſſium mortui ha
bere intus in ſe:vel immunditiā aliquā vnam.
Nunc autē vide exaggerationē ſcripturæ: de
malitia hypocritarū.Sicut em̄ ſepulchra ple=
na ſunt oſſibus et immunditia omni: ſic et illi
pleni ſunt hypocriſi:et iniquitate: non in vna
aliqua re ſimulātes:neq; in conſpectu vnius in
omni vita ſua:vel duob⁹:vel trib⁹:q̄uis et hoc
eſſet peſſimū malū:ſed omnibus diebus vitæ
ſuæ in ſimulationibus viuunt: et aliud quidē
ſunt:aliud autem eſſe putantur.Sunt laſciui
qdā ab intus:a foris aūt caſtos ſe eſſe oſtendūt:
ſimulatores caſtitatis:et virginitatis fictores.
Et alii ſimulatores iuſtitię:cū ſint ab intus ini
qui:et alii aliarū virtutū ſimulatores exiſtunt
cū ſint ab intus cōtrariis vitiis pleni.Sunt qdā
et martyrii ſimulatores.Quidā autē epiſcopa
tus vel preſbyteratus: vel diaconatus:vel ec=
cleſiaſticę ſcientiæ:vel doctrinę: tātū perſonas
et oſtentationē virtutū habētes:vere aūt ſunt
inimici earūdem virtutum quas ſimulant.

Finis Homiliæ.XXV.

Lectio euangelica Secundum Matthæum.Cap.XXIII.

IN illo tempore.Dixit Ieſus
turbis Iudæorum et princi=
pibus ſacerdotum.Væh vo
bis ſcribæ et phariſæi hypo=
critę: q ędificatis ſepulchra
prophetarū: et ornatis mo=
numenta iuſtorum:et dici=
tis:quia ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtro
rum non eſſemus ſocii eorū in ſanguine pphe
tarū.Itaq; teſtimoniū redditis vobis: quia filii
eſtis eorum q occiderūt pphetas.Et vos īplete
menſurā patrū veſtrorū.Serpentes generatiō

viperarũ: quomodo ſugietis a iudicio gehẽnę?
Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas: & ſapiẽ-
tes: & ſcribas: & ex illis occidetis: & crucifige-
tis: & ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris
& perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ: vt ve-
niat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effun
ditur ſuper terram.

Homilia Origenis preſbyteri de eadem le-
ctione. Numero. XXVI.

D QVantum ad primã faciẽ per
tinet textus nõ ſatis rationa
biliter cõminari videtur ad
uerſus eos qui ædificãt ſepul
cra prophetarũ: & ornãt mo
numenta iuſtorũ. Quãtum
ad hoc em̃ / ſolum laudabile
aliquid faciebãt: quia ſepulcra prophetarũ ędi
ficabãt: & ornabãt monumenta iuſtorũ operi-
bus patrũ ſuorum: q̃bus auſi ſunt contra pro-
phetas / & ſanctos nõ cõſentientes maxime in
eo qđ dicũt: ſi fuiſſemus in dieb⁹ patrũ noſtro
rum: nõ eſſemus ſocii eoꝝ in ſanguine prophe
tarũ. Quomodo ergo digni erant ſuſcipe vęh?
Si autem dicit aliquis quãtum ad opus quidẽ
illud & profeſſionem verborũ ſuorũ non erant
rei: propter illud aũt ꝙ teſtimonium ſibi red-
debãt: eſſe ſe eorũ filios q occiderũt prophetas
culpabiles erãt: qđ nec ipſum verũ eſt. In re em̃
quæ ex arbitrio hominis nõ contingit: quomo
do poteſt homo fieri reus? Non em̃ ex arbitrio
vniuſcuiuſꝗ hominis eſt: cuius ſit filius: boni
viri: aut mali viri. Ergo neꝗ ꝓpter illud: quia
ędificabãt ſepulcra prophetarum: & dicebant
ſi fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ non eſſe
mus rei: vel rei erãt: vel innocẽtes: ſed quia re-
bus ipſis & ſimilitudine facinorum teſtimoniũ
ſibi reddebãt eſſe ſe filios eorum q occiderunt
prophetas implẽtes mẽſuram patrũ ſuorum:
& adhuc adiicientes qđ fuerat minus: ſupplẽ-
tes interfectionem prophetarũ / atꝗ iuſtorũ in
terfectiõe Chriſti filii dei. Propter qđ poſſibile
nõ erat q huiuſmodi actu detinebant̃ obnoxii:
fugere a iudicio gehẽnæ. Quibus nec ſuffecit
ſanguis Chriſti: ſed adhuc illos prophetas: vel
ſcribas q fuerũt miſſi a Chriſto interfecerũt / &
crucifixerũt: in ſynagogis ſuis flagellauerunt
& perſecuti ſunt de ciuitate in ciuitatem. Pro
quibus omnib⁹ homicidialibus cõmiſſis: iuſtũ
fuerat eos pati excidium Hieruſalem: captiui
tatẽ populi: patiẽtia dei magnitudinẽ & mul-
titudinem facinorũ eorũ vlterius nõ ſuſtinen-
E te. Venit aũt in generationem eorũ q impleue
rãt menſuram patrũ ſuoꝝ: & ſuperpoſuerunt
Ieſu Chriſti ꝓphetas: & ſapiẽtes: & ſcribas om
nis ſanguis iuſtus q effundit̃ ſuper terrã a ſan
guine Abel iuſti vſꝗ ad ſanguinẽ Zacharię fi-
lii Barachiæ: cui⁹ ĩterfectionẽ imputat ſcribis
& phariſęis: quaſi nõ eſſet interfect⁹ a patrib⁹
eoꝝ: ſed ab ipſis illis. Sic em̃ ſcriptum eſt: quem
occidiſtis inter templũ & altare. Non aũt poſ-
ſunt q exprobrãtur a Chriſto dicere Zachariã
filium Zarachiæ vnũ fuiſſe ex prophetis duo-
decim quorũ ſcripta habemus in manibus: ſed
Zachariã dicit patrem Ioannis: de quo per ſcri
pturas quidẽ canonicas oſtendere non poſſu-
mus: nec quoniã filius fuit Barachię: nec quia
ſcribę: & phariſęi interfecerũt eũ inter templũ
& altare. Sed venit ad nos quędam traditio ta F
lis: & quaſi ſit aliquis locus in tẽplo vbi virgi-
nibus quidẽ cõſiſtere licet: & orare deũ. Exper
tę autem thorum virilem: nõ permittebantur
in eo conſiſtere. Maria autẽ poſtꝗ genuit ſalua
torem: ingrediẽs adorare ſtetit in illo virginũ
loco: prohibẽtibus aũt eis qui nouerãt eã iã fi-
lium genuiſſe: Zacharias ſtetit / atꝗ dixit ꝓhi-
bentib⁹ eam: quoniam digna eſt virginum lo-
co cum ſit adhuc virgo. Ergo quaſi manifeſtiſ
ſime Zachariã aduerſus legẽ agentẽ: & in loco
virginum permittentẽ ſtare mulierem: occide
runt inter templũ & altare viri generationis
illius. Tñ eos q huiuſmodi traditioni non cre- G
dũt: exigamus rationẽ quomodo nõ quaſi fili-
os eorũ qui interfecerũt prophetas etiã Zacha
riam exprobrat Ieſus ꝓpter Zachariã: ſed qua-
ſi q ipſi occiderunt Zachariam inter templũ &
altare. Si ergo verũ ẽ verbũ Chriſti qđ dicit ad
pñtes tũc phariſęos: & ſcribas: quẽ vos occidi-
ſtis inter templum & altare: non eſt poſſibile il
lũ intelligi Zachariã q eſt ex duodecim vnus.
Nec tamẽ eſt mirũ ſi cõtigit eiuſdem nominis
eſſe & vtrũꝗ Zachariam: & patres eorũ. Tale
aliquid dicere vult ſermo quẽ loquitur Chri-
ſtus: quoniã vos q a ſanguine ꝓphetarũ excuſa
tis: & dicitis: ſi fuiſſemus in diebus patrum no
ſtrorum non eſſemus ſocii eorum in ſanguine
prophetarum: & ędificatis ſepulcra propheta
rum interfectorum: per hæc iſta quæ auſi eſtis
aduerſum me: teſtimoniũ redditis vobis: quo-
niam homicidarum patrum veſtrorũ filii eſtis
qđ minus fuerat iniquitatibus eorum: per me
um / & meorum prophetarum ſanguinem ad-
implentes. Nec enim Chriſtum illi crucifixe-
runt: vos autem crucifixiſtis adimplentes: &
facti earũ viperarũ q interfecerunt prophetas
generamina: ſerpẽtes peſſimi: viam fugæ a iu-
dicio gehẽnæ vobis ipſi cludentes propter ma
gnitudinẽ facinorũ q cõmiſiſtis in Chriſtũ: & ĩ
ſapiẽtes eius: & in prophetas: & in ſcribas ipſi⁹

& adhuc auſi eſtis a ſocietate patrum veſtroꝝ diſiungere vos/& excuſare a ſanguine prophetarũ. Sed conſequẽs eſt vt aliquis q ſecũdũ ſimplicẽ hiſtoriã ſcripturę intelligit: obiiciat/& requirat quare nõ dixit vſq; ad ſanguinẽ Ioãnis filii Zachariæ: maxime cũ lex/& ꝓphetæ vſq;
A ad Ioannẽ ꝓphetauerint. Dicem⁹ ad eũ: qm̃ manifeſta eſt res: ꝙ ſcribæ/& phariſæi nõ occiderũt Ioannẽ: ſed Herodes. Nam etſi nõ crediderũt Ioanni ſcribæ/& phariſęi: ſcriptũ eſt: ſi dicimus baptiſmus Ioannis de cœlo eſt: dicet nobis: Quare ergo non crediidiſtis ei? tñ adhuc reuerentiam quãdam habebãt nominis eius: nõ audẽtes aduerſus interrogationẽ dicere Chriſti de baptiſmate ipſius qđ ex hominibus erat. Timebãt em̃ populum: credentes quoniã vere Ioãnes erat propheta. Quomodo ergo improperaret eis q nõ occiderũt Ioannẽ/quaſi interfectorib⁹ eius? Sed improperauit quaſi interfectorib⁹ Zachariæ dicẽs: quẽ occidiſtis inter templum & altare. Adhuc in textu dicendũ eſt: q nõ ſtatim vt factum fuerit peccatũ/puniť peccantiũ generatio: ſed cũ ſubſequens generatio debens emendare in ſe peccatũ patrũ ſuorum: adhuc adiecerit peccatis patrũ ſuorũ peiora: & ſic ſi multæ generationes peccauerint in gẽte aliqua/vel in ciuitate: puniť gẽs: vel deſtruiť ciuitas. Sic ergo & gens Iudęorum multa inferens mala prophetis: non vt cœpit homicidiũ contra eos ſtatim fuerat punienda: ſed poſt patientiã dei: poſtq̃ addiderũt ſuper ſanguinem prophetarũ ſanguinẽ Chriſti: & ĩpleuerũt mẽſuram patrũ ſuorum: tũc dignius ſunt puniti Non ergo peccatũ qđ peccauit Cain interficiens fratrem ſuũ: aut peccatũ eorũ qui interfecerũt prophetas ſuſcepit hęc generatio Iudęorũ quę fuit in tempore Chriſti: ſed oportebat patientiã dei q̃ fuit in gẽte Iudæorũ finiri menſuris: vt poſt multas effuſiones ſanguinis prophetarũ/& iuſtorũ: nõ deſolata pri⁹ Hieruſalẽ & Iudæa: hoc patereť poſtea ĩ ſanguĩe Chriſti: & propter hoc magnanimiter deo agẽte: vt accipiãt ſcribę & phariſæi: populo cõplacẽte: ſanguinẽ prophetarũ Chriſti: & ſecũdũ euãgeliũ ſapientiũ/& ſcribarũ quos occiderũt/& crucifixerũt: & caſtigauerũt in ſynagogis ſuis: & perſecuti ſunt de ciuitate in ciuitatẽ: vt eiectis oĩbus de Iudęa deſoleť locus euacuatus ab oĩbus ſanctis: & patiať q̃cunq; ſunt paſſi a Veſpaſiano/& Tito. Hęc corporaliter expoſuim⁹. Si au-
B tẽ & moraliter hęc ipſa oportet exponere: talia dicem⁹ in loco. Arbitror ſicut Chriſtus celat⁹ venit ĩ corpore: vt a carnalibus qdẽ ſpeciẽ corporis eius aſpiciẽtibus: & nõ virtutes cõſiderãtibus homo videretur: a ſpiritalibus autẽ non ſpeciem corporis attendẽtibus: ſed opera virtutũ eius conſiderantibus: deus intelligať: ſic eſt oĩs ſcriptura diuina incorporata: maxime autẽ veteris teſtamẽti. Spiritalis em̃ & propheticus ſenſus ſcripturę celatus eſt in hiſtoria rei propoſitę: & omnis ſcriptura a mediocribus qdem ſecũdum hiſtoriam intelligatur: a ſpiritalibus aũt/& perfectis ſecundũ myſteriũ ſpiritale. Hac præmiſſa præfatione redeamus ad verbum. Quoniã ſicut in ipſis prophetis receden- C
tibus ab hac vita corpora qdem eorũ erant in ſepulcris: animæ autẽ & ſpiritus in regione viuorum: ſic & in propheticis dictionib⁹ eſt animaduertendũ: vt narratio qdem eorũ ſecũdũ hiſtoriam ſimplicem ſit corpus: ſpiritalis autẽ ſenſus: & ipa ſcripturarũ intima veritas ſit anima/& ſpiritus q inhabitat in narrationib⁹ ſimplicioribus ſecũdum hiſtoriam. Sepulcra autẽ prophetarum nõ incõueniẽter poſſumus ęſtimare literas ipſas ſcripturaꝝ: & libros: ĩ quib⁹ collocata narratio permanet: quaſi corpus aliquod poſitum in ſepulcris. Qui ergo ſpiritalia ſcripturarũ: & veritatem earũ interius celatam intelligunt: & ſuſcipiunt: habent in ſe animas/& ſpiritus prophetarum: ipſi quaſi regio viuentium prophetarum effecti. Qui autẽ illa non capiunt/neq; requirunt: ſed ſimplicem narrationem/& hiſtoriam rei ſolam attendũt: corpora prophetarum colunt in literis poſita: & in libris quaſi in quibuſdam ſepulcris: quales fuerũt & phariſæi q recte phariſæi ſunt appellati: id eſt præciſi: qui ſpiritalia prophetarũ a corporali hiſtoria præciderunt: quaſi animã prophetarum expellentes a corpore: & occidẽtes ipas prophetias: & exanimes facientes quaſi nihil ſpiritale habẽtes. Et vere hypocritę ſũt ſola ſepulcra prophetarum corporalem hiſtoriam continentia/ędificantes: & ornãtes: id eſt ſcripturas ipſas: & libros prophetarum ſtudẽtes: qui non intelligentes quoniã corpora mortua colentes: id eſt hiſtoriales narrationes: vidsíentur quidem pie agere circa memoriã prophetarum: impii autem ſunt. Et non eſſe ſe ſocios eorum qui interfecerunt prophetas ꝑ hoc ipſum defendere volunt: arguuntur autem adiicientes ſuper facinora eorum qui interfecerũt prophetas: et ĩplentes menſuram iniquitatis ipſoꝝ ꝑ hoc ipſum ꝙ nõ credũt in Chriſtum: quẽ nõ ſimplices hiſtorię prophetarum: ſed ſpiritalis earum prædicat ſenſus. Scio au- D
tem indubitãter: ꝙ vbiq; cauſa incredulitatis Iudęorum extitit iſta: vt nõ intelligerẽt Ieſum quaſi Chriſtũ dei: qm̃ ſemp animũ ſuũ dederũt circa hiſtorias corpales: nihil ſpiritale ĩ eis credere volentes. Vt puta exẽpli ĩtroducim⁹ cau-

ſa:qđ in Zacharia pphetaẽ: & dicitur. Quaſi ſuper aſinam:& pullũ ingreſſurus in Hieruſalem:& exterminatur⁹ currus ex effrẽ: & equũ ex hieruſalem. Hoc ſi quis ſecũdũ literæ hiſtoriã intelligere velit de Chriſto:non conuenit. Nec enim exponitur Chriſtus exterminaſſe ex effrẽ corporales:ac ſenſibiles currus:nec equũ corporalem ab Hieruſalem corporali. Sed ſi videris apud hæreticos conuentus ipſius mẽdacii quaſi quodã iugo copulatos:& inter ſe male cõcordes:quos ſermo veritatis deſtruere ſolet:videbis quomodo Chriſtus dei verbum exterminat currus ſpiritales ex effrem ſpiritali. Effrem em̃ ſemper in figura hæreſum ponitur qui ſe ſeparauerunt a chriſti eccleſia: ſicut Effrem a tribu Iuda. Sic enim ſpiritaliter equũ:& aſcenſorem Aegyptiorum proiecit in mare ſermo diuinus:id eſt impium virum cum diabolo aſcenſore & indagatore ipſius. Sic & equum exterminauit ab Hieruſalem:quicunq; diabolo aſcenſori ſubiectus fuerit:& non Chriſto:ſicut illi equi acceptabiles Chriſti:de quibus dicit Abacuch. Quis aſcendet ſuper equos tuos: & equitatus tuus ſanitas: id eſt ſuper apoſtolos:cæteroſq; ſanctos in quibus habitat Chriſtus. Propterea dicimus:hi in curribus:oſtendentes Effrem:& hi in equis: oſtendentes aduerſarios Hieruſalem:nos autem ĩ nomine dei noſtri magnificabimur:ipſi obligati ſunt:& ceciderunt:nos vero ſurrexim⁹:& erecti ſumus. Qui teſtimonium ſibi reddunt: quia ſunt filii eorum qui interfecerũt prophetas:per hoc ipſum ꝙ implent menſuram patrum ſuorum ſuper illorum incredulitatem adiicientes incredulitatem in Ieſum:quæ non aliunde deſcendit:niſi ex eo ꝙ non alibi vacant niſi circa ędificia ſepulcrorum propheticorum: id eſt circa diligentias propheticarum literarum tãtummodo/atq; librorum. Alii autem ſunt ſcribę infelices legis:alii autem ſunt ſcribæ qui mittuntur a Chriſto ſecundũ euangeliũ:cuius & ſpiritus viuificat:& litera non occidit: ſicut litera legis:quoniam literam legis ſequentes in infidelitatẽ:& in vanas ſuperſtitiones incurrũt. Literam autem euangelii qui ſequuntur:id eſt ſimplicem narrationem ipſius:ſaluantur:quoniam & ipſa ſola euãgelii narratio ſimplex ſufficit ſimpliciorib⁹ ad ſalutem. Et ſi videris ſcribas legis:& phariſæos agentes non ſolũ aduerſus ſapientes euãgelii:& quæ Chriſti ſunt prophetantes:ſed etiã aduerſus ſcribas noui teſtamenti:videbis quomodo quãtũ ad ſe occidũt Chriſti prophetas:& ſcribas crucifigũt per detractionem verborum ſuorum:flagellãt in ſynagogis ſuis. Frequenter ergo audire eſt apud

E

hæreſes:qui ſunt ſpiritales phariſęi:quomodo linguis ſuis quaſi quibuſdam verberibus maliloquii ſui Chriſtianos flagellãt:& perſequuntur de ciuitate in ciuitatem: iterdum quidem & corporaliter: aliquando autem ſpiritaliter volentes eos expellere quaſi de propria ciuitate legis:& prophetarum:& euãgelii:& apoſtolorum:& in aliã & extraneam quandam ciuitatem euangelii alicuius alterius: mendacibus perſuaſionibus ſuis quaſi perſecutionibus pellunt. Secundũ qđ & apoſtolus dicebat:propter falſos apoſtolos. Miror ꝙ ſic cito transferamini a gratia dei:q vos vocauit ad aliud euangelium:qđ nõ eſt aliud:niſi ſunt quidam qui conturbãt vos. Propter qđ veniet ſuper eos omnis ſanguis iuſtus quem effundunt per hoc ipſum ꝙ euertere volunt veritatem ſcripturarũ: quę recte ſanguis/& vita dicitur ſcripturarum:q̃ omnis ſcriptura:niſi ſecundum veritatem intelligatur:mortua eſt. Effundunt ergo veritatem ſcripturarum quaſi ſanguinem earum:ſicut effuſus eſt ſanguis Abel. Et non ſolum tũc vox ſanguinis Abel clamabat ad deũ:ſed ſemper veritas ſcripturarum ab impiis effuſa:ſecũdum ꝙ diximus a ſanguine Chriſti:id eſt a veritate euãgelii cœpta:per omnes ſcripturas interpellat ad deum: aduerſus eos q euertere eã volunt:& ſanguis teſtamẽti:id eſt veritas ſcripturarum propheticarum: aduerſus eos q immundam eam æſtimauerũt:& noluerunt ſanctificari in ea quaſi in ſanguine viuo & ſanctificanti. Sic effundunt etiam ſanguinem Zachariæ:qui interpretaẽ memoria dei. Omnis enim qui memoriam dei perdere feſtinat in eis quos ſcandalizat:Zachariæ ſanguinem videẽ effundere filii Barachiæ:q et ipſe interpĩtaẽ benedictio dei. Per benedictionem dei memores ſum⁹ dei. Si autem nec Abel nomen indiſcuſſum debemus relinquere:dicimus quoniã Abel luct⁹ interpretaẽ. Qui ergo ſuſcipit qđ ſcriptum eſt beati q lugent:ſaluat Abel:qui autem non recipit:ſanguinem effundit Abel:hoc eſt veritatẽ luctus ſalutaris. Propterea implebiẽ ſup ipſum quod ſcribit. Væh vobis qui ridetis nunc:quoniam plangetis:et flebitis. Inter templum et altare ab impiis memoria interficiẽ dei: quando et templum dei a laſciuis corrũpit:et altare ipſius per negligentiam orationũ ſordidaẽ coinquinatur:qñ et oratio alicuius fit in peccatũ ipſius:ſicut et de orõne Iudæ dictũ eſt:et orõ eius fiat ĩ pctm̃ ei⁹. Hieruſalẽ hierl'm q occidis prophetas et lapidas eos q ad te mittunẽ: quotiẽs volui congregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub pẽnas:et noluiſti: Ecce relinqueẽ vobis domus veſtra deſerta. Dico em̃

F

G

vobis: qm̄ amodo nõ me videbitis donec dica tis. Benedict⁹ qui venit ĩ nomine dñi. Dignũ eſt quærere quomodo corã auditoribus loq̃ns ſaluator inter quos erãt ſcribæ: & phariſæi: q glориabanť quæ legis ſunt & prophetarũ caute cognoſcere: qua ratiõe dixit: hieruſalẽ occidiſſe ꝓphetas & lapidaſſe ad ſe trãſmiſſos: cũ non ſatis talis prophetetur hiſtoria in ſcripturis veteribus quę legebanť in ſynagogis eorũ. In lacum quidẽ luti miſſum hieremiã legim⁹: non tamẽ interfectum in hieruſalem. Sed nec Eſaiam: vel Ezechielẽ: vel aliquẽ prophetarũ tale aliquid legim⁹ paſſum: in quãtum ſuggerit memoria mea. Sed ſcrutãs in ſecũdo libro paralipomenon vbi multa de prophetis claris ſcripta ſunt: inuenio qm̄ Aſa irat⁹ Ananiã ꝓphetã ſe arguentẽ poſuit quidẽ in carcerẽ: nil tamen ampli⁹ fecit in eũ. Sed & Micheã achab prophetantẽ aduerſus ſe: iuſſit quidem in domum carceris ire: & manducare panem tribulationis: nõ tamẽ & occidit. Vnũ autem legimus lapidatum zachariã filium Ioiadę ſacerdotis: populũ arguentẽ. Non ergo inuenim⁹ in hieruſalẽ prophetas occiſos amplius: vel lapidatos præterq̃ dixi trãſmiſſos ad hieruſalẽ. Propterea videndũ ne forte oporteat ex libris ſecretiorib⁹ qui apud iudæos ferũtur: oſtẽdere verbũ Chriſti: & nõ ſolum Chriſti: ſed etiã diſcipulorꝫ eius: Stephani quoqꝫ martyris: & Pauli apoſtoli. Stephan⁹ em̄ ſic dicit. O dura ceruice: & non circũciſi corde: & auribus: vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtis ſicut patres veſtri. Quem em̄ prophetarũ non ſunt perſecuti: & occiderunt eos qui annuntiabant aduẽtum iuſti: cuius nunc vos ꝓditores / & interfectores eſtis. Et poſt hoc expulerũt eum extra ciuitatem: & lapidabãt Stephanũ clamãtem: & dicẽtẽ. Paulus aũt in ep̄la ad theſſalonicenſes prima de interfectiõe prophetarũ talia dicit. Vos imitatores facti eſtis eccleſiarum dei quæ ſunt in iudæa ĩ Chriſto Ieſu: quoniã eadẽ paſſi eſtis & vos a cõtribulibus veſtris ſicut & ipſi a iudæis: q & dominũ occiderunt Ieſum & prophetas: & nos perſecuti ſunt: & deo non placent. Ad hebręos autem ita. Lapidati ſunt: ſecti ſunt: tẽtati ſunt: in gladio mortui ſunt. Circuierũt in melotis: in pellib⁹ caprinis: egẽtes: & anguſtiati: afflicti dolorib⁹: quorũ non fuit dignus mũdus: in ſolitudinibus errãtes: & in montibus: & ſpelũcis: & foueis terrę. Fertur ergo in ſcripturis non manifeſtis ſerratũ eſſe Eſaiã: & Zachariã occiſum: & Ezechielẽ. Arbitror autem circuiſſe in melotis: ĩ pellib⁹ caprinis heliam: qui in ſolitudine: & in montibus vagabatur. Sed pone aliquẽ abdicare epiſtolam ad hebręos quaſi nõ Pauli: necnon & ſecretũ abiicere Eſaia: ſed quid faciat in ſermones Stephani: vel Pauli ad theſſalonicenſes de prophetis interfectis prolatos: vel ipſi⁹ domini noſtri: Aut quomodo abdicet illđ quod ad Timotheũ Paul⁹ protulit dicẽs: ſicut Iannes & mãbres reſtiterunt Moyſi: ſic & iſti reſiſtũt veritati. Nec em̄ ſcim⁹ in libris canonizatis hiſtoriam de iãne: & mãbre reſiſtẽtib⁹ Moyſi. Si autem aſpiciat & qđ ad corinthios prima poſitũ eſt: quę oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nunquid poterit hęc omnia aliquis abdicare? Hæc omnia diximus diſcutiẽtes ſermonẽ: nõ ignorantes qm̄ multa ſecretorum facta ſunt a quibuſdã impiis & iniquitatem in excelſũ loquẽtib⁹: & vtũtur quibuſdã fictis Hypythiani: aliis autem q̃ ſunt Baſilidis. Oportet ergo caute conſiderare: vt nec omnia ſecreta quæ ferũtur in nomine ſanctorũ ſuſcipiamus ꝓpter iudæos: q forte ad deſtructionẽ veritatis ſcripturarum noſtrarũ quædã finxerunt confirmantes dogmata falſa: nec oĩa abiiciamus quę pertinent ad demõſtrationem ſcripturarũ noſtrarũ. Magni ergo viri eſt audire: & adimplere qđ dictum eſt: Omnia probate: qđ bonũ eſt tenete. Tamen ꝓpter eos qui nõ poſſunt quaſi trapezetæ ĩter verba diſcernere vera habeãtur an falſa: & nõ poſſunt ſemetipſos caute ſeruare: vt verum quidẽ teneant apud ſe: ab omni autem ſpecie mala abſtineant: nemo vti debet ad cõfirmationẽ dogmatum libris q ſunt extra canonizatas ſcripturas. Tamẽ ſi qs ſuſcipit ad hebręos quaſi epiſtolã Pauli dicit: qm̄ pluralia nõ debem⁹ omnino referre ad plures. Nec em̄ plures ſerrati ſũt: ſed Eſaias ſol⁹. Nec plures lapidati ſunt: niſi zacharias tãtũmodo filius Ioiadæ. Nec occiſione gladii: niſi zacharias fili⁹ Barachię. Sed & in melotis: & in pelle caprina Helias & cætera ſilia. Adhuc autem quæram⁹ qđ in Luca ſcriptum eſt dicẽte domino: quia nõ capit ꝓphetã perire extra hieruſalem. Si ergo nõ capit ꝓphetã perire extra hieruſalem: id eſt ĩterfici: ſi poſt deſtructionẽ hieruſalem iam nemo propheta eſt: ne forte qui ĩterficitur extra hieruſalẽ ꝓpheta falſum verbum Chriſti demõſtret. Si autem cogunt nos ſcripturę ꝓpter Agabũ: & filias Philippi euãgeliſtæ: nõ ꝓpter falſos phrigyę ꝓphetas: quæram⁹ ne forte omnis iuſtus ſit hieruſalẽ & nõ extra hieruſalẽ. Quoniã nõ capit eum qui eſt extra hieruſalẽ paſſionib⁹ affici propter verbum. Sed quomodo hieruſalẽ occidit prophetas videndũ. Aeſtimo aũt ſicut vulgariter dicere ſolent: clamauit ciuitas: tanq̃ ſi dicať: qui ſunt ĩ ciuitate: itẽ ciuitas egreſſa eſt obuiã ei:

erat in lege decurſis:vt non poſſint eſſe ī vſu.
E Poſt hoc cōſiderādū eſt illud: qm̄ accedentiū
diſcipulorū ad Ieſum:quidā quidē ſecrete ac-
cedunt ad eū:maiorē in hoc ip̄o habētes fidu-
tiam apud ip̄m quaſi domeſtici ei⁹: ſicut cū ī
terrogarent eū de ſolutiōe parabolarū:quidā
aūt nō ſecrete:ſed ī cōmune eū interrogabāt.
Obſerua adhuc differentiā iſtoꝝ:qm̄ interdū
quidē phariſęi accedūt:ſiue tētātes:ſiue quo-
libet modo interrogantes:interdum autē alii
diſcere cupiētes:tamen nunq̄ ſecrete accedūt
ex multitudine.Et forſitan vſq̧ nūc qui pręci
puam ſuſceperūt vitā:& propter hoc habēt fi
dutiā ante Chriſtū:aliquid ampli⁹ habētes q̄
illi qui ex fide cōmuni accedūt ad Ieſū:dicunt
ad eū.Dic nobis qn̄ erūt hęc.Quę? Quod ait.
Non ſtabit hic lapis ſup lapidē qui nō deſtrua
tur.Et non ſolū hoc diſcere volunt: ſed etiā ſi
gnū aduētus Chriſti:& cōſummatiōis ſęculi.
Et duo petūt ab eo:ſignū aduent⁹ ipſius:& cō
ſummationis ſæculi. Eſt ergo in mł'tis qdem
creditus aduentus filii dei: & cōſummatiōis
ſæculi:præcipue tamē in eis qui elegātiorē vi
F tam ſectant̄.Eſt & aliter videre duplicē Chri-
ſti aduētū:id eſt aduētū verbi in aīam. Primū
qdem rudes:& tūc īcipiētes cognoſcere Chri
ſtū:qm̄ nō poſſunt videre luciditatē pulchri-
tudinis:dicūt.Vidimus eū & nō habebat ſpe
ciem:neq̧ decorē: ſed ſpecies eius inhoneſta.
Species aūt inhoneſta verbi:ſtulta prędicatio
eſt de Chriſto:quādo p̄dicam⁹ Chriſtū natū:
& crucifixū.Secūdus aūt aduētus Chriſti:in
viris perfectis:de quib⁹ dicit diſpēſator verbi
ipſius.Sapientiā aūt loquimur inter p̄fectos.
Hi aūt p̄fecti amatores facti ſunt pulchritudi
nis ei⁹:& rogāt verbū vt accingat ſe rationa-
bilem gladiū ſuum:& circūponat eū ſup my-
ſterium natiuitatis carnalis: quæ appellata ē
myſterialiter femur.Huiuſmodi em̄ diſcipu-
li:laudāt pulchritudinē & dec⁹ verbi.Et huic
ſecūdo aduētui:iuncta eſt cōſummatio ſæcu-
li:in viro ad perfectionē venięti:& dicēti.Mi-
hi aūt abſit gloriari niſi in cruce dn̄i noſtri Ie-
ſu Chriſti:per quā mihi mūdus crucifixus ē:
& ego mūdo.Si em̄ mūdus crucifix⁹ eſt iuſtis
quibus mūdus crucifixus ē: facta eſt ei etiam
cōſummatio mūdi.Neceſſarie ergo q habent
fidutiam accedēdi ſecrete ad Chriſtum:ſi vo-
lunt diſcere ſignū aduētus Chriſti & cōſūma
tiōis ſæculi:præbeāt ſe dignos videre ſecūdū
aduētū ipius:& ſcd̄m q̧ tradidim⁹:ſcl'i cōſū-
G mationem.Et reſpōdēs Ieſus dixit eis.Videte
ne qs vos ſeducat.Multi em̄ veniēt ī noīe meo
dicētes q̧ ego ſū Chriſt⁹:& multos ſeducent.
Qui ſimplr̄ intelligūt:arbitrant̄ q̧ hoc ſolum
hæc verba ſignificāt:qm̄ multi erāt venturi
Chriſtos ſe aſſerētes:hn̄tes in ſe etiā quaſdam
virtutes mirādas:& verba qb⁹ prouocēt mul
tos ad credēdū:qui dignos ſeductiōe ſe p̄bue-
rint.Ioānes aūt in ep̄ła ſua dicit.Et ſicut audi
ſtis qm̄ Antichriſt⁹ veniet:nūc antichriſti mł'
ti facti ſūt.Vnde ſcim⁹ qm̄ nouiſſima hora ē.
Docet his verbis:oē verbū qđ a veritate extra
neū eſt:& aſſerit ſe verbū eē:ſic.n.poſſibile eſt
intelligere qđ ait:& nūc antichriſti multi fa-
cti ſunt:cū vnū ſit qđ eſt verū.Sicut aūt mani H
feſtat hiſtoria lectionū:nō multi fuerūt hoīes
ī tēpore apoſtoloꝝ q Chriſtos ſe eſſe dixerūt.
Niſi forte Doſithe⁹ ſamareus:vn̄ & Doſithea
ni dicunt̄:& Simō de quo referūt act⁹ apłorū:
qui ſe virtutē eē dei magnā pronūtiabat.Præ
ter hos neq̧ an̄: neq̧ poſtmodū fuerūt:quātū
ad ſciētiā meā.Sed oīs ſermo qui p̄fitet̄ expoſi
tionē ſcripturarū:& fidē earū: non aūt habet
veritatē:iuſte antichriſt⁹ eſſe intelligēdus eſt:
veniens in noīe Chriſti:& dicēs q̧ ego ſū Chri
ſtus:mētiens:& minime potēs oſtēdere verita
tis formā in ſe.Et qm̄ eis qui diſcutiūt verba
ſcripturæ vti īueniāt ſēſū ei⁹:freq̄nter occur
rūt qdā intellect⁹ quaſi veri:cū nō ſint veri:ali
quādo aūt tradunt̄ & ab aliis veriſimilib⁹ co-
loratis ſermonib⁹:vt nō facile inueniat̄ qui ve
rus eſt ſenſus: priuſq̄ aduerſus mendaces ęſti
matiōes inuēt⁹ fuerit verior ſenſ⁹:& firmior:
propterea puto q̧ Chriſtus ad īterrogationē
diſcipuloꝝ ſuoꝝ dicentiū:quādo hæc erūt:&
qđ ſignū aduētus tui:& cōſūmatiōis ſcl'i? ita
reſpōdit.Videte ne qs vos ſeducat.Multi em̄ I
venient in noīe meo:dicētes:ego ſum Chriſt⁹
& mł'tos ſeducēt.Vere em̄ qui īplet illud mā-
datū:qđ ait:Eſtote prudētes nūmularii: & il
lud qđ ait:oīa p̄bate:qđ bonū eſt tenete: ab oī
ſpecie mala abſtinete vos: mł'tos videbit ſedu
ci a multis ītellectib⁹:& verbis p̄fitentibus eē
ſe Chriſtū dei verbū.Et vtinā ſoli qui extra ec
cleſiā ſūt ſeducerētur:facile erat cauere ſedu-
ctionē.Nunc aūt ipſi qui p̄fitent̄ ſe eccleſiaſti
cos eſſe:de neceſſariis qbuſq̧ capł'is fallūtur:
& ſeducunt̄:ſicut ip̄a diſſenſio eoꝝ teſtimoni
um eſt:qm̄ & qui int⁹ ſunt ſeducunt̄.Sed con
ſeq̄nter queadmodū ſolet eē in errātibus vias K
has corporales:differētia erroꝝ:& qdā quidē
etiā cōtra ip̄am publicā viā quæ q̄rit̄:vadunt
errātes:alii aūt modicū aliqđ de ſemita recta
declināt:vt ſint reuocabiles:& mł'tæ ſūt errā
tiū differētiæ:hoc mō videm⁹ etiā eos qui a
veritate aberrāt.Et Marciones qdē:& baſili-
des:& valētiniani:& Apelliani:& ophitæ:mł'
tū a p̄poſita errāt via:q oīno cōtraria ſapiunt
veritati.Quidā aūt de publicis qdē & mani

feſtis capitulis nõ diſſentiunt: vtputa de vno deo: qui legẽ & euangeliũ dedit: aut de Chriſto Ieſu primogenito vniuerſæ creaturæ: q in fine ſęculi ſcdm pdicationes prophetarũ venit in mũdũ: & ſuſcepit in ſe verã hũanæ carnis naturã: vt etiã natiuitatẽ ſubiret ex virgine: & mortẽ crucis ſuſcepit: & ſurrexit a mortuis: & deificauit quã ſuſceperat humanã naturam. Adhuc aũt: & de ſpiritu ſancto: qm ipe ille fuit in patriarchis & pphetis: qui poſtea i apoſtolis datus eſt: & de reſurrectiõe mortuorum ſicut euãgelium docet certiſſime credũt & oĩa quęcũq; ferũtur in eccleſiis. De aliis autem nõ paucis: tamẽ modicis: noua proponũt dogmata: & ipſi vtiq; ſũt ex illis q ſeducũtur a falſis intellectibus: & verbis veniẽtibus ĩ nomine Chriſti: qui eſt verbũ & veritas. Et malũ qdem eſt inuenire aliquẽ ſecũdum mores vitę errantẽ: multo aũt pei⁹ arbitror eẽ in dogmatibus aberrare: & nõ ſecũdũ veriſſimã regulã ſcripturarũ ſentire. Qm ſicut in peccatis moralibus: puniendi ſum⁹ ampli⁹ ppter dogmata falſa peccãtes. Si enim ſufficeret cõuerſatio mor bonor hoĩb⁹ ad ſalutẽ: quomodo apud gentes philoſophi: aut apud hæreticos multi cõtinẽter viuẽtes nequaq̃ ſaluãt: quaſi obſcurante: & ſordidãte cõuerſationẽ eor dogmatis falſitate? Arbitror aũt qm generalẽ mundi tiam quæ ẽ nõ ſolũ in actib⁹: ſed etiã in ſciẽtia volẽs oſtẽdere ſermo in pſalmo vigeſimo tertio dicit. Quis aſcẽdet in montẽ dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus: & puro corde. In puerbiis aũt. Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor: aut qs cõfidat mũdum ſe eẽ a peccatis? Mũdũ ergo corde & caſtũ corde: nõ aliũ arbitror eẽ niſi eũ: qui ab oĩ dogmate falſo mũdũ & caſtũ poſſidet cor. Sic & innocentẽ manib⁹: & mũdum a peccatis eũ ęſtimo eſſe: qui in actib⁹ vitæ ſuæ irreprehẽſibilis eſt.
A Sciendũ eſt aũt: qm quãtũ ad veritatẽ impoſſibile eſt eſſe aliquẽ innocẽtem manib⁹: & mundum a peccatis: vt nõ ſit purus corde: & caſt⁹ a dogmatib⁹ falſis: ſicut ecõtrario impoſſibile eſt mũdum quidẽ: & caſtũ eſſe corde a dogmatibus falſis: vt nõ ſit innocẽs manib⁹: & mũd⁹ a peccat. Hęc em̃ alterutrũ ſe ſequũtur: & nõ ſeparant ab inuicẽ: ſermo mũdus in aĩa: & vita irrephenſibilis. Abũdantius aũt de capitulo iſto tractauim⁹: docentes noſipſos ſecundũ ea quæ viſa ſũt nobis in loco: vt cuſtodiamus nos ab omni errore falſor dogmatum: ſiue de manifeſtis & pricipalib⁹ capitulis: ſiue de his quę vident minora: vt audiam⁹ qui dixit. Nõ declinabis ad dexterã: aut ſiniſtrã ab eo qui dixit. Ego ſum via. Nec ſeducamur: ſed vigilemus ne qs nos fallat eor q veniũt in noĩe Chriſti dicẽtes: ego ſum Chriſt⁹: ego ſum veritas: & ſapiẽtia: & lumẽ verũ. Puto aũt quia nõ ſolũ eſt ſermo Chriſt⁹: eſt & ſermo antichriſt⁹: Veritas Chriſt⁹: & ſimulata veritas antichriſtus: ſapiẽtia Chriſt⁹: & ſimulata ſapiẽtia antichriſt⁹: fallẽs amatores ſapiẽtiæ dei: & veritatis, quę oĩa pertinẽt ad fidei rationẽ. Sed etiã in his virtutib⁹ quib⁹ cõuerſamur ſcdm deũ: inuenim⁹ oẽs virtutes eẽ Chriſtũ: & oẽs ſimulatas virtutes ãtichriſtũ. Qm oẽs ſpecies boni quaſcũq; habet Chriſt⁹ in ſe ĩ veritate ad ędificationẽ hoĩm: oẽs eas hẽt in ſe diabolus in ſpecie ad ſeductionẽ ſanctorũ. Si em̃ Chriſtus iuſtitia ẽ. Sũt aũt freqnter vię viri q̃ vident eẽ iuſtæ: nouiſſima aũt earũ reſpiciũt in pfundum ĩferni. Qñ ergo videt iuſtitia cũ nõ ſit iuſtitia vera: ea talis iuſtitia antichriſtus eſt: aduerſ⁹ iuſtitiam Chriſtũ. Arbitror & caſtitatẽ eẽ antichriſtũ: q eſt apd hęreticos ĩ errorẽ mittens hoĩes: ne intelligãt eccleſiaſticã caſtitatẽ Chriſtũ. Sic & mĩa ẽ antichriſt⁹: cõtra mĩam Chriſtũ: q faciũt eleemoſinas / ſed nõ ppter iuſtitiã dei. Eſt & patiẽtia antichriſt⁹ in eis qui videntur quidẽ pati pro chriſtianitate: & vſq; ad effuſionẽ ſanguinis cõcertãtes videlicet ne videantur denegare chriſtianitatẽ: iniquitatem aũt in excelſum in ipſa etiã effuſione ſanguinis ſui loquunt: & ponũt ĩ cœlo os ſuũ. Eſt & virtus anthriſtus ſeducẽs ignorãtes: qm multi dicturi ſunt Chriſto in illa die: Dñe in nomine tuo dæmonia eiecim⁹: & virtutes mltas fecimus. Ad quos rñdebit. Diſcedite a me oẽs q operamini iniquitatem: nunq̃ vos noui. Si .n. nunq̃ eos Chriſtus cognouit: virtutes autẽ ſe feciſſe gloriantur in nomine Chriſti: non erant virtutes illę a Chriſto: qui nõ nouerat illos: ſed ab eo, qui transfigurat ſe nõ ſolũ in angelum lucis: ſed etiã in ipſum Chriſtũ. Opus eſt ergo nobis deo auxiliatore: & ipſo Chriſto viuẽte in nobis: vt apert oculis noſtris videamus ne qs nos ſeducat: vel ſermo: vel virtus: vel ab intus: vel a foris: promittens ſe eẽ Chriſtum cum ſit iimicus eius cęterarũq; virtutũ ipſius. Cõſidera etiam illud: q; multi veniunt in nullo alio niſi in nomine meo. Solum em̃ nomẽ Chriſti antichriſtus ſuſcipit: nec opera facit: nec verba veritatis eius docet: nec ſapientiam eius oſtendit in ſe. Et quẽadmodũ ſecundum quoſdã Barabbas dicebat & Ieſus: ſed latro erat: nihil hñs Ieſu pręter nomẽ: ſic mltos æſtimo Chriſtos: ſed noĩe tantũ. Nota autem quoniã nuſq̃ inuenitur dñs in ſcripturis hoc ipõ ſermone vtẽs: & dicẽs: ego ſũ Chriſtus: vt ne ſimile aliqd dicat mltis vẽturis ĩ noĩe eius

B

atq₃ dicētibus: ego ſum Chriſt⁹. Sufficiebant em̄ ei ad credētiū fidē: qm̄ ipſe eſt Chriſt⁹: opera dei: quę ſol⁹ poterat facere Chriſt⁹: & ſermo quē docebat: & virt⁹ ſup mille voces clamantes ego ſum Chriſt⁹. Sic autē nunq̄ manifeſte dixit: ego ſum: ſed p opera dixit: & per doctrinā pietatis: vt ipſe dicat ad Petrū: quaſi qui nūq̄ ab eo audiſſet: didiciſſet aūt a patre qa ipſe erat Chriſtus filius dei viui: Beatus es Simon Bariona: qa nō caro & ſanguis reuelauit tibi: ſed pater me⁹ qui eſt ī cœlis. Si em̄ ipſe ī corpore cōſtitut⁹ manifeſte dixiſſet ad eū: ego ſum Chriſtus: caro eū reuelaſſe videbatur: nō tantum pater. Propterea ſufficit ad ſeductionem antichriſtoꝝ: hoc ſolū: q₃ dicūt: ego ſum Chriſtus: qđ nunq̄ Chriſt⁹ legitur dixiſſe: & multi ſunt qui ſeducunt. Lata eſt em̄ porta & ſpatioſa via quę ducit ad perditionē: & multi intrāt per eam. Pauci aūt qui inueniūt eam viā: quæ ducit ad vitam.

Scđm Matthęū. Ca. XXIIII.

IN illo tpe. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Audietis aūt p̄lia: & opiniones p̄liorū. Videte ne terreamini. Oportet em̄ hęc fieri: ſed nōdū ē finis. Lucas aūt hoc modo. Cū audieritis p̄lia: & ſeditiōes ne terreamini.

Homilia Origenis de eadē lectiōe. XXVIII.

C DVo pponit. Vnū quidē ita Audietis p̄lia: alterū autē: auditiōes p̄liorū. Et primū quidē videam⁹ ſecūdū ſimplicē traditionē: ſecūdū q₃ multi intelligūt: qd diſtāt auditiōes p̄liorū: a p̄liis. Pone mihi p̄lia eē vbi ciuitates ſup ciuitates īſurgāt: aut gētes gētib⁹: aut alter alteri⁹ rem tollat: vl̄ fortior interficiat fortē. Quid ergo poſt pręlia auditiōes ſignificēt pręliorū? Maxime quia nō eſt dictū videbitis p̄lia: & audietis de pręliis: ſed vtrūq₃ poſuit audietis: id eſt & p̄lia audietis: & pręliorū auditiōes audietis. Et ponamus audire qdem p̄lia eē: quādo filii pacis a pręliis cuſtodiūt oculos ſuos mūdos: vt non videāt maligna. Et qm̄ nō poſſunt aſpicere ſup labores: & dolores: audiūt de p̄liis qualis ciuitas pugnet aduerſus quā ciuitatē: aut qualis gens: a quali expugnet gēte. Quid aūt erit extra hoc alterū audire p̄lia: & audire auditiones p̄liorū? Vide ergo ſi potes (quātū ad ſimplicitatē verbi dico) talē differētiā dare: nō ē id ipm̄ lōge pręliū poſitū audire quia prælium eſt: & iuxta pręliū eſſe: & ipſas pręliātiū voces audire. Habet ergo vtrūq₃ ſuā ſignificationē

Et forte qui quidē audit ipſas voces quæ fiūt in p̄liis: audit prelia: qui aūt de p̄liis longe geſtis audit: auditiōes audit prelioꝝ: nec em̄ ipſa prelia audit. Cū ſint aūt ſermōes ambigui: poteſt quis: & ex diuerſo dicere: qm̄ qui lōge quidem eſt ampli⁹ audit de illis: qui aūt eſt iuxta prelia audit ipſoꝝ preliorū auditiōes. In vtroq₃ ergo videt eſſe aliquis differētiæ intellect⁹. D

Aſcende nūc ad moralē intellectū & ſpiritalē: ſi quo modo poſſis aliquē ſenſum de eminētia ſciētiæ Chriſti: & de ſubtilitate euangeliſtaꝝ īuenire dignū: vt nō deponas euāgelicæ ſapiētiæ dignitatē. Vide ergo ſi recordātes ea quæ ſuperi⁹ tradita ſunt de eo qđ ait: Multi veniēt in noīe meo dicētes ego ſum Chriſt⁹: & mltos ſeducent: poſſumus ſecūdū eoꝝ conſequētiā etiā iſta interptari. Oīs igit̄ qui perfectus ē: & videt in aīam ſuā glorioſum aduētū verbi: qđ corrūpit: & cōſummat mūdū: & crucifigit eū viro iuſto: vt moriant̄ ei oēs res mūdiales: & q exercitatos habet ſenſus ad capiendū: neceſſe eſt vt q̄rēs & diſcutiēs ī multa īcurrat dogmatum p̄lia: audiet etiā multos ꝓfitētes veritatē: & diuerſas de ea traditiōes: vt ſicut bonus miles verbi īuulnerabilis aīo maneat ab oībus ꝓfitentib⁹ veritatē: nō autē vidētib⁹ eā: neq₃ manifeſtātibus: ſed cōtraria veritatis quaſi veritatē ꝓnūtiantib⁹: & dignus efficiat̄ ſuſcipere in aīam ſuā glorioſū Chriſti aduētū: ſcđm q₃ eſt de⁹ verbū: qđ fuit in prīcipio apud deū: qđ ſolet vēire ad eos q poſtq̄ cognouerit Chriſtum ſcđm carnē: & ſuſceperit verbū qđ factū eſt caro: tātū aſcēdūt præ mltis vt poſſint capere nō qualēcūq₃ gl̄iam: ſed gloriā quaſi vnici a pr̄e. Et forſitā in diuerſis gloriis verbū dei apparet ſcđm virtutē vniuſcuiuſq₃ aīæ vidēt ſcđm q₃ ſe capacē aīa vnaquæq₃ pbuerit. Ei ergo qui pfectus eſt: & ad cōſummationē ſcl̄i puenit quātū ad ſe: tale apparet verbū: vt q viderit eū dicat: vidim⁹ gloriā eius: gl̄iam quaſi vnici a patre: plenū gr̄a: & veritate. Ergo ſi qs dign⁹ habēdus ē: vt tale ſuſcipiat verbū: & videat: neceſſe habet añ hmōi viſionē verbi audire ī aīa ſua p̄lia: p alios aūt qquaſi veritatem aſſerūt qcqđ illis fuerit viſum: p̄liorū auditiones. Et bn̄ ſaluator ꝓficiſcētib⁹ ad pfectū diſcipulis poſtq̄ locut⁹ eſt de p̄liis: ſuperaddidit: videte: & nō dixit audite: hortans eos ſollicitos eſſe vt oculis aīæ poſſint videre: poſtq̄ audierit p̄lia: & auditiōes p̄lioꝝ: ſinguloꝝ q̄ audiūtur naturā: & vidētes eā nō terreant̄: qm̄ talia ītelligibilia p̄lia ſolēt ī diuerſis pſuaſiōib⁹ occurrere hoib⁹ iuſtis: & cōturbaī: & cōmouere aīas eoꝝ ad dubitādū ne forte vera ſint q̄ veriſilia eē videt̄: cū ſit falſa: aut certe: vl̄ ad credē E

dū eis pfecte quaſi veris. Quotquot ergo pficiſcuntur ad perfectionē quę eſt in Chriſto: & ad cōuerſationē cœleſtis eccleſię: cū audierīt prelia hereſum: quę aduerſus verā fidē: & aduerſus ſeipſos inuicem præliantur: & audierint auditiones preliorū philoſophię: & vanę ſeductionis ſecundū traditionē hominū: ſecū dum elementa huius mūdi: & non ſecundū Chriſtū: exercitantes ſeipſos in his quę dicūtur: querunt & cogitāt mandatū Chriſti dicentis: videte: & vident quidem quæ dicuntur: videntes aūt cū veriſimilitudine mēdacia nō ſeducuntur: ſed ſperāt ſine vulnere talium preliorū: glorioſū aduētū videre Chriſti: q eſt verbū: maxime ſi audiētes ſecundū Chriſti mandatū prælia: & auditiones pliorꝝ nullā perturbationē animæ patiātur: ſed ſub pace dei pcti quæ cuſtodit corda & ſenſus
A dignorū: non fuerint territi. Si qs aūt audiēs prelia & auditiones preliorum: ſecundum ꝙ expoſuimus: non fuerit ſollicitus ad videndū ea quę dicuntur in diuerſis veriſimilitudinibus: & quia non fuit ſollicitus ad videndum: territus fuerit: non ſolum decipietur a multis venientibus in noīe Chriſti: & dicentibus ego ſum Chriſt9: verūetiam interficietur ab huiuſmodi gladiis: inſanabilia ſuſcipiēs vulnera. De quibus gladiis dictū eſt: Vulnerant gladii: quoꝝ vulnera ſapientiū lingue ſolent ſanare. Hi aūt qui perturbant: & quia nō ſibi pſpiciunt: in huiuſmodi plium cadūt: illi ſūt qui in valle Sion vulnerantur: & moriuntur. de quibus dicit ſcriptura. Vulnerati tui non vulnerati gladio: nec mortui tui / mortui in bello. De qbus nūc tantū ſignificare oportet nos: ſed non cuiuſcūqꝫ hoīs eſſe preparare ad audiendū prelia: & auditiones pliorū: vt audiens videat: & nō terreat: ſed viri perfecti in Chriſto: in carne quidē viuentis: non tamen ſecundum carnē militantis: cuius militię arma nō ſunt carnalia: ſed fortia deo: & valētia deſtruere munitiones: & cogitationes extollentiū ſe aduerſus ſcientiā dei. Nā ſecundum Salomonē multas ciuitates munitas hæreſū ſuaſione verborū aſcēndit vir ſapiens: & aſcēdens deſtruxit munitionē in qua impii confidebāt. Paulus deſtruxit: qui paratus fuerat ad deſtructionē ciuitatū munitarū aduerſantiū veritati. Qui talis eſt: poſtq̄ audierit præ
B lia: & auditiōes præliorꝝ vidēs & quaſi ſapiēs aſcendens ſup ciuitates munitas: & deſtruēs munitiōes in quib9 impii confidebāt: laudās deū: & grās agēs deo: & a quo didicit talia pliari: & ſeruare mandatū quod ait: ſanctificate bellū: clamat & dicit. Bndict9 domin9 deus q docet manus meas in bellū: & digitos meos in prælīū: miſericordia mea & refugiū meū. Et pter huiuſmodi prælia dicit de Dauid ab vxore Nabal: plia dñi / dñs me9 pugnabit. Puto aūt & myſteria eſſe taliū pliorū prælia: q̄ in ſcripturis legūtur myſteria etiā eſſe deſtructionis pliantiū aduerſus veritatis cōgregationē: maxime q̄ legunt in libro Ieſu naue: de deſtructiōibus ciuitatum: & myſteria ſunt oīm congregationū aduerſariarū virtutū. Audiētes ergo plia: & auditiōes taliū prælioꝝ: attendam9 qd ait. Videte ne terreamini. Et debemus ſcire qm̄ oportet hęc fieri expectanti aduentū verbi: vt audiat plia: & auditiōes plioꝝ: ſed nō ſtatim vt audierit: mox erit finis. Propter qd: finē oportet expectare omnē hoīem q vult fieri ſaluus: qm̄ qui perſe
uerauerit vſqꝫ in finē: hic ſaluus erit. Secun= C
dū Lucā aūt ſi audierim9 plia & ſeditiōes: ne conturbemur. Prelia qdem q̄ fiunt a ſcientia falſi noīs: & a ſapiētia principū huius mundi Seditiones aūt nō conſentientiū ſibi inuicem in conuentu eccleſię. Diuerſas em̄ ſententias de variis negotiis manifeſte audimus: maxime q volumus pficiſci ad pfectionem quæ eſt in Chriſto. Nō ſolū extra eccleſiā prelia: verū etiā in eccleſia intus ſeditiones. A quib9 oīb9 alieni fuerunt apoſtolorū diſcipuli: quoꝝ omnium ſicut in actibus apoſtoloꝝ eſt ſcriptum erat cor vnū & aīa vna. cōfirmati em̄ erāt in eodem ſenſu: & in eadē ſcientia. Tamē nos et ſi audiuimus eiuſmodi plia: & ſeditiones huiuſmodi: non terreamur. Oportet em̄ primū anteq̄ videamus pfectionē ſapiētię quæ eſt in Chriſto: hęc fieri: ſed nō ſtatim erit finis quē quęrim9. Oportet em̄ nos ſtabiliri & cōfirmari in pace: vt ſine terrore ſimus: nec a ſeditionibus cōtūrbemur: vt poſt hęc valeamus capere finē: q nō eſt in auditiōe plioꝝ: neqꝫ in ipſis ſeditionibus: pacificus em̄ finis lōge eſt ab
oībus iſtis. Exurget em̄ gēs aduerſus gētē: & D
regnū aduerſus regnū: & erūt fames: & peſtiletię: & terręmot9 p loca. Hęc em̄ oīa īitia ſūt doloꝝ. Marc9 eadē: addit aūt & turbelas. Lucas ſilr ipa: addit aūt terroreſqꝫ de cœlo: & ſigna magna erūt: & hyemes. Primū ſimplicia loci: & corporalia exponam9. Sicut em̄ ægrotāt corpora ante mortē eoꝝ q vim nō extrinſecus patiunt: & queadmodū in oībus p infirmitatē fit via ad ſeparandā aīam a corpe ſuo: ſic talis: & tāta creatura mūdi: cū corrūpi cœperit: q̄ſi īitiū habēs: & finē: qm̄ q̄ vident tpalia ſūt: & qa cœlū & terra trāſibūt: neceſſe eſt ante corruptionē vt lāgueat: vt terra qdē frequētius terręmotib9 conquaſſet: aer aūt vim

quandam morbiferã concipiens:peſtilẽs fiat. Adhuc aũt & vitalis virtus terrę repente deficiens offocet fructus:& oẽs naturas arborũ
E deficiẽs generatrix earum virtus. His igitur accidentibus conſequens eſt:vt mobilis natura quaſi totius mundi pars aliqua conſtituta cõpatiat̃ vniuerſarum rerũ mutatiõi: vtputa cõſueta eſcarum nutrimenta nõ reſumẽs: veniat ad defectũ:& corrũpatur. Nã cœli peribũt:qm̃ ſicut veſtimentũ veteraſcẽt. Quicquid autẽ veteraſcit:& ſeneſcit ꝓpe interitũ eſt. Conſequẽs eſt:vt & ꝓpter inopiam ciboꝝ in auaritiã: & bella homines excitent̃ aduerſus eos qui nõ tantam patiũtur inopiã: & vt ex cõparatiõe aliorũ quæ in rebus neceſſariis ſunt abũdantiũ: fiant inſurrectiões aliornm aduerſus alios: & gẽs pugnet aduerſus gentẽ:& regnũ aduerſus regnũ. Poſſibile eſt autẽ cũ alia indifferentia rerũ etiã hoĩm bonũ ſenſum habẽtiũ indifferẽtiã fieri:vt per hęc trãquilla & pacifica vita non inueniat̃ in multis ſed inſurrectiones:& lites: & perturbationes fiant. Interdũ quidẽ propter auaritiam:interdum aũt ꝓpter cõcupiſcentiã principat⁹: aliquãdo aũt & ꝓpter glorię vanę cupiditatẽ inſanã:interdum aũt & cupiditate vanę glorię principũ:qui nõ ſunt contenti ꝓprio regno: ſed volunt ſuũ quidẽ extẽdere principatum: & multas ſibi ſubdere nationes. Adhuc autẽ
F ꝓfundiorẽ dabit aliquis cauſam eorum quæ ante conſummationẽ mundi ſunt euentura. Maxime autem de ꝓliis. Qm̃ ſicut aduentus Chriſti in plurimis gentibus diuina virtute fecit pacem:ſecundum ꝙ dicit propheta de illo:orietur in diebus eius iuſtitia:& abundantia pacis:donec extollat̃ luna:& ſic pax multiplicata eſt mũdi ꝓpter incrementa eccleſiaꝝ futura:vt ea pax ſalutis multorũ fiat occaſio dũ nõ cogunt̃ exire ad bella: & pugnare pro patriis ſicut pridẽ fiebat: ſic conſequẽs eſt:vt cũ ꝓpter abũdantiã iniqtatis refriguerit charitas multorũ:& ideo dereliquerit eos deus: & Chriſtus eius:iterũ fieri ꝓlia: videlicet dũ non prohibentur opationes ſeminatrices bellorũ a ſanctitate:ſed magis adhuc nutriũtur propter malitiã hominũ ſupercreſcentem:vt omniũ accidentiũ maloꝝ cauſa eſſe dicãtur: qui acceſſerunt quidẽ ad verbũ:ſed poſtea declinauerũt oẽs:& ſimul inutiles facti ſunt in mundialib⁹ malis. Nã q̃diu ſteterint ſales terrę:ad quos dñs dixit:vos eſtis ſal terrę: & oĩa conſtant ſalibus tẽperata. Poſtq̃ autẽ infatuati fuerint ipſi ſales:vt ſecundũ ſcripturam dicamus:& ea quæ ſaliebant̃ ab eis ſicut inſulſa infatuãtur:corrũpunt̃:& fœtent: & reſoluũtur. Adhuc autẽ & q̃diu ſteterit lux mundi: oĩa dirigant̃ a claro lumine diſpenſata. Cum aũt hoc ipſum lumẽ diminutũ fuerit in animis hominũ:dum ꝓpria:& naturali eſca nõ nutritur:tũc occupantib⁹ oĩa tenebris cũ in triſtitia facta fuerit oĩa & calamitatibus: fiet quaſi conuentus ſup oĩa aduerſariarũ virtutũ:dum non vetãtur a ſanctis & a Chriſto in eis:q ſolebat eos vetare: ſed quaſi in tenebris ſine aliqua prohibitione operabuntur in cordibus hoĩm:vt excitent gentẽ aduerſus gentẽ:& regnũ aduerſ⁹ regnũ. Si aũt (queãdmodũ & placet qbuſdã) & fames:& peſtilẽtię ab huiuſmodi operationibus fiũt: & ab angelis ſathanę ſimiliter:& fames: & peſtilentię tunc inualeſcent ab aduerſariis virtutibus:quãdo nõ fuerint ſales terrę:& lux mũdi: Chriſti diſcipuli: q ſunt prĩcipes poteſtatis dei:deſtruẽtes in hoĩbus ꝓlia:quę faciunt aduerſarię poteſtates:& omnia quę ex eorum malitia ſeminantur. Et aliqñ quidẽ in iſrael fames:& peſtilentię fiebãt ꝓpter peccata:& ſiccitates:quas orationes ſanctoꝝ ſoluebant:Samuelis: Hieremiæ:cæteroruꝙ́ ſimilium. Bene aũt poſitũ eſt:Erũt fames:& peſtilentiæ:& terræmotus per loca. Nec em̃ inſemel vult deus ꝑdere humanũ genus: ſed iudicans per ꝑtes paulatim in eo dum fiunt fames:& peſtilentię:& terræmotus per loca:dat pœnitẽtię locum his qui ex modicis caſtigationibus emendant̃:& conuertuntur ad deũ. Et queãdmodũ incipientibus infirmitatibus poſſibile eſt afferre medicinalia adiumẽta:ſic incipientib⁹ fame:& peſtilentiis:& terręmotibus ꝑ loca: poſſibile eſt quibuſdã hoĩbus ad conuerſationẽ:& fidẽ:& ſapientiã ſanctoꝝ purgatoria dare. Si autem incipientibus huiuſmodi malis nõ fuerit facta pia correctio:ꝓficiẽt ad peius fames: & peſtilentiæ:& terręmot⁹:cũ locũ habuerit abominatio deſolationis: nõ contenta parte alia mundi. veniet em̃ vt etiã in loco ſancto conſiſtat. Tamen inſurrectiones gentiũ ſuper gentes:& regnoꝝ aduerſus regna:& fames:& peſtilentię: & terręmotus ꝑ loca exurgẽtes:initia eſſe dicunt̃ peiorũ calamitatũ:quas dominus appellauit dolores. Si ergo tales erũt primitię doloꝝ:qualia (puta) erũt icremẽta dolorũ? Qualis aũt & finis erit generaliũ doloꝝ in vniuerſo mundo:vt nõ iam per partes:ſed vniuerſum exterminẽt mundũ? Tamen arbitror quę ſunt ſecutura aduerſus ipios fore tãtũmodo: vt in doloribus acutiſſimis & diutinis cruciẽtur donec deponãt quę conceperũt & formauerunt ſemina peccatorũ ab operationibus cõtrariis. Et Pharao quidẽ nõ bene

facere cupiẽs præcepit omne maſculinum qđ cũq; fuerit natũ hebręis: vt proiiciatˀ in flumẽ. Deus autẽ bonus quaſi vere bonus occidit ſemina malorũ quæ receperũt: vt per multos labores: & dolores ea deponãt: quoniã conceperunt dolorẽ: & pepererunt iniquitatẽ. Et quid aliud decet deũ: niſi vt occidat omnẽ iniquitatẽ quã generant peccatores: quibus huiuſmodi mortis dies: melior eſt q̃ dies natiuitatis ipſius: ſecundũ φ ſcriptũ eſt. Melior dies mortis ſuper diem natiuitatis! Sic & abortũ meliorẽ: eo qđ naſcitur bene quis dicet. Et dixi bonum ſuper eũ abortum. Nam abortũ huiuſmodi in vanitate venit: & in tenebris ambulat: & in tenebris nomen eius cõtegetur. Et hęc tractauimus abundãtius cõſequẽtia aſpiciẽtes: ſecun-
A dũ qđ ait. Hęc omnia: initia ſunt dolorũ. Quoniam autẽ & moralem intellectum ęſtimo eſſe etiã in iſto loco: ſecundũ ea quæ dixi cõſequẽter: & hic ſunt dicẽda: quoniam ſi quis glorioſam & regalem formã verbi viſurus eſt: & aduentũ ipſius glorioſum: neceſſe eſt ei vt excitetur: non ſolũ audire prælia: & auditiones intelligibiliũ præliorũ: vt videns diſcat nequaq̃ terreri: ſed etiam vt videat gentem mendacii alicuius: & motum verborũ trahentiũ ad aliquã ſectam inſurgentẽ aduerſus aliam aliquã mendacii gentẽ. Quoniã huiuſmodi gẽtibus nunq̃ eſt pacificus finis. Qđ frequenter videmus inter hęreſes fieri: & inter eccleſias malignantiũ ſurgere alterius hæreſis gentẽ ſuper gentẽ alterius hęreſis. Sic & regnum alicuius verbi inſurget aduerſus alterius verbi erratici regnũ: quoniã ſathanas & omne mẽdacium aduerſus ſeipſum diuiditˀ ſemp: propterea nõ poteſt ſtare. Ergo qui proficiſcitˀ ad videndam gloriã Chriſti: & regnum: hoc eſt verbi perfectionem: & regnum qđ regnat: & dominatur: ponens oẽs aduerſarios ſermones ſub pedibus ſuis: & in conculcationẽ pedum ſuorũ: neceſſe eſt ei: vt quærens veritatem: frequẽter inopiã ſenſuũ patiatur: quibus ꝓprie anima nutritur ad requiſitionẽ eorũ quæ ſunt quærẽda. Et ſicut aliquãdo qui ꝓficiſcebanˀ ad terrã ꝓmiſſionis afflicti ſunt: famẽ paſſi ſunt carnalium ciborum: tantum vt cœleſte accipiant manna ſic oportet inopia ſenſuum tentari eum frequenter: & nihil pati ex ea qui perfectione verbi eſt nutriendus. Et quotidie hoc ipſum videmus in nobis: quando quęrimus aliquẽ veritatis ſenſum ĩ ſcripturis: priuſq̃ inueniamus qđ quærimus: aliquã inopiam ſenſuum patimur donec ſoluitˀ in nobis eiuſmodi inopia ſenſuũ a deo qui dat dignis eſcam in tẽpore opportuno ad manducandũ: & veſtimentũ ad induendũ. Oportet etiam eũ qui videt glorioſum aduentũ: id eſt aduentũ ſapientiæ in animã ſuã: neceſſe eſt eũ videre peſtilentias morbidorum ſermonũ: & nihil pati ab eis. Peſtiferi autẽ ſermones ſunt oẽs qui ab hominibꝰ peſtiferis ꝓferunṫ: iniquitatẽ in excelſum loquẽtibus: & ponentibus in cœlo os ſuũ in ſuperbia: & magna promiſſione. vtputa Marcionis ſermones aduerſus creatorem mũdi: & impiæ blaſphemiæ quędã peſtilẽtię ſunt animarum: corrũpentes hominũ mentes: & facientes aĩas in errorũ ſuſpitionibꝰ ęgrotare. Valẽtiniani etiã de maſculinis & fœminis ſæculis fabulæ: & de natiuitate creatoris mundi: quã ex falſa ſapientia confinxerũt: & quęcũq; alia garrulant: quid aliud ſunt niſi peſtilentiæ! Baſilidis quoq; ſermones detrahẽtes quidem eis qui vſq; ad mortẽ certant pro veritate: vt cõfiteantur corã hominibus Ieſum. Indifferẽter autẽ agere docẽtes ad denegandũ: & ad ſacrificandũ diis alienis: non minus peſtificant: & corrumpũt audientes ſe: qui in hiſdẽ ſermonibus docent: non eſſe alias peccatorũ pœnas: niſi tranſcorporationes animarũ poſt mortẽ. Nam vt dimittam manifeſte falſum eſſe qđ dicitur: adhuc autẽ tollunt ab hoĩbus ſalutarẽ timorẽ: & qui vel ꝓpter timorem futurarũ pœnarum ſeruaturi ſe fuerãt a multitudine peccatorũ: nutriunt audaciã impietatis eorũ. Multæ igiṫ fames & peſtilentiæ B
erũt oĩbus videre volẽtibꝰ glorioſum Chriſti aduentũ in aĩa ſua: ſed nihil eis nocebunt. Videbũt eñ tantũmodo eas: ſed nihil patientur ab eis. Patietur autẽ & motus eorũ quę quęrẽtur in plurimis locis ſcripturarũ veriſimilitudinẽ cõtrarietatis: vel mẽdaciorũ habẽtibus: ſed poſtmodum patienṫ nihil: nec motus auditionũ falſarũ vellet eos ab expectatiõe glorioſi et diuini: & perfecti aduẽtus Ieſu Chriſti verbi. Et qui dicturus eſt: a timore tuo dñe in vtero cõcepimus: & parturiuimꝰ / & peperimꝰ ſpiritũ ſalutis quẽ feciſti ſuper terrã: aut ſecũdũ qđ dictũ eſt / filii mei quos iterũ ꝑturio: donec formeṫ Chriſtus in vobis: neceſſe eſt eũ in primis in omnibꝰ iſtis doloribus fieri famis: & peſtilentiarũ: & motuũ: qđ ſuſtinẽs pariet qđ cõcepit & formauit in ſe Chriſtũ verbũ: vt dicat in natiuitate eius: ecce euangelizo vobis gaudium magnũ: & gloriã in excelſis deo: & pacẽ ſup terrã. Tũc tradent vos in tribulationes: & C
occidẽt vos: & eritis odio omnibꝰ gentibꝰ propter nomẽ meũ. Et tũc ſcandalizabunṫ multi: et inuicẽ tradent: & odio habebũt inuicem: & multi pſeudo prophetæ inſurgent: & ſeducẽt multos. Et quoniã abũdabit ĩiquitas: refrigeſcet charitas multorũ: ſed q permãſerit in finẽ

hic ſaluus erit. Et prędicabit hoc euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimoniũ oĩbus gẽtibus: & tunc veniet finis. Et ſine expoſitione quidem: textus a ſeipſo eſt manifeſtus: qm̃ frequẽter traditi ſunt diſcipuli Chriſti in tribulationes: & ꝑpter verbũ ſunt interfecti: & propter Chriſtũ odio habiti gẽtib⁹. Si autẽ diſcutere quis velit qđ ait omnibus gẽtibus: nõ ſatis ĩueniet certũ: quoniã oĩbus etiã in vltimis partibus terrę cõmorãtibus gẽtibus odio habet populus Chriſti: niſi forte & hic aliquis dicat ꝑpter exaggerationẽ multarũ poſitũ omnibus: pro multis. Proponens autẽ tibi qđ dicit: tũc tradẽt vos: ĩuenies q̃ſtionẽ. Nec eñ poſtq̃ inſurrexerũt gẽs cõtra gentẽ / & regnũ aduerſus regnũ: & poſt fames & peſtilẽtias per loca: tũc traditi ſunt ĩ tribulatiões: & occiſi ſunt: & odio habiti ab oĩbus gẽtib⁹ ꝑpter nomẽ Chriſti. Nã & priuſq̃ hęc fierẽt: traditi ſunt Chriſtiani ĩ tribulationes: & dãtes teſtimoniũ veritati ſunt ĩterfecti: & odio habiti ſunt gẽtibus cum quibus habitauerunt. Aduerſus hãc autem quęſtionẽ qui ſecundũ verba vult intelligere: reſpõdebit quoniã tũc maxime tradẽtur chriſtiani in tribulatiões: quẽadmodũ nunq̃.

D Tunc odio habendi ſunt maxime ab omnibus gẽtibus cohabitãtibus ſibi: ſicut nunq̃: & oĩa patientur pro noĩe Chriſti: cũ ſurrexerit gens contra gentẽ: & regnũ aduerſus regnũ: & fiẽt fames: & peſtilentiæ: & terræ motus per loca. Amãt eñ qui ĩ calamitatibus ſunt: cauſas earũ diſcutientes: inuenire aliquid qđ loquãtur Cũ hęc ergo contigerint mundo: cõſequẽs eſt quaſi derelinquẽtibus hoĩbus deorũ culturã: vt ꝑpter multitudinẽ chriſtianorũ dicãt fieri bella: & fames: & peſtilentias. Frequẽter enim famis cauſa chriſtianos culpauerunt gentiles: et quicũq; ſapiebãt quæ gentiũ ſunt. Sed & peſtilẽtiarũ cauſas ad Chriſti eccleſiã retulerũt. Scimus autẽ: & apud nos terræ motũ factũ in locis quibuſdã: & factas fuiſſe quaſdã ruinas ita vt qui erant impii extra fidem cauſam terrę motus dicerẽt chriſtianos: ꝑpter qđ & pſecutiones paſſæ ſunt eccleſiæ: & incenſæ ſunt. Non ſolũ autẽ illi: ſed & qui videbãtur prudẽtes: talia in publico dicerẽt: quia ꝑpter Chriſtianos fiunt grauiſſimi terrę motus.

E Qđ autem dicitur: & eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ meum: ſic ſaluare quis poterit: quia nunq̃ quidem in vnum conſenſerũt omnes gentes aduerſus chriſtianos. Cum autem contigerint quæ Chriſtus prædixit: tunc quaſi ſuccẽdendi ſunt omnes a quibuſdam gentibus incipientibus chriſtianos culpare: vt tũc fiant perſecutiones iam non ex parte ſicut ante / ſed generaliter vbiq; aduerſus populũ dei. Tunc cõtinget illud vt multi ſcandalizentur qui vident in fide conſiſtere: et ſi alterutrũ tradẽt: & erit odium inter ipſos etiam qui videntur fideles. Tunc pſeudo prophetæ multi inſurgent: multitudinẽ inſenſatorum fallentes: tũc & refrigeſcẽte charitate nõ ſolũ apud infideles: ſed etiam in ipſis fidelibus & feruor charitatis ex multis iniquitatibus refrigeſcet: ita vt pauci remaneant certantes pro veritate vſq; ad finem: qui & ſaluandi ſunt ſoli. Et in hoc ſtatu cõſtitutis rebus: euangeliũ qđ prius nõ fuerat ꝓdicatũ in toto mũdo. multi eñ non ſolum barbararũ: ſed etiã noſtrarũ gẽtium: vſq; nunc non audierunt chriſtianitatis verbum. Tũc autẽ prędicabit: vt oĩs gens euangelicam audiat ꝓdicationem: & nemo derelinquat qui non audiuit: & tunc erit ſęculi finis. Si autem F
hæc ita ſe habẽt: iã non ignorabimus de eo qđ dicit: tũc tradẽt vos: nec falſum ſuſpicabimur qđ ait: & eritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meũ: dicẽtes veritatẽ huius verbi non dũ eſſe impletam: q̃diu nõ eſt factũ qđ ait: tũc ſcandalizabunt multi: & inuicẽ tradent. Non dũ eñ multi proditores de eccleſia facti ſunt: et nondũ multi falſi ꝓphetę extiterũt multos fallentes: ſic & nõdum odio habiti ſunt ab omnibus gentibus: etiã in vltimis partibus terrę habitãtib⁹: ꝑpter nomẽ Chriſti. Sic & nondũ eſt ꝓdicatũ euangeliũ regni in toto orbe. Non eñ fertur prædicatũ eſſe euangeliũ apud oẽs æthiopas: maxime apud eos qui ſunt vltra flumen: ſed nec apud Seres: nec apud orientẽ audierunt chriſtianitatis ſermonẽ. Quid autẽ dicamus de britãnis: aut germanis: qui ſunt circa oceanũ: vel apud barbaros: dacos: & ſarmatas: & ſcythas: quoꝝ plurimi nondũ audierũt euangelii verbũ: audituri ſunt autẽ in ipſa ſæculi cõſummatione! Aſpice eñ qđ ait: & ꝓdicabit hoc euãgeliũ regni in toto orbe in teſtimoniũ oĩbus gentibus: & tũc erit finis. Si autẽ G
vult qs temere dicere ꝓdicatũ eſſe iã euãgeliũ regni ĩ toto orbe ĩ teſtimoniũ oĩbus gentibus cõſequẽter dicere poterit & qđ ait: tunc erit finis: iam finẽ veniſſe. Qđ dicere temeritatis eſt magnę: & hominis nõ ĩtelligẽtis: q̃ Paulus ad theſſalonicẽſes ep̃la ſecunda dicit: dicens. Ne quis vos ſeducat vllo modo quaſi iſtet dies domini: qm̃ niſi venerit primũ diſceſſio: & reuelatus fuerit homo peccati: filius ĩteritus: & cætera: nõ erit dñi dies. Hęc ſecundũ ſimplicẽ expoſuimus traditionẽ. Si autem debemus ſecũdũ qđ moraliter ſupra tradidimus: & hic ĩtelligere moralẽ tractatũ: talia exponemus. Qm̃ qui viſurus eſt ſecũdũ verbi dei aduentũ illũ

glorioſum in aīam ſuā:neceſſe eſt: vt ſecundū
mēſurā pfectus ſui ad verbi pfectionē inſidias
a cōtrariis operationibꝰ patiat: quaſi magnus
athleta:& traditus in tribulatiōes derelinqua
tur.Multę eñ tribulationes iuſtorū. Et quan
to quis iuſtior voluerit fieri:tanto magis qua
ſi anguſtā:& tribulatam cū affectu ambulans
viā in tribulationes incurrat:& tribulatus oc
ciditur mūdo.Et quantū ad manifeſtiorē pro
ficiſcitur viſionē verbi/tanto amplius tribula
tur. Quoniam perfectior inuenit Chriſtus in
eo:ab omnibus odientibus Chriſtum odietur
nō tantū a gētibus omnibus ſecundū carnem
quātum a gētibus ſpiritualiū nequitiarū. Ip̄a
eñ implātata manifeſtatio proprietatū Chri
ſti in eo:propter quas & dicit chriſtianus: fa=
cit eū ab omnibus habētibus ſpiritū mūdi odi
A ri ad perfectionē adhuc Chriſti amplius:&am
plius contendentē.Sed & in diſſenſionibus &
queſtionibꝰ pauci erūt intēti veritatē plenius
attingētes.Plures autē ſcandalizabunt: & ca=
dent ab ea proditores & accuſatores effecti al
terutrū propter diſſenſionē dogmatū verita=
tis:quā nō oēs apprehēdere poſſunt:quę cau=
ſa fiet:vt odiant ſe inuicē. Et cum huiuſmodi
quæſtiones in plures venerint:multi quidem
erūt non ſane tradētes de futuris ſermonē. Et
quomodo nō oportet īterpretātes prophetas
quos pſeudo prophetas quis dicere nō pecca=
bit:ſeducere multos. Valde autē pauci erunt
veritatē inueſtigantes. Falſæ autē doctrinæ a
propoſito veritatis fontem quidem ſoluēt:eos
aūt qui prurientes ſunt aure: multiplicabūt:
ad delectamentum eorum loquentes iniquita
tem legi contrariam. Et tantū nocebunt ver=
ba docentium multorum contraria: vt etiam
feruentem dilectionē quę prius fuerat in ſim=
plicitate fidei refrigeſcere faciant ęſtimatione
comparationis diuinorum myſteriorū & veri
tatis.Sed qui potuerit videns omnia hæc ma=
nere in primo apoſtolicæ traditionis: & eccle=
ſiaſticę inductionis propoſito:ipſe ſaluabitur:
et ſic prædicatum euangelium in animas om=
nium:erit in teſtimonium omnibus gentibus
id eſt omnibus cogitationibus incredulis om=
nium animarum.

Secundū Matthęum. Cap.XXIIII.

IN illo tempore.Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis.Cum videri=
tis abominationē deſolatio=
nis:qđ ſcriptum eſt per Da=
nielem prophetam ſtantem
in loco ſancto:qui legit intel
ligat.

Homilia Origenis de eadem lectione
Numero.XXIX.

VErba prophetę q̄ locutꝰ B
eſt de abominatione de=
ſolatiōis futura ſūt hęc:
et cōfirmabit teſtamen=
tum multis ſeptimana
vna:& in dimidio ſepti=
manę tollet ſacrificiū:&
libatio: & ſuper templū
abominatio deſolationis erit:& vſq; ad cōſum
mationē tēporis cōſummatio dabit ſup deſo=
lationē. Vere quidē comprehēdere ſermones
Danielis nulliꝰ alterius eſt:niſi ſpiritus ſancti
qui fuit in Daniele: vt de ſeptimanis omnem
manifeſtet ſermonē:& de abominatione deſo=
lationis dicta ab eo.Si autē oportet & nos pau
ca ſecūdum ꝙ nobis videtur exponere de hoc
loco:dicendum eſt qm̄ ſeptuaginta annos:qui
fuerunt poſt aduentū ſaluatoris noſtri demō=
ſtrare videt ſermo. Hæc eñ ſeptimana q̄ pro=
pter ſeptē decadas annorū dicit ſeptimana:cō
firmat teſtamentū multis:quando & apoſtoli
Chriſti poſt aſcenſionē ipſius orationi:& ver=
bo inſtantes a deo illuminabant in omnē ſcien
tiam voluntatis diuinarū ſcripturarū:& a ſpi
ritu ſancto.In dimidio aūt ſeptimanę: id eſt in C
tribus & ſemis decadis annorū:ſublatū eſt ſa=
crificiū altaris: id eſt in trigintaquinq; annis:
et impletū eſt qđ fuerat ſcriptū:in dimidio ſe
ptimanę tollet ſacrificiū:& libatio.Tunc autē
ſuper tēplum qđ fuit in hieroſolymis facta eſt
abominatio deſolationis tēpli: & ciuitatis: in
eo videlicet tēpore quādo viderūt circūdatā
Hieruſalē ab exercitu:vt ſecundū qđ prophe=
tauerat ſaluator de ea/cognoſcant: ꝙ appro=
piauit deſolatio eius.Et hāc deſolationis abo=
minationē factā ſuper tēplū/ab exercitu Hie=
ruſalē circūdante: dicit propheta vſq; ad tem
pus cōſummationis manere: vt cōſummatio
fiat mundi ſuper deſolationē Hieruſalē: & tē=
pli qđ eſt in ea.Et vbi ſunt qui ſe dicūt Iudęos:
et non ſunt?Qui dicunt ædificabitur Hieru=
ſalē quę eſt deorſum priuſq̄ ſęculi cōſumma=
tio fiat? Conſummatio(inqt)dabitur ſup de=
ſolationem eius.Si autē & ædificabitur tēplū
ędificabit ei qui aduerſat:& extollit ſupra om
ne qđ dicitur deus:aut colitur:vt ſedeat in tē
plo huiuſmodi oſtēdens ſe quaſi ſit deus: quē
dominꝰ Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & de
ſtruet illuminatione aduentus ſui. Siue ergo
placeat quibuſdam ædificari hāc Hieruſalem
ſuper terrā:tamen nō erit falſum: ꝙ dicit cō=
ſummatio eſſe dāda ſup deſolationem ipſius.
Si autē oportet & de tēporibus aliquid dicere D

dicimus qm̄ i chronicis Phlegūtis cuiuſdā dr̄
ſi tñ debemus & hūc quaſi vera dicentē de tē-
plo ſuſcipere: qm̄ circa quadrageſimū annū a
quintodecimo anno Tiberii cęſaris facta ē de-
ſtructio hieruſalē & tēpli qđ fuit in ea. Deduc
ergo p̄dicationis dñi fere annos tres: & tēpus
reſurrectionis ipſius: quādo p dies quadragin
ta apparēs illis docebat eos de regno dei: & in-
uenies forſitan plus minus: quoniam circa di-
midiū ſeptimanę cōputans per decadas anno
rum ē cōpletū qđ dictū eſt: Tollet ſacrificium
meū / & libatio: quādo & ſup templū abomina
tio deſolatiōis eſt facta: q̄ deſolatio vſq; ad tē-
pus conſummationis manebit. Cōſummatio
em̄ ſcḋm q dicimus dabit ſup deſolationē. Si
autē cōſtat nobis talis traditio ſeptimanæ: di-
centibus quantū ad dictū impletū eſſe qđ di-
ctum eſt: nō ſolū tollet ſacrificiū meum: & liba
tio: ſed etiā illud qđ ſcriptū eſt: vt abominatio
deſolationū ſup templū contingat: ſine dubio
manifeſte oſtēdit aduētus Chriſti: etiā ex ver
bis Danielis pphetæ dicētis: ſeptuaginta ſep-
timanæ cōciſæ ſunt ſup populū tuū: & ſup ci-
uitatē ſanctā vt cōſummet peccatū: & ſignet
pctm̄: & deleant iniqtates: & vt adducat iuſti-
tia ęterna: & vt ſignet viſio / & ppheta: & vnget
ſctūs ſctōꝝ: & cognoſcet itelligēs ab exitu ver
bi reſpōdere: & ędificare hieruſalē vſq; ad chri
ſtū ducem: ſeptē ſeptimanę ſexaginta duæ. Et
conuertet: & reædificabit platea & murus: &
euacuabunt tempora: & poſt ſeptimanas ſexa
ginta duas interibit vnctio: & iudiciū non eſt
in ea. Ciuitatē aūt: & ſanctū corrūpet cū duce
veniēte: & excidet in diluuio: & vſq; ad finem
belli cōciſi interitus: & confirmabit teſtamen
tum multis ſeptimana vna: & i dimidio ſepti-
manę tollet ſacrificiū: & libatio: & pinnæ vſq;
ad cōſummationē feſtinationis. Poſt hæc ſeq-
E tur ſermo quē expoſuimꝰ ſic habens. Et confir
mabit teſtamētū multis ſeptimana vna: & cæ
tera. Arbitror aūt ſeptuaginta ſeptimanas cō
ciſas ſup populū: & ſup ciuitatē ſanctā: vt con
ſummet peccatū: quatuor milia nōgentos eſſe
annos ab Adā vſq; ad ſeptuaginta annos qui
fuerūt poſt diſpēſationē Chriſti. Cōſummatū
eſt em̄ pctm̄ populi: ppter qđ & a deo eſt dere
lictus: & illorum qdē pctm̄ ſignatū eſt: creden
tium autē iiuſtitia ē deleta: & poſt deletionē
eius / adducta eſt i chriſto vita ęterna. Sed qm̄
lex & pphetę vſq; ad Ioannē: q oſtēdit chriſtū:
ppterea puto dictū ſignari viſionē & pphetā.
Nā qm̄ nequaq̄ ſunt in pphetis viſiones poſt
Ioannē: ideo ſignata eſt viſio & pphetia. Signa
ta aūt viſione & pphetia vnctus eſt vnigenitꝰ
ſanctus ſctōꝝ chriſtus. Quē Chriſtū vnctū co
gnouerūt pphetæ: & Daniel: & intellexerunt
aliquo mō ab exitu verbi: quādo verbo dñi cœ
li firmati ſunt: & ab exitu verbi reſpondere in
ſanctis q ab initio fuerūt & pphetis dñi. Sed &
ędificari hieruſalē vſq; ad Chriſtū ducē trāſie
runt ſeptimanæ ſexaginta duę: hoc eſt primū
quidē anni quadrīgenti nonagīta: q fiunt per
decadas cōputatę ſeptimanę ſeptem. Poſt hoc
aūt anni quatuor milia trecenti quadragīta:
qui fiunt ſiliter p decadas cōputatæ ſeptima-
nę ſexagīta duę. Poſt quos reuerſus ē Chriſtꝰ
& ędificauit plateam i qua ſapientia fiduciali-
ter agit: & murū in cuius faſtigio p̄dicat. Eua
cuata ſunt autē populi tēpora: ppterea q ſup
additas ſeptem ſeptimanas: ſexaginta duas ſe
ptimanas: ſublatū eſt a pplo chriſma qđ fuit
in tēplo: vt iā nō ſit iudiciū apud eos. Sed & ci
uitas: & ſanctū corruptū eſt: cū ſuperueniente
poſtea duce populo illi: ſiue Herode: ſiue A-
grippa. hūc em̄ dicit eſſe hiſtoria iudęoꝝ. Sed
vide ne putes q ait corrūpi cū duce veniente:
referri ad chriſtū. Vbi em̄ voluit ipm̄ intelligi
chriſtū: vtriuſq; noībus vſus eſt Daniel dicēs
vſq; ad chriſtū ducē. Quādo aūt tacet nomen
chriſti: corrūpendū introducit ducē: qm̄ defe
cit dux poſt Chriſtū: & dux de femoribus eiꝰ:
venit em̄ cui repoſita erant. Poſt quē exciſus ē
in diluuio populus: vſq; ad finem belli conciſi
ſup eos. Sed his accidētibus illis confirmauit
deus teſtamentū multis in ſeptimana vna. In
cuius ſeptimanæ dimidio ceſſare fecit incen-
ſum / & ſacrificia / & templū: qđ arbitror a pin
na noīauit interiturū: vſq; ad conſummatio-
nem in feſtinatione: quādo & derelicta eſt pec-
cantibus eis domus eoꝝ. Quæ aūt ſequūtur
in textu Danielis: ſicut potuimꝰ expoſuimus. F
Hæc aūt oīa viſa ſunt nobis ex Daniele iuxta
interp̄tationē euangelici textus apponere: vt
manifeſtemus verbum qđ ait: cum videritis
abominationem deſolationis: qđ dictum eſt p
Danielem prophetam ſtantem in loco ſancto:
quem qui legit intelligat. Nunc autem ipſum
textum euangelii declaremus. Diximus ſta-
re quidem in loco ſancto abominationem: deſo
lationis principē eſſe: qui Hieruſalē circunde-
dit exercitu. Itaq; qūniā peſſima contigerūt
his qui tūc fuerant in iudæa: ideo hæc futura
prophetans populo dñs dicit. Tunc qui in iu-
dæa ſunt: fugiant in montes. Et talia fuerunt
quæ contigerunt in tempore illo: vt ita dica-
mus: vt qui eēt ſup tectū domus: nō haberet
tempus deſcendere: & tollere aliqd de domo
ſua: & qui in agro erat nō poſſet reuerti in ci-
uitatē: & tollere veſtimentū ſuū. Et non erat
tunc tēpus miſericordię: neq; ſup pręgnantes

neq; ſuper lactantes:neq; ſuper infantes earũ.
Ideo dicit:quãtum ad verba dico:veh prægnã
tibus:& nutrientibus in illis diebus. Et quaſi
ad Iudæos loquens:qui arbitrabant̃ in ſabbato
nõ oportere vel agere:vel ambulare viam am
A plius q̃ eſt ſabbati iter: ideo dicit. Orate autẽ
ne fiat fuga veſtra hyeme:vel ſabbato.Non ſo
lum eñ in ſabbato:ſed etiam ĩ hyeme pẽſſimũ
erat ſalutẽ quęrere per fugã.Refertur autẽ ab
his qui iudaicã hiſtoriã cõſcripſerũt: de illis q̃
tũc cõtigerũt: quoniã tribulatio magna facta
eſt populo:qualis nũq̃ fuit ab initio mũdi vſq;
ad tẽpus Chriſti:ſed nec poſtea fieri poteſt: vt
alia eis contingant. Propterea ꝙ auſi ſunt ma
nus inferre ĩ verũ Chriſtũ dei:cuius myſteriũ
et nomẽ venerãs Dauid:dicebat de Saule per=
ſequẽte:& occidere ſe volente:nõ iniiciam ma
nus meas in chriſtũ dñi.Pręciſionẽ autẽ dierũ
illorũ futurã propter electos dei qui credũt in
Chriſtũ:abbreuiationẽ intelligim⁹ dierũ illo=
rum.Tunc autẽ in magna calamitate populo
conſtituto:& electis qui ſunt in Iudęa pericu=
la patientibus:multi ſeductores dicebãt: ecce
hic Chriſtus:ecce illic.Quos obſeruare docẽs
diſcipulos ſuos:dicebat tũc.Si quis vobis dixe
rit ecce hic Chriſtus:ecce illic: nolite credere.
Surgẽt eñ pſeudo Chriſti:& pſeudo ꝓphetæ
et dabũt ſigna magna:& prodigia.Dicere au=
tem quis poteſt:aut Simonem magum qui di
cebat ſe eſſe virtutẽ dei magnã: aut ſi qs ei ſi=
milis fuit: ſeducere volens ſi poſſibile eſſet &
electos.Hęc pręueniẽtes diximus nõ adiicien=
tes in hoc loco aliam expoſitionẽ:niſi eam quę
ſecũdum textũ eſt:propter eos qui traditione
ſimplici delectant̃:vt quę vident̃ eis vtilia di=
ceremus.Quoniã hęc dñs futura prophetans
pręſcius veritatis expoſuit.Si aũt oportet pro
pter eos qui volunt:& poſſunt: aſcendere ver
bo ad altiora: replicemus ab initio propoſita
euangelii verba:& ſecundum ꝙ poſſumus ex
ponamus eadẽ iterum ſpiritualiter.Et primũ
quidẽ ſuſcipiamus verbũ de abominatione de
B ſolationis ſtãtem in loco ſancto.Debet eñ qui
legit diligens eſſe:& intelligere:vt nõ ſeducat̃
a deſolatiõis abominatione.Locus igit̃ ſanctus
intelligibilis eſt omnis dictio ſcripturę diuinę
quã locuti ſunt ſancti prophetæ qui fuerunt
a ſæculo:Moyſes:& poſt eũ cæteri.Nõ ſolũ au
tem:ſed etiam dictio euãgeliſtarũ: vel apoſto=
lorum Ieſu Chriſti.In hoc ergo loco ſancto om
niũ ſcripturarũ tam veteris teſtamẽti q̃ noui
antichriſt⁹/qđ eſt falſum verbũ/ſtetit frequẽ
ter per hoc ipſum ꝙ ſtare videtur in ſcriptu=
ris diuinis: oſtendens ſe quaſi ſit deus:& qua=
ſi ipſe ſit Chriſtus dei verbum: & ipſe eſt abo=
minatio deſolationis.Eſt enim frequenter vi=
dere in argumentationibus impiis dogmatũ
apud hęreſes hanc abominationem deſolatio=
nis:id eſt antichriſtum verbũ falſum abomi=
nationum deſolantem a deo oẽm hominẽ qui
receperit eam in ſe abominationem aduerſan
tem veritati: extollẽtem ſe ſuper omne verbũ
qđ eſt extra eum:qđ annuntiatur eſſe verbum
dei:extollentem ſe & ſuper omne quod vnuſ=
quiſq; hominũ colere vult:ſiue vere ſiue men
daciter. Nam vnumquodq; hæreſum dogma C
nõ ſolum veritati aduerſatur:ſed etiã cæteris
dogmatibus ſimiliter falſis.Et quoniam ſic ex
tollitur:vt etiam in tẽplo ſcripturarũ ſedeat:
per ipſum tẽplũ:id eſt per ipſas ſcripturas vo=
lens ſe oſtendere:quoniã ipſe vere eſt deus ver
bũ. Semper ergo qui diuinas legit ſcripturas
intelligit eas:maxime quando viderit abomi=
nationem deſolationis:ſecundum ea quę dixi
mus:ſtantem in eo quem expoſuimus loco ſan
cto ſanctarum ſcripturarũ.Qui autẽ intellexe
rit eum:deſtruet vera traditione:id eſt illumi
natione aduentus Chriſti qui eſt veritas:eum
verbũ qui in alieno loco ſancto ſtare videtur:
et intelligẽs talem abominationem deſolatio=
nis irritam faciet eã: & eiiciet a loco ſancto in
quo ſtare videtur.Maxime autẽ deſtruet eum
Chriſtus qui loquitur in eo verum lumen.Iſte
autem Chriſtus ſi in aliquo loquatur volenti
audire & prodificari:non infirmatur:ſed om=
ne falſum verbũ qđ eſt abominatio deſolatio=
nis ſtans in loco ſancto:& ſedens in templo dei
qđ eſt antichriſtus: interficiet ſpiritu oris ſui
per eos qui ſe præbuerĩt capaces ipſius.Quod
verbũ falſum frequẽter nõ ſtat:ſed etiã ſedet ĩ
tẽplo:quãdo q̃ſi rationabiliter & bene cõſtru=
ctũ videt̃.Qui aũt videt hãc abominationẽ de
ſolatiõis:ita vt poſſint de ea dicere:nõ eñ ver
ſutias eius ignoramus:ĩ eo dũ legũt intelligẽ=
tes quę vera ſunt fugiãt falſum:& recedãt:vbi
eos mẽdaciũ cõprehẽdere nõ valebit.Nõ autẽ
põt cõprehẽdere mẽdaciũ eos q ex Iudęa lite=
ra fugiunt ad ſpũalia & intelligibilia:& ſubli=
mes veritatis mõtes. Vt aũt intelligamus fu= D
giãt ĩ mõtes: accipe exẽplũ qđ dicit manifeſte
de fuga laudabili:quale eſt qđ ait apl'us. Fugi
te fornicationẽ.Et qđ ait ſapientia. Quaſi a fa
cie ſerpẽtis fuge pctm̃. Vel quale eſt qđ in my
ſterio dicit Rebecca Iacob.Ecce Eſau frater tu
us minat̃ occidere te. Nũc ergo fili audi vocẽ
meã:& ſurgẽs fuge ad Labã fratrẽ meũ in Car
ran:& habita cũ illo aliquot dies donec auerta
tur ira fratris tui.Et oĩs arbitror q filius eſt Ia
cob:opera conſummans Iacob:intelligens om=
nẽ morẽ odibilem deo:qui ẽ Eſau: fugit quaſi

intelligēs. Si autē non fugiat eum qui fornica
rius eſt: & pollutus ſicut Eſau: & quaſi non fu
giens Eſau: ſed cohabitās ei: nō fit filius Iacob
qui fugerat eū. Ipſe autē Iacob habitās cum La
ban vtiliter ſibi & diſpēſationi quæ erat ſcđm
deū abſcondit cor ſuū: vt nō annūtiaret ei: qm̄
fugiebat: & fugiebat ipſe: & oīa eius. Bonū eſt
ergo fugere etiā a Labā: a cōciliatore carnaliū
qualitatū: in qbus habitātē nō oportet pmane
re in eis: ſed fugere cū omni domo ſua. Nā & ſi
voluerit perſequi poſt eū: deus illum auertet
a fugientibus eū: vt etſi cōprehēderit eū poſt-
modū aliquando nihil mali facere ei poſſit: fi-
dutialiter pronuntianti. Apud quē inueneris
deos tuos: nō viuat in cōſpectu fratrū noſtro-
rū: cognoſce quid tuorū eſt apud me: & accipe
nec. n. cognoſci poterit aliquid apud Iacob de
E rebus Laban. In his ergo euāgelicis dictis: q̄ in
præſenti tractamus: imperanť vt q cognoſcūt
abominationē deſolationis ſtantem in loco ſan
cto: intelligūt in eo dū legunt: vt fugiant ī mō
tes. Qui ergo in tali Iudea quā diximus: id eſt
in vetuſtate literæ cōſtitutus habeť: fugiat in
montes ſpiritualiū nouitatū. Et ſi quis inuen-
tus fuerit aſcēdiſſe ſuper tectum verbi: & ſtare
in faſtigio ædificationis eius: non deſcēdat in-
de occaſione: vt auferat aliquid de domo ſua:
et vadat. Nihil enim opus habebit manens in
tecto: & abſtinens ſe: nequando inde deſcēdat.
Et ſi fuerit quis in agro: ſiue ī eo in quo abſcō-
ditus eſt theſaurus: ſicut dominus ait in para
bola quadā: aut qualis fuit ager ille Iacob ple-
nus: cui aſſimulauerat eum benedicens pater
ipſius / & dicens: ecce odor filii mei ſicut odor
agri pleni quē benedixit dominꝰ. In quo agro
ſecundum ſpiritales benedictiones legis: bene
dicitur oīs qui ſecūdum legem vixerit: dicēte
ſcriptura. Benedictus tu ī ciuitate: benedictꝰ
tu in agro. Qui ergo eſt in tali agro totius plā
tatiōis: quam plantauit pater cœleſtis: non re
uertatur retro. Non em̄ tantūmodo ille q mit
tit manū in aratrum: & reuerſus fuerit retro
nō eſt aptus regno dei: ſed etiam qui ī agro eſt
quē tradidimus: & reuerſus fuerit retro: cau-
ſa eorū quę oportuerat obliuiſci: ſine dubio in
curret in abominationem deſolatiōis: id eſt in
ſeductionem verbi mēdacis. Et maxime ſi ſpo
liauerit ſe veſtimētum ſuū vetus: id eſt veterē
hominē cū actibus eius: & iterū cōuerſus fue-
rit retro: tollere veſtimentū ſuū. Diligēter er-
go debemꝰ attēdere: ne forte aliquid eorū quę
ſunt deorſum: & ſunt in domo: velimus deſcē
dentes tollere: aut relictū veſtimentū retro re
petere relinquētes agrū: & cōuerſi retro cū de
bueramus aut petere ea q̄ ſunt priora: & obli-
uiſci poſteriora: & neq; ſtare in aliqua regione
illa: ſed in monte ſaluari: vt non comprehēda-
mur cū his qui ſunt cōbuſti: ꝓpter qđ in ſodo
mis ſunt cōprehēſi. Vęh autē prægnātibus &
nutriētibus in illis diebus. Qm̄ ſunt & aliquę F
aīæ cōcipientes generationes: manifeſtauit ꝓ-
pheta dicēs. A timore tuo dñe in vtero conce-
pimus: & parturiuimus: & peperimus ſpiritū
ſalutis quē feciſti ſup terrā. Sicut em̄ in pgnā-
tibus formať & figurať ſemen: ſic & in aīa quę
ſuſcipit verbū: paulatim formať & figurať cō
ceptio verbi ī eo. Et hoc puto dicere Paulū ad
galathas. Filii mei quos iterū parturio: donec
formeť Chriſtus ī vobis. In epiſtola ad Timo-
theū dicit item: ſaluādam mulierē per filiorū
generationē: ſi permanſerit in fide: & dilectio-
ne: & ſanctitate cū caſtitate. Quę eſt autē hæc
mulier: niſi aīa quę verbū cōcipit dei & verita
tis: & parit opera bona ſimilia Chriſto? Irratio
nabile autē eſt æſtimare de ſenſibili generatio
ne dictū qđ ait: Mulier ſeducta ī pręuaricatio-
nē facta eſt: ſalua autē erit per filiorum genera
tionē ſi permāſerit in fide: & dilectione: & ſan-
ctitate cū caſtitate. Animæ ergo quæ nouiter
ſuſceperūt verbū: & adhuc pregnātes cōſtitu
tę: necdū fructificauerūt in eo in vtero intelli
gibiliter habētes: non poſſunt ſuſtinere ſtantē
in loco ſancto aduerſantē veritati ſermonem:
neq; ſtare quominꝰ ſeducātur pſuaſionibꝰ eiꝰ
Propterea ſi aliqñ abominationem deſolatiōis
ſecundum q̄ tradidimus ſtantē in loco ſancto
viderit aīa in vtero habēs: quæ necdū fructifi
cauit ex verbo: īcurrit ī vęh qđ dominꝰ dicit:
vęh prægnātibus. Proiiciet em̄ cōceptionē: &
euacuabit a ſpe quæ eſt ī actibus veritatis. Sed G
etſi videať formatū & fructificatū verbū: non
autē fuerit enutritū ſufficienter augētibus &
magnū facientibus eū nutrimētis: ſed manſerit
immaturū: ſecundum ſimilitudinē ſugētis fa
ctum eſt: ſuper huiuſmodi generatiōes veniet
qđ ſuper ſugētes. Si autē ſicut in multis exem
plariis ſcriptum eſt: væh ſugētibus: dicēdum
eſt qm̄ aīæ q̄ lactanť adhuc: ad quas dicit apl's
lac vobis potū dedi nō eſcā: nondū em̄ potera-
tis: ſed nec vſq; adhuc poteſtis: adhuc em̄ eſtis
carnales. Dicit autē & alibi: facti eſtis opus ha
bētes lacte: & non ſolida eſca. Oīs em̄ qui lacte
aliť impitus eſt verbo iuſtitię: paruulus. n. eſt.
Iſtę ſunt ergo aīę q̄ ꝓpter īfirmitatē: & qa faci
le ſeducunť: nō pñt ī ſe docibiliter pmanere a
conſpectu abominationis deſolationis ſtantis
in loco ſancto. Seductę enim conſentiunt ei: vt
pote deo. Et eſt videre hęreticorū eccleſias ple
nas de lamētandis pręgnantibus vel nutrien-
tibus: vel ſugentibus. Plęrūq; em̄ animæ: quæ

in ecclesia pręgnātes fuerunt:aut nutrientes:
aut sugētes fuerūt seductę a desolatōis abomi
natione:& seductę ab eo verbo falso qui stat in
loco sancto per falsam traditionē dogmatum
peruersorum:abominationis illius susceperūt
vęh:qđ a domino factū est. Vęh in vtero habē
tibus & nutrientibus. Non autē quandocūq;
sed in diebus illis abominationis desolationū.
Omnis eñ qui audit verba iniquitatē in excel
sum loquentium/& suscipit ea:in diebus eius
A illę abominationi desolationis subdit⁹ fit.Ora
te autem vt ne fiat fuga vestra hyeme/vel sab
bato.Est eñ sicut diximus quædā fuga hoīm
secūdum pręceptū verbi:vt qui fugit quæ fu-
gere oportet:melior sit eo qui nō fugit:sed se-
metipsum subditū facit:perdētib⁹ animā ma-
lis.Qꝫ est autem constituta fuga atq; laudabi
lis:manifeste docet apostolus dicēs.Fugite for
nicationē. Fugit autē fornicationē qui omnē
occasionē irritantem & prouocantem ad for-
nicandum euitat:& neq; iuuenibus in fabulis
iuuenilibus cōmiscetur inquantum potest:ne
forte cōsumatur per eas:neq; descēdit ad con-
suetudines eorū taliū:sed auertit se omino ab
huiusmodi hoīm cōcitationib⁹. Qui vult fu-
gere fornicationē: audiat & illud qđ dicitur.
Cum saltatrice noli assiduus esse:ne forte con
sumaris in desyderiis eius.Fugit autē fornica
tionē abundātius:qui accēdentes & excitatri
ces seminis escas inquātum valet euitat: & vi
no si potest fieri nō vtaꝛ:donec trāseat feruen
tior ętas.Si autē vtitur:modico vtaꝛ:secundū
apostolicum præceptū dicens. Timothee iam
noli aquā bibere:sed vino modico vtere ꝓpter
stomachū tuum:& frequentes tuas infirmita
tes.Et quid plura?Ille est qui fornicationē fu-
git: & semper fugam istā laudabilē operatur:
quæ a deo fugere nō permittit.Operatur autē
hāc fugā qui promptus est ad fugiendū forni
cationē.Et nō solū fornicatio nobis est fugien
da:sed & omē peccatū.Ideo bene dixit scriptu
ra: Quasi a facie serpētis:fuge peccatū. Freq̄n
ter autem cōuenit fugere ab antichristo ver-
bo:& falsi nominis sciētia:maxime quādo nec
dū sic idoneus est homo: vt habeat in se domi
nū operantē:q interficit spiritu oris sui persua
siones mendaciorū:nec ascēdit ad tātum alti-
tudinis:vt habeat in se eū qui destruit illumi-
natione aduētus sui omnē persuasionē veri:si-
militudinē veritatis habentē:& assimilantem
B se veritati. Qui autē fugit: debet cognoscere
etiam locū ad quē fugere debet:& orare etiam
propter tēpus:vt nō in eo tempore fugiāt: qđ
est aduersariū fugę.Loca ergo fugientib⁹ erūt
montes:quos Christus ostēdit dicēs. Tūc qui
in Iudęa sunt fugiant in mōtes: & qui fugiūt
in istos montes dicāt psalmū graduū sic habē
tē. Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet
auxiliū mihi.Ideo autē tollit oculos suos ī mō
tes:quia scit abundantiā quæ est in montibus
illis. ꝓpterea dicit:Fūdamenta eius in monti
bus sanctis.Et si fugerit in mōtes quos p̄cepit
dñs:veniet ad locū sanctū:in quo factus & vi-
dēs visum illum magnū dicet qđ dictum est.
Transiens videbo visum hunc magnū. Et qui
huiusmodi est: audiet.Solue calceamētum pe
dū tuorū:locus eñ in quo tu stas terra sancta
est.Fugiant ergo in mōtes qui fugiūt secundū
dei mādatum. Quoniā ergo in tranquillitate
animę cōstitutæ:possunt impetrare fugā salu
tis:hyeme autē cōprehendēte incurrūt in eos
quos fugiunt:ideo orent: vt ne fiat fuga eorū
hyeme vel sabbato:si quidem vigilauerit Chri
stus in eis.Si autē obdormierit: tūc descendēs
procella vēti in stagnū:descendet etiam super
eū qui fugit:quia nō Iesus fugit cū ipso: osten
dens ei fugam optimę viæ.Tamē si descēderit
aliquādo procella: & hyemem fuerit operata:
oret quis:& suscitet orationibus suis Christū
vt imperet vento & mari: vt tranquillitate fa
cta iterū fugiat:vt nō cōprehendaꝛ a fornica-
tiōe:aut auaritia:aut a gloria vana: aut ab ali
quo malo persequente se:vel ab ipsa abomina-
tione desolationis:id est dogmate falso. Orate
vt ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. De⁹
in sex dieb⁹ fecit opera mūdi/& requieuit ī sab
bato.Requieuit autē ab operib⁹ mundi quę fa
cere cœpit.Opera aūt iustitię semp sine initio
operaꝛ & operabiꝛ sine fine. Sic & hoīm genus C
ante Christi aduentū operati sunt omēs opera
mūdi:& nemo requieuit ab eis:sabbatizans iu
giter ab oꝑibus bonis. Veniēs autē dñs noster
sabbatū nostrū:& requies nostra attulit nobis
requiē sabbati sui:vt sicut ille requieuit in sab
bato ab oꝑibus mūdi:nō autē requieuit ab ope
rib⁹ iustitię:sic & nos p ipsum sabbatizem⁹ ab
operib⁹ mūdialib⁹:& carnalib⁹:& nociuis:ope
ra autē iustitię semp exerceamus.Quoniā au-
tē ipse nobis allaturus fuerat huiusmodi sab-
batū:in quo nullū opus faciamus seruile:testa
tur & ipse per prophetā dicens de indignis Iu
dęis ita. Donec iuraui in ira mea:si intrabunt
in requiē meā.Et iterū:Lamech nomen impo-
nēs filio suo Noe in mysterio Christi:ita dixit
de eo:& vocauit nomē eius dicēs Noe:quoniā
hic dabit nobis requiē a mœroribus nostris:&
ab operib⁹ manuū nostrarū: & a terra quā ma
ledixit dñs.Oīs ergo q viuit ī Christo semp in
sabbato viuit:& in requie requiescēs ab operi- D
bus malis:operaꝛ autē opera iustitię incessan-

ter.Multi autẽ nomen Chriſti habẽtes nõ gra
tiam:ecõtra ſabbatizãt ab operibus bonis:ope
rãtur autẽ opera mala. Mediocres autẽ inter-
dũ dimittũt ſabbatiſmũ operũ malorũ: & ſab-
batizant ab operibus bonis:nõ bona operantes
ſed mala. Quidam autem & ab operib9 malis
ſabbatizant: non autem exercent opera bona:
cũ oporteat non ſolum mala fugere:ſed etiam
bona exercere.In tali ergo ſabbato operum bo
norũ quãdo bona opera non facit homo Chri
ſtianus:iubet nos Chriſtus orare: ne fuga no-
ſtra fiat in illo.Ceſſante enim te ab operib9 bo-
nis:ſi quidem ſteteris ante faciem abominatio
nis:& vltro te ſubdideris ei voluntarie: mor-
tuus es gladio verbi mẽdacis. Si autem volue
ris fugere: & abominatio deſolationis ſecuta
fuerit te:ſine perſecutionibus ſuis franget te:
quia non operantur in te virtutem patientiæ
opera tua bona. Sine ſeductionib9 ſuis capiet
te:quoniam intelligentiæ lumen non operan-
tur in te opera tua bona.Nemo eñ in tali peri
culo falſi dogmatis facile ſuperatur & falli-
tur:niſi qui nudus eſt ab operibus bonis.Pro-
pterea & apoſtolus dicit de ipſo periculo. Pro
eo ꝙ charitatem veritatis non acceperunt:da
bit illis operationem erroris:vt credant men-
dacio:vt iudicẽtur homines qui non credide-
E runtveritati:ſed cõſenſerunt iniquitati.Cum
autem viderimus abominationẽ deſolationis
quæ dicta eſt per Samuelem prophetã ſtãtem
in loco ſancto:videbimus & magnam tribula-
tionem inſtantem qualis facta nõ eſt ab initio
mundi vſq ad illã ipſam:neq fiet poſtea.Quę
eñ maior tribulatio q̃ videre fratres noſtros
ſeduci propter ſanctum locum a deſolationis
abominatione ſtante in eo?Et ſi quidem amici
alicuius:aut proximi mors corporalis magnã
operatur tribulationem ei qui non fuerit me-
ditatus:vt ſufferat eam:qualem putas tribu-
lationem ei qui non compatitur quando vnũ
paſſum fuerit mẽbrum:& ei qui viderit quan
do ſcãdalizatus fuerit aliquis frater?Si autem
et quis viderit ſeipſum moueri & conturbari
a deſolationis abominatiõe:quaſi nõ ſit abomi
natio deſolationis:& viderit ſe periclitari pro-
pter dilectionem quam habet in ſanctum locũ
ita vt pene conſentiat ei abominationi tanq̃ ſit
deus:& tradat ſemetipſum abominationi qua
ſi deo:quomodo putas eũ tribulari magna tri
bulatione:qualis nõ fuit ei ab initio:ex quo ve
nit in mundum vſq ad illud tempus?Sed nec
alia tribulatio talis eum poterit comprehen-
dere aliquãdo.Et maxime ſi quis trahitur:vt
æſtimet abominationem ſtantem in loco ſan-
cto non eſſe abominationem deſolationis: ſed
deum verbum.Adhuc autem & ſi quis mani-
feſte quidem videat abominationem deſolatio F
nis ſtantem in loco ſancto:& ſi ſequatur eã ac-
cipiens ſibi excuſationem de diuinis ſcriptu-
ris:quaſi indifferenter liceat chriſtianitatẽ ne
gare dicẽs denegationẽ non eſſe denegationẽ:
et eſcas immolatorũ:quaſi nihil nocentes mã-
ducanti fuerit arbitratus:proferẽs de ſcriptu-
ris exempla:& quia indifferẽter licet i vno eo
demq tempore mulieribus cõmiſceri diuer-
ſis:quaſi & patribus iſta facientibus olim:Om
nibus iſtis peccatis maius eſt abominatio deſo
lationis:id eſt verbum qđ in loco ſcripturarũ
ſanctarũ conſiſtit iniquitatem in excelſum lo-
quẽs & perſuadẽs a creatore diſcedere:qui ſo-
lus & verus eſt de9:& credere altero neſcio cui
deo ſuper iſtũ:cui nullus ſimilis eſt:cũ talis no
ſter ſaluator dicat:pater q miſit me maior me
eſt.Magna ergo tribulatio generat a deſolatio
nis abominatione ſtãte in loco ſancto:ita vt ta
lia dicãtur de ea.Et niſi abbreuiati eſſent dies
illi:nõ eſſet ſalua facta oĩs caro.Propter electos
autẽ abbreuiabũtur dies illi.Tanta autẽ:& ſic
magna in illa abominatiõe deſolationis ſit tri
bulatio:vt deus operetur abbreuiationem die
rum tribulationis illius:ſuperfluum eorũ prę
cidens:qđ additur a deſolationis tribulatiõe:
et abominatione.Aliter enim nõ eſt poſſibile:
vt ſanetur omnis quę ſaluãda eſt caro:niſi ac-
ceperit abbreuiationem a deo. Dies eñ intelli
guntur pręcepta & dogmata veritatis:poſita
in ſcripturis ad illuminationẽ intelligentium
animarũ.Omnes autẽ intellectus a ſcientia fal
ſi noĩs venientes:qui addũtur ſermonib9 ſcri G
pturaꝝ/& cõiugunt:intellige mihi additamẽ
ta eſſe ſupra magnitudinẽ naturalẽ dierũ ſcri
pturę:qđ additamentũ bonus deus abbreuiat
per quos vult.Et quotiẽſcunq videris aduen
tu verbi veritatis i ſenſu tuo ꝑcidi altitudĩes:
extollẽtes ſe aduerſus ſcientiã dei: totiẽs ĩtelli
ge abbreuiatos dies tribulatiõis:& circũciſos:
ſupfluã magnitudinẽ: quã cõtra naturã abo-
minatio deſolationis ſemp ſupaddit dieb9 dñi
qui ſunt i ſcripturis.Et ꝑpter electos abbreuiã
tur dies illi:vt vidẽtes i ſenſu ſuo ꝑciſionẽ ſu
perfluitat dierũ:& remanẽtẽ illã ſolũmodo lu
cẽ:quę ſecũdũ verbũ eſt veritatis:nihil patiant
a deſolatiõis abominatiõe:vel ab eo qđ additũ
fuerat ſup veros & naturales dies ſcripturarũ
Tũc ſi qs vobis dixerit:ecce hic Chriſtus: ecce
illic:nolite credere.Exurgẽt.n.pſeudo Chriſti H
et pſeudo ꝓphetę:& dabũt ſigna magna:& ꝓ-
digia: ita vt in errorẽ inducãtur ſi fieri poteſt
etiã electi. Ecce ꝓdixi vobis:ecce in ſolitudine
eſt:nolite exire:ecce i domibus: nolite credere

Sicut enim fulgur exit ab oriente: & apparet vſq; ad occidentem: ita erit aduentus filii hominis. Vbicũq; enim fuerit cadauer: illic congregabũtur aquilæ. Quoniam diximus abominationem deſolationis ſtantem in loco eſſe mendacii verbum: qđ in loco ſcripturarũ ſancto ſtare videtur: dicet aliquis: Et quomodo quaſi non ſtante ea illic ita dicet aliquis diſcipulus Chriſti: Ecce hic Chriſt9: ecce illic: ali9 autem dicet: Ecce in ſolitudine eſt: alius autẽ: ecce in domibus? Vide ergo ſi ad hæc dicere poſſumus qđ ait: Ecce hic: ecce illic: quoniam ecce hic: ecce illic non extra ſcripturam foras aſpiciendum eſt. Dicet enim qui ſeducere voluerit nos: & defendere contraria veritati: Ecce hic Chriſtus: demõſtrans verbi gratia hũc euangelii locum. Alterius autem erroris auctor dicet: Ecce hic Chriſtus: offerẽs ad exemplum alterũ textũ qui videtur defendere mẽdacii illi9 verbum quod propoſuit vindicare et ſic ex lege: & prophetis: & ex apoſtolis: profert vnuſquiſq; quæ videntur defendere mendacium illud: vtpote veritatẽ. Vel ſic implet qđ ait: Ecce hic Chriſtus: ecce illic: oſtendens non Chriſtũ: ſed aliquẽ fictum eiuſdem nominis: vtputa: ſecundũ Marcionis doctrinam: & ſecũdum traditiones Valentini: aut Baſilidis longam fabuloſitatem: aut ſecundum Apellis aduerſus Paulum teſtimonium falſum. Erũt autẽ & alii plures qui dicturi ſunt diſcipulis: ex diuinis ſcripturis: coniungentes eis ſuũ proprium ſenſum. Ecce hic Chriſtus: ecce illic. Si autẽ dixerint vobis: Ecce in ſolitudine: nolite
A exire: Ecce in domibus: nolite credere. Quidã enim ſecreta proferentes dicũt: ecce in ſolitudine. Quando enim ſecretas: & non vulgatas ſcripturas proferũt ad cõfirmationẽ mẽdacii ſui: videntur dicere. Ecce in ſolitudine verbũ eſt veritatis. Secretę enim ſcripturę: recte ſolitudines appellãtur: in quibus aut pauci ſunt credentes: aut nullus. Quotiens autem canonicas proferũt ſcripturas: in qbus omnis chriſtianus conſentit: & credit: videntur dicere: Ecce in domib9 verbum eſt veritatis. Sed nos illis credere nõ debemus: nec exire a prima & eccleſiaſtica traditione: nec aliter credere: niſi queadmodũ per ſucceſſionẽ eccleſiæ dei tradiderũt nobis. Vel ſic eorum verborũ falſorum profeſſores quidam: quidẽ nec ab initio ſimulant ſcripturas: & ſic fallere tentant. Ideo æſtimo eos ſermones qui ſunt omnino extra ſcripturam oſtendere volens dixit: ſi dixerint vobis: Ecce in ſolitudine eſt: nolite exire de regula fidei. Eos autem qui ad ſchiſma ſimulãt diuinas ſcripturas: oſtendere volens dixit. Si dixerint vobis: Ecce in domibus: nolite credere. Quodcũq; profeſſi fuerint de ſcripturis: & de myſteriis quæ ſunt in eis ad demonſtrationẽ: nolite credere quę dicuntur. Veritas enim ſimilis eſt fulguri egredienti ab oriẽte: & apparenti vſq; ad occidẽtẽ. Qualis eſt veritas eccleſiæ dei: ab ea enim ſola ſonus in omnẽ terram exiuit: & in fines orbis terræ verba eorum: & velociter currit ſola vere veritas dei.

Secundum Matthęum. Cap. XXIIII.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipl'is ſuis: Sicut fulgur enim exit ab oriente: & apparet vſq; ad occidentẽ: ita erit & aduentus filii hominis. Et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de eadem lectione. Quæ eſt. XXX.

SCire debemus & illud: quoniã veritatis fulgor non aliquo quidem ſcripturarũ loco apparet: ex alio autẽ ſcripturarũ loco non defendit: ſed ex omni loco ſcripturarũ id eſt ſiue ex legis: ſiue prophetarũ: ſiue ex euangeliorũ: ſiue ex apoſtolorũ ſcriptura defenditur. Et exiẽs hic fulgor veritatis ab oriẽte (id eſt ab initiis Chriſti) apparet vſq; ad diſpenſationẽ paſſionis ipſius: in qua eſt occaſus ipſius. Et huic tali fulgori ſimilis eſt filii hominis aduentus: id eſt verbũ veritatis. Et ſic autẽ intelligere poſſumus qđ ait. Exit ab oriẽte: & apparet vſq; ad occidentẽ. Chriſtus verbum: eſſe & veritas: & ſapiẽtia oſtẽditur a primo initio creaturæ mũdi vſq; ad nouiſſimam apoſtolorũ ſcripturam. Id eſt a Geneſi vſq; ad apoſtolicos libros: poſt quas nullis ſcripturis ita credendũ eſt ſicut illis. Aut ita: quoniã lex et prophetæ vſq; ad Ioannẽ: in qbus eſt fulgor veritatis. Et oriẽs quidẽ eſt lex: occidens autẽ finis legis Ioannes. Sola autẽ eccleſia neq; ſubtrahit huius fulgoris verbum: & ſenſum: neq; addit quaſi prophetiam aliud aliquid. Sed ſi oportet ſubtiliter quærere ꝙ nõ ſingulariter dicta eſt oriens: neq; ſingulariter occidẽs: ſed ita: ab orientibus vſq; ab occidentes: dicemus quoniã vna oriens: & vna occidẽs: lex & prophetæ vſq; ad Ioannẽ. Alia oriens vſq; ad occidentem: Chriſtus Ieſus vſq; ad Paulũ: cui nouiſſimo apoſtolorũ quaſi abortiuo apparuit Chriſtus. Cõſidera autẽ & hoc: quoniã vnam

ſuperius diximus abominationem deſolatio-
nis quę dicta eſt per Danielem prophetã ſtan-
tẽ in loco ſancto: ſuperaddit aũt quaſi de mul
tis: Exurgent eñ pſeudo Chriſti. Generaliter
enim vnus eſt antichriſtus: ſpecies autẽ illius
multę: tanq̃ ſi dicamus mendaciũ generaliter
vnũ eſt: ſecũdum differẽtias autem falſorum
dogmatũ inueniuntur multa eſſe mendacia.
Si enim mẽdaciũ nihil differt a mendacio: pu
ta Baſilidis: aut Marcionis: aut Valẽtini: aut
Apellis: aut aliquorum ſimilium: vnum vide-
tur eſſe mendaciũ. Si autẽ ſecundum diuerſa
dogmata mẽtiũtur: multi ſunt qui exurgũt.
Hi enim ſunt antichriſti: & quicunq; poſt eos
ſurrexerint. Sicut autẽ veri Chriſti: & vnius
facti ſunt qui a ſæculo fuerũt ſancti prophetę
pronuntiantes Chriſti paſſiones: & poſtmodũ
glorias eiꝰ futuras: ſic mihi intellige ſecundũ
vnũquẽq; pſeudo Chriſtũ multos eius falſos
prophetas. Non ergo alicuius vnius mẽdacii
doctores: ſed omniũ pſeudo prophetę ſunt il-
lius antichriſti: cuius falſos ſermones p̃dicant
D quaſi veros: & docẽt. Secũdũ hęc ergo quę di-
ximus: qui eccleſiaſtice docent verbũ: ꝓphetę
ſunt Chriſti. Qui autẽ Marcionis: vel aliciuꝰ
eorũ prędicãt verbũ falſum: ꝓphetę ſunt anti
chriſti eiꝰ: qui eſt ſecũdũ Marcionẽ: id eſt illiꝰ
mẽdacii qđ introduxit Marcion: & alii falſi ꝓ
phetę ſunt mẽdacii illius qđ eſt ſecundũ Baſi
lidem. Alii vero illiꝰ qđ eſt ſecundũ Apellem.
Similiter dices & de prædicatoribꝰ ſingularũ
hæreſum. Omnia eñ pſuaſoria quę ꝓferũtur
ad defenſionẽ Antichriſti verbi: ſigna ſunt il-
lius Antichriſti & ꝓdigia quęcũq; ſuggerunt
a ſapiẽtiſſimo omniũ beſtiarũ terræ ſerpẽte: &
a magno ſenſu principe Aſſyriorũ ſigna ſunt
magna: & prodigia: vt in errorem inducãtur
ſi poſſibile eſt etiã electi. Exaggerationis autẽ
ſermo eſt dicens: Si poſſibile eſt. Non enim ꝓ-
nuntiauit: neq; dixit: vt in errorem mittãtur
etiam electi: ſed oſtẽdere vult quoniã frequen
ter valde perſuaſorii ſunt ſermones hęretico-
rũ: & cõmouere potẽtes etiã eos qui ſapienter
audiũt. Sed prædicẽte nobis omnia ſaluatore
neq; in ſolitudinẽ exeamus: neq; qui profiten-
E tur Chriſtum in domibus eſſe credamus. His
autẽ quæ diximus adiiciamus adhuc: quoniã
omnis ſermo profitẽs ſe eſſe veritatẽ cũ nõ ſit
veritas: ſiue apud gentiles: ſiue apud barba-
ros: aliquo modo Antichriſtus eſt: volẽs ſedu
cere quaſi veritas: & ſeparare ab eo qui dixit:
Ego ſum veritas: propterea nõ debemus attẽ
dere eis qui dicũt: Ecce hic Chriſtus: nõ autẽ
oſtendunt eũ in eccleſia quæ plena eſt fulgore
ab oriente vſq; ad occidentẽ: quę plena eſt lu-
mine vero: quę eſt columna: & firmamẽtũ ve-
ritatis: in qua tota totus eſt aduentus filii ho
minis: dicentis omnibus qui vbiq; ſunt. Ecce
ego vobiſcũ ſum omnibꝰ diebus vitæ vſq; ad
cõſummationem ſæculi. Et vbicũq; fuerit: qđ F
ſecundũ eſt diſpenſationẽ paſſionis eius: cada
uer eius: qui ideo cecidit vt erigat eos qui ce-
ciderunt: illuc cõgregabũtur: nõ qualeſcũq;:
ſed aquilæ diſcipuli. De quibus etiam prophe
ta dicebat. Pennigerabũt ſicut aquilæ: & cur-
rent: & non laborabũt: & ibũt: & nõ eſurient.
Et Salomon in prouerbiis aſſimilat eum qui
in deo eſt diues: dicens. Paratæ ſunt ei pennæ
ſicut aquilę: & cõuertetur in domũ præpoſiti
ſui. Et vide quoniam non dixit: Vbicunq; fue
rit cadauer: ibi congregabũtur vultures: aut
corui: ſed volens oſtẽdere magnificos: & rega
les eſſe omnes qui in paſſionem domini credi
derunt: proprie dixit: Vbi fuerit cadauer: illic
congregabuntur & aquilæ. Statim poſt tribu
lationem dierum illorum ſol obſcurabitur: et G
luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent
de cælo: & virtutes cęlorum mouebuntur. Et
tunc patebit ſignum filii hominis in cælo: et
tunc plangent ſe omnes tribus terrę. Conſide
rantes maiores propoſitiones incurrere q̃ eſt
ſenſus hominũ etiam eorũ qui plurimũ in ſa-
pientia profecerũt præ aliis: age diſcutiamus
ſermonẽ. Primũ quidẽ quærẽtes quæ facile re
cipi poſſunt ad expoſitionẽ euangelici textus
quaſi domino in ipſo prophetante: deinde re-
quiremus quę ſit veritas horũ verborũ: ſecun
dũ eos qui altius: & ſubtilius eſſe aliquid arbi
trantur in verbis: ſeruãtes conſequẽtiã mora
liũ traditionũ etiam ĩ his quẽadmodũ ſupra.
Dicet ergo aliquis. Quẽadmodum in magnis H
ignibus ſuccendi incipientibus: tenebræ ex fu
mo plurimo videntur extolli: ſic in cõſumma
tione mũdi ab igne qui accẽdẽdus eſt obſcura
bũtur etiã luminaria magna: vt ſole obſcura-
to cõſequẽter obſcurationi ſolis etiã luna ĩpe-
dita nec a ſole percipere lumẽ: nec propriũ lu-
men dare ſinatur. Et ſic neceſſe eſt cõprehen-
dant mũdi naturã primũ tenebræ magnę. Sic
autẽ permarceſcẽte ſtellarum lumine reliquũ
earũ corpus craſſius factũ: non valeat exaltari
ſicut primũ cũ a lumine ipſo portatũ extolle-
batur: cadet de cælo. His accidentibus conſe-
quẽs eſt: cælorũ rationabiles virtutes patien-
tes ſtuporẽ cõmotionẽ aliquã pati: & contur-
bari: remotas videlicet a primis functionibus
ſuis. Ita qui hęc ſic intelligit eſſe: adiiciet quia
ſignum filii hominis in quo cęleſtia facta ſunt
quæ in cęlis erant: & q̃ in terris: tũc apparebit
vtputa virtus quã operatꝰ eſt filius ſuſpenſus

in ligno: & in cælo maxime fulgebit ſignũ ip-
ſius: vt homines ex oībus tribubus qui prius
nõ crediderunt chriſtianitati annuntiatę: ad-
huc autẽ male de ea dixerunt: tunc recogno-
ſcẽtes per ſignum illud manifeſtatũ: plangent
ſe: & lamẽtabunt propter ignorantiam ſuam:
atq; peccata: quia verbum domini non recepe-
A rũt. Alius vero aliter arbitrabitur de his ver-
bis: quoniã ſicut hęc verba demõſtrãt: nec per
ignem fiet mũdi corruptio: ſed per defectionẽ
ipſius. Et alius vtitur exemplo: quoniã ſicut
deficiẽte lumine lucernæ paulatim minuitur
lumen: ſic cæleſtium luminũ deficiente nutri
mine: ſol obſcurabitur: iam non habẽs ſuper ſe
venientia ſpiramẽta ab eis. Maiore autẽ lumi-
nari hæc patiẽte: multo magis & luna nec ip-
ſum poterit exhibere ſplẽdorẽ igneũ illum: &
ſecũdum defectiones ſuas apparẽtẽ. His ergo
cõtingẽtibus ſuper ſolẽ: lumen etiã ſtellarum
deficiet: vt qđ remanſerit in eis quaſi terrenũ
cadat de cælo. & oẽs cælorũ virtutes his acci-
dentibus mouebũtur. Sicut enim in diſpenſa-
tione crucis: ſole deficiẽte tenebræ factæ ſunt
ſuper omnẽ terrã: ſic & ſigno filii hominis ap-
parente in cælo deficiet ſolis lumẽ: & lunę: ad-
huc & ſtellarum: quaſi cõſumptũ a multa vir
tute ſigni illius. Quo apparẽte: quæ tũc in ter
B ris remãſerint trib⁹ plãgẽt ſe. Vtetur ad hæc
exẽplo Eſaiæ ꝓphetę: dicentis hoc modo. Ecce
dies dñi inſanabilis venit: irę & furoris: pone-
re orbẽ terræ deſertũ: & peccatores perdere ex
ea. Stellę enim cæli & orion & oĩa ornamenta
cæli nõ dabunt lumen ſuũ: & obſcurabitur in
oriẽte ſol: & luna non dabit claritatẽ ſuam. Et
præcipiã orbi terræ mala: & impiis peccata eo
rũ. Itẽ & de Ioel talia. Ante faciẽ eius cõfunde
tur terra: & mouebiť cęlũ. Sol & luna cõtene-
bricati: ſtellę nõ dabũt lumen: & dñs dabit vo
cem ſuã ante faciem virtutis ſuæ: quia valida
ſunt caſtra eius nimis: quoniã fortia ſunt ope
ra verborũ eius. Item: Et dabo prodigia in cæ
lo ſurſum: & in terra ſanguinis: & ignis: & va
porum. Sol cõuertetur in tenebras: & luna in
ſanguinem: priuſq̃ veniat dies dñi magn⁹: &
pręclarus. Et his ſimilia multa inuenies ĩ ſcri-
pturis: ſi nihil aliud in locis euangelicis aſpi-
cere volueris ꝑter ſimplicia verba. Nã & ſecũ
dũ hoc qđ dicit: tũc plangẽt ſe oẽs tribus ter-
ræ: quaſi nulla habẽs opus interꝑtatione: acci
C pies de propheta Zacharia talia verba. Et erit
in illa die: quęrã auferre omnes gẽtes quę ve-
niũt ſuper Hieruſalem: & effundam ſuper do
mũ Dauid: & ſuper oẽs habitãtes in Hieruſa-
lem ſpiritũ gratię & miſerationis: & reſpiciẽt
ad me propter qđ ſaltauerũt: & plangẽt ſuper
ſe planctũ ſicut ſuper dilectũ: & dolebũt dolo-
re: ſicut ſuper primogenitũ. In illo die magni-
ficabitur planctus ſuper Hieruſalẽ: ſicut plan
ctus maligranati in campo exciſi: & plãget ſe
terra per tribus: tribus dom⁹ Dauid ſeorſum:
et mulieres eorũ ſeorſum. Tribus domus Na
than ſeorſum: & mulieres eorũ ſeorſum. Tri-
bus domus Leui ſeorſum: & mulieres eorum
ſeorſum. Tribus domus Simeon ſeorſum: &
mulieres eorum ſeorſum. Omnes tribus quæ
ſubrelictę ſunt ſeorſum: & mulieres eorũ ſeor
ſum. Videbiť ergo quibuſdã vſq; hoc ĩterpre
tationẽ debere ꝑducere: & nihil diſcutere ſu-
pra textũ. Quoniã autẽ qui loquiť de ſcriptu
ris diuinis debet curare non ſolũ ſimplices: vt
negligat cauſa eorũ illos qui poſſunt abundã
tius ſuſtinere verborũ ſubtiliũ naturã: ne for-
te falſę ſint traditiones huiuſmodi: & nihil ta
le: quale debet eſſe qđ a deo dici debeat de hu-
iuſmodi reb⁹. Propter huiuſmodi ergo viros: D
pauca quædã ſecũdũ qđ poſſumus moraliter
exponemus. Dicẽt autẽ huiuſmodi homines.
Quomodo poteſt dici de ſole: quoniam obſcu
rabitur lumen eius: quando Eſaias propheta
profectum aliquem ſolis in cõſummatione fo
re declarat: hic autem ſermo ademptionem?
Similiter & de luna Eſaias quidẽ refert: quo-
niã erit ſicut ſol: præſens autẽ ſermo: quia nõ
dabit lumẽ ſuum. De ſtellis autẽ talia dicent:
quoniã de terra in cælum / multum ſpatiũ eſt:
maxime vſq; ad zonam mediã in qua nõ ſunt
erraticę ſtellę. Secundũ cõſiderationẽ ergo al-
titudinis eius eſt æſtimare: quoniã niſi ſupra
modũ eſſent magnæ ſtellæ: neq; ex tãto ſpatio
lumen eoꝝ videretur ab omnibus qui ſunt in
omni parte terrarũ. Sicut aũt quidã dicere tẽ
tant: aut oẽs: aut plures earum maiores eſſe q̃
ipſa eſt terra: argumento vtentes ad cõmẽdã-
dã rationẽ verborũ ſuorũ: qm̃ omne cęlum in
modũ ſpheræ collectũ vniuerſam cõplectitur
terrã: dicent etiã aliqđ tale. Quoniã qui veri
tatẽ dictorũ iſtorũ ſimpliciter ex ipſo colligũt
textu: rẽ natura ipſa impoſſibilẽ dicũt vt poſ-
ſibilẽ: vt ſtellę tantæ magnitudinis cadant de
cælo. Quo eñ & cadãt cum magnitudini ea-
rũ non ſufficiat terra: nec capere poſſit (vt ita
dicã) magnitudinẽ duarũ ſtellaꝝ? Pone tamẽ
capere eã duas: vel tres: nũquid & tantã mul-
titudinem capere poteſt? Nã ergo aliqđ aliud E
forte moraliter ſentire oportet ĩ ſcripturis di
uinis. Et audacię quidẽ eſt: neceſſariũ autem.
Tamen multo tractu opus eſt in his locis: qui
vult ſimul & poſſibilitatẽ oſtendere ſcriptura
rũ: & veritatẽ. Dicẽt ergo obſeruãdũ: ſolẽ eſſe
diabolũ: q trãſfigurat ſe ĩ angelũ lucis: & quaſi

ſol multos ſeducit. Quoniam ergo in cõſum-
matione eſt arguẽdus: cũ ſit tenebræ: ſimulat
autem eſſe ſe ſolem: propterea de illo intelligi
poteſt quod ait. Sol obſcurabitur. Et dicet ho
neſtiorẽ eſſe hanc rationem q̃ æſtimare talem
ſolem paſſurũ obſcuritatem. Omnes (inquit)
cõſentire conuenit abſq; periculo aliquo huic
probato ſermoni de huiuſmodi ſole ſic obſcu-
rando: & ſecũdũ conſequentiã huiuſmodi ſo-
lis intelligenda eſt etiã luna quæ videtur illu
minari ab huiuſmodi ſole. Omnis enim eccle-
ſia malignãtiũ: quæ frequẽter lumẽ ſe habere:
et dare promittit: tũc autẽ arguita: & manife
ſtata cũ reprobatis dogmatib⁹ ſuis: non dabit
claritatẽ ſuã. Sed & quicũq; ſiue in dogmati-
bus: ſiue in virtutibus falſis: hoĩbus quidẽ ꝓ-
mittebãt veritatẽ: mẽdaciis autẽ ſeducebãt ſe
attẽdẽtes: hi cõueniẽter dicendi ſunt ſtellę ca
dentes de cęlo. De cælo autẽ (vt ita dicã) ſuo:
vbi erant altitudines cõſtitutæ extollentes ſe
aduerſus ſciẽtiam dei. Ad cõmẽdationẽ autẽ
ſermonis huiuſmodi: vtẽtur exẽplo ꝓuerbio-
rũ dicẽte. Lumen iuſtorũ ſemper inextinguibi
le eſt. Lumen autẽ impiorũ extinguetur. Sciẽ-
tiã quidẽ verã quã illuminauerũt ſibi qui au-
dierũt dicẽtẽ: illuminate vobis lumẽ ſcientię:
lumen eſſe iuſtoꝝ: falſam autẽ ſcientiã lumen
eſſe impiorũ. Et ſanctorũ quidẽ lumen ſemper
inextinguibile eſſe: cadẽtiũ autẽ a veritate lu
men extingui. Obſcurabitur ergo lumẽ ſolis
illius quẽ diximus: & lunę illius quã expoſui-
mus: ſed & omnes qui extollunt ſe cõtra ſcien
tiã dei cadẽt ab altitudine ſua qua ſe arbitra-
ti ſunt eſſe cælũ. Forſitan & ſic cõuenit qđ eſt
F dictũ. Videbam Sathanã ſicut fulgur cadẽtẽ
de cælo. His autẽ accidentibus de huiuſmodi
ſole: & luna: & ſtellis: virtutes cęlorum diuinę
nõ omnino immobiles erunt: ſed mouebũtur:
quando arguitus fuerit ille obſcuratus ſol: &
luna illa non exhibebit claritatẽ ſuam: & tales
ſtellę ceciderint: ſicut & Iudas dicit in epiſto-
la ſua: Tunc qđ clarũ eſt apparebit in cælo: &
omnis qui portauit imaginẽ cæleſtis. Cũ autẽ
hæc ita fuerint facta: tribus quidẽ cæli lætabũ
tur: terræ autẽ tribus quæ imaginẽ portaue-
runt terrę: plangent ſe. Adhuc autẽ pro com-
mendanda huiuſmodi ſua traditione adiiciet
dicẽs: qui hãc fecit interpretationẽ: quoniam
ſenſibili ſole obſcurato: vt hoc ita eſſe conce-
datur: & luna claritatẽ non dante: & cadenti-
bus ſtellis: nec eſt poſſibile eſſe hominũ tribus
in terris. Si autẽ poſſibile nõ eſt: vtiq; nec ſecũ
dũ qđ loquiť textus: & plangẽt ſe trib⁹ terræ.
Tunc ergo ſicut ait dominus in euãgelio: qui
nunc rident: tunc plãgent ſe: & plãgent quaſi
quis in tribubus terrę. Secũdũ hęc: & Eſaię ſer G
mones: & Ioelis: tẽtabit interpretari: qui vult
ad moralem expoſitionẽ ſubleuare quæ dicta
ſunt. Adhuc autem ad ea quę dicta ſunt de ca
dentibus ſtellis: non ſine ratione eſt aſſumere:
de reuelatione Ioannis: de tertia parte ſtella-
rum tracta a cauda draconis in terram. Dicit
enim ita. Et viſum eſt aliud ſignum in cælo: &
ecce draco magnus rufus habẽs capita ſeptẽ:
& cornua decem: & ſuper capita ſua coronas
ſeptem: & cauda eius traxit tertiam partẽ ſtel
larum cæli: & miſit eas in terram. Omnia hęc
exponere ſingillatim de capitibus ſeptem dra
conis: quæ forſitan poſſunt referri ad aliquos
principes rerum nequitiæ: ſiue ad tanta ducẽ
tium ad mortem peccata: nõ eſt temporis hu-
ius. Exponentur autem tempore ſuo in reue-
latione Ioannis. Sed & decem cornua dicere:
quoniam ſunt regna ſerpentinæ malitię: & ha
bentis ſerpẽtis naturam: & ſemper pectore: &
ventre incedere per peccata: nec modo expone
re tempus eſt. Quid narratio pręſens de ſeptẽ
diadematibus quæ draco videtur habere ſu-
per ſeptem capita ſua? Vt puta diademata per
ſingulos qui iungũtur ſuſcipit aliquod caput
draconis. Has autem prĩcipales expoſitiones
atq; probationes oportet fieri cũ ipſe liber pro
poſitus fuerit nobis ad exponẽdũ. Nunc autẽ H
hoc ſolum oportet de reuelatione illa expone-
re: quoniã cauda draconis traxit tertiã partẽ
ſtellarũ cęli: & miſit eã in terrã. Aeſtimo enim
quoniã qui debet audire: poſt dominũ deum
tuum ibis: & venite poſt me: ad hęc quidẽ ob-
ſtruit aures ſuas: peccatũ autem ſequitur: tra
hitur a cauda draconis vadẽs poſt eũ. Si autẽ
contigerit eũ qui ſic vixit vt audiat: vos eſtis
lux mũdi: & aliquãdo ſplenduerint opera eius
bona: hic aliquando cõſtitutus ſtella: & in cæ-
lo habens cõuerſationẽ: ſi auulſus fuerit a dra
cone in terrã: hic erit ſtella a cauda draconis
tracta: & miſſa in terrã. Sic ſtellæ a cauda dra-
conis trahũtur: & mittuntur in terram. Sunt I
autẽ aliæ: quarum pars aliqua obſcuratur: &
qđ maius eſt quidẽ luminoſum eſt: quas vide
tur oſtendere de reuelatione ſermo ſic habẽs.
Et quartus angelus tuba cecinit: & percuſſa
eſt tertia pars lunę: & tertia pars ſtellarum: vt
obſcuretur tertia pars eorum. Sunt quidam
autem qui nec omnino ſeruauerunt qđ dictũ
eſt: Sic luceat lumen veſtrum coram homini-
bus: nec omnino extincti: & obſcurati ſũt: ſed
ex parte. Quidam enim propter ſciẽtiam qui
dem fulſerunt ſicut ſplendor cæli: quidam au
tem ꝓpter cõuerſationẽ facti ſunt ſicut ſtellę.
Sed videmur quibuſdã nõ cõſequẽter ſecũdũ

præcedētes expoſitiones hęc protuliſſe:& pro
parte expoſuiſſe.Quoniā illic qdē ſtellas caſu
ras diximus:qui videbant̄ fuiſſe ſtellę:nō autē
erāt.Hic autē de his qui vere fuerūt ſtellæ: &
aut ad plenū ceciderūt:aut ex parte.Ad quos
reſpondeamus. Quoniam proferentes exem=
pla hęc quę protulimus:hoc demonſtrauim⁹:
quia oīno ſtellę homines ſunt intelligēdi: non
quales ſtellę. Alioquin ille locus ſuā habet in=
terpretationē:& hic ſuam.Tamē his ita factis
parebit ſignū filii hominis in cælo: & plāgent
ſe tūc tribus terrę.Ad hæc nō eſt abſurdū vti
exemplis Zacharię prophetæ ita habentibus.
Et erit in illa die:quęrā auferre omnes gentes
quæ veniūt ſuper Hieruſalē:& effundā ſuper
domū Dauid:& ſuper habitātibus in Hieruſa
lem ſpiritum gratiæ & miſerationis: & reſpi=
cient ad me quoniā ſaltauerunt:& plangēt ſu
per ſe planctum ſicut ſuper dilectum:& dole=
bunt dolore ſicut ſuper primogenitum. Et in
die illo magnificabitur planctus in Hieruſalē
ſicut planctus mali granati exciſi in campo:&
planget ſe terra per tribus.Tribus domus Da
uid ſecundum ſe:& mulieres eorum ſecundū
ſe.Tribus domus Nathan ſecūdum ſe: & mu
lieres eorum ſecūdum ſe.Tribus domus Leui
ſecūdum ſe: & mulieres eorum ſecundum ſe.
Tribus domus Simeon ſecūdum ſe:& mulie=
res eorū ſecūdum ſe. Et omnes relictæ tribus
ſecundū ſe:& mulieres eorū ſecūdū ſe. Omne
igitur terrenū agmen cum ſit trib⁹ terræ: qđ
eſſe ſibi ipſi attribuerunt: maxime ſi oportet
in aliquo peccatorū abundātius plangere:plā
A gent cum ſimilibus ſuis.Arbitror autē ꝑ hæc
oſtendi differētias eorum qui vidētur in fide
fuiſſe & in ſuo agmine: nō autem placuerunt
deo.Eſt ergo dom⁹ Dauid plangens:qui ex po
pulo cōſtituti digna planctu egerunt: aut de
regibus & magnatibus.Qui autē ex doctori=
bus male vixerunt:ſunt tribus Nathan plan=
gens:quoniam Nathan fuit propheta:docere
autē eſt ꝓphetare. Ita qui ſunt peccatores: ex
his qui præpoſiti fuerunt eccleſiæ:& ſacerdo=
tium habuerūt iumentū:& nō bene diſpenſa=
uerunt prępoſiturā ſuam:tribus ſunt domus
Leui plangens. Et verū quidem dicere: vel de
his quæ diximus: vel de tribu Simeon:dei ſo=
lius eſt.Nos aūt in præſenti aptamus:quoniā
omnes qui cathecizati fuerūt: & īſtructi ſunt
diuino myſterio:nec fuerūt ordinati in aliqua
tribuum quas diximus ſupra:& peccauerunt
peccata grauia: quales ſunt plurimi laicorū:
tribus ſunt Simeon.Reliqui autem homines:
quas dixit tribus relictas:quas ſpecialiter non
B nominauit. Non autē qualecūq; eſt opus dice
re & de mulieribus ſingularū tribuum plan=
gētibus ſe:ſecūdū ſe.Et vide ſi potes in ſingu=
lis quibuſq; claſſibus eos quidem qui corpora
liores:& mūdialiores fuerūt:dicere mulieres.
Qui autē eorū cōparatione meliores fuerunt
viros fuiſſe. Et videbūt filiū hominis venietē
in nubib⁹ cū virtute & gloria multa.Quoniā
videtur ſuſcepiſſe eccleſia catholica cum aliis
traditionibus etiā de Chriſti aduētu ſecūdo:
quoniā erit in gloria:manifeſtū eſt.Vtrū autē
ſecundū qđ ſcriptū eſt in hoc loco: nubes cor=
porales: atq; ſenſibiles æſtimare debemus ve=
hiculū eſſe ipſius:& ſecūdū huiuſmodi nubes
multā illā virtutē:& gloriam expectare debe=
mus: aut iuxta obſeruationē verbi ſimplicio=
ris:etiā moraliter eſt conſiderandum:aut nec
omnino obſeruare debemus ſimplicitatē ver=
bi: ſed ſolūmodo moralē exequi intellectum:
non cuiuſcūq; eſt deliberare: & diligēter ſcru
tari ſingula loca:& poſtq̄ tractauerit verbum
ſecūdū ea: ſic pronūtiare qđ potiſſimū verius
ſit eorū:& cōtinēs euāgelicū ſenſum:& volun
tatem Chriſti:qui iſta locut⁹ eſt. *Sed* age: nos C
pauca de modica virtute: ſi tamen vel ipſam
habemus:exponam⁹ his in locis:& primū qdē
ſecūdum textū. Videbunt oculis corporalib⁹
filiū hoīs in ſpecie humana venientē ſuper nu
bes ſupernas:quæ ideo nubes cæli dicūtur: cū
virtute:& gloria multa.Et conueniūt huic ex
poſitioni quę ſuperi⁹ in euāgelio dicūtur hoc
modo. Cū aſſumpſiſſet Ieſus Petrū: & Ioannē
et Iacobū: eduxit eos ſup montē excelſum ni=
mis:ſeorſum: & tranſfiguratus eſt corā eis:&
ſplēduit facies eius ſicut ſol: & veſtimēta eius
facta ſunt ſicut lumē: & viſus eſt eis Moyſes:
et Helias colloquentes cū eo. Et ecce(inquit)
nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de
nube dicēs. Hic eſt filius me⁹ dilectus: in quo
complacui:ipſum audite. *Sicut* ergo quando
tranſformatus eſt: reſplenduit facies ei⁹ ſicut
ſol:& veſtimenta eius facta ſunt ſicut lumē:et
vox venit de nube dicens: Hic eſt filius meus
dilectus: in quo cōplacui: ſic cū venerit iterū
forſitan in ſpeciē tranſformabitur glorioſam:
aut ſicut tunc trāſformatus eſt coram tribus
diſcipulis ſuis: poſtea veniet nō ſuper vnā nu
bē:ſed ſuper multas:quę erunt vehiculū eius.
Quoniā autē conſequēs eſt vt in meliorē glo=
riam reformetur:q̄ fuit tranſformat⁹ in mōte
manifeſtum eſt ex eo ꝙ tunc quidem corā tri=
bus tantūmodo tranſformatus eſt: in cōſum=
matione autē mundi totius:apparebit in glo=
ria multa: vt videāt eum omnes in gloria.Et
tunc quidē deſcēdēs lucida nubes adumbra=
uit eos:poſtea aūt multę nubes portabūt filiū

hominis: veniētē cum vehiculo digno gloriæ
D suæ. Dicet autē aliquis: quoniā ſicut in fictio-
ne hominis accepit deus limū de terra: & fin-
xit hominē: ſic vt appareat gloria Chriſti acce
pit deus de cælo & de cęleſti corpore: & corpo
rauit primū quidē in nubē lucidā: in conſum
matiōe autē in nubes lucidas: ꝑpter qđ & nu
bes cæli dicunt: ſecundū ꝙ & limus terræ eſt
dictus. Et decet patrē talia mirāda donare fi-
lio ſuo: qui ſeipſum humiliauit: & ꝑpter dile-
ctionē nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē
deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui
accipiēs: & factus eſt agnus dei vt tollat mun
di peccata. Propter hoc em̄ & deus ſuperexal-
tauit eū: & donauit illi nomen quod eſt ſuper
omne nomē. Non ſolū autē exaltauit eū ſecū-
dum ſpiritū: ſed etiā ſecundū corpus: vt p oīa
ſit exaltatus. Et corpus qđ ſuſcepit de virtu-
te altiſſimi: & de virgine huiuſmodi miniſte-
rium miniſtrāte: debebat honorari vt & ſuper
talibus nubibus veniret. forſitan ſup nubibus
animatis & rationabilib⁹: vt ne ſine anima &
irrationabile eſſet vehiculū filii hominis glo-
rificati: ſicut fuit ſine anima currus: irrationa
biles aūt equi in qbus viſus eſt aſſumi Helias
ſecūdū ſcripturā dicētē. Et ecce currus igne⁹
et equi ignis. Quoniā aūt animatę: & rationa
biles nubes erunt: quæ erūt vehiculū filii dei:
ꝓferimus exēpli cauſa qđ dicit. Et veritas tua
vſq; ad nubes. Et iterū. Mandabo nubibus ne
pluant ſuper illā pluuiā. Maxime aūt ex eo qđ
dicitur. Et ecce nubes lucida adūbrauit eos:
et ecce vox de nube dicens. Non qa nubes filii
erat pater: ſed (vt ita dicā) verbū dei factū eſt
ad eam: ſicut factum eſt ad prophetas: & ſicut
qui audit Eſaiam dicētē: Filios genui: & exal-
taui: ipſi autē me ſpreuerunt: non Eſaiam: ſed
deum patrem audit in Eſaia: ſic qui audiebāt
de nube vocem dicentem: Hic eſt filius meus
dilectus: non nubem: ſed patrē in ea teſtifican
E tem glorię filii audiebant. Si ergo ante paſſio-
nis diſpenſationē talis fuit nubes prophetans:
quid debemus dicere de nubib⁹ cæli: ſup qui-
bus veniētem filium hominis videbunt cum
virtute: & gloria multa qui viderint eū tunc?
Et ſi quidē vt ne terram calcaret filius dei in
Hieroſolymis: diligentes eum ſtrauerūt veſti
mēta ſua in via: neq; aſellū qui portabat eum
volentes terram calcare: quid mirum ſi pater
et deus omniū: nubes ſternat cæleſtes ſub cor
pore filii deſcēdētis ad opus cōſummationis?
Et primū quidē venit Ieſus cū virtute & glo-
ria qua glorificauerat eū pater: ex qua virtu-
te faciebat ſigna: & ꝓdigia in populo: & omnē
infirmitatē: & languorē ſanabat: propter quā
et dicebat: tetigit me aliqs: ego enim ſcio vir-
tutem de me exiſſe. Omnis autem illa virtus
cōparatione virtutis illius multę cum qua in
fine vēturus eſt: modica erat. Virtus em̄ erat
exinanientis ſeipſum. Virtus autē illa multa
de qua ſcribitur: Videbūt filiū hominis veniē
tem ſuper nubib⁹ cum virtute & gloria mul-
ta: erit dei verbi: qui reſtitut⁹ eſt in ſtatū quē
habuit a principio apud deum: priuſq̄ exina-
niret ſeipſum. Sic & multā gloriā eius intelli
ge incipiens a gloria vultus Moyſi: & tranſiēs
ad Heliam: qui viſi ſunt inglorii quando facta
eſt ſpecies vultus filii dei altera: & mutatū eſt
veſtimētum. Intelligēs autem etiā qđ dicitur
ſi enim qđ euacuat per gloriam: multo magis
qđ manet ī gloria: videbis multā illam gloriā
filii: de qua ſcriptū eſt: Cum virtute & gloria
multa. Adhuc autē magis ītelligēs: de qua lo
quitur textus: accipiens de actuum volumine
qđ taliter habet. Et cū hæc dixiſſet: vidētibus
illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eū ab ocu-
lis eorum. Et cum intenderēt in cælum eunte
illo: ecce duo viri ſteterūt in veſte alba: qui &
dixerunt. Viri Galilęi: quid ſtatis aſpicientes
in cęlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis
in cælum: ſic veniet quemadmodum vidiſtis
eum euntem in cęlum. Si enim credimus iſtis F
quibus nubes dicitur eum ſuſcepiſſe: & ſuſtu
liſſe in cęlum: quomodo non ſecundū textum
veniet de cælo ſicut viderunt eum euntem in
cælum diſcipuli eius? Et in reuelatione Ioan-
nis ſimiliter dicit. Ecce veniet cum nubib⁹ &
videbit eum omnis oculus: & qui eum pupu-
gerunt. Intelligat autem qui poteſt: vtrum id
ipſum eſt ſuper nubes cæli venire eū: & cū nu
bibus eum venire: aut aliæ quidē ſunt nubes
ſuper quas veniet: aliæ autem cum quibus ve
niet. Cōſidera autē in viſione Aegyptia Eſaiā
dicentē. Ecce dominus ſedet ſuper nubē leuē:
et veniet in Aegyptū. vtrū Aegyptum dicit
hāc quæ cōmuniter intelligit: an totū mūdū.
Secūdū em̄ ipſum Ioannē: locus in quo domi-
nus eorum eſt crucifixus: vocatur ſpiritaliter
Sodoma: & Aegyptus: ſiue totus mūdus: ſiue
Iudęa Sodoma & Aegyptus appellat. Qui aūt
ſuper nubē leuē venit in Aegyptū: primū aſcē
ſionē faciet in Iudæā. Rationis eſt em̄ veniētē
eum iterum illic primū fieri. Sodoma autem
vbi domin⁹ eorum crucifixus eſt appellatur.
ſicut & aliquādo dictum eſt ad populū illum
et principes eius. Audite verbū domini prin-
cipes Sodomorū: attēdite legem dei plebs Go-
morræ. In his traditionib⁹ vtitur etiam illud
qđ dicitur: Rapiemur in nubib⁹ obuiā domi-
no in aerem: & ſic ſemper cū domino erimus:

Et dicet. Si beati homines in nubibus rapien-tur in aerē: quid mirum eſt in nubibus filium dei venire cum virtute & gloria multa? Item nubes obumbrabat populū venientem ex Ae-gypto: Si iſta credūtur: quomodo non conſe-quens eſt: domino populi in vehiculū fieri nu bes cæleſtes vt ſedeat ſuper eas? Si autem reci

A pitur liber qui dicit: quoniam ſapiētia eſt quæ facta eſt populo tunc columna nubis in die: & flāma ignis in nocte: dicet aliquis: quoniā nu-bes ſuper quibus videbunt filium hominis ve nientē: virtus altiſſimi eſt: & ſpiritus ſanctus: quæ fient ei in nubibus cæli: vt veniat illis in-uectus. Cum ſit ergo fortior & nō contēptibi lis ratio hęc: qui vult quidē ſecundum vtrūq; modum ſuſcipere quę dicuntur: non reproba bit: & ſi dixerit q intelligibiles nubes in qui-bus veniet filius hominis: ſiue ſanctas & diui nas virtutes: ſiue beatiſſimos prophetas. Et di cet qui ſecundū & glorioſum verbi aduētum futurū hominibus in conſummationē ſæculi moraliter confitetur: ſicut ſupra diximus: tra ditum: ſed nō deſtruet etiā textum. Qui autē deſpiciens glorioſum: & ammirabilē textum loci: & ſicut dei amicus in ſolo ſpiritali putat cōſiſtere verū: ignoſcēdum eſſe dicet quaſi pu eris & paruulis in Chriſto: eis qui corporali-ter ſuſcipiunt iſta. Cum multa autē virtute venit quotidie ad animam omnis credētis ſe-cundus verbi aduentus in nubibus propheti cis: id eſt in ſcripturis prophetarum: & apoſto lorum: quę manifeſtāt eum: & in oībus verbis ſuis veritatis lumen oſtēdunt: & exorientem eum diuinis & ſuper humanā naturā intelle-ctibus ſuis declarant. Sic autem eis qui intelli gunt manifeſtatorem dogmatū in prophetis: atq; apoſtolis dicimus apparere etiā gloriam multam: quę in ſecundo verbi aduētu videt.

B Et mittet angelos ſuos cū tuba magna: & con gregabunt electos ei⁹ a quatuor vētis: a ſum-mis cælorum: vſq; ad terminos eorum. Simi-liter apud Marcū hoc dicit modo. Et tūc mit tet angelos ſuos: & cōgregabūt electos a qua-tuor ventis: a ſummo terræ vſq; ad ſummum cæli. Quod dicit Saluatorem mittere angelos ſuos cum tuba magna: quęcunq; eſt illa: ad cō gregandos electos eius: conſequenter dicitur eis: quę in parabola alia referuntur de ſemini-bus & zizaniis: & interpretans parabolam ſic dicit. Quoniam meſſis cōſummatio eſt. meſſo res angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur ziza-nia: & igni cremātur: ſic erit in cōſummatiōe ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius oīa ſcādala: & eos qui faciūt iniqtatē: & mittēt eos in caminū ignis: illic erit fletus: & ſtridor dētiū. Tunc iuſti ful gebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Tale & ali quid dicit in parabola ſagenæ miſſæ in mare. Ergo meſſores angeli mittuntur a Saluatore colligētes vniuerſa zizania: vt poſt hæc ſancti fulgeāt ſicut ſol in regno patris ſui: vt poſtea cōgregētur electi a quatuor ventis: a ſummis cælorū: vſq; ad terminos eorū. Cōſidera vtrū ſicut opinanť ſimpliciores: eos tātum q tūc in uēti fuerint in corpore cōgregādos: aut certe oēs qui in deo patre dilecti ſunt: & Ieſu Chri-ſto ſunt cōſeruati. Et vide niſi melius eſt dice re: congregādos eſſe ab angelis Chriſti oēs ab aduētu Chriſti vſq; ad conſummationē voca tos: atq; electos. Queres autē ſi etiā eos q fue-runt a cōſtitutione mūdi vſq; ad aduētū: ſi ta C mē electi Chriſti nō ſolū ſunt illi q ex aduētu ei⁹ ſunt ſancti: ſicut qdā magiſtri hæreſum di cūt: ſed oēs q a cōſtitutiōe mūdi fuerunt: q vi derunt ſicut Abrahā Chriſti diē: & diuina ex-ultatione exultauerunt in eū. Si autē nō tātū ſicut ſimplices arbitranť eos qui inuenienť in corpore cōgregaturi ſunt āgeli: ſed oēs Chri-ſti electos: cōſiderare eſt dignum qd interea fa ciētes: aut in quo loco cōmorātes cōgregabūt electos. Quoniā autē non tantum illos qui in corpore fuerint comprehenſi: dicit congregā dos Chriſti electos: ſed etiā illos qui de corpo-ribus ſunt egreſſi: manifeſtat ſermo dicēs con gregandos electos non ſolum a quatuor ven-tis: ſed etiam a ſummis cælorum vſq; ad ter-minos eorum. Nemini autem ſuper terrā ar-bitror conuenire quod ait: vt congregentur a ſummis cælorum: niſi forte eos qui inter ho-mines interim apud angelos docentes cęleſtia commorantur: congregabunt angeli ſancti: vt ante eruditos in ſummis cæli vſq; ad ter-minos eorum: & inſtructos tradunt perfecto magno deo verbo filio dei ad cōgregādum ei: & ad ſuſceptionē eorum quæ tradiderit filius dei his qui doctrinā cæleſtē ante ſuſceperint. Quoniā autē vmbra eſt hęc vita noſtra in ter D ris: cōſequēs eſt vt nunc lege & prophetis eru diantur qui in illa plenitudine temporis reli-qua ſunt ſcituri: & pleniora a filio dei ſcituri: ſecundū res ipſas cęleſtes: vt qui ſunt in ſum-mis cęlorum quaſi in quibuſdam eruditioni-bus ſint: vt poſſint poſtmodum capere ſapien tiam dei: magis autem ſapientiam ipſum fili-um dei: cum venerit quod vere perfectum eſt: et quatuor venti ex quibus electi Chriſti con gregabuntur intelligam⁹ quærētes quorum bonorum futurorum habuerunt vmbrā: quę in numeris ſunt cōſcripta de vnaquaq; tribu filiorū Iſrael. Vnde primus fuit ordo caſtrorū

Iuda cum virtute ipſorũ: conſtituens ad oriẽ=
tem: & cum his ex vtraq; parte Iſachar: & Za
bulon. Et ad Aphricum tribus Ruben: & ex
vtraq; parte: Simeon: & Gad: & trib⁹ Effrem
ſecundũ mare: & ex vtraq; parte Beniamin: &
Manaſſe nouiſſima. Et tribus Dan ad aquilo=
nem: & ex vtraq; parte Aſer / & Neptalim. For
ſitan ergo extũc: tribus egreſſę vmbræ erant
caſtrorũ ſecundũ myſteria veri Iſrael. Et ſicut
tũc ex quatuor ventis congregatę ſunt in Iu=
dęam: & in hęreditatẽ per Ieſum poſt Moyſen
pædagogum: & procuratorem inſtitutæ: ſic a
quatuor ventis angeli congregabunt electos.
A ventis autẽ non terrenis: a ſummis cœlorũ
vſq; ad terminos eorũ: vt ab Ieſu noſtro cõgre
gati percipiant diuinã / & verã hæreditatem.
E Apud Matthęũ ergo qui cõgregãtur Chriſti
electi: ex quatuor ventis cõgregantur: a ſum=
mis cælorũ vſq; ad terminos eorũ. Apud Mar
cũ autẽ: a quatuor ventis: a ſummo terrę vſq;
ad ſummũ cæli: poſtea autẽ a ſummis cælorũ
vſq; ad terminos eorũ. Intelliges autẽ eos qui
congregãtur a ſummo terræ: cõſiderans con=
uerſationẽ eorũ qui fuerũt in terris: & ſecũdũ
ꝙ poſſibile eſt perfectionẽ eorum qui ſunt con
uerſati in terris. Omnes ergo qui ſuper terrã
bene vixerũt: nõ ſimpliciter cõgregãtur a ter
ra: ſed a ſummo terrę: vtputa a ſumma cõuer
ſantiũ ſuper terrã. Si autẽ poſt ſummã cõuer=
ſatiõis quæ fuit in terris: ſuſceperit ſubſequẽs
cõuerſatio eos qui cõuerſationẽ habuerũt in
cęlis: nõ ſimpliciter a ſummo cælo ſicut a ſum
mo terræ: ſed a ſummis cælis: quoniam vnũ=
quodq; cælũ ſuæ inſtitutionis & initia habet
& pfectiones id eſt terminos. Vtputa poſt con
uerſationẽ ſummã quę fuit ſup terrã ſuſcipit
iterũ hominẽ conuerſatio vnius cæli: & perfe=
ctio quę in ea eſt. Iterũ ſuſcipit eũ ſecũda con=
uerſatio ſecũdi cæli: & perfectio quæ in ea eſt.
Iterũ ſuſcipit eũ tertia cõuerſatio tertii cæli:
et perfectio quæ in eo eſt. & ſic intellige mihi
multorũ cælorũ multarũ cõuerſationũ initia
eſſe: & terminos id eſt perfectiones: a qbus ini=
tiis: & terminis diuerſorũ cælorum cõgregat
F deus ſuos electos. Aut ita. A ſummis cælorũ
vſq; ad terminos eorũ. Cæli ſunt vel ſcriptu=
rę diuinę: vel auctores earũ in quibus habitat
deus. Sũma autẽ ſcripturarũ ſunt initia earũ:
termini autẽ cõſummationes earũ. Cõgregã=
tur ergo ſancti a ſummis cęlorum: id eſt ab eis
qui cœpto viuũt in initiis ſcripturarum: vſq;
ad eos qui viuũt in conſummationibus earũ:
ac vt plus dicã: a rudibus eorum vſq; ad perfe
ctos eorũ. Qui autẽ mittũtur angeli a Salua=
tore ad cõgregandũ electos eius: cõgregabũt
eos nõ cũ voce qualicũq;: ſed cũ tuba quæ vo=
catur magna: non vocẽ dantẽ incertã: ſed cer=
tam & manifeſtam: vt qui audierint: & didice
rint: parẽt ſe ad viã perfectionis: quæ ducit ad
filiũ dei. Quoniã aũt volumus intelligere qd
eſt tuba magna: debemus ſpiritalibus ſpirita=
lia cõparare. Age nũc & de tubis inquantũ ca G
pere poſſumus: breuiter exponamus: ſi tamen
poſſumus ex congregatione: & ammonitione
iſtorũ exẽplorũ intelligere: & magnã angelo=
rum tubã. Scriptũ eſt enim in numeris. Et lo=
cutus eſt dñs ad Moyſen dicens. Fac tibi duas
tubas argẽteas. Ductiles facies eas: & erunt ti
bi ad cõgregandã ſynagogam: & erũt tibi ad
promouẽda caſtra: & tubabis in eis: & congre
gabitur ad te omnis ſynagoga ad oſtiũ taber=
naculi teſtimonii. Si aũt in vna tuba venerint
ad te oẽs principes miliũ Iſrael: tubabis ſignifi
cationẽ primã & promouebũt caſtra quę cõſi
ſtũt ad oriẽtẽ. Et tubabis ſignificationẽ ſecun
dã: & ꝓmouebũt caſtra q̃ cõſiſtunt ad auſtrũ.
Et tubabis ſignificationẽ tertiã: & ꝓmouebũt
caſtra quę cõſiſtũt ſecũdũ mare. Et tubabis ſi=
gnificationẽ quartã: & tollẽt caſtra q cõſiſtũt
ad aquilonem. Ergo tubabũt tuba in ꝓmotio
ne eorũ. Et quãdo cõgregatis congregationẽ:
tubate & non ſignificatione. Et filii Aaron ſa=
cerdotes tubabunt tubis: & erit vobis legiti=
mũ ſempiternũ in generationibus veſtris. Si
autẽ exieritis ad bellũ in terra veſtra cõtra ad
uerſarios: tubabitis tubis & rememorabimini
in cõſpectu dei veſtri: & ſaluabimini ex inimi=
cis veſtris: & in diebus lętitię veſtrę: & in feſti
uitatibus: & neomeniis veſtris: tubabitis tu=
bis: & in holocauſtis veſtris: & in ſacrificiis ſa
lutariũ veſtrorũ: & erit memoria veſtri in cõ=
ſpectu dei veſtri. Ego dñs deus veſter. Vide H
etiã in iſtis: quoniã in prima ſignificatiõe tu=
bę ꝓmouẽt caſtra q̃ ſunt ſecũdũ orientẽ: in ſe=
cũda aũt ꝓmouẽt caſtra q̃ ſunt ſecũdũ auſtrũ
et vt breuiter dicã: ex quatuor ventis congre
gant ſacerdotes tubãtes: eos q ſunt ex caſtris
Iſrael: & ſecũdũ cõparationẽ ſacerdotũ tuban
tium: angeli Chriſti cũ tuba magna cõgrega
bũt electos ei⁹: a quatuor vẽtis. Sed ĩ numeris
quidẽ hęc facta ſcribũtur ĩ terris: in euãgeliis
autẽ a ſummo terræ vſq; ad ſummũ cæli. Poſt
hęc autẽ a ſummis cęloꝝ vſq; ad ſumma eoꝝ.
Et forſitan lex vmbrã habet futurorũ bonoꝝ:
et in numeris quoq; qđ poſitũ eſt de tubis: &
ordinibus Iſrael: vmbra eſt futuroꝝ. Ne forte
ergo argenteæ tubę: quoniã argẽtũ in multis
locis ꝓ verbo ſuſcipiť: magna vox verbi intel
ligiť tuba argẽtea cõgregãs vnũquẽq; in ordi
ne. Secũdũ vmbrã qdẽ ſicut Moyſes noĩauit:

ſecundũ myſteriũ autẽ:ſecundũ qđ dicit Paulus in epiſtola ad corinthios ſecũda.Primũ autẽ cum tubis rationabilibus promouẽt caſtra. Ita legiſlatio fit de his rebus quę ad bellũ pertinẽt Iſrael memorantis per illã ſignificationem tubarum bellicas res. Quę tubæ ferũt eos qui cõmemorãtur per eas ſignificationes tubarũ: ad ſaluandũ eos ab inimicis eorũ. Voces autẽ argẽtearum: & productiliũ tubarũ in diebus lętitię Iſrael:quę aſſumũtur in neomeniis ipſorũ:erant vmbrę futurarũ neomeniarũ: de quibus dicit apoſtolus:nemo vos iudicet in eſca: aut in potu:aut in partẽ diei feſti:aut neomenię:aut ſabbatorũ: quę ſunt vmbra futurorũ. aſſumuntur autẽ & in holocauſtis:& in ſacrificiis ſalutariũ Iſrael:quas ſignificatiões tubarum exemplo:&vmbra cœleſtis culturę quaſi alicuius cœleſtis & conuerſationẽ habentis in cœlũ exponere cõuenit.Hęc autẽ exempla acccepim⁹:vt vel ex parte ĩtelligere valeamus qđ ſcriptũ eſt.Mittet angelos ſuos cum tuba ma-
A gna:& cõgregabũt electos eius.Euãgelicas autẽ tubas oſtẽdit & in prima ad theſſalonicẽſes apoſtolus dicẽs. Hoc autem vobis dicimus in verbo dñi:quoniã nos qui viuimus: q remanebimus ĩ aduẽtu dñi: nõ pręueniemus eos qui dormierũt:qm̃ ipſe dñs in iuſſu:& in voce archangeli:& in tuba dei deſcẽdet de cœlo.Item ad corinthios prima. Oẽs quidẽ dormiemus: non autẽ oẽs immutabimur:ĩ momẽto:in ictu oculi: ĩ nouiſſima tuba.Tubabit enim:& mortui reſurgẽt ĩcorrupti:& nos immutabimur. Eſt autẽ & aliqua ſecundũ legẽ/& tubarũ feſtiuitas:neomenia ſeptimi mẽſis:forſitan myſteriũ alicuius veræ feſtiuitatis:& tubæ alicuius
B ſpiritalis & magniloquii.A ficu autem diſcite parabolam.Quãdo em̃ iam ramus eius factus fuerit tener:& folia producit:ſcitote quia prope eſt ęſtas.Sic & vos cũ videritis hęc oĩa:ſcitote:quia ꝓpe eſt in limine.Amẽ dico vobis:quoniam non pręteribit generatio hæc:donec oĩa fiant.Cœlũ:& terra tranſibũt:verba autẽ mea nõ tranſient. Quomodo de ficu ſimilitudo eorum quæ dicta ſunt ĩtelligi poſſit:ſecundũ qđ poſſumus exponemus.Ne forte totus hic mũdus & cõſummatio eius fico aſſimiletur:vnuſquiſq; proficiſcẽtium ad vitam beatam:vt videat Chriſti verbi glorioſum in ſe & perfectũ aduentũ: fico ſimilis habeatur! Sicut em̃ ficus in tẽpore quidẽ hyemis:vitalẽ qdẽ virtutẽ habet in ſe:abſcõditã aũt habet eã:& nõ ſatis manifeſtã:poſtmodũ aũt cũ virtus ipa vitalis prodire cœperit ad manifeſtationẽ ꝑtereũte hyeme ex ipſa valitudine eius ramus efficitur tener:ꝓducit & folia:& ſicut arbor ĩ virtute ipſa folia habet:& fructus:& primũ quidẽ eſt gẽma.deinde paulatim proficiſcitur: nouiſſime autem eſt in ipſo effectu:ſic & mũdus:& vnuſquiſq; eorũ qui ſaluãtur ĩ fine ante Chriſti aduẽtum quaſi in hyeme: in ſe abſconſam habet vitalẽ virtutẽ:Chriſto autẽ inſpirãte qui ſunt teneri & nõ duricordii rami:& quę abſcõdita erãt in eis: ꝓgrediunť in folia ęſtate inſtãte:& manifeſtos fructus oſtẽdunt: quos qui aſpicit in Chriſto iãvidet.Sic & in aliqua parabola refertur paſtoris:ſicui placeat etiam illum lege- C
re librũ:qm̃ ſęculum pręſens hyems eſt iuſtis: qui apparẽt ſimiles proximis ſuis natura & arboribus videlicet cęteris ficcis:tpe aũt opportuno in fructibus ſuis apparẽt.Si autẽ & ĩ primo pſalmo tale aliqđ fit: qđ de beato dicitur illo:ꝙ erit tanq̃ lignũ qđ plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ:qđ fructum ſuũ dabit in tẽpore ſuo:& foliũ eius non defluet:& oĩa quæcũq; faciet proſperabunť:& tu cõſydera qđ eſt ſcriptũ:hyems trãſiuit:abiit ſibi: flores apparuerunt in terra: ſicut ſcriptũ eſt in cantico canticorum:ex quo Chriſtus aduenit qui tẽperiem introduxit:& hyemales ſpirit⁹ fecit ceſſare: & ficus:id eſt mundus tenerũ ramũ:id eſt eccleſiam:fecit:nunc quidẽ folia proferẽtem:donec eſt in proximo æſtas:nondum tamen aduenit. Facta autem æſtate plenius perfectos & maturos Chriſto ficus pręſtabit:quãdo ſecũdũ Hieremiam ficus bonę:bonę ſunt valde:cõgregatę in cophinis bonorũ ficorũ:ex quibus Chriſtus accipere vult: & quaſi edere dulcedinẽ eorũ.Abſit autẽ a nobis:vt Ieſu veniente ad nos: & volẽte mãducare de ficu: vt nõ inueniatur fructus ĩ ea.Si em̃ nõ fuerit inuẽtus fructus in ea:dicet ad eam in ſuo aduentu:quę non oſtẽderit fructus.Nunq̃ ex te quiſq̃ fructum manducet. Poteſt autẽ ficus illa intelligi populus D
circũciſionis:ad quos eſuriẽs dominus veniet: et cũ non inueniſſet fructum in ea:ſed ſolã ſpeciem vitalem:dixit. Nũq̃ ex te quiſq̃ fructum manducet.Propter qđ in aduentu eius continuo arefacta eſt illa ficus:id eſt populus ille:illa autẽ altera ficus quæ quãtum ad priora tẽpora ſterilis erat:q̃ fuerat iã excidẽda: propter ea ꝙ nullam habuerat adhibitã ſibi diligentiã a ſuo foſſore: cũ ſtercus illi cœperit circũmitti proferet fructus:quę aliquãdo euacuauerat terram:nunc autẽ largiores fructus producet etiam pro tẽpore tranſacto in quo ſterilis fuit. Et vnuſquiſq; noſtrum poſt hyemes tentationum:& poſt triſtitiã periculorum tranſactoꝝ ad ęſtatẽ feſtinat:proferẽs tenerum ramũ:non illũ durum:ſed molle cor ad credẽdum deo:& profectus noſtri ꝓferant folia:interim & flores

operũ:vt poſtmodũ etiam perfectiſſimos fru‑
ctus cũ venerit qđ perfectum eſt in Chriſtũ ex
hibeamus. Adhuc & ipſi qui ſaluãtur habẽt in
ſe veram vitẽ:eum qui dixit:ego ſum vitis ve
ra. Et ſecundũ ęſtimationẽ vitis:& ficum verã
offerẽtẽ ſalutares fructus:vbi requieſcit vnuſ
quiſq; ſecũdum ſpiritalem promiſſionem dei
ſub vite ſua:& ſub ficu ſua. Et vitis quidem il
la in his qui proficiũt floret:& dat ſuum odo‑
rẽ. Ficus aũt & ipſa ꝓfert fructus ſuos:vt poſt
dignũ profectũ: digni efficiantur cœleſtibus
torcularibus fructus eorum: & cophinis fico‑
rũ valde bonorũ eius ficí:quæ teneros fructus
et bonos protulit ante æſtũ. Cui⁹ fructus etiã
languẽtes/nõ autẽ pigritantes orare/medicã
tur:ſicut ſcriptũ eſt de Ezechia rege in Eſaia:
qui ſaluatus eſt per ficus:vt nõ moreret̃. ſed &
ſol ſuper eũ in gradibus demonſtrauit maiorẽ
et clariorẽ ei diem effectã. Multa eſt ergo ſpes
in ficu:quę ex dei verbis primũ quidẽ fecit te‑
nerum ramũ ſuum:poſtea autẽ naſcẽtia folia.
Talibus ꝓpe eſt ęſtas:& prope eſt ĩ limine glo‑
rioſus & in nubibus Chriſti aduẽtus:& aduẽ
tus glorię verbi dei:& prope eſt huiuſmodi ho
minibus regnũ dei. Amen dico vobis:qm̃ non
E trãſibit generatio hæc:donec oĩa hæc fiant.
Cœlum & terra tranſibunt:verba autem mea
nõ tranſibũt. Videamus quę ſit generatio hęc
de qua loquitur Chriſtus. Et ſimplices quidẽ
ad deſtructionẽ Hieruſalem referunt verba:&
de illa generatiõe ęſtimãt dictũ:quę fuit tẽpo‑
re Chriſti:& paſſionẽ eius aſpexit:nõ tranſitu
ram priuſq̃ fieret deſtructio ciuitatis illi⁹. Ne
ſcio autẽ ſi verbũ ad verbũ exponere poſſunt:
qđ ait. Non videtis hæc oĩa? Amen dico vobis
non relinquetur hic lapis ſuper lapidẽ qui nõ
deſtruatur:vſq; ad illud qđ ait:prope eſt in li‑
mine. Forſitan em̃ in quibuſdam poterunt: in
aliis autẽ omnino non poterunt. Et ſatis coan
F guſtati: neſcio ſi aliquid dicere potuerĩt. Nos
autẽ in locis multis obſeruãtes:nomẽ genera‑
tiõis dupliciter accipimus. Arbitramur enim
duas eſſe generatiões. Vnã quidẽ Iudęorũ:al‑
terã autẽ gẽtiũ. Sic intelligimus & eccleſiaſtẽ
dicẽtem. Generatio vadit:& generatio venit:
& terra in æternũ ſtat. De populo em̃ Iudęorũ
prophetãs:qui fuerat tranſiturus:ait: genera
tio vadit. De populo autẽ gentium crediturо
dixit:generatio venit. Tale aliquid puto & in
pſalmo octogeſimo nono dici a Moyſe in ora‑
tione ipſius. Domine refugiũ factus es nobis a
generatione in generationẽ. Duarum em̃ ge‑
nerationũ refugiũ eſt deus:quia vnus eſt deus
qui iuſtificat circunciſionem ex fide:& præpu
tium per fidẽ. Et quoniam nõ tantũ Iudæorũ:

ſed etiam gẽtium eſt deus:ergo nõ pręteribit
generatio noui teſtamẽti quę eſt in facie ſalua
toris:neq; abibit ad illas beatas promiſſiones
illius ſęculi:donec omnia fiant quę locutus eſt
Chriſtus. Vnicuiq; em̃ noſtrũ oportet omnia
fieri quę prędicta ſunt:ſicut per ſingulas expo
ſitiões tradidimus. Vna ergo generatio eſt ec
cleſiæ:q̃ cœpit ex doctrina dñi ſaluatoris vſq;
ad cõſummationẽ. Et hæc ipſa generatio trãſ‑
iuit quidem aliquando totum ſæculũ hoc: &
pertranſibit ipſum:vt hereditet illud futurũ.
Tamen donec fiant hæc omnia non tranſibit.
Quãdo autẽ in his omnibus ſufficiens fuerit: G
et ĩpaſſibilis pmãſerit vſq; ad glorioſum Chri
ſti aduentum:tunc pertranſibit. Tamẽ donec
fiant hæc omnia:non quædam eorũ quę dicta
ſunt:quædam autem non ſunt futura: tamen
tranſibit generatio hæc:cũ omnia hęc fuerint
facta:cũ trãſierit non ſolũ terra:ſed etiã cœlũ:
id eſt nõ ſolum ii homines quorũ vita terrena
eſt:& propterea terra dicitur:ſed etiã illi quo
rũ conuerſatio eſt in cœlis:& ideo cœlum vo‑
cantur. Tranſibunt autem ad futura: & omĩs
ſtatus eorũ:vt veniant ad eminentiora: & me
liora. Quorũ reuelationẽ cum ſint filii dei:ex‑
pectatio creaturæ expectat: & omnis creatura
congemiſcit/eis:& dolet:donec a timore domi
ni in vtero accipientes peperent ſpiritum ſalu
tis:facientes ſuas fœturas:& tũc tranſibit ge‑
neratio:de qua loquitur Chriſtus:& cœlũ:ſe‑
cundum q; expoſuimus:& terra: ſecũdum q;
tradidimus. Verba autẽ quæ a ſaluatore ſunt H
dicta nõ tranſibunt:quoniam quę ſua propria
ſunt operãtur & nunc:& ſemper operabũtur.
Perfecti autem & qui non recipiũt: vt iam me
liores efficiantur:tranſeuntes qđ ſunt:perue‑
niunt ad illud qđ non ſunt. In eo autem qđ di
xit:verba autẽ mea non pręteribũt:& hoc ęſti
mo quęrẽdũ:ne forte Moyſi quidẽ verba:& ꝓ‑
phetarũ tranſierũt:verba autẽ Ieſu Chriſti nõ
tranſierunt. Quoniam quę prophetabant̃ qui
dem ab illis impleta ſunt: verba autẽ Chriſti
ſemper ſunt plena: & in actu impletionis ſunt
ſemper: & quotidie implẽtur: & nunq̃ perim‑
plent̃. Ipſa em̃ ſunt quę ĩ ſanctis & ĩpleta ſunt
et implentur:& adhuc ſunt implẽda. Aut for
te neq; Moyſi verba:vel prophetarũ dicere de
bemus impleta omnino:ꝓprie em̃ & illa verba
filii dei ſunt:& ſemper implent̃. Ergo bonũ eſt I
altitudines verborũ diuinorũ:verbis ſimplici
bus explicare:tñ propter paucos diſcutiamus
hæc tantũ intelligẽtes:qm̃ verbũ qđ in verbo
dei hũanũ eſt a creatione mũdi vſq; ad cõſum
mationẽ nõ trãſiit. Inſtat em̃ & operatur:quia
neq; principiũ operãdi ante tẽpora dierũ acce

pit:ſed cũ creatura cœpit:& cũ creatura trãſ=
ibit.Verbũ autẽ qđ fuit ante creaturã nõ trãſ
A ibit cũ creatura.De die autẽ illa:& hora nemo
ſcit:neq; angeli cœlorũ:neq; fili⁹:niſi pater ſo=
lus.Videtur hæc arguere eos : qui promittũt
de cõſummatione:& corruptione mũdi ſe cõ=
prehendere : & pronuntiant quaſi inſtet dies
domini:quales dicuntur fuiſſe quidã theſſalo
nici in tẽpore apoſtoli:de quib⁹ ſcribit. Roga=
mus autẽ vos fratres per aduẽtum domini no
ſtri Ieſu Chriſti:& noſtra cõgregatione in ipo
vt nõ cito moueamini a ſenſu veſtro:neq; con
turbemini:neq; per ſpiritũ: neq; p verbũ: neq;
per epiſtolam quaſi per nos miſſam:quaſi inſtet
dies domini.Forte quoniã apud Iudęos erant
quidam ſiue per ſcripturas profitẽtes de tem=
poribus cõſummationis ſe ſcire: ſiue de ſecre=
tis:ideo hæc ſcribit docens diſcipulos ſuos:vt
nemini credant talia profitẽti. Et ſeipſum ſal=
uator ſecundũ hunc locũ coniungit ignorãti
bus diem illũ & horã.Et rationabiliter eſt quę
rẽdum:quomodo qui cõfidit ſe cognoſcere pa
trem:dicens nemo nouit patrem niſi filius : &
cui voluerit filius reuelare:patrẽ quidẽ nouit:
diem autẽ & horã conſummationis nõ nouit?
B Et quomodo hoc abſcõdit pater a filio? Omni
no eñ ratio eſſe debet:q; a ſaluatore tẽpus cõ=
ſummationis abſconditũ ſit : & ignoret de eo.
Audebit autẽ aliquis dicere: qm̃ homo qui ſe
cundum ſaluatorẽ intelligit̃ proficiens ſapien
tia:& ętate:& gratia coram deo & hoĩbus:qui
proficiens:proficiebat quidẽ ſuper oẽs ſciẽtia:
et ſapientia:nõ tamẽ vt veniret iã qđ erat per
fectũ priuſq̃ propriam diſpẽſationẽ impleret.
Nihil ergo mirũ eſt:ſi hoc ſolũ neſciuit ex om
nibus:id eſt diẽ conſummationis & horã.For=
ſitan autẽ:& qđ ait neſcire ſe diẽ cõſummatio
nis & horã:ante diſpẽſationẽ ſuam dixit:quia
nemo ſcit:neq; angeli:neq; filius:niſi ſolus pa=
ter.Poſt diſpenſationẽ autem impletã nequaq̃
hoc dixit:poſtq̃ deus illum ſuperexaltauit : &
donauit ei nomẽ qđ eſt ſuper omne nomẽ. Nã
poſtea & filius cognouit ſcientiã a patre ſuſci
piens:etiã de die cõſummatiõis : & hora:vt iã
non ſolũ pater ſciret de ea:ſed etiã filius. Et in
actibus quidẽ apoſtolorũ conuenientes apoſto
li interrogauerũt eũ dicẽtes. Dñe ſi in hoc tẽ=
pore reſtitues regnum Iſrael? Ille autem dixit
ad eos.Nõ eſt veſtrum noſſe tempora vel mo=
mẽta quę pater poſuit in ſua poteſtate. Et qm̃
in ſua poteſtate tẽpora:& momẽta cõſumma=
tionis mũdi:& reſtitutiõis regni Iſrael poſuit:
ideo q; nondũ fuerat prædefinitũ a deo: nemo
poterat ſcire. Vnũquodq; autẽ eorũ quę pręfi
nit:nõ ab inexperibili pfinit. Non poſſibile eſt
eñ hoc.Qđ autẽ pręfinit principiũ præfinien
di faciẽs.Si autẽ ita eſt:pfiniuit quidẽ cõſum=
mationẽ facere mũdi:nõ autẽ & tẽpora: & mo
mẽta pfiniit:quæ poſuit in ſua poteſtate: vt ſi
voluerit ea augere ſic iudicãs:augeat ea.Si au
tẽ abbreuiare:abbreuiet: nemine cognoſcẽte.
Et ideo de tẽporib⁹:& momẽtis cõſummatio=
nis mũdi:in ſua poſuit poteſtate:vt cõſequen
ter humano generi ĩ ſuo arbitrio cõſtituto ta
lia:vel talia agẽti definiat iudiciũ debitũ.Mul
ta & in pphetis eſt inuenire ad vtilitatẽ audiẽ
tiũ ſcripta in pceptis & denũtiationib⁹: quaſi
nõ pręfiniente quicq̃ de eis:ſed puniente qui=
dẽ ſi peccauerint:ſaluãte autẽ ſi pcepta ſerua=
uerint.Et ſicut ĩ illis nõ introduxit ſcriptura
deũ pręfinientẽ:ſed ſecũdũ vtilitatẽ audiẽtiũ
proloquentẽ:ſic ĩtelligẽdũ eſt & de die cõſum
mationis:& hora.Alia expoſitio quę famoſior
eſt eis quæ iã traditę ſunt:aliud dicit de eo qđ C
ſcriptũ eſt:neq; filius:niſi ſolus pater.Dicit(i=
quit)alicubi de ſaluatore apoſtolus:& de reb⁹
in fine ſęculi ordinãdis:hoc modo.Cũ aũt ſub
iecta illi fuerint oĩa:tũc & ipſe filius ſubiectus
erit ei q ſibi ſubdidit oĩa : vt ſit deus oĩa in oĩ=
bus.His verbis videt̃ oſtẽdere: quoniã priuſq̃
ſubiiceret ei oĩa:nõ erat ſubiectus ei q ſibi ſub
didit oĩa.Qđ ex hoc demõſtrat̃:qm̃ niſi ſub
iectus fuiſſet filius patri:q ſibi ſubdidit omĩa:
nunq̃ ei pater oĩa ſubieciſſet.Et videt̃ per hæc
dicere ſubiectionẽ oĩm q ei erãt ſubiiciendi: &
aduentum eoꝝ per filiũ ad deũ:& perfectionẽ.
Si ergo bene dicit̃ hoc de filii ſubiectiõe ad pa
trem futura:vt tũc hi q futuri ſunt Chriſti:&
adhęſerunt ei cũ ipo Chriſto patri ſubiiciant̃:
quare nõ & de die illa:& hora neminẽ ſcire:ne
q; filiũ ſimiliter exponemus? Donec eñ eccle=
ſia q̃ eſt corpus neſcit diẽ illũ: & horam:tãdiu
nec ipſe filius dicit̃ ſcire diẽ illã:& horã:vt tũc
intelligat̃ ſcire quãdo ſcierit & oĩa mẽbra ei⁹.
Bene aũt dicit̃ ſcire ſecundũ propriã ſignifica D
tionẽ:ſicut eſt ĩ cõſuetudiẽ ſcripturarũ.Quid
eſt ſcire qm̃ cognoſcet diẽ illũ:& horã q occur
rerit ad finẽ:& abbreuiationẽ diei illius: & ho
ræ? Qm̃ autẽ talis aliqua ſignificatio eſt ſcire:
et cognoſcere in ſcripturis:manifeſtũ eſt ex eo
qđ dicit̃ in eccleſiaſte:hoc modo.Qui cuſtodit
mãdatũ:nõ ſciet verbũ malũ:id eſt nõ experie
tur verbũ malũ.Et ĩ apoſtolo de ipo ſaluatore
eſt dictũ. Eũ q neſciuit peccatũ pro nobis pec=
catũ fecit.Et neſcientẽ pctm̃ ſaluatorẽ dicit tã
q̃ ſi diceret eũ q nõ peccauit: nec ĩ natura fuit
peccati.Tale aliqd ſignificat & qđ dicit:cogno
uit Adã Euã vxorẽ ſuã.Qꝫdiu eñ illa nõ fuit
ei admixta:nõ cognoſcebat eã.Et diẽ ergo con
ſummatiõis huiuſmodi & corruptiõis ſæculi

nemo ſcit:neq; angeli cœlorũ:neq; filiꝰ dei: de
ſanctis deo melius prouidẽte:vt ſimul fiant in
beatitudine:quæ futura eſt poſt diem:& horã
E cõſummatiõis illius.Et ſicut apđ hebręos ſcri
ptum eſt de eis qui teſtimonium habẽt in fide
quoniã hi oẽs teſtificati per fidẽ non receperũt
promiſſionẽ dei:deo de nobis meliꝰ aliqd pro-
uidẽte:vt nec ſine nobis cõſummarent:ſic ſciẽ
dũ eſt:& ĩ hoc:quia deo melius aliquid proſpi
ciente de his qui erãt ſaluandi:nondum em̃ re
ceperũt promiſſionẽ: qui nõ cognouerunt de
die illa:& hora:neq; angeli cœlorũ:neq; filius.
Pręparat em̃ filius ſcientiam diei illius: & ho-
rę cohęredibus promiſſiõis illius:ex quo ſeip-
ſum exinaniuit formã ſerui accipiens:operans
viã quæ ducit ad reſtitutionẽ omniũ propter
quos formã ſerui accepit: vt oẽs ſimul ſciant:
id eſt re ipſa experiant horã illã:& diem:qa qđ
oculus nõ vidit:nec auris audiuit: & ſup cor
hominis nõ aſcẽdit:p̃parauit deus diligẽtibus
ſe: in ſcientia prioꝝ exercẽs:& pręparãs omnẽ
quẽ vult ſcire diẽ illã:& horã cũ ſanctis ange-
lis:& cũ ipſo dño noſtro Ieſu Chriſto.Et vniuſ
cuiuſq; autẽ cõſummationẽ in his qbuſdã fu-
turam ſupradictis: & de ſingulis ſolus ſcit pa
ter:quoniã filiꝰ comitãs:& p̃cedẽs ante ſequẽ-
tes:& volẽs(vt ita dicã)vẽturus eſt:& tardat
vt poſſint eũ ſequi q certãt ſequi eũ: & ſequen
F tes eũ inueniant cũ eo in die illa:& hora.Sicut
em̃ fuit in diebus Noe: ſic erit & aduẽtus filii
hoïs.Sicut em̃ fuerunt in diebus ante diluuiũ
mãducantes:& bibẽtes:nubẽtes:& nuptũ tra-
dẽtes quouſq; intrauit Noe in archã: & nõ co
gnouerũt:donec venit diluuiũ:& tulit oẽs:
ſic erit & aduẽtus filii hoïs. Eis q cognoſcunt
verborũ pręſentiũ textum: ſiue ſpiritaliter ea
volẽtibus ĩtelligere:ſiue ſimpliciter: cõſequẽs
eſt de cõſũmatiõe dicere mũdi iſtius: qm̃ ſubi
to erit:quaſi q iã ęgrotauerit prius ęgrotatio-
ne idonea &manifeſtãte corruptionẽ ſuã futu
rã.Hoc em̃ ex eo p̃cipue demonſtrat:qđ dicit.
Quoniã ſimilis erit diebꝰ Noe aduẽtus filii ho
minis:ſubito em̃ tũc perierũt oïa q̃ fuerãt ſup
terrã. Qui autẽ vult dicere:quoniã paulatim
erit cõſummatio mũdi:dicet ſimiliter factũ &
in diebꝰ Noe.Quadraginta em̃ diebus:& qua
draginta noctibus pluuia deſcẽdẽte: cõſequẽs
fuit primos periſſe q in depreſſioribꝰ terrę par
tibus habitabãt. Poſt eos autẽ q modice in al-
tioribus:& ſic nouiſſimos qui in altiſſimis mõ
tibus morabant.Sic inqt in cõſummatiõe mũ
di: cũ deſcẽderit ignis:incipiet quidẽ de ſubli
mioribus locis:& paulatim ad inferiora deſcẽ
det.Lucas autẽ ſubiungẽs etiam ſimilitudinẽ
ignis Sodomorũ:dat nobis occaſionẽ intelligẽ
di:qm̃ ſubito cõſummatio ẽ futura.Dicet aũt G
aliqs:qm̃ per hoc illud declarat:qm̃ nõ morali
ter pluuia illa fuit aut ignis:ſed ꝓpter peccata
hoïm abundantia. Duobus ergo modis mũdi
corruptio ęſtimat futura. Vno qdem ſecundũ
moralẽ ignis detẽtionẽ:altero autẽ ſecũdũ iu-
diciũ dei.Gẽtiles autem inflãmationẽ illã: vel
cauſam inflãmatiõis illius: nõ dicũt fuiſſe pec
cata:ſed ignis fuiſſe virtutẽ.Diuini aũt ſermo
nes oïa teneri:& gubernari docẽt a deo:& non
culpãt ignis violentiã:ſed dei ꝓnuntiãt volũ-
tatẽ:ſaluantis qdem ſup terrã:q ſalute ſunt di
gni ĩ ea:perdẽtis autẽ eos:in qbus propter abũ
dantiã iniquitatis charitas refrigeſcit. Cõpa- H
ratio.n.ſodomitici ignis manifeſtiſſime docet
ſubitaneã fore mũdi corruptionẽ: ex eo q̃ an-
gelus dixit ad Loth.Ecce ammiratꝰ ſum faciẽ
tuã in verbo hoc:vt nõ deſtruam ciuitatẽ: de
qua dixiſti.Feſtina ergo ſaluari illic:nec em̃ po
tero facere quicq; donec tu eas illuc. Vides qm̃
ignis ille q ſuper Sodomã mittebat:voluntate
cõtinebat diuina:donec Loth intraret ĩ ſegor.
Sic puto & in conſummatione futurũ:ſecũdũ
q̃ ſaluatus eſt & Loth:vt tũc ignis ille cõſum-
mationis obtineat mundũ ſecundũ iudicium
dei:cum ſaluati iuſti fulſerũt ſicut ſol ĩ regno
patris ſui:tũc iniquos colligẽt de regno Chri-
ſti:& mittẽt eos ĩ caminũ ignis. Quomodo.n.
nõ eſt manifeſtũ:qa ſubito erit corruptio mũ-
di:ex eo qđ dicit:erunt mãducãtes:& bibẽtes:
nubẽtes:& nuptũ tradẽtes:quę pacis:& ſecuri
tatis ſunt ſigna! Fames em̃:& peſtilẽtię forſitã
ante aliquod tẽpus cõſummatiõis erũt.Circa
ipam autẽ cõſummationẽ neq; fames:neq; bel
lũ erit.Qũo aũt mãducãtes:& bibẽtes: nuben
tes:& nuptũ tradẽtes: plantãtes & ędificãtes:
emẽtes:& vẽdẽtes ſunt cõprehẽdẽdi:niſi ita ſit
ordinatum!Sed & illud hoc manifeſtat:qđ ait
apoſtolus.Quoniam dies domini ſicut fur:ita
in nocte veniet:cum dixerint pax & ſecuritas:
tũc repẽtinus illis ſuperueniet interitus: ſicut
dolorẽ partus ĩ vtero habẽti: & nõ effugient.
Docet nos quoniã ſubito:& inſperato eueniet
dies cõſummationis hominibus:cũ rerum ſta
tus/quaſi ad meliꝰ viſus fuerit eſſe cõuerſus:
de fame priore ad vbertatem: de peſtilentia &
prælíis:ad pacem:atq; ſecuritatem. Qui autẽ I
altius euangeliũ audiunt:& omnia agunt: vt
omnino ĩ nulla parte euãgelii ſit eis velatum:
nõ multũ curãt de cõſummatione ſęculi gene
rali:vtrũ ſubito:& generalis ſit futura: an per
partes: ſed hoc tantũ cõſyderãt:qm̃ vniuſcu-
iuſq; cõſummatio ſit ipſo nõ cognoſcẽte neq;
diẽ:neq; horã exitus ſui.Et quia ſup vnũquẽq;
noſtrum dies dñi ita veniet ſicut fur: propter

ꝙ opus eſt vigilare:ſiue veſperi:id eſt in iuuē-
tute:ſiue media nocte:id eſt in medio vitæ hu
manę tenebroſæ:ſiue gallicantu:quādo iam ſe
nior eſt:ſiue mane:quādo iā in ſenectute ꝑue-
cta eſt. Vt cū venerit deꝰ verbū afferēs cōſum
mationē ꝑfectionis vitę iſtius:cōprehēdat:qui
non dedit ſomnū oculis ſuis:neq; dormitatio-
nē palpebris ſuis:& cuſtodiuit mādatū dicen-
tis. Vigilate in omni tēpore. Tamen vani ſunt
oēs:ſiue qui cōſummationē mundi ſcire ſe ꝑfi
tētur quādo erit:ſiue qui vitę propriæ finē ſci
re ſe gloriant̄:aut per ſigna auiū:aut per vētri
loquos:aut per magos ſeducti:& putantes co-
gnoſcere diem:& horā exitus ſui. Sicut em̄ eſt
nemo cognoſcere poteſt:niſi forte ꝓpheta ali-
quis fuerit ſancto ſpiritu illuminatus: ſicut il
le qui vxori regis ꝓphetauit:volēti cognoſce-
re ſi ſurgeret ex infirmitate filius eius:& ſicut
Helias ꝓphetauit Ochozię dicens q̄ a dño fue
rāt conſtituta:hęc dicit dñs. Propterea ꝙ non
erat deus ī Iſrael tu vadis quęrere ad baal aut
beelzebub virū muſcarū:deū accaron:ideo di
cit dominus. De lectulo ſuper quē aſcēdiſti nō
deſcendes:quoniā morte morieris. Hęc etſi in
exceſſu diximus:tñ quaſi vtilia introduximꝰ:
qm̄ & de cōſummatiōe vniuſcuiuſq;:id eſt de
die exitus ſui nemo cognoſcere pōt: q̄uis mul
ti profiteant̄ talia ſcire: niſi forte q audiuerit
ex ꝓphetis. Scio & aliā cōſummationē viri iu
ſti:q apoſtolico ꝑfectu dicere poteſt. Mihi autē
abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chri
ſti:ꝑ quē mihi mūdus crucifixus ē: & ego mū
do. Cui enim mundus eſt crucifixus:ei quodā
modo cōſummatio iā facta eſt mūdi. Et q mor
tuus eſt mūdialibꝰ rebꝰ: cui trāgreſſo dies nō
dñi venit:dñi dies in qua fit aduētus filii hoīs
A ſup aīam eius:q iā nō viuit peccato: & mūdo.
Tūc duo erūt in agro: vnꝰ aſſumet̄:& alter re
linquet̄. Sicut ī eo qđ dicit:aut facite arborem
malā:& fructus eiꝰ malos:aut arborē bonā: &
fructū eius bouū:Duę ſunt arbores generales
in cordibus hoīm:aut bona virtutis:aut mala
malitię. Sicut mūdus eſt ager ſecūdū parabolā
quādā: duo generaliter ſunt ī eo:vnꝰ qdē ſicut
Noe operarius terrę:alter aūt ſicut Cain ope-
rās terrā. His talibus ī agro huiuſmodi cōſti-
tutis vnꝰ aſſumet̄:id ē q ſimilis eſt Noe opera-
rius terrę:& alter relinquet̄ q ſicut Cain terrā
operās eſt. Talis em̄ eſt oīs q odit fratrē ſuū:&
propter odiū fratris/homicida a Ioanne appel
B lat̄ apoſtolo. Sic aūt & de aīabus molētibus in
grani mola mūdi:vel corporis:bona qdē aīa aſ
ſumit̄:mala autem relinquit̄:donec digna effi
ciatur aſſumi. Aut ita. Duo in agro ſenſus ho
minis boni:& ſenſus hoīs mali. Senſus bonꝰ aſ
ſumit̄:malus relinquit̄. Nec em̄ poſſumus di-
cere ſpiritū mali hominis nō aſſumi:quia didi
ci apud eccleſiaſtē de oīm ſpiritu:qm̄ cōuertit̄
ad deū qui dedit eū:ſicut & de oīm carne: qm̄
reuertit̄ ad terrā:vñ aſſumpta eſt. Et ſicut ipſe
dñs docuit nos:vt timeamus eum q corpus &
animā poteſt perdere in gehēnā: & ex eo ꝙ ni-
hil de ſpiritu dixit euidēter oſtendit: qm̄ ſpūs
cū corpore: vel aīa peccatrice nō ſimul punit̄.
Qui em̄ peccauit diuidit̄: & pars quidē eiꝰ cū
infidelibus ponit̄:qđ autē nō eſt eius:reuertit̄
ad deū qui dedit eū. Duo in lecto vno:vnus aſ
ſumit̄:& alter relinquit̄. Extra eos q ſunt duo
in agro:extra eas quæ ſunt duæ ad molā:ſunt
duo corpora in vna materia:ex qbus corpori-
bus:vnū quidē corpus eſt iuſti qđ aſſumit̄: al-
terū autē corpus eiuſdē materię qđ relinquit̄.
Et corpus quidē quaſi infirmū in lecto eſt car-
naliū paſſionū:q̄uis aſſumat̄. Anima autē pro
pter multa quæ ſuſtinet in hoc mundo:molet
in mola mundi. Senſus autē ī agro:ſecundum
ea quæ diximus:operatur quę operatur.

Secundū Matthęum.
Cap. XXIIII.

IN illo tempore. Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis. Vigilate: qa
neſcitis qua hora dominꝰ ve
ſter veniet. Et reliqua.

Homilia Origenis de ea
dē lectione. XXXI.

NOn dātes ſomnū oculis ani C
mæ noſtræ:neq; dormitatio
nē palpebris: vt expectemus
vel noſtrū:vel ſęculi finē: ſi-
ue vt de hac vita egredia-
mur:ſiue vt nobis cōſūmet̄
hic mūdus. Quęret autē aliquis quomodo ꝑ-
ſens iuxta diſcipulos dñs cōſtitutus:ita loqui
tur quaſi non ꝑſens:ſed vēturus ad eos dicēs.
Vigilate:quia neſcitis qua hora dominus ve-
ſter veniet. Et dicet qdem q ſimplicior eſt:quo
niam de ſecundo aduētu:in quo vēturus fue-
rat:hunc dicebat ſermonē. Alius autē intelli-
gibilē & futurū ī ſenſum diſcipulorū verbi di
cebat aduētum:quia nondū erat in ſenſu eoꝝ
quēadmodū erat futurus: quoniam ſicut per
hunc locū demonſtrat:in vigilantibus opera-
tur diem aduētus ſui in animā eorū qui illu-
minantur a lumine vero:venientis ad animas
ipſorū. Illud autē ſcitote: quoniam ſi ſciret pa
terfamilias: qua cuſtodia fur venit: vigilaret D
vtiq;:& nō ſineret perfodi domū ſuā. Quomo
do nō ſineret? Sine dubio per vigilantiā ſuam.
Ideo & vos eſtote parati:quia qua cuſtodia nō
non ſperatis filius hominis venturus eſt. Sed

Mattheus quidē indefinite: Marcus autē etiā tēpora diei tanq̄ furis venientis definiit dicēs. Vigilate ergo quia neſcitis quādo dñs domꝰ veniet: ſero: an media nocte: an gallicantu: an mane. Paterfamilias autē domus eſt ſenſus hominis. Domus autē eius anima. Fur vero q̄ patrefamilias dormiēte ſubito venit & perfodit domū: puto ꝙ diabolus eſt: aut om̄is ſermo cōtrarius: ſecūdū ꝙ euāgeliſta Ioannes nos docet: hoc modo dicēs. Amē amē dico vobis: q̄ nō intrat per ianuā in cohortem ouiū: ſed aſcēdit aliunde: ille fur eſt & latro. Sicut ergo q̄ per ianuā intrat in cohortē ouiū paſtor eſt ouiū: cui oſtiarius aperit: qui autē non intrat per ianuā ſed aſcēdit aliunde: fur eſt: & latro: ſic dñs domus fiducialiter per ianuā quādo vult ingredit̄ in eā remunerās vigilantē.

E Fur autē quaſi fur: nō per naturalē introitū intrat in domum ad animā negligētis: ſed quaſi q̄ iam foderit eā primū deſtruens quedā naturalia ædificia animę eius: & naturales ītellectus ī eo qui non vigilauit: quos ædificauerat deus verbū. Et per ipſam dirutionē ingreſſus fur diripit eā exarmans ſenſum: quādo & ſepeliēs nō vigilantem patrēfamilias: ſpolia eiꝰ diſtribuit. Aliquotiēs autē inuenit quis furē in ipa perfoſſione: & cōprehendēs eū: quaſi arma ſua habens: percutit furem: & percuſſorem ſermonē immutans eū interficit eū: quando & interficiens homicida nō æſtimatur: abſq; omni dilatione interficiēs eū. Si autem nō apud ſe: ſed apud eum qui occulta om̄ia manifeſta facit: cōprehēderit quis eū qui furatus fuerat bona eius: & intellexerit eum: & redarguerit eū: id eſt īterfecerit eum: nullā veniam habet mortuo: atq; manifeſtato furi: & ipſe em̄ morietur.

F Et vide ne forte tale aliquid ſignificet lex Moyſi dicēs. Si autem in ipa perfoſſione inuētus fuerit fur: & percuſſus mortuus fuerit: nō eſt ei homicidiū. Qꝫ ſi ortus fuerit ſol ſup eū: reus eſt: morietur pro eo. Qui em̄ priuſq̄ faciat malū: cognoſcit malum et confringit in ſeipſo: ipſe eſt qui cōprehēdit: et īterficit in eo dum perfoderetur ab eo. Qui aūt poſtq̄ fecerit malū: q̄uis redarguerit eum extra ſe malū comprehēdiſſe: & extra domum ſuam īterfeciſſe videtur: nihil ei prodeſt: reus em̄ factus eſt mortis. Nam oēm hominē poſtq̄ peccauerit reuerſum in ſe: ſenſus diuinus qui eſt in nobis illuminat quaſi lux: vt ītelligamꝰ qđ geſſimus malū ad præiudicium noſtrū: nō ad ſalutē. Tamē in textu hoc euangelii in quo loquimur: nō in die fur venit: quando illuminata eſt a ſole iuſtitię anima hominis ſtudioſi: ſed in nocte: & in tēpore adhuc malitię permanētis. In qua cū fuerit aliquis: poſſibile eſt: etſi nō habuerit virtutē ſolis: tamē vt illuſtretur ex aliquo ſplēdore modico verbi: qđ eſt lucerna: adhuc quidē manens ī malis: iā tamen habens propoſitum meliorū: & vigilātiam: vt ne perfodiat̄ propoſitū eius ad meliora reſpiciēs.

Nā ſicut legimus apud paſtorē: vaſa plena nō G cito quis guſtat: nec em̄ mutātur facile. Semiplena autē: quia facile credunt̄ mutari: frequēter guſtantur. Et vide ſi potes ad talem trahere ītellectum illud qđ alibi ſcribitur. Sint autē lumbi veſtri ſuccincti: & lucernæ ardentes: & vos ſimiles hominibus expectātibus dñm ſuū quādo reuertatur. Quoniam q̄ nondū eſt ī lumine: & ī die virtutum: prębet autē ſe iam doctrinæ illuminanti animā ſuam: ſecundum ꝙ poſſibile eſt: ī primis ſuccinctus eſt: & auertēs ſeipſum ab effuſione malitiæ vtitur nondum quidē quaſi diei lumine claro virtutis: ſed lucerna: qua poſſibile eſt illuminari etiam qui in malitia eſt. Hic ergo cuius ſic lucerna accenſa eſt: expectans eſt dñm ſuū deū verbū: vt reuertens veniat ad eum q̄ interim habuit in ſeipſo lucernā & illuminauit totam mentem ipſius: videlicet quaſi ſol. Et vnuſquiſq; ſecundū ſuū profectum incēdit lucernā: aut minus: aut amplius a lumine ſcientiæ: & oleum per meditationē infundit. Et ī ipſa vigilans aduerſus peccatricia opera: ſperans per abſtinentiam huiuſmodi: & meditationē dominum ſuſcipere in ſe ipſum. Ei tamen q̄ abundātius proficit: & poſteriora quidē obliuiſcitur: id eſt malitiā: modicum autem eius adhuc habet in ſe: iā ad virtutem propinquat: cōuenienter dicitur. Nox promouit: dies autem appropinquauit. Signādum eſt autem: quoniam dixit: dies autem inſtat. Inſtat em̄ perfectis: & nullum habētibꝰ in ſe veſtigium noctis: appropinquat autē proficiēti ad meliꝰ: & q̄ diei ſunt meditāti: & ſicut in die honeſtatē ſuſcipienti. Et prope eſt iā iſte qui talis eſt vt dicat: non ſumus noctis: neq; tenebrarum.

Quoniam autem ſemel venimus ī H hunc locum: debemus & de cuſtodiis diuerſis reddere rationem. Alius quidem reprehenditur vigilans ſtatim in veſpere ipo: & cōtinuat vigilias vſq; ad mediam noctem: adhuc autē vſq; ad gallicantum: & adhuc vſq; ad mane. Qui em̄ mox: vt cœperit malitiam: id eſt mox vt cœperit infans plenum proferre ſermonem (ex eo enim incipit eſſe in malitia: qđ eſt in nocte) ſi ſtatim tradiderit ſe: vt fiat & auditor legis: & factor: ſi quidem permanſerit vſq; ad finē in ipſo propoſito: vigilauit a veſpere: & continuauit vſq; ad mediam noctem: & non dedit ſomnū oclis ſuis: neq; vſq; ad gallicātū: neq; vſq; ad mane: īter beatos ſeruos huiuſmodi

vir cõputatur. Qui aũt inuẽtus fuerit poſt tẽ pus ſermonis impleti partẽ aliquã noctis tranſigere in comeſſationib⁹: & ebrietatibus: & cubilibus: & impudicitiis: cœperit autẽ poſtea vigilare: & iſte ſpem bonã habebit: ſi permãſerit vſq; ad mane: incipiens a media nocte vigilare id eſt a virilitate. Si autem perfectus in tẽpore ętatis corporis ſui: audiens diuinã doctrinam ſuſceperit inde lucernã quaſi volens viuere ſecundũ dei pręceptum: & iſte habẽs lucernam a gallicantu: & vigilans: & permanens vſq; ad mane: nõ perdit bonę ſeruitutis mercedẽ in tẽpore modico. Si poſſibile autẽ eſt: & ſtatim circa ipſam cõſummationẽ noctis: id eſt poſtq̃ pene totum tẽpus vitę ſuę cõſumpſerit malitia: vt credẽs accendat ſibi lucernã: & vigilet: vel reſiduo tẽpore: etſi venerit dñs domus cũ gratia ſua: qbuſdam qdem a veſpere cõmorabitur vſq; ad mane: aliis autẽ a media nocte: illuminans eos in reliquũ: aliis vero a gallicantu minus conuerſans cũ eis. Sed neq; mane accẽdentes lucernã: & vigilãtes propter expectationẽ dñi derelinquet. Sed etiã iſtos inueniens minime dormiẽtes: neq; cubilibus: & ĩpudicitiis attendentes: honorabit eos honore quo dignos
A eos eſſe cognouerit. Et fur ergo cuſtodia quadam: & hora noctis aduẽtat: & perfodit domũ eius quẽ nõ inuenerit vigilantẽ: neq; habentẽ lucernã accenſam. Et qbuſdam qdem ſuperuenit veſpere: aliis aũt media nocte: qbuſdam autem & gallicantu: ſunt autẽ & qbus mane. Et dñs cuſtodia quadã & hora noctis venit: & forſitan dñs illi venit cui fur veniens nihil facere potuit: videlicet nõ permiſſus pfodere domũ vigilãtis: & lucernã accẽſam habẽtis. Ad eum autẽ qui domũ habet perfoſſam nõ venit dñs: maxime ſi didicerit aliquis qđ dictũ eſt: ſint lũbi veſtri pręcincti: & lucernę ardẽtes: & vos ſimiles hoĩbus expectãtibus dñm ſuũ: & contẽnẽs ea q̃ dicta ſunt: dederit ſomnũ oculis ſuis:
B et palpebris ſuis dormitationẽ. Ad manifeſtandum autẽ ſenſum loci iſtius q nobis incurrit tali vtamur exemplo. In tẽpore tẽtationũ: vel qualiũcunq; calamitatũ maxime fur ſolet venire: volẽs perfodere animę domũ. Sed veniente fure: q accidẽtia ſuſtinet: & propter dei dilectionẽ oĩa ſuffert: nihil paſſus ab eo confeſtim ad ſe venientẽ videbit dñm. Qui autẽ a fure in tẽpore calamitatis ſuę perfoſſus fuerit domũ: quaſi indignus aduentu ad ſe dñi ſui: non erit dignus aſpicere eũ. Quis eñi fidelis ſeruus & prudẽs quẽ conſtituit dominus eius ſuper domũ ſuam: vt det cibos in tẽpore? Q; ad apoſtolos cæteroſq; epiſcopos & doctores parabola iſta pertineat manifeſtũ eſt. Maxime ex eo qđ apud Lucam Petrus interrogat: dicẽs. Ad nos parabolam iſtam dicis: an ad omnes? Sed tamẽ cum ſint multi diſpenſatores: difficile eſt inuenire & fidelem: & prudentem. Propter qđ ait apoſtol⁹. Ita nos exiſtimet homo: vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum dei: hic iam quęritur inter diſpenſatores: vt fidelis qs inueniatur. Peccat autẽ in deum quicũq; epiſcopus qui nõ quaſi cõſeruis ſeruus miniſtrat C
ſed quaſi dñs. Frequẽter autem & quaſi amarus dominus dominans per vim: ſimilis cõſtitutus ęgyptiis qui affligebant vitam filiorum Iſrael cum vi. Ergo memores eſſe debẽt verborũ Chriſti dicẽtis. Vos vocatis me magiſtrũ / et dñm: & bene dicitis. Sũ etenĩ. Si ergo ego laui pedes veſtros: & vos debetis alterutrum lauare pedes. Exemplum eñi dedi vobis: vt ſicut ego feci: ſic faciatis. Et illud. Principes gẽtium dominãtur earum: & maiores eorum poteſtatem exercent in eis. Inter vos autẽ non ſic erit: ſed qui vult inter vos eſſe primus: erit nouiſſimus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare: & dare animã ſuã redẽptionẽ pro multis. Audire autẽ oportet: & Paulũ dicentẽ. Cũ poſſimus oneri eẽ: vt Chriſti apoſtoli: facti ſumus paruuli in medio veſtrũ: quẽadmodũ ſi nutrix foueat natos ſuos: ſic deſiderantes cupimus participari vobiſcum: non ſolum euãgelium: ſed etiam animas noſtras. Et non oportet percutere conſeruos: ſed corripere inquietos: conſolari puſillanimes: ſuſtinere infirmos: & patiẽtes eſſe ad omnes. Quoniam ſeruum dei nõ oportet litigare: ſed manſuetũ eſſe ad omnes: cum modeſtia docẽtem eos qui reſiſtunt. Quaſi recedens autem ipẽ a mala inductione cõſeruorũ Paulus culpat eos qui nõ erãt tales: q ſuperbis quidem erant ſubiecti: cõtẽnebãt autẽ mãſuetos: hoc modo dicẽs. Suſtinetis ſiquis vos ĩ ſeruitutem redigit: ſiquis deuorat: ſiquis accipit: ſiquis extollit: ſiquis ĩ faciem vos cędit: quaſi nos ĩfirmi fuerimus. Cõſydera autẽ in iſtis quomodo eos: qui in ſeruitutem redigunt: & in faciem cędũt: ꝓpter qđ amarius principentur: reprehenderit ipſe dicens ſe abſtinere ab eis. Non quia infirmus erat: q; minus faceret ea: ſed vt faciat ipſa quæ docet. Docet autem cum modeſtia docere eos qui reſiſtũt. Propter quod & definiens quales debeant eſſe epiſcopi: ſic dicit. Nõ litigioſi: nõ percuſſores: ſed manſueti: ornati: & quæcunq; inter fideles: & ſapientes ſeruos inueniuntur: et diſpenſatores quos conſtituit dominus ſuper familiam ſuã: ſicut dicit Lucas. Ex his autem cognoſcere eſt: quoniam non ſolum qui fideles ſunt & ſapientes: illos cõſtituit dominus D

ſuper domū ſuam:ſed etiā malos ſeruos:dicen
tes in cordibus ſuis:ſemp morā facit dominus
meus venire:ꝓpterea percutiūt cōſeruos:mā=
ducant:& bibunt cū ebriis:vel ebrioſis:& ine=
E briantur.Siquādo ergo arbitrātur ſe eſſe ī ma
gno faſtigio:qui pręſunt eccleſiis Chriſti:pro=
pterea ꝙ cōſtituit eos dn̄s ſup familiā ſuā:co=
gnoſcāt qm̄ nō hoc eos ſaluat ꝙ cōſtituti ſunt
a dn̄o ſuper familiam eius:ſed illud vt dent in
tēpore cibos: & vt abſtineant ſe a ꝑcuſſionibꝰ:
et a comeſſationibꝰ:& potationibus cū ebrio=
ſis.Si autē nō ſe abſtinuerint ab huiuſmodi:&
magnū ſapuerint:ꝓpterea ꝙ cōſtituit eos dn̄s
ſuper familiam ſuam:ſciant:qm̄ veniet dn̄s eo
rū in die qua nō putant:& hora qua neſciunt:
et diuidet eos: & partem eorū cū hypocritis
et infidelibꝰ ponet.Et cū fuerint īter hypocri=
tas:& īfideles poſiti:nihil eis proderit ꝙ cōſti=
tuti a domino ſunt ſuper familiam eiꝰ.Vt au=
tem timeamus illud qđ ait:diuidet eū:conue=
nit recordari ea quæ a Daniele ſūt dicta cōtra
F preſ byteros malos.Quoniam angelus dn̄i ha
bens gladium ſcindet te mediū. Scindēs autē
diuidet. Auſi ſumus vti in hoc loco Danielis
exemplo:nō ignorātes:quoniā in hebręo poſi=
tum nō eſt:ſed quoniā in eccleſiis tenetur.Al=
terius autē tēporis eſt requirere de huiuſmo=
di.Attēde aūt etiā illud qđ ait. Fidelis ſeruus
et prudēs beniuolenter audiēs verbum: & ac=
quieſcēs voluntati Chriſti ea dicentis: & con=
ſcribētis Matthęi.Diligenter ergo eſt audien=
dū de fideli ſeruo:atq; prudēti qui in fide pro=
ficit.Aut ſi nondum in ea perfectus eſt:qui cō
muniter & ipe fidelis vocatur:& q naturalem
habet mentis velocitatem: & dicitur prudēs.
Et villicus ergo iniquitatis prudēter facit: nō
quidem faciens ſecundū prudētiam ex virtu=
tibus:ſed quia velox erat ingenio.Et filii ſæcu
li huius prudētiores ſunt q̄ filii lucis in gene=
ratione ſua.Nō quia ſecundū prudentiā /vnā
ex virtutibus/ſunt prudentes:aut quia filii lu
cis ſecūdum aliud aliquid ſunt eis minores in
ſapientia:aut in acumine naturali mētis ſunt
inferiores.Scit em̄ & prudētiam vnam eſſe ex
virtutibus ſermo diuinus:ſicut in prouerbiis
docet dicens. Dic ſapientiā ſororē tuā eſſe:no
tam autē fac tibi prudētiam:vt cuſtodiat te a
G muliere aliena. Nūc aūt cōmuniter audire de
bemus:qđ ait:quis eſt ſerūꝰ fidelis & prudēs?
Quaſi:quidā quidē ſecundū cōmuniter intel=
lectam fidem ſint fideles:non autē ſint pruden
tes:neq; veloces ingenio. Et iterum alii qdem
ſunt veloces:& ſecundum qđ hic ſignificatur
prudentes:non autē omnino & fideles. Siquis
autē conſyderat multitudinē volentiū eſſe ſe

chriſtianos: īueniet quidem fideles multos &
ſtudium fidei exercētes:non autē & prudētes
vt ſint filii huius ſęculi prudētiores eis ī gene
ratione ſua:ſcientes:qm̄ quę ſtulta ſunt mūdi
elegit deus:vt cōfundat ſapientes. Et videbit
iterū alios qui crediſſe putātur:veloces qui
dem eſſe:& ſapientes:modicæ autē fidei. Et ſi
non infideles:tamen minus fideles: qm̄ ſtulta
mūdi quę deus elegit cōtēnunt. Cōuenire au
tem in vnū fidelem:atq; prudentē vt ſecundū
vtrūq; det cōſeruis ſuis cibū ī tēpore:valde ra
riſſimū eſt.Vt em̄ in tēpore det cibū: neceſſa=
riā habet quis prudentiā. Vt autē nō adimat
cibos in tēpore indigētium:opus eſt fide.Non H
autē eſt importunū monere propter peccata q̄
in hominibus qui videntur credere Chriſto:
et in diſpenſatoribus eccleſiarum plerūq; fie=
ri ſolent: qm̄ & ſecundum ſimplicē intellectū
multi opus habemus:vt fideles ſimus pariter
et prudētes ad diſpēſandos eccleſiæ redditus.
Fideles qdem:vt nō deuoremus q̄ ſunt vidua
rū:& vt memores ſimus pauperum:& occaſio
nē accipientes ex eo ꝙ ſcriptum eſt dn̄s conſti
tuit his q euangelium prędicant de euangelio
viuere:amplius quęramus:cibo ſimplici:& ne
ceſſariis veſtimētis:vt ne amplius teneamꝰ no
bis q̄ demus eſurientibus fratribus:& ſitienti
bus:atq; nudis & eis qui neceſſitatē patiūtur
in ſęcularibꝰ curis.Prudētes autē vt vnicuiq;
ſecundū dignitatē vniuſcuiuſq; ſubminiſtre=
mus:recordantes qđ dictum eſt.Beatus qui ī=
telligit ſuper egenum & pauperē.Non em̄ ſim
pliciter de rebus eccleſiaſticis dare oportet:vt
vnum hoc obſeruemus:vt ne quæ pauperum
ſunt deuoremus:aut furtum faciamus de eis:
ſed vt prudēter intelligamus indigentiū cau=
ſas propter quas ſunt indigentes:& vniuſcu=
iuſq; dignitatē quomodo aduocatus eſt:quan
tū neceſſariū habet:vel ꝓpter quā cauſam in=
diget.Nō ergo ſimiliter eſt agendū in eis q ab
infantia duriter ſunt educati & ſtricte: & ī eis
qui large & delitioſe nutriti ſunt:& poſtea ce=
ciderūt.Nec eadē ſunt miniſtrāda viris:& mu
lieribus:aut multū ſenibꝰ:& iuuenibꝰ:aut iu=
uenibꝰ quidē:& debilibꝰ:ꝓpter qđ nō poſſunt
ſibi acqrere eſcas:& eis q vl' ex parte poſſunt ſi
bi ſuccurrere. Regrēdū eſt aūt et ſi multos ha
beant natos nō negligētes:ſed oīa facientes:&
nō ſibi ſufficiēter occurrētes.Et ne plura dica
mus:multa ſapiētia opꝰ eſt:q vult bn̄ diſpēſare
eccl'iaſticos redditꝰ:vt etiā ī iſtis fidelis:& pru
dēs diſpēſator inuētus:beatꝰ efficiat. Forſitan I
aūt & ꝓpter multitudinē chriſtianorū qui nō
ſatis circa reqſitionē verbi habent:& tales ſūt
ad pricipatū ſubleuati:magis neceſſariū habe

mus audire qs eſt fidelis ſeruus & prudẽs: quẽ
cõſtituit dñs ſup familiã ſuã: vt det illis cibũ
in tẽpore vt nõ effundãt rationabilẽ & ſpirita
lẽ cibũ cõſeruis qbuſcũq; ſimpliciter: & quibꝰ
nõ oportet: volẽtes ſe oſtẽdere eſſe prudentes:
et magis neceſſariũ habẽtibꝰ verbũ qđ mores
eorũ ędificet: & vitã cõponat: q̃ qđ ꝓducit ad
ſapientiã: & illuminat ſcientię luce eos quorũ
mens poteſt ſufferre huiuſmodi lucis ſplẽdo=
rẽ. Aut vt ne eis qui poſſunt acutiꝰ audire: pi
geat exponere altiora: vt ne exponentes vilia
ab ingenioſioribus contẽnantur: q naturaliter
ſunt ingenioſi: aut p exercitationẽ forſitan ſę=
cularis ſapientiæ habent acuti. Difficile eſt er
A go vtrũq; ĩ vno: vt & prudẽs ſit & fidelis. Nõ
autẽ & ĩpoſſibile: nec eñ beatificat eũ q nõ po
teſt eſſe: dicẽs. Beatus ſeruus ille quem dñs ve
niens inuenerit facientẽ ſic. Amen dico vobis
ꝙ ſuper omnia bona ſua cõſtituet eũ. Beatus
ille ſeruus quẽ veniens dñs inuenerit facientẽ
ſic. Magna promiſſio fidelibus: & prudẽtibus
diſpẽſatoribꝰ prędicat: & cũ eis qbus ait. Eſto
poteſtatẽ habẽs ſuper quĩq; ciuitates: aut eſto
poteſtatẽ habens ſuper decẽ ciuitates. Nã ſup
oĩa bona patriſfamilias fieri: qd aliud manife=
ſtat niſi hęredes dei & cohęredes Chriſti: & cõ
regnãtes cũ Chriſto? Cui oĩa ſua tradidit pa=
ter ſicut ipſe dicit. Data eſt mihi oĩs poteſtas ĩ
cælo/& in terra. Et quẽadmodũ boni patris fi
lius ſup oẽm patris ſubſtãtiã cõſtitutus parti
cipat huiuſmodi dignitatẽ/& gloriã fidelibꝰ/
& prudẽtibus diſpẽſatoribꝰ ſuis: vt ſint & ipſi
ſup oẽm creaturã/& poteſtatẽ: vt ſint cũ Chri
B ſto. Et vide interp̃tationẽ eius qđ dicit. Amen
dico vobis: ꝙ ſuper omnia bona ſua conſtituet
eũ. Intellige mihi quaſi in exemplum accipiẽs
aliquẽ regem omne regnũ ſub ſe habẽtem. Cũ
quo ſunt gentes multę: & ciuitates: & loca di=
uerſa. Itaq; diuidat ipſe ſatrapis: & cęteris pri
cipibus qui aliquid pręclare geſſerũt plenitu=
dinẽ regni ſui: & oẽs quidẽ cõſtituet ſup om̃e
regnũ ſuum: non autẽ ſingulos ſuper omnia:
ſed vnũquẽq; eorũ ſuper aliquã partem regni
ſui: vtputa hũc quidẽ ſuper decem ciuitates:
alium ſuper quinq;. Et ſic omnes erũt ſup om
nia bona: ipſe aũt ſolus teneat omnia quaſi ſo=
lus omniũ rex. Et tale eſt qđ dicit. Sup oĩa bo=
na ſua cõſtituet eum. Sicut autẽ audiuimꝰ de
beatitudine danda ſeruis fidelibus: & pruden
tibus: ſic audiamus & de tormentis malorum
ſeruorũ. Dicit eñ malus ſeruus in corde ſuo:
pręſentem voluptatẽ pręponẽs bonis futuris:
& contẽnens dominũ ſuũ: dicit. Morã facit do
minus meus venire. Mẽtiens autem hoc dicit
volens mãducare & bibere cũ ebrioſis: & ſem=
per ſomniat: quia poſt multum temporis ven
turus eſt dominꝰ eius. Et quaſi dño moras fa=
ciente percutit conſeruos ſufferentes: & in ſer
uitutem redigit eos: & in faciem eos cędit. Et
percutiens mãducat/& bibit cum ebrioſis: oc
caſione obſequii eccleſiaſtici: & non eſurientes
ſuſcipit: ſed epulatur cũ ebrioſis & multis hu
iuſmodi quibus eccleſiaſtica cura cõmiſſa eſt:
quibꝰ veniet dñs faciẽs conſummationẽ eorũ
in die qua neſciũt: & hora qua nõ putãt: & di=
uidet eos qui nõ timuerũt eũ: Qui potens eſt
animã: & corpus perdere in gehennam. Diui= C
dit autem eum: quando ſpiritus quidẽ eius re
uertitur ad deum qui dedit eum. Anima aũt
cum corpore ſuo: vadit in gehẽnam. Iuſtus au
tem non diuiditur: ſed anima eius vadit cum
ſpiritu ad regna cęleſtia. Propter qđ ſcriptum
eſt. Benedicite ſpiritus & animę iuſtorum do
mino. Eorum autẽ qui diuidũtur & deponũt
ſpiritũ reuertẽtem ad eũ qui dederat eum: et
nõ habẽt poſtmodum in ſe partem aliquã quę
erat ex deo: relinquitur eis pars eorũ quæ erat
ipſorum: id eſt anima: quæ cũ corpore ſuo pu=
nietur a domino veniẽte/cũ infidelibus & hy=
pocritis in tormẽtis. Vide ergo differentiam
ſeruorũ quos dñs cõſtituit ſuper domũ ſuam
quoniã quidã quidẽ quaſi fideles: & prudẽtes
diſpenſatores: qui dederunt conſeruis cibũ in
tempore: ſuper omnia bona patriſfamilias con
ſtituuntur: qui autem contraria eis egerũt: ex
tra ꝙ ceciderunt de gloria tanta adhuc diui=
dentur: & pars eorũ cum hypocritis & infide
libꝰ ponet. Ibi erit fletꝰ eis: qui male in hoc mũ
do ridẽtes fuerunt: dicẽte ſcriptura. Vęh qui
nũc ridetis: quoniam flebitis: & plangetis. Cõ
ſequenter autẽ propter requiem & reſolutio=
nem qua requieuerũt & reſoluti ſunt: rationa
biliter erit eis dentiũ ſtridor. Qđ hoc forſitan
ſignificat: quoniã qui puniũtur cogitantes fo
re finẽ doloris: & propter hoc volẽtes viriliter
eos ſufferre: compulſi tormẽtis inſufferibili=
bus: dentibꝰ ſtridũt. Illis videlicet dentibꝰ: qui
bus manducauerũt acerbitatẽ malitię: & pro=
pterea patiuntur dentiũ dignũ ſtridorem.

Secundũ Matthęum. Cap. XXV.

IN illo tempore. Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis parabolã hãc
Simile eſt regnum cęlorum
decem virginibus: quę acci
pientes lampades ſuas exie=
runt obuiam ſpõſo/& ſpon
ſæ. Quinq; autem ex eis erant fatuę: & quinq;
prudentes. Et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de
eadem lectione. XXXII.

D IN omnibus qui didicerunt
verbum dei regnum cælo-
rum aſſimilatur virginibꝰ
decẽ. Et ſi quidẽ in eis ſunt
qui recte & credunt / & vi-
uunt: & ideo iuſte aſſimila-
tur quinq; prudentibus: qui autẽ profitentur
quidem fidem in Ieſu non autem præparãt ſe
bonis operibꝰ ad ſalutem: reliquis quinq; aſſi-
milatur virginibus fatuis: nõ irrationabiliter
dicimus ſenſus omniũ qui didicerunt diuina
quomodocũq; verbum domini receperunt: ſi-
ue occaſione ſiue veritate: q; virgines ſunt vir
ginificatę per verbum dei: cui crediderũt: aut
credere volunt. Tale eſt enim verbum dei: vt
de ſua munditia accõmodet omnibus qui per
ſuam doctrinam receſſerunt quidem ab idolo
rum cultura: vel cultura elementorũ creatio-
nis dei: acceſſerunt autem per Ieſum Chriſtũ
ad dei culturam: q̃uis non fuerunt ſubſecuta
opera pietatis: neq; ad beatitudinem prępara
uerint ſemetipſos. Sicut autẽ ſecundum ver-
bum veritatis ſequuntur ſeipſas alterutrum
virtutes: quæ ſunt ſubſtantia Chriſtus: ita vt
qui vnam habuerit omnes habeat: & qui vnã
minus habuerit: nec vnam habeat: Chriſtꝰ eñ
a ſeipſo inreceſſibilis eſt: ſic & ſenſus omnes al
terutrum ſe ſubſequũtur. Et vbicunq; minus
fuerit vnus de ſenſibus: ſecundũ rectam ver-
bi doctrinã: ibi omnino & omnes ſenſus quaſi
fraudati a verbo ſapiẽtię infatuant̃. Senſus au
tẽ dico: & eos qui & cõmuniter intelligunt̃ vi
ſio / auditio / odoratio / guſtatio / palpatio: & eos
qui in prouerbiis appellant̃ diuini: hoc modo
E dicẽtibus. Senſum diuinũ inuenies. Iterũ autẽ
quoniam verbũ dei cauſa eſt: vt rectus fiat ſen
ſuum vſus: & nõ eſt poſſibile eũ cum ſit in ſen
ſibus: vt in quibuſdã quidẽ ſenſibꝰ operetur: &
diligenter tribuat quæ prudentię ſuę ſunt: in
aliis autẽ negligat: ideo ſi vnũ de ſenſibus fece
rit ſapientem: vt virgo conſtituat̃: neceſſe eſt
vt & in aliis ſenſibꝰ ſapiẽtiam ſuam effundat.
Propterea nõ eſt videre de quinq; ſenſibꝰ in ali
quo quoſdam quidẽ fatuos: quoſdã autẽ pru-
dẽtes. Sed neceſſe eſt: vt aut omnes quiq; ſint
prudẽtes / aut omnes fatui. Oẽs iſti ſenſus lam
pades ſuas accipiũt: id eſt organa ſua natura-
lia: ſiue ſecũdum verbum dei vti volentes: ſi-
ue & contra voluntatem dei: tamen accipiũt
eas quãdo recipiũt ſponſum eſſe eccleſiæ ver-
bum dei: & filium dei. Et egrediũtur de mun-
do: & de erroribꝰ deorum multorũ: & veniũt
in obuiam ſaluatori: qui ſemper paratus eſt ve
nire ad virgines eas: vt ſimul ingrediant̃ cum
dignis eorũ ad beatam ſpõſam eccleſiam. Sed F
q̃diu quidem poſt verbũ receptũ lucet lumẽ
fideliũ corã hominibus: vt videntes opera eo-
rum bona glorificẽt patrẽ eorũ qui in cęlis eſt
hæ & prudẽtes ſunt: & accipiẽtes oleũ nutri-
mẽtum luminis ſui: qđ ſemper infundit̃ acti-
bus bonis id eſt verbũ doctrinę: & vaſa anima
rũ ſuarũ ab hoc verbo implẽtes a doctoribus /
et traditoribꝰ q illud vẽnũdãt: qđ ſatis ſit eis:
etiam tardãte exitu & remorãte verbo veniẽ-
te ad cõſummationem eorum: vt cõſummatę
et extra mundũ factę feſtinent illuc. Quantis
autem nõ fuit cura poſt inchoationẽ chriſtia-
nitatis tantam accipere verbi doctrinam quã-
ta ſufficeret eis durare vſq; ad finem: negligẽ
tes circa ſuſceptionem doctrinæ: quę cõfortat
fidem: & bonorũ actuũ lumẽ illuminat. Quid
autem ſic cõfortat ſicut moralis ſermo: quod
oleũ luminis appellat̃? Hæ fatuæ ſunt: & acce-
perũt lampades in primis quidẽ accenſas: ſed
ad tantũ iter obuiam exeũdi ſpõſo oleũ nõ ac-
ceperũt. Moram autẽ ſpõſo faciente dormita- G
uerunt oẽs virgines: & dormiebãt. Ita ſponſo
tardante: & nõ cito veniente verbo ad cõſum
mationẽ vitę eorũ: hinc patiuntur aliqd quaſi
ſenſus: & quaſi in nocte mũdi agentes: & dor-
mitãtes. Dormierũt quidẽ: vtputa remiſſius
egerũt a ſenſu vitali: nõ tamẽ & lãpades perdi
derũt: neq; deſperauerũt de cõſeruatione olei
illę prudẽtes. Media autẽ nocte clamor factus
eſt: ecce ſponſus venit: exurgite obuiã ei. Tũc
ſurrexerunt virgines illę oẽs: & compoſuerũt
lãpades ſuas. Fatuæ autẽ prudẽtibus dixerũt
Date nobis de oleo veſtro: quia lampades no-
ſtrę extingũtur. Reſpõderunt autẽ prudẽtes:
dicẽtes. Ne forte non ſufficiat nobis / & vobis:
ite potius ad vẽdẽtes: & emite vobis. Abeun-
tibus autẽ illis emere: venit ſpõſus. Et quę pa-
ratæ erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias: & clau
ſa eſt ianua. Nouiſſime aũt venerũt & reliquę
virgines dicẽtes. Domine: dñe aperi nobis. At
ille reſpõdens ait. Amẽ dico vobis: neſcio vos.
Media aũt nocte: id eſt in altitudine remiſſio-
nis: & in medio tempore iam tranſacti lumi-
nis veſpertini: & adhuc ſperati diurni: factꝰ eſt
clamor omnes ſuſcitare volentiũ ſicut ęſtimo
angelorũ: qui oẽs ſunt miniſtratorii ſpiritus
qui mittunt̃ ad myſteriũ propter poſſeſſuros
ſalutẽ: qui & ſolliciti fuerũt eos qui ſunt ſenſi-
biles excitare in obuiam ſponſo. Et dicunt in-
tus clamãtes in ſenſibus omniũ dormiẽtium.
Ecce ſponſus venit: ſurgite in obuiã ei. Et ſug
geſtionẽ quidẽ oportere in obuiam ire ſponſo

verbo: & eccleſię immaculatę:omnes quidẽ au
dierũt/& ſurrexerũt:nõ autem omnes decẽtẽ
impoſuerũt lampadibus ſuis ornatũ: ſed quæ
A audierũt prudẽtiam eas ornãtem. Ita nõ in tẽ
pore opportuno fatuę dixerũt prudẽtib⁹: da-
te nobis de oleo veſtro:quaſi quę nõ ſibi cõgre
gauerãt ante prudẽtiã. Vt intelligãt qm̃ non
omniũ habẽtium oleũ:eſt etiã dare ex eo volẽ-
tibus aliis:ſed eorũ tãtũmodo qui ad hoc ipm
poſiti ſunt:vt vęnũdẽt: & tribuãt: & accipiãt
pretium olei vęnũdati:cuius p̃tium eſt perſe-
uerãtia: & inſtantia: & amor diſcẽdi: & diligẽ
tia: & labor cupiẽtium diſcere. Date nobis de
oleo veſtro:quoniã lampades noſtrę extingun
tur. Nã etſi fatuę erãt:tamẽ hoc intelligebãt:
quoniã cũ lumine debebãt obuiam ire ſponſo
omnes lampades ſenſuũ illuminatas habẽtes.
Videbãt autẽ & illud: qm̃ ex eo ꝙ minus ha-
bebãt oleũ rationabile:iã propinquãtib⁹ tene-
B bris:lampades earũ fuerãt obſcurandę. Sed ſa
piẽtes trãſmittũt fatuas ad olei vęnditores:vi
dẽtes quoniam nõ tãtum oleũ:id eſt verbũ do
ctrinę cõgregauerãt:vt ſufficeret & ipſis ad vi
tã: & illas doceret ornare lampades ſuas. Et ſi
conſideraueris aliquem aliquando:ꝙ congre-
gauit quidẽ doctrinam verbi:qđ ſibi ſufficiat
ad bene viuẽdum:nõ tamẽ vt etiã doctor fieri
poſſit:videbis hũc talem reſpondẽtem volen-
tibus ab eo diſcere quę ſunt dei: & dicentẽ. Ne
forte non ſufficiat nobis & vobis. Sufficienter
em̃ mihi ad bene viuẽdũ habeo doctrinam:nõ
tamẽ vt & vobis poſſit accõmodare doctrinã.
C Et reſpõdebũt volentibus a ſe diſcere. Ite ma-
gis ad vęnditores: & emite vobis. Id eſt ad do-
ctores: & ab eis accipite. Et fatuæ non quando
oportebat/euntes ad doctrinã ſibi emẽdã:per
dunt tẽpus introeundi cũ ſponſo ad nuptias.
Et eſt videre eos qui talia patiunt: qui quãdo
debuerũt quidẽ diſcere neglexerũt diſcere ali
quid vtile ex eis a quibus diſcere debuerũt. In
ipſo aũt exitu vitę ſuę dũ diſponũt diſcere:cõ
prehẽdũtur a morte: & ꝓpterea nõ ingrediũ-
tur cũ verbo ad ſpõſam eccleſiã: nec cũ Chri-
ſto ad eos q ſimul ĩ requie ſunt futuri: & ĩ bea
titudine regnaturi. Claudit autẽ poſtea oſtiũ
adhuc fatuis virginibus oleũ accepturis:quæ
et ſine cauſa poſtea venient dicẽtes. Dñe:dñe
aperi nobis. Itaqꝫ reſpõdẽs ſpõſus dicit. Neſcio
vos. Itaqꝫ qm̃ parabola omnib⁹ audiẽtibus di-
D cebat:ſubiũgit ad diſcipulos ſuos:dicẽs. Vigi
late ergo:quia neſcitis diem & horã. Ornãtes
autẽ lãpades ſenſuũ euãgelicis vſibus:atqꝫ re-
ctis:vt ſit qdẽ oculorũ ornamentũ rectus vſus
videndi:vt oculi videãt quidẽ admirãdũ facto-
rẽ:claudant aũt vt ne videãt iniquitatẽ. Audi
tus aũt eſt ornamẽtũ:quãdo qs auditionẽ qdẽ
nõ ſuſcipit vanam: ſed obturat aures ſuas: vt
nõ audiãt iudiciũ ſãguinis. Audit aũt Ieſum
dicentẽ ad ſe adaperire:vt tantũ ad verbi ſalu
taria & neceſſaria p̄beant. Sic & de ornamẽto
guſtus qs dicere poteſt: & de odoratiõis & pal
pationis ſecundũ ea quæ dicta ſunt. Quoniã
qui male vtunt ſenſibus ſuis:eorũ nullũ eſt or
namentũ:aut in oculis: aut in auribus:aut in
reliqs ſenſib⁹. Obſeruãdũ eſt autẽ:qm̃ ſcriptũ
eſt quidẽ:fatuas trãſmiſſas ad oleũ cõparãdũ:
nõ tamẽ referunt emiſſe:aut accepiſſe:ſed hoc
in ſilẽtio p̃termiſſo poſtea dictũ. Quoniã poſt
hoc veniũt & reliquę virgines dicentes. Dñe:
dñe aperi nobis. Cũ potuiſſet dicere poſtea ve
nerũt accepto oleo:vł comparato:cõueniẽter
ſiluit:vt nõ habẽtibus oleũ:vel in extremo or
nãtib⁹ lãpadas ſuas diceret. Neſcio quæ eſtis.
Nec em̃ ſcribit:quia ornãtes lãpadas ſuas ve-
nerũt. Tamẽ finis verbi eſt iſte:vt in omni tẽ-
pore p̄parem⁹ nos ad exitũ: vt nõ demus ſom
nũ oculis noſtris:neqꝫ palpebris noſtris dormi
tationẽ: quia neſcim⁹ diẽ & horã exit⁹ noſtri.

Secundum Matthęum.
Cap. XXV.

IN illo tempore. Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis parabolã hãc
Homo quidam peregre pro
ficiſcens vocauit ſeruos ſu-
os: & tradidit eis bona ſua.
Et reliqua.

Homilia Origenis preſbyteri de
eadem lectione. XXXIIII.

ET primũ quidẽ videam⁹ qua E
re peregrinãti homini aſſimi
lat dñs noſter:q vn⁹ eſt dñs
noſter: de quo ait apoſtolus.
Nobis autẽ vnus dñs Ieſus
Chriſtus:p quẽ oĩa: & nos p
ipm:ſi tamẽ ab eo tãtũmodo
dñemur: & neqꝫ mãmona dñm habeam⁹:neqꝫ
aliquẽ dñorũ eorũ quos multos eſſe ſignificãs
ipſe apoſtol⁹ dicit. Sicut em̃ ſunt dii multi: &
dñi multi. Ergo primũ quæramus de peregri
natione ipſius:maxime qa peregrinationi eius
videt eſſe cõtrariũ:qđ ipe de ſe diſcipulis ſuis
promittit:dicẽs. Vbi fuerint duo vel tres con
gregati in nomine meo:ibi ſum in medio eorũ
Itẽ illud. Ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus
vſqꝫ ad cõſummationẽ ſcłi. Et qđ Baptiſta di
cit de eo vbiqꝫ eũ eſſe demõſtrãs ita. In medio
autẽ veſtrũ ſtat quẽ vos neſcitis:ipſe eſt q poſt
me venit. Propterea dicet aliqs:ſi ĩ medio etiã
neſciẽtiũ ſe ſtat:ſi vbicũqꝫ duo vel tres congre
gati fuerint in nomine eius iter eos habetur:

ſi per omnes dies vitæ diſcipulorum cũ eis eſt vſq; ad cõſummationẽ ſæculi: quomodo ĩ iſta parabola proponitur peregrinans. Tractãtes autẽ aſſumere debem⁹ & illud qđ Paulus ait de ſe: Ego aũt abſens corpore: pręſens aũt ſpiritu iam iudicaui vt præſens: cõgregatis vobis & meo ſpiritu cũ virtute dñi Ieſu: eũ qui talis eſt tradere ſathanę in interitũ carnis: vt ſpiritus ei⁹ ſalu⁹ ſit ĩ die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Si eñ virtus Ieſu cõgregatur cũ his q congregantur in nomine ei⁹: nõ peregrinatur a ſuis: ſed ſemper pręſto eſt eis. Q; ſi ſemper omnib⁹ ſuis eſt pręſens: quomodo introducũt eũ parabolę
F eius peregrinãtem? Vide ſi poſſumus ſoluere hoc modo qđ quærit. Qui eñ dicit diſcipulis ſuis: ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad cõſummationẽ ſæculi: & itẽ: vbi fuerint duo/vel tres cõgregati in noĩe meo: & ego ſum in medio eorum: & cętera: & qui in medio etiã neſcientiũ ſe cõſiſtit: vnigenitus dei eſt deus verbũ: & ſapientia: & iuſtitia: & veritas: q nõ eſt corporeo ambitu circũcluſus. Secundũ hãc diuinitatis ſuæ naturam nõ peregrinaẽ: ſed peregrinaẽ ſecũdum diſpenſationẽ corporis qđ ſuſcepit. Secũdũ qđ & turbat⁹ eſt: & triſtis fact⁹ eſt dicẽs. Nũc anima mea turbatur. Et iterũ. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Hęc autem dicentes nõ ſoluimus ſuſcepti corporis hominẽ: cũ ſit ſcriptum apud Ioannẽ. Oĩs ſpiritus qui ſoluit Ieſum nõ eſt ex deo. Sed vnicuiq; ſubſtãtię proprietatẽ ſeruamus. Si enim omnis homo fidelis qui cõiungiẽ dño vnus ſpiritus eſt: quãto magis homo ille quẽ ſecũdũ diſpenſationẽ carnis Chriſtus ſuſcepit: non eſt ſoluendus ab eo: nec alter eſt dicẽdus ab eo? Et vide quomodo ait. Sicut homo peregre futurus. quoniam
G nõ erat homo: ſed ſicut homo. Et quaſi homo peregrinabiẽ: qui erat vbiq; ſecũdũ diuinitatis naturã. Simul cõſidera: quoniã nõ videẽ redditio ſermonis ita cõſcripta. Sicut homo peregrinãs ſic & Ieſus: aut ita: ſic & fili⁹ hoĩs: quoniã ĩpe ẽ q in parabola ꝑponiẽ: peregrinãs quaſi homo. Nec eñ eſt homo: q eſt vbicunq; duo vel tres in nomine eius fuerint cõgregati. Neq; homo nobiſcũ eſt omnib⁹ diebus vſq; ad cõſummationẽ ſęculi. Nec cõgregatis vbiq; fidelibus homo eſt pręſens: ſed virtus diuina quæ erat in Ieſu. Poſſumus etiã talia dicere de hoc loco. Nihil cõtrarium eſt eum ipſum Ieſum ſecũdum quẽdam quidẽ intellectum eſſe vbiq;: ſecũdum alium autem peregrinari. Si eñ nos dum ſumus in corpore peregrinamur a dño: per fidẽ eñ ambulam⁹: nõ per ſpeciẽ: ĩ oĩbus q ſunt ĩ corpore & peregrinaẽ a dño: peregrinatur ab eis & dñs p fidẽ ambulãtib⁹ nõ p ſpeciẽ

Si autẽ peregrinãtes a corpore cum dño fuerimus: & ipſe tũc erit nobiſcũ. Et pro eo ꝙ per fidem ambulauim⁹: vt & per ſpeciem poſtea ambulemus. Speciem autem dicimus verbi/ & ſapientiæ/& veritatis/& iuſtitię/& pacis/& omniũ quicquid eſt vnigenit⁹ deus. Speciem autem verbi: & ſpeciem ſapiẽtię intelliges: cũ intellexeris qđ ait apoſtolus. Filii mei quos iterũ parturio: donec formeẽ Chriſtus ĩ vobis. Formatũ eñ Chriſtũ intelligẽs in aliquo: videbis cõſequenter ſecũdum formationẽ huiuſmodi etiam ſpeciem Chriſti. Iſte ergo q quaſi homo H
peregre eſt profectus: vocauit ſeruos ſuos: & tradidit eis probatam pecuniam ſuam: in eloquiis caſtis. Quoniã eloquia ei⁹/eloquia ſunt caſta: argentum ignitum probabile: purgatũ ſepties. Et vni dedit quinq; talenta: alii autem duo: alii vero vnum. Vnicuiq; autem ſecũdũ propriam virtutẽ. & profect⁹ eſt ſtatim. Abiit autem qui quinq; talenta acceperat: & operatus eſt in eis: & lucratus eſt alia quinq; talẽta. Similiter qui duo accepit/lucrat⁹ eſt ĩ eis alia duo. Qui autem vnum accepit: abiẽs fodit in terram: & abſcondit pecuniam domini ſui. Ergo ſiquãdo videris eorũ qui acceperũt a Chriſto diſpenſationem eloquiorum dei: alios quidem habere amplius/& diuinius/& abundantius: alios autem minus: & vt ita dicã/ neq; in dimidio intelligentes rerum negotia: comparatione eorum qui multo ſunt meliores: alios autem adhuc minus habere: videbis differentias eorum qui eloquia dei ſuſceperũt a Chriſto: quoniã alia fuit virt⁹ eoꝝ quib⁹ data ſunt quinq; talẽta: alia quibus duo: alia qbus vnũ: et altera alterius nõ capiebat menſurã. Et qui I
accepit talentum vnum: accepit quidem datum non contemptibile. Multum eſt enim & vnum talẽtum talis domini. Tamen tres ſunt proprii ſerui eius qui peregre profect⁹ eſt quaſi homo: ſicut & tria genera ſunt eorũ qui fructum faciũt. Quorũ quidam quidẽ faciũt centum: quidam autem ſexaginta: quidã vero triginta. Sed ibi etiam ille qui triginta fecit ſaluatur. Hic autẽ ſermo arguit eum qui vnũ acceperat talentũ: & abſcõdit in terram. Et quæro q quinq; acceperaẽ talenta: ſi poſſunt intelligi pfectiores: q diuiniorem: & ſublimiorẽ acceperunt ſenſum ſcripturę: qui duo autẽ acceperunt: ſuper literam quidẽ: paulo autẽ ſuperius aſcẽderunt: & non ad magnitudinem illam aſcẽdere potuerũt: tertii autem qui nihil ſuper literam quã acceperũt in primis. Eſt ergo & de numeris omnino ĩ his quæ loquimur dign⁹ ſermo tali noſtro domino ſaluatore. Di K
co autem de quinq;: & duob⁹: & vno. Nos au-

tem modici:& talia minus explicare potentes ęſtimamus ne forte qui omnia quidem ſenſibilia ſcripturarũ poſſunt deducere ad ſenſus diuiniores:quos Salomon diuinos appellat: & quos dicit Hieremias ſenſus cordis:& q ad hebręos dicunť a Paulo ſenſus exercitati ad diſcretionẽ boni quoq3:& hi ſunt q extra qnq3 talenta alia qnq3 ſunt lucrati operãtes in eis:& p doctrinã exercitãtes ſeipſos: & ad maiorẽ ſciẽtiã erigẽtes. Cõuerſati eñ ſalutariter: & ſtudioſe docẽtes: operati ſunt & lucrati ſunt alia quiq3:qa nemo facile additamentũ accepit virtutis alterius/niſi eius quã habet. Vtputa ſapiens in ſapiẽtia creſcit: fidelis in fide. Aut ita alia acquiſiuit qnq3. Quoniã vnuſqſq3 qđ ipſe ſcit hoc docet alterũ:& quãta ipſe ſcit tãta alterũ docet:nõ amplius. Propterea quicqd habuerit qs in ſe:hoc alterũ docendo acqrit in altero:faciẽs eũ habere qđ habet ipſe. Propterea quinq3 habuit:& nõ ampli⁹ acquiſiſſe dicitur: niſi quinq3 q̃ habuit. Et qui duo: nõ ampli⁹ ni
A ſi duo: q̃ habuit. Si autem debemus & de duobus talentis dicere:& de illis dicimus:quoniã qui nõ permãſerũt in litera:ſed quęrẽtes aſcẽdere ſenſu ſuo ſup eam:nõ autẽ potentes peruenire ſuper ordinẽ prędictorũ duorũ:hi ſunt qui ab eo:q cognoſcebat virtutẽ eorũ:acceperũt talẽta duo/corporalem doctrinam edocti: duo eñ videť carnalis numerus eſſe: & ſuper hęc lucrati ſunt duo: id eſt corporalẽ editionẽ & aliã paulo eis ſublimiorẽ. Erat autẽ aliqs ſeruorũ minorẽ colligens ſibi virtutem: propter quã quaſi minus potenti vnũ talentum pater familias dedit: qđ accipiẽs ſeruus habens aliquã terram fodit:& in altitudines poſuit eius
B cũ debuiſſet ſurſũ & ĩ mẽſas id mittere. Quoniam autẽ proprii ſerui tres referũtur illi⁹ patriſfamilias eẽ: quęro ſi poſſunt poſtq̃ crediderũt & ſerui facti ſũt ei⁹: quaſi potẽtes negotiari. Poſtea acceperũt a patrefamilias pecuniam eius:vt quidã quidẽ & operat⁹ ſit/& lucratus alius autẽ lucrat⁹:alius vero prę timore nõ ſatis fidelis:dñi ſui infodit & abſcondit pecuniã Et apparet in ipa defenſione p quã loqtur:qm̃ timuit quidẽ dñm habẽs dei timorem ſicut alter zelũ dei:nõ aũt ſecũdũ ſciẽtiã/timẽs abſcõdit talentũ ſuũ in terra. Tales ſunt autem qui neq3 mouent:neq3 diſcutiũt quæ dicunť: neq3 ſeipſos ad prodificãdas animas tradũt: ſed latere volũt q̃ acceperũt:& crediti ſunt. Si quando ergo videris aliquẽ q virtutẽ quidẽ aliquã acqſiuit:& habet dicẽdi:& animas quãtũcũq3 prodificantem:& hanc virtutem occultat:vt tantũmodo tradat verbũ nudũ qđ credit⁹ eſt: et accepit:& depoſitũ ei⁹ domino ſuo:& viuit in obſcuro multis ignotus:etiã magna peccata habẽtibus:& nõ ſe profert in bono qđ a deo accepit: q̃uis habeat quãdam religionẽ cõuerſationis non vituperabilẽ multis:non dubites dicere eum talẽ eſſe qui vnũ talẽtũ accepit/& abſcondit id in terra. Si autẽ propter illud qđ C
ſcriptũ eſt:eũ talem mitti in tenebras exteriores:diſplicet tibi qđ diciť: ſi ꝓpterea ꝙ nõ docuit qs iudicať quaſi q data ſibi virtute ad ꝓdificationem animarũ non eſt vſus:recordare apoſtolicũ dictũ qđ ait. Vęh eñ mihi eſt:ſi nõ euãgelizauero. Nõ enim ꝓpter aliã quãcunq3 conuerſationem ſuam vituperabilẽ:ſed ꝓpter hoc ſolũ ſi non ꝑdicauerit euangeliũ: vęh ſibi cõfitetur futurũ. Manifeſte eñ apparet:quoniã ille ſperauit audire:ſerue male/& piger:& cętera:niſi euãgelizaſſet: q̃uis alia vitę eius recta fuiſſent. Hæc eñ & his ſimilia debẽt in mẽte habere maxiẽ q mittũt manũ ſuã id eſt actũ ad aratrũ docẽdi doctrinã Chriſti: vt cognoſcẽtes qb⁹ eſt vęh:nõ ꝓpter aliud niſi qa nõ docẽt repoſitũ: non cõuertanť retro poſtq̃ ſemel miſerit manũ ſuã ad aratrũ arantẽ aĩas hoĩm: vt poſt hoc & ſemina ſuſcipiãt verbi. Iſte autẽ qui ſicut homo peregre ꝓfect⁹ vocauit ſeruos ſuos:& tradidit eis bona ſua:poſt multũ tẽporis venit. Poſtq̃ dimiſit aptos ad negotiãdum aĩarum ſalutẽ: & ideo forſitan nõ facile inuenitur qs ex eis q apti fuerit ad huiuſmodi op⁹ vt cito tranſeat de hacvita:ſicut eſt manifeſtũ ex eo ꝙ & apoſtoli ſenuerũt: ex quib⁹ dicit ad Petrũ. Cum ſenueris extẽdes manũ tuã: & cętera. De Paulo autẽ dictũ eſt ad Philemonem. Nũc autẽ vt Paulus ſenex cum eſſet adoleſcẽtulus:quãdo Stephanus pro Chriſti teſtimonio lapidabať: & ipſe veſtimentũ ſeruabat interficiẽtium eum. Hoc autẽ diximus ꝓpterea ꝙ dicit poſt multũ tẽporis venit dominus ſeruorum illorũ. Et obſerua in hoc loco:quoniã D
non ad dñm vadũt:vt iudicẽtur & digna actibus ſuis recipiant: ſed dñs venit ad eos cũ fuerit impletũ qđ dictum eſt: quoniã venit tempus. Veniens autẽ ponet rationẽ cũ eis de omnibus quęcũq3 egerũt:cõpenſans lucra bonoꝝ operũ:& diſpẽdia peccatorũ:vt ponens rationẽ/& diligenter vniuerſa diſcutiẽs:vnoquoq3 ſicut oportet vtať. Debemus ergo quaſi q peccãdo damnũ fecim⁹: bona autẽ operãtes lucremur/ſic omni cuſtodia corda noſtra ſeruare: vt cũ venerit dñs noſter:& poſuerit rationem nobiſcũ:nõ inueniamur nec ꝓ otioſo ſermone damnũ feciſſe. Et accedẽs qui quiq3 talẽta acceperat:obtulit alia quinq3 dicẽs. Dñe quinq3 talẽta mihi dediſti:ecce alia quinq3 ſuplucratus E
ſũ. Ait ei dñs ei⁹. Euge ſerue bone & fidelis:qa

ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra m'lta te cõſtituã
intra in gaudiũ dñi tui. Accedẽs aũt & q duo
talenta acceperat/ait. Dñe duo talẽta mihi de
diſti: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi domi
nus eius. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſup
pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituam.
Intra in gaudium dñi tui. Ita acceſſit primus
quaſi qui habuit fiduciã eo ꝙ operatus fuerat
& lucratus. Nam fiducia ipſa fecit eũ audere:
vt ad dñm primus accederet: & audacter face
ret ſermonem dicẽs. Dñe quinq; talenta mihi
dediſti: ecce alia quinq; talenta lucrat⁹ ſum ſu
per ea. Ad quem dñs dixit vocẽ omnib⁹ nobis
optabilẽ: cũ poſuerit rationẽ etiã nobiſcũ do-
min⁹ noſter: dicẽs. Euge ſerue bone & fidelis:
cõtrariã ei voci quã dixit ad tertiũ: ſerue ma-
le: & piger. Quis non optet exhortationẽ acci
piẽs ex iſta ſcriptura: vt audiat a dño ſuo: fide
lis? Qđ ſimile eẽ ęſtimo ei qđ dictũ eſt de Abra
ham: quoniã credidit Abraham deo & reputa
tũ eſt ei ad iuſtitiã: ſicut & ei qui audiuit a do
mino ſuo: ſerue fidelis. Sine dubio fides ei⁹ ad
iuſtitiã reputata eſt ei: vt reputata eſt ad iuſti
tiã fides ipius q in modico fuit fidelis. Modica
autẽ ſunt oĩa vitę iſtius: vt omne reſurrectio-
nis myſteriũ ei credatur & amminiſtratio ſu-
F pernorũ bonorũ. Videam⁹ autẽ & quo ingre-
ditur ſeru⁹ iſte bon⁹ & fidelis: q in modico vi
tæ iſtius fuit fidelis. Intra (inquit) in gaudiũ
dñi tui. Omnia eñ ibi delectabilia: & oĩa gau
dia: quãdo qui hic flent: ibi ridebũt: & qui lau
dabiliter lugent: cõſolationem accipiãt dignã
Qđ autem dicit vel in eo qui quinq; talẽta ac
ceperat: vel ĩ iſto q duo: accedẽs: ĩtellige mihi
acceſſum & trãſitum de hoc mũdo ad illũ. Et
vide quoniam nõ aliam vocẽ dñs ꝓtulit ad ſe
cundũ: niſi quã ꝓtulit ad priorẽ: dicens. Euge
ſerue bone & fidelis: ſup modica fidelis fuiſti:
ſuper magna te conſtituam. Quęro quoniam
eadẽ dicta ſunt ambobus: ne forte & qui mino
rem habuit virtutẽ: & totã illã quã habuit ſe-
cũdum ꝙ oportebat exercuit: nihil min⁹ ha-
biturus ſit apud deum: q̃ ille q fuit in maiore
virtute: vt impleatur ĩ eis qđ dictum eſt. Qui
multũ non abũdauit: & q modicũ nõ minora-
uit. Tale aliquid oſtendiť & circa mãdatũ dile
ctionis ad deũ: vel ad proximũ dicens ita. Dili
ges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: & ex tota
aĩa tua: & ex tota mẽte tua. Sine dubio eñ cũ
ex toto corde ſuo quis dilexerit deũ: & ex tota
anima ſua: & ex tota virtute ſua: talẽ dilectio-
nis habet mercedẽ qualẽ ille qui mai⁹ habuit
cor: vel qui eminẽtiorẽ habet animã: vel q ma
iorem accepit virtutẽ. Hoc eñ ſolum quæri-
tur: vt quicqd habuerit homo ex deo: toto eo
vtatur ad gloriã dei. Accedẽs aũt & qui vnũ G
talentũ acceperat: ait. Dñe ſcio quia homo du
rus es: & metis vbi nõ ſeminaſti: & congregas
vbi nõ ſparſiſti: & timens abii & abſcõdi talen
tum tuũ in terra. Ecce habes tuũ. Reſpondẽs
autẽ dñs eius dixit ei: Male ſerue & piger: ſcie
bas qa meto vbi nõ ſeminaui: & congrego vbi
nõ ſparſi. Oportuit ergo te committere pecu
niã meã nũmulariis: vt veniens recepiſſem eã
cũ vſuris. Videtur mihi iſte qui vnũ talẽtum
accepit fuiſſe inter credẽtes quidẽ: non autem
et fiducialiter agẽtes in fide: ſed latere volen-
tes: & omnia facientes: vt nõ cognoſcanť qua-
ſi chriſtiani. Forſitan aũt & alii mores eoꝝ nõ
ſatis erãt culpabiles. & qđ acceperũt cuſtodiũt
quidẽ nõ aũt & addũt: neq; negocianť: neq; fi-
ducialiter agunt in eo. Propterea verbũ in eis
non profecit ad maius: neq; alios acquiſiuit.
Adhuc videnť mihi q huiuſmodi ſunt: timo-
rem dei habere: & ſapere de eo quaſi de aliquo
auſtero: & duro: & ĩplacabili. Sic eñ verba ipa
ſignificãt reſpõdẽtis: & dicẽtis. Sciebã qa du-
rus es: & quaſi q ſciebat eũ metere vbi nõ ſemi
nauit: & cõgregare vbi nõ ſparſit. Propter qđ
reſpõdẽs ei dñs eius: & arguẽs eũ quaſi malũ
ſeruũ & pigrũ: nõ quidẽ cõfeſſus eſt ſe eſſe ho
minẽ durũ: ſicut ille arbitrabať: cęteris aũt ſer
monib⁹ eius cõſenſit dicẽs. Et ſciebas quia me
to vbi nõ ſeminaui: & cõgrego vbi non ſparſi.
Quomodo aũt intelligam⁹ ꝙ vere dñs noſter H
metit vbi nõ ſeminauit: & congregat vbi non
ſparſit. Mihi hoc videť in loco iſto: qm̃ iuſt⁹ ſe
minat in ſpiritu: ex quo & metet vitã æternã.
Oĩa autẽ quę ab altero: id eſt a iuſto viro ſemi
nanť: & metũtur ad vitã æternã: metit deus.
Dei eñ eſt poſſeſſio iuſtus: q metit vbi nõ ipſe
ſeminauit: ſed ille iuſtus. Cõſequẽter & illud
dicemus: quoniã iuſtus diſperſit: dedit paupe
ribus. Dñs autẽ in ſuo colliget vniuerſa: quã-
tacũq; iuſtus diſperſit: & dedit pauperib⁹. Me
tens autẽ quę nõ ſeminauit: & cõgregans quę
nõ ſparſit: ſibi cõputat & ſibi arbitrať eſſe col-
lata quęcũq; pauperib⁹ fidelibus fuerint ſemi
nata vel ſparſa: dicẽs ad eos qui bene proximis
ſuis fecerũt. Venite benedicti patris mei: hęre
ditate regnũ qđ vobis paratũ eſt. Eſuriui eñ
et dediſtis mihi manducare: & cętera. Et quia
vult metere vbi non ſeminauit: & congregare
vbi non ſparſit: cũ non inuenerit dicet ad eos
qui non prębuerunt ei metere & congregare.
Diſcedite a me maledicti ĩ ignem æternũ: quẽ
pręparauit pater meus diabolo: & angelis ei⁹.
Eſuriui enim & non dediſtis mihi mãducare
& cętera. Nam & vere durus eſt ſecũdum qđ
ait Matthæus: & auſter⁹ ſecũdũ qđ ait Lucas.

Sed his q̄ miſericordia dei abutũtur ad negli-
gẽtiã ſuã nõ ad cõuerſionẽ ſuã : ſicut ait apo-
A ſtol⁹. Vide bonitatẽ dei & ſeueritatẽ. In eos q̄
dem q̄ ceciderũt ſeueritatẽ: in te aũt bonitatẽ
ſi p̄maſeris in bonitate. Qui em̃ bonũ iudicat
deũ credẽs indulgentiam accipere: ſi fuerit cõ
uerſus ad eũ: illi bonus eſt deus. Qui aũt æſti-
mat eum ſic bonũ vt nõ curet de peccatis pec
cantiũ: illi nõ eſt bonus deus / ſed auſterus. Ze
lans eſt em̃ ſup peccata hoĩm cõtemnentiũ ſe.
Tamẽ quaſi Chriſto metẽte quæ nos ſemina-
uimus: et cõgregãte quę nos ſparſimus: ſemi-
nemus in ſpiritu : & ſpargamus paup̄ibus: et
talentũ dei nõ abſcõdamus ĩ terra. Nec enim
eſt bonus hm̃oi timor: nec liberat nos talis ti-
mor ab exterioribus tenebris illis / cũ fuerim⁹
damnati / quaſi mali ſerui & pigri. Mali q̄dem
quia nõ ſumus vſi ꝓbata illa pecunia dñicorũ
verborũ: cũ q̄bus poteramus negotiari & diſ-
cutere chriſtianitatis eloquia / & acquirere bo
nitatis dei altiora myſteria. Pigri aũt: quia nõ
fuimus op̄ati cũ eloquiis dei ſalutẽ vel noſtrã
vel aliorũ: cũ deberemus mittere pecuniã dñi
noſtri : id eſt eloquia auditoribus nũmulariis
q̄ oĩa tentant & ꝓbant: vt bonũ q̄dẽ dogma et
verũ teneãt: reprobũ aũt & falſum repellant:
vt cũ venerit dñs: eloquia illa quæ cõmiſim⁹
nos / cũ vſuris recipiat: & cũ additamentis ab
B eis q̄ acceperũt a nobis. Oĩs em̃ pecunia: id eſt
omne verbũ q̄d habet in ſe formã dei regalem
et imaginẽ verbi eius legitimũ eſt. Nũmula-
riis ergo viris iubet credere verbũ: q̄ poſſũt ei⁹
reddere vſuras. Reddit aũt vſuras verbi q̄ ite
rũ feſtinat ſaluare cũ eo: ſicut ipſe ſaluatus eſt
Sicut Andreas / Petrus / Philipp⁹ / Nathanael /
Matthæus publicanus. Et hoc eſt quod dicit
Apoſtolus. Quæ audiſti a me p̄ multos teſtes
hæc cõmẽda fidelibus hoĩbus q̄ idonei erunt
et alios docere. Similiter & dñs dicit. Nemo
accẽdit lucernã & ponit eã ſub modio / ſed ſu-
per cãdelabrũ: vt introeũtes videãt lumẽ. Tol
lite ab eo itaq̄ talentũ : & date ei q̄ habet decẽ
talẽta. Vides quia tollitur talentũ a malo ſer-
uo & pigro: & datur ei q̄ habet decem talenta
Quõ aũt tollitur ab aliquo q̄d datũ fuerat ei:
et alteri datur bene agẽti : vt habeat etiã hæc
ſup illa q̄ acq̄ſiuit: nõ ſatis facile eſt explicare.
Tñ poſſibile eſt: qm̃ q̄ idoneũ facit in aliquo ſẽ
ſum in dogmatibus veritatis: põt ſua diuini-
tate deus auferẽs ſufficientiã ab eo q̄ pigrius
C ea eſt vſus / dare ei q̄ eã mltiplicauit. Omĩ em̃
hñti dabitur & abũdabit. Ab eo autẽ q̄ nõ hẽt
et q̄d habet auferet̃ ab eo: vtputa fidẽ habẽti
q̄ eſt ex nobis dabitur gratia fidei : q̄ eſt p̄ ſpm̃
fidei: & abũdabit: & q̄cq̄d habuerit q̄s ex natu
rali creatione: cũ exercuerit eũ: accipit idipm̃
et ex grã dei: vt abũdet & firmior ſit in eoipſo
q̄d habet. Nõ em̃ de ſapiẽtia ſola: ſed de omni
virtute intelligendũ eſt nobis: q̄d ait Salomõ.
Et ſi fuerit q̄s p̄fect⁹ inter filios hoĩm: ſi abſfue
rit ab illo ſapiẽtia tua: in nihilũ reputabit̃. Sic
et q̄ p̄fectus fuerit ĩ caſtitate: aut ĩ iuſtitia: aut
in veritate: aut pietate: nõ fuerit aũt ei / aut ca
ſtitas: aut iuſtitia: aut virtus: aut pietas q̄ ve-
nit ex grã dei: ĩ nihilũ reputatur hm̃oĩ homo
Propterea ſi volumus vt det̃ nobis virtus per
fectior: & abundet in nobis q̄d p̄fectũ eſt inter
hoĩes: p̄ diligentiã omni modo acq̄ramus. Et
poſtq̄ acq̄ſierimus: quaſi intelligẽtes qm̃ in ni
hilum hæc reputantur ſine gratia dei: humi-
liem⁹ noſmetipſos ſub manu valida dei: & ore
mus ſine ira & diſceptatiõe leuãtes puras ma
nus: vt oĩm bonorũ q̄ ſunt in nobis p̄fectio de-
tur ex deo: & faciat nos p̄fectos & acceptabiles
deo quaſi filius dei. Iſte aũt q̄ vnũ acceperat ta D
lentũ & abſcõderat ipm̃ in terra: nõ ſolũ quaſi
malus & piger arguit̃: ſed quaſi inutilis mit-
tit̃ in tenebras exteriores: vbi nulla illumina-
tio eſt: forſitã nec corp̄alis: nec eſt reſpectio dei
illic: ſed quaſi indigni ſpeculatione dei: q̄ talia
peccauerũt: cõdẽnãtur in his : quæ exteriores
tenebræ appellantur. Forſitã donec intellexe-
rint: vt cõuertãtur: & digni efficiant̃ exire ab
eis. Forſitã & ꝓpter aliã cãm: quã nos ignora-
mus: qm̃ legimus aliquẽ q̄ fuit ante nos expo-
nentẽ de tenebris abyſſi / et dicentẽ: qm̃ abyſſ⁹
eſt extra mundũ foris: & tenebrę. Cõſiderem⁹
ergo ſi poteſt vera eſſe expoſitio eius: vt exte-
riores tenebras illas intelligamus: vt quidam
quaſi indigni toto mũdo in abyſſum illã quã
ille expoſuit foras eiiciãtur: ĩ qua ſunt tenebrę
nemine eas illuĩnãte: cũ ſint extra totũ mũdũ.

Secundũ Matthæũ. Cap. XXV.

IN illo tempore. Dixit Ie-
ſus diſcipulis ſuis. Cum ve
nerit filius hominis in glo-
ria ſua : et omnes angeli cũ
eo: tunc ſedebit ſuper ſedẽ
gloriæ ſuæ: et congregabũ
tur ante eum omnes gentes: & cætera.

Homilia Origenis preſbyteri
de eadem lectione. XXXIIII.

INdiſcuſſus quidem ſermo E
videtur eſſe manifeſtus: qua
ſi exhortãs homines ad dan
dũ & largiendũ: & auertens
ab omni inhumanitate &
parcitate. Videamus tamen
quid quærere oportet in eo propter eos qui

nihil arbitrantur aliud in eo niſi exhortatio-
nem humanitatis. Certe ſecũdũ & glorioſum
Chriſti aduẽtũ fore credit omnis eccleſia: quã
do & filius dei q aſſumptus eſt in gloria ſic cũ
gloria hinc reuertetur in ſpecie ſua & pulchri
tudine ſua: vt corpus eiꝰ ſit quale fuit cũ trãſ
formatus fuiſſet in mõte corã tribus diſcipu-
lis coaſcẽdẽtibus ei: vt iam nõ tribus: nec aliis
paucis: ſed vniuerſis gentibus cõgregatis an-
te eũ appareat: & ſedeat ſuper ſedẽ gloriæ ſuæ
& tũc ſegregabit malos a bonis. Vtrũ aũt om
nes ab oĩbus qui in oĩbus generationibus fue-
rint: aut illę tantũ quæ in cõſummatione fue-
rint derelictę: aut illę tãtũ q crediderũt in deũ
per Chriſtum: & ipſę vtrũ oẽs: an nõ oẽs: nõ ſa
F tis eſt manifeſtũ. Tamẽ quibuſdã videt̃ de dif
ferẽtia earum quæ crediderũt hæc eſſe dicta.
Quãtũ ergo ad ſimplicem textum: nec q a de
xtris conſiſtũt alia cauſa laudant̃: & in prępa-
ratũ regnũ vocãtur: niſi propter ſolam huma
nitatẽ: nec qui ſunt a ſiniſtris alia cauſa cõfun
dũtur & deputãtur in ignem: niſi ꝓpter inhu
manitatẽ. Quid ergo? Si iſti q humani fuerũt
circa virtutes cæteras negligẽtes fuerunt: cõ
ſequent̃ talia hęc promiſſa? aut illi q nõ fuerũt
humani: ſi alias impleuerũt virtutes: maledi-
cti erũt omnino: & in ignem ſunt condẽnandi
& hoc cũ ipſo diabolo? Vides ergo quia neceſ
ſariam habet ſapientiã ſermo. Item tractandũ
eſt vtrũ in loco futurus eſt ſaluatoris aduẽtus
in gloriam: an alterã expoſitionem debemus
exquirere. Quis eñ erit locus ille: vt capiat in
vno aſpectu: & oẽs angelos venientes cũ Chri
ſto: & omnes gẽtes illic cõgregatas? Et de ſede
glorię eius qđ eſt dicendũ? Putas corporale ali
quod ſubſellium erit? an etiam hoc opꝰ habet
ĩterpretationẽ ſubtiliorẽ? Propterea qui vult
omnia rationabiliter intelligere: multã ſapien
tiam inueniet & in iſtis. Et periculoſum qdẽ
eſt de huiuſmodi rebꝰ exponere: ſed ne ꝓpter
intellectus difficultatem plenius tacentes de
relinquamus eos qui mouentur in iſtis ad flu
ctuandũ: pauca de multis ſecũdum qđ poſſi-
G bile eſt exponamus. Aeſtimo ergo quoniã erit
tempꝰ aduẽtus Chriſti quãdo tãta manifeſta
tio futura eſt Chriſti & diuinitatis: vt nõ ſolũ
nullus iuſtorum: ſed ne aliquis peccatorum
ignoret Chriſtũ ſecũdum qđ eſt: quãdo & pec
catores cognoſcẽt in cõſpectu ſuo ſua delicta:
& iuſti manifeſte videbũt ſemina iuſtitiæ ſuæ
ad qualem eos perduxerint finẽ. Et hoc eſt qđ
dixit: Cõgregabũtur ante eũ omnes gẽtes. Si
eñ modo quãdo nec oẽs cognoſcũt Chriſtum
ſecũdum qđ eſt: nec ipſi q videtur cognoſcere
palam eũ cognoſcunt: ſed in fide tamẽ intrant
homines in conſpectum eius quando agnitio-
nem eius accipiũt per fidem: ſicut ſcriptũ eſt:
intrate in cõſpectu eius in exultatione: quãto
magis recte dicunt̃ oẽs gẽtes ante eũ congre-
gandę: & cõſtituendę: quãdo palam omnibus
tam bonis q̃ malis: tam fidelibus: q̃ infidelibꝰ
fuerit factus manifeſtus ante oculos mẽtis eo
rum: iam nõ fidei aut diligẽtiæ alicuius inqui
ſitione repertus: ſed ipſius diuinitatis ſuæ ma
nifeſtatione prelatus? Non in aliquo quidẽ lo-
co apparebit filius dei cũ venerit in gloria ſua
in altero autẽ nõ apparebit: ſed ſicut ipſe ſecũ
dum cõparationem fulguris exeuntis aduẽtũ
ſuum voluit demõſtrare dicẽs: ſi dixerint vo-
bis ecce in deſerto: nolite exire: ecce in domo:
nolite credere: ſicut eñ fulgur egredit̃ ab oriẽ
te: & apparet vſq; ad occidẽtem: ſic erit aduẽ-
tus filii hominis. Sicut eñ fulgor egrediẽs ab
oriẽte: & propterea ꝙ oĩa implet apparet vſq;
ad occidentem: ſic cũ venerit Chriſtus in glo
ria ſua: ꝓpterea ꝙ vbiq; futurus eſt: & ipe ĩ cõ
ſpectu omniũ erit vbiq;: & omnes vbiq; erunt
in cõſpectu ipſius: & ſic cõſtituẽtur ante ſedẽ
gloriæ eius: hoc eſt ante regnũ eius & poteſta
tem dñationis ipſius. Sedes autẽ eiꝰ aut certe
quidã perfectiores ſanctorũ dicũtur: de quibꝰ H
ſcriptum eſt: quoniam illic ſederũt ſedes in iu
dicio: aut quędã virtutes angelicę: de quibꝰ di
citur: ſiue ſedes: ſiue dñationes. Ergo rex ſęcu
lorũ deus verbũ: qui & in forma factus eſt ho-
minis: ſedebit ſup huiuſmodi ſedẽ gloriæ ſuæ
et cõgregabũtur ad eũ oẽs gẽtes iã nõ diſper-
ſæ in dogmatibus falſis & multis de eo. Et ſic
erũt ante eũ: vt nõ localiter audiamus oẽs gẽ
tes fieri ante eum: ſicut nec localiter audimꝰ
iuſtos ea dicturos quę ſũt dicturi. Quãdiu er
go cõfuſi ſunt iniqui: nec ſe cognoſcentes: nec
Chriſtum: ſed in erroribus intenebricati tenẽ
tur: & iuſti quãdiu per ſpeculũ & in ænigma-
te videt̃: & ex parte ſeipſos cognoſcũt nõ ſecũ
dum qđ vere ſunt: tãdiu nõ ſunt ſegregati bo
ni a malis. Cũ autẽ propter manifeſtationẽ fi-
lii dei oẽs ad intellectũ venerint ſuũ: tũc ſalua
tor ſegregabit bonos a malis. Oues autẽ dicti I
ſunt qui ſaluãtur ꝓpter mãſuetudinẽ: quã di
dicerunt ab eo q dicit. Diſcite a me qa mitis
ſum & humilis corde: & ꝓpter qđ vſq; ad oc-
ciſionẽ parati fuerũt venire imitãtes Chriſtũ
qui ſicut ouis ad occiſionem ductꝰ eſt: & ſicut
agnus corã tõdẽte ſe ſine voce. Et nõ ſimplici
ter ſine voce: id eſt corã auferẽte q̃ ſunt ipſius
et diripiẽte. Hœdi aũt dicunt̃ mali: qa aſpera
et dura ſaxa male aſcẽdũt: & per pręcipitia eo
rum incedũt. Sic ĩtellige mihi & ſanctos a de-
xtris qui dextra opera operati ſunt: & plenius

ſunt cõuerſi ad iuſtitiã: quæ ſemper a dextris eſt dei. Propterea ſecũdum dignitatẽ actuum ſuorũ dextrorũ a dextris cõſiſtunt: & acceperũt mercedẽ ſuorum dextrorũ: dexterã regis: in qua requies & gloria eſt. Qui autem ad perverſitatẽ vitæ ſeipſos ſeparauerunt a dextris propter opera ſua peſſima & ſiniſtra ceciderũt in ſiniſtrã: id eſt in triſtitiã tormẽtorũ damnati: propter qđ a ſiniſtris cõſiſtunt. Tunc dicet ad eos q ſunt a dextris inuitans eos ad ſe. Venite. Vt quicquid minus fuerat eis: cum perfectius vniti fuerint Chriſto: cõſequant̃ audientes: Venite: & facientes. Tale eſt & quod dicit apud Lucã. Auferte talentũ ab eo: & date ei q habet decem. Omnis eñ qui habet additur ei. Qui autẽ non habet: & qđ videtur habere auferetur ab eo. Vocat autẽ illos benedictos patris: addito benedicti patris mei: vt eminentia benedictionis eorum manifeſtetur: qui benedicti ſunt a domino qui fecit cœlum & terrã. Et forſitan quia ſunt aliqui: q benedicti qdẽ ſunt: non autẽ patris. Accipite regnũ qđ vobis præparatũ eſt a conſtitutione mundi. Qđ in latino habet: A conſtitutione mundi: in græco ſic
A habet: A depoſitione mũdi. Et ſecundũ græcũ ſermonẽ exponit: quę ſecundũ latinũ non conueniebat exponere. Quare autẽ nomine depoſitionis de mũdo frequẽter vtũtur ſcripturæ: ſicut & hic dicẽs: a depoſitione mũdi: quærat qui poteſt: ſciens quia non omne qđ creatũ eſt depoſitũ dicitur: nec ſcriptũ eſt alicubi: a depoſitione ſedium: aut dominationũ: aut principatuum. Cõgregãs autẽ ex omnibus nomẽ depoſitionis: ſi forte in altero aliquo dictum eſt: et cõparans ea cũ his quæ dicũtur de mũdi depoſitione: aſcẽdẽs per verbum ad cętera creata quidẽ: nõ autẽ depoſita: ex eo ꝙ nõ eſt eorum facta depoſitio: videbis cauſam nominatæ depoſitionis: qđ nomen tantum de mundo ſuſcipitur. Credere autẽ hæc talia literis quæ poſſunt & in manus hominũ male moratorũ venire: & calumniatorũ: & nouitatis amatorum nõ eſt religioſum: vt ne margaritę nimis exoperatę ante porcos mittãtur: neq; ſancta canibus dentur. Eſuriui: & dediſtis mihi mandu-
B care: & cętera. Videtur mihi per hęc: quia non vnius iuſtitię ſpecies remuneratur: ſicut æſtimant multi. Abſurdũ eſt enim nihil aliud intelligere virtutis ĩ eo: qui ita remuneratur: niſi tantum cõmunicationẽ humanitatis. Non eñ hoc dicimus: vt neglígẽtius ſtudeam⁹ humanitatẽ: cum ſit omibus fidelibus præcipue obſeruãda: ſed vt omnia æqualiter: aut vt pene æqualiter ſtudeamus: vt propterea ex omnibus omnem benedictionem percipiamus in cœleſtibus: in Chriſto Ieſu. Primũ autẽ ſciendũ eſt: quoniam ſicut quãtum ad textum non ſufficit ad conſequendã regni cœleſtis hęreditatem: dare eſurientibus manducare: niſi & cętera fecerimus quę ſubſequunt̃: ſic non eſt poſſibile omnia illa ſecundum textum implere: ſicut ęſtimant multi: niſi ex parte egerimus cõtra dei mãdatũ. Neceſſe eſt eũ & quæſtuoſum eſſe: vt det cibũ: & potũ: & veſtimentum Chriſto eſurienti: & ſitienti: & algenti in ſanctis: vt hoc modo & peregrinũ eum colligat: & infirmũ viſitet: & eat ad eum in carcerẽ. Vere autẽ ſiue ſecundũ ſimpliciora: & corporalia bene facta intelligamus: ſiue ſecundũ ſpiritalia: certum eſt: quoniam ſiue hoc: ſiue illo modo quis faciat opus bonum: & nutriat animas ſpiritalibus cibis: ſiue qualẽcunq; ſpeciem boni operis quis fuerit operatus propter deũ: Chriſto eſurienti: & ſitienti dat cibũ: & potũ. Siue quę facimus ſanctis qui ſunt diuites meritis: pauperes rebus: ſiue in qbuſlibet qui meritis pauperes ſunt: etſi fuerint diuites rebus: ſiue in qualibuſcunq; cauſis mãdatũ Chriſti quis fecerit. Chriſtũ cibat: & potat: qui fidelium iuſtitiam C
et veritatem manducat & bibit. Item Chriſtũ algentem teximus veſtimento: accipientes ſapientiæ tecturam a deo: vt per doctrinam aliquos doceamus: & induamus eos viſcera miſericordiæ: caſtitatẽ: manſuetudinem: humilitatem: cæteraſq; virtutes: quæ omnes virtutes ſpiritalia ſunt veſtimẽta eorũ: qui audiunt doctrinã docentiũ eas: ſecundũ eum qui dicit: Induite vos viſcera miſericordię: benignitatem: humilitatẽ: mãſuetudinẽ: & cætera. Magis autẽ & ipm Chriſtũ: qui hęc omnia fidelibus eſt: ſecũdum eũ qui dixit. Induite dominũ Ieſum. Cũ ergo huiuſmodi veſtimentis veſtiti erim⁹ vnũ de minimis in Chriſto credẽtibus: ipſum dominũ videmur veſtiſſe: vt ne quãtũ ad nos nudũ ſit verbũ dei in mundo. Sed & peregrinũ D
dei filium cõſtitutum: & domeſticos corporis eius peregrinos in mũdo ab omnibus actibus corporalibus: ſicut ipſe & de ſe: & de diſcipulis ſuis dicit. Et iſti nõ ſunt de hoc mũdo: ſicut & ego non ſum de hoc mundo. Et quærit Chriſtus cũ ſuis animã vbi ſuccedat. Quãdo ergo pręparamus cor noſtrũ diuerſis virtutibus ad receptaculũ eius: vel illorũ qui ſunt ipſius: ipſum peregrinantẽ ſuſcipimus in domũ pectoris noſtri facientes cœnaculum magnũ: mundatũ: & ornatũ ad ſuſceptionẽ Chriſti peregrinãtes in mũdo: cæterorũq; diſcipulorũ ipſius. Quorũ eñ verbũ ſuſcipimus: & ipſos ſuſcepiſſe videmur in nobis / & per ipſos Chriſtum: cuius baiulant verbum. Item in infirmatis homi

nibus:ſiue a fide:ſiue ab aliquo opere bono:aut
ſcandalū patientibus Chriſtus infirmatur: &
ſcandalum patitur:ſicut ipſe dicit ad Petrum:
quę carnis ſunt ſapiētē:Scandalū mihi es:hoc
eſt infirmitas mihi es.Sed & oēs diſcipuli eius
dilecti ſimul cū talibus infirmātur: & ſcanda-
lū patiunt̄ dicētes: Quis infirmatur:& non in
firmamur? Quis ſcandalizatur: & nō vrimur
nos? Et ſi diſcipuli eius coinfirmātur infirmis:
quanto magis ipſe Saluator creator ipſorum?
Nam quē maior miſericordia tenet hominū
infirmorū:grauior cōſtringit īfirmitas talis.
Cum ergo vnū fratrū infirmatorū viſitaueri-
mus:aut per doctrinam:aut per increpationē:
aut per cōſolationē:aut precibus: aut terrore
iudicii: aut aliqua bona opera facientes in eū:
fecerimus meliorare ī Chriſto:ipſum Chriſtū
viſitauimus:& cōfortauimus infirmatum: &
cęteros diſcipulos Chriſti talibus paſſionibus
coīfirmātes refrigeram⁹:ſicut Paulus ad Phi-
lemonē dicit.Gaudium eñ magnū habuimus
et conſolationē in charitate tua: quia viſcera
E ſanctorū requieuerunt per te frater.Et ne pu-
tes eſſe blaſphemum infirmū dicere Chriſtū.
Ipſe eñ ex infirmitate eſt crucifixus propter
miſericordiā:& ipſe infirmitates noſtras por-
tat:& oēs noti ipſius.Deinde oēe qđ hic eſt
carcer eſt Chriſti:& eorū qui ſunt ipſius.Pro-
pterea eamus ad eos:qui ī domo vinculorum
iſtorū habētur quaſi in carcere: & ſunt in hoc
mūdo degētes:quaſi carcere naturę neceſſita-
te conſtricti. Cum ergo abierimus ad tales: &
omne opus bonū fecerimus ī eis: viſitauimus
eos ī carcere:& Chriſtū in eis.Videamus autē
niſi generaliter hęc intellecta: & ad ſimplicem
humanitatē nos exhortantur:& ad oīa lauda-
bilia facta:vt benedictionem dignis dicentem:
Venite benedicti patris mei: cōſequi quis va-
leat digne.Non autē iuſti obliti eorū quæ ge-
rūt:tūc reſpondebūt ei dicētes.Dñe:quādo te
vidimus eſurientē:& cætera. Sed humilitatis
cauſa laude benefactorū ſuorū indignos ſe pro
clamātes.Ipſe autē volēs eis oſtēdere ſuā com
paſſionē:in ſuis etiā ſe pronūtiat eſſe:ī quibus
F fuerint fratres eius dicēs.Amen dico vobis:ex
eo ꝙ feciſtis vni minimorū iſtorū fratrū meo-
rū:mihi feciſtis. Videam⁹ nūc qđ dicit iuſtis.
Venite bñdicti patris mei.Iniuſtis autē:Diſce
dite a me:cū fuiſſent vtiqꝫ fideles: & intellige-
mus impletū in eis qđ ſcriptum eſt.Omni ha-
benti dabitur:& abundabit. Ab eo autem qui
nō habet:etiam qđ videtur habere auferetur
ab eo.Nā propinqui ſunt verbo:qui ſeruāt dei
mandatū & vocātur:vt adhuc magis propin-
quiores efficiant̄:audientes: Venite benedicti
patris mei. Longe autē ab eo ſunt: etſi videan
tur aſſiſtere ei: qui nō faciunt mādata ipſius.
Propter hoc tolletur ab eis & ꝙ ſibi videban-
tur aſſiſtere ei:audiētes.Diſcedite a me:vt qui
modo vel videntur eſſe ante eum: poſtea nec
videantur.Propter qđ & nos debemus nos cō
ſeruare ne audiamus & ipſi:& quaſi elongan-
tes noſipſos a dño: Diſcedite a me. Et omnia
faciamus:vt dicat ad nos. Venite benedicti pa
tris mei.Cōſyderandū eſt autē:quoniā in ſan- G
ctis non ſolū dictum eſt benedicti:ſed cū addi-
tamento:non qualēcunqꝫ honorem habēti: id
eſt benedicti:non alicuius alterius:niſi dei pa-
tris. Ecōtra autem quibus dicitur maledicti:
non dicitur maledicti patris mei.Nam benedi
ctionis quidem miniſtrator eſt pater: maledi-
ctionis autē vnuſquiſqꝫ ſibi eſt author:qui ma
ledictione digna eſt operatus.Qui autem rece
dunt ab Ieſu:decidunt in ignē æternū:qui al-
terius generis eſt ab hoc igne quē habemus in
vſu. Nullus eñ ignis inter homines eſt æter-
nus:ſed nec multi temporis: extinguitur eñ
cito.Aeternus autē ignis eſt ille:de quo & Eſa
ias dicit in fine prophetiæ ſuę.Vermis eorum
nō morietur:& ignis eorum nō extinguetur.
Forſitan talis ſubſtātiæ eſt:vt inuiſibilia com-
burat ipſe inuiſibilis cōſtitutus: ſecūdū ꝙ ait
apoſtolus.Quoniam quæ vidētur temporalia
ſunt:quę autē nō vidētur æterna. Si ergo quę
vidētur tēporalia ſunt:quæ autem non viden
tur æterna ſunt: neceſſe eſt ſi viſibilis eſt ille
ignis:& temporalis ſit.Si autem ęternus eſt:&
inuiſibilis eſt:quo puniuntur q recedūt a Sal-
uatore.Tale eſt qđ dicit & Iob: Comedet eum
ignis qui non accenditur. Ne autē mireris au
diēs eſſe inuiſibilē ignē:& punientē:cū videas
inter homines calorē corporibus accidentē:&
nō mediocriter cruciantē: maxime eos qui ab
eo validiſſime moleſtantur.Et cōſydera: quo-
niā regnū quidē nō aliis pręparatū dicit a con
ſtitutione mundi:niſi iuſtis:& ideo reddet eis
ipſum rex eorū Chriſtus. Ignē autē ęternū nō
illis quibus dicitur: Diſcedite a me maledicti:
paratū oſtendit:ſicut regnū iuſtis:ſed diabolo
et angelis ei⁹. Quia quātum ad ſe hoīes nō ad
perditionē creauit:ſed ad vitā / & gaudiū:pec-
cātes autē cōiungūt ſe diabolo:vt ſicut qui ſal
uātur ſanctis angelis coęquant̄:& fiunt filii re
ſurrectionis:& filii dei:& angeli: ſic q pereunt
diaboli angelis coæquantur:& fiunt filii eius.
Eſuriui eñ & nō dediſtis mihi manducare: &
cętera.Scriptū eſt ad fideles: Vos eſtis corpus H
Chriſti:& membra ex parte.Sicut ergo anima
habitans in corpore cū non eſuriat:quantū ad
ſuā ſubſtantiā ſpiritalē:eſurit tamē vnūquēqꝫ

corporis cibũ:quia copulata eſt corpori ſuo:ſic et Saluator patitur quæ patitur corpus eius ecclesia:cũ ſit ipſe impaſſibilis quãtum ad ſuã diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo: et ipſe eſurit. Aliis autem mẽbris ſuis neceſſariam habẽtibus medicinam: & ipſe quaſi infirmus neceſſariam habet. Item aliis ſuſceptione opus habentibus: ipſe quaſi peregrinus in eis quærit vbi caput ſuum reclinet. Sic & ĩ nudis alget: & in veſtitis veſtitur. Et ſi ex dilectione Paulus dicit. Quis infirmatur & nõ infirmor? et hoc magis ad laudẽ reſpicit apoſtoli: oſtendentis magnitudinem charitatis ſuæ circa fideles: quomodo non magis q̃ Paulus & omnis homo dilectione ornatus filius charitatis dei Saluator dicere poteſt conuenienter? quis infirmatur & non infirmor? quis ſcandalizatur: et nõ ego vror? Propter qđ dicit infirmus fui: ſic & in carcere fui: & non viſitaſtis me. In carcere enim membro Chriſti conſtituto ipſe nõ eſt ſolutus a carcere qui dicit de iuſto. Cũ ipſo ſum in tribulatione: hoc eſt contribulor ei. Sicut enĩ qui meus eſt: in tribulatione mecũ eſt:
A ſic & ego in tribulatione cũ eo ſum. Et hoc dico non ignorans vulgariorem illam traditionem. Et hoc conſydera: quia immoratur ĩ vnoquoq; verbo loquens ad iuſtos: & laudans eos et per ſingulas ſpecies eorũ benefacta dinumerat. Loquens autem ad iniuſtos pręcidit compendians: & concolligens malefacta eorum in breue: id eſt iuſtis quidem de infirmitate dicit infirmus fui: & viſitaſtis me. Separatim autem de carcere: In carcere fui & veniſtis ad me. Ad iniuſtos autem cum potuiſſet ſimiliter facere: infirmus fui: & non viſitaſtis me: ĩ carcere fui: et non veniſtis ad me: præcidens narrationem ſubunauit vtrũq; dicens. Infirmus fui & ĩ carcere: & non viſitaſtis me. Quoniam miſericordia iudicis erat benefacta quidem hominũ largius prędicare: & ampliare: malefacta autẽ eorum tranſitorie memorare: & breuiare. Sed & iuſti immorantur in vnoquoq; verbo dicẽtes.
B Quãdo te vidimus eſurientem & cibauimus: aut ſitientem & potauimus: aut nudum & veſtiuimus: aut peregrinum & collegimus? Aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere? Quoniam proprium eſt iuſtorũ: beneficia ſua relata ſibi in facie: diligenter & per ſingula refutare cauſa humilitatis. Tanq̃ ſi dicente domino hoc / & hoc / & hoc bonũ in me feciſtis: illi recuſantes dicant: nec hoc / nec hoc / nec hoc fecimus tibi. Iniuſti nõ ita per ſingula: ſed curſim dicunt. Quando te vidimus eſurientem: aut ſitientem: aut peregrinum: aut nudũ: aut infirmũ: aut in carcere: & non miniſtrauimus tibi? verbũ miniſtrauimus tibi ad omnia referentes: & quaſi pręcidẽtes: & prętereuntes crimina ſingula: vt non grauiora videantur diligenter & ſingillatim enumerata: quia propriũ malorum hominum eſt culpas ſuas excuſationis cauſa: aut nullas velle oſtendere: aut leues et paucas. Sed & reſponſio Chriſti tam ad iu- C
ſtos facta q̃ ad iniuſtos: hũc ipſum ſignificat intellectum. Volens enim iuſtorũ benefacta oſtẽdere grandia: peccatorũ autem culpas nõ grãdes: ad iuſtos quidẽ dicit: Ex eo q̃ feciſtis vni ex minimis iſtis fratribus meis mihi feciſtis. Ad iniuſtos autem ſic. Ex eo q̃ non feciſtis vni ex minimis iſtis: nec mihi feciſtis: non adiiciẽs fratribus meis: quemadmodum cum loqueretur ad iuſtos. Nam abuſiue quidẽ omnes credentes in Chriſto fratres ſunt Chriſti. Reuera autẽ fratres eius ſunt qui perfecti ſunt: & imitatores ſunt eius: ſicut ille qui dixit. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti: qui poſſum dicere. Pater noſter qui es ĩ cœlis. Gratius autem eſt apud deum opus bonum qđ fit in ſanctioribus: q̃ in minimis ſanctis. Et leuior culpa eſt negligere min⁹ ſanctos: q̃ ſanctiores. Minimos autem hic dicit: aut quaſi in mũdo minimos æſtimatos: aut quia apud ſeipſos minimi erant. Volentes enim apud deum fieri magni: ſeipſos minimos faciebant: quaſi chariſſimi diſcipuli eius q dixit. Diſcite a me quia humilis & mitis ſum corde. Et hoc attende: quoniam cũ prius dixiſſet: Venite benedicti: deinde: Diſcedite maledicti. Quoniam propriũ boni dei eſt prius recordari benefacta bonorũ: q̃ malefacta malorum. Poſtea ĩ exitu vtrorũq; prius nominat pœnam malorum: deinde vitam bonorum dicens. Et abibunt illi in pœnã æternam: hi autem in vitam æternam: vt primum quę timoris ſunt euitemus mala: poſtea quæ honoris ſunt appetamus bona. Et factum D
eſt poſtq̃ conſummauit Ieſus omnes ſermones hos: dixit diſcipulis ſuis. Volens oſtendere q̃ omnia in pondere: & numero: & menſura conſtituit deus: dicit in aliquo loco ad matrẽ ſuã. Nondum venit hora mea. Item. Nunc anima mea turbatur: & quid dicã? Pater ſalua me ex hac hora. Sed propter hoc veni in hãc horam. Item. Pater venit hora: clarifica filium tuum: vt & filius tuus glorificet te. Sic & horam conſtituit paſſionis filii ſui. Ideo etſi frequenter inſidias paſſus eſt a Iudæis: nihil potuit pati diſcedente ab eo diabolo vſq; ad tempus. Et nihil pati poterat: donec conſummaret omnes ſermones ſuos: quos propoſuerat dicere diſcipulis ſuis. Propterea poſtq̃ conſummauit omnes ſermones hos: tunc dixit diſcipulis ſuis. Et vi-

de quia non dixit ſimpliciter:poſtq̃ cõſumma
uit omnes ſermones:ſed addidit hos om̃es: id
eſt quos iam locutus fuerat:non quos adhuc
fuerat locuturus. Adhuc enim oportebat eũ
etiam alios loqui ſermones:poſtq̃ traderetur:
et in Bethania ĩ domo Simonis leproſi de mu
liere accedente ad ſe. Item & paſcha facere cũ
diſcipulis ſuis:& conuincere proditorem latẽ
tem: & gratias agere: & porrigere eis panem
et calicem.Oportebat eum & prędicare diſci-
pulis ſuis: ꝙ eſſent ſcãdalizandi:& Petro: quo
niam ante galli cantum ter fuerat negaturus.
Adhuc autem oportebat eum hora appropin
quante magis orare non ſemel:nec bis:ſed ter:
donec hora plenius adueniret.

Secundum Matthęum.

Cap.XXVI.

IN illo tempore.Dixit Ie
ſus diſcipulis ſuis. Sci-
tis quia poſt biduũ paſ-
cha fiet: & filius homi-
nis tradetur ad crucifi-
gendum.Et reliqua.

Homilia Origenis de eadem lectione.
Quæ eſt.XXXV.

SI ergo etiam hora fuerat de
E finita ſecundum quod dixi
mus:vt non traderetur an-
te omnem doctrinam: quo-
modo non magis & dies fue
rat definitus:vt paſcha no-
ſtrum Chriſtus immolare-
tur:diſſoluens iudaicum paſcha:& tradens ſe
cundũ nouum teſtamentum diſcipulis ſuis!
Oportebat etiam mẽſem eſſe definitũ paſchæ.
Ego autẽ puto etiam annũ:de quo & prophe-
ta dicebat.Prędicare annũ domini acceptũ: &
diem ſalutis.Prędicit ergo diſcipulis ſuis præ
muniens eos:vt ne priuſq̃ audiãt quæ fuerãt
euentura ſubito vidẽtes tradi ad crucem ma-
giſtrum:obſtupeſcant pauore:propter paſſio-
nem domino accidentem.Ideo dixit eis. Scitis
quia poſt biduum paſcha fiet: & filiꝰ hominis
tradetur ad crucifigẽdum. Non autem ſicut
arbitrabantur quidam hoc dicere vult: quia
poſt biduum paſchæ dies adueniet: ſed quia
poſt biduum nouum paſcha fiet. Nec enim di
xit.Poſt biduum paſcha erit:aut veniet: vt ne
oſtenderet illud paſcha futurum qđ fieri ſole-
bat ſecundũ legem:ſed paſcha fiet:hoc eſt qua
le nunq̃ fuerat factũ: vt per hoc nouũ paſcha:
F illud ſuccidat antiquum. Deniq; ſic addit. Et

filius hominis tradetur ad crucifigendũ. Poſt
duos autem dies factum eſt paſcha ſecundum
ꝙ fuerat prophetatum ab eo: quando tradi-
tus eſt in nocte:& dixit oſculanti ſe Iudę.Ami
ce ad quid veniſti!Si autem poſt biduum paſ-
cha factum eſt:quartadecima luna: manifeſtũ
eſt:quia quando iſta dicebat:ſecundũ Iudæos:
vndecima erat luna: quando & parabolas ſu-
pradictas expoſuit. A quo autem traditus eſt
hic non eſt ſcriptum. Congregabis autem de
ſcripturis:quoniam & pater tradidit eum ſe-
cundum ꝙ ſcriptum eſt. Qui vnico filio ſuo
non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit
illum. Secundum alias autem ſcripturas: Iu-
das tradidit illum.Sed & Sathanas qui intra-
uit in Iudam tradidit eum.Sed & principes ſa
cerdotum:& ſeniores tradiderunt eum. Pro-
pterea hic imperſonaliter poſuit tradetur: nõ
dicens a quo.qđ verbũ poteſt ad omnes reſpi-
cere qui tradiderunt eum.Sed non omnes eo-
dem propoſito tradiderunt. Deus enim tradi
dit eũ propter miſericordiam circa genus hu
manũ:qui vnico filio non pepercit:ſed pro no-
bis omnibus tradidit eum.Cæteri autem tra-
diderunt eum iniquo propoſito:vnuſquiſq; ſe
cundũ malitiam ſuam.Iudas propter auaritiã
ſacerdotes propter inuidiã: diabolus propter
timorem:ne auelleretur de manu eius genus
humanũ per doctrinam ipſius:non aduertens
quoniam magis eripiendũ fuerat genus homi
num per mortem ipſius:q̃ fuerat ereptum per
doctrinam & mirabilia. Traditus eſt enim ad
crucifigendum:vt exuens principatus: & po-
teſtates: fidutialiter triumphet eos in ligno.
Tunc congregati ſunt principes ſacerdotũ:& G
ſcribæ:& ſeniores populi in atriũ principis ſa-
cerdotũ:qui dicebatur Cayphas:& conſilium
fecerunt:vt Ieſum dolo tenentes occiderẽt.Di
cebant autẽ. Non in die feſto:vt ne tumultus
fiat in populo. Qđ dixit propheta: Et princi-
pes cõuenerũt in vnũ aduerſus dñm:& aduer
ſus Chriſtũ:tunc impletũ videtur cũ pricipes
ſacerdotũ:& ſeniores populi congregati ſunt
in domũ principis ſacerdotũ aduerſus domi-
nũ:& aduerſus Chriſtũ eius. Nõ veri ſacerdo
tes:ſed populi:& ſeniores:nõ aliorũ: ſed illius
qui videbatur populus dei. Vere autẽ erat po
pulus Gomorrę:quoniã dixerunt. Crucifige:
crucifige eũ:& tolle talem de terra.Et qđ dixe
rat Eſaias: Audite verbum domini principes
Sodomorum: attendite legem dei plebs Go-
morrę:cõuenit illis inſidiantibꝰ Iudęis qui fue
rũt in generatione tẽporis Chriſti.Et qđ dicit
Ezechiel ad Hieruſalẽ.Iuſtificata eſt magis So
doma ex te:magis conuenit dici ad Hieruſalẽ

ſuper quam dominus fleuit:quam ad tempus
prophetæ.Peiora enim Sodomis peccauerunt
principes populi:quia non intelligentes ſum-
mum ſacerdotem dei/inſidiati ſunt ei:& ſenio
res populi non cognoſcentes primogenitum
vniuerſæ creaturæ:& ſeniorem omnibus crea
turis:conſiliati ſunt contra eum. Et propter
atrium puto illud:in quo conſilium fecerunt:
vt Ieſum dolo tenerent: deſolata eſt Hieruſa-
lem: oportebat enim iam non eſſe ciuitatem
quæ aduerſus totius mundi egerat fundato-
rem.Quę prius quidem occiderat prophetas:
poſtmodum autem dominum prophetarum.
A Vt dolo eum tenerent. Ideo conuenienter de
eis dixit propheta:Diſperdat dominꝰ vniuer-
ſa labia doloſa.Dolo autem eum tenere: & oc-
cidere voluerunt: vt ne tumultus fiat in po-
pulo illo: qui multa ſigna & prodigia Ieſum
viderat facientem. Et propterea multi qui-
dem ex his erant pro eo: qui forte dixerant:
quia magnus propheta ſurrexit in Iſrael. alii
autem erant aduerſus eum:qui dixerant: Hic
non eiicit dæmonia:niſi in Beelzebub princi-
pe dęmoniorum.Neceſſe ergo erat tumultum
fieri domino comprehenſo: propter diuerſa
ſtudia populi diligentis Chriſtum: & odien-
tis:credentis & non credentis.Stetit enim con
ſilium eorum:quaſi firmum: cum ipſi qui con
ſiliabantur:ſtaturi non eſſent:vt non in die fe-
ſto occideretur:ſed in alio die:videlicet vt paſ
cha noſtrum immolaretur Chriſtus: vt relin-
quentes azima Iudæorum feſtinemus in ſpiri-
talibus azimis & veris.Cõſydera autem ſi po-
tes omne verbum quod profitetur quocunq;
modo doctrinam dei:dicere principem eſſe ſa-
cerdotem dei.Cum ſint autem multa falſorũ
dogmatum verba: quaſi ſacerdotes dei: non
autem dei: ſed populi qui ſeductus ab eis eſt:
conſiliantur aduerſus vnum & verũ dei ver-
bum.Verbum autem dei prębet quidem ſe in
ſidiantibus:nihilominus tamen reſurget:non
immutatum:neq; corruptum ab eis:& in cœ-
lum aſcendet:vt ſuſcipiat eos qui tollunt cru
B cem ſuam:& ſequuntur eum.Cum autem eſ-
ſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi
acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vn
guenti pretioſi:& effudit ſuper caput eius:re-
cumbente eo. Videntes autem diſcipuli eius
indignati ſunt:& cætera.Multi quidem æſti-
mant de vna eademq; muliere quatuor euan-
geliſtas expoſuiſſe:quia conſcripſerũt tale ali-
quid de muliere: & omnes ſimiliter alabaſtrũ
vnguenti nominauerunt. Ioannes autem pro
alabaſtro poſuit libram vnguenti.Sed & qđ di
citur.Potuit hoc vęnundari: & pauperibꝰ da-
ri:dixerunt Matthęus/& Marcus/& Ioannes.
Et quoniã ad ſepulturã ſuã vnguentum illud
Chriſtus pronuntiauit effuſum:ipſi expoſue-
runt:& quoniã in Bethania in domo Simonis
leproſi factũ eſt:ipſi tres conſcripſerunt. Ioan-
nes autẽ Bethaniam ꝗdem dixit:vbi fecerunt
ei cœnã:& Martha miniſtrabat:& Lazarꝰ vnꝰ
erat ex diſcũbentibus:& Maria accepit libram
vnguẽti Nardi piſticę pretioſi:& cętera.Ex ꝗ-
bus apparet:quia ipſi ei fecerunt cœnã. Lucas
autẽ ꝗuis non leproſum poſuit Simonẽ: tamẽ
phariſſęũ dixit fuiſſe:qui rogauerat Ieſum:vt
mãducaret cũ eo:ſicut de noĩe eius dñs ipſe te
ſtať:dicẽs ad eũ ibi. Simon Simon habeo quid
tibi dicere.Multa ergo ſimilitudo & cognatio
quædã de muliere apud quatuor euãgeliſtas.
Dicã tamen ad eos qui arbitrantur vnã fuiſſe
mulierẽ:de qua oẽs euangeliſtæ ſcripſerũt.Pu
tas ꝙ hęc mulier quę effudit ſuper caput Ieſu
pretioſum vnguentũ:ſicut Matthęus & Mar
cus expoſuerũt:ipſa & myrrha vnxit pedes ip
ſius:ſicut Lucas & Ioannes expoſuerunt?Non
eſt autẽ poſſibile:vt de eadẽ muliere exponen-
tes euãgeliſtę cũ eſſent cõſummati in eodẽ in-
tellectu:& in eodẽ ſpiritu:& in eadẽ ſententia
qui fuerãt miniſtraturi ſalutẽ eccleſiaꝝ: cõtra
ria ſibi dixiſſent.Si autẽ aliquis arbitratur ip-
ſam fuiſſe:quę vnxit vnguẽto dñi pedes apud
Lucã & Ioannem:dicat nobis ſi Maria ipſa erat
quæ apud Lucã fuiſſe ſcribitur in ciuitate pec
catrix: quæ diſcens quoniã recubuit in domo
phariſſęi attulit alabaſtrũ vnguẽti:& ſtans re
tro ſecus pedes eius plorãs lachrymis lauabat
pedes eius.Nec enĩ credibile eſt:vt Maria quã C
diligebat Ieſus:ſoror Marthæ:quę meliorẽ ele
gerat partẽ:vt peccatrix in ciuitate fuiſſe dica
tur.Et putas:quia mulier quæ ſecundũ Mat-
thęum & Marcũ effudit ſuper caput Ieſu pre-
tioſum vnguentũ euẽtu nõ ſcribiť fuiſſe pec-
catrix?Quę autẽ ſecũdũ Lucã peccatrix refer-
tur:nõ fuit auſa ad caput Chriſti venire:ſed la
chrymis pedes eius lauit: quaſi vix etiam ipſis
pedibus eius digna:prę triſtitia pœnitentiã in
ſalute ſtabilẽ operante.Et quæ ſecũdum Lucã
eſt:plorat & mltũ lachrymat:vt pedes Ieſu la-
chrymis lauet. Quæ autẽ ſecundũ Ioannẽ eſt
Maria:neq; peccatrix:neq; lachrymans intro-
ducitur.Forſitã ergo quis dicet quatuor fuiſ-
ſe mulieres:de ꝗbus conſcripſerũt euãgeliſtæ.
Ego autẽ magis conſentio tres fuiſſe.Et vnam
quidẽ de qua conſcripſerũt Matthęus/& Mar D
cus:nullam differentiã expoſitionis ſuę facien
tes in vno capitulo:alteram autẽ fuiſſe:de qua
ſcripſit Lucas:aliam autẽ:de qua ſcripſit Ioan
nes:quoniam differt ab aliis mulieribus: non

ſolũ in his quæ ſcripta ſunt de vnguento: ſed
quoniam & diligebat Ieſus Mariã & Marthã.
q̃uis & ipſa in Bethania referatur fuiſſe: ſicut
et mulier de qua exponunt Matthęus/& Mar
cus. Tertia differentia eſt: quoniã Matthæus
quidẽ & Marcus in domo Simonis leproſi hoc
factum fuiſſe exponunt. Ioannes autẽ: quoniã
Ieſus ante ſex dies paſchę venit in Bethaniam
vbi erat Lazarus: quẽ ſuſcitauerat Ieſus: & fe-
cerunt ei cœnam. Et non ſimul: ſed Maria &
Martha forte & Lazarus: & Martha miniſtra-
bat: Lazarus autem erat vnus ex diſcumbenti
bus. Adhuc autem ſecundum Ioannẽ ante ſex
dies paſchæ venit in Bethaniam: quando & fe
cerũt ei cœnã Maria & Martha. Hic autẽ quã
do & recũbentẽ in domo Simonis leproſi acceſ
ſit ad eũ mulier: poſt biduũ paſcha erat futu-
E rũ: ſicut dictũ eſt ſupra. Reſtat vt aliquis dicat
Si de altera muliere Matthęus & Marcus ſcri
pſerunt: de altera autẽ Ioannes: de tertia vero
Lucas: quomodo in perſona vnius mulieris ſe-
mel a Chriſto increpati diſcipuli quaſi male in
dignantes de facto mulieris non ſe emendaue
runt: vt ne ſuper alteram mulierẽ ſimiliter fa-
cientẽ indignarent̃? Propterea ſciat: quia apud
Matthęũ & Marcũ diſcipuli ĩdignant̃ ex bono
propoſito: apud Ioannẽ autẽ ſolus Iudas furã-
di affectu: apud Lucã autẽ murmurat nemo.
Ex his ergo: & aliis quæ & ipſe poteris obſer-
uare: certũ eſt: quoniã aut ſibi contraria dicũt
euãgeliſtę: vt quidã eorũ etiã mentiantur: aut
ſi hoc impium eſt credere: neceſſe eſt dicere nõ
de eadẽ muliere omnes conſcripſiſſe euangeli
F ſtas: ſed aut de tribꝰ: aut de quatuor. Dicet au
tẽ aliquis paulo audacior. Forſitan ſecundum
hiſtoriam vna quædam mulier fuit: quæ tale
aliquid fecit. Pone autẽ & alteram ſi vis: & ter
tiam: tamen principaliter euãgeliſtarum pro-
poſitum fuit reſpiciens ad myſteria: & non ſa-
tis curauerunt: vt ſecundũ veritatẽ enarrarẽt
hiſtoriæ: ſed vt rerũ myſteria: quæ ex hiſtoria
naſcebantur: exponerent. Propter qđ & adte-
xuerunt quoſdã ſermones myſteriorũ intelle-
ctibus conuenientes & conſonos. De his autẽ
quæ apud quatuor exponuntur euangeliſtas
cauſa mulierum: vel vnius mulieris: ſicut æſti
mant multi: diligentius tractauimus exponẽ-
tes euangeliũ ſecundum Ioannẽ: quæ videban
tur nobis cũ ſimilia eſſent & cognata: quaſi cõ
G traria & diſtantia. Nunc autẽ ea breuiter per-
ſtringamus. Rationabiliter ergo Lucas cũ de
peccatrice muliere loqueretur: introduxit eã
flentem abundantius: vt etiã Ieſu pedes laua-
ret: & non infundentem quidem vnguentum:
ſed tantum vngentem: non caput: ſed pedes.
Illa autem quæ non accuſabatur peccatrix nõ
vnxit: ſed effudit: & non ſuper pedes: ſed ſuper
caput. Si autẽ quis & quæ de Maria Lazari ſo-
rore ſcripta ſunt tractet: quæ & ipſa vnxit do
mini pedes: notet ſibi quæ ſcripta ſunt ibi: quo
niam omnis domus repleta eſt ex odore vn-
guenti. Qđ non eſt ſcriptum de ea quæ dice-
batur eẽ peccatrix. Sed nec de muliere de qua
ſcripſerunt Matthęus & Marcus: quę non di-
cebatur fuiſſe peccatrix: tale aliquid ſcriptum
eſt: quia omnis domus repleta eſt ex odore vn-
guenti. Forſitan ergo per differentias iſtarum
mulierum: differentiæ fidelium demonſtran-
tur. Quorum quidam quidem effundunt ſu-
per caput Ieſu pretioſum vnguentum: alii au-
tem non caput vngunt: ſed pedes: alii autẽ nõ
infundunt largiter: ſed vngunt tantum. Vn-
gentium vero quidam tali vngunt vnguen-
to: vt omnis domus impleatur ex odore diui-
nitatis ipſius: alii autem non tali: tamen quidẽ
et ipſi acceptabili apud Chriſtũ: quoniã & ipſi
vngunt pedes eius vnguento: quos phariſęus
nec cum oleo vnxit. Oportebat autẽ hęc in Be
thania fieri quæ ĩterpretatur domus obedien
tiæ: & ab hac: quæ ſuper caput dñi effudit vn H
guẽtũ: nõ accuſata: quaſi peccatrix ĩ ciuitate:
et a Maria: apud quã cũ fieret cõuiuium Ieſu
acceſſit ad eũ & vnxit. Domũ antẽ obedientię:
eccleſiam intelligi oportere dubitat nemo. Illa
autẽ quæ apud Lucã dicebat̃ peccatrix: adhuc
non erat digna in Bethania eſſe: q̃uis pœnitẽ-
tiam peccatorũ ſuorũ agebat. Adhuc eñ mi-
nus habebat: vt poſtmodũ inueniretur in do-
mo obedientię facta: vt iam conſummata neq̃
peccatrix diceretur: nec lachrymans: & lauans
domini pedes: ſed & ipſa effundens vnguentũ
ſuper caput ipſius. Sed & Simon obediẽtię my
ſterium eſt: quoniã ſic interpretat̃. Sed obediẽ
tialiter non ſpiritus: propter qđ Simon eleua
tus a litera legis per Ieſum: ad legẽ ſpiritalem:
iã non erat Simon tantũ: ſed factus eſt etiã Pe
trus. Et pro ędificatione Iudaica dignus habi
tus eſt ędificatione eccleſiæ ſuper petram fun-
dandę. Factus eſt ergo Ieſus in domo Simonis I
quidẽ: & alicuius obedientis: tamen leproſi: &
adhuc opus habẽtis mũdatione ab Ieſu. Non
autẽ memoratũ eſt apud Lucã de Simone: quo
niã & leproſus erat. Aeſtimo quoniã ipſe debi
tor erat quinquaginta denariorũ: & iã accepe-
rat remiſſionẽ eorũ: quoniã dilexerat modicũ.
Tamẽ diligẽs aliquantulũ: rogauit eũ vt man
ducaret cũ eo. Acceſſit autẽ mulier: non pecca
trix ſecundũ Matthæũ & Marcũ: alabaſtrũ ha
bens vnguenti pretioſi. Et conſydera q̃ caute
apud hos q̃ peccatricẽ nõ retulerũt vnguentũ

eius quaſi pretioſum laudatur. Apud Lucam autẽ qui expoſuit peccatricẽ: vnguẽtũ ſimpliciter noĩatur. Nec ṕtioſum/nec Nardi piſticę vt ex odore eius impleretur dom⁹. Adhuc eñ habere non poterat vnguenta huiuſmodi. Sed hoc erat magnũ: quia vel vnguẽto poterat vngere domini pedes. Huius autẽ mulieris pretioſum fertur vnguentũ. Nec eñ decebat eſſe non ṕtioſum qđ ſuper caput Saluatoris effundebatur. Et ſuper vnguentũ quidem peccatricis vngentis domini pedes: & nõ effundentis: neq; indignati ſunt diſcipuli: neq; doluerunt: nec dixit Iudas: Quare vnguentũ hoc non eſt vęnundatum trecentis denariis: & datum eſt pauperibus? Super mulierem autẽ apud Matthæum & Marcum: Indignati ſunt diſcipuli: et doluerunt perditionẽ vnguenti: qđ decurrebat a capite eius ad cæterũ corpus. Nam et ſi poterat vęnũdari vnguentum illud multo pretio & dari pauperibus: tamen non debebat fieri hoc: quia conueniens erat: vt ſuper caput Chriſti infunderet̃ ſancta: & decẽti infuſione. A Qui autẽ contendũt intelligere iſta ſecũdum ſimplicem textũ: dicant effuſum vnguentũ ſuper caput Ieſu laudabiliter: qualẽ habebat ſecũdũ textũ decorẽ: vt effunderetur ſuper caput talis & tanti magiſtri. Non erat ergo vnguentũ illud pauperib⁹ dignũ: nec conueniẽs: quãtũ ad ſuũ honorẽ: vt diuideretur ĩ multos: ſed vt integrũ manens effunderetur ſuper caput tantũmodo Ieſu. Propter qđ & mulierẽ quę fecerat hoc ſuſcipit Ieſus: & indignãtibus diſcipulis dicit. Sinite eã: & nolite ei moleſti eẽ: quoniã bonũ opus operata eſt ĩ me. Vſqueadeo autẽ efficax eſt huiuſmodi laus operis boni: vt exhortetur oẽs nos odoriferis: & diuitibus operibus implere dñi caput: vt & de nobis dicatur quia ſemper quidem habemus: q̃diu ĩ hac vita cõſiſtimus: pauperes nobiſcũ: & opus habẽtes cura eorũ qui profecerũt in verbo: & diuites facti ſunt in ſapiẽtia dei: nõ autẽ poſſunt ſufficere: vt ſemper diebus & noctibus habeãt ſecũ filiũ dei: verbũ dei & ſapientiã: & oĩa quicquid eſt dñs noſter Saluator. Vide & qđ ait: Bonũ opus operata eſt in me: quia non dixit de peccatrice vngente pedes ipſius: quia bonũ opus fecit ĩ me. Si aũt oportet diſcutere & qđ ait: Ad ſepeliendũ me fecit: comparans ei qđ dicitur: Conſepulti ſumus Chriſto per baptiſmum: & conreſurreximus ei. Adhuc autem hoc conſyderа: quoniam de muliere ſecundũ Lucam nõ eſt dictum: Amen dico vobis: vbicũq; prædicatũ fuerit euangeliũ hoc in toto mũdo dicetur et q; fecit hæc in memoriam eius. De muliere autẽ ſecundũ Matthęũ & Marcũ: hoc ſcriptũ eſt. Iuſtũ enim erat non de illa quę vnxerat pedęs: ſed de hac quæ vnguentũ effuderat ſuper caput eius/ dici: Vbicũq; ṕdicatũ fuerit euangeliũ hoc in toto mũdo dicetur & q; fecit hæc in memoriã eius. Si ergo volumus: vt & de nobis dicatur qđ facimus in Ieſu: effundẽtes pretioſum vnguentũ ſuper caput ipſius: proficiamus ab vnctione pedũ eius: ad effundẽdũ pretioſum vnguentũ ſuper caput eius. Quid aũt eſt oleũ: & quid vnguentũ? Vnguẽtũ autẽ qđ proficit ad corpus Chriſti vngendũ: & qđ ad caput: difficile eſt explicare. Tamen id qđ nobis videtur: demonſtrare tentabimus: certiſſime cognoſcentes: quia oleum vbiq; in ſcripturis: aut opus miſericordię intelligitur: quo lucerna verbi enutrita clareſcit: aut doctrina: cuius auditu aſſiduo: verbum fidei qđ eſt accenſum ĩ nobis nutritur: & clarius lucet. Sicut ergo generaliter omne quo quis vngitur oleum appellatur: olei autem aliud eſt vnguẽtũ: item vnguenti aliud eſt mediocre vnguentũ: aliud pretioſum: ſic oĩs actus iuſtus opus dicitur bonum. Operis autem boni: aliud eſt qđ facimus propter homines: vel ſecũdum homines: aliud autem qđ propter deũ & ſecundũ deũ. Item hoc ipſum qđ facim⁹ propter deũ: aliud eſt qđ proficit ad vſum hominũ: aliud qđ non proficit ad vſum hominũ: ſed tantũ ad gloriã dei: vtputa: bene quis facit homini naturali iuſtitia motus: non propter deũ: quomodo faciebant interdum & gentes: & multi faciunt homines opus illud: Oleum eſt vulgare: non magni odoris. Et ipſum tamen acceptabile apud deum. Sicut Daniel ſignificat dicens ad Balthaſar deum non cognoſcentem. Audi conſilium meum rex: & peccata tua eleemoſynis redime. Tale aliqd dicit & Petrus apud Clementẽ. Quoniam opera bona q̃ fiunt ab infidelibus in hoc ſæculo eis proſunt: non & in illo ad conſequendam vitam ęternam. Et conuenienter: quia nec illi propter deum faciũt: ſed propter ipſam naturã humanã. Qui autẽ propter deũ faciũt: id eſt fideles: nõ ſolũ in hoc ſæculo proficit eis: ſed in illo: magis autẽ ĩ illo. Qđ autẽ fideles faciunt propter deũ: hoc eſt vnguentum boni odoris. Hoc ipſum autem opus fidelium C propter deum: qđ eſt vnguentum: aliud fit ad vtilitatem hominum: vtputa: eleemoſynę: infirmorũ viſitationes: peregrinorũ ſuſceptiões humilitas: manſuetudo: indulgentia: & cætera huiuſmodi quæ hominib⁹ proſunt. hęc qui facit in chriſtianos: pedes dñi vngit vnguẽto: quia ipſi ſunt dñi pedes cũ quib⁹ ambulat ſemper. Qđ pręcipue ſolẽt facere pœnitentes pro remiſſione peccatorũ ſuorũ. Et illud eſt opus

qđ dicitur vnguentū odoriferū quidē/nō au≠
tē ſummū.Qui autē caſtitati ſtudet: ī ieiuniis
et orationibus permanet: ī aduerſis patientiā
habet ſicut Iob:in tētationibus veritatē dei nō
timet cōfiteri:quæ oīa cæteris hominibus ni≠
hil proſunt:ſed tantū ad gloriā dei proficiūt:
Hoc eſt vnguētū qđ vngit caput dñi Chriſti:
et exinde per totū corpus Chriſti:id eſt per to≠
tā decurrit eccleſiā:& hoc eſt vnguentū valde
pretioſum:ex cuius odore tota replet̄ domus:
hoc eſt eccleſia Chriſti. Et hoc opus eſt ꝓpriū
nō pœnitētium:ſed perfectorū ſanctorū. Aut
certe doctrina quæ neceſſaria eſt hoīb⁹: ꝑ quā
nutriuntur animę pauperes in ſpiritalibus bo
nis:aut forte & debiles in peccatis: hoc eſt vn≠
guētū mediocre:quo pedes dñi vngunt̄. Agni
tio autē fidei verę:quę ad ſolū pertinet deū:vn
guentū eſt ꝑtioſum: quo vngit̄ caput Chriſti
D deus. Tūc abiit vnus de duodecim q dicit̄ Iu≠
das Scarioth ad prīcipes ſacerdotū:& dixit eis
Quid vultis mihi dare:& ego eū vobis tradā?
At illi conſtituerūt ei triginta ſtateres. Et ex≠
inde quærebat opportunitatē: vt eū traderet
eis. Iudas interpretat̄ confeſſor. Cum ſint ergo
duo diſcipuli hoc noīe noīati: ſecundū qđ Lu
cas euāgeliſta dinumerat īter duodecim fuiſ≠
ſe apoſtolos: Iudam Iacobi: & Iudā Scariothā.
Cū nihil ergo a myſterio vacuū ſit apud Chri
ſtū:æſtimo duos diſcipulos Iudas in myſterio
fuiſſe Chriſtianorū confitētium fidē Chriſti.
Quorū vna qdem pars fideliter ꝑmanet apud
Chriſtū:cuius myſterium fuit Iudas Iacobi:al
tera autē pars poſtq̄ credidit & cōfeſſa eſt fidē
Chriſti:propter auaritiā reliqt Chriſtū: & fa≠
cta proditrix veritatis ipſius:tranſiit ad hęre≠
ſes:& ad falſos ſacerdotes Iudæorū falſorū: id
eſt ſimulatorū Chriſtianorum: & tradidit eis
Chriſtū quantū ad ſe:id eſt verbū veritatis:vt
crucifigat̄:& occidatur verbū veritatis ab eis.
Cui⁹ myſteriū fuit Iudas Scariotha: qui abiit
ad ſacerdotes: & de traditione Chriſti pactus
E eſt ꝑtium. Audiui quēdā exponētē patriā pro
ditoris Iudę ſecundū interꝑtationē Hebraicā
exſuffocatū vocari. Qđ ſi ita eſt:magna cōue
nientia inuenit̄ noīs patrię eius cū exitu mor≠
tis ipſius:quoniā & ipſe laqueo ſe ſuſpēdēs pro
phetiā noīs patrię ſuæ ſuffocatus ipleuit. Hic
ergo Iudas ad quē dictū eſt per ꝓphetā: Tu au
tē homo vnanimis mihi dux me⁹ & not⁹ me⁹:
cecidit cū fuiſſet vnus eorū:quos Chriſtus ad
ducatū ſuſcepit ppl'i Chriſtiani. Et vide quo≠
modo qđ ſcriptū eſt: Vos autē ſicut homines
moriemini: & ſicut vnus de principibus cade
tis:refert̄ modo ad illū principem q cecidit tā≠
q̄ fulgor de cœlo:modo ad Iudam:qui electus
ad principatū apoſtolatus: & quaſi ī cœlo con
ſtitutus:& ipſe quaſi fulgor ante cōſtitutus ce
cidit ī proditionis ruina vadens aduerſus vnū
principē ſacerdotū:qui ī æternū factus fuerat
ſacerdos ſecūdū ordinē Melchiſedech:ad mul
tos prīcipes ſacerdotū & aduerſarios vnius ſa
cerdotis ſummi: vt vēderet ꝑtio:volentē redi
mere totū mūdū a maledictione legis & toti⁹
peccati:& redimere nos nō corruptibilibus pe
cuniis:ſed ꝑtioſo ſanguine ſuo. Quid autē di≠ F
xit Iudas ad ſacerdotes audiamus. Quid vul≠
tis mihi dare: & ego vobis eū tradā? Volebat
eñ accipere pecuniā:& tradere verbū dei. Qđ
faciunt oēs:q accipiūt aliquid corporaliū: aut
mūdialium rerū:vt tradāt & eiiciāt ab aīa ſua
Saluatorē:& verbū veritatis qđ erat in eis. Et
opportune hoc vteris exēplo ad oēs q qđcūq;
peccatū facientes:ꝑpter auaritiā & cām pecu≠
niarū:aut alicuius lucri:verbū dei tradunt &
contēnunt. Nā huiuſmodi homines quaſi ma
nifeſte clamare videtur:& dicere virtutib⁹ ad
uerſariis pręſtātibus lucrū aliquod pro pecca≠
to tranſgreſſi verbi dei. Quid vultis mihi da≠
re:& ego eum vobis tradam? Q; et ſi traditus
fuerit:fit qdem extra tradentem. Vincēs autē
eos q eum ſuſcepiſſe videtur:operatur decen≠
tia ſe:vt euacuare cupientes eum:nihil operē≠
tur in ipſum. At illi ſtatuerunt ei triginta ſta
teres. Tantā ei dationē cōſtituētes:quātos an
nos Saluator peregrinatus fuerat in hoc mun
do. Triginta eñ annoꝝ baptizatus cœpit euā
gelium ꝑdicare:quaſi Ioſeph factus trigīta an
norum: vt erogaret frumenta fratribus ſuis.
Nam ſicut tunc propter filios quidem Iſrael a
deo fuerat pręparatum frumentū illud:eroga
tum eſt autē etiam Aegyptiis:ſic euāgelium
ſanctis qdem fuerat pręparatū:tamen pędica
tū eſt etiā infidelibus & iniquis. Ex tūc quære
bat opportunitatē:vt traderet eū. Qualē autē G
opportunitatē quærebat Iudas: Lucas manife
ſtius explanauit: dicēs. Et q̄rebat opportuni≠
tatē:vt traderet eū eis ſine turba:id eſt quādo
populus nō erat circa eū: ſed ſecretus erat cū
diſcipulis ſuis. Qđ & fecit eū tradens poſt cœ
nā cum ſecretus eſſet in pędio Geſſemani. Ar
bitrabatur eñ Iudas opportunitatem ſibi eſſe
poſt pactum qđ fecit:quando cū multitudine
nō erat Ieſus. Et vide niſi vſq; nunc opportu≠
nitas iſta videtur proditorib⁹ verbi veritatis
qui voluit prodere Chriſtū deū verbū in tēpo≠
re perſecutionis chriſtianorū: quādo multitu
do credētium nō eſt circa verbū veritatis:nec
poteſt impedire / aut prohibere perſecutores:
maxime vbi pauci fideles habētur. Et cum ſit
omniū rerum tēpus: Salomone dicēte: Tēpus

pariendi: & tempus moriendi: & cætera. tempus proditorũ veritatis propriũ hoc eſt quan
A do nõ ſunt circa Chriſtũ multi fideles. Prima autem azimorũ acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum dicentes ei. Vbi vis paremus tibi paſcha manducare? Ieſus aũt dixit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdam & dicite ei: & cętera. Apud Marcum aũt ſic dicit. Et prima die azimorũ quando paſcha immolabat: dicunt ei diſcipuli eius. Quo vis eamus & præparem⁹ tibi vt manducem⁹ paſcha? Et miſit duos ex diſcipulis ſuis: dicẽs. Ite in ciuitatem: & ingredientibus vobis occurret vobis homo amphorã aquę portans: & vbicũq; ingreſſus fuerit: dicite patrifamilias. Magiſter dicit: vbi eſt diuerſoriũ meum: vbi cum diſcipulis meis manducem paſcha? Et ipſe vobis oſtendet locũ in ſuperiorib⁹ ſtratũ magnũ paratum: illic parate nobis. Sic ergo apparet ꝙ vna eademq; dies erat paſchę: quando oportebat immolare paſcha azimorum: & quando oportebat tollere fermentum vetus: & azima manducare cũ carnibus agni. Et dies quidem paſchę vna erat: azimorũ autẽ. vii. cõnumerata videlicet die paſchę cum cæteris ſex. Secun
B dum hęc forſitan aliquis imperitorũ requiret cadens in Ebioniſmũ: ex eo ꝙ Ieſus celebrauit more iudaico paſcha corporaliter: ſicut & primam diem azimorũ & paſcha: dicens: quia cõuenit & nos imitatores Chriſti ſimiliter facere: nõ conſiderãs quoniã Ieſus cũ veniſſet temporis plenitudo & miſſus fuiſſet: factus eſt de muliere: factus eſt ſub lege: non vt eos qui ſub lege erant ſub lege relinqueret: ſed vt educeret eos ex lege. Si ergo ideo venit vt educeret eos qui erant ſub lege: quãto magis nõ conuenit illos introire in legem qui prius fuerãt extra legem? Ergo de litera quidẽ egrediunt legis. Infra virtutẽ autẽ ſpiritalem legem conſtituti: ſpiritualiter celebrãtes implemus omnia quę illic corporaliter celebranda mandantur. Expellim⁹ eñ vetus fermẽtũ malitię: & nequitię: & ĩ azimis ſynceritatis & veritatis celebramus paſcha: Chriſto nobiſcũ coepulãte ſecundũ voluntatẽ agni dicentis. Niſi mãducaueritis carnẽ meam: & biberitis ſanguinẽ meũ: nõ habebitis vitã manẽtẽ in vobis. Qui tulit peccatũ mundi: & ꝓhibet verũ exterminatorẽ nõ ſolius ægypti: ſed totius generis humani exterminatorẽ tangere nos: celebrãtes feſtiuitatem paſchę ſecum. Et aſcendimus ipſo domino nobiſcũ conſtituto ab inferioribus ad locũ ſuperiorẽ: in quo diuerſoriũ eſt qđ demõſtrat ab intellectu / qui eſt in vnoquoq; hoĩe paterfamilias / diſcipulis Chriſti. Hęc autẽ domus ſuperior ſit nobis magna: vt capiat Ieſum verbũ dei: & ſapientiã: & veritatem: & omne qđ eſt filius dei: qui nõ capitur niſi a magnis ſenſu. Et ſit domus hæc præparata a patrefamilias intellectu filio dei: non ſolũ in loco ſuperiori: nec tantũmodo magna: ſed etiam mundata: nullo modo habens malitię ſordes: quaſi a ſcopis legis coadunatas atq; prolectas. Sit domus iſta et in ciuitate dei: id eſt in eccleſia. Sit autẽ domus illius princeps nõ qualibuſcũq; cognitũ habens nomen. Ideo & myſtice dicit Ieſus: Ite C
ad quendã. Et illi dicant: qui Chriſto ꝑparant paſcha. Magiſter dicit: apud te faciam paſcha cum diſcipulis meis. Annũtient etiam patrifamilias illi & qđ dicit. Magiſter dicit. Vbi eſt diuerſoriũ vbi cũ diſcipulis meis manducem paſcha? vt paterfamilias ille qui præparat diuerſoriũ Ieſu & diſcipulis eius: aſcẽdat locum ſuperiorẽ: & ſtratũ: & paratũ: & magnũ: vt veniens illuc Ieſus feſtinet cum diſcipulis ſuis. Ego autẽ puto: ꝙ homo qui ingrediẽtib⁹ diſcipulis in ciuitate occurrit eis amphoram aquę portans: quẽ voluit Ieſus vt ſequerent diſcipuli eius eũtem in domũ: qui ſubtilẽ illam aquã domui apportabat: vt nõ ſolum eſſet mũdata ſed etiã aquis plenius eluta. Et erat quidã miniſtrans patrifamilias: id eſt intellectui: portãs mundatoriã aquam in fictili vaſe: vt ſublimitas virtutis ſit dei. Aut certe potabilem aquã ſubminiſtrabat in illo fictili vaſe: vt filius quidem dei generationem præbeat vitis. Ille autẽ intellectus miniſter ex lege & prophetis aquã portat quę miſceatur cum vino euãgelici verbi. Nos ergo qui optamus de eccleſia eſſe / volẽtes celebrare paſcha cum Ieſu / ſequamur hominẽ illum qui vas baiulat huiuſmodi aquæ quem puto eſſe Moyſen legis datorem ſpiritalem doctrinam portantẽ in corporalibus hiſtoriis. Qui autẽ accedunt ad legem & ꝓphetas quaſi ad eloquia ipſius dei: nõ autẽ ſequũtur eum ſpiritualiter qui vas baiulat aquę viuæ: non celebrant paſcha cum Ieſu: nec calicem bibunt noui teſtamenti. Pręparant autẽ diſcipuli paſcha Ieſu: & poſt ſermones diſcipulorum quibus cathezizauerũt patremfamilias / id eſt intellectũ: veniat & diuinitas vnigeniti coepulans diſcipulis ſuis in domo prædicta. Scire tamen debemus quoniã qui in epulationibus & ſollicitudinibus ſæcularibus ſunt: non aſcendunt in domũ illam ſuperiorẽ: nec vident magnitudinẽ eius: nec cõſiderãt ſtratus illius ornatum. Propterea nec celebrant cum Ieſu paſcha: nec accipiũt panem benedictionis ab eo: nec calicem noui teſtamenti. Veſpere autem D
facto diſcubuit cum diſcipulis ſuis: & edentibus eis dixit. Amen dico vobis quoniam vnus

ex vobis tradet me. Diſcipulis edentibus pa-
ſcha ſecūdum legis mādatum: dixit Ieſus: qui
ſciebat quid eſſet in hoīe: & ꝓpterea nō habe-
bat opus vt aliquis teſtimoniū daret ei de ho-
mine: & dixit de Iuda cū conſueto ſibi iureiu-
rando. Amen dico vobis quoniam vnus ex vo
bis me tradet. Cum enim potuiſſet a pricipio
proditorē ſpecialiter demōſtrare: hoc quidem
non fecit: dixit autem generaliter: ꝙ vnus ex
vobis me tradet: vt teſtimonio percuſſi cordis
ſingulorū qualitas ꝓbaretur: vt & diſcipulo-
rum oſtenderet bonitatē: quia plus credebant
verbis Chriſti: q̃ conſciētiæ ſuæ: & Iudę mali-
tiæ: quia nec cognitori conſiliorū ſuorū crede
bat vt turbaretur: aut triſtaret̃. Aeſtimo quia
in primis putauit latere quaſi hominem. Qui
poſtq̃ vidit conſcientiā ſuam notam Chriſto:
amplexus eſt occultationem poſitā in verbis
ipſius: quorum primū infidelitatis erat: ſecun
dum autē impudentię. Et cōtriſtati nimis cœ
E perunt ſinguli dicere. Nūquid ego ſum dn̄e?
Quęret aūt aliquis quomodo ſi bonę conſciē-
tię erant vndecim apoſtoli: quia mundi erant
ab omni ꝓditione magiſtri: vt quid contriſta-
ti ſunt de auditu: quaſi potuiſſet fieri vt vn⁹
eſſet ex ipſis de quo dicebat? Aeſtimo aūt quo
niā vnuſquiſq; diſcipulorū ſciebat ex his quæ
docuerat Ieſus quoniā mutabilis: & ad malū
vertibilis eſt natura humana. Et quoniā in col
luctatione aduerſus principatus / & poteſta-
tes / & rectores huius mundi tenebrarū poteſt
fieri vt decidat homo aut circunuentus: aut
vim paſſus ab aduerſariis virtutibus ad ma-
lum perficiendū. Hoc ergo conſiderātes vnuſ
quiſq; diſcipulorū: ne forte ipſe eſſet: qui præ-
cognitus erat proditor: cōtriſtati ſunt valde:
ꝓpterea ꝙ dictū fuerat eis: vnus ex vobis me
tradet. Et cœperunt dicere quaſi neſciētes ſin
guli futurum de ſe. Nūquid ego ſum dn̄e? Si
autem habet rationem: quoniam propter hāc
cauſam timens vnuſquiſq; eorū dixit: nūquid
ego ſum dn̄e? de oībus futuris timendū eſt no
bis infirmis: qui nōdum ſapientiā perfectionis
accepimus: ſecundū quā dicit apoſtolus. Con
fido eñ quia neq; mors: neq; vita: & cętera: po
teſt nos ſeparare a charitate dei quę eſt ī Chri
ſto Ieſu. Qui autē nondū perfectus eſt dubitat
de ſeipſo quaſi poſſit & cadere. Secūdum quā
infirmitatē humanā ſcribens Corinthiis Pau
lus dicebat. Sed caſtigo corpus meū: & ſerui-
tuti redigo: ne forte cū aliis prædicauerim ip-
ſe reprobus efficiar. Et vide quod dicit: ne for
te cum aliis prædicauerim ipſe reprobus effi-
ciar: ſic pronūtiat quaſi timens ne forte & ca-
dere poſſit: & reprobus fieri. Quod autē dixit
confido & cætera: confidentis hoīs infirmi eſt
propter ſuā perfectionē: quoniā mille contra-
ria ſeparare eū a charitate Chriſti non valeāt.
Qꝛ autē apoſtoli adhuc erant infirmi: & iuſte F
timebāt: manifeſtum eſt ex eo quod dicit qui
ſciebat propoſitū ſingulorū. Quoniam omnes
vos ſcandalū patiemini in me in hac nocte. Et
ꝙ proponens quis meliora aliquotiens ad ma
litiam trāſuertitur victus in colluctatione cō
trariarum virtutū / manifeſtū eſt ex eo quod
ſcriptum eſt de Petro: quoniā ipſe quidē conſi
derās propoſitū ſuū: qualem circa Chriſtū ha
beret affectū: reſpōdit: nō cū ſimulatione: ſed
ex veritate cordis ſui quātum ad ſe: quoniam
ſi omnes ſcādalizati fuerint: ego ſolus nō ſcan
dalizabor. Saluator aut ſciens infirmū eum in
ſuis ꝓmiſſiōibus fore: & quoniā breuis timor
hominis facturus eſſet eum recedere a ꝓpoſi-
to meliori: dixit ad eum. Amen dico tibi: quo-
niam in hac nocte priuſq̃ gallus cātet: ter me
negabis. Et talibus non eſt importunū dicere
ſemper: ne glorieris in dn̄o: nec enim ſcis quid
pariat dies ſuperuētura. Et Paulus ſimiliter.
Fratres (inquit) ſi pręoccupatus fuerit homo
in aliquo delicto: vos qui ſpiritales eſtis cōfir-
mate huiuſmodi in ſpiritu māſuetudinis: cō-
ſiderantes ne & vos tētemini. Docens quoniā
incertus eſt exitus noſter de nobis q̄uis forte
meliorum propoſitū habeamus. Hęc autē oīa
recordantes: quoniā neſcimus quid pariat no
bis dies ſuperuētura: nō inflabimur: neq; ſup-
biemus: neq; gloriabimur aliquādo: q̄uis ſcia-
mus nos multa bona habere. ſicut & Paulus
cum dixiſſet de ſe: nihil mihi conſcius ſum: ſu
peraddit: ſed nō in hoc iuſtificatus ſum: tanq̃
ſciens deum ſacrificantem quos pręcognoſcit
et quos prædeſtinauit vocātem. Qui intingit G
mecum manū in paraſpide: hic me tradet. Vi
dens eos de ſeipſis timentes: demonſtrauit ꝓ-
ditorem indicio ꝓpheticæ vocis dicētis. Qui
māducat panē meum mecū: amplificauit ad-
uerſus me ſupplantationē. Nec eñ diſcrepat
illud ab hoc quod dicit. Qui intingit mecum
manū in paraſpide: hic me tradet. Et hoc quo-
q; cōſiderandū eſt: quid vtiq; nos volens doce
re ſaluator ſignū dat diſcipulis de Iuda prodi
tore: ex eo ꝙ cū Ieſu manū ſuā in paraſpidem
intuliſſet: in quā ſicut æſtimo intingebāt car-
nes paſcha edentes. Aeſtimo autē ꝙ malitiam
eius multā manifeſtā facere volens hoc dixit.
Q̄m quē ſuſcepit ad menſam cōmunē: & com
mādacauit ei: forte quia a principio bene age-
bat: ipſe Ieſum ꝓdidit tantis honoribus ſe cō-
plectentē: & neq; ſalis eiuſdē: neq; menſæ: neq;
panis cōmunicati memor eſt fact⁹: ſed oīa illa

trāſgrediēs ꝓpter triginta ſtaterū ꝓmiſſionē: tradidit largitorē tantorū bonorū. Et hæc eſt vere propria cōſuetudo hominū nimis malo= rum: vt poſt ſalem & panem inſidienť hoībus maxime nihil nocētibus eis cū quibus cōmu= nicauerunt panem & ſalem. Deniq; Daniel de quibuſdā huiuſmodi hoībus feralibus: & val=
A de malis ita ꝓphetans dicebat. Super menſam vnam falſa loquenť. Si autē potes ſpiritalē mē ſam: & cibum ſpiritalē: & dominicā intellige= re cœnā: quibus omnibus dignificatus fuerat a Chriſto: abundātius videbis multitudinem malitiarū eius quibus magiſtrū cum cibo di= uinæ menſę & calicis & hoc in die paſchę tra= didit ſaluatorē. Non recordatus nec in corpo ralibus bonis magiſtri dilectionē: nec in ſpiri= talibus doctrinā eius ſine inuidia ſemper com municatam. Tales ſunt oēs in eccleſia: qui inſi diantur fratribus ſuis: cum quibus ad eādem menſam corporis Chriſti: & ad eundē potum ſanguinis eius frequenter ſimul fuerūt. Si au tem oportet & ipſius parapſidis interpretatio nem accipere: nos quidem ab huiuſmodi nos abſtineamus: ne aliquid frigidum quibuſdam dicere videamur. Tamen qui vult etiā in hoc aliquid inuenire morale: cōſideret in lege vbi dona a principibus ſingularū tribuum offerū tur in dedicatione altaris. Forte intelliget ibi etiā parapſidem aliquid eſſe intelligendam. In prima (inquit) die obtulit donum ſuum Naa ſon filius Aminadab princeps tribus Iuda. Et obtulit donum ſuum parapſidē argēteam ſi= clorum triginta: & centum pōdus eius: & fia= lam vnam argenteā ſiclorū ſeptuaginta: ſecū= dū ſiclum ſanctū. Et filius quidē hominis va= dit ſicut ſcriptū eſt de eo: vęh autē homini illi per quē filius hominis tradetur. Et Ieſus qui= dē ſecundū ꝙ videbatur ibat paſſus per crucē ſecundū aūt ꝙ vere erat: & ibat: & remanebat in mundo cū diſcipulis ſuis cuſtodiens eos in fide. Nec em̄ potuiſſent ꝑmanere in fide ipſius pręcipue cū mortuū eum vidiſſent: niſi ab ip= ſo inuiſibiliter cuſtodita fuiſſent corda eorū. Et nō dixit vęh homini illi a quo traditur: ſed per quē tradiť: oſtēdens alterū a quo tradebať id eſt a diabolo. Ipſum autē Iudā miniſtrū eſſe traditionis. Vęh aūt non ſolū Iudæ: ſed oībus proditorib⁹ Chriſti. Quicūq; enim diſcipulos Chriſti tradit ipm̄ Chriſtū tradit. Propterea a diabolo quidē traduntur: tamē per hoīes illos. Et ideo vęh illis. Nā ſi oēm malitiā in hoībus diabolus per hoīes operatur: & quicūq; interfi citur ab aliquo: etſi nō ab ipo: tamē per ipſum eſt interfectus. Et ſi iudex aliquē interfecerit iniuſte mortis ſententiā ferens in aliquē: ſcien dū eſt qa ipſe locū diabolo dans in ſe: miniſtrū ſe prębuit diabolo ad interfectionē hoīs inno= cētis. Bonū erat ei ſi nō fuiſſet malus homo il= B
le. Hoc eſt: illi bonū erat ſi nat⁹ nō fuiſſet: quia nec hoc bono fuerat dignus vt nō naſceretur. Sed qm̄ aptus fuerat ex arbitrio ſuo vt hoc mi niſteriū proditionis cōſummareť per eū: ideo natus eſt malo ſuo: vt in malū qđ ſecundū ꝓ= poſitū ſuū merebať incideret. Reſpondēs autē Iudas dixit. Nunqd ego ſū rabbi? Et vide qm̄ expectans Iudas tantū ſermonē Chriſti de ſe: nō pręcidit narrationē eius ſua reſpōſiōe: ſed poſt oēs reſpōdit dicēs. Nunqd ego ſum rab= bi? Nō ex affectu diſcēdi: ſed ſecundū cōſuetu dinē nominādi magiſtrū: eum vocauit magi= ſter. Quaſi ſubſannās eū: quia vocabať magi= ſter: eū nō eſſe hoc vocabulo dignū. Et dixit ei Ieſus. Tu dixiſti. Vt ex ore ipſius iudicaret eū quoniā ille quaſi dubitās dixerat: nūquid ego ſum rabbi? Nō quidē ſecūdū cōſcientiā dubi= tās: ſed fingens ſe de hoc dubitare. Non enim habebat ipſum timorē quē cæteri apoſtoli ha buerūt. Sed ille ſine timore / quaſi timens dice bat. Et ideo forſitan poſt omniū apoſtolorū ſin gillatim interrogationes & poſt Chriſti narra tionē de ipſo: vix aliquando & ipſe interroga= uit: quaſi ex cogitatu quodā: & verſuto conſi lio: vt ſimilia cæteris apoſtolis interrogando: celaret interim ꝓditionis ſuę cōſiliū. Nam ve ra triſtitia & vrgens nō ſuſtinet moram: ſicut nec apoſtolorū ſuſtinuit. Edentibus aūt eis ac C
cipiens Ieſus panem: & gratias agēs: fregit: & dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite & man= ducate. Hoc eſt em̄ corpus meū. Et accipiens calicem: & gratias agens dedit eis dicens. Bi= bite ex hoc oēs. Hic eſt enim ſanguis meus no ui teſtamēti: qui pro multis effundiť in remiſ ſionē peccatorū. Panis iſte quē deus verbū / cor pus ſuū eſſe fateť: verbū eſt nutritoriū anima rum. Verbū de deo verbo ꝓcedēs: & panis de pane cæleſti: qui poſitus eſt ſup mēſam de qua ſcriptū eſt: Pręparaſti in cōſpectu meo mēſam aduerſus eos q tribulāt me. Et potus iſte quē deus verbū ſanguinē ſuū fateť: verbum eſt po tans: & inebriās pręclare corda bibētiū: qui eſt in poculo de quo ſcriptū eſt. Et poculum tuū inebrians q̄ pręclarū eſt. Et eſt potus iſte gene ratio vitis verę: quę dicit: ego ſum vitis vera. Et eſt ſanguis vuę illius: quę miſſa in torcular paſſionis ꝓtulit potū hūc. Sic & panis eſt ver= bū Chriſti factū de tritico illo qđ cadēs ī terrā bonā multū reddidit fructū. Cur aūt nō dixit D
hic eſt panis noui teſtamēti: ſicut dixit: hic eſt ſanguis noui teſtamenti? Qm̄ panis eſt verbū iuſtitię qua manducātes aīæ nutriuntur. Potus

autem eſt verbum agnitiõis Chriſti: ſecundũ myſterium eius natiuitatis & paſſionis. Quoniam ergo teſtamentũ dei in ſanguine paſſionis Chriſti poſitum eſt ad nos: vt credentes filium dei natum & paſſum ſecundũ carnẽ: ſalui efficiamur nõ in iuſtitia: in qua ſola ſine fide paſſionis Chriſti ſalus eſſe nõ poterat: ideo tãtum de calice dictum eſt: Hic eſt calix teſtamenti. Amen dico vobis ꝙ amodo non bibam de generatione vitis huius: niſi cum bibam illud vobiſcũ nouum in regno patris mei. Sed et de pane dictum eſt apud Lucam ſimiliter. Deſiderio deſideraui hoc paſcha / manducare vobiſcum. Dico vobis ꝙ amodo non manducabo illud: niſi impletum in regno dei. Ergo manducabit ſaluator: & bibet panem illum: & potum paſchalem renouatum in regno dei: & manducabit / & bibet cum diſcipulis ſuis. Sicut enim nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed ſemetipſum humiliauit vſq; ad mortem: ſic mãducabit panem: & bibet de generatione vitis: & bibet nouum: & ꝓpter multam bonitatẽ ſuam: & dilectionẽ hominũ mãducabit & bibet cum diſcipulis ſuis: cũ tradiderit regnũ deo & patri. Attende eñ quod dicit: Cũ bibero ipſum vobiſcũ nouum non alio
E tempore niſi in regno patris mei. Et alias autem non regnũ dei eſca & potus. Corporaliter enim & ſecundũ ſimilitudinẽ pręſentis cibi et potus nõ eſt regnum dei eſca & potus his qui exhibuerũt ſe dignos pane cæleſti & pane angelorum: & eſca illa de qua dicit ſaluator: mea eſca eſt vt faciam volũtatem eius qui me miſit / & perficiã opus eius. Quoniã aũt in regno dei manducabimus: & bibemus: ex multis locis ſcripturarum eſt demõſtrare: pręcipue ex eo quod ſcriptũ eſt. Beatus qui mãducauerit panẽ in regno dei. Ergo implebit in regno dei hoc paſcha: & mãducabit eum Ieſus cum diſcipulis ſuis: & bibet. Et quoniã qđ dicit apoſtolus: nemo vos iudicet ĩ eſca & in potu: & cętera: quę ſunt vmbra futurorum: reuelationẽ habet ad futura myſteria de eſcis & potib9 ſpiritalibus: quorum vmbra fuerũt quæ de eſcis et potibus in lege fuerãt ſcripta: manifeſtum eſt autẽ quoniã verã eſcã / & verũ potũ mãducabimus / & bibemus in regno dei ædificantes per ea & cõfortantes veriſſimã illã vitã. Et qđ dicit accipiens Ieſus panem: ſimiliter & accipiẽs calicẽ: qui paruulus quidẽ eſt in Chriſto: et in Chriſto adhuc carnalis: intelligat cõmuniter. Prudentior autẽ quærat: a quo accipiẽs
F Ieſus. deo enim dante accipit & dat eis qui digni ſunt a deo accipere panẽ & calicem. Quomodo aũt dat deus panem: ſignificat & Iacob dicens. Si fuerit dñs meus mecum: & dederit mihi panem ad manducãdum: & veſtimentũ ad veſtiendum: omnia quæcũq; mihi domine dederis decimã decimabo tibi. Item ſcriptum eſt in euangelio ſecundũ Ioannem. Non Moyſes dedit vobis panem: ſed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Et ſemper Ieſus his qui ſecum pariter agunt feſtiuitatẽ: accipiens panem a patre gratias agit: & frangit: & dat diſcipulis ſecundum ꝙ vnuſquiſq; eorũ capit accipere: & dat dicens. Accipite & manducate. Et oſtendit quãdo eos hoc pane nutrit proprium eſſe corpus: cum ſit ipſe verbum: quod et nunc neceſſarium habemus: & cum fuerit in regno dei impletũ. Sed nũc quidem nondũ impletum: tunc autem impletum: cum & nos pręparati fuerimus ad capiendum paſcha plenum: qđ venit vt impleat: qui nõ venit ſoluere legẽ: ſed adimplere. Et nunc quidẽ implere quaſi per ſpeculum in ænigmate impletionis: tunc autem facie in faciem implere: cum venerit quod perfectum eſt. Si ergo & nos volum9 panem benedictionis accipere ab Ieſu: qui conſuetus eſt eum dare: eamus in ciuitatem in domum cuiuſdam: vbi facit Ieſus paſcha cũ diſcipulis ſuis pręparãtibus ipſum notis ipſius. Et aſcendamus ad ſuperiorẽ partẽ domus magnam: & ſtratam: & pręparatã. Vbi accipiens a patre calicem: & gratias agẽs: dat eis qui cũ ipſo aſcẽderint dicens. Bibite: quia hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. Qui & bibitur et effunditur: bibitur quidem a diſcipulis: effunditur autem in remiſſionem peccatorum cõmiſſorum ab eis a quibus bibitur: & effunditur. Si autẽ quęris quomodo etiã effunditur: G
diſcute cum hoc verbo etiã quod ſcriptũ eſt. Quoniã charitas dei diffuſa eſt in cordib9 noſtris. Si autẽ ſanguis teſtamenti infuſus eſt in corda noſtra in remiſſionem peccatorum noſtrorum: effuſo eo potabili ſanguine in corda noſtra / remittũtur & delẽtur omnia quę geſſimus ante peccata. Ipſe autem qui accepto calice dicit bibite ex hoc omnes: nobis bibentibus non diſcedit a nobis: ſed bibit eum nobiſcum cum ſit in ſingulis ipſe. Quoniam nõn poſſumus ſoli: & ſine eo vel manducare de pane illo: vel bibere de generatione illius vitis veræ. Nec mireris quoniam ipſe eſt & panis: & manducat nobiſcum panem: ipſe eſt & potus generationis de vite: & bibit nobiſcum. Omnipotens enim eſt verbum dei: & diuerſis appellationibus nuncupatur: & innumerabilis eſt ipſe ſecũdum multitudinem virtutum: cum ſit omnis virtus vnus & ipſe. Deinde docebat H
diſcipulos qui feſtiuitatem celebrauerãt cum

magiſtro: & acceperant benedictionis panem et manducauerant corpus verbi: & biberant calicem gratiarũ actionis: pro his oĩbus hymnum dicere patri: & de alto tranſire in altum quia fidelis non poteſt aliquando aliquid agere in conualle. Propterea aſcenderũt in montẽ oliueti: in quo vnaquæq; oliua quaſi arbor faciens fructum dicere poteſt. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei. Et qui nondum ſunt facti quaſi oliua fructifera in domo dei: ſed ſunt adhuc quaſi nouella oliuarum in circuitu menſę ſpiritualis patris ſui: poſſunt eſſe in monte oliueti: de quo prophetat & Zacharias. Et q̃ apte mons miſericordiæ eſt electus: vbi prænuntiaturus fuerat ſcãdalum infirmitatis diſcipulorũ ſuorum: quia nõ optabat vt fieret: ſed prænuntiabat ꝙ erat futurum iam tunc præparatus non vt repelleret diſcipulos diſcedentes: ſed vt reciperet conuertẽtes. Tũc
A dicit eis Ieſus. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptũ eſt eñ. Percutiã paſtorem / & diſpergentur oues gregis. Cum autem ſurrexero: præcedam vos in galilęam. Qui ſcandalizãtur: nõ in die ſcandalizantur: ſed in nocte: & in nocte illa ĩ qua ꝓditur Chriſtus. Sic enim & Petrus denegãs: nõ in die denegat: ſed in nocte. Et in nocte cui nondũ præparauerat lux. Ante cãtum enim galli negat. Si quis autẽ quęrat quomodo poſt tanta & talia ſigna: & prodigia: & ſermones non ex inferiori virtute: q̃ ex qua facta fuerant ſigna: & ꝓdigia: dictos: ſcandalizanẽ diſcipuli: ſciat quia vult oſtendere per hæc ſermo: quoniã ſicut nemo poteſt dicere dominũ Ieſum niſi in ſpiritu ſancto: ſic nemo poteſt ſine ſcãdalo eſſe ſine ſpiritu ſancto. Quando autem implebatur quod dixerat Ieſus: omnes vos ſcãdalum patiemini in hac nocte: nõdum datus erat ſpiritusſanct⁹ adhuc: quoniã Ieſus nondũ fuerat honorificatus. Nos autẽ poſtq̃ cõfeſſi fuerimus dominũ Ieſum in ſpiritu ſancto: quoniã qui ſpiritu dei aguntur: hi filii dei ſunt: ſi poſt ſpiritũ ſanctũ ſcandalum paſſi fuerimus: aut denegauerim⁹ non habemus excuſationis locum: quaſi ſcandalizati ſine ſpiritu ſancto: aut denegantes ſine ſpiritu ſancto. Et illi quidem ſcandalizati ſunt quaſi adhuc conſiſtentes in nocte: nobis autem iam nox remota eſt: dies aũt appropinquauit. Propter quod dicitur: Sicut in die honeſte ambulemus. Qui autẽ honeſte ambulat in luce eſt: nõ denegat Chriſtũ: quia non eſt in nocte. Adhuc aũt ideo illi ſcandalizati ſunt in nocte: ſicut dñs ipſe teſtatur: quoniã ſecundũ ſcripturã pro nobis oĩbus pater filio vnico nõ pepercit: ſed tradidit eum pro nobis in paſſionem: vt ad modicum diſpergantur oues gregis ſcandalum paſſi: poſt hoc autẽ congregentur a reſurgente Chriſto: & pręcedente eos in galilæam: qui ſe ſequi voluerint in galilæam: vt gentium populus qui ſedebat in tenebris videat lumen magnum: & qui in regione: & vmbra mortis: lux eis oriatur. Reſpõdens autem Petrus dixit ei. Si omnes ſcandalizati fuerint: ego nunq̃ ſcandalizabor. Dixit ei Ieſus. B
Amen dico tibi: quoniam in iſta nocte priuſq̃ gallus cantet: ter me negabis. Dicit ei Petrus. Et ſi oportuerit me tecum mori non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. Dicit apoſtolus in epiſtola ad romanos. Si autem deus verax: omnis autem homo mẽdax: ſicut ſcriptum eſt: non præcipiens omnem hominẽ fieri mendacem: ſed pronuntians eſſe mendacem: pſalmo dicente. Ego dixi in exceſſu mentis meę: omnis homo mendax: hic autem Petrus audiens ſaluatorem dicẽtem: omnes vos ſcãdalum patiemini in me in hac nocte: dominum noſtrum profitebatur facere mendacem per ea quæ ſibi cõfidens dicebat: ſi omnes ſcandalizati fuerint: ego non ſcandalizabor: nõ cõſiderans quoniam qui dixit: ego ſum veritas: mentiri nõ poterat. Propter hoc ſicut æſtimo omnes quidem diſcipuli ſcãdalizati ſunt tantum in Ieſum: Petrus autẽ qui æſtimauit mẽdacem poſſe facere veritatem: non tantũ ſcandalizatus eſt: ſed etiam derelictus propter audacem ſuam promiſſionẽ: iuxta ſcandalũ etiã denegauit. Et quoniã non ſolum inconſiderate: ſed pene etiam impie dixit: & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ego nõ ſcãdalizabor: nec cogitans lubricam naturã humanã: magnum protulit verbum: ideo nec ad modicũ eſt derelictus: vt ſcilicet denegaret: vel ſemel denegaret: ſed abundantius derelinquitur: vt ter denegaret: vt arguatẽ audacia promiſſionis eius per vnam ancillam: & hoc verbum interrogãtem: & dicentem. Et tu cum Ieſu galilęo eras. Et denegauit coram omnibus dicens. Neſcio quid dicis. Et iterum denegauit non ſimpliciter: ſed cum iuramento. Et tertia vice non ſolum cum iuramento: ſed cũ deuotatione: quia neſcio hominem. Per hoc autẽ inſtruimur vt nunq̃ ſine conſideratione aliq̃d promittamus ſuper habitudinem noſtram humanam: quaſi qui valeamus Chriſti implere cõfeſſionem ex nobis: aut aliquid præceptorum dei: ammonẽte nos apoſtolo: & dicente. Noli altum ſapere: ſed time. Debuerat enim poſtq̃ audiuit: quia C
omnes vos ſcandalum patiemini in hac nocte: et poſtulaſſe dominum: et dixiſſe. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te: eſto in me: vt non

ego ſcādalizer. Et dona mihi præcipue gratiā
hanc:vt in tempore cum omnes diſcipuli tui
fuerint ſcandalum paſſi:ego in denegationem
nō cadā:nec ab initio ſcādalizer. Si eñ poſtu-
laſſet forſitan amotis ab eo ancillis: cæteriſq;
miniſtris:nō denegaſſet. Nec eñ poterat fieri
vt facta interrogatione potuiſſet dicere domi
num Ieſum in ſpiritu ſancto: aut cōfeſſus fuiſ
D ſet:cū ſpiritusſanct⁹ nōdū fuiſſet datus. Quę-
res aūt ſi poſſibile erat vt nec ſcandalizaret̃ ſe
mel ſaluatore dicente: quia oēs vos ſcādalum
patiemini in me. Ad quā quæſtionē aliquis re
ſpondebit:qm̃ neceſſe erat(ore veriſſimo prę-
dicente: quia oēs vos ſcandalizabimini) fieri
quod prædictū erat ab Ieſu. Alius autē dicet.
Quoniā qui exoratus a niniuitis quę prędixe
rat per Ionam nō fecit:ꝑpter pœnitētiā Nini-
uitarū:ſic poſſibile fuit vt repelleret etiā a Pe-
tro ſcādalum deprecante. Nunc autē ꝓmiſſio
eius audax ex affectu quidē prompto:non ta-
men prudēti:facta eſt ei cauſa vt nō ſolū ſcan-
dalizaret̃: verūetiam ter denegaret. Quæres
adhuc:ſi poſtq̃ audiuit Ieſum dicētē:Amē di-
co tibi: priuſq̃ gallus cantet in hac nocte: ter
me negabis:non addidiſſet ſi fuerit mihi mori
tecum non te negabo: ſed deprecatus fuiſſet:
vt repelleret̃ ab eo præcognita ipſius denega-
tio:ſi forte nō denegaſſet. Et aliquis quidē di-
cit:quoniā locū quidē habebat deprecatio Pe-
tri: cum dixiſſet: oēs vos ſcādalum patiemini
in me: auxiliū accipere vt ne ſcandalizaretur
Nec enim cum amen prolatū fuerat: dictū eſt:
oēs vos ſcandalū patiemini. Poſtq̃ aūt cum af-
firmatione iuramēti pronūtiauit:nō erat poſ-
ſibile vt nō denegaret. Si eñ iuramētum erat
Chriſti amen:mentitus fuiſſet dicēs:amen di-
co tibi:ſi verum dixiſſet Petrus: quia nō te ne
gabo. Videtur autē mihi cęteri diſcipuli Ieſu
cum proſpectu & cogitatu:qđ primū quidem
fuerat dictū: oēs vos ſcādalū patiemini in me
in hac nocte:nihil dixiſſe:neq; profeſſos fuiſſe:
quaſi nō eſſent ſcandalizandi. Videbant enim
veracem eſſe Ieſum hæc prædicētem. Ad hoc
autem ꝙ ſoli dictum eſt Petro: amen dico ti-
bi anteq̃ gallus cantet:ter me negabis:promi-
ſerunt ſimiliter & Petro. Et ſi fuerit nobis mo
ri tecū:nō te negabimus. Quod Petrus quidē
non cōuenienter fecit poſt Chriſti prophetiā:
de eo negaturo ter ante galli cantum. Cæteri
autem quaſi qui nō erant comprehenſi in illa
prophetia: nec tenebantur in illis quæ ad Pe-
trum fuerant dicta: reſponderūt promittētes
non promiſſionibus ſuis mēdacem dominum
facere cupientes:ſicut facere voluit Petrus. Si
cut enim cum transfiguratus fuiſſet in mon-
te excelſo: apparentibus in gloria ſimul cū Ie-
ſu Moyſe: & Helia dixit: Vis faciam⁹ hic tria
tabernacula:vnū tibi: & vnum Moyſi: & vnū
Helię:neſciens quid loqueretur:ſicut ſcriptu-
ra teſtatur de eo:ſic & hic neſciēs quid loque-
retur dixit:ſi fuerit mori mihi tecum nō te ne
gabo. Cū Ieſu enim mori pro nobis omnibus
moriente vt nos viuamus hominum nō erat:
quoniā omnes fuerant in peccatis:& oēs opus
habebant vt pro eis alius moreretur non ipſi
pro aliis. Tunc venit Ieſus cum illis in prędiū E
quod dicitur gethſemani. Scienti hebraicorū
nominū interpretationē: etiam nomen huius
prædii qđ vocant Gethſemani prodeſt ad ma
niſeſtationē loci iſtius: quoniam nō ſine cauſa
poſitum eſt apud Matthęum:& Marcum etiā
prædii nomen. Nos autē pretermittētes illud
hoc ſolum ſuggerimus quomodo Ieſus cū diſ
cipulis venit ad prędiū hoc qđ vocatur Geth
ſemani accipiens eos ex loco illo in quo paſcha
cum eis manducauit. Nec eñ conueniebat cū
proderetur/ab illo capi loco vbi cum diſcipu-
lis manducauerat paſcha. Cōueniebat autem
et priuſq̃ proderetur orare:& orādi eligere lo
cum mundum ad orationem. Sciebat eñ quo
niam ſicut differt aer ab aere mūdiore:ſic ter-
ra ſancti loci & ſanctioris:ſicut ſcriptū eſt. Lo-
cus in quo tu ſtas:terra ſancta eſt. Et quęras ſi
pręter affectum orantis:etiam ex loco oratio-
nis in quo quis orat fit oratio mundior & ac-
ceptabilior ſecūdum ꝙ ſcriptum eſt. Domus
mea:domus orationis vocabit̃. De qua & ali-
bi dicitur. Et exaudiuit de templo ſancto ſuo
vocem meam. Et vir quidā iudaicus nec dubi
tat de huiuſmodi. Qui autem ꝑpter Chriſti
doctrinam receſſit a iudaicis fabulis:& ab om
nibus quæ corporaliter ab eis intelligūtur: di
cit non propter locum fieri orationē diſtātem
ab oratione:ſed quia melius eſt cū nullo orare
q̃ cum malis orare. Ad demōſtrationē autem F
traditionis iſtius vtetur exemplo: ꝙ Ieſus in
domo Iairi ſacerdotis oraturus pro mortua fi
lia eius:omnes eiecit foras:& tres tantum ele-
git ſecum: qui & ſuper montem facti fuerant
teſtes transfigurationis ipſius. Propter hoc
enim & in eccleſiis Chriſti conſuetudo tenuit
talis vt qui manifeſti ſunt in magnis delictis
eiiciantur ab oratione communi:vt ne modi-
cum fermentum non ex corde mundo oran-
tium totam vnitatis conſperſionem & con-
ſenſus corrumpat. Habet autem & hic ſen-
ſus:qđ iuſte obiiciatur his qui non quomodo
debent ſic intelligunt: accipientes ſic occaſio-
nem: vt dicant proximo ſuo. Ne appropin-
ques mihi: quia mundus ſum. Quod fecit

et phariſęus ad publicanum longe orātem et pectus ſuum percutientē: & dicentem. Domine propitius eſto mihi peccatori. Męſurate ergo facere hoc debemus: vt nec cum indignis oremus ꝓpter honorē orationis: ſecūdum eū qui dixit. Si duo in vobis cōuenerint in idipſum: de omni re quācūq; petierit fiet eis. Nec inferiores ſpernamus nos pręponētes propter iactantię caſum: ſecūdum eum qui dixit. Qui
A ſe exaltat humiliabit. Hæc autē tractauimus ꝓpterea ꝙ dictū eſt. Sedete hic donec eo illuc orare. Accipiens autē Petrū: & duos filios Zebedei: cœpit triſtari: & tędiari: vel ſicut Marcus exponit: cœpit pauere: & tędiari. Hos ipſos autē diſcipulos aſſumpſit: & ſup montem cum eſſet transfigurādus: & ad filiam Iairi ſacerdotis. Et quęro ſi aliquid ſecretius forte vidit in tempore priuſq̄ pateret Ieſus: & ibi vadens voluit orare. Forſitan eñ vidit aſſiſtētes reges terræ: & principes cōgregatos in vnum aduerſus dominū: & aduerſus ſe Chriſtū ei⁹. Propter qđ quaſi multis illis cōſtitutis & ī malitia potentibus: cœpit triſtari: & tędiari: vel et pauere. Et cōſidera quia non dixit triſtabať et tędiabať: ſed cœpit triſtari: & tędiari. Multum eñ intereſt inter triſtari & īcipere triſtari. Si ergo aliquis defendens paſſiones humanas profert nobis etiā ipſum triſtatū fuiſſe Ieſum: audiat quoniā qui tētatus eſt per omnia ſecundū ſimilitudinē præter peccatū: hic non eſt triſtatus triſtitia paſſionis ipſius: ſed fact⁹ eſt ſcđm humanā naturā tantū in ipſo principio triſtitiæ & pauoris: vt oſtendat diſcipulis ſuis pſentib⁹: maxime Petro magna de ſe ęſtimanti: rebus ipſis: quod poſtea eis dixit. Quia ſpirit⁹ prōptus eſt: caro aūt infirma. Et nō eſt aliquādo confidendū in ea: ſed ſemp timēdum de ea: quia incauta confidentia ad iactantiam ducit. Timor autē infirmitatis ad auxiliū dei confugere adhortatur: ſicut & dominū ipſum paululum ꝓgredi: & cadere in faciem: & ora-
B re. Ergo cœpit quidem triſtari ſecūdū humanam naturā quæ talibus paſſionibus ſubdita eſt: nō aūt ſecundū diuinā virtutē: quæ ab huiuſmodi paſſione longe remota eſt. Et hæc dicimus de Ieſu: vt nō arbitteris ſicut quędā hęreſes hominē eum fuiſſe: ſed deum veram humani corporis ſuſcepiſſe naturā: qui poterat compati infirmitatibus noſtris/quoniā & ipe circūdatus erat infirma natura humani corporis. Similiter & ipe participās corpus & ſanguinem: quoniā & pueri: de quibus dicit: ecce ego: & pueri quos mihi dedit deus: participāt carni & ſanguini. Videns ergo inſtans ſibi certamē quod nō erat ei aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus tantos reges terræ aſſiſtentes: & principes congregatos in vnum aduerſus ſe: quantos nunq̄: cœpit pauere: vel triſtari: nihil amplius triſtitiæ: vel pauoris patiens niſi principiū tantū. Nec eñ ſcriptum eſt: quia pauit: vel triſtatus eſt: ſed cœpit pauere et cœpit triſtari: quando & dixit triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē. Qđ ipſum tale aliquid ſignificare videtur: tanq̄ ſi dicat triſtitia cœpta eſt in me: vt nō omni modo ſim ſine guſtu triſtitiæ: nō ſemp ſed vſq; ad tēpus mortis in me eſt: vt cū mortuus fuero peccato/moriar et vniuerſæ triſtitiæ: cuius principiū tantum fuit in me. Suſtinete hic & vigilate mecū. Ac C
ſi dicat. Etſi aliis diſcipulis dixi: ſedete hic: donec vado illuc orare: & adduxi vos tres vſq; huc: nolo vos vlterius progredi: necdū enim poteſtis. Propter hoc manete hic vigilantes: ſicut & ego vigilo: ſcientes quoniā cæteros quidem iuſſi ſedere ibi quaſi inferiores: ab agone iſto ſeruans eos ſecuros: vos autē quaſi firmiores adduxi: vt mecum cōlaboretis in vigiliis: et orationibus. Tamen & vos manete hic: vt vnuſquiſq; in gradu ſuę vocationis conſiſtat: quoniā & omnis gratia q̄uis fuerit magna: habet & ſuperiorē. Q; aūt hoc ſignificat dicens: Manete hic: manifeſtum eſt ex eo: quod in ſequentibus dicitur. Progreſſus autē puſillum cecidit in faciem ſuam. Propter quod maneamus vbi pręcepit Ieſus: ſecundū ꝙ & apoſtol⁹ mandat. Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt: in hac maneat apud deum: vt oīa faciamus: vt cū eo pariter vigilemus: qui non dormit: neq; dormitat cuſtodiens iſrael. Ad hoc autem adduxit eos: maxime Petrū magna de ſe confidentem: vt videant: et audiant vbi eſt poſſe hominis: & quomodo impetratur. Videant quidem cadentem in faciem ſuam: audiant autem dicentem. Pater ſi poſſibile eſt trāſeat calix iſte a me: & diſcant non magna de ſe ſapere: ſed humilia æſtimare: nec veloces eſſe ſe ad promittēdum: ſed ſolliciti ad orandum. Ideo & illos duxit qui videbantur fideliores: et fortes ſimiles Petro: in quibus ſimiliter facile poterat locum inuenire iactantia propter fiduciam fidei. Mediocres autem quantum ad periculum dico iactantiæ: ipſa fidei exiguitate muniti ſunt. Et progreſſus puſillum ce- D
cidit in faciem ſuam orans: & dicens. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me. Qui dixit: diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: laudabiliter ſe humilians: & nunc cadit in faciem orans: & adhuc amplius poſtmodum humiliat ſe factus obediens vſq; ad mortem: quoniam pretiū exaltationis humilitas

eſt. Nec em̄ exaltatur a deo niſi qui humilia-
uerit ſe ꝑpter deum. Cadit autē in faciē orās
nō multum ꝓgreſſus ſed puſillū a trib⁹ diſci-
pulis ſuis manentibus ſecū. Nolebat enim lon
ge fieri ab eis: ſed iuxta eos conſtitutus orare.
Qꝫ autem dicit orans ſi poſſibile eſt tranſeat
calix iſte a me: manifeſtans in oratione ſuā de-
uotionem: quaſi dilectus filius & complacens
diſpoſitionibus patris: addidit. Sed non ſicut
ego volo: ſed ſicut tu. Docens vt non oremus
noſtrā fieri voluntatē: quādo factum fuerit vt
aliquid aliud velimus q̄ deus. Pater ſi poſſibi-
le eſt tranſeat calix iſte a me: ſed non ſicut ego
volo: ſed ſicut tu. Secundū ꝙ cœpit pauere et
triſtari: ſecundū illud & orat calicem paſſiōis
tranſire a ſe: ſed non ſicut vult: ſed ſicut vult
pater. Suſcipiens em̄ naturā carnis humanæ
omnes ꝓprietates impleuit: vt nō in phātaſia
habuiſſe carnem ęſtimaret̄: ſed in veritate: ſe-
cundū ꝙ in hoc loco orat calicē paſſiōis trāſ-
ire a ſe: ſed nō ſicut vult ipſe: ſed ſicut vult pa
ter. Quoniam propriū eſt oīs hoīs fidelis: pri-
mum quidem nolle pati aliquid doloris: maxi
me qđ dicit vſq; ad mortē: quia homo eſt car-
nalis. Si aūt ſic voluerit deus: acqeſcere etiam
contra volūtatem ſuā: quia fidelis eſt: ne plus
videatur in ſe deſperare: q̄ in deū ſperare. Nā
ſicut multū cōfidere non debemus: ne noſtrā
virtutē videamur ꝓfiteri: ſic multum puſilla
nimiter agere: & diffidere nō debemus: ne dei
adiutoris noſtri impotentiam videamur pro-
nuntiare. Hęc ergo voluntas quā dicit ſi poſſi
bile eſt trāſeat calix iſte a me: ſed nō ſicut ego
volo: ſed ſicut tu: nō eſt ſecundū ſubſtantiam
eius diuinā & impaſſibilē: ſed ſecundū naturā
E humanā eius: & infirmā. Altera autem inter-
pretatio loci hui⁹ eſt talis: quoniā quaſi filius
charitatis dei: ſecundum præſcientiā quidem
diligebat eos qui ex gentibus fuerant creditu
ri: Iudęos aūt quaſi ſemen patrū ſanctorū: quo
rum adoptio & gloria / & teſtamēta / & repro-
miſſiones: diligebat quaſi ramos bonæ oliuæ.
Diligens autē eos videbat qualia erant paſſu-
ri petentes eum ad mortē: & Barabbā eligētes
ad vitam: ideo dicebat dolens de eis. Pater ſi
poſſibile eſt tranſeat calix iſte a me. Rurſus re
uocans deſideriū ſuum: & vidēs quanta vtili-
tas mundi totius eſſet futura per paſſionē ipſi
us: dicebat. Sed nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu
Videbat adhuc propter illum calicem paſſio-
nis: etiā Iudam qui ex duodecim vnus erat fi-
F lium fore perditionis. Rurſus intelligebat per
illum calicem paſſionis principatus: & pote-
ſtates triumphandas in corpore ſuo. Propter
hos ergo quos in paſſione ſua nolebat perire
dicebat. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat calix iſte
a me. Propter ſalutē autē totius humani gene
ris quę per mortē eius deo fuerat acquirenda:
dicebat quaſi recogitans: ſed nō ſicut ego vo-
lo: ſed ſicut tu. Id eſt ſi poſſibile eſt vt ſine paſ-
ſione mea oīa illa bona proueniāt: quę per paſ-
ſionem meam ſunt prouētura: tranſeat paſſio
hæc a me: vt & mundus ſaluetur: & iudæi in
paſſione mea nō pereant. Si autē ſine perditio-
ne quorūdam: multorū ſalus nō poteſt intro-
duci: quantū ad iuſtitiā tuā: nō tranſeat ſicut
ego volo: ſed ſicut tu. Ac ſi dicat. Iſta quidem
eſt mea voluntas: ſed quoniam tua voluntas
multum eminētior eſt: quaſi īgeniti dei: quaſi
patris omniū: propterea magis volo tuam vo
luntatē fieri: q̄ meam. Calicem autē hunc qui
bibitur paſſionis in multis locis nominat ſcri
ptura: pręcipue qui a martyribus ꝓprie bibi-
tur: ſicut eſt ibi. Quid retribuā dn̄o pro oībus
quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiā
et nomen dn̄i inuocabo. Si ergo calix ſalutaris
calix martyrii eſt: neceſſe eſt vt ſaluem⁹ calicē
illum: totum illum bibētes: quia calix eſt ſalu-
taris: vt nihil fundamus ex eo. Bibit ergo cali
cem totū: qui patitur pro teſtimonio quicqd
fuerit ei illatum. Effundit autem accipiēs: qui
vocat⁹ ad martyrium denegat ne aliquid pa-
tiatur. Eſt & alterius generis calix inebrians
quem bibit quis poſtq̄ manducauerit prępara
tam ſibi mēſam a deo aduerſus illos qui tribu
lant iuſtum. Notandū eſt autem quoniā Mar G
cus quidē & Lucas hoc ipſum ſcripſerunt: qui
et tentatum exponūt a diabolo Ieſum. Ioānes
autem paſſionē quidē exponit quēadmodum
alii: orantem Ieſum vt tranſiret ab eo calix nō
introducit: ſicut nec tentatum exponit a dia-
bolo Ieſum. Cauſam autem hāc arbitror eſſe:
quoniā hi quidē magis ſecundū humanā eius
naturam exponūt de eo: q̄ ſecūdum diuinam:
Ioannes autem magis ſecūdum diuinam q̄ ſe-
cundū humanā interpretabat̄ naturā: diuini-
tas autem intentabilis erat. Ideo tres quidem
euangeliſtæ expoſuerunt tentatum: Ioannes
autem ſecūdum ꝙ cœperat: In principio erat
verbum: & verbū erat apud deum: & de⁹ erat
verbum: neſcit deum verbum poſſe tentari.
Sic & hic tres quidē iſti retulerunt Ieſum po-
ſtulaſſe a patre vt tranſiret calix ab eo: quoniā
& propriū hominis erat quātū ad infirmitatē
pertinet carnis: velle euadere paſſionē. Ioānes
autem ꝓpoſitū habens exponere Ieſum deum
verbum: ſciēs quia ipſe eſt vita & reſurrectio:
neſcit deum impaſſibilem refugere paſſionē.
Et venit ad diſcipulos ſuos / & inuenit eos dor H
mientes. Et dixit Petro. Sic non potuiſtis vna

hora vigilare mecum. Vigilate: & orate: ne in
tretis in tentationem. Q̄diu quidem affuit
Ieſus diſcipulis ſuis: non dormierunt. Puſillū
autē progrediente eo ab eis: nec vna hora po⸗
tuerunt vigilare eo abſente. Propter qđ ore⸗
mus: vt nec modicum aliquando Ieſus progre
diatur a nobis: ſed impleat qđ promiſit in no⸗
bis: dicens. Ecce ego vobiſcū ero omnibus die⸗
bus vſq; ad conſummationē ſæculi. Sic em̄ vi⸗
gilabimus eo excutiente ſomnū ab anima no⸗
ſtra: ſine quo poſſibile non eſt implere manda⸗
tū qđ dicit: ne des ſomnū oculis tuis: aut pal⸗
pebris tuis dormitationē: vt euadas ſicut da⸗
mula ex retibus / & ſicut auis ex laqueo. Ta⸗
mē veniēs ad diſcipulos & inueniens dormien
tes: ſuſcitat eos verbo ad audiendū: vt iā quaſi
audientibus dicat: qđ dicit ſic. Non potuiſtis
vna hora vigilare mecū. Præcipit autē vigila⸗
re: vt vigilantes oremus. Vigilat autē qui fa⸗
cit opera bona. Vigilat qui ſollicite agit de fi⸗
dei veritate: ne in aliquod tenebroſum dogma
incurrat. Qui em̄ ſic vigilans orat: illius exau
ditur oratio. Hoc em̄ ſignificat dicens. Vigila
te / & orate: vt primū vigilemus: & ſic vigilan
tes oremus. Vt ne intretis in tentationē. Hoc
A ſecundū qđ multi intelligunt tale eſt. Ac ſi di
cat: vt non tentemini. Si autē ſic placuerit deo
acquieſcite deo: ſicut me audiſtis orantē. Con
ſydera autem ſi poſſibile eſt ſic intelligere ma⸗
gis. quoniam vita noſtra ipſa tētatio eſt ſecun
dū Iob. Intrare autē in tentationē / aut venire
in tentationē eſt cadere in tentationē: & vinci
ab ea. Et puto: qa nemo venit ad Ieſum ſimul
et in tentationem: ſed ſi quidē venit ad Ieſum
non venit in tentationem. Si autē venit in ten
tationē: non venit ad Ieſum. Ad Ieſum em̄ ne⸗
mo venit: niſi quem trahit pater ad Ieſum: vt
reſuſcitetur ab eo. Ad Ieſum ergo venim⁹: vt
etſi tentator nos fuerit perſecutus: & mala ex
eo: non comprehendamur ab eis. ſicut ſcriptū
eſt. Perſequentur te mala: & non cōprehēdēt.
Ad peccatorē autem dicitur. Cōſequentur te
mala: & cōprehendent te. Spiritus quidē prō⸗
ptus: caro autē infirma. Sicut & tuus o Petre
ſpiritus fuit promptus ad promittendū: caro
B autem erat infirma ad cōfitendū. Sed hoc eſt
conſyderandū: vtrū ſicut omniū hominū ca⸗
ro infirma eſt: ſic omniū ſpiritus prōptus eſt:
an omniū hominū caro quidē infirma eſt: non
autē & omniū hominū ſpiritus promptus eſt:
ſed tantū ſanctoꝝ. Ergo ad ſolos apoſtolos: vel
ad eos qui ſimiles eis inueniūtur dicit: quoniā
ſpiritus promptus eſt: caro autē infirma. Infi⸗
delium autē & ſpiritus ſegnis eſt: & caro infir
ma. Si ergo ad ſanctos tantum Chriſtū dicere
hoc procedit: prouocat nos: vt quæramus: quo
niam eſt & aliis caro infirma: eorū tamen ſolo
rū: quorū ſpiritus promptus eſt. Ego em̄ dico
carnē infirmā eſſe illius qui nō habet peccatū:
nec carnis ſapientiā fortē: ſed defectā: qui cum
ſpiritu prōpto carnis opera mortificauit: & ſa
pientiā carnis ad nihil reduxit: vt ſemper mor
tē Chriſti circūferat in corpore ſuo: præualen⸗
te videlicet ſpiritu in concupiſcētiis ſuis: ad⸗
uerſus concupiſcētias carnis: quoniā caro con
cupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpiritus autē aduer
ſus carnē. Et hæc in imperfectis quidē aduer⸗
ſantur inuicē. In perfectis autē iā non aduerſa
tur caro: ſed mortificata eſt: & infirmata eſt ſa
pientia carnis in carne: & concupiſcentia eius
extincta eſt. Viuit autē in ea ſapiētia ſpiritus:
viuit autē & operatur. De qua infirmitate &
dn̄s ad apoſtolū dicit. Quoniā virtus in infir⸗
mitate perficit: id eſt ī infirmitate carnis & ſa⸗
pientiæ eius. Propter qđ ait apoſtolus. Cū em̄
infirmor: tunc potens ſum. Potens em̄ tunc fit
vnuſquiſq; noſtrū: cū infirmata fuerit caro ip
ſius: vt non perficiat opera carnis: ſed habitet
virtus Chriſti ī ea. Vnde dicebat. Sic certe re⸗
pugno: & caſtigo corpus meū: & in ſeruitutē
redigo. Quoniā per multas caſtigationes facit
homo carnē ſuā infirmā proficiens ſpiritu: &
mortificās opera carnis. Hoc ergo dicere vult
ad diſcipulos ſuos ſecundū iſtam traditionē:
Vigilate & orate ne intretis in tētationē: vos
quorū ſpiritus quidē promptus eſt: caro autē
infirma. Quoniam qui ſpiritalior: & perfectior
eſt: ſollicitior eſſe debet: ne magnū bonū ipſius
grauē habeat lapſum. Iterū vadens Ieſus ora⸗
uit: dicēs. Pater meus ſi nō poteſt hoc tranſire
a me: niſi illud bibā: fiat volūtas tua. Petit au⸗ C
tē nunc: vt tranſeat calix ab eo: & ſi nō ſic quo
modo voluit ipſe / tranſeat quomodo vult pa⸗
ter. Hic iam ſecundū ꝙ poſſumus intelligere
exponemus: vt cū hoc etiam præcedētia videa
mur expoſuiſſe. Aeſtimo em̄ quoniam calix il⸗
le paſſionis omnino qdem ab Ieſu fuerat tranſ
iturus: ſed cū differētia: vt ſi qdem biberet eū:
et ab ipſo trāſiret poſtmodū: & ab vniuerſo ge
nere hominū. Si autē nō biberet eū: ab ipſo qui
dem forſitan tranſiret: ab hominibus autē nō
tranſiret: ſed maneret apud eos: donec perfice⸗
ret eos. Hunc ergo calicē paſſionis principali⸗
ter quidē volebat a ſe tranſire ſic: vt omnino
neq; guſtaret amaritudinē eius / ſi tamē poſſi⸗
bile eſſet / quātū ad iuſtitiam dei. Qđ em̄ dice
bat ſi poſſibile eſt: non ad potētiam dei refere⸗
bat ſolā: ſed etiam ad iuſtitiam eius: quoniā in
quātum ad potētiam qdem dei omnia poſſibi
lia ſunt: ſiue iuſta: ſiue iniuſta. Quātum autē

ad iuſtitiam eius:qui non ſolum potẽs eſt: ſed
etiam iuſtus:non ſunt omnia poſſibilia: ſed ea
ſola quæ iuſta ſunt.Si autem nõ poterat fieri:
magis volebat:vt biberet eum: & ſic tranſiret
ab eo:& ab vniuerſo genere hominũ: q̃ vt face
ret contra voluntatem paternam bibitionem
D eius effugiens.Propter exitum ergo bonũ qui
erat futurus poſt bibitam amaritudinem cali
cis:orat vice ſecunda dicens. Pater meus ſi nõ
eſt poſſibile:vt tranſeat niſi bibero eũ: fiat vo-
lũtas tua.Manifeſtum eſt itaq;: quia bibere eũ
volebat.Quantũ ad comparationẽ eñ:melius
erat:vt propter bibitionem eius tranſiret: q̃ vt
non tranſiret propter qđ non biberat eum. Po
ne eñ dominum non bibiſſe calicem illum: &
propter hoc eum non tranſiſſe:ſine dubio nec
a genere humano tranſiſſent ſpiritus operan-
tes peccata. Conuenienter autem neq; pœnæ
tranſiſſent:quę debebantur peccatis.Ergo ex-
pediebat omnibus:vt tranſiret calix ab eo: pro
pterea ꝙ biberat eum ſaluator:vt nos oẽs cre-
dentes in eum qui biberat eum: non bibamus
calicem illum vini meri:qui potat/& potatu-
rus eſt omnes gentes:vt bibentes inebrientur
et euomant:& inſanire deſiſtant.Sicut eñ pro
nobis omnibus mortuus eſt:vt trãſeat ad nos
mors inimica Chriſti: ſic pro nobis omnibus
qui debitores eramus:vt inæternũ biberemus
calicem illum bibit: vt per hoc ipſum ꝙ trãſit
ab eo calix:tranſeat & a nobis non bibentibus
illũ. De quo calice dicit Hieremias.Dixit dñs
deus Iſrael ad me. Accipe calicẽ vini meri hu-
ius de manu mea:& potabis omnes gentes ad
quas ego mitto te:& bibent:& euoment:& in-
ſanire deſiſtent a facie gladii quẽ ego mitto in
medio eorũ. Qui ergo audiunt dñm:& viuũt
ſecundũ verbũ eius:& ſunt emundati per fidẽ
ipſius: iã non opus habent illa mũdatione quę
fit per calicem illum irę.Sicut eñ qui loti ſunt
non opus habent lauari:quia ſunt mũdi: quia
Chriſti diſcipuli ſunt:ſic qui non ſunt mundi
neceſſarium habent calicẽ illum:domino eos
hortãte.Bibite:& inebriamini:& euomite. Au
di eñ quomodo loquit̃ Hieremias: magis au-
tẽ deus in Hieremia: exhortãs eos qui neceſſa
rium habẽt calicem illum talem: quoniam vo
luntarie debent eum bibere:qui neceſſariã ha
bent talem mundationem.Quoniam autẽ ex-
hortans ad bibẽdum hæc dicit deus:conſyde-
ra qđ dicit inferius. Et erit(inquit)cũ nolue-
rint ſuſcipere calicem de manu tua ad biben-
dum:dices eis.Hæc dicit dominus virtutum:
bibẽtes bibetis:quoniam in ciuitate ſuper quã
inuocatum eſt nomen meum ſuper ipſam inci
piam ego inducere mala: & vos mundatione
mundabimini. Vide autem quoniam poſt pri E
mã orationem venit ad diſcipulos: & inuenit
eos dormiẽtes:ſimiliter poſt ſecundam veniẽs
inuenit eos dormientes.Quoniam erant ocu-
li eorum grauati. Puto autem non tantũ cor-
porum eorum oculi:quantum animarum eo-
rum. Adhuc enim nondum amouerat ab ocu
lis diſcipulorum ſuorum grauamen impoſitũ
nec enim fuerat adhuc honorificatus.Et ſicut
nondũ erat ſpiritus datus:quoniam Ieſus non
dum erat honorificatus:ſic oculi eorum non-
dum fuerant releuati a grauamine: quoniam
Ieſus nondum fuerat honorificatus. Vnde nõ
eos reprehendit: ſed vadens iterum tertia vi-
ce orauit idipſum:docens & nos per hoc ipm:
vt non deficiamus in oratione: ſed permanea-
mus in ipſo verbo orationis:donec ĩpetremus
ea:quæ poſtulare iam cœpimus. Tunc veniẽs F
dixit diſcipulis ſuis.Dormite nunc/ & requie
ſcite.Ecce appropiat qui me tradet. Tunc ſine
dubio poſt orationem. Non autem eſt ille ipſe
ſomnus quem iubet nunc diſcipulos ſuos dor
mire:& ille qui bis ſuperius ſcribitur contigiſ
ſe diſcipulis.Illic eñ dormiẽtes inuenit: & nõ
requieſcentes. Et iterum dormientes inuenit
grauatos oculos habentes.Nunc autem pręci
pit eis non ſimpliciter dormire:ſed cũ requie.
Multum enim differt ſecundum præceptum
Chriſti dormire/& requieſcere a dormitatio-
ne contra voluntatem ipſius dicentis.Manete
hic:& vigilate mecum: & improperantis pro-
pter ſomnum:& dicentis.Sic nõ potuiſtis vna
hora vigilare mecum! Non ergo contraria ſi-
bi dixit:dicẽs illic vigilate mecum:hic autem
dormite:& requieſcite. Sed vt ordo ſeruetur:
vt primum quidem vigilemus orantes: vt nõ
intremus in tentationẽ: & poſtea dormiamus
et requieſcamus ſecundum dei præceptum.
Quem ſomnum & Salomon ponit in promiſ-
ſione bene viuentibus dicens in ꝓuerbiis ſuis.
Si eñ ſederis: ſine timore eris:ſi autẽ dormie-
ris ſuauiter dormies:& non timebis pauorem
ſuperuenientẽ:nec impetus impiorum irruen
tes.Et Dauid diuerſas ſciẽs vigilias: & dormi
tiones:iurauit domino:&votum vouit deo Ia
cob non aſcendere ſupra lectũ ſtratus ſui: nec
dare ſõnũ oculis ſuis:nec palpebris ſuis dormi
tationẽ.Et hoc tãdiu facere:donec inueniat lo
cum domino:tabernaculum deo Iacob. Vt cũ
inuenerit locũ domino: aſcẽdat ſupra lectum
ſtratus ſui:& det ſomnũ oculis ſuis renouan-
tibus ſe:& poſt requiem præparantibus ad no
uam & diuiniorem ſurrectionem: ſecundũ ꝙ
ſolet corporalibus hominibꝰ euenire poſt ſom
num naturalem: & ſanum. Forſitan autem &

anima non potēs ſemper ſufferre labores qua=
ſi creata & incarnata: & nō ſufficiēs ſine inter
miſſione ſeruare bonū: remiſſiones ſine repre=
henſione aliqua cōſequetur: q̄ moraliter ſom=
nia atq; dormitationes dicunt: vt vſq; aliquā=
tulum temporis habens remiſſionem: ſurgens
renouata reſuſcitetur. Si autem hoc erit ſem=
per an non: abundantius quærat qui poteſt de
talib9 & quærere: & ītelligere de diuinis ſcri=
A pturis: & ſine periculo pronūtiare. Ecce appro
piauit hora: & filius hominis tradetur ī man9
peccatorū. Propter hanc horā puto & ad ma=
trem ſuam dicebat. Nondum venit hora mea.
Et hic enim docet: quoniam hora appropians
hoc agebat: vt filius hominis traderetur ī ma
nus peccatorum. Vtinam & in illorum pecca=
torū tantūmodo manus Ieſus traditus tunc
fuiſſet: nunc autem arbitror ſemper in manus
peccatorū traditur Ieſus: quando hi qui viden
tur in Ieſum credere: habēt Ieſum in manibus
ſuis cum ſint peccatores. Sed & quotienſcūq;
iuſtus habēs in ſe Ieſum ī poteſtate factus fue=
rit peccatorū facientium ei qđ poſſunt: Ieſus
eſt traditus in manus peccatorum. Surgite ea
mus: ecce appropiauit q me tradet. Poſtq̄ ſuſ=
citauit eos ab illo ſomno quem diximus: con=
ſequēter dicit diſcipulis ſuis. Surgite eamus.
Et videns in ſpiritu appropinquantem Iudam
traditioni: qui nondum videbatur a diſcipu=
lis eius: dixit. Ecce appropiauit qui me tradet.
Ecce autem puto nō eſſe idipſum: ecce appro=
piauit mihi: & ecce appropiauit q me tradet.
Nec eñ ipſi Ieſu appropinquabat traditor ei9
qui ſe elongauerat peccatis ſuis ab Ieſu: & pro
ditione qua tradere eū conſiliatus eſt: ſed ap=
propiauit ad tradendum filium dei quem iam
prodiderat. Sed & omnes tranſgreſſores prius
B produnt Ieſum: poſtea tradūt. Et adhuc eo lo
quente: ecce Iudas vnus ex duodecim venit: &
cum eo turba multa cū gladiis: & fuſtibus miſ
ſi a principibus ſacerdotum / & ſenioribus po=
puli. Quęret autem aliquis etiam cauſam cur
multa turba fuerit cōgregata cum gladiis: &
fuſtibus ſuper eū? Erat autem ſecundum Ioan
nem multa hæc turba cohors militum: & mi=
niſtri a principibus ſacerdotum tranſmiſſi. Et
poteſt dicere aliquis: quoniam propter multi=
tudinem eorum qui iam crediderant in eū ex
populo: tanti venerunt aduerſus eum: timen=
tes ne multa multitudo credentium de mani
bus eorum raperent eum. Ego autem æſtimo
alteram cauſam congregatę multitudinis cō=
tra eū: quoniā qui putabāt eum in beelzebub
eiicere ſolere dęmonia / arbitrabantur eum ex
quibuſdā maleficis diſciplinis & magicis poſ=
ſe effugere de medio volentium eum tenere.
Et forſitan quidam eorum audierant quomo=
do aliquando cū iam pręcipitandus fuiſſet de
ſupercilio montis: effugit manus iam tenētiū
ſe: non fuga ſimplici: & humana: ſed alia qua=
dam extra naturam humanam. Propter hanc
etenim cauſam etiam apud Marcum Iudas di
cebat turbę: quæ veniebat cum ipſo cum gla=
diis / & fuſtibus: quęcunq; oſculatus fuero ipſe
eſt tenete eum: & abducite diligēter. Maligne
et cum ſignificatione videtur dixiſſe: tanq̄ ſi
dicat. Niſi diligenter eum tenentes adduxeri=
tis: cum voluerit effugiet vos. Illi autem au=
dientes ſecundum ęſtimationē Iudę: quaſi nō
paterna diuinitate adiutū hoc agere: vel alia
multa: omnia faciebant: vt diligenter eum te=
nerent: & cuſtodirent. Multi & nunc cū ſpiri=
tualibus gladiis: ſpecie malignorū: & fuſtibus
ſimiliter contra Ieſum militantes: quemadmo
dum illi quorum inſidiis omnino melior fit Ie
ſus: q̄uis pro tēpore ſuſcipiat in ſe eorū incur=
ſus: vt impleantur peccata inſidiantium ei: &
manifeſta fiat malitia voluntatis eorū aduer=
ſus veritatē vnigeniti verbi. Qui autē ſic cum
gladiis: & fuſtibus militant contra Ieſum: va=
riis & diuerſis dogmatibus venientes expoſi=
to inſidiantur Ieſu. Sūt autem & qui a preſ by
teris impii ſui tranſmiſſi populi contra verbū
militant veritatis: qđ eſt in Ieſu. Qui autē tra
didit eum dedit eis ſignū: dicens. Quęcunq; C
oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. Et confe=
ſtim accedēs ad Ieſū dixit. Aue rabbi. Et oſcu=
latus eſt eum. At Ieſus dixit ei. Amice ad quid
veniſti? Dignū eſt quærere quā ob cauſam cū
palam docuiſſet Ieſus per ſingulas ciuitates:
et vicos: & ſynagogas prędicās euangelii ver=
bum: ita vt fama eius exiret ī omnē regionem
et ſecundum faciem manifeſtatus eſſet omni=
bus habitantibus in Iudæa: quaſi non cogno=
ſcentibus effigiem eius dedit ſignū Iudas miſ
ſis a principibus ſacerdotum: dicens. Quem=
cunq; oſculatus fuero ipſe eſt. Q; autem & ip
ſi qui venerant cum Iuda ad comprehenden=
dum eum: frequēter eum vidiſſent: manifeſta
tur ex eo qđ ipſe Ieſus dicit ad turbas. Quaſi
ad latronem veniſtis cum gladiis: & fuſtibus
comprehendere me: quotidie vobiſcum ſede=
bam in templo docens: & non tenuiſtis me. Si=
militer & Ioannes refert eum dixiſſe: Ego palā
locutus ſum huic mūdo: ego ſemper docui in
ſynagoga: & in templo vbi omnes Iudæi con=
ueniunt. Venit ergo traditio talis ad nos de D
eo: quoniam non ſolum duę formę in eum fue
runt: vna quidē ſecundū quā omnes eū vide=
bant: altera autem ſecundum quā transfigura

tus eſt coram diſcipulis ſuis in monte: quãdo
et reſplenduit facies eius tanq̃ ſol: ſed etiã vni
cuiq; apparebat ſecundum q̃d fuerat dignus.
Et cum fuiſſet ipſe: quaſi non ipſe / omnibus vi
debatur. Secudum q̃d de manna eſt ſcriptum
quando deus filiis Iſrael panem miſit de cœlo
omnẽ delectationem habentem: & ad omnem
guſtum conuenientem. Quando deſyderio of
ferentis obſequẽs ad q̃d quis voluerat verteba
tur. Et non mihi videtur incredibilis eſſe tra-
ditio hæc: ſiue corporaliter propter ipſum Ie-
ſum: vt alio: & alio modo videretur hominib⁹
ſiue propter ipſam verbi naturã: q̃d non ſimi-
liter cũctis apparet. Si autem hoc ita ſe habet
poſſibile eſt ſolutionem eius inuenire q̃d quę-
ritur. Quoniã etſi frequenter eũ viderunt tur
bę venientes cũ Iuda: nihilominus opus habe-
bant propter tranſformationes eius qui eum
oſtenderet eis habẽs notitiam eius familiario-
rem per multam commorationem cum eo: vt
intelligeret tranſformationes eius ſecundum
quas ſuis apparere ſolebat. Hoc idem ſignifica
tur etiam per Ioannẽ euangeliſtam: vbi ſciens
Ieſus quę ſuperuentura erant ei / procedens fo
E ras dixit. Quẽ quęritis? At illi dixerunt. Ieſum
nazarenum. Et dixit eis. Ego ſum. Et abierunt
et ceciderunt retrorſum. Vides quia nõ eum
cognoſcebant cum frequenter vidiſſent: pro-
pter tranſfigurationes ipſius. Si autem etiã il
lã cauſam quęrat aliquis: cur oſculo Iudas tra
didit Ieſum: hanc dabimus rationẽ. Quoniam
ſecundum quoſdam quidẽ: voluit reuerentiã
quandam ad magiſtrum ſeruare: non audens
manifeſte in eum irruere: & impudenter pro-
fiteri ſe proditorẽ magiſtri. Secundũ alios au-
tem hoc ideo fecit Iudas timens ne forte ſi ma
nifeſtum ſe aduerſarium prębuiſſet / & prodi-
torem magiſtri: ipſe ei fieret cauſa euaſionis: cũ
poſſet / quantũ ad ipſius opinationẽ / ex quibuſ
dã ſecretioribus diſciplinis effugere: & facere
ſe in paruum. Vt ergo nihil tale ſuſpicans Ie-
ſus ſecũdum q̃d Iudas opinabatur: ſed putans
eũ amicum: quomodo neſcit: ſic inſperate com
prehendatur: ideo hoc dedit ſignũ ſciens iam
quoniam ſi noluiſſet comprehendi nunq̃ com
prehenſus fuiſſet: ſed volens prębuit ſe mani-
bus peccatorum. Ego autem puto ꝙ etiã om-
nes proditores veritatis amare veritatẽ fingẽ
tes / & oſculi ſigno vtentes: quaſi quadã indi-
tione charitatis produnt verbum dei: volenti
bus ipſum tenere aduerſariis eius: nihil pacifi
cũ indutis: bellicos aũt gladios / & iniurias / &
F fuſtes habentibus. Et dicit proditor Ieſu: rab-
bi. Oẽs em̃ hęretici queãdmodũ Iudas ſic Ieſu
dicunt / rabbi: qui & oſculantur eũ ſicut & Iu-
das. Ad quos om̃es placabilia dicit Ieſus: cum
ſint om̃es Iudas proditor. Iuda oſculo filiũ ho
minis tradis. Dicit autẽ ei improperans ſimu-
lationem amicitię eius: amice ad quid veniſti?
Hoc em̃ nomine neminẽ bonorũ in ſcripturis
cognoſcimus appellatũ. Ad malum em̃ / & nõ
indutũ nuptialibus veſtimentis / dicit: Amice
quid huc veniſti non habens veſtẽ nuptialem?
Malus autẽ eſt qui & in parabola denarii au-
dit. Amice non tibi facio iniuriã. Nonne ad de
nariũ conueniſti mecũ? Accipe q̃d tuum eſt: &
vade. Volo autẽ & huic nouiſſimo dare ſicut
et tibi. Tunc accedentes: manus iniecerunt in G
Ieſum / & tenuerunt eũ. Poſt oſculũ continuo
nihil differentes turba illa forſitan timentes:
ne de manibus eorũ effugiat Ieſus: manus inie
cerunt in eũ. Et ecce vnus ex his q erant cũ Ie-
ſu extendens manũ exemit gladiũ ſuũ / & per-
cutiens ſeruũ principis ſacerdotũ amputauit
auriculã eius. Vnus autẽ eorũ qui erant cũ Ie
ſu: nondũ manifeſte concipiens apud ſe euãge
licã patientiã illã traditã ſibi a Chriſto: nec pa
cẽ quã dedit diſcipulis ſuis: ſed ſecundũ pote-
ſtatẽ datã Iudæis per legem de inimicis / exten
dens manũ accepit gladiũ: & percuſſit ſeruum
principis ſacerdotũ: & amputauit auriculam
eius. Sicut autẽ dicit Ioannes ei dextrã auricu
lã amputauit: apud quẽ & nomen ſerui dicit:
quia Malcus vocabatur. Et forſitan q̃d agebat
Petrus / myſteriũ erat: quoniã iudaici populi
dextra auditio fuerat amputanda propter ma
litiã eorũ demonſtratã in Ieſum. Nã etſi viden
tur audire legem modo: cũ ſiniſtro auditu au
diunt vmbrã traditionis de lege: non veritatẽ
cũ ſint ſerui ſermonis profitentis ſeruitiũ dei.
non autẽ ſeruientis in veritate. Huius ſermo-
nis myſteriũ erat aduerſus Chriſtũ / aduerſa-
rius Chriſti princeps ſacerdotũ Caiphas. Vi-
detur autẽ mihi: quoniã qui ex gẽtibus credi-
derunt oẽs vnus populus cõſtituti in Chriſto
per hoc ipm̃ ꝙ crediderũt ĩ Chriſtũ: facti ſunt
cauſa: vt pręcideret Iudęorũ auditio dextra ſe
cũdũ q̃d fuerat ꝓphetatũ de eis. Graua aures
populi huius: & oculos eorũ deprime: vt ne vi
dẽtes videant: & audientes ĩtelligãt: & cõuer-
tãtur: & ſanẽ eos. Tũc ait Ieſus ei. Cõuerte gla
diũ tuũ in locũ ſuũ. Mox Ieſus ad eũ q fuerat H
gladio vſus: & abſtulerat auriculã ſerui illius
dextrã: nõ dicit: exime gladiũ: ſed cõuerte gla
diũ in locũ ſuũ. Eſt ergo gladii aliquis loc⁹: ex
quo nõ licet accipere eũ qui nõ vult perire ma
xime ĩ gladio. Pacificos em̃ vult eſſe Ieſus diſci
pulos ſuos: vt bellicum gladiũ deponẽtes: alte
rũ pacificũ accipiant gladiũ quẽ dicit ſcriptu-
ra gladiũ ſpũs. Simile autẽ mihi videt̃ q̃d dicit

Omnes qui accipiunt gladium/gladio & peri
būt. Id eſt omēs qui non ſunt pacifici: ſed belli
concitatores: in eo bello peribunt qđ concitāt:
vt ſit in eis gladius myſterium belli: & litis: &
puto ꝙ omnes tumultuoſi/& cōcitatores bel-
lorum/& conturbantes animas hominū maxi
me eccleſiarum/accipiunt gladium: in quo &
ipſi peribunt: Quoniam qui fodit foueam ipſe
incidit in eam. Quoniam conuertetur dolor
eorum in caput ipſorum: & iniquitas eorū in
cerebrum eorum deſcendet. Sed & ſimpliciter
audientes qđ dicit: Qui accipiūt gladium gla
dio peribunt: cauere nos conuenit: vt ne occa-
ſione militiæ: aut vindictæ propriarum iniu-
riarū eximamus gladium: aut ob aliquam oc-
caſionē: quam omnem euāgelica abominatur
hæc Chriſti doctrina: præcipiens vt implea-
mus qđ ſcriptum eſt. Cū his qui oderunt pa-
cē eram pacificus. Si ergo cum odientibus pa-
cem debemus eſſe pacifici: aduerſus neminem
gladio vti debemus. Ita volens ad eū qui non
didicerat loquēs docere nos omnes: quoniam
volens tradidit ſemetipſum pro nobis omni-
A bus: addit & dicit. An putas quoniā non poſ-
ſum modo rogare patrem meum: & exhibebit
mihi pluſq̄ duodecim legiones angelorū? Tan
q̄ ſi dicat. Tu quidem ſic gladium exemiſti: &
percuſſiſti principis ſeruum: quaſi mihi auxi-
lium præſtans: ego autem ſi voluiſſem poterā
rogans patrē non humanum auxilium impe-
trare: ſed meliorū: id eſt angelorum: nec vnius
ſed plus duodecim legionum. Ex hoc demon-
ſtratur: quoniam ſecundum ſimilitudinē an-
gelorum militiæ mundialis ſunt: & angelorū
legiones militiæ cœleſtis militantium contra
legiones dæmonū habitantium in ſepulchris.
Nam & apud Lucam multitudo militiæ cœ-
leſtis audita eſt laudātium deū propter Chri-
ſti natiuitatē. Si autē multitudo militiæ cœ-
leſtis erat laudantium deum: militia autē om
nis propter aduerſarios intelligitur conſtitu-
ta: conſequenter & illa militia propter aduer-
ſarios militat deo. Sed etiam Iacob locum ali-
qua vocauit caſtra domini: quoniam militiam
illic aſpexit angelorū. Et vbicunq; ſunt deum
timentes: circa eos ſunt caſtra angelorum. Im
mittet eñ angelus domini in circuitu timen-
tium eum: & eripiet eos. Sicut fuiſſe & circa
B heliſęum liber refert regnorū. Et attende: pu-
tas quaſi angelis inferior ſaluator: aut indi-
gens auxilio angelorū dicebat: An putas quia
non poſſum rogare patrē meum/& exhibebit
mihi pluſq̄ duodecim legiones angelorū? Aut
forte ſecundū æſtimationem Petri, volentis ei
auxilium ferre: & gladium proferentis: & am-
putātis auriculam ſerui talia eſt locutus. Ma-
gis enim angeli opus habent auxilio vnigeni-
ti filii dei q̄ ipſe illorum. Propter hoc & qđ ſcri
bitur: Quoniā angelis ſuis mandauit de te: vt
cuſtodiant te in omnibus viis tuis: non de fi-
lio dei vnigenito intelligitur dictum: ſed aut
in perſona Chriſti de omi viro iuſto: quē Chri
ſtus portabat in corpore ſuo: aut de Chriſto ſe
cundum humanā eius naturam. Deniq; & qđ
dicit liberabit te a ruina: & dæmonio meridia
no: nequaq̄ cōuenit filio dei. Sed & qđ dicit nō
timebis a timore nocturno: a ſagitta volante
per diem: a negotio perambulante in tenebris:
magis conuenit viro iuſto: q̄ filio dei. Cum er
go poſſit accipere legiōes: nolebat accipere: vt
per patientiā eius implerentur ſcripturę pro-
phetantes de ipſo: quoniam ita eum pati cōue
niebat. In illa hora dixit Ieſus ad turbas. Sicut C
ad latronē exiſtis cum gladiis: & fuſtibus com
prehendere me: quotidie apud vos in templo
ſedebam docens: & non tenuiſtis me. Volun-
tas eorum quæ in hoc loco dicuntur talis mi-
hi videtur: ꝙ dicit ſaluator ad turbas. Si quis
latronē vult tenere: non eſt incongruum cum
gladiis: & fuſtibus venire ad eum. Quia talis
eſt & latro: vt omnia audeat: dummodo nihil
mali patiatur. Et ſi poteſt paratꝰ eſt & gladio
vti: & fuſte aduerſus comprehendere ſe volen
tes: potius q̄ vt vltro tradat ſe in manus eorū.
Ego autem ꝙ non ſum talis/omēs qui ſunt in
Iudæa ſciunt: alii quidem videntes doctrinā
meam & opera mea: alii autem auditū haben-
tes de me: aut conuerſationem meam ſequen-
tes. Quoniā quotidie ſedens in loco ſancto tē
pli/quaſi congruo ad doctrinas diuinas mani
feſtabam quæ pertinentia erant ad pietatem:
et vitam ſanam ſecundū legem dei: & per hoc
commendabam pacificum me eſſe. Qꝫ autem
nullam habet rationem idoneam: neq; inſidia-
tio veſtra aduerſus me: neq; militia veſtra cū
gladiis & fuſtibus facta: manifeſtum eſt omni
bus cognoſcentibus me. Quomodo autē & nō
eſtis placati quotidie per manſionē meā: vidē-
tes in templo dei: & prębentē me omnibus vo
lentibus me audire: vt cōiungerē eos mihi ad
prodificationē eorum per verbū/& vitam ad
beatitudinē dei? Aut tunc quidē non tenuiſtis
me videntes docentē: & nihil facientē dignū
reatui: nunc autem quaſi mutatū me æſtima-
tis: vt quaſi latronē debere cōprehendi pute-
tis? Sed nec in hoc occaſionē aliquā inuenitis.
Quaſi ad verbū mutatū ab eis quæ in primis
propoſuerā prodeſſe volentibus verbis & fa-
ctis. Et vide poſtq̄ dixit ad Petrū reconde gla-
dium tuum in thecam ſuam: qđ eſt patientię:

poſtq̄ auriculam reſtituit amputatā: ſicut al-
ter dicit euangeliſta: qđ & ſummę benignita-
tis indicium fuerat pariter & diuinę virtutis:
tunc iſta verba locutus eſt: vt fidelia videren-
tur ex p̄cedentibus verbis & factis: vt & ſi prę
terita benefacta non recordantur: vel præſen-
D tia recognoſcant. Hoc autem totum factū eſt:
vt implerentur ſcripturæ prophetarū de hu-
iuſmodi. Multum autem eſt nunc eligere de
prophetis: qualia quæ tunc impleta ſunt elo-
quia prophetarū: quando hęc ſe pati Chriſtus
dicebat: & ſtudioſi hominis eſt: & multa ſcien
tis congregare verba prophetarum quæ ſunt
impleta. Et in centeſimo octauo pſalmo forte
pleraq; inuenies conuenientia iſtis qui vene-
runt cum Iuda comprehēdere Ieſum. Sicut &
alia de Iuda in eodem dicta ſunt pſalmo. Tunc
ſimul omnes derelicto eo fugerunt. Timentes
ergo turbas: & principem eorum Iudam fuge
runt. Nec eñ habebant adhuc ſpiritū: quoniā
Ieſus nondum fuerat honorificatus: nec ſpiri-
tum virtutis/& charitatis. Quē ſi habuiſſent
nō eſſent infirmati: nec aliquid aliud extra di-
E uinam charitatem egiſſent. Et illi tenentes Ie-
ſum duxerunt ad Caipham principem ſacer-
dotū vbi ſcribę/& ſeniores conueniebant. Ar-
bitror eñ/quoniā ſermo deſeruitiōis iudaicæ
quo nunc derelicti deſeruire profitentur: Cai
phas eſt qui aduerſus veritatem militat Ieſu:
qui dicitur prīceps ſacerdotum. Ieſus autē ſe-
cundum veritatē ſacerdos eſt verbum dei ſub
quo conſtituti ſunt omnes qui acceptabiliter
ſeruiunt deo patri. Vbi autē Caiphas eſt prin
ceps ſacerdotum: ibi congregantur ſcribæ: id
eſt literati: qui pręſunt literæ occidenti. Et ſe-
cundum literæ qualitatem ſcribarum ſunt ſe
niores: qui non in veritatem: ſed in vetuſtatē
literæ ſimplicis ſunt recumbentes: & nihil am
F plius negociari volentes. Petrus autem ſeque
batur eum delonge vſq; ī atrium principis ſa-
cerdotum. Et ingreſſus intro/ſedebat cum mi
niſtris/vt videret exitum rei. Cum duceretur
autē magiſter ſequebatur qdem Petrus. Non
autem poterat de proximo eum ſequi: ſed de
longinquo: nec omnino recedens ab eo: nec cū
eo incedens: nec iuxta eū: ſed delonge ſequens
peruenit ad atrium principis ſacerdotum. Et
ingreſſus Petrus ītus ſedebat. Neq; qđ illi mi
niſtri miniſtrans: neq; faciens quę docuerat Ie
ſus: ſed expectabat exitum omniū horum vo-
lens videre: quoniam adhuc non intelligebat:
neq; videbat exitū diſpenſationū Chriſti quo
tenderent. Nec eñ eſt exitus eorum in atrio
Caiphę: nec vbi ſcribę: & ſeniores populi illius
congregantur. Si tamen proprie quis videat
exitum ipſum: videbit verbū dei & ſapiētiam
dicentē. Ego ſum alpha: & o: principiū & finis.
Princeps autē ſacerdotum/& ſeniores/& vni- G
uerſum conſilium quęrebant falſum teſtimo-
nium contra Ieſum: vt eū morti traderent: &
non inuenerūt: & multi falſi teſtes acceſſerūt:
et non inuenerunt. Et per hęc manifeſtum eſt:
quoniam peccatum non fecit Ieſus: nec fuit do
lus in ore eius. Mundiſſimam autem fuiſſe vi
tam ipſius: & omnino irreprehēſibilem/& au-
ferentē occaſiones eorū qui quęrūt occaſiones:
ex hoc demonſtratur: quia nō inueniebant ad
uerſarii eius qđ dicere poſſent aduerſus eum
vel colorate: ſed quęrebant omnes ſacerdotes:
et conſilium vniuerſum: & nihil veriſimile po
terāt inuenire. Quoniam falſa teſtimonia tūc
locum habent: quando cum colore aliquo pro
feruntur. Aduerſus Ieſum autem nec color in
ueniebatur qui poſſet contra Ieſum adiuuare
mendacia. Et hoc cum eſſent multi volentes
gratiā tribuere Caiphæ: & principibus ſacer-
dotū: & ſcribis: & ſenioribus: & vniuerſo con-
ſilio hoc ipſum audire deſyderāti. Et hæc qui
conſiderat maximā laudem exhibent Ieſu pro
pter vitam eius: & doctrinā ipſius: qui ſic om-
nia irreprehenſibiliter & dixit: & fecit: vt nul-
lam veriſimilitudinem reprehenſionis inueni
rent in eo: nec mali: nec multi: nec tales aſtuti:
et ingenioſi. Nouiſſime autem accedētes duo H
falſi teſtes dixerūt. Hic dixit. Poſſum deſtrue-
re tēplum dei: & poſt triduum illud reędifica-
re. Non arbitreris Matthęum duos hos teſtes
ſine cauſa falſos dixiſſe: cum vera viderentur
eſſe teſtimonia eorum: ex eo qđ exponit Ioan-
nes Chriſtum dixiſſe: Soluite tēplum hoc: &
ego in tribus diebus excitabo illud: quando &
additur. Hoc autem dicebat de templo corpo
ris ſui. Sed vide verſutiam falſorum teſtium
duorum: qua perſuaſione vtentes ſumpta ab
aliquo dicto vero qđ dixerat Ieſus. finxerūt te-
ſtimonium falſum. Ieſus autem nō dixit ſoluo
tēplum hoc: & in tribus diebus ſuſcito ipſum.
Sed ſoluite tēplum hoc: & in tribus diebus ex
citabo ipſum. Falſi autem teſtes retulerunt eū
dixiſſe quod non fuerat dictū ab eo: nec dixit:
Poſſum ſoluere templum dei: & in tribus die-
bus reędificare illud. Impietatem ergo ſolutio
nis tēpli: non ipſe promiſit facere: ſed illis qui
fuerant apti ad huiuſmodi opus commiſit di-
cens. Soluite templum hoc. Sibi autem quid
reſeruauit. Id eſt & ego in triduo ſuſcitabo ip-
ſum. Et qđ ille dixit de templo corporis ſui: Iu
dæi prępediti malitia tranſaudierunt: & intel
lexerunt de tēplo illo lapideo: qđ manifeſtum
eſt: ex eo qđ reſpondentes dixerunt. Quadra- I

ginta:& ſex annis ædificatum eſt tēplum hoc: et tu in tribus diebus ſuſcitas illud? Et conſyderaquoniam non vnus falſus teſtis proceſſit in teſtimoniū hoc.nec em̄ ſufficiebat vnus volentibus interficere Ieſum.Quoniā lex præcipiebat: Nō manebit teſtis vnus teſtimoniū dare aduerſus hominē. Sed nec tres erāt.Multis em̄ accedētibus teſtibus falſis:vix duo inuenti ſunt:qui aliquid dicere viderentur. Sed nec ipſorū teſtimonia cōuenientia erāt:ſicut Marcus exponit.dicit em̄ hoc modo. Quoniā principes ſacerdotū/& conciliū vniuerſum quærebant contra Ieſum teſtimoniū:vt eū morti traderēt:& non inuenerunt.Multi em̄ falſum teſtimoniū dixerunt aduerſus eū:& conuenientia nō erant teſtimonia eorū.Alii autē exurgētes falſum teſtimoniū dicebant aduerſus eum quoniam nos audiuimus eum dicētem:Quoniam ego ſoluo tēplum hoc manibus factū: & in tribus diebus aliud non manibus factum faciam.Sed nec ſic conuenientia erant eorū teſtimonia. Tunc em̄ eſt conueniens teſtimonium quando eadē dicunt.Non autē ſunt cōuenientia quādo diſſonāt ſibi:qualia erāt teſtimonia horū qui aduerſus Ieſum teſtimonia proferebant.Et ſi verū dicūt Matthęus & Marcus:qđ credere nos oportet:tētemus oſtēdere quomodo non erant conuenientia neq̧ duorū ipſorū teſtimonia:quoniam non eadē protulerūt.Secūdū Matthęum em̄ dixerunt.Hic dixit poſſum ſoluere tēplū dei:& ī tribus diebus reędificare illud.Secundum Marcum autem:Quoniam nos audiuimus eum dicētē: quoniā ego ſoluo hoc tēplum manibus factum/& ī tribus diebus aliud reędificabo nō manibus factum. Siue ergo bis dicentes hęc:quoniam non eadē dixerunt:non ſunt inuēta teſtimonia eorū cōuenientia ſibi:ſiue autē vnus quidem dixit qđ exponit Matthæus:alter autē ſecundū qđ ſcripſit Marcus:ac per hoc teſtimonia eorum non erant conuenientia ſibi.Et exurgens princeps

A ſacerdotū dixit ei.Nihil reſpondes ad ea q̄ iſti teſtificātur aduerſus te? Ieſus autē tacebat.Poteſt in iſtis impleta intelligi prophetia:quæ dicit.Dū conſiſtit peccator aduerſus me obmutui:& humiliatus ſum:& ſilui a bonis. Vt peccator ille ī iſtis prophetatus intelligatur Caiphas:q conſiſtit contra Ieſum. Simul & diſcimus ex hoc loco contēnere calūniantiū/& falſorū teſtium voces: vt nec reſponſione noſtra dignos eos habeamus:nec defendere noſmetipſos: vbi nō ſunt cōuenientia quæ dicunt ad uerſus nos.Quid em̄ opus eſt illis reſiſtere qui ſibiipſi contraria dicētes reſiſtūt? maxime vbi maius eſt libere:& fortiter ſilere q̄ defendere ſine vllo profectu: vt non humiliemur a teſtib[9] falſis:& calumniatoribus improbis.Et dixit ei princeps ſacerdotū.Adiuro te per deū viuum B vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius dei.Et dixit ei Ieſus.Tu dixiſti.Et in lege qdem adiurādi vſum inuenimus. In numeris em̄ dicit lex. Quoniam adiurabit eā ſacerdos:id eſt mulierē illā ī cuius viro factus eſt ſpiritus zeli: & dicet mulieri ſacerdos.Si non dormiit aliquis tecū:& niſi trāgreſſa es:vt maculeris a viro non tuo:innocēs eris ab aqua argutionis hac maledicta.Et poſt pauca.Et adiurabit(inqt)ſacerdos mulierem ī adiurationibus maledictionis huius.Item ī tertio regum dixit rex Achab ad Micheam.Adiuro te vt loquaris ad me veritatem ī noīe dn̄i.Adiurauit autem rex prophetam: & adiurauit non ſicut ſacerdos ī numeris.Ille em̄ ex legis pręcepto:iſte autem ex arbitrio ſuo.Et nunc ī loco præſenti Ieſum ſacerdos adiurat per deū viuum.Aeſtimo autē quoniam non oportet:vt vir q vult ſecundū euangelium viuere/adiuret alterum.Simile eſt em̄ qđ dicit in euangelio dn̄s ipſe. Ego autem dico non iurate omnino/& non adiurate omnino.Si em̄ iurare nō licet:quantū ad euāgelicū Chriſti mandatum:verum eſt quia nec adiurare alterū licet.Propterea manifeſtū eſt:quoniam prīceps ſacerdotum illicite Ieſum adiurauit:q̄uis videatur per deū viuum adiuraſſe. Quęret aliquis ſi conuenit vel dæmones adiu C rare:& q reſpicit ad multos: quia talia facere auſi ſunt:dicet non ſine ratione fieri hoc. Qui autē aſpicit Ieſum imperantē dæmonibus:ſed etiam poteſtatē dantem diſcipulis ſuis ſuper omnia dæmonia:vt & īfirmitates ſanarēt:dicet:quoniam nō eſt ſecūdum poteſtatē datam a ſaluatore adiurare dęmonia:iudaicū eſt em̄. Hoc & ſi aliquando a noſtris tale aliquid fiat: ſimile fit ei: ꝙ a Salomone ſcriptis adiurationibus ſolent dæmones adiurari.Sed ipſi q vtūtur adiurationib[9] illis: aliquotiēs nec idoneis conſtitutis libris vtūtur. Quibuſdam autem et de hebræo acceptis adiurant dęmonia. Tamen non decebat dn̄m noſtrum ad adiurationem prīcipis ſacerdotū reſpondere: quaſi vim paſſum ab adiurante contra propriam volūtatem.Propter qđ nec negauit ſe Chriſtum filiū dei eſſe:nec manifeſte confeſſus eſt: ſed quaſi ipſum teſtem accipiens adiurantem: quoniam ipſe eſt qui in interrogatione ſacerdotis pronūtiatus eſt Chriſtus filius dei: dicēs.Tu dixiſti.Et quoniam omnis qui facit peccatum ex diabolo natus eſt:faciebat autem peccatum etiam princeps ſacerdotum inſidians Ieſu: & propterea de diabolo erat natus. Et quaſi de

diabolo natus imitabatur proprium patrem:
qui bis dubie ĩterrogat ſaluatorem: ſi tu es fi-
lius dei: ſicut ſcriptũ eſt ĩ tentationibus eius.
Simile eſt em̃: ſi tu es filius dei: & ſi tu es Chri
ſtus filius dei. Recte em̃ quis dicere poteſt ĩ lo
co hoc: qm̃ dubitare de filio dei vtrum ipſe ſit
Chriſtus: op⁹ diaboli eſt: & pricipis ſacerdotũ
inſidiantis dño noſtro. Sed nõ talis inuẽtus eſt
Petrus. Nam ſine aliqua dubitatione ꝓnuntia
uit: Tu es Chriſtus filius dei viui. Nec poſuit
ibi ſi. Propter qđ beatus eſt appellatus: qa non
caro & ſanguis reuelauerat ei: ſed deus pater
qui eſt ĩ cœlis. Qui autẽ cum dubitatione di-
cũt: ſi tu es fili⁹ dei: ab omni beatitudine ſunt
alieni. Nam qa non erat dignus priceps ille ſa
cerdotũ Chriſti doctrina: propterea nõ eũ do-
cet / nec dicit qa ego ſum: ſed verbum oris eius
accipiens ĩ redargutionẽ ipſius conuertit di-
cẽs: Tu dixiſti. vt eo modo videreť argui / non
D docere. Amẽ dico vobis: amodo videbitis filiũ
hominis ſedẽtem a dextris virtutis: & venien
tẽ ſuper nubes cœli. Quoniam non eſt ſcriptũ
a dextris dei: ſed apud omnes euangeliſtas / ad
dexterã virtutis ſedere filium hoĩs. Item tres
euãgeliſtæ ſimiliter ſcribũt: videbitis ſedentẽ.
Et ſimplicibus qdem cõceditur: q nihil altum
poſſunt audire: in eo qđ dicit ſedẽtem: ac ſi di
cat / ſupra virtutẽ fundatum. Quibus autem
poſſibile eſt ſpiritu omnia perſcrutari etiã alti
tudines dei: & qđ ſcriptum eſt: q ſedes ſup che
rubin appare: & vidi dñm ſedẽtem ſuper ſedẽ
excelſam: & eleuatam: & dixit dñs dño meo ſe
de a dextris meis: donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum: & alia ſimilia quæ
de deo ſedẽte dicta ſunt: ſimiliter & de Chri-
ſto dicitur: quę cõferre oportet cũ dicto præ-
ſenti: vt ex humili ęſtimatione / & fabuloſa vi-
deamus qd ſignificet more hũano ſeſſio Chri-
ſti. Videtur aũt mihi: quoniã fundationẽ quã
dã: & firmitatẽ regalẽ ſignificat ſeſſio filii ho-
minis. Iuxta virtutẽ ergo: q ſolus eſt virtus: &
proprie noĩatur: & a dextris fundatus eſt: & q
accepit omnẽ poteſtatẽ a patre: ſicut ĩ cœlo &
in terra. Et hanc fundationẽ videbunt etiã ad
uerſarii: poſtq̃ cum lętitia viderint eum beati.
Sed ſecundũ Marcum qdem non habet amo-
do: ſed puriter: id eſt videbitis filium hominis
a dextris ſedentẽ virtutis. Secundum quẽ ni-
E hil erit contrarium his quæ tradidimus. Secũ
dum Matthęum autẽ qui dicit amodo videbi
tis: & ſecundum Lucam dicentẽ: Ex hoc erit fi
lius hominis: & cætera: quęrendũ eſt: ſi ex quo
hæc dixit ſaluator ĩpleta ſunt & ĩ eis q audie-
rũt qđ dixit: Amodo videbitis filium hominis
ſedentẽ a dextris virtutis. Et dicimus quoniã
poteſt impletum videri: quoniam ex illo / id eſt
a tempore diſpenſationis filius hominis ſedit
ad dextram virtutis: & viderunt eum diſcipu
li reſurgentẽ a mortuis: & per hoc viderũt eũ
fundatum ad dexteram virtutis: ſecũdum qđ
tradidimus ſupra. Aut ita vide ſi potes horã:
et diem metiri non ſecundũ breuitatẽ quæ eſt
apud homines horarũ atq; dierum: ſed ſecun-
dum longitudinẽ quę eſt apud dñm ſempiter
nũ: cui a conſtitutione mundi vſq; ad conſum
mationẽ eius vnus eſt dies: qđ demonſtrat pa
rabola: vbi dicit de cõductis mane in vineam:
et tertia hora: & ſexta: & vſq; ad vndecimam.
Nihil ergo mirũ & qđ hic dicit ſaluator: amo
do: ſpacium eſſe breuiſſimũ vſq; tũc ĩ quo ſpa-
cio dicebat: videbitis filium hominis ſedẽtẽ a
dextris virtutis: ad illos q tũc eum audiebãt.
Forte tunc quando dixit dñs dño meo ſede a
dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſca
bellum pedũ tuorum. in quibus erãt & illi ad
quos dicebat: amodo videbitis. Inimicus em̃
erat & Caiphas q inſidiabatur Chriſto. Et nõ F
ſolum ſedentẽ eũ ad dextram virtutis viſuros
hos prophetabat: ſed etiã viſuros eũ venientẽ
ſicut Matthęus qdem dicit / ſuper nubes cœli.
Quę ſunt autẽ nubes ſuper quas veniet q fun
datus eſt a dextris virtutis: aut cum qbus ve-
niet: aut ad quas pertingit veritas dei: ſecũdũ
qđ ſcriptum eſt: & veritas tua vſq; ad nubes?
Hæ ſunt viuę nubes prophetæ dei: & apoſtoli
Chriſti: qbus mandat pluere cum oportuerit:
aut non pluere ſuper vineam ſine fructu. Si qs
autẽ non vult eſſe huiuſmodi nubes ſup quas
et cum qbus veniet filius hominis apparẽs: ip-
ſe ſciat. Super em̃ ſuper illas: & cum illis venit
oſtendens ſuum aduẽtum dignis ſe deus ver-
bum: & ſapientia: & veritas: & iuſtitia. Hę au-
tem quas tradidimus nubes: quaſi portantes
imaginẽ cœleſtis: nubes ſunt cœli nõ trãſeun
tis ſedis dei: & regno dei dignificatę: quaſi hę-
redes dei & cohæredes Chriſti: & conregnant
ei. Tunc princeps ſacerdotum conſcidit veſti
menta ſua dicens. Blaſphemauit. Hæc domi- G
no prophetante inimicus domini ſacerdos ille
quaſi qui non erat propinquus: vt videret fi-
lium hominis: & virtutem a cuius dextris ſe-
debat: quaſi inclinatus & non potens aſpicere
ſurſum: non audiens quę dicebat: conſcidit ve
ſtimẽta ſua. Oſtẽdẽs turpitudinẽ ſuam: & nu-
ditatẽ animæ ſuæ: & myſterium manifeſtans:
conſcindendũ eſſe ſacerdotium vetus: & ſcho
lam ſacerdotii eius: & culturæ quę ſecundum
literam fuerat. Blaſphemiam autẽ arbitratus
eſt eſſe magnitudinẽ verboꝝ Chriſti: & gloriã
ęſtimauit iudaicam & fabuloſam hiſtoriam li

terræ occidentis. Et putabat quaſi intelligens
Chriſti ſermones ſufficiētes eē ad teſtimoniū
cōtra ipſum: qui teſtes erāt diuinitatis ipſius
quantū ad eos qui intelligere poſſunt: & dicit
ad eos qui eadem ſapiebant: ecce nūc audiſtis
blaſphemiā eius: quid vobis videt̄? Donec re-
ſpondentes & ipſi aduerſus animā ſuā pronū
tient de Ieſu: qm̄ reus eſt mortis. Quātum pu
tas fuit erroris ipſam principalē omniū vitam
ream mortis pronuntiare: & tātorū reſurgen
tiū teſtimonio nō aſpicere fontē vitę de quo in
oēs viuētes vita fluebat? Qm̄ ſicut pater vitā
habet in ſe: ſic & filio dedit vitam habere in ſe
metipſo. Tunc expuerunt in faciem eius & co
A laphis eum ceciderunt. Alii autē palmas in fa
ciem ei dederunt: dicentes. Prophetiza nobis
Chriſte: quis eſt qui te ꝑcuſſit. Peſſime (ſicut
arbitror) illi qui audierunt dicētē Ieſum: amē
dico vobis qm̄ amodo videbitis filiū hominis
ſedentē a dextris virtutis & venientē in nubi
bus cæli: auſi ſunt expuere in faciem eius. Ar-
bitrabātur em̄ in eo ꝙ cōfunderent eum men
tiētem: & quia nō ſuſtineret expuitiōis obpro
brium: qui ſedebat ad dexteram virtutis & vē
turus erat in nubibus. Quoniā ignorabāt ſer
mones Eſaię ꝓphetę hæc eadem ꝓphetātis de
eo: & dicētis ex perſona ipſius dn̄i ſaluatoris.
Quid? qm̄ veni & nō erat homo: vocaui: & nō
erat qui obediret. Nūquid nō valet man⁹ mea
eruere: aut nō poſſim eripere? Ecce icrepatio-
ne mea deſertum faciam mare: & ponā flumi-
na deſerta: & ſiccabūtur piſces eorum ex eo ꝙ
non habēt aquā: & moriētur in ſiti: & induam
cælum tenebris: & ſicut ſaccum amictū eius.
Dn̄s dat mihi linguā doctrinæ: vt ſciam quo-
modo me oporteat dicere verbum. Poſuit me
mane: appoſuit mihi aurē ad audiēdū: & do-
ctrina domini aperiet aures meas. Ego aūt nō
ſum incredulus: neq; cōtradico. Dorſum meū
prębui ad flagella: & maxillas meas ad palmas
Faciem autē meam nō auerti a cōfuſione ſpu
tamentorū: & dn̄s deus factus eſt adiutor me-
us. Omnes em̄ qui ſunt ab eccleſia / cōfitentur
Chriſtū eſſe qui dicit: Dn̄s de⁹ dedit mihi lin
B guam doctrinę: & cętera quæ expoſui. Ego au
tem cōueniēter & ea quę ſuperius his erāt cō-
iuncta expoſui: volens oſtendere de illo glorio
ſo eſſe hoc prophetatū: vt expuatur: colaphi-
zetur. Cui autem alii cōuenit dicere veni: niſi
Chriſto: qui venit in mundū? aut quē decebat
dicere vocaui: & non erat qui obediret: niſi ei
qui venit ad vocandū populum iudęorum: et
non eſt auditus: & ideo nō eruit populū: neq;
eripuit eū: ſed dereliquit? Chriſtus eſt aūt qui
dicit: ecce increpatione mea deſertū faciā ma-
re: & ponā flumina deſerta: qui cōſummatio-
nem facturus eſt mūdi. Ipſe eſt em̄ qui cælū in
duet tenebras: & induet id velut ſaccū: & acci
piens a patre linguā doctrinę ſciebat quomo-
do oporteat dicere verbū qđ cōmiſerat ei de-
us. Et appoſuit ei aurē vt amplius audiat au-
dientibus cūctis: & doctrina patris aperuit ei
aurem: quia nō fuit incredulus patri mittēti:
ſed neq; cōtradicēs: & opere ipſo docuit diſce-
re cupientes manſuetudinem laudabilēq; hu
militatē. Opus autē erat in eo ꝙ factis iſta do-
cebat: dorſum ſuū exhibens ad flagella: & ma-
xillas ad palmas: & faciem nō auertens a cōfu
ſiōe ſputamētorū: Vt nos (ſicut arbitror) qui
digni fueramus oēs has infamias pati: erueret
ipē pro nobis patiēs eas. Non em̄ mortuus eſt
pro nobis vt nō moriamur: ſed vt ꝓ nobis nō
moriamur: & alapis cęſus eſt ꝓ nobis: & expu
tus eſt: vt ne nos qui digni fueram⁹ oībus his
ꝓpter noſtra peccata patiamur ea: ſed vt ꝓ iu
ſtitia patientes ea gratāter excipiam⁹. Et pau
lus quidem dicit de ſaluatore. Quoniā humi-
liauit ſe factus obediens vſq; ad mortem: mor
tem autem crucis. Non em̄ eſt indecorū ei qui
vult numerare in quātis ſe Chriſtus humilia
uit: vt dinumeret extra ea quę Paul⁹ expoſuit
dicens: Humiliauit ſe factus obediens vſq; ad
palmas: vſq; ad confuſionē ſputamētorum: et
flagellorū: & mortis: ꝓpter quę omnia exalta-
uit eum deus. Nec enim propter mortē ſolam
quā pertulit ꝓpter nos exaltauit eum: ſed etiā
propter palmas: & ſputamēta: & cætera. Quo
niam autē ad extremā iniuriam accipitur ſpu
tamētorū iniuria: manifeſtū eſt etiā in lege: in
qua ſcriptū eſt: vt mulier defuncti ſi noluerit
frater viri eius accipere eam accedens ad eum
qui noluit eam accipere ſibi vxorē corā ſenio-
ribus excalciabit calciamētum eius vnū ex pe
dibus: & expuet in faciem eius: & dicet. Sic fa-
ciēt homini qui nō ædificauerit domū fratris
ſui. Non ergo auertit faciem ſuā Chriſt⁹ a cō-
fuſione ſputamētorū: vt magis glorificet̄ vul-
tus eius: q̄ fuit vultus Moyſi glorificatus tan
ta: & tali gloria: vt cōparatione glorificatiōis
iſtius: vultus illius glorificatio deſtruatur: Si
cut in conſpectu ſolis lumen lucernę deſtruit̄
et ſicut ſcientia quę ex parte eſt deſtruit̄ cū ve
nerit qđ perfectum eſt. Sed & colaphis cecide- C
runt ſanctū eccleſiæ caput: propter qđ ipſi co
laphizātur a ſathana. Nō vt nō extollant̄: ne-
q; vt virtus eorū perficiatur: ſed vt traditi ini
mico: & vindici recipiant qđ fecerunt peccatū
colaphizātes Ieſum. Et nō contenti tantūmo-
do expuere in faciem eius: & colaphis eū cęde-
re: ſed adhuc & palmis eū ceciderūt: & deludē

tes dixerunt. Prophetiza nobis quis te percuſſit. Propter quod receperũt alapam æternam: et ab omni prophetia priuati ſunt: percuſſi: et caſtigati: & nec ſic volẽtes recipere diſciplinã: ſecũdum qđ prophetauerat hoc ipſum de eis Hieremias. Flagellaſti eos: & nõ doluerunt: et noluerũt ſuſcipere diſciplinã. Et nũc qui iniuriant vnum aliquẽ de ecclesia: & faciũt ei hæc: in faciem expuũt Chriſti: & Chriſtũ colaphis
D cędentes caſtigãt & palmis. Petrus vero ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eũ vna ex ancillis dicens. Et tu eras cũ Ieſu galilęo. At ille negauit coram omnib⁹ dicẽs. Neſcio quid dicis. Exeunte autẽ illo ianuam: vidit illum alia ancilla: & ait ei ibi. Et hic erat cum Ieſu nazareno. Et iterũ negauit cum iuramento: quia nõ nouit hominẽ. Poſt puſillum autẽ accedentes qui ſtabant: dixerũt Petro. Vere ex illis es tu: etenim loquela tua manifeſtũ te facit. Tũc cœpit deuotare: & iurare quia neſcio hominẽ. Et cõtinuo gallus cãtauit. Et rememorat⁹ eſt Petrus verbi Ieſu dicẽtis ei. Quia priuſq̃ gallus cantet: ter me negabis. Et egreſſus foras: amariſſime fleuit. Abũdantius cõſiderantes Petri negationẽ dicimus: qm̃ nemo poteſt dicere dominũ Ieſum: niſi in ſpiritu ſancto: ſicut Paul⁹ nos docet. Et nondũ erat tunc in hominib⁹ ſpiritus ſanctus: qm̃ Ieſus nõdum fuerat honorificatus: ſicut dicit Ioannes. Propterea nõ erat poſſibile neq͂ illum talẽ Petrũ tunc Ieſum cõfiteri: nec tamẽ erat reprehẽdendus nõ cõfitẽs Ieſum. Quoniã ad cõfitentes dicitur. Nõ eſtis vos qui loquimini: ſed ſpirit⁹ patris veſtri qui loquitur in vobis. Non autẽ cum ſit potẽs ſpiritus ille patris noſtri loqui ĩ nobis: & cum in noſtra ſit poteſtate locũ dare in nobis ſpiritui ſancto: & nõ diabolo: ſi denegauerimus: excuſationem vllã habemus. Forſitan autẽ & quicunq͂ eſt in atrio Caiphæ principis ſacerdotũ nõ poteſt cõfiteri dñm Ieſum niſi fuerit egreſſus ex atrio eius: & foris fuerit factus ab omni doctrina cõtraria Ieſu. Nã qui illic ſunt iudaicas tradẽt traditiones: & nõ ſcđm voluntates ſcripturarũ: ſed ſecũdũ mãdata hominũ: & do
E ctrinas. Cõſidera eñi qm̃ Petrus foris ſedẽs ab Ieſu ſegregatus: & in atrio principis cõſtitut⁹ coram oĩbus Ieſum denegauit. Et iterum vice ſecunda ſimiliter non extra ianuam foris factus: ſed volens exire. Nondũ autẽ egreſſus ianuã denegauit. Sed & tertia vice: quando qui ſtabant dixerunt: Vere ex illis es: & quãdo cœpit ſe deuotare: & iurare quia neſcio hominẽ: adhuc nõ erat foris. Et oẽs denegationes factę ſunt ei ĩ nocte: & ĩ tenebris: priuſq̃ veniat dies: et ſignũ diei id eſt galli cantus: qui ſuſcitat volẽtes a ſomno. Et vt verbi gratia dicam: ſi poſt galli cantũ Petrus negaſſet vt diceretur: Nox promouit: dies autẽ appropinquauit: ſicut in die honeſte ambulemus: nulla excuſatione dignus fuiſſet Petrus. Forſitan autem & oẽs homines quãdo denegant Ieſum: ita vt peccatũ denegatiõis eorum recipiat medicinam: ante galli cãtum denegare eum videntur: nõdum eis nato ſole iuſtitię: nec appropinquãte eis ortu ipſius. Si autẽ poſt ortum huiuſmodi ſolis ad animã: volentes peccauerimus: poſtq̃ accepimus ſcientiã veritatis: iã nõ relinquitur nobis ſacrificiũ pro peccato: ſed terribile iudiciũ: & zelus ignis qui comeſturus eſt inimicos. Et in Petro quidẽ tũc denegante nõ cõueniebat dicere quomodo ne putatis peiora mereri ſupplicia qui filiũ dei cõculcauerint: & ſanguinẽ teſtamẽti cõmunẽ ęſtimauerint: vnde ſanctificati ſunt: & ſpiritũ gratię iniuriauerint. Nõdũ enim ſanctificatus fuerat Petrus ſanguine Chriſti qui fuerat ſanguis noui teſtamẽti: nec iniuriauit ſpiritũ gratię: quẽ a pricipio nec acceperat: qm̃ Ieſus nõdum fuerat honorificat⁹: nec erat in hoĩbus ſpirit⁹ ſanct⁹. Si autẽ in nobis hoc impiũ fuerit factũ denegationis peccatum: oĩa hęc dicere cõuenit. Quoniã & in ſanguine teſtamenti ſanctificati ſumus: & ſpiritũ gratię ſuſcepimus. Propterea cõmunem putare ſanguinẽ teſtamenti pretioſiſſimũ: & iniuriare ſpiritũ gratię: oĩbus peccatis deteri⁹ eſt: ita vt nec in hoc ſęculo: nec in futuro remiſſionem poſſimus accipere ſi dei filiũ denegemus. Quoniam ergo nobis nox promouit: dies aũt appropinquauit: & ſignũ diei galli cant⁹ inſonuit nobis: propterea vſq͂ ad ſanguinẽ ſtem⁹ contra peccatũ certantes: & propter charitatẽ nunq̃ excidentẽ omnia ſufferamus: vt cũ perfectis in ea conſequamur hęreditatem. Et hoc attende: qm̃ ante galli cantũ: & ante ſpiritum G
ſanctũ: & in tẽpore noctis profundę: etiã ſi frequẽter denegauerit quis: viuere poteſt: qđ manifeſtũ eſt ex eo q͂ ter denegauit Petrus. Si autem poſt galli cantũ vel ſemel in quocũq͂ periculo conſtitutus denegauerit quis: impoſſibile eſt eum renouari in pœnitẽtiã: vt iterũ crucifigat ſibi filiũ dei. Qui autẽ in huiuſmodi denegationis peccato fuerit cõprehẽſus: aſpiciat illud qđ ſcriptum eſt. Vęh his qui attrahunt peccata ſua ſicut funem longũ: & ſicut iuge lorum vituli iniquitates: & nõ dicat: peccata noſtra in nobis ſunt: & quomodo viuem⁹. Viuo (inquit) dñs: quoniam nolo mortem peccatoris ſed pœnitentiam. Ipſe autem ſcit deus: de quo ſcriptũ eſt: Et ipẽ ſapiens adducet ſup eos mala: qualia mala adducet ſup denegantes et

nõ pœnitentes:& qualia ſuper denegantes et
pœnitẽtes:qualia bona ſuper eos qui nunq̄ de
negauerũt: neq; verbo coram hominibꝰ: neq;
operibus:longe autem efficiamur a priori an=
cilla:& altera:& ab omnibus qui ſtant in atrio
eiꝰ:vel in ianua eius:vt ne in ꝓximo exiſtamꝰ
faciẽtibus denegare eum:qui fuerit iuxta eos.
A Cognoſcemus autẽ quę ſit ancilla principis ſi
intellexerimꝰ quę ſit ancilla dei:de qua ſcriptũ
eſt:ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ.Quę
ſint autem atria principis poteris ſcire ſi intel
lexeris quę ſint atria domus domini:de quibꝰ
ſcriptum eſt.Ecce nũc benedicite dominũ oẽs
ſerui domini:Qui ſtatis in domo dñi in atriis
domus dei noſtri.Si autem & de ancilla altera
debemꝰ aliq̄d dicere: vt etiã ab illa recedamꝰ:
intelligamꝰ q̄d ſcriptũ eſt. Sicut oculi ancillæ
in manibus dominę ſuę:ita oculi noſtri ad do=
minũ deum noſtrũ donec miſereatur noſtri.
Puto primã ancillam intelligi principis faciẽ=
tem denegare diſcipulos Chriſti: ſynagogam
eſſe Iudęorum ſecundũ carnem:qui denegare
frequenter compulerunt fideles.Secũdam au
tem ancillam congregationem gẽtium:qui et
ipſi perſequentes chriſtianos denegare coge=
bant.Tertios autem ſtãtes in atriis:miniſtros
eſſe hæreſum diuerſarũ: qui & ipſi veritatem
Chriſti denegare cõpellũt. In nocte autẽ nõ ſo
lum ter denegat Petrus: ſed etiam deuotat ſe
ipſum:& iurat quia neſcio hominẽ. Et quidẽ
tunc adhuc ſecundũ carnem Chriſtũ ſciebat:
nec adhuc poterat dicere:& ſi Chriſtũ cogno=
uimus aliquãdo ſecundũ carnem cognouimꝰ
ſed nũc iam nõ cognoſcimus. Q̃diu enim ſi=
gnum diei non exiſtebat:denegãs Petrus:ver=
borum Ieſu non fuit memor. Poſtq̄ autẽ ange
lus diei clamauit ei:tũc recordatus eſt verbo=
rum Ieſu dicentis ad ſe. Anteq̄ gallus cantet
ter me negabis. Et quando recordatus eſt ver
bum Chriſti iam non erat in atrio principis ſa
cerdotũ:nec iuxta ianuam eius:ſed foris.Alio
quin nequaq̄ ploraſſet.Sicut enim ſcriptũ eſt:
egreſſus foras:amariſſime plorauit.Ergo & ſe
cundum Lucam peccatrix mulier iuxta pedes
domini pœnitẽs fleuit: & hic Petrus egreſſus
atrium principis ad ianuã eius plorat ex ama
ritudine peccati:examaricans in pœnitẽtia fle
B tum ſuum.Mane autem facto conſiliũ accepe=
rũt omnes principes ſacerdotũ & ſeniores ple
bis:aduerſus Ieſum: vt eum morti traderent:
et vinctum eum adduxerũt: & tradiderũt Põ
tio Pilato pręſidi.Qui in tenebris & nocte of=
fendit venia dignus eſt. Qui autẽ in die clara
offendit:nunq̄ poteſt culpare errorẽ quaſi cõ=
tinentem ſe: maxime quando habens in ſe lu=
cernam corporis/offendit: ſed incõtinentiam
ſuam.Hoc autem diximus oſtendẽtes quoniã
Chriſti quidem diſcipuli in nocte ſcandalizan
tur ſecũdum q̄d dñs eis prædicit.Omnes vos
ſcandalũ patiemini in me in hac nocte:& quia
Petrus ante gallicantũ ter denegauit.Qui au
tem cõſilium accipiunt cõtra Ieſum:oẽs prin=
cipes: & ſeniores plebis:mane facto in lumine
peccant:ideſt ſcientes: ſecũdum q̄d ſcriptũ eſt
de hoc cõſilio:Quoniã cõſiliati ſunt ex cõſen=
ſu in vnũ: ſicut ſcriptũ eſt in pſalmis:vt mor=
ti traderent Chriſtũ: putãtes per mortẽ extin
guere eius doctrinam: & fidem eius apud eos
qui crediderunt in eum quaſi in filiũ dei. Ta=
lia autẽ contra eum conſiliantes principes cul
turę literę occidẽtis:& miniſtri dãnationis ſe=
niores:alligauerunt Ieſum ſoluẽtem a vincu=
lis & dicẽtem eis qui ſunt in vinculis:exite:et
compeditos ſoluentẽ atq; dicentem:Diſrum=
pamus vincula eorum: & qui filiã Abrahę al=
ligatam a ſathana decem & octo annis a vin=
culis ſoluerat:vt iam nequaq̄ ſit inclinata quę
nõ poterat ſurſum aſpicere prius.& alligaue=
runt eum volẽtem: & in eo q̄d alligaretur vin
culis ipſis inſidias diſrumpẽtem:vt iam nõ ha
beant principes ſacerdotũ:& ſeniores iudęorũ
aduerſus hoĩes vincula:dño ea videlicet diſrũ
pente in ſe.Si quis autem exigit a me ſcriptu= C
ram hæc de diſrũpendis vinculis oſtẽdentem:
quibus alligauerunt Ieſum principes ſacerdo
tũ:& ſeniores:intelligat ꝙ propter ipſum hoc
dicit ipſe Ieſus per prophetam. Diſrumpamus
vincula eorum. Tanq̄ ſi dicat principũ ſacer=
dotum:& ſeniorum: aut multo magis eorum
principũ qui ſunt operati in eis:& regum ter=
ræ illorũ qui aſtiterũt:& principum qui cõue
nerũt in vnũ aduerſus dñm: & aduerſus chri
ſtum eius: quorum & iugum proiiciamꝰ a no
bis.Adhuc autẽ amplius te placabit:vt ſuſci=
pias: quoniam et ſi alligãtes Ieſum induxerũt
qui cõſilium fecerũt aduerſus eum:tamen diſ
rupit Ieſus vincula.Si intellexeris quę ſcripta
ſunt de Sãſone:qui frequẽter fuit ligatꝰ & diſ
rupit alienigenarum vincula:quoniam naza=
reus fuerat dei: & habebat comã plenam vir=
tutis. Si ergo ille ꝓpter comę virtutẽ quã ha=
bebat in capite potuit rumpere vincula alieni
genarum: quibus alligauerãt eum frequẽter:
quãto magis Chriſtus:qui poſt tãta prodigia:
et virtutes quas fecit volẽs tradidit ſe ad vin=
cula ſoporans in ſe diuinitatis virtutem:& ac
quieſcẽs vt alligaret: ſine dubio diſrupit vin=
cula circũdantia ſe! Quorũ vinculorũ myſte=
ria:vincula Sanſonis fuerunt.Et tradiderunt
eum Pontio Pilato. Vtrum autẽ etiam nomi=

na vtraq; præſidis habeant aliquam rationem
conuenientem diſpenſationi domini ſaluato-
ris: non facile eſt ſententialiter reſpondere. Po
terunt enim aliquẽ mouere principalia ex qui
bus hęc vocabula deducuntur Pontius: & Pi-
latus. Vtrũ autẽ bene quis moueatur: an non
vnuſquiſq; potentium conſiderare cognoſcit.
D Tunc videns Iudas qui eũ tradidit quoniã dã
natus eſt: pœnitẽtia duct⁹ retulit triginta ar-
genteos principibus ſacerdotũ: & ſenioribus
dicens. Peccaui ꝙ tradiderim ſanguinẽ iuſtũ:
At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et
proiectis argenteis in templo receſſit: & abiẽs
laqueo ſe ſuſpendit. Principes autẽ ſacerdotũ
acceptis argenteis dixerunt. Non licet mitte-
re eos in corbanam: quia pretiũ ſanguinis eſt.
Conſilio autẽ accepto inter ſe emerũt agrum
figuli in ſepulturã peregrinorũ. Propter hoc
vocatus eſt ager ille Acheldemach: qđ eſt ager
ſanguinis: vſq; in hodiernum diem. Tunc im-
pletum eſt quod dictum eſt per Hieremiã pro
phetam dicentem. Et acceperunt triginta ar-
genteos: pretiũ appretiati qđ appretiauerunt
a filiis iſrael: & dederunt eos in agrum figuli
ſicut conſtituit mihi dominus. Reſpondeant
mihi qui de naturis quaſdam fabulas introdu
cunt: æſtimãtes ſe dicere vera: & nõ cognoſcẽ
tes ꝙ eorum opinio iniquitatem creatoris ac-
cuſat. Qui fecit quædam quidẽ vaſa in hono-
rem: non ex cauſa virtutis eorũ ducentia eos
ad honorem. Quædã autem in contumeliam
non propter peccata eorũ ducentia eos ad con
tumeliã. Si enim perdibilis naturæ erat Iudas
quomodo pœnitentiã tantam ſuſcepit vt non
vinceretur cupiditate triginta argenteorum
propter quã impiam proditionis ſuſcepit au-
daciam? Si enim ad proprietatẽ naturarum re
ferunt qđ eſt dictũ: Nõ poteſt arbor mala fru-
ctus bonos proferre: dicant: niſi bonitatem ali
E quã ſpiret. Et ſi non perfecte: neq; ſicut debuit
conuerſus fecit Iudas: hoc ipſum ꝙ retulit tri
ginta argenteos: vnde eſt & qđ dicit cognoſ-
cens peccatum ſuum: peccaui tradens ſangui-
nem iuſtũ: niſi ex bona plantatione mentis: et
ex ſeminatiõe virtutis: quę ſeminata eſt in om
ni rationabili anima: quã non coluit Iudas: et
ideo cecidit in tale peccatum? Si autem natu-
ræ pereũtis eſt aliquis hominũ: ſine dubio ma
gis huiuſmodi naturæ pereũtis fuit & Iudas.
Qđ ſine dubio fuiſſe videretur: ſi tradens ſan
guinẽ iuſtum: aut nõ retuliſſet pecunias con-
delectatus in eis: aut referens nõ dixiſſet quia
peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Et ſi qui-
dem poſt reſurrectionẽ Chriſti ex mortuis di-
xiſſet Iudas q̃ dixit: forſitan veriſimiliter erat
dicẽdum quoniam cõpulit eum pœnitere de
facto: & confiteri de ſuo peccato ipſa virtus re
ſurrectionis ipſius. Nũc autẽ mox vt vidit eũ
traditum eſſe Pilato: cõpũctus pœnituit. For
ſitan autem & recordatus ea quę frequẽter Ie
ſus dixerat diſcipulis ſuis de reſurrectiõe ſua
futura. Vidẽs igitur Iudas magnitudinem fa
cinoris ſui: pœnituit quidem: & locut⁹ eſt ex
pœnitentia cordis: confeſſus peccatum ſuum
eo ꝙ tradiderit ſanguinem iuſtum: nõ autem
et ſecũdum ſcientiam pœnituit ſicut debuit
pœnitere. Aeſtimauit enim pręuenire in mor
te moriturum magiſtrum: & occurrere ei cũ
anima nuda: vt cõfitens/deprecãs miſericor-
diam mereretur. Propter qđ ipſe ſe iudicauit:
& cõdẽnauit in eo ꝙ ſciẽs peccauit: & nõ aſpe-
xit in hoc qđ dixerat Iob in tantis cladibus cõ
ſtitut⁹: Vtinam poſſim me interficere: aut ali
quẽ rogare vt faceret mihi. Hoc nec vidit: qa
non cõuenit ſeruum dei ſeipſum expellere: de
hac vita: ſed expectare etiam de hoc dei iudi-
cium. Videamus nunc ſi qđ latet multos loci F
iſtius deo donante poſſimus explicare qđ di-
ctum eſt: Vidẽs autem Iudas qui tradidit eũ:
quoniam condẽnatus eſt: pœnitentia ductus
retulit triginta argenteos principib⁹ ſacerdo
tum: & cætera. Si enim ſcriptũ fuiſſet poſt ſen
tẽtiam Pilati: poſtq̃ flagellis cęſum Ieſum tra-
didit Iudęis vt crucifigerẽt eum: ꝙ ita feciſſet
Iudas: nihil ſine dubio huiuſmodi quęrerem⁹
in eo qđ dictũ eſt: Videns autem quia cõdẽna
tus eſt. Nunc autẽ quomodo vidit Iudas quia
condẽnatus eſt? Nec eñ adhuc cõdẽnatus fue
rat Ieſus: neq; a Pilato interrogatus. Forſitan
ergo dicit aliquis vim faciens: quoniã conſide
ratione mentis ſuæ vidit exitum rei: quia con
dẽnatus eſt ex eo ꝙ traditum aſpexit a princi-
pibus ſacerdotum: & ſenioribus plębis. Alius
autẽ dicet hoc modo: quoniam ſcriptũ eſt: Vi
dens autem Iudas quia condẽnatus eſt: ad ip-
ſum Iudam refertur. Cũ enim tradidiſſent Ie-
ſum principes ſacerdotum: & ſeniores plebis
Pilato: tũc ſenſit malũ ſuũ Iudas: & intellexit
quoniam qui talia auſus eſt: ſine dubio iudica
tus: & condẽnatus a deo eſt. Forſitan & ſatha-
nas: qui poſt panem intinctũ fuerat ingreſſus
in Iudã: præſto fuit ei donec Ieſus traderetur
Pilato. Poſtq̃ fecit qđ voluit: receſſit ab eo. Re G
cedente autẽ diabolo intellexit: & vidit quo-
niam tradens ſanguinem iuſtum condẽnatus
a deo eſt: & potuit intelligere ſenſus eius iam
vacans & non habens diabolum operãtem in
ſe. Potuit ergo a ſe recedente diabolo capere
pœnitentiam: & referre triginta argẽteos his
qui dederant eos. Et potuit dicere recedente

diabolo: qđ priuſq̃ ab eo recederet: dicere non
potuiſſet. Nec eñ adhuc implēte diabolo cor
eius potuit dicere: peccaui tradēs ſanguinem
iuſtum. Sed non hoc dicimus: quoniam diabo
lus recedens ab aliquo tali iam nequaq̃ ei inſi=
diatur: ſed obſeruat iterum tempus: ſi potue=
rit iterū ſe apponere ei. Et poſtq̃ cognouerit
ſecūdum peccatum ſuum quis: obſeruat & iā
tertię deceptionis locum in eo diabolus. Si au
tem opus eſt & exemplis vti: videamus in epi
ſtola ad Corinthios prima: eum qui vxorē ha=
buit patris. nec enim in huiuſmodi malo ſine
magno opere diaboli potuit eſſe. De quo ma=
lo pœnituit ſicut ſcriptura ipa teſtatur: & tri
ſtatus eſt triſtitiam ſecundum deum: triſti=
tiam quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem
operatur: ſed poſtq̃ ſuſcepit huiuſmodi triſti=
tiam / appoſuit iterū ſe ei diabolus volens ip=
ſam triſtitiam eius ſupra modum exaggerare
vt iam non eſſet ſecūdum deum: ſed vt abun=
dantior facta abſorberet triſtantem ſupra mē
ſuram: & vltra q̃ triſtare deberet: & ſic eum
abſorberet ſathanas in abundantiori triſtitia.
Qđ præcognoſcens apoſtolus / conſilium Co=
rinthiis dat: vt cōfirment charitatem in eum
dicēs huiuſmodi cauſam. Vt ne inquit abun
dantiori triſtitia abſorbeatur qui huiuſmodi
eſt. Non enim verſutias eius ignoramus. Simi
le aliquid factum eſt & in Iuda: qui tradidit Ie
ſum: & ſecundum ſimilitudinem illius triſti=
tiæ quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilē ope=
ratur: triſtatus & ipſe: poſtq̃ pœnitentia du=
ctus / retulit triginta argēteos principibus ſa=
cerdotum dicēs: Peccaui tradens ſanguinem
iuſtum. Qđ ipſum pœnitētię erat: & triſtitiæ
ſalutaris: ſed quia nunq̃ ſeruauit cor ſuū: neq;
ſapienter triſtatus eſt: ſed ſuſcepit abūdantio=
rem triſtitiā a diabolo ſibi ſubmiſſam: qui vo=
luit eū abſorbere in abūdantiori triſtitia: ideo
referens argenteos illos in templum: abiens la
A queo ſe ſuſpendit. Si enim poſtq̃ retulit pecu=
niam: & confeſſus eſt ſe peccaſſe: eo ꝙ tradidit
ſanguinem iuſtum: nō abiens laqueo ſe ſuſpē=
diſſet: ſed locum pœnitentię requiſiſſet: & tē=
pus pœnitētię obſeruaſſet: forſitan & inueniſ
ſet eum qui dixit. Viuo ego quoniā nolo mor
tem peccatoris: ſicut pœnitentiā eius. Ego au
tem ęſtimo quoniā & maius aliqd de ſaluato=
re intelligens Iudas: nō alibi proiecit triginta
argenteos niſi in templum: vbi ſciebat domi=
num eieciſſe de templo oues & boues: & dixiſ=
ſe vęnditoribus columbarū. Tollite hæc hinc:
et nolite facere domum patris mei domū ne=
gotiationis. Satis ergo deſperans ex ſe: ꝙ in=
tellexit magnitudinem ſui peccati: iactans ar=
gēteos illos in templum: abiit & laqueo ſe ſuſ=
pendit. Accipientes autem argēteos illos: vo=
luerunt aliquid legitimū obſeruare: & mitte=
re eos in corbanam: vbi data populi ꝓpter ne=
ceſſitates pauperum congregabantur. ſangui
nis enim pretium / impium ęſtimabant mitte=
re in corbanam. Propter qđ conſiliū accipien=
tes comparauerunt ex pecunia illa agrum fi=
guli: & operantis lutum. Videbant enim quo
niam circa mortuos magis eam pecuniam cō=
ueniebat expēdi: & circa locum mortuorum:
et ſepulturæ: quoniā pretium ſanguinis erat:
q̃ in corbana: aut in aliqua neceſſitate hone=
ſta. Sed quia & inter loca mortuorum differē B
tiæ ſunt: quoniam multi quidem ſecundū vo
tum optabiliter ſepeliuntur in monumentis
ſuis paternis: quidam autem propter quaſdā
calamitates frequēter in peregrinis monumē=
tis ſepeliuntur: ideo accipientes pretium ſan=
guinis Ieſu: vſi ſunt eo ad comparationē agri
figuli alicuius: vt in eo peregrini mortui ſepe=
liantur: non ſecundum votum: ſed ſecundum
caſum aliquem cōtrarium hoc promerentes.
Si autem & peregrinos ſpiritaliter intelligere
conuenit: peregrinos dicimus eſſe qui vſq; ad
finē extranei ſunt a deo: & peregrini teſtamen
torum eius. Tales igitur peregrini huiuſmo=
di habent finē: vt in agro figuli ſepeliātur qui
pretio ſanguinis eſt cōparatus. Nā iuſti ſunt
qui dicunt: conſepulti ſumus Chriſto in no=
uo monumento: qđ ſciſſum habetur in petra:
in monumēto dolato: vbi nōdum quiſq̃ mor=
tuorum poſitus eſt. Qui autem vſq; ad finem
peregrini ſunt a Chriſto: & alieni a deo: dicent
ſine dubio conſequenter. Cōſepulti ſumus pe
regrinis in agro figuli operantis lutū: qui pre
tio ſanguinis eſt cōparatus: & ſumus in agro
qui ager ſanguinis nominatur. Sed quoniam C
quod poſt hæc dicit euangeliſta: tunc imple=
tum eſt: quod dictū fuerat per Hieremiā pro=
phetam dicentē &c. inter ea quæ ſcripta ſunt
nō inuenitur hoc Hieremias alicubi ꝓphetaſ
ſe in libris ſuis: qui vel in eccleſiis legūtur: vel
apud Iudęos referūtur. Si quis autē poteſt ſci
re: oſtēdit vbi ſit ſcriptū. Suſpicor autem aut
errorem eſſe ſcripturæ: & pro Zacharia poſi=
tum Hieremiam: aut eſſe aliquā ſecretā Hie=
remiæ ſcripturā in qua ſcribitur. Talis eſt au
tem textus apud Zachariam prophetā. Et di=
cam ad eos. Si bonum eſt in conſpectu veſtro:
date mercedem meam aut abnegate: & ſtatue
runt mercedem meam triginta argenteos. Et
dixit domin⁹ ad me. Depone eos in fornacem:

et vide ſi probum eſt: ſicut probatus ſum pro
eis. Et accepit triginta argenteos: & miſit eos
in domũ domini in fornacem. Si autem hęc di
cens aliquis ęſtimat ſe offendere: videat ne ali
cubi ĩ ſecretis Hieremię hoc prophetatur: ſci-
ens quoniã & apoſtolus ſcripturas quaſdã ſe-
cretorum profert: ſicut dicit alicubi. Qđ ocu
lus non vidit: nec auris audiuit. in nullo enim
regulari libro/hoc poſitũ inuenitur: niſi in ſe-
cretis Heliæ ꝓphetę. Item qđ ait: ſicut Iamnes
et Mãbres reſtiterunt Moyſi: nõ inuenitur in
publicis ſcripturis: ſed in libro ſecreto qui ſu-
pra ſcribitur Iamnes: & Mambres liber. Vnde
auſi ſunt quidam epiſtolam ad Timotheũ re-
pellere: quaſi habentem in ſe textum alicuius
ſecreti: ſed non potuerũt. Primam autem epi-
ſtolam ad Corinthios: propter hoc aliquem re
futaſſe quaſi adulterinam: ad aures meas nun
D q̃ peruenit. Ieſus autem ſtetit ante præſidem.
Et interrogauit eum præſes dicens. Tu es rex
iudęorum? Dixit ei Ieſus. Tu dicis. Vere Ieſus
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualẽ deo:
Et non ſemel: ſed frequẽter pro omnibus ſeip-
ſum humiliauit. Et nũc ergo iudex totiꝰ crea
turę conſtitutus a patre: rege regum: & domi
no dominorũ: vide inquantũ ſe humiliauit vt
acquieſceret ſtare ante iudicem tunc terræ iu
dęæ: & vocatꝰ/interrogatꝰ eſt interrogationẽ
quã forſitan deridens: aut dubitans Pilatꝰ in-
terrogauit dicens. Tu es rex iudęorũ? Ad quã
interrogationem qđ putauit eſſe cõdecens: re
ſpondit dicẽs: Tu dicis. Et a principe quidẽ ſa
cerdotum adiuratus vt diceret ſi ipẽ eſt Chri
ſtus filius dei reſpõdit: tu dixiſti. A Pilato au-
tem interrogatus: tu es rex iudæorum? reſpõ
dit: tu dicis. Vide interrogatiões. niſi illa qui-
dem interrogatio: ſi tu es Chriſtꝰ filius dei: iu
daicæ conueniebat perſonæ: romano autẽ iu-
dici dicenti interrogatorie: an non tu es Chri
E ſtꝰ: ſed tu es rex iudęorum. Qui autem caute
conſiderat ipſos apices euangelicorum ſermo
num: videbit quoniam princeps quidẽ ſacer-
dotũ dubitanter dixit. Si tu es Chriſtus filius
dei. Si enim ſyllaba: dubitationem interroga-
tionis oſtendit. Pilatus autem pronũtiatiue:
tu es rex Iudęorum. Quoniam autem pronũ-
tiatiue hoc dixit Pilatus: illud quoqȝ cõfirmat
qđ etiã alibi ſupra ſcribit in titulo: rex Iudęo-
rum: tribus linguis hebraice: græce: & latine
vt hebręi: & gręci: & romani cognoſcerẽt quo
niam & Pilatꝰ ſciebat eum regem Iudæorum
eſſe. Propter quod apparet cum qua reueren-
tia requirebat de Ieſu: & prouocabat populũ
vt Ieſum magis ad dimittendum peterent: q̃
Barabbam. Reuerẽtię autem Pilati illud etiã
fuit ſignum: ꝙ lauans manus ſuas dixit. Inno
cens ego ſum a ſanguine huius: vos videritis.
Qđ autem dixit ad prĩcipem ſacerdotum: tu
dixiſti: dubitationem eius oblique arguens cõ
uincit. Et quod ait Pilato: tu dicis: ſententiam
eius pronũtiantis confirmat. Marcus autem:
pro ſi tu es Chriſtꝰ filius dei: ſic ſcribit. Tu es
filius benedicti? Forſitan aut illud qđ ſimplici
ter ſcriptum eſt: aut hoc qđ dubitãter: neſcio
ſi non mendoſa habeant exemplaria: cum de-
buiſſent ambo ęqualiter dicere: ſi tu es: aut tu
es. Et cum accuſaretur a principibus ſacerdo
tum: & ſenioribus plebis: nihil reſpondebat.
Tunc dixit ei Pilatus. Nõ audis quãta aduer F
ſus te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei
vllum verbum: ita vt miraretur pręſes vehe-
menter. Iudaicæ literæ occidentis miniſtri: &
ſeniores filii ſunt eorum ſacerdotum: & ſenio
rum qui accuſauerunt Ieſum: accuſationẽ eo-
rum vſqȝ nunc ſuſcipientes: & accuſantes Ie-
ſum. Propterea permanente eis ipſo peccato:
et pręueniente eos ſemel ira: vſqȝ in finem ad-
huc patiuntur operatores ipſos: derelicti cum
populo vniuerſo ſicut tabernaculum in cucu
merario: & ſicut ciuitas quæ expugnatur. Ac
cuſatus autẽ Ieſus: ſicut tunc nihil illis reſpõ-
dit: ſic & modo aduerſus accuſatiões iſtorum
ſacerdotum: & ſeniorum: nihil reſpondit. Ta-
cet enim eis verbum dei: & iam non audiunt
verbũ dei ſicut aliquando factũ fuerat ad pro
phetas: & in conſummatione ſęculorum caro
factus eſt: & habitauit in nobis. Et nõ ſolis prĩ
cipibus ſacerdotum & ſenioribus plebis falſa
accuſantibus nõ reſpõdit: ſed neqȝ Pilato: quo
niam volebat eũ audire/ defendentem ſe con-
tra accuſationes eorũ mendaces. Quando eñ G
dixit ei Pilatus poſt accuſationes principum
ſacerdotum: & ſeniorum: non audis quanta te
accuſant? neqȝ ipſi reſpõdit. Nec enim erat di-
gnum reſpondere vel dubitati vtrum debeat
aduerſus accuſationes eorum falſas reſpõde-
re. Hoc diximus nõ obliti qđ dictum eſt de Pi
lato: quia vel momentum aliquod benignum
erga Chriſtum habebat. Hoc eñ verũ eſſe de
Pilato: ex omni narratione eius oſtendit. Non
autem dicere quis audebit: quoniam perma-
nens & firmum erat in eo de Chriſto iudiciũ.
Trahebatur enim & ad cõtraria: propterea &
nunc trahenti ad deteriorẽ opinionẽ/dñs non
reſpondit contẽptis oĩbus quæ dicta fuerãt in
accuſationẽ ipſius. Miratus eſt autẽ Pilatꝰ cõ-
ſtãtiã eius: forſitan ſciẽs quomodo cũ idoneus
eſſet ꝓnũtiare & remittere crimẽ: miratus eſt:

videns eum in trãquilla & quieta ſapiētię grauitate: & inturbabili eũ iudicio ſtare: ĩ quo ad mortem periclitari ęſtimabatur ab his qui fuerant ibi: & fortior erat humana natura & omni eius infirmitate: volente obtũdere virtutē ſpiritus eius: nõ autem pręualente facere hoc. Qđ autem ſcriptum eſt: nõ ſolum mirari Pilatum: ſed etiam valde mirari: mouet me vt ęſtimem qm̃ dignũ ei videbatur magno miraculo vt exhibitus ad criminale iudiciũ Chriſtus inturbabilis maneret: & ſtaret ãte mortē: quę
A apud omnes homines terribilis ęſtimatur. Per diem autem ſolēnem cõſueuerat pręſes dimittere populo vnũ vinctum quē voluiſſent. Nõ mireris: ſi adhuc primordiũ habens romanus principat⁹ in eis: & nouiter iudęis iugũ ſuſcipientibus romanorũ: quia donatũ erat iudęis vt in ſolēnitate paſchali peterēt vnũ quem voluiſſent q̃uis mille homicidiis obnoxius videretur. Sic enim quaſdã gratias præſtant gētes eis quos ſubiiciunt ſibi donec cõfirmetur ſup eos iugum ipſorum. Tamen conſuetudo hæc abſoluẽdi victi fuit aliquãdo & apud iudæos. Nam cũ Saul decreuiſſet vt ne quis acciperet cibum: Ionathas autem fauũ mellis guſtaſſet contra regis decretum: inuenit obnoxium Ionatham: & q̃uis filiũ conſtitutũ: tamē propter aliquod iuramētum ſuum decreuerat interficere eũ. Sed non interfecit: omni populo iſrael interueniente: & petēte eum ad vitam. Sed ꝙ Pilatus dimiſit vnum vinctũ populo: vel Saul ſecundum petitionem populi ꝙ dimiſit Ionathan: non eſt mirum: ſub culpa em̃ erat amborum petentium vitam: quoniã iudæi ſemp ob
B noxii erant. Sed illud quæram⁹: ſi tale aliquid fiat & in iudicio dei: vt oĩs eccleſia petere poſſit aliquem peccatorem vt ſoluatur a condēnatione peccati: maxime autem ſi quãdo habeat perditionis cætera opera: ad benefaciendũ autem eccleſiæ impiger ſit. Tales em̃ inuenies ſępe in potentibus conſtitutos: alias quidē peccatores: tamē pro chriſtianis quãtum poſſibile eis eſt multa agētes. Adduceris autē magis ad requirendũ talia ſi rationem habet idoneã ꝙ etiã iſrael pro vita Nabucodonoſor: & Balthaſar filii eius deum orabat. Sed hoc ſi videtur alicui dignum requiſitione: requiret. Qđ autem manifeſtum eſt: omnes curare tentemus vt ex petētibus inueniamur eſſe & in ordine eorum qui bene vixerũt: magis q̃ ex illis pro quibus petitur quaſi ꝓ omnib⁹ malis. Nã etſi concedatur aliquis peccator ad preces eccleſię: non autem iuſtum eſt gloriam: & beatitudinem cõſequi eum: qui huiuſmodi eſt: ſuf
C ficit enim ꝙ a pœna dimittitur. Arbitror autem propter iſtum diem feſtum iudæorum in quo Barabbas ad vitã electus eſt: Chriſtus autem neglectus: dñm dicere per prophetam. Ieiunia: & ferias: & dies feſtos veſtros odit anima mea. Et quia magis ſolēnitatem agere voluerunt cum latrone dimiſſo q̃ cum Ieſu: verbi gratia dicam. Si egiſſent ſolēnitatem recte ſicut Ioſias: aut aliqs ſimilis ei: & data eis fuiſſet quem vellent petendi licētia: ſine dubio Ieſum poſtulaſſent: Barabbam autē condēnaſſent. Nos autem oremus vt feſtum diem colētes nõ in fermento veteri: neq; in fermēto malitię: & neqtiæ: ſed in azimis ſynceritatis & veritatis: Barabbã quidem condēnare: Ieſum autem ab omnibus vinculis liberum accipere nobis mereamur ĩ regem: & dominum. Et q̃diu hæc facimus nõ conuertentur dies feſti noſtri in luctum: neq; cantica noſtra in lamētationē ſed erunt in nobis ſolēnitates verę: ſolēnitates dei. Habebant autem tunc vinctum inſignem qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis ergo eis: D
dixit eis Pilatus. Quem vultis dimittã vobis Ieſum Barabbã: an Ieſum qui dicitur Chriſt⁹? Sciebat em̃ ꝙ per inuidiam tradiderunt eum. In multis exemplaribus non cõtinetur: ꝙ Barabbas etiã Ieſus dicebatur: & forſitan recte: vt ne nomen Ieſu cõueniat alicui iniquorũ. In tanta em̃ multitudine ſcripturarũ neminem ſcimus Ieſum peccatorē: ſicut in aliis nominibus inuenim⁹ iuſtorum: vt eiuſdem nominis inueniãtur eſſe etiã iniqui: vtputa Iudas apoſtolus zelotes: & Iudas patriarcha: item & machabęus Iudas omnes laudabiles. Sed & Iudas proditor. Et in geneſi inueniũtur eiuſdem nominis eſſe filii Seth: & filii Cain: ſicut Enoch: & Lamech: & Matuſalē. Non autē cõueniebat eſſe tale aliquid & in nomine Ieſu. Et puto ꝙ in hęreſibus tale aliquid ſuperadditum eſt: vt habeant aliqua cõueniētia dicere fabulis ſuis de ſimilitudine nominis Ieſu: & Barabbę. Aeſtimo enim in iſtis: rerũ aliqđ myſteriũ demõſtrari: vt Barabbas quidē conſtitutus ſit ad ſeditionem: & bella: & homicidia faciēda in animab⁹ hominũ: Ieſus autem quaſi filius dei: & pax conſtitutus: & verbũ: & ſapientia ad omnia bona. Hi ergo duo cum ſint vincti in reb⁹ E
humanis & corporib⁹: populus ille ſibi poſtulauit abſolui Barabbã: propter quem non ceſſat gens illa habens ſeditiones: & homicidia: et latrocinia ſecundum quoſdam gentis ſuæ in rebus quæ foris habentur. Secundũ omnes autem Iudæos qui non credũt Ieſum: intus in animam. Vbi enim non eſt Ieſus: illic ſeditiones: & lites: & pręlia ſunt. Vbi autem eſt Ieſus vt dicere poſſint: ſi autem Chriſtus in nobis:

corpus quidem mortuũ propter peccatũ:ſpi-
ritus autẽ vita propter iuſtitiam: ibi ſunt oĩa
ſimul bona & innumerabiles diuitię ſpiritua-
les in manibꝰ eius:& pax.ipe eſt eñ pax noſtra
qui fecit vtraq; vnũ.Et ſi quis videat cõtrariã
illam operationẽ: cognoſcet qm̃ ipe eſt in om-
nibus vinctꝰ inſignis barabbas:quem ſibi ſolui
deſiderant nõ ſolũ tũc peccans iſrael ſcd̃m car
nem:ſed & oẽs q eis ſimiles ſunt vel in dogma
te:vel in vita.Quicũq; ergo mala agit ſolutus
eſt in corpore eiꝰ barabbas: Chriſtus autẽ vin
ctus.Qui autẽ bona agit:Chriſtꝰ ei ſolutꝰ eſt:
F barabbas autẽ vinctus.Sedente autẽ eo ꝓ tri-
bunali miſit ad eũ vxor eius dicẽs. Nihil ſit ti
bi:& iuſto illi. Multa eñ paſſa ſum hodie ꝑ vi
ſum propter eũ.Et Ieſus quidẽ per inuidiã tra
ditus erat.Et ita per inuidiam manifeſtam:vt
etiam Pilatus eam nõ ignoraret. Volunt autẽ
euangeliſtę nõ pręterire rem diuinę prouidẽ-
tię laudem dei continentem:qui voluit per vi
ſum cõuertere Pilati vxorem:vt quantũ ad ſe
vetaret virũ ſuũ vt ne audeat cõtra Ieſum ꝓ-
ferre ſententiã.Et viſum quidem nõ expoſuit
Matthæus: tãtũ autem dixit:quia multa paſ-
ſa erat per viſum ꝓpter Ieſum.Et ideo per vi-
ſum paſſa eſt:vt ne ampliꝰ pateretur.Vt bea-
tam fuiſſe dicamꝰ Pilati vxorẽ:quę per viſum
paſſa eſt multa ꝓpter Ieſum:& recepit per vi-
ſum qđ erat paſſura. Ex quo audebit qs dice-
re:qm̃ melius eſt recipere aliquẽ mala in viſu
q̃ recipere in vita.Quis enim nõ eligat per vi-
ſum mala ſua recipere in vita ſua: niſi forte ta
lia mereatur vt expediat ei acriora recipere in
vita ſua potius q̃ recipere leuiora in viſu?Con
ſolatur eñ:& requieſcit in ſinibus abrahę:qui
recepit mala in vita ſua:& nõ hęc mala quę re
cepit in viſu ſuo:ſecũdum qđ & cõſolationem
habebit. Vtrum autẽ & initiũ habeat conuer
ſatiõis ad deũ ex eo ꝙ multa ꝓpter Ieſum fue
rat paſſa per viſum: deus ſcit. Tamẽ contine-
tur etiã hoc in ſcripturis quibuſdã nõ publi-
cis.Et vide:qa iuſtũ appellauit Ieſum vxor Pi-
lati:ne forte myſteriũ ſit hæc vxor Pilati eccle
ſię ex gẽtibus.Quę aliquãdo quidẽ regebatur
a Pilato: nũc autem iam nõ eſt ſub eo ꝓpter fi
dem ſuam in Chriſto.Principes autẽ ſacerdo-
G tum & ſeniores perſuaſerunt populo vt pete-
rent Barabbã:Ieſum vero perderent.Reſpon-
dens autem pręſes dixit illis. Quem vultis de
duobus dimittã vobis?At illi dixerunt:barab
bam.Et eſt videre vſq; nũc quomodo populus
iudęorum a ſenioribꝰ ſuis:& iudaicę culturæ
doctoribus ſuadetur:& excitatur aduerſus Ie
ſum vt perdant eũ:quantum ad ſe:& habeant
barabbam ſolutũ.Credũt eñ turbæ principi-
bus & ſacerdotibus ſuis. Plerũq; & pręſes qui
dem dicit ad populum. Quẽ vultis ex duobꝰ
dimittam vobis?Turbę autem:quaſi verę tur
bę:& multę quę ſpacioſam & ꝑducentem ad
perditionẽ ambulant viam : petierũt barabbã
ſolui:volẽtes eum ſibi habere ſolutũ.Dicit eis H
Pilatus.Quid ergo faciam de Ieſu qui dicitur
Chriſtus?Dicunt omnes.Crucifigatur:& cę-
tera. Volẽs eis pudorẽ tantę iniquitatis incu-
tere Pilatꝰ dicit eis. Quid ergo faciã de Ieſu q
dicitur Chriſtus?Non ſolũ autẽ:ſed & menſu
ram colligere volens impietatis eorum.Illi au
tem nec hoc erubeſcẽtes ꝙ Pilatꝰ Ieſum Chri
ſtum eſſe cõfitebatur: nec modum impietatis
ſeruantes:dixerunt omnes crucifigatur. Et ſi
quidem Barabbã petiſſent dimittere:nõ autẽ
econtra & Chriſtũ poſtulaſſent ad crucem:vt
puta Barabbã quidẽ petiſſent abſolui:hũc au-
tem nõ petiſſent crucifigi: ſed in poteſtate di-
miſiſſent Pilati vt faceret de eo quod vellet:ad
huc magnæ eſſet impietatis ꝙ relicto iuſto ho
micidã petiſſent.Nũc aũt multiplicauerũt im
pietatis ſuę mẽſurã: non ſolũ homicidã poſtu
lãtes ad vitam: ſed etiã iuſtum ad mortem:&
ad mortẽ turpiſſimã crucis. Adhuc autẽ per-
manens in eo ipſo ꝙ confundere eos volebat:
vt vel confuſi ad electionem iuſti venirẽt: etſi
non ex iudicio cordis:dicit eis.Quid eñ male I
fecit?Contra hoc nihil habentes qđ reſponde-
rent:amplius clamauerunt:nõ deponẽtes:ſed
augentes iram:animoſitatẽ: blaſphemiã:& di
xerunt.Crucifigatur. Pilatus autem vidẽs ꝙ
nihil proficeret:iudaico vſus eſt more: volens
eos de Chriſti innocẽtia non ſolum verbis:ſed
etiã ipſo facto placare:ſi voluerint: ſi autẽ no-
luerint / condẽnare:faciẽs nõ ſecũdum aliquã
conſuetudinem romanorũ. Accepit eñ aquã
in conſpectu oĩm: & lauans manus ſuas dixit.
Innocens ego ſum a ſanguine huius: vos vide K
ritis.Et ipſe quidẽ ſe lauit: illi autẽ non ſolum
ſe mundare noluerunt a ſanguine Chriſti:ſed
etiã ſuper ſe ſuſceperũt dicentes.Sanguis eius
ſuper nos:& ſup filios noſtros.Propter hoc rei
facti ſunt nõ ſolũ in ſanguine ꝓphetarum:ſed
implentes mẽſuram patrũ ſuorũ facti ſunt rei
in ſanguine Chriſti:vt audiant deũ ſibi dicen
tem: Cũ expãderitis manꝰ veſtras ad me auer
tam oculos meos a vobis:manꝰ eñ veſtrę ſan-
guine plenæ ſunt.Propterea ſanguis Ieſu non
ſolũ ſuper eos factus eſt qui tunc fuerũt:verũ-
etiam ſuper oẽs generationes iudęorũ poſt ſe-
quẽtes vſq; ad cõſummationẽ.Propterea vſq;
nunc domꝰ eorũ derelicta eſt eis deſerta?Pila- L
tus autẽ oblitus verborũ ſuorum bonorũ:qui
bus cœperat defendere innocẽtiã Chriſti: de-

clinans ad malum:non ſolum tradidit Ieſum:
ſed etiā flagellis cęſum tradidit: vt crucifige=
rent eum.Tunc milites præſidis ſuſceperunt
Ieſum in prętorium:& cōgregauerūt ad eū to
tam cohortem: & induerūt eum chlamydem
coccineā:& purpurā circūdederūt ei:& coro=
nam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius: &
arūdinem in dextera eius:& adgeniculātes ſe
deludebāt eum dicētes.Aue rex Iudæorū.Ve
riſimile eſt:vt in primordiis tunc nouiter ere=
cti imperatoris:milites nondū diſciplinæ ordi
nem conſeruantes decentē:extra conſuetudi=
nem diſciplinæ quæ nunc eſt:facerent in ſalua
torē: quando accipientes eū in prętorium con
gregauerunt totam cohortē: & fecerunt quæ
feciſſe dicūtur:luſum ſibi Ieſum faciētes: pro=
pter quod nominatus fuerat rex Iudæorum.
Ego autē puto milites hoc feciſſe:operantibus
in ſe inuiſibilibus regibus:& principibus ſęcu
li huius:qui aſtiterunt & conuenerunt invnū
aduerſus dominū:& aduerſus Chriſtum ei⁹:
vt videatur illa deluſio eorum potius fuiſſe q̄
hominū.Eorū autē qui non cognouerūt in il=
la diſpēſatione ſapientiam dei:ſi eñ cognouiſ
ſent nūq̄ dominum maieſtatis crucifixiſſent.
Ergo cohors illa myſteriū erat militiæ alicu=
ius malignę.Et expoliauerunt eum veſtimēta
A eius quæ deſurſum habebat tunicam incōſu=
tilem & ſtolam:hæc enim veſtimēta eius talia
deſcribit Ioannes:& induerūt eū deludētes ꝓ=
pter nomē eius regale: coccineam chlamydē:
non intelligentes qđ agunt. Illa autē coccinea
chlamys myſteriū erat coccinei ſigni: qđ ſcri=
ptum eſt in Ieſu naue: qđ ad ſalutē ſuā habuit
illa Raab: & in geneſi qđ factū eſt in vno filio=
rum Thamar ad manū naſcētis:vt coccum al
ligaretur in ſigno futurę paſſionis Chriſti.Er
go & nūc ſuſcipiēs dñs coccineā chlamydē in
ſe ſanguinē mundi ſuſcepit:& in ſpinea illa co
rona:ſuſcepit ſpinas peccatorum noſtrorū in=
textas in capite ſuo.Et de chlamyde ſcriptum
eſt:quoniam denuo ſpoliauerūt eum chlamy=
dē coccineam:de corona autē ſpinea nihil tale
euāgeliſtæ ſcripſerūt:ꝓpterea ꝙ & nos quære
re voluerunt exitum rei de corona ſpinea ſe=
mel impoſita:& nunq̄ detracta. Ego igitur ar
bitror quoniā ſpinea illa corona cōſumpta eſt
a capite Ieſu:vt iā non ſint ſpinę noſtrę anti=
quę poſtq̄ ſemel eas a nobis abſtulit Ieſus ſup
venerabile caput ſuū.Si aūt & de calamo quē
poſuerūt in dextera eius:aliquid dicere cōue=
B nit:huiuſmodi dicimus rationē. Calamus er=
go ille myſteriū fuit ſceptri vani:& fragilis ſu
per quē incūbebamus oēs priuſq̄ crederemus
ſceptrū maligni. Confidebamus eñ in virga
calamina ægypti/vel babylonis/vel cuiuſcūq̄
regni cōtrarii cōtra regnū dei:& accepit cala=
mū illum: & virgam fragilis regni de manib⁹
noſtris:vt triumphet eum: & conterat ī ligno
crucis:& pro calamo illo priori ſup quē prius
recūbebamus:dedit nobis ſceptrum regni cœ
leſtis:& virgā de qua ſcriptū eſt:Virga æqui=
tatis:virga regni tui:vel virgā quæ corripiat
eos qui opus habent correptione.de qua dicit
apoſtolus:Quid vultis ī virga veniam ad vos?
Dedit nobis & baculū vt celebremus paſcha:
ſecundum ꝙ ſcriptū eſt:baculi veſtri in mani=
bus veſtris ſint:vt celebremus paſcha: deponē
tes virgam calami eam quā habebamus priuſ
q̄ celebrarem⁹ domini paſcha.Percutiunt au=
tē cū hoc fragili: & vano calamo caput Ieſu
venerabile:quoniā & ſemp regnū illud cōtra=
rium cōuitiat & verberat deū patrē caput do
mini ſaluatoris.Et in his oībus vnigenita vir C
tus nocita nō eſt:ſicut nec paſſa eſt aliqđ:facta
pro nobis maledictū:cū naturaliter benedictio
eſſet:ſed cū benedictio eēt cōſumpſit:& ſoluit:
et diſſipauit omnē maledictionem humanam.
Exeuntes autē inuenerūt hoīem cireneū:noīe
Simonē:hunc angariauerūt: vt tolleret crucē
eius.Sicut eñ ſecundum tres euāgeliſtas tēta
tur a diabolo Ieſus:ſecūdū Ioannē autē qui ſpi
ritalis naturæ eius fecit ſermonem:non tenta
tur:nec enim tētatur veritas:& vita:& reſur=
rectio:& lumen verum:ſed tentabatur ſecun=
dum hominē quē ſuſceperat vnigenitus deus
ſic ſecūdum Ioannē quidē ſaluator imponēti
bus eis qui ſuſceperunt eū:crucē ſuam portās
egreſſus eſt in locū q̄ dicit caluarię locus: ſecū
dū reliquos autē ſibi eam nō portat.Exeuntes
eñ qui ducebant eum ad crucifigēdum: inue
nerunt quēdam cireneum noīe Simonē quem
angariauerūt:vt acciperet crucē Chriſti.Non
autē ſolū ſaluatorē conueniebat accipere cru=
cē ſuam:ſed & nos cōueniebat portare eam:ſa
lutarē nobis angariā adiplētes.Nec iterū au=
tē ſic prodificādi fueramus crucē eius accipiē
tes: quantū modo prodificamur a cruce eius:
cū & ipſe ſibi accipiat eā & portet. Quæres ſi D
ſecundū textum vtrūq̄ eſt factum:& nō diſſo
nāt ſibi euangeliſtæ ab inuicē: & quid eorum
prius eſt factū:vtrū eñ qui ſuſceperunt Ieſum
ad crucifigēdum:& īponētes ei crucē: vt por=
tās eam exeat in locū caluarię: hoc primū fece
runt:anteq̄ angariarēt Simonē cireneum:aut
egreſſi quidē angariauerunt Simonē.Facti au
tē ad locū in quo eum fuerāt ſuſpēſuri:poſue=
runt crucē ei ipſi:& ipſe eam portaret. Et qui
poteſt diſcutere quęrat diſcutiēs in vtroq̄: vt
inueniat:vtrum finē portandę crucis accepit:

aut magis cyreneus Simon: non fortuitu an-
gariatus: ſed ſecundum aliquam de eo pręſci-
entiam dei: ſecūdum diſpoſitionē dei ductus
ad hoc: vt euangelica ſcriptura dignus inue-
niretur: & miniſterio crucis Chriſti: ī qua mū-
E dus crucifigitur ſanctis: & ſancti mūdo. Qui-
dā autē & moraliter exponere voluerunt hūc
ipſum Simonē cyreneum: ex eo ꝙ de pentapo-
li eſſet cyrenes ſecundum Libyam: accipientes
occaſionem de ſenſibus quinq; vt dicāt: quaſi
quinq; ſenſus portauerūt diſpenſationis illius
crucē. Simon autē interpretatur obedientia.
Cui autē magis conueniebat: vt crucē Chriſti
portaret niſi obediētiæ: aut ſicut ſecūdus Lyæ
filius vocatur Simeon? Dupliciter enī apud
græcos nominatur: & patriarcha: & Petrus: ſe-
cūdum ꝓprietatē hebraici ſermonis: vt conue-
niat ei qui ita vocatur: vt & Simon dicatur: &
Symeon: quoniā iiſdē literis ſcribūt hebræi &
Symeonis nomen: & Simonis. Locus autē Cal-
uarię dicitur nō qualēcunq; diſpenſationē ha-
bere: vt illic q pro hominibꝰ moriturus fuerat
moreretur. Venit enī ad me traditio quędam
F talis. Qꝫ corpus Adæ primi hominis ibi ſepul-
tum eſt vbi crucifixus eſt Chriſtus: vt ſicut in
Adam oēs moriūtꝛ: ſic in Chriſto oēs viuificē-
tur: vt in loco illo qui dicitur Caluarię locus:
id eſt locus capitis: caput humani generis re-
ſurrectionē inueniat cū populo vniuerſo per
reſurrectionē dn̄i ſaluatoris qui ibi paſſus eſt:
et reſurrexit. Inconueniēs enī erat: vt cū mul-
ti ex eo nati remiſſionē acciperēt peccatorum:
et beneficium reſurrectionis cōſequerētur: nō
magis ipſe pater oīm hoīm huiuſmodi gratiā
conſequeretꝛ. Et dederunt ei acetū bibere felle
mixtum. Et cum guſtaſſet noluit bibere. Suffi-
ciebat enī nobis: vt tātum guſtaret pro nobis
ſicut mortem tridui tēporis nō longiorem ſic
G et acetū felle permixtum. Aliud autē vinū nō
mixtū cū felle: nec cū alio aliquo cōtrario acce-
cepit: & bibit: & gratias agens diſcipulis dedit
et promiſit ſe bibiturū nouum ipſum ī regno
dei. Poſtq̄ autē crucifixerūt eū: diuiſerunt ſibi
veſtimēta eius ſortē mittētes & ſedētes ſerua-
bāt eū. Et ſunt vſq; nunc qui ipſum quidē nō
habentes: veſtimenta autem verba in ſcriptu-
ris poſita habēt: nec ipſa ad plenū: ſed ex parte
nihilominus hoc ipſum ꝓpheta dicēte myſte-
rium qđ nunc eſt impletū. Vtrū autem cōſciſ-
ſum eſt aliquod veſtimētorū eius in illa parti-
tione: aut manſit vnūquodq; eorū integrum
ſicut fuit: & qualia illa veſtimēta fuerūt nō le-
gimus apud tres euāgeliſtas: apud Ioannē au-
H tem didicimus ꝙ milites poſtq̄ crucifixerunt
Chriſtū: acceperūt veſtimēta eius: & fecerunt
quatuor partes: vnicuiq; militi partē. Tunicā
autē q̄m erat non cōſutilis: ſed a ſurſum texti-
lis per totū: dixerūt ad inuicē: nō cōſcindamus
eā: ſed ſortiamur de ea. Non ergo oēs accepe-
runt eā: ſed qui ſortitus eſt. Diſputās autē ali-
quis de differētia eorū qui veſtimenta dn̄i ha-
bent: inueniet ſine dubio qui in dogmatibus
ſuis: etſi non habēt ipſum: tunicā tamē deſur-
ſum textilem per totum habent. Alii autē nec
ipſam: ſed aliquā particulam veſtimēti eiꝰ. Et
hoc cōſydera: ꝙ ſecundū Matthęum quidē Ie-
ſus accipiēs acetū cū felle permixtū: guſtauit:
et noluit bibere. Secundū Marcū aūt cū dareꝛ
et myrrhatū vinū: nō accepit. Et ſedētes ſerua- I
bant eū ibi: & milites quidē ſeruabant corpus:
ſubmiſſi a principibus ſacerdotū: quaſi furan-
dū a diſcipulis eius ſi nō ſeruaretur. Diſpenſa-
tio autē reſuſcitauit eum: & teſtes reſurrectio-
nis eius eſſe fecit non duos tantū: aut tres: ſed
multo plures. Viſus eſt enī cephæ: poſtea illis
vndecim: deinde apparuit amplius q̄ quingē-
tis fratribus. Nouiſſime aūt oīm Paulo. Et nō
erat modicū ſignū reſurrectionis eius: ꝙ a tan-
tis eſt viſus: his qui ſuſceperūt periculū: vt prę-
dicēt eū viuentē in populis: qui petierant eum
ad crucē. Et nunc noui principes ſacerdotū: vi-
delicet filii principū illorū: verbū veritatis po-
ſitū in ſcripturis crucifigunt falſis expoſitio-
nibus ſuis: & occidunt mēdaciis: verbū aūt ve-
ritatis: quia apud illos quidē occidiꝛ: viuit au-
tē in ſua natura: ſemper inuenit: & elegit ſibi
vaſa in quibus reſurgat: & viuat: & adhuc cō-
fundat ſuos interfector: multis teſtimoniis vi-
uere demonſtratū. Et impoſuerūt ſuper caput K
eius cauſam eius ſcriptam: hic eſt Ieſus rex Iu-
dæorū. Siue occaſione: ſiue veritate: Chriſtus
rex pronūtiatur: & oīs litera regnū eius teſta-
tur: ſiue grecorū: ſiue romanoꝝ: ſiue hebraico-
rū. Et pro corona ſup caput eiꝰ ſcriptū: hic eſt
Ieſus rex Iudæorū. Et cū nulla inueniaꝛ cauſa
alia mortis eiꝰ: nec.n. erat: hęc habeat ſola: rex
fuit Iudæorū: de qua & locutus eſt dicēs. Ego
autē cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mon-
tē ſanctum eius. Et princeps quidē ſacerdotū
ſecundū literā legis portabat ī capite ſuo for-
mam ſigni: & ſanctificationē dn̄i ſcriptā in me-
tallo: verus autē princeps ſacerdotū: & rex Ie-
ſus: in cruce quidē habet ſcriptū: hic eſt rex Iu-
dæorū: Aſcēdēs autē ad patrē & ſuſcipiens pa-
trē in ſe pro literis: & pro noīe habet qui noīa-
tur: & habet eū coronā: & dignus eo effectus:
et domus dei patris digna effectus: ſolus ſuffi-
cienter patrē capere pōt. Tūc crucifixerūt cū L
eo duos latrones: vnū a dextris: & vnum a ſini-
ſtris. Crucifixus inter latrones dn̄s ſicut ipſi la-

trones impleuit prophetiam dicẽtem de ſe: & cum iniquis deputatus eſt. Et eſt videre diſcipulos eius teſtimoniũ dantes culturæ dei quę per eum eſt introducta: cum iniquis reputari: et cum eis crucifigi: aut paſſiones reliquas ſuſtinere: ſicut & illi. Mũdus em̃ & ſpiritus qui in eo eſt ſummos ſemper perſequitur viros: & punit malitiæ quidem ſummos propter vtilitatem multorum: ſummos autẽ virtutis: quoniam nõ eſt dignus mũdus iſte eis qui nõ conſyderant quę videntur: ſed quæ non videntur: et cõtemnunt eum: ſicut & olim ſancti ambulantes in melotis: & in pellibus: & in ſpeluncis et in foueis terræ: quorũ non erat dignus mũdus.
A Tranſeuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua: & dicentes. Vah: qui deſtruebas templum: & in triduo reædificabas. Libera teipſum. Si filius dei es: deſcẽde de cruce. Similiter & principes ſacerdotum deludentes eum: cum ſcribis: & ſeniorib⁹: & phariſſæis dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt saluũ facere? Si ipſe eſt rex Iſrael: deſcẽdat nũc de cruce: & credimus illi. Confidit in deum: li
B berabit nunc eum ſi vult: dixit enim: quia filius dei ſum. Nemo ſtans Ieſum blaſphemat: neq̃ recte incedens. Tranſeuntes enim blaſphemabant eum: & ſicut in græco habet prætereuntes: qui etiam macerie vineæ diſſoluta a deo: vindemiant eos qui remãſerunt. Scriptũ eſt em̃: vt quid poſuiſti maceriem eius: & vindemiant eam omnes qui prætereũt viam. Q̃diu ergo quis non præteriuit viam: neq̃ declinauit a via: aut ſtans dicere poteſt deo: ſtatuiſti ſupra petram pedes meos: & nõ blaſphemat Ieſum. Si autem ceciderit: aut pręterierit: vel trãſierit: vel declinauerit: tũc eũ blaſphemat. Sicut adhuc qui in mala opera ceciderunt: & ſicut qui dereliquerunt terminos æternos: & viam eccleſiæ cœleſtis: & fluctuantur: & circũferũtur ab omni vento doctrinæ in fallacia ho
C minum: in aſtutia: ad remedium erroris. Omnes enim hæreſes prętereuntes: & declinantes eſſe: ſi quis dixerit: non peccabit: propterea q̃ et ipſi inter prætereuntes habẽtur: & blaſphemant Ieſum non habentes caput firmum: ſed mouẽtes ipſum ſurſum & deorſum: quoniam non ſunt prudentes: nec habẽt oculos ſuos in capite ſuo: in quo habere debuerant: eccleſiaſte dicente. Sapientis oculi in capite eius ſunt. Prętereuntium ergo & declinãtium opus eſt Ieſum blaſphemare filiũ dei: quæ nemo in ſpi
D ritu loquens dicit anathema Ieſu. Diuerſi autem blaſphemantium ſermones habẽtur: quorum vnũ eſt blaſphemũ: qđ dicitur ab eis qui non intelligunt: nec audiunt quæ dicuntur: nec de quibus affirmant. Ieſus enim dixit. Soluite templum hoc: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Prętereuntes autem quaſi falſi teſtes cõtra Ieſum dicebant qđ non erat dictum de eo appetentes eum. Vah qui deſtruit tẽplum dei et in triduo reędificat illud. Non em̃ ipſe deſtruit tẽplum: ſed qđ alii deſtruunt ipſe ędificat. Siue tẽplum propriũ corporis: qđ a Iudęis fuerat traditũ morti: ſiue tẽplum teſtiũ ſuorũ et oĩm qui nõ habuerũt verbũ dei ĩ ſe: & ex inſidiis impiorũ ꝓpter pietatẽ mortui ſunt. Venit em̃ hora: quãdo oẽs qui ĩ monumẽtis ſunt audient vocẽ filii dei: & reſurgẽt. Et nõ ſolum in eo qđ dicebant qui deſtruit templum: mentiti ſunt: ſed etiam illud qđ dixerunt: & ego in triduo reędificabo ipm̃. Nec em̃ dixit reędificaturum ſe tẽplum: ſed reſuſcitaturũ. Sermo em̃ ędificationis non oſtẽdit ſubitaneũ opus: ſuſcitationis autẽ oſtẽdit. Et qui quidem deri E
debant: dicebant: ſalua teipſum. Ipſe autẽ accipiẽs virtutem a patre: & hoc fecit: & amplius. Cunctis em̃ capiẽtibus verbũ ſuũ: ſalutẽ ſuam oſtendit. Et illi quidẽ deridẽtes dicebant. Si filius dei es: deſcende de cruce. Ipſe autẽ filium dei ſe deridẽtibus quidẽ non oſtendebat: oſtẽdit autẽ credẽtibus ſibi. Poſtq̃ diſpenſauit quę oportebat eũ diſpenſare: in tribus illis diebus: poſtq̃ deſcendens ad inferos mortificatus corpore: viuificatus autẽ in ſpiritu: ſpiritib⁹ qui erant in carcere prędicauit: qđ nõ crediderãt aliquãdo quãdo expectabat̃ patientia dei ĩ diebus Noe: cũ fabricaretur archa in qua pauci: id eſt octo animę: ſunt ſaluati per aquã. Et non eſt derelictus illic: ſicut ipe dicebat: Quoniam non derelinques animã meã in inferno. Oportebat aũt eũ & aſcẽdere ad propriũ patrem & deũ: vt aſcendẽs in altũ captiuet captiuitatẽ: et accipiat dona in hoĩes: & poſt hæc oſtendat ſe fortiorem morte: dicens ad eã. Vbi eſt mors aculeus tuus? Similiter aũt cæteris ꝑtereuntibus: & blaſphemãtibus eũ: principes quoq̃ ſacerdotũ: & ſcribę ꝑtereuntes: & ipſi dicebãt ad eũ victi virtutibus ante geſtis ab eo. Alios ſal F
uos fecit: ſeipm̃ ſaluum facere nõ poteſt. Videlicet nõ credẽtes: quoniã qui alios ſaluare potuit: multo amplius poterat & ſeipſum ſaluare: & promittebãt ſe credituros in eũ: quaſi in regẽ Iſrael: ſi deſcẽdẽs a cruce: videret̃ ab eis. Ipſe autẽ nõ curabat ĩdignũ aliquid agere propter deriſionis iniuriã: & facere qđ dicebatur ab eis extra rationẽ & ordinẽ. Id ipſum autẽ & latrones qui crucifixi erãt cum eo: improperabant ei. Et apud Ioannẽ ſicut potuimus expoſuimus de duobus latronibus qui fuerũt crucifixi cũ Chriſto: qui ſecundũ Matthęum qui

dem & Marcum improperauerunt ei ambo in cruce. Secundum Lucã autem dicentem quoniam vnus de pendentibus latronibus blaſphemabat dicens. Si tu es Chriſtus: ſalua teipſum et nos. Reſpondẽs autẽ alter increpabat eũ dicẽs. Non times tu deũ ꝙ in eadẽ dãnatione es? Et nos quidẽ iuſte: nam condigna factis recipimus: iſte autẽ nihil mali fecit. Et dicebat ad Ieſum. Memẽto mei cũ veneris in regnũ tuum.
F Reſpondẽs autẽ Ieſus dixit ad eũ: qui increpauerat blaſphemantẽ. Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. Conueniẽs ergo eſt: vt ĩ primis quidẽ ambo latrones intelligãtur dominũ blaſphemaſſe: poſt hoc autẽ vnũ ex eis conuerſum eſſe: & crediſſe tractantẽ apud ſeipſum his miraculis q̃ audiebat facta ab eo: forſitan autẽ & vidẽs cõuerſionẽ aeris: & tenebras fieri inſuetas: & non ſicut fieri frequẽter ſolebãt. Aut ne forte ſicut & illic diximꝰ: alii ſunt hi duo latrones: qui ambo blaſphemauerunt. Sed ille latro qui ſaluatus eſt poteſt eſſe myſteriũ eorũ qui poſt multas iniquitates crediderũt in Chriſtũ: & dixerũt Chriſto: cõfixi ſumꝰ et cõfigurati in morte Chriſti: & ſemper dicũt filio dei. Memor eſto noſtri cũ veneris ĩ regnũ
G tuũ: & ideo in paradiſo ſunt cum ipſo. A ſexta autẽ hora tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terrã vſq; ad horã nonã. Ad hunc textũ quidã calũniantur euangelicam veritatem dicẽtes. Quomodo ſecũdum textũ poteſt eſſe verũ: qđ dicitur: quia factę ſunt tenebrę ſup oẽm terrã a ſexta hora vſq; ad nonã: qđ factũ nulla refert hiſtoria? & dicunt. Quia ſicut ſolet fieri in ſolis defectione: ſic facta eſt tũc defectio ſolis. Defectio autem ſolis a ſæculo ſemp fuit in ſuo tẽpore facta. Sed defectio ſolis quæ ſecundũ conſuetudinem tẽporum ita currentium fieri ſolet: non in alio tẽpore fit: niſi in conuentu ſolis et lunę: quãdo luna ſubtus currens ſolis impedit radios occurrens ei: & occurſu ſuo lumen eius obtundit. In tẽpore autem quo paſſus eſt Chriſtus: manifeſtũ eſt quoniam conuẽtus nõ erat lunę ad ſolẽ: quoniam tẽpus erat paſchale: qđ conſuetudinis eſt agere: quando luna ſolis plenitudinẽ habet: & in tota eſt nocte. Quomodo ergo poterat fieri defectio ſolis cum luna eſſet plena: & plenitudinem ſolis haberet?
H Quidam autẽ credentiũ volẽtes defenſionem aliquã introducere contra hæc: anguſtiati ſermonibus profitentium talia: ita dixerunt. Si nullum prodigium nouum factũ fuiſſet in tẽpore paſſionis Chriſti: ſed omnia ſecundũ conſuetudinẽ: crederetur ſecundum conſuetudinem facta fuiſſe illa defectio ſolis. Nũc autem cũ conſtet cętera prodigia quę tunc facta ſunt non ſecundũ cõſuetudinẽ facta fuiſſe: ſed noua & mirãda. Nam & velum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes: a ſurſum vſq; deorſum: & terra cõtremuit: & petræ diruptę ſunt: & monumenta aperta ſunt: & mlta corpora dormientiũ ſanctorũ reſurrexerũt. Manifeſtũ eſt: quoniã & illa defectio ſolis cõſequẽter ſecundũ cętera prodigia: noua cõtra conſuetudinẽ facta eſt. Itẽ aduerſus hæc filii ſęculi huius: qui prudentiores ſunt filiis lucis in ſua generatione: talia dicũt. Pone quia extra cõſuetudinẽ facta eſt illa defectio ſolis in tpe nõ antiquo ſub principatu Romanorum: ita vt tenebræ fierent ſuper omnẽ terram vſq; ad horam nonã: quomodo hoc factũ tam mirabile: nemo græcorũ: nemo barbarorũ: factum conſcripſit in tẽpore illo: maxime qui chronica cõſcripſerũt: & notauerũt ſicubi tale aliquid nouũ factũ eſt aliquãdo: ſed ſoli hoc ſcripſerunt veſtri authores: & Phlegon quidẽ in chronicis ſuis ſcripſit: ĩ principatu Tyberii Cęſaris factũ: ſed nõ ſignificauit in luna plena hoc factũ? Vide ergo niſi fortis eſt obiectio hęc: & potẽs mouere omnẽ ho- I minẽ ſapiẽtem: qui nec illis dicẽtibus: nec iſtis ſcribẽtibus cõſentit: ſed oĩa cũ ratione: & iudicio audit. Et nõ eſt quidẽ durũ: & vnuſquiſq; fideliũ qui credit quidẽ: nõ tamẽ cũ ratione: & cũ iudicio credit: vt ita ſit cõſtans ĩ fide: vt etſi mille crimina obiiciant cõtra euãgelicã fidẽ volentes deſtruere fidẽ noſtrã: vt in nulla parte eorũ cõmoueat ſermonibꝰ: qui fingentes ſe credere ſcripturis euãgelicis ꝑ occaſionẽ vniꝰ aut alterius queſtionis: aut difficilis: aut forte et ĩdiſſolubilis: aduerſantes ſcripturis feſtinãt fidẽ Chriſti: & euangeliorũ eius tollere de anima noſtra: introducentes quaſdam mirabiles res: & mirabilia dei virtute cõſummata ad ſæculares quaſdã cõſuetudines transferre volentes. Iudicaui igit̃ bonũ: vt accipiẽs bonum propoſitũ eorũ qui in fide cõſtãtes eſſe deſyderãt ſolutiones criminationũ eorũ inquantũ mihi ex deo eſt virtus inueniã pro euangelica veritate: vt fideles nõ ſolum fide ſimplici: ſed etiã ratione fidei muniantur in fide. Dicimus ergo ꝙ Mattheus & Marcus non dixerunt defectionẽ ſolis tunc factam fuiſſe: ſed neq; Lucas: ſecundum plęraq; exemplaria habentia ſic. Et erat hora fere ſexta: & tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram vſq; ad horam nonam: & obſcuratus eſt ſol. In quibuſdam autem exemplaribus nõ habetur: tenebræ factæ ſunt: & obſcuratus eſt ſol: ſed ita: tenebræ factæ ſunt ſuper oẽm terram: ſole deficiente. Et forſitan auſus eſt aliquis quaſi manifeſtius aliquid dicere volens: pro: & obſcuratus eſt ſol: ponere: defi-

ciente ſole:æſtimans ꝙ nõ aliter potuiſſent fie
ri tenebræ:niſi ſole deficiente.Puto autem ma
gis ꝙ inſidiatores eccleſiæ Chriſti mutauerũt
hoc verbũ:quoniam tenebrę factę ſunt:ſole de
ficiente:vt veriſimiliter euangelia argui poſ=
ſint:ſecũdum adinuẽtiones volentiũ arguere
ea. Arbitror ergo ſicut cætera ſigna quę facta
ſunt in paſſione ipſius/in Hieruſalẽ tantũmo
do facta ſunt:ſic & tenebræ tantũmodo ſuper
omnẽ terrã Iudęam ſunt factę:vſq; ad horã no
nam.Quæ autẽ dico in Hieruſalẽ tantũmodo
hęc facta ſunt:ꝙ velum tẽpli ſciſſum eſt:ꝙ ter
ra contremuit:ꝙ petræ diruptę ſunt:ꝙ monu
mẽta aperta ſunt:nec eñ extra Iudæam petræ
diruptæ ſunt:aut monumẽta aperta ſunt alia
niſi ea tantũ quæ in Hieruſalem erãt:aut for=
te ĩ terra Iudęa. Nec alia terra tremuit tũc ni
ſi terra Hieruſalẽ:nec eñ referẽ alicubi ꝙ om
ne elemẽtum terrę tremuerit in tẽpore illo:vt
ſentirẽt:verbi gratia:& qui in ęthiopia erant:
et in India:& in Scythia:qđ ſi factũ fuiſſet ſine
dubio inueniref in hiſtoriis aliquib⁹ eorũ qui
A in chronicis ſcripſerunt noua aliqua facta. Si=
cut ergo qđ dicitur terra cõtremuit:ſic refer=
tur ad terram Hieruſalem:aut ſi latius volue
rit quis extendere ad terrã Iudęam:ſic & tene
brę factę ſunt ab hora ſexta vſq; ad nonã ſuper
omnẽ terrã:intellige ꝙ ſuper omnẽ terram Iu
dęam ſunt factę:aut certe ſuper Hieruſalẽ tan
tũ.Sic ergo qui intelligit ſine culpa intelligit:
et non magnitudinem miraculi oſtendere vo=
lẽs:incidat in riſum ſapientium ſęculi huius:
et magis infidelitatẽ in hominib⁹ ſapientibus
operetur q̃ fidẽ.Dicit autẽ aliquis contra hęc.
Si nõ ex defectione ſolis factę ſunt tenebrę tũc
ſuper omnẽ terrã Iudæam:& Hieruſalẽ:ſed ex
altera cauſa:oſtende cauſam. Cui talia reſpon
demus.Primũ quidem:ꝙ omnino euangeliſtę
nec nominauerũt ſolem in iſto loco: ſed tantũ
quia tenebræ factę ſunt ſuper omnem terram.
Si ergo tenebræ factę ſunt ſuper omnẽ terram
ſole nõ nominato:ſine dubio cõſequẽs eſt intel
ligere quaſdam tenebroſiſſimas nubes: & for=
te nõ vnam:ſed multas & maiores concurriſ=
ſe ſup terrã Iudęam:& Hieruſalẽ ad cooperiẽ=
dos radios ſolis:& ideo ꝓfundę factę ſunt tene
brę a ſexta hora vſq; ad nonã.Quomodo autẽ
factę ſunt in tali loco diximus:ne forte & tene
brę palpabiles in ægyptũ hoc modo factæ fue=
runt tribus diebus: nõ ex ſolis defectione:ſiue
autem ex eo ꝙ nubes tenebroſę concurrerunt
invnum:ſiue ꝙ aer illic tunc ſpiſſior factus eſt
ſuper ęgyptios tantum.omnibus enim filiis Iſ
rael ſicut teſtatur ſcriptura fuerat lumẽ:ĩ qui
bus fuerant cõmorati.Nã & impoſſibile eſt in

ſolis defectione:quę fit ex concurſione lunę ad
ſolem: tribus diebus continuis fieri tenebras.
Et crederetur aliqua alia tenebrarũ cauſa fuiſ
ſe in ægypto:ſi vel nominatus fuiſſet & ſol:ſi=
ue quaſi obſcuratus in tempore illo:nunc au=
tem ſcriptura exodi nihil aliud dicit:niſi quia
Moyſes extendit manum ſuam in cœlum: &
factę ſunt tenebræ:& caligo & cętera ſuper to
tam terram ægypti tribus diebus: & nemo vi
dit fratrem ſuum: neq; ſurrexit aliquis de le=
cto ſuo tribus diebus.Q; autẽ dico ſuper om= B
nem terram Iudæam:vel Hieruſalem: vt non
omne elemẽtum terræ intelligamus: illud eſt
argumentũ: qđ ſcriptum eſt in tertio libro re
gnorum:vbi Abdias diſpenſator Achab dixit
Heliæ:quid peccaui: quia dediſti ſeruum tuũ
in manus Achab:vt mortificet me? Viuit de⁹
tuus: ſi eſt gens:aut regnum vbi non miſit do
minus meus quærere te:& dixi:nõ eſt: & com
buſſit regnum & regiones eius:quoniam non
inuenit te.Quis enim tam lapideus ſit legens
iſta:vt æſtimet quoniã rex Iſrael Achab in om
nem gentem mundi:& in omne regnum orbis
terræ miſit quærens Heliam:& combuſſit vbi
cũq; dictũ eſt nõ eſt Helias?Sed ſine dubio ex=
aggregatorie dicta ſunt illa: oſtendentia ꝙ ſa=
tis eum quæſiuit in gentibus quæ fuerunt cir
ca Iudæam ſecundum ꝙ potuit requirere.Di
ximus autem etiam in aliis locis: ꝙ cum duæ
creaturæ generales in ſexta die factæ fuiſſent:
primum quidẽ animalia:deinde homo ſecun=
dum dei imaginem factus: conſequens eſt: vt
et dies ille ſextus:tunc diuiſus fuiſſe intelliga
tur in duas ſpecies creaturæ:vt ante ſextã qui
dẽ animalia intelligãtur fuiſſe creata: in ſexta
autem hora dixiſſe dominum:faciamus homi
nem ad imaginem noſtram:& feciſſe eũ tunc.
Propter quod cõueniebat pro ſalute eiuſdem
hominis morientem in ipſa hora ſexta ſuſpen= C
di:ac a ſexta hora propter hoc tenebras fuiſſe
factas ſuper omnem terrã vſq; ad nonam. Et
ſicut Moyſe manus extendente in cœlum fa=
ctæ ſunt tenebrę ſuper ægyptios ſeruos dei te
nẽtes in ſeruitute:imago futurarum tenebra=
rum quæ comprehenſuræ fuerant ægyptios:
ſimiliter & Chriſto in ſexta hora manus exten
dente in cruce ad cœlum ſuper populum qui
clamauerat:tolle de terra hunc: & crucifige:
crucifige eum:factæ ſunt tenebræ: & ab omni
lumine ſunt priuati: & imago fuit tenebrarũ
illa futurarũ quæ cõprehẽſuræ fuerãt gẽtem
Iudęã:quia auſi ſunt lumini vero manus ſuas
inferre. Vnde extũc omnis illa gẽs tenebris eſt
repleta:ſicut dicit propheta. Obſcurẽtur ocu
li eorũ ne videant. Item ſub Moyſe factæ ſunt

tenebrę: & caligo ſuper omnẽ terrã ęgypti: tri
bus diebus. Et nemo vidit fratrẽ ſuũ: neq; ſur
rexit de lecto ſuo aliquis trib⁹ dieb⁹. Oĩbus au
tẽ filiis Iſrael erat lumẽ in oĩbus locis: in qbus
cõmorabãtur. Sub Chriſto autẽ tenebrę factę
ſunt ſuper omnẽ terrã Iudæam trib⁹ horis: lu
mẽ autẽ fuit ſuper oẽm reliquã terrã: qđ vbiq;
illuminat omnẽ eccleſiam dei in Chriſto. Et ſi
vſq; ad nonã horã tenebræ fuerunt ſuper om=
nẽ terrã Iudæam: manifeſtũ eſt quoniam iterũ
lumẽ eis refulſit: quia cũ plenitudo gẽtium in
trauerit: tunc omnis Iſrael ſaluus futurus eſt.
Q; autẽ tribus horis factæ ſunt tenebrę ſuper
D terrã Iudæã: illud oſtẽdit: quoniã ꝓpter pecca
ta ſua priuati ſunt a lumĩe dei patris: & a ſplẽ
dore Chriſti: & ab illuminatione ſpiritusſan=
cti. Circa nonã autẽ horã clamauit Ieſus voce
magna dicẽs. Heli heli lãma azabthani. hoceſt
Deus meus: deus meus vt quid me dereliqui=
ſti? Qui aũt illic ſtantes erãt: & audiẽtes: dice=
bant: quia Heliam vocat iſte. Digne deo requi
rẽdũ eſt quæ fuit illa magna vox Chriſti: vtrũ
magna rebus ſignificãtibus magna myſteria
aut magna ſenſibili & corporali magnę vocis
auditu. Puto autẽ ꝙ oĩs vox Chriſti filii dei
magna eſt: etſi fuerit lenis. Et teſtatur de hoc
ipſo ſcriptura in locis maxime illis: in quibus
vult erigere auditorẽ: vt trãſgrediatur illud
qđ multi intelligere poſſunt in locis: & nõ ma
neat in eo: q̃uis ſecundum ſimplicem intelle=
ctum habeat in eo aliquã veritatẽ: vt intellige
E re poſſit aliqua digne propter magnam domi
ni vocem. Quoniam ergo his verbis oſtendit
aliquid eſſe abſconditum magnum qđ clamat
ad deum dicens: Quare me dereliquiſti? ideo
requirẽdum eſt quid eſt ꝙ a deo derelictus eſt
Chriſtus. Nec enim fas eſt credere eum menti
ri dicentẽ: quare me dereliquiſti? Et quidã co=
lore religionis pro Ieſu: & quia nõ poſſunt ex=
ponere quid ſit Chriſtũ derelinqui a deo: arbi
trant & dicũt. Verũ qdẽ eſt qđ dictũ eſt: tamẽ
per humilitatẽ dictũ eſt. Nos autẽ vidẽtes eũ
qui in forma dei fuerat conſtitutus ab huiuſ=
modi magnitudine deſcendentẽ: & ſemetipm
exinanientẽ per hoc ꝙ formã ſerui ſuſcepit: &
vidẽtes in his voluntatẽ eius qui ad hæc talia
eum miſit: intelligimus: quoniã quãtum ad il
la in qbus fuerat forma dei inuiſibilis: & ima=
go ſecundum patrẽ: derelictus a patre eſt: quã
do ſuſcepit ſerui formã: & derelictus ꝓ homi=
nib⁹: vt talia: & tãta ſuſciperet: & vſq; ad mor
tẽ veniret: & mortẽ crucis: quę inter homines
turpiſſima eſſe videtur. Extremũ eñ dilectio=
nis eius factum eſt quãdo crucifixerunt eum:
et poſuerunt ſuper caput eius quaſi deridẽtes
eum literas dicẽtes. Hic eſt Ieſus rex Iudęorũ.
Extremum autẽ dilectiõis eius erat & illud: ꝙ
inter latrones eſt crucifixus: & ꝙ prætereũtes
blaſphemabãt eum: mouẽtes ſuper eum capi=
ta ſua: & ꝙ principes cũ ſcribis dicebãt. Alios
ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere.
Adhuc autem & illud: ꝙ etiam latrones im=
properabant ei in cruce. Ergo manifeſte intel=
ligere poteris quid ſit qđ dicit: quare me dere
liquiſti: faciens comparationem gloriæ illius
quã habuit apud patrẽ: ad confuſionẽ quã cõ=
tẽnens ſuſtinuit crucẽ. Si eñ ille erat ſicut ſol
in conſpectu dei: & ſicut luna perfecta inæter=
nũ: & erat teſtis eius fidelis in cœlo: poſtea au=
tem & pro quibus dicit: quare me dereliquiſti
ſuperaddit dicens: tu autem repuliſti: & pro
nihilo deduxiſti: & diſtuliſti Chriſtũ tuũ: euer
tiſti teſtamentum ſerui tui: profanaſti in terra
ſanctitatẽ eius: & cętera. Et q̃diu quidem fuit F
ſolis lumen etiam tanta: & talia ſuſtinens: non
dicebat quare me dereliquiſti: poſtq̃ autẽ vidit
ſuper oẽm terram Iudæam vſq; ad horam no=
nã tenebras factas dixit magna voce ſua. Qua
re me dereliquiſti? Illud oſtendere volens per
hæc: quoniam volens dereliquiſti me pater: &
talibus exinanitũ calamitatibus tradidiſti: vt
populus qui fuerat apud te honoratus: reci=
piat quę in me auſus eſt: implens mẽſuram pa
trũ ſuorũ: & quæ ſuper prophetas fecit: vt pri
uetur a lumine tuę proſpectionis: & efficiatur
in tenebris quaſi te deo iam nequaq̃ eis pręſen
te. Sed & pro ſalute gentiũ dereliquiſti me: vt
derelicto Iſrael fieret gentiũ ſalus. Quid autẽ
tam bonum fecerũt qui ex gẽtibus crediderũt
vt pretioſo ſanguine meo ſup terrã effuſo pro
eis: emerem eos a maligno qui tenuerat eos? &
quare faciẽ tuã auertiſti & factus ſum contur
batus: vt dicã triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ?
Aut quid tale dignũ facturi ſunt hoĩes ꝓ qui=
bus patior iſta: vt ꝓ eis ego patior hęc? ſicut &
propheta iã ante de hoc ipſo ꝑdixit: quaſi cla=
mãs ad te: & dicẽs: Quę vtilitas (o pater) homi
nibus facta eſt in ſanguine meo dũ deſcẽdo in
corruptionẽ? Nunquid confitebiť tibi puluis:
aut annuntiabit veritatem tuam? Forſitan au
tẽ & videns peccata hominum pro quibus pa=
tiebatur dicebat. Quare me dereliquiſti: vt fie
rem quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe: & ſi=
cut qui colligit racemos in vindemia: cum nõ
ſit botrio ad manducãdum primitiua. Et hæc
dico: quia periit timoratus a terra: & qui corri
gat inter hoĩes nõ eſt. Vnde nõ ęſtimes huma
no more ſaluatorem iſta dixiſſe propter cala=
mitatem quæ comprehenderat eum in cruce.
Si eñ ita acceperis: nõ eris audiẽs magnã vocẽ

in qua iſta locutus eſt: nec digna voce diuina requires. Ergo tenebræ quidē a ſexta hora factę ſunt ſuper oēm terrā vſq; ad nonā: pri⁹ autē q̄ finiatur nona: clamauit domin⁹ circa eā voce magna dicens quæ ſcripta ſunt: quaſi poſtulans vt oriatur ſol terræ: ſoluens in ea tenebras trium horarū ſecūdum q tradidimus ſupra. Quidam autē illic ſtantes: & audientes dicebant: quia Heliam vocat iſte. Cęteri autē dicebant. Sine videamus ſi venit Helias: & liberet eum. Tanq̄ ſi audiſſent quoniā deū vocat: vtiq; mirati fuiſſent orationē eius ī cruce maiorem q̄ fuit oratio Ionę orantis in vtero ceti: et prodificati fuiſſent: vt etiā in extremis calamitatibus cōſtituti orare nō deſinant deum. Maiorē autē dico orationē Chriſti fuiſſe: q̄ Ionę in vtero ceti: propter magnitudinē rerum quę demonſtrātur ex ea: & ꝑpter magnū affectum voluntarię paſſionis eius. Et cōtinuo accurrens vnus ex eis accepta ſpongia impleuit aceto: & impoſuit arūdini: & dabat ei bibere. Et impleuit prophetiam in ſe dicentem de ſe. Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerūt me aceto. Ideo & ſecundum Ioannē cum accepiſſet Ieſus acetū cum felle: dixit. Cō
B ſummatū eſt: etiam hoc quod de me ſcriptura prędixerat. Iucūde autē quis poteſt vti hoc textu aduerſus eos qui maligna vel ſcripſerūt vel ſcribūt aduerſus Chriſtū: de quibus dicit Eſaias. Vęh qui ſcribunt maligna. Scribentes enim maligna ſcribūt. Dico autem de illis qui conſcriptiones aliquas dimiſerunt: iniquitatē in excelſum loquētes: & vtetur quis hoc textu videns eos ex quibuſdā auditionib⁹ ſiue ethnicorum verborum: ſiue barbaricorum ſermonum congregantes: & facientes narrationem quaſi ſpongiam quandā adimplentes: eam nō de verbo potabili: neq; vino lætificante cor hominis: neq; de aqua refectiōis: ſed de aliquo cōtrario: & nociuo & nō potabili aceto intelligibili: & hanc ſpongiam imponunt calamo ſcripturę ſuę: & quantū ad ſe: lęſiones inferunt Ieſu ex huiuſmodi potu. Et quidā quidē dant Ieſu bibere vinum cum felle ꝑmixtū: quod nō vult bibere Ieſus filius dei: alii autē non vinū: ſed acetum: & forſitan quanticūq; ſecundum doctrinā quidē eccleſiaſticam ſapiunt: viuūt autem male: dant ei vinum bibere felle permixtum: qui autem alienas a veritate ſapientias applicant Chriſto quaſi eo ea dicenti: hi ſpongiam implentes aceto imponūt calamo: & potant eum. Sunt autem qui & acetum: & fel ſicut Ioannes ſcribit: offerūt ori eius: & forſitan qui ſapiūt tantūmodo male: ſpōgiam implēt aceto: & imponūt calamo ſcripturę ſuę: & potāt eum: qui autem & ſapiūt male de diſpenſationibus Chriſti: & viuunt nequiter: hi ſpongiam plenam ex aceto cum felle & iſopo imponētes calamo ſcripturę: offerunt ori eius. Qui autē neq; vinum eius bibere vult propter fellis cōmixtionem: multo magis non bibet acetum: neq; acetum felle permixtum. Propterea nos vinū mundū ab omni acerbitate & amaritudine: vinū qđ lętificat cor hominis: & cor ipſius filii dei: accipientes ex eo ipō ſaluatore noſtro Ieſu: qui eſt vitis vera: potemus eū & diſcipulos eius: vt dicat de nobis bene potantibus eum & diſcipulos ei⁹: ſitii: & dediſtis mihi potum. Accipiamus & aquā refectionis cum qua nutrit iuſtos paſtor bonus: vt qui paſcunť ab eo dicāt ſuper aquā refectionis educauit nos. C
Ieſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum. Quātum ad Matthęum quidem dicētem iterum clamaſſe Ieſum voce magna: et emiſiſſe ſpiritum: nō autē manifeſtantē quę fuerit vox illa magna qua clamauit iterū: erat dicere: quoniam eandem vocem clamauit iterum: quā ſupra clamauerat dicēs. Deus deus meus. Lucas manifeſte ſcribit: quā vocem clamauit cum emitteret ſpiritum dicens. In manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Eſt intelligere & in iſto loco: q vox illa quā iterum clamauit emittens ſpiritum fuit iſta: in manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Si ergo emittere ſpiritum: aut ſicut Ioannes ſcribit tradere ſpiritum idipſum erat qđ eſt mori: ſimpliciter erat intelligendum qđ dicitur in hoc loco: emiſit ſpiritum. Nūc autem cum mortem nihil aliud eſſe definiant ſapientes: niſi ſeparationē animæ a corpore: videam⁹ ne forte aliud eſt ſimpliciter mori: aliud aūt magna voce clamare & emittere ſpiritū: ſicut pręſens exponit Matthęus: aut in manus dei commendare ſpiritum: & dimittere ſpiritum ſecundum qđ dicit Lucas: aut inclinare caput & tradere ſpiritū: ſicut Ioannes exponit. Et mori quidē oīum hominū eſt: etiā malorū: quoniā oīm animę ſeparanť a corpore: etiā iniquorū: qui dicere nō poſſunt q̄ dixit Chriſtus exiēs de corpore ſuo Magnā autē vocē clamare: & ſic emittere ſpiritū: qđ eſt in manus dn̄i cōmēdare ſpiritū: & ſic dimittere ſpiritū: aut inclinare caput & tradere ſpiritū: nō eſt niſi tātū ſanctorū q bonis operib⁹ deſi ſibi ꝑparauerūt ſicut & Chriſt⁹ vt poſſint exeuntes de mūdo fidutialiter ī man⁹ dei cōmēdare: vel tradere ſpiritū ſuum. Si ergo intelleximus: quid eſt magnam vocē clamare: & ſic emittere ſpiritū: id eſt in manus dei cōmendare: ſic eīn expoſuimus ſupra proferentes expoſitionē euāgeliſtæ Lucę: ſi ītellexerim⁹ quid

est inclinare caput: & tradere ſpiritum: feſtine
mus vitam noſtram ſeruare: vt in exitu noſtro
poſſimus & nos magnam vocem clamare: &
ſic emittere ſpiritũ: aut inclinare caput: & tra
dere ſpiritum: ſicut Ieſus qui ĩclinauit caput:
et quaſi ſupra patris gremiũ illud repauſans
exiit: qui poterat illud in ſinu ſuo fouere: & cõ
D fortare. Qꝫ ſi vis audire quid profuit Chriſto
magnam vocem clamaſſe: & ſic emiſiſſe ſpiri
tum: id eſt in manus domini cõmendaſſe ſpiri
tum: & ſic emiſiſſe: aut inclinaſſe caput ſuper
gremium patris: & tradidiſſe ſpiritũ: audi qđ
dicit ꝓpheta. ꝓpter hoc.n. nõ dereliquit aĩam
eius in inferno: nec dedit eũ videre corruptio
nẽ. Si ergo & nos ita nos geſſerimus: vt poſſi
mus commendare ſpiritus noſtros in manus
dei: aut inclinare caput ſuper gremium dei: &
ſic tradere ſpiritũ: ſine dubio neqꝫ noſtras aĩas
derelinquet in inferno: nec dabit nos in corru
ptione in ꝑpetuũ remanere: ſed qui illũ poſt
diem tertium reuocauit ab ĩferis: & nos reuo
cabit in tẽpore opportuno: & qui illi donauit:
vt non videat caro eius corruptionẽ: nobis do
nauit: non quidẽ vt nõ videat caro noſtra cor
ruptionẽ: ſed vt liberetur a corruptione tem
pore opportuno: quoniã ille quidẽ peccatũ nõ
fecit: neqꝫ dolus inuentus eſt in ore eius. Nos
autẽ iuſti erimus: ſi vel aliquãdo a peccatis re
ceſſerimus. Deinde autẽ quoniam iterum vo
ce magna clamans: & dicens: pater in manus
tuas cõmendo ſpiritum meum: emiſit ſpiritũ
ideo eo ſpiritũ emittẽte ſigna facta ſunt ſuper
eum: & prodigia teſtificantia dignitatem eius
hoc modo. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in
duas partes a ſummo vſqꝫ deorſum. Qꝫdiu q
dem Ieſus non ſuſceperat pro hominibus mor
tẽ: ipſe expectatio gẽtium conſtitutus: velum
tẽpli interiora templi velabat: oportebat enim
ea velari: donec ille qui ſolus ea poterat reuela
re: manifeſta faceret: ea videre volẽtib⁹: vt per
mortẽ Chriſti Ieſu deſtruẽtis credẽtium mor
tẽ: qui liberati fuerint a morte: poſſint aſpice
re quæ ſunt intra velum. Quę autẽ fuerint il
la non eſt tẽporis huius exponere: quoniã mul
tam: & difficilem interpretationẽ ſunt haben
tia. Conuenit autẽ ea exponere in tertio libro
regnorum: & in ſecundo libro paralipomenõ:
in quibus ſcriptum eſt de tẽplo: & de his quæ
poſita ſunt intra velum: hic autem hoc tantũ
ſcriptum eſt: quia velum templi cõſciſſum eſt
E in duas partes: a ſurſum vſqꝫ deorſum. Quæ
ret autem aliquis qui non negligenter intelli
git ſcripturas: & aſpicit duo eſſe vela: vnum
quidem interius qđ velat ſancta ſanctorum: al
terum autem exterius ſiue tabernaculi: ſiue
templi: quę figurę erãt tabernaculi ſancti: qđ
pręparauit ab initio pater. Quorum velorum
templi vnum ſciſſum eſt ĩ duas partes: a ſum
mo vſqꝫ deorſum: quãdo voce magna clamãs
Ieſus emiſit ſpiritum. Hoc oſtendens ſicut pu
to myſterium: quoniam ĩ paſſione domini ſal
uatoris velum qđ erat a foris conſciſſum eſt a
ſummo vſqꝫ deorſum: vt ab initio mundi vſqꝫ
ad deorſum: id eſt vſqꝫ ad finem eius: conſciſſo
velamine myſteria publicentur: quæ vſqꝫ ad
Chriſti aduentum rationabiliter fuerant oc
culta. Et niſi ex parte cognoſceremus: ſed iam
nunc manifeſtarentur omnia: adhuc in corpo
re cõſtitutis dilectis Chriſti diſcipulis: vtrũqꝫ
velum fuerat cõſcindendũ: id eſt qđ a foris eſt
et interius. Nunc autem qnoniam ad ſcientiã
rerum nouarum producimur: ideo qđ a foris
quidem fuerat velum: interim conſcinditur a
ſurſum vſqꝫ deorſum: vt quãdo venerit quod
perfectum eſt: & reuelata fuerint cætera quæ
reſtabant: tunc auferatur etiam ſecundũ velũ
vt videamus etiã quæ ĩtra ſecundũ velũ ſunt
occultata: verã archã teſtamẽti: & ſicut ipſa ſe
habet natura: videamus cherubin: & propitia
toriũ verũ: & repoſitionẽ mannæ in aureo va
ſe: & oĩa manifeſta atqꝫ maiora illis: quę per le
gẽ Moyſi fuerãt demonſtrata: in quibus dixit
deus ad eũ: Facias omnia ſecũdũ formã eorũ:
quæ tibi oſtenſa ſunt in monte. Nihil ergo eſt
mirum ꝙ velum templi conſciſſum eſt: quod
interiora velabat myſteria: vt videant diſcipu
li Chriſti accipientes oculos ſpiritales: ea quæ
nulli ante Ieſum fuerãt demõſtrata. nemo eñ
niſi ſolus princeps ſacerdotũ quę fuerãt intra
velum ſecũdũ videt. Sed Aaron quidẽ: & qui
ex eo erant: neqꝫ virtutẽ: neqꝫ dignitatẽ habe
bant reuelare: quę ipſi videbãt: alicui alteri: ſo
lus autẽ q cũ iureiurãdo factus eſt princeps ſa
cerdotũ ĩ æternũ ſecũdũ ordinẽ melchiſedech
potuit ꝑ diſpẽſationẽ mortis ſuę conſcinde
re velũ tẽpli ĩ duas partes a ſurſum vſqꝫ deor
ſum: vt videant quę fuerãt intus oculis qui ta
lia poſſunt videre. Et terra mota eſt: & petræ
ſciſſę ſunt: & monumẽta aperta ſunt: & multa
corpora ſanctorũ dormientiũ reſurrexerũt: &
exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ ip
ſius introierũt in ſanctam ciuitatẽ: & apparue
rũt multis. Et terra mota eſt: id eſt oĩs caro: no
uo verbo: & nouis reb⁹ ſecũdũ nouũ teſtamen
tũ: & nouo cãtico: & nouis oĩbus: atqꝫ cœleſti
bus venientib⁹ ſuper terrã: ſicut & ꝓpheta de
hoc ipſo ĩ aliquo dicit loco: cõturbati ſunt oẽs
qui videbãt eos: id eſt diſcipulos Chriſti: & ti
muit oĩs homo. Itẽ ꝑ alterũ ꝓphetã dñs dicit:
Adhuc ſemel: & ego mouebo cœlũ & terrã: &

mare: & aridã. Dicẽtes aũt parua de motu terræ: nõ inutiliter iterũ dicam⁹ & de petris ſciſſis in paſſione dñi Saluatoris: q̃ myſteriũ fuerũt ſicut arbitror ꝓphetarũ: manifeſtatę ſunt enĩ in Chriſti aduẽtu lex & prophetę: propter qd ad dominũ conuertẽtibus cũ legitur Moyſes velamẽ qd poſitũ fuerat ſuper cor eorum tollitur: & qd in lectione veteris teſtamenti poſi-
A tum erat velamẽ: in Chriſto aboletur. Apertæ ſunt ergo nunc petrę: & ſciſſæ ſunt: vt in profundo eorum poſita ſpiritalia myſteria videamus. Probamus autẽ ſciſſas tũc petras eſſe ꝓphetas: primũ quidẽ ex eo ꝙ Chriſtus dicitur petra ſpiritalis: & rationis eſt omnes imitatores Chriſti: dici ſimiliter petras eẽ: ſicut & lux mundi dicũtur: ex eo ꝙ ipſe dominus eorũ lux eſt mundi: deinde etiam ex eo ꝙ ipſe Petrus a domino petra eſt appellat⁹ cum dicitur ei: Tu es Petrus: & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferorũ nõ prẹualebũt ei. Maxime autem hoc demonſtratur ex eo ꝙ oẽs quibus nõ præualẽt portæ inferorũ: qui opus nominis petræ habent in ſe (id eſt apoſtoli: & prophetę) petrę ſunt & ipſi: & ſunt fundamẽta eorũ qui ſuper eis ædificant: ſecundũ ꝙ ait apoſtolus. Superædificati ſuper fundamẽtum apoſtolorũ: & prophetarũ: ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto domino noſtro. Super ædificãtur autẽ apoſtolis: & prophetis maxime qui ſunt de eccleſia immaculata: & apoſtolos Chriſti imitãtur: & prophetas nõ ſpernũt:
B ſed ſcrutantur etiam eorũ ſcripturas. Nũc et de monumẽtis apertis dicam⁹. Venit autẽ hora ſecũdum qd promiſerat Chriſtus vt qui in monumentis ſunt audiant vocẽ filii dei: & viuant. Propterea audiẽtibus eis vocem filii dei monumenta ſunt aperta: quæ clauſa quidem fuerunt q̃diu mortui erãt in eis. Aperta ſunt autẽ vt qui reſurrexerant egrediantur ex monumentis: nõ ante reſurrectionẽ primogeniti ex mortuis: ſed poſt reſurrectionẽ ipſius: & reſurgentes derelinquãt quidem monumenta: ingrediantur autẽ in ciuitatẽ ſanctã: & appareant: & manifeſtẽtur multis volẽtibus: & potentibus ſanctã ciuitatem dei videre: & quæ in ea reſuſcitata ſunt corpora ſanctorum. Monumẽta enim dicũtur corpora peccatricũ animarũ: id eſt mortuarũ deo. Cũ autem per gratiam dei animæ huiuſmodi fuerint ſuſcitatæ ad fidẽ: corpora earũ quæ fuerãt prius monumenta mortuarũ animarũ: efficiuntur corpora ſanctarũ: & videtur a ſeipſis exire: cũ deſierint eſſe monumenta mortuarũ animarum: & cœperint corpora eſſe ſanctarũ. Magna ergo
C ſũt facta ex eo ꝙ magna voce clamauit Ieſus: et emiſit ſpiritum: & ſemper hæc eadẽ magna quotidie fiũt. Velum enim tẽpli ad reuelanda quæ intus habẽtur quãdo non ſcinditur ſanctis a ſurſum vſq; deorſum: & a principio vſq; ad finẽ? quando & terra eis qui ſalute ſunt digni non mouetur: & tremit: quæ ante Chriſti mortẽ immobilis erat? quãdo & petræ ſecũdũ qd tradidimus nõ findũtur? ſic ſemper & monumẽta aperiũtur: & multa corpora ſanctorũ quidẽ dormientiũ ſurgunt: & egrediũtur de monumẽtis: poſt reſurrectionẽ tamen eius in eis qui mortuus eſt pro nobis: & ſequũtur eũ qui reſurrexerũt: & in nouitate vitæ ambulãt cũ eo. Sic & qui digni ſunt habere cõuerſationem in cęlis dicẽtes: noſtra autem cõuerſatio eſt in cælis: ingrediũtur in ſanctã ciuitatẽ per ſingula tẽpora: & lumen eorum lucet coram hominib⁹: & multis apparent videtibus & intelligentibus opera bona ipſorũ: & propterea glorificantibus patrem ipſorũ qui eſt in cęlis. Sed & dicere debem⁹ de iſtis & ſapere: quoniã D
omnis quidẽ litera euangelii quaſi litera viuificãs angelicos: vt ita eos appellem ſcribas: ſpiritus autem qui ſupergreditur literarum naturã diuinioribus motibus magis eos illuminat quibus euangeliũ non eſt velatum: omnia enĩ agũt vt videãt quę in anima ſua per reſurrectionẽ Chriſti fiunt myſteria. Prodificãt enĩ quadã prodificatione eũ qui credit ſcripturis maiori autẽ repletur ſcientia qui videt ꝙ conſcinditur velum ſcripturę a ſurſum vſq; deorſum: & videt quæ ſunt intra ipſum. Beat⁹ eſt autẽ: & cui terra: & omnia terrena mouẽtur. Propterea enĩ & a Chriſto ſunt mota: nec mouebuntur pedes eius nec dicet. Mei autẽ pene moti ſunt pedes. Quanto autẽ beatior eſt qui videt oculis animę ſciſſas petras: q̃ illi qui tũc corporaliter fieri iſta viderũt? Si autẽ quis videns & monumenta aperta: & corpora multa dormientiũ ſanctorum ſurgentia: & de monumentis egredientia poſt reſurrectionẽ corporis Chriſti: omnino alienus efficitur a monumentis: & domeſticus efficitur ciuitatis dei ingreſſus in eam: quãto magis prodificabitur amplius eis qui corporaliter prodigia iſta viderũt? Satis autẽ puto diſtare hunc qui ingreditur in ciuitatẽ ſanctã & apparet multis: qa eſt in ea: ab illo qui ſecũdum hiſtoriam credit et non aſcẽdit a fide ſimplici ad altiora myſteria. Centurio autẽ: & qui cũ eo erãt cuſtodien E
tes Ieſum viſo terræ motu: & his quæ fiebant timuerunt valde: dicẽtes. Vere filius dei erat iſte. Marcus autẽ ſic ſcribit. Videns Centurio qui aſtabat ibi: quoniã clamans expirauit: dixit. Vere hic homo filius erat dei. Lucas autẽ

Videns Centurio quæ facta ſunt: glorificauit
deum dicēs. Vere hic homo iuſtus erat. Secū-
dū Marcum quidem: centurio non quia velū
templi fuerat ſciſſum a ſurſum vſq; deorſum
nec quia alia facta ſunt ſigna (ſecūdū ꝙ refert
Matthæus) id eſt quia mota eſt & terra: quia
petræ ſunt fiſſę: aut aperta ſunt monumenta:
F eſt ammirās. Dignū eſt ergo videre qđ poſtea
factū eſt: ſup illud qđ ſcriptū eſt apud Marcū
vt miraretur Centurio dicēs. Vere hic homo
filius erat dei. Et vide ſi dicere poſſumꝰ ſecun
dū vnū quidē modū: quoniā miratꝰ eſt ī his q̄
dicta fuerant ab eo ad deū cum clamore & ma
gnitudine ſenſuū: ſecundū ꝙ capiebat intelli-
gere: ſuſpicans admiratꝰ eſt: & dixit. Vere hic
homo filius erat dei. Secundū alterum autem
modū: quoniā forte pręſtare volēs Pilatus po-
pulo vniuerſo q dixerat: Crucifige: crucifige
eū: & timēs populi totius tumultū: non iuſſit
ſecūdū cōſuetudinē Romanorū de his q cru-
cifigūtur percuti ſub alas corporis Ieſu: qđ fa
ciūt aliquādo qui cōdemnāt eos: qui in maio-
ribus ſcelerībꝰ ſunt inuēti. Quoniā ergo ma-
iorē ſuſtinēt cruciatū qui nō percutiunē poſt
fixionē: ſed viuunt cum plurimo cruciatu: ali
quādo autē & tota nocte: & adhuc poſt eā to-
ta die: Ieſus ergo cum nō fuiſſet percuſſus: et
ſperaretur diu pēdēs in cruce maiora pati tor
mēta: orauit patrē: & exauditus eſt: & ſtatim
vt clamauit ad patrē receptꝰ eſt: aut ſicut qui
poteſtatē habebat ponendi animā ſuā: poſuit
eā quando voluit ipſe. quod prodigiū ſtupuit
Centurio factū: & dixit. Vere hic homo filius
erat dei. Miraculum enim erat quoniam poſt
tres horas receptus eſt: qui forte biduū victu-
rus erat ī cruce ſecūdū cōſuetudinē eorū: qui
ſuſpendūtur quidē: nō autē percutiūtur: vt vi
deretur beneficiū dei fuiſſe ꝙ expirauit: & me
ritum orationis eius magis q̄ violētia crucis.
G Illud etiā qđ in ſequentibus exponit Marcus:
cū Ioſeph intraſſet apud Pilatū: & petiſſet cor
pus Ieſu: hoc ipſum ſignificat. Sic enim dicit.
Quoniā Pilatus miratus eſt ſi iam mortuus
eſſet: & vocans Cēturionem interrogauit eū
ſi iam mortuus eſſet: & cū audiſſet a Cēturio
ne: donauit corpus eius Ioſeph. Si eñ conſue-
tudo quæ apud Romanos fuerat de crucifi-
xis: atq; percuſſis in Chriſto ſeruata fuiſſet:
quomodo miratus fuiſſet Pilatus ſi iam mor-
tuus eſt? Vide ergo niſi nouū demonſtrat mi-
raculū ꝙ iam mortuus erat: & ꝙ vocauit Cē-
turionem Pilatus: & interrogauit ſi iam mor
tuus eſt. Vide aūt niſi huiuſmodi cruciatum
fuiſſe Chriſti etiā Matthæus oſtendit dicens.
Centurio: & qui cum eo erāt ſeruabāt Ieſum.
Quare autē eū ſeruabāt: niſi vt diutius pēdēs
in cruce amplius cruciaretur: neq; interfectꝰ
neq; depoſitus? Tamen Cēturio ſecūdū Mat-
thęum nō tantū dixit de Ieſu: Vere filius dei
erat iſte: ſed & timuit eū: terræ motu eū in ti-
morē mittēte. Forſitan aūt & experimēto ſcie
bat: ſuper terrę motus qui in gentibus fiūt eū
terræ motū fuiſſe: & in hoc ſtupuit videns. Et
obſerua quoniā apud Marcū vbi Cēturio nul
lū miraculū vidiſſe refertur: hominē dixit Ie-
ſum filiū dei: q aūt cōſciſſione veli: vel a terræ
motu ſtupuit: hominē illū fuiſſe non dicit: ſed
filiū dei. Conſentit autē nobis ad tractatū quē H
fecimus de ſcriptura Marci: etiā ſermo cōſcri
ptionis Lucę: quoniam & ipſe ſic ſcribit: Vere
hic homo iuſtus erat: apud quē nihil aliud di
citur: niſi de velo. Videns (inquit) quæ facta
ſunt Cēturio: glorificauit deū dicēs: Vere iu-
ſtus erat hic homo. Quoniā autē tale aliquid
factū eſt in tēpore condemnationis Chriſti: &
non iuſſit Pilatus cōſuetudinē ſeruare: vt per
cutiatur corpus Chriſti: manifeſtat etiā Ioan
nes hoc modo ſcribens: Quoniam rogauerūt
Pilatū vt frangerētur crura eoꝝ: & tollerent.
Quid autē neceſſariū fuerat rogare: & preces
offerre de hoc: ſi ſecūdū cōſuetudinē factū fu-
iſſet? Miſerti ſunt ergo Iudæi poſt crudelē cō-
demnationē eorū: qui quantū ad æſtimationē
eorū viuebāt in cruciatu terribili. Et prioris
quidē crura fregerūt: ſimiliter & ſecūdi. Ieſus I
autē nō opus habuit interceſſionibus eorum:
aut precibus quas obtulerūt Pilato: ꝓpter qđ
veniētes ad Ieſum quoniā iam mortuus erat
crura eius nō fregerūt. Aut forte nō propter
miſericordiā hoc fecerūt Iudæi: ſed principa-
liter ꝓpter ſabbatū: vt nō maneāt corpora ſu
per crucē in ſabbato. Erat eñ magnꝰ dies ille
ſabbati. Hæc tractauimus ꝓpterea ꝙ ſcriptū
eſt: ꝙ Cēturio & qui cū eo ſeruabāt Ieſum: &
cętera: videntes terrę motū: & quęcūq; fiebāt
timuerunt. Veriſimile eſt ꝙ viderūt quomo-
do velum templi conſciſſum vſq; deorſum: &
cętera myſteriū oſtēdentia eorū quę ſupra tra
didimus: & timuerūt valde: hoc enim ſignifi-
cat qđ dicitur valde. Vide aūt ne forte & mo-
ralem expoſitionem ſuſcipit ſermo hoc modo:
quoniā ſunt quidā q ſuſcipiūt Chriſtū & ſer-
uant: quaſi quādo viderint ſecūdū ꝙ tradidi
mus velum ſcindi: & petras ſicut expoſuimus
findi: & monumēta ſecūdū ꝙ expoſuimus ape
riri: & corpora mortuorū ſanctorū exeūtia de
monumētis: & introeuntia in ciuitatē ſanctā
id eſt eccleſiā: adducuntur in timorē dei & te
ſtimoniū perhibēt quoniā filius dei eſt q talia
paſſus eſt. Et non erit mirū ſi confeſſus fuerat

aliquis filiũ dei:verbũ:& ſapiẽtiam: & verita=
tẽ:& omnia quęcunq; dicitur filius dei.Et lau
dabilis eſt:qui nõ cõtuebatur in his quæ vidẽ
tur contigiſſe ei more humano : & confitetur
A quia filius erat dei. Erant autem ibi mulieres
a longe vidẽtes: quę ſecutę fuerãt Ieſum a Ga
lilęa miniſtrãtes ei: iter quas erat Maria Mag
dalene:& Maria Iacobi & Ioſeph mater:& ma
ter filiorum Zebedei. De iſtis mulieribus pro
phetaſſe referũt Eſaiam dicentẽ.Mulieres ve=
niẽtes ad ſpectaculũ venite: nõ eñ eſt populꝰ
habens ſapiẽtiã. Vocat eñ mulieres quæ fue=
rãt delonge : & delonge videbãt Ieſum:vocat
eas ad verbũ: vt derelinquãt quidẽ populum
inſenſatũ:& derelictũ: & accedãt ad nouũ te=
ſtamẽtum.Beatas autẽ arbitror eſſe mulieres
quę ædificanť ad beatitudinẽ a ſpectaculo ver
bi & a morte corporis Ieſu.Omne enim qđ eſt
in Chriſto: ſi vere videať:beatũ facit videntẽ.
Aſpiciunt ergo mortificationẽ corporis Ieſu:
et modũ quo cũ precibus ſpiritũ ſuũ cõmẽda
uit patri.Hæ primũ ſecutæ ſunt a Galilæa:&
vt audens dicã:vtẽs auctoritate ſcripturæ di
cẽtis:a Galilęa gẽtium ſecutæ ſunt:nõ a recta
neq; a firma:ſed circuitũ quẽdam habẽte:hoc
enim intelligitur Galilęa:id eſt volutatio vel
vertigo:quã relinquentes ſecutæ ſunt Ieſum:
nõ ocioſę:ſed faciẽtes quę mandabãtur ab eo:
et delectabãt eũ:miniſtrãtes enim ſequebãtur
eum. Omnis anima autẽ diuiſionẽ aliquã gra
tiarũ:& ipſum dominũ participans miniſtrat
Ieſu miniſteriũ ſimile miniſteriis angelorum
de quibus ſcriptũ eſt:quoniam accedentes an
B geli miniſtrabant ei . Multæ ergo erant expe=
ctantes tunc Ieſum:præcipue autẽ nominatæ
ſunt:& quaſi attentius ſpectantes: & amplius
miniſtrãtes:& melius ſequẽtes:Maria Magda
lena: magis ĩterpretationi nominis patrię ſuę
conueniens quę Magdalena appellatur.Inter=
pretatur autẽ magnificatio locus ille . Et erat
hæc Maria Magdalena de magnificatione ꝑ=
pter nihil aliud niſi quia ſecuta fuerat Ieſum:
& miniſtrauerat ei: & ſpectauerat myſterium
paſſionis ipſius. Erat autẽ inter præcipuas et
Maria Iacobi:& Ioſeph mater : aut ſicut Mar=
cus dicit:Iacobi minoris:& Ioſeph mater:ſecũ
dum nomen patriarchæ Iacob ſupplantatoris
fratris ſui: & Ioſeph ſuper quem natum geni=
trix dicit.Adiiciat mihi dominus filium alte=
rum. Et hęc igitur ſequens dominum: & mi=
niſtrans:& ſpectans diſpenſationem paſſionis
ipſius:quoniam fidelis alicuius fuerat mater:
non magni alicuius qualis fuerat patriarcha
Iacob: ſed minoris:Ioſeph alteriꝰ.Erat autem
inter mulieres & mater filiorum Zebedei: for

ſitan aliqua cõſiſtens in myſterio tonitrus ꝑ=
pter fidem & vitam ſanctam : & quia dominũ
ſequebatur:& miniſtrabat:& expectatrix fue
rat omnium quæ geſta fuerãt circa eum:quia
filii Zebedei vocati ſunt filii tonitrui.Erant
enim filii eius Ioannes & Iacobꝰ: ideo Ioannes
audiuit ſeptem tonitruum verba : quæ quaſi
eminentiora omni ſcriptura vt non ſcriberet
accepit mandatum . Si autem oportet opina= C
ri: & dicere etiam nomen matris filiorum Ze
bedei: dico: quoniam hæc ipſa fuerat Salome
pacifica appellata.Opinatus ſum autem hoc:
videns apud Matthęum & Marcum tres præ
cipuas mulieres nominatas:de quibꝰ præſens
ſermo habetur : & duas quidem eſſe præſens
euangeliſta exponit:Mariam Magdalenam:&
Mariam Iacobi. Tertiam autem dici matrem
filiorum Zebedei. Apud Marcum autẽ tertia
illa Salome appellatur: & ſecundũ Marcũ quę
ſecutę fuerant Ieſum a Galilæa: cum Chriſto
aſcenderunt in Hieruſalem. Iſte eſt enim finis
eorum qui derelinqunt Galilæam gẽtium: &
ſequũtur Ieſum: vt nõ ſolum aſcẽdant in Hie
ruſalem: ſed etiam cum Ieſu aſcendãt in eam.
Hoc enim ſignificat ꝙ ſimul aſcendiſſe referũ
tur cum Chriſto.Cum ſero autẽ factũ fuiſſet: D
venit quidam homo diues ab Arimathia no=
mine Ioſeph : qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu:
Hic acceſſit ad Pilatum:& petiit corpus Ieſu.
Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus . Qui petit
corpus domini a Pilato:non qualiſcunq; aliqs
erat:ſed laudabilibꝰ diuitiis diues:& quia de=
curio cõſtitutus/myſterium nominis Chriſti
portabat in veritate:quod eſt decẽ: ideo liben
ter pro beneficio magno poſtulauit corpus Ie
ſu a Pilato:& nõ permiſit eũ ꝑndere in ligno.
propterea laudatur ab euangeliſtis quaſi iu=
ſtus.Et diſcipulus fuerat Ieſu:& fructus diſci
pulatus ſui reddidit forte ſicut in multis ſic
& in corpore Chriſti: qa expectans erat regnũ
dei ſicut docuerat Ieſus . Et accepto corpore E
Ioſeph inuoluit in ſyndone munda : & poſuit
ipſum in monumento ſuo nouo:qđ excidit in
petra: & aduoluit lapidẽ magnũ ad oſtiũ mo=
numenti: & abiit. In ſyndone mũda inuoluit:
et in monumento poſuit nouo vbi nemo mor
tuus erat:ſeruans corpus Ieſu ad reſurrectio=
nem pręcipuam. Puto autẽ magis mũditiam
ſyndo illa habebat : ex qua inuolutũ eſt corpꝰ
Chriſti q̃ prius:corpus enim Ieſu etiã in mor=
te cõſtitutum:quaſi corpus Ieſu mũdabat oĩa
quæcũq; tangebat:& magis innouabat monu
mẽtum illud nouum quod fuerat exciſum in
petra. Et ne æſtimes quia fortuito ſcriptũ eſt:
et euentu dictũ eſt: quoniam inuoluit corpus

in ſyndone munda: & in monumento poſuit
nouo: & quia monumentũ illud erat exciſum
in petra: monumentum mundũ qđ a corpore
Ieſu mũdius erat factum q̃ fuerat priuſq̃ po-
neretur Ieſu corpus in eo. Quæ res aũt ſi ſunt
homines nihil amplius habẽtes q̃ corpus Ieſu
noui quidem & exciſi in petra: & monumẽtũ
ſunt eius mundum: & ideo ſalui efficiuntur.
Conſequẽter autem & alii ſunt extra eos qui
habent Ieſum viuentem: & quidam eorum ha
bent Ieſum & ante paſſionem viuentẽ: quidã
autem reſurgẽtem a mortuis: quidam ſecũdũ
qđ multis apparet: nõ habentem ſpeciẽ: neq;
decorem. Alii autẽ habẽt in gloriam reforma
tum: alii autem vident eum aſcendentem &
ſperant cum eo rapi in nube: vt ſemper habeã
tur cum ipſo. Ergo Matthęus nouum eſſe mo
numentũ conſcripſit: & in petra exciſum non
F expoſuit manifeſte. Et ꝙ nouum erat ab om-
ni corpore mortuo: manifeſtauerunt Lucas &
Ioannes: quorum vnus quidem dixit: in quo
nondum erat aliquis poſitus: Ioannes autẽ: In
quo nondũ aliquis poſitus erat. plane ſi nunq̃
aliquis poſitus fuerat ibi: poſtea autem poſiti
ſunt. Nam quod dicit in quo nondum aliquis
poſitus erat: caute conſiderantibus verbum
hoc ſignificatur. Dicim⁹ ergo ne forte ſimpli-
citer intelligere debemus hunc locum: quo-
niam qui dixit conſepulti ſumus Chriſto per
baptiſmũ: & conſurreximus ei in monumẽto
nouo & intelligibili exciſo in petra: conſepul-
tus eſt & ipſe poſt Chriſtum cum Chriſto: &
omnes qui conſepulti ſunt Chriſto in bapti-
ſmo vt reſurgant cum eo ex nouo monumẽto
primogeniti ex mortuis & in omnibus prima
G tum tenentis. Voluit autẽ Ioſeph non lapides
multos ad oſtium monumenti ſed vnũ: & ma
gnum: & maiorem q̃ poterat eſſe inſidiãtium
virtus: non tamẽ maiorem q̃ virtus erat ange
li deſcendentis de cælo: & reuoluentis ab eo la
pidem: & ſedentis ſuper ipſum: quoniã omnia
quæ ſunt circa corp⁹ Chriſti Ieſu mũda ſunt:
& noua: & non ſimpliciter magna: ſed valde
oĩa magna. Erat autẽ ibi maria Magdalena: &
altera Maria ſedentes cõtra ſepulchrum. Poſt
hæc charitas duarum Mariarũ: Magdalenæ:
et matris Iacobi: & Ioſeph: colligauit eas ad
monumentũ nouum: propter corpus Ieſu qđ
fuerat ibi. Et hoc obſerua: quoniam ſuperius
duæ iſtæ Mariæ: & mater filiorũ Zebedei quã
æſtimam⁹ ipſam eſſe Salomen: de lõge ſpecta-
bant mirabilia quæ in paſſione Chriſti fiebãt:
et corpus eius ſuſpenſum in ligno. Hic autem
non permanſerunt tres: mater enim filiorum
Zebedei nõ ſcribitur cum Maria Magdalena:
et cum Maria matre Iacobi: & Ioſeph ſimul ſe
dere contra ſepulchrũ: forſitan enim vſq; hoc
ꝑuenire potuit mater filiorum Zebedei. Iſtę
autẽ quaſi maiores in charitate: neq; his quæ
poſtea geſta ſunt defuerũt. Altera autem die H
quæ eſt poſt paraſceuen: conuenerunt princi-
pes ſacerdotũ: & phariſæi ad Pilatũ: dicentes.
Domine: rememorati ſum⁹ ꝙ ille ſeductor di
xit adhuc viuens: Poſt tertiũ diem reſurgam.
Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diem
tertiũ: ne forte veniant diſcipuli eius & furen
tur eum: & dicãt plebi: reſurrexit a mortuis:
et erit nouiſſimus error ꝑeior priore. Ait aũt
illis Pilatus. Habetis cuſtodes. Ite cuſtodite ſi
cut ſcitis. Illi autem eũtes muniuerunt ſepul
chrum: ſignãtes lapidem cum cuſtodibus. Ra
tionis eſt interrogare principes ſacerdotũ qui
venerũt ad Pilatum vt dicerẽt hæc quę dixe-
rũt. Dicite ſacerdotes: cum dixiſſet Ieſus: Sol I
uite tẽplũ hoc: & ego ĩ triduo illud ſuſcitabo:
ad qđ ꝓpoſitũ eum dixiſſe putaſtis? an de ſolu
tione & reſurrectione corporis ſui: an de tem
pli deſtructione: & reparatione ipſius? Si enim
intellexiſtis ſic: quia de reſurrectiõe ſua iſta di
cebat: quomodo teſtimonium dantes aduer-
ſus eũ dixiſtis: quoniam hic dixit: Poſſum de-
ſtruere templũ hoc & in triduo reędificare il-
lud? Si autẽ vere de tẽplo illo non intellexiſtis
ſecũdũ qđ & teſtimoniũ prębuiſtis: vnde mo-
do ſcitis quoniã dixit poſt tres dies a mortuis
ſe reſurrecturũ? Vide ergo quomodo impie-
tas ſeipſam ſuis verbis expugnat. Per hæc eñ
verba ipſi teſtimoniũ ſuum illud condemnãt:
quoniã vere intelligentes eũ de reſurrectione
corporis ſui illa dicere: & ſciẽtes conuerterũt
ſermones eius ad deſtructionem: & reparatio
nem illius inſenſibilis templi. Adhuc autẽ in- K
terrogo: Quid dicitis ſacerdotes? nempe quia
dicebat hominibus: Poſt tres dies reſurgam:
et ſecreto mãdabat diſcipulis ſuis: vt furẽtur
eũ noctu: & dicãt poſt tres dies: quia ſurrexit
a mortuis. Sed hoc ex hoc ipſo incredibile eſt:
poſt tantos ſermones morales quos in populo
docuit vniuerſo: & poſt tales & tantas virtu-
tes quas vbiq; in omni Iudæa oſtẽdit: vt falle-
ret diſcipulos ſuos verbis: vt etiam ipſi culpa
rent iſta mandantem: & ideo nequaq̃ facerent
qđ mãdabat: maxime propter periculũ quod
imminebat eis a populo ſi confiterẽtur eũ qui
ante modicum fuerat crucifixus: & doctorẽ ſe
habere & Chriſtũ. Si autẽ hoc dixiſſe eum in-
credibile eſt: vide niſi conſequens eſt: vt ſicut
prodigia fecit: vt ſicut euangeliũ ſuum prędi
candũ in toto mũdo prędixit: & ſicut ante prę
ſides & reges ſtabitis: & ſicut Hieruſalem de-

ſtruetur ab exercitu:ſic & de reſurrectiõe ſua
prædixit qđ ait: Soluite templũ hoc:& ego in
triduo ſuſcitabo ipm.Propterea & in preiudi
ciũ ſuũ locuti ſunt ſacerdotes: & phariſei ad
Pilatũ dicentes:quoniã ille ſeductor dixit ad-
huc viuẽs: quoniam poſt tres dies reſurgam.
A Adhuc autẽ vide quoniam quidam veniẽtes
de cuſtodibus in ciuitatẽ nũtiauerũt nõ aliis
ſed ipſis principibus ſacerdotum omnia quę-
cũq; fuerant facta:vt ex omni parte inexcuſa-
bilis eorum conſtituatur impietas:illi autem
nec ſic miſerrimi acquieuerũt documẽtis tan
tis:vt ſuſciperẽt quia Ieſus erat Chriſtus: ſed
et poſt omnia hęc malignabãtur propter du-
ritiam cordis ſui. Sicut ĩduratum fuerat cor
Pharaonis ſuper tantis & talibus ꝓdigiis quę
in Aegypto fuerant facta: ſic & iſti ſunt indu
rati:vt congregati cũ ſenioribus:& conſilium
accipiẽtes darent pecuniam auaris:vt dicant:
quia diſcipuli eius veniẽtes noctu furati ſunt
eum dormiẽtibus nobis.Et qui legebãt in le-
ge:nõ falſum teſtimoniũ dices: etiam alios ad
falſum teſtimoniũ inuitabant:expendentes pe
cuniam multã vt milites quidem falſum teſti
monium dicant: propter auaritiã periculis ſe
ſubdentes ſi furatũ eſſet corpus Ieſu: præſidẽ
autẽ multo magis placarent: & ei ſuaderẽt tã
tis pecuniis quantis poterat pręſes placari:ſi-
ue autẽ & precibus volẽtes eruere eos de peri
culis aduerſus ſeipſos falſum teſtimoniũ prę-
buerunt dicentes:contra diſciplinam milita-
rem obdormiſſe ſe tũc tãto ſomno: vt diſcipu
li auſi eſſent venire ſimul:& multi confidẽtes
quoniam milites dormiũt abundantius:& ſic
furarẽtur corpus Ieſu.Et hæc omnia gerebã-
tur ab operãtibus cõtrariis virtutibus cõtra
Chriſti doctrinã:æſtimãtibus quoniã poterãt
extinguere a vita hominum:de reſurrectione
domini:prouidẽtiam dei:& fidem. Et ſicut ni
mia duritia Pharaonis non eſt mollita multis
prodigiis factis per Moyſen:ſic aut ampliꝰ du
ritia cordis iſtorũ non ſolũ factis ſignis:& pro
digiis nõ eſt flexa:ſed neq; cuſtodibus nũtian
tibus crediderũt:qui venerũt in ciuitatem:&
nuntiauerũt oĩa quęcũq; fuerãt facta. Et Pha
raoni quidẽ dictũ eſt:ad hoc ipſum te ſuſcita-
ui vt oſtendã in te virtutẽ meam:& vt annũ-
tietur nomen meũ in vniuerſa terra:iſtos aũt
ſupportauit magnanimitas dei vt vaſa irę ꝑ-
parata in interitũ:fiat ſalus in gentibus.

Expliciunt Homilię Origenis in Matthęũ
ab eo loco vbi ait. Venit Ieſus in partes cæſa-
reæ Philippi.vſq; ad finem ipſius euangelii.

Incipit prologus ſancti Hieronymi preſ-
byteri:in explanationẽ ſancti Lucę ab Ada
mantio Origene.

A Nte paucos dies B
quorũdã in Mat-
thęo & in Luca cõ
mentarios vos le-
giſſe dixiſtis:e qui
bus alter & ſenſi-
bus hebes eſſet:&
verbis:alter ĩ ver
bis luderet: in ſen
tentiis dormita-
ret.Quãobrẽ peti
ſtis vt contẽptis iſtiuſmodi nugis: ſaltẽ Ada-
mantii noſtri in Lucam Homilias ſicut in grę
co habẽtur interpreter.Moleſtã rem & tormẽ
to ſimilem:alieno(vt ait Tulliꝰ) ſtomacho &
non ſuo ſcribere.Quã tamen idcirco nunc fa-
ciam:quia ſublimiora nõ poſcitis. Siquidẽ il-
lud qđ olim Romæ ſancta Bleſilla flagitaue-
rat:vt.xxxvi.tomos illius in Matthęũ:& quin
q; alios in Lucã:&.xxxix.in Ioannẽ:noſtrę lin-
guæ traderẽ: nec virium mearũ: nec otii: nec
laboris eſſe.Perſpicitis enim: quãtũ apud me:
& auctoritas veſtra:&voluntas valet.Pręter-
miſi paululũ Hebraicarũ quæſtionum libros:
vt ad arbitriũ veſtrum lucrati operis hęc qua
liacũq; ſunt non mea:ſed aliena dictarem: prę
ſertim cũ a ſiniſtro oſcinem coruũ audiã cro-
citantem: et mirum in modum de cũctarum
auium ridere coloribus:cũ totus ipſe tenebro
ſus ſit. Fateor itaq; anteq̃ ille obiiciat in his
Origenem tractatibus:quaſi iterũ talis lude-
rem: alia ſunt virilia eius: & ſenectutis ſeria.
Quę ſi libuerit:ſi potuerit:ſi dominus vt in la
tinum ſermonẽ vertam dederit cõmeatũ: &
prętermiſſum opus prius expleuero:tũc vide
re poteritis:immo per vos Romana lingua co
gnoſcet:quantũ boni & ante neſcierit:& ſcire
nunc cœperit. Præterea cõmentarios viri elo
quentiſſimi Hilarii: & beati martyris Victo-
rini:quos ĩ Matthęo diuerſo ſermone:ſed vna
gratia ſpiritus ediderunt:poſt paucos dies ad
vos mittere diſpoſui:ne ignoretis in quãtum
noſtris quoq; hominibus ſanctarum ſcriptu-
rarum quondam ſtudium fuerit.

Explicit prologus ſancti Hiero-
nymi preſbyteri.

Incipiunt Homilię Origenis in Lucā.xxxix.
trāſlatę a ſancto Hieronymo pſbytero Beth=
leem:quas multi putant non eſſe Origenis ꝓ=
pter multiplicitatem errorum inſertorum.Si
quis tamen propius inſpexerit:inueniet æmu
los eiuſdem Adamātii Origenis hoc nouo læ
dendi genere ſancta ſcripta pii ac religioſiſſi=
mi patris polluiſſe:putantes pelagus doctrinę
ipſiꝰ prorſus prophanare ſi optimo ſemini ve
ritatis illibatę peſtiferum zizaniæ toxicum ſu
perſeminaſſent:vt in ꝓlogo totius operis oſtē=
dimus:Qui iam hęc legis:ora in ſpiritu:& mē
te:vt quæ legis intelligas.

In prooemiū Lucę vſq; ad eum locū vbi ait.
Scribere tibi optime Theophile.Dictę Homi=
liæ in diebus dominicis. Homilia prima.

C SIcut olim in popu
lo Iudæorū multi
prophetiā pollice
bātur:& qdā erāt
pſeudo prophetę:
e quibus vnꝰ fuit
Ananias filiꝰ agot
alii vero ꝓphetæ:
et erat gratia ī po
pulo diſcernēdoꝝ
ſpirituū:per quā alii inter prophetas recipie=
bantur: nonnulli quaſi ab exercitatiſſimis tra
pezetis reprobabātur: ita & nūc in nouo teſta
mēto multi conati ſunt ſcribere euāgelia: ſed
nō oēs recepti. Et vt ſciatis non ſolū quatuor
euāgelia:ſed plurima eſſe conſcripta:e quibus
hæc quæ habemus electa ſunt:& tradita eccle
ſiis:ex ipſo prooemio Lucę quod ita cōtexitur
cognoſcamus.Quoniā qdē multi conati ſunt
ordinare narrationē. Hoc qd ait conati ſunt
latentē habet accuſationē eorū:q abſq; grā ſpi
ritus ſancti ad ſcribēda euāgelia proſilierunt.
Mattheus quippe:& Marcus:& Ioannes & Lu
cas nō ſunt conati ſcribere: ſed ſpiritu ſancto
pleni ſcripſerunt euangelia.Multi igitˀ conati
ſunt ordinare narrationē de his rebus q̄ mani
D feſtiſſime cognitæ ſunt in nobis.Eccleſia qua=
tuor habet euāgelia:hereſes plurimas.E qbus
quoddā ſcribitˀ ſecūdū ægyptios: aliud iuxta
duodecim aplos.Auſus fuit & baſilides ſcribe
re euangeliū:& ſuo illud noīe titulare. Multi
conati ſunt ſcribere: ſed & multi conati ſunt
ordinare. Quatuor tātū euāgelia ſunt ꝓbata
e quibꝰ ſub pſona dñi & ſaluatoris noſtri pfe=
rēda ſunt dogmata.Scio quoddā euāgeliū:qd
appellatˀ ſecundū Thomā:& iuxta Matthiā:&
alia plura legimꝰ ne qd ignorare videremur:
ꝓpter eos qui ſe putāt aliqd ſcire:ſi iſta cogno
uerint. Sed in his oībus nihil aliud ꝓbamus:
niſi qd eccleſia: id eſt quatuor tantū euāgelia
recipiēda.Hęc idcirco:qa in pricipio lectū eſt:
Multi conati ſunt ordinare narrationē de his
rebus q̄ confirmatæ ſunt in nobis. Illi tētaue=
rūt:atq; conati ſunt de his rebꝰ ſcribere:q̄ no=
bis manifeſtiſſime ſunt compertę. Effectū ſuū
Lucas indicat:ex ſermōe quo ait.In nobis ma=
nifeſtiſſime ſunt oſtēſę:id eſt
qd vno verbo latinꝰ ſermo nō explicat. Certa E
eñ fide & ratione cognouerat: neq; in aliquo
fluctuabat:vtrū ita eſſet:an aliter.Hoc autē il
lis euenit:q fideliſſime crediderūt:& id qd ꝓ=
pheta obſecrat:cōſecuti ſunt:& dicūt. Confir
ma me in ſermonibꝰ tuis.Vnde & apoſtolꝰ de
his qui erāt firmi:atq; robuſti ait. Vt ſitis ra=
dicati & fundati ī fide.Si qs eñ radicatus ī fi=
de eſt:atq; fundatus:licet tēpeſtas fuerit exor=
ta: licet venti flauerint: licet ſe imber effude=
rit:nō conuelletˀ:nec corruet:quia ſuper petrā
ædificium ſolida mole fundatū eſt.Nec pute=
mus oculis iſtis carnalibus firmitatē fidei da=
ri:quā mēs:& ratio tribuit.Infideles quiq; cre
dant ſignis:atq; portentis:quæ humana acies
cōtuetur.Fidelis vero magis prudens:atq; ro
buſtus:rationē ſequatur:& verbū: & ſic diiu=
dicet quid verū:quidve falſum ſit.Sicut tradi
derunt nobis qui ab initio ipſi viderunt:& mi
niſtri fuerūt ſermonis.In Exodo ſcriptum eſt.
Populus videbat vocē dei. Et certe vox audi=
tur potius q̄ videtur.Sed ꝓpterea ſcriptū eſt:
vt oſtēderetˀ nobis aliis oculis videre vocē dei
quibus illā aſpiciūt qui merentˀ.Porro in euā= F
gelio nō vox cernitˀ: ſed ſermo q voce pſtātior
eſt. Vnde nūc dicitˀ:Sicut ab initio tradiderūt
nobis:q a pricipio ipſi viderūt:& miniſtri fue=
rūt ſermonis.Igitˀ apoſtoli ipſi viderūt ſermo=
nē.Nō quia aſpexerāt corpus dñi Saluatoris:
ſed quia verbū viderūt.Si eñ iuxta corpus vi
diſſe Ieſum:hoc eſt dei vidiſſe ſermonem:ergo
et Pilatꝰ qui cōdēnauit: ſermonē dei vidit: &
Iudas ꝓditor: & oēs q clamauerūt Crucifige:
crucifige eum:tolle de terra:talē dei viderunt
ſermonē.Sed abſit:vt quiſq; incredulꝰ ſermo=
nē dei viderit. Videre ſermonē dei:tale ē qua=
le Saluator ait.Qui videt me:videt & patrem
qui miſit me.Sicut tradiderūt nobis q a prin=
cipio ipſi viderūt:& miniſtri fuerūt ſermonis.
Clam Lucę ſermonibus edocemur:q cuiuſdā
doctrinę finis ſit ipſa doctrina: alteriꝰ vero do
ctrinę finis ī opere cōputetˀ Verbi grā. Sciētia
geometrię finē habet ipſā tātū ſciētiā atq; do=
ctrinā.Alia vero ſciētia ē cuiꝰ finis opꝰ exigit:
velut ī medicia oportet me rōnē:& dogmata
ſcire medicinę: nō vt tm̄mō noueri:qd debeā

facere: ſed vt faciam: id eſt vt ſecem vulnera:
victũ: moderatũ: caſtigatũqꝫ diſponam: æſtus
febriũ in pulſu venarũ ſentiam: vt curationi=
bus cyclicis: humorũ abũdantiam ſiccem: tem
perem: atqꝫ reſtringam. Quę ſi quis tantũ ſcie
rit: & nõ opere fuerit ſubſecutus: caſſa erit ei⁹
ſcientia. Simile quid ſcientię medicinę & ope=
ri: etiam in notitia: miniſterioqꝫ ſermonis eſt.
Sicut tradiderũt nobis qui a principio ipſi vi=
derũt: & miniſtri fuerũt ſermonis. Vt ex eo ꝙ
dixit ipſi viderũt doctrinã & ſciẽtiã ſignifica=
ri: & ex eo ꝙ dixit: Miniſtri fuerunt ſermonis:
demonſtrari opera cognoſcamus: Aſſecuto a
prĩcipio. Viſum eſt & mihi aſſecuto ab initio.
Inculcat: ac replicat: quoniam ea quæ ſcriptu
rus eſt non rumore cognouerit: ſed ab initio
ipſe fuerit cõſecutus. Vnde & ab apoſtolo me
rito collaudat̃ dicẽte. Cuius laus in euangelio
eſt per oẽs eccleſias. Hoc eñ de nullo alio dicit̃
et niſi de Luca dictũ tradit̃. Viſum eſt & mihi
aſſecuto a principio: oĩbus diligenter ex ordi=
A ne tibi ſcribere optime Theophile. Putat ali=
quis ꝙ ad Theophilũ quẽpiam euãgeliũ ſcri=
pſerit. Oẽs qui nos auditis loquentes: ſi tales
fueritis vt diligamini a deo: & vos Theophili
eſtis: & ad vos euangeliũ ſcribit̃. Si quis Theo
philus eſt: iſte optimus & fortiſſimus eſt. Hoc
quippe ſignificantius græco ſermone dicitur
κρατιστοσ. Nemo Theophilus: infirmus eſt.
Et quomodo ſcriptũ eſt de populo Iſrael quã=
do egrediebat̃ ex ęgypto ꝙ nõ fuerit ĩ tribub⁹
eorũ infirmus: ſic vt audacter loquar: dicã: ꝙ
oĩs q Theophilus eſt: ſit robuſtus: habẽs forti=
tudinẽ robuſtã a deo: tanq̃ a ſermone eius: vt
cognoſcere poſſit eorũ verborũ qbus cõditus
eſt veritatẽ: intelligens ſermonẽ euangelii in
Chriſto: Cui gloria in ſęcula ſęculorũ. Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt: Erant autem iuſti
ambo in conſpectu dei: ambulãtes in omnibus
mãdatis: & iuſtificationibus dñi ſine querela.
Cap. I. Homilia Secunda.

B QVi volũt peccatis ſuis obtẽ=
dere aliquã excuſationem:
ęſtimãt nullũ eſſe abſqꝫ pec=
cato: & vtuntur teſtimonio
qđ in Iob ſcriptũ eſt. Nemo
mũdus a ſorde: nec ſi vnius
quidẽ diei fuerit vita eius ſuper terrã. Nume
rabiles autẽ mẽſes eis. Cuius ſonũ tãtũmodo
proferũt: interpretationẽ penitus ignorantes.
Aduerſus quos breuiter reſpõdebimus: quo=
niã abſqꝫ peccato eſſe in ſcripturis: dupliciter
intelligitur: vt ſit alterũ nunq̃ oĩno peccaſſe:
alterũ peccare deſiiſſe. Si igitur aiunt eũ abſqꝫ
peccato dici qui nunq̃ peccauerit: & nos aſſen
timus nullũ eſſe abſqꝫ peccato: quia omnes ho
mines aliquãdo peccauimus: licet poſtea vir=
tutẽ ſecuti ſumus. Si vero ſic intelligunt: ho=
minẽ nõ eſſe abſqꝫ peccato: vt negent quẽpiam
poſt vitia ita ſe ad virtutes referre: vt nũq̃ oĩ=
no peccet: falſa eorũ ſentẽtia eſt. Poteſt eñ fie=
ri vt qui ante peccauit: & peccare deſiuerit: ſi=
ne peccato eſſe dicatur. Sic & dñs noſter Ieſus
Chriſtus exhibuit ſibi glorioſam eccleſiã: non
habentẽ maculã. Non quia eccleſiaſticus vir
nũq̃ habuerit maculã: ſed quia nequaq̃ vltra
maculetur. Non habẽtẽ rugam. Non ꝙ ruga
veteris hominis in eo aliquãdo non fuerit: ſed
ꝙ eã habere deſierit. In hunc modũ & illud qđ
ſequitur eſt intelligẽdũ vt ſit ſancta & imma=
culata: non ꝙ a principio immaculata fuerit.
Hoc enim ſuſpicari quidẽ de homine non po=
teſt ꝙ anima eius maculoſa non fuerit: ſed ꝙ
reputetur pura atqꝫ ſincera: quę maculari vl=
tra deſierit. Hęc iccirco dicim⁹: vt doceremus C
poſſe hominem ob id ꝙ peccare deſiuit: vocari
abſqꝫ peccato: & immaculatum. Vnde & ma=
nifeſtiſſime de Zacharia: & Helizabeth ſcribi=
tur. Erant iuſti ambo: in cõſpectu dei ambulã
tes. In oĩbus aũt erãt iuſti ambo ante dominũ:
incedẽtes in mãdatis & iuſtificationibus dñi:
ſine querela. Diligentius laudes Zachariæ: &
Helizabeth quas ſanct⁹ Lucas ĩ ſua ſcribit hi=
ſtoria: cõtemplemur. Non tãtum vt ſciamus
illos fuiſſe laudabiles: ſed vt ſanctũ zelũ aſſu=
mentes: etiam ipſi laude digni efficiamur. Po=
tuerat ſimpliciter ſcribere: erãt iuſti ãbo am=
bulantes in omnibus mãdatis. Nunc autẽ ne=
ceſſario additur: iuſti ambo in conſpectu dei.
Poteſt quippe fieri vt ſit aliquis iuſtus in con=
ſpectu hominũ: ſed in conſpectu dei nõ. Verbi
gratia. Quãdo nõ habet homo qđ de me mali
loquat̃: & in me vniuerſa conſiderãs nihil cui
detrahat repperit: iuſtus ſum in conſpectu ho
minũ. Finge omnes de me æqualẽ habere ſen=
tẽtiam: & quęrere quid detrahant mihi: & ta=
men inuenire non poſſe: ſed conſono me ore
laudare: Iuſtus ſum in conſpectu hominũ plu
rimorum: verum hominũ non eſt certum iu=
dicium. Neſciunt enim vtrum in abſcondito
cordis mei aliquando peccauerim: vtrum vi=
derim mulierem ad concupiſcendum eam: &
adulterium mihi in corde ſit natum. Ignorãt
homines cum me viderint ſecũdum vires me
as elemoſynam facere: vtrum propter manda
tum dei fecerim: an hominum laudem: fauo=
rẽqꝫ quæſierim. Difficilis res eſt in conſpectu
dei iuſtum eſſe: vt non ob aliam cauſam quid

boni facias niſi propter ipſum bonũ: & deum
tantum quæras boni operis retributorẽ. Tale
quid & apoſtolus loquitur. Quorum laus nõ
ex hominibꝰ: ſed ex deo eſt. Beatus qui in con
ſpectu dei iuſtus eſt: atq; laudabilis. Homines
enim q̃uis certum iudicium habere videan-
tur: tamen non poſſunt ad liquidum pronun
tiare. Euenit quippe interdum: vt laudent eũ
qui non eſt laudabilis: & ei detrahant qui mi-
nime detractione dignus eſt. Solus deus & in
laude: & in vituperatiõe iuſtus eſt iudex. Vn-
de digne & nunc additur in laude iuſtorum.
Erant iuſti ambo in conſpectu dei. Tale quid
et Salomon in prouerbiis cohortatur: dicens.
Fili: prouide bona in cõſpectu dei & hominũ.
Sequitur Zachariæ: & Helizabeth alia lauda-
D tio. Ambulantes in omnibus mandatis: & iu-
ſtificationibus domini. Quando bene & recte
de aliquibus iudicamus: in iuſtificationibus
domini gradimur. Quando hoc aut illud fa-
cimus: in mandatis illius ambulamus. Vnde
puto & ſanctum Lucam volentem eos prædi-
care laude perfecta: dixiſſe. Erant iuſti ambo:
ambulantes in omnibus mandatis: & iuſtifi-
cationibus domini. Dicat mihi quiſpiam: Si
laus iſta perfecta eſt: quid ſibi vult hoc qđ di-
citur: ſine querela? Sufficiebat enim dicere:
ambulantes in omnibus viis & iuſtificationi-
bus domini: niſi poſſet fieri vt ambulet quis
in omnibus mandatis dei: & tamen ſine que-
rela non ambulet. Et quomodo poteſt eueni-
re vt in omnibus mandatis & iuſtificationi-
bus dei ambulans ſub querela ſit? Cui breui-
ter dicam. Niſi hoc ita eſſet: nunq̃ in alio loco
noſceremus ſcriptum referri. Iuſte id quod iu
ſtum eſt ſequere. Niſi enim eſſet iuſtum ali-
quid quod non iuſte ſequeremur: nequaq̃ no-
bis præciperetur vt iuſte id qđ iuſtũ eſt ſeque
remur. Quando enim facimus mãdatum dei
et in conſcientia noſtra vanæ gloriæ ſordes re
ſpergimus vt placeamus hominibus: aut alia
quæcunq; non placent deo: boni operis cauſa
præcedit: q̃uis faciamus præceptum dei: ta-
men illud abſq; querela non facimus: & iniu-
ſte id quod iuſtum eſt ſequimur. Difficile er-
go eſt ambulare in omnibus mãdatis: & iuſti-
ficationibus domini ſine querela: ſecũdum te-
ſtimonium & laudẽ dei in Chriſto Ieſu. Quæ
laus reddẽda eſt ĩ die iudicii ab eo: cui omnes
nos manifeſtari oportet ante tribunal eius: vt
recipiat vnuſquiſq; quæ per corpus geſſit: ſi-
ue bona: ſiue mala. Omnes enim ſtabimus an-
te tribunal dei vt recipiamus quod meremur
in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria & imperiũ in ſę
cula ſæculorum. Amen.

Incipit Homilia tertia. De eo quod ſcri-
ptũ eſt. Apparuit ei angelus dñi ſtans
a dextris altaris incenſi. Cap. I.

QVę corporalia ſunt: & ſenſu E
carent: vt videantur ab alio
ipſa nihil efficiunt: ſed tan-
tũmodo oculus alterius in-
tentus in ea: ſiue voluerint
illa: ſiue noluerit videt quã-
do in ea cõtemplationẽ direxerit. Quid enim
poteſt homo: aut alia res quæ circũdatur cor
pore craſſo cũ in pręſenti fuerit facere: ne cer-
nantur? Econtrario ea quæ ſunt ſuperna: & di
uina: ea cum in præſenti fuerint nõ videntur:
niſi ipſa voluerint: & in voluntate eorum eſt
videri vel non videri. Gratia dei fuit vt appa-
reret Abraham: vel cæteris prophetis: non ꝙ
oculus tantum cordis Abraham in cauſa fue
rit vt cerneret deum: ſed ꝙ gratia dei vltro ſe
aſpiciendam prębuerit viro iuſto. Hoc autem
non ſolũ ſup deo patre intelligas: ſed etiã ſup
domino Saluatore: & ſuper ſpiritu ſancto: et
vt ad minora perueniã / ſuper Cherubin & Se
raphin. Fieri eñ poteſt vt & nũc nobis loquẽ-
tibus aſſiſtat angelus: & tamen quia non me-
remur eũ videre nequeamꝰ. Quis enim ocu-
lus ſiue corporis: ſiue animę noſtrę ad cõtem-
plandum intẽdat: niſi ſponte apparuerit ange
lus: & ſe videndum præbuerit: & ille qui vere
deſiderat non videbit. Itaq; vbicũq; ſcriptum
fuerit: apparuit deus illi: vel illi: vt & nũc: Ap
paruit ei angelus domini ſtans a dextris alta-
ris incenſi: ita (vt dixi) intellige. Siue deus: ſi-
ue angelus Abrahę: vel Zachariæ cũ voluerit
vel noluerit: aut nõ videbitur: aut videbitur.
Et hoc nõ tantũ in præſenti ſæculo dicimus:
ſed etiã in futuro cũ migrauerimus e mũdo:
ꝙ non oĩbus vel deus: vel angeli appareant:
ꝙ ſcilicet & angelos & ſpiritũ ſanctum & do-
minũ Saluatorẽ & ipſum deũ patrẽ is qui de
corpore exierit ſtatim mereatur videre: & il-
le tantũ videbit qui mũdum habuerit cor: &
talem ſe præbuerit vt dignus dei ſit aſpectu.
Et q̃uis in eodem loco ſit qui mũdo corde eſt:
et is qui adhuc aliqua ſorde reſpergitur: vnus
locus nec nocere quẽpiã poterit: nec iuuare:
quia qui mũdũ cor habuerit deũ videbit: qui
autẽ nõ talis fuerit: id qđ alii cernũt nõ vide-
bit. Tale quid mihi intelligendũ & de Chriſto F
qui quondã in corpore videbatur: ꝙ non qui-
cũq; eũ videbãt poterãt videre. Videbãt quip
pe tantũ corpus illius: ſecũdũ vero hoc quod
Chriſtus erat: eũ videre nõ poterãt. Porro di-
ſcipuli eum videbãt: & magnitudinẽ diuini-

tatis illius contemplabatur. Propter qđ puto
et ad Philippum deprecantem: atq; dicentem
oſtende nobis patrem & ſufficit nobis: reſpon
diſſe ſaluatorem. Tanto tẽporevobiſcum ſum
et non cognouiſtis me? Philippe qui videt me
videt & patrem. Neq; em̃ Pilatus qui videbat
Ieſum ĩtuebať patrẽ: nec proditor Iudas: quia
nec ipe Pilatus: nec Iudas Chriſtũ ſecũdũ hoc
qđ erat Chriſtus videbãt: nec multitudo quæ
coarctabat eũ. Illi tantũ videbant Ieſum: quos
aſpectu ſuo dignos eſſe ſciebat. Laboremus er⸗
go & nos: vt & impręſentiarum nobis deus ap
pareat. Sanctus quippe ſcripturarũ ſermo pro
miſit: ꝙ inuenietur ab his qui non tentant eũ:
apparet autem his qui non ſunt increduli in
eum: & in futuro nõ abſcondatur a nobis: ſed
videamus eũ facie ad faciẽ: & habeamus fidu⸗
tiam bonę vitę: fruamurq; cõſpectu omnipotẽ
tis dei in Chriſto Ieſu: & ſpiritu ſancto: cui eſt
gloria: & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

Incipit Homilia quarta de eo qđ ſcriptũ eſt.
Ne timeas Zacharia: vſq; ad eũ locum vbi ait
de Ioanne. Pręcedet corã ipſo in ſpiritu: & vir⸗
tute Heliæ. Cap. I.

A ZAcharias cum angelum vi⸗
diſſet: expauit. Noua quip⸗
pe facies humanis obtutib⁹
ſe prębẽs turbat mẽtem ani
mũq; cõſternat. Vnde ange
lus ſciens hanc eſſe humanã
naturã: primũ perturbationi medetur dicens:
noli timere Zacharia: & trepiditatem refocil⸗
lat: nouoq; lętificat nuntio inferens. Exaudita
eſt oratio tua: & vxor tua Elizabeth pariet fi⸗
lium: & vocabis nomẽ eius Ioannẽ: & erit tibi
gaudiũ: & exultatio. Quando iuſtus quis ori⸗
tur mũdo: & ſtadiũ huius vitæ ingrediť mini
ſtri natiuitatis eius lętanť & ſe efferũt in ſubli
me. Quãdo vero ille naſciť qui malę vitę prę⸗
paratus eſt: & quaſi ob pœnas in ergaſtulũ re
ligatus: miniſter cõſternatur: & concidit. Vis
exemplũ accipere ſancti viri cuius omnis fru⸗
ctus ĩ laude fit? Vide Iacob duodecim genuiſ⸗
ſe mares: q omnes populi dei & partis illius pa
triarchæ: & prĩcipes extiterũt. In his omnibus
Iacob lętabatur pater: ſicut & nunc de Ioannis
natiuitate cunctis gaudiũ nuntiatur: & qui ſe
mel ob vtilitatẽ aliorum ad liberorum opera
deſcẽderit: & ſe voluerit huic miniſterio man
cipare: obſecret deũ: vt talis ei filius ingredia⸗
tur ſæculum: ſuper cuius natiuitate lętior ſit.
B Scribitur ergo de Ioanne. Erit magnus in con
ſpectu domini. Magnitudinem animę Ioannis
oſtendit: quæ oculis dei pateat. Et aliquid mi⸗
nus qđ proprie in animę virtute cõſpiciť. Ego
ita intelligo & illud qđ in euãgelio diciť. No⸗
lite contẽnere vnum de minimis iſtis qui ĩ ec⸗
cleſia ſunt. Minimus ibi ad diſtinctionem ma⸗
ioris intelligitur. Nõ mihi pręcipitur: vt eum
qui grandis eſt contẽnam: quia non poteſt cõ⸗
tẽni ille qui grandis eſt: ſed dicitur mihi ne cõ
tẽnas vnum ex minimis. Vt autem ſcias ꝙ mi
nimus & paruus non fortuitu dicatur: ſed cũ
ea ratione quã poſuimus: ſcriptum eſt. Qui⸗
cunq; ſcandalizauerit vnum de minimis iſtis.
Minimus ſcãdalizatur: grãdis nõ poteſt ſcan⸗ C
dalũ ſuſtinere. Sequitur de Ioanne. Et ſpiritu
ſancto replebitur adhuc de vtero matris ſuæ.
Et natiuitas Ioannis plena miraculo eſt. Quo⸗
modo em̃ domini noſtri: ac ſaluatoris aduẽtũ
archãgelus nuntiauit: ita & Ioannis ortũ ar⸗
changelus nuntiat. Spiritu ſancto replebitur
adhuc de vtero matris ſuæ. Populus Iudęorũ
facientem dominũ noſtrũ ſigna atq; portenta:
et curantẽ infirmitates eorum: nequaq̃ vide⸗
bat. Ioannes vero adhuc in vtero matris cõſti
tutus exultat: etem̃ non poteſt: & ad aduentũ
matris Ieſu de vtero geſtit erumpere. Ecce em̃
ait Elizabeth: vt facta eſt ſalutatio tua ĩ aures
meas: exultauit in gaudio infans ĩ vtero meo.
Adhuc in matris vtero erat Ioannes: & iã ſpi⸗
ritum ſanctum acceperat. Non em̃ illud prin⸗
cipium erat ſubſtãtię eius: atq; naturę: de qua
ſcriptura loquitur: ꝙ plurimos filiorũ Iſrael
conuertet ad dominum deum ipſorum. Ioan⸗
nes plurimos conuertit: dominus autem non
plures: ſed omnes. Hoc opus illius: vt om̃es cõ
uertat ad deum patrem. Et pręcedet corã ipſo D
in ſpiritu & virtute Helię. Nõ ait in anima he
lię: ſed in ſpiritu: & virtute Helię. Fuit in He⸗
lia virtus: & ſpiritus ſicut in omnibus prophe
tis: & ſecundũ diſpẽſationem corporis in ipſo
quoq; dño ſaluatore: de quo poſt paululũ ad
Mariam dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet
in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Spiri
tus ergo qui fuerat in Ioanne: & virtus quę in
illo erat: in hoc quoq; apparuit. Ille tranſlatus
eſt: hic vero ꝑcurſor domini fuit. Et mortuus
eſt ante eum: vt ad inferna deſcendens illius
prędicaret aduentum. Ego puto: ꝙ ſacramen⸗
tum Ioannis vſq; hodie expleatur in mundo.
Quicunq; crediturus eſt in Chriſtum Ieſum:
præcurrit ante ſpũs & virtus Ioannis ad ani⸗
mam illius. Et pręparat domino populum per
fectum: & in cordis aſperitatibus planas facit
vias: & dirigit ſemitas parare domino plebem
perfectam. Non illo tantum tempore prępara
tę ſunt vię: & directę ſemitę: ſed vſq; hodie ad

uetum domini ſaluatoris ſpiritus Ioannis vir
tuſq; præcedit. O magna myſteria domini: &
diſpenſationis eius. Angeli precurrũt Ieſum.
Angeli quotidie aut aſcendunt: aut deſcẽdũt
ſuper ſalutem hominũ: in Chriſto Ieſu: cui eſt
gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

De eo ꝙ Zacharias obmutuit. Cap. I. Homilia. V.

E ZAcharias ſacerdos cũ in tẽ-
plo offerret incenſum: ſilen-
tio condemnatur: & retine-
tur: immo tantum nutibus
loquitur: & mutus vſq; ad
ortum Ioannis filii perſeue-
rat. Quo hæc tẽdit hiſtoria? Silentium zacha-
rię ſilẽtium prophetarum eſt in populo Iſrael.
Nequaq̃ loquitur eis deus: & ſermo q a princi
pio erat apud patrem deus: ad nos trãſiit: no-
biſq; non tacet Chriſtus: apud illos vſq; hodie
ſilet. Quãobrẽ & Zacharias propheta tacuit.
Manifeſtiſſime ex ſermonibus ipſius compro-
F batur: ꝙ & propheta fuerit: & ſacerdos. Quid
vult autem hoc qđ ſequitur: Annuebat eis: &
damnum vocis nutibus compenſabat? Ego pu
to talia eſſe opera abſq; ſermone: quæ ratione
nihil nutibus differunt. Vbi vero ratio & ſer-
mo preceſſerit: & ita opus fuerit ſubſecutum:
non debent eſtimari ſimplices nutus qui ornã
tur ſermone: aut ratione. Si igit̃ videris cõuer
ſationem Iudæorum ſine ratione: atq; ſermo-
ne: ita vt non queant eorum quæ agunt ratio
nem reddere: intellige qđ tũc in zacharia pre-
ceſſit: in imagine ipſius hucuſq; compleri. Cir
cunciſio eorum nutibus ſimilis eſt. Niſi enim
circunciſionis ratio reddatur: nutus eſt circũ
ciſio: & opus mutum. Paſcha & aliæ ſolennita
tes nutus magis ſunt q̃ veritas. Vſq; hodie po
pulus Iſrael ſurdus & mutꝰ eſt. Neq; poterat
fieri: vt non ſurdus eſſet & mutus: qui a ſe ſer
monem abiecerat. Et olim quidem Moyſes lo-
quebatur: Ego autem ſum: qđ licet latinus ali
ter expreſſerit: tamen proprie transferri poteſt
abſq; ſermone ſiue ratione: & poſtq̃ hoc ait: ac
cepit rationem & ſermonem: quem confeſſus
fuerat ſe antea habere. Populus autem Iſrael
priuſq̃ legem acceperat: abſq; ratione & ſermo
ne quodam modo mutus erat: deinde accepit
G ſermonem: cuius imago fuit Moyſes. Iſte igi-
tur non confitetur modo qđ tunc cõfeſſus eſt
Moyſes: eo ꝙ ſit mutus & alogos: ſed nutibus:
et ſilentio indicat ſe non habere ſermonem:
et habere rationem. Nonne tibi videtur con-
feſſio eſſe ſtultitię: quãdo nullus eorum poteſt
legalium præceptorum: & prophetici vatici-
nii rationẽ reddere? Ceſſauit Chriſtus eſſe in
eis: reliquit eos ſermo: completum eſt illud qđ
in Eſaia ſcribitur. Relinquetur filia Sion ſicut
tabernaculum in vinea: & ſicut cuſtodia in cu
cumerario: vt ciuitas quæ expugnatur. Qui-
bus relictis ſalus tranſlata eſt ad nationes: vt il
li concitentur ad zelum. Intuentes ergo diſpẽ
ſationem: & arcanum dei: quomodo Iſrael ab-
iectus ſit in ſalute noſtra: cauere debemus ne
forte & illi noſtri cauſa eiecti ſint: & nos maio-
ri ſupplicio digni ſimꝰ: propter quos & alii de
relicti ſunt: & nos nihil dignũ adoptione dei
et eius clemẽtia fecerimus: qua adoptauit nos
et in ſuos filios reputauit: in Chriſto Ieſu: cui
eſt gloria & ĩperium in ſæcula ſeculorũ. Amẽ.

De eo qđ ſcriptum eſt. Cum autẽ concepiſſet Elizabeth abſcondebat ſe: vſq; ad eum locum vbi ait. Hic erit magnus. Cap. I. Homilia Sexta.

QVando concepit Elizabeth H
abſcondebat ſe mẽſibus qui
q;: dicẽs. Quia ſic mihi fecit
dominus: in diebus quibus
reſpexit auferre opprobriũ
meum in hominibus. Quę-
ro quã ob cauſam poſtq̃ in-
tellexit ſe eſſe pręgnantem: publicum declina
rit? Ni fallor: hoc eſt etiam ꝙ hi qui nuptiis co
pulati ſunt non omne tempus coitus liberum
inter ſe habent: ſed eſt tẽpus quando recedunt
ab ope nuptiarũ. Si eñ vir ſenex fuerit & mu-
lier anus: pudoris eſt maximi ſeruire eos libi-
dini: ſeruire coniugio: quæ vel curę corporis:
et ſenectę eſſe: dei videntur voluntate ſublata.
Hæc autẽ quia ad ſermonem angeli & diſpen-
ſationẽ dei rurſum fuerat viro copulata: eru-
beſcebat ꝙ anus: & pene decrepita ad opus iu
uenum reuertiſſet. Vnde & abſcõdebat ſe mẽ
ſibus quinq;. Non vſq; ad nonum mẽſem: do-
nec partus ingrueret: ſed vſquequo cõciperet
Maria. Quando eñ illa cõcepit: & venit ad eã:
et facta eſt ſalutatio in aures eius: exultauit in
gaudio infans in vtero elizabeth: & propheta
uit ſpiritu ſancto plena: & locuta eſt quæ euã-
gelicus ſermo deſcribit. Et diffamata ſunt per
omnẽ montanã verba hæc. Quando eñ in po
pulo rumor egreſſus eſt habere eã in vtero ꝓ-
phetã: & aliquid maius eſſe hominem q geſta
batur a virgine: tunc non abſconditur: ſed to
ta libertate ſe prodit: & exultat ſe habere prę-
curſorem ĩ vtero ſaluatoris. Deinde ſcriptura I

commemorat: ꝙ menſe ſexto conceptus Eliza
beth: miſſus ſit angelus Gabriel a deo in ciui-
tatem Galileę: cuius nomen Nazareth: ad vir
ginem deſponſatam viro cui nomen Ioſeph de
domo Dauid: & nomen virginis Maria. Rur-
ſum in mea mente voluens quæro quare deus
cū ſemel ſaluatorem iudicaret naſci ex virgi-
ne nō elegit puellam abſq; ſponſo: ſed eam po-
tiſſimū quę iam fuerat deſponſata. Et niſi fal-
lor hæc cauſa eſt. Debuit de ea virgine naſci:
quæ non ſolum ſponſum haberet: ſed (vt Mat
thęus ſcribit) iam viro tradita fuerat: licet eā
vir necdum noſſet: ne turpitudinem virginis
habitus ipſe mōſtraret: ſi virgo videretur vte
ro tumēti. Vnde eleganter in cuiuſdam mar-
tyris epiſtola ſcriptum reperi: Ignatium dico
epiſcopum Antiochiæ poſt Petrum ſecūdum
qui ī perſecutione Romę pugnauit ad beſtias.
Principem ſęculi huius latuit virginitas Ma-
riæ: latuit ꝓpter Ioſeph: latuit ꝓpter nuptias:
latuit quia habere virum putabatur. Si enim
non habuiſſet ſponſum: & putabatur virum:
nequaq̄ potuiſſet principi mūdi huius abſcon
di. Statim enim cogitatio diaboli tacita ſubre
pſiſſet. Quomodo iſta quæ nō concubuit cum
viro pręgnans eſt? Debet iſte conceptus eſſe di
uinus: debet aliquid humana natura eē ſubli-
mius. Econtrario diſpoſuerat ſaluator: diſpen
ſationem ſuam: & aſſumptionē corporis igno
rare diabolum. Vnde & in generatione ſua ce
lauit eam: & diſcipulis poſtea præcipiebat: ne
manifeſtum eum facerent. Et cum ab ipō dia-
bolo tentaretur: nuſq̄ cōfeſſus eſt dei ſe eſſe fi-
lium: ſed tantūmodo reſpondebat. Non opor
tet vt adorem te: nec vt lapides iſtos panes fa-
ciam: nec vt me de alto præcipitem. Et cū iſta
diceret: tacuit ſemper ſe eſſe filium dei. Quæ-
re & in alia ſcriptura: & reperies voluntatis
Chriſti fuiſſe: vt aduentum filii dei diabolus
ignoraret. Apoſtolus eñ paſſionem eius affe-
rēs neſciſſe cōtrarias fortitudines: ait: Sapien
tiam loquimur inter perfectos. Sapientiam au
tem non ſæculi huius: neq; principum ſæcu-
li huius qui deſtruuntur: ſed loquimur dei ſa
pientiam in myſterio abſcōditam: quā nullus
principum huius ſæculi cognouit. Si enim co
gnouiſſent: nunq̄ dominum gloriæ crucifixiſ
ſent. Abſcōditum igitur fuit a principibus ſę-
A culi myſterium ſaluatoris. Qđ autem ecōtra
rio obiici poteſt: ſoluendum mihi videtur an-
teq̄ ab alio proponatur: qua ratione qđ princi
pes huius ſæculi latuit: dæmonem non latuit:
cū pręſertim qui in euangelio loquebatur: ve-
niſti ante tēpus torquere nos: ſcimus te qui ſis
filius dei. Sed conſydera: quia minor in mali-
tia nouerit ſaluatorem. Qui vero maior eſt in
ſcelere: & verſipellis: & nequā: ex eo ipſo ꝙ ī ma
lo maior eſt: impeditur noſſe filium dei. Nos
quoq; ipſi ſi minus habuerimus mali: facilius
poſſumus ad virtutem procedere. Si vero ma
gis in nobis fuerit mali: ingenti labore ſudan-
dum eſt: vt maiori malitia liberemur. Hæc de
eo ꝙ ſponſum habuerit Maria. Quia vero an- B
gelus nouo ſermone Mariam ſalutauit: quē in
omni ſcriptura inuenire non potui: & de hoc
pauca dicenda ſunt. Id enim qđ ait: aue gratia
plena: qđ grece dicitur κεχαριτωμένη: cecha-
ritomene: vbi in ſcripturis alibi legerim nō re
cordor: ſed neq; ad virū iſtiuſmodi ſermo eſt.
Salue gr̄a plene. Soli Marię hęc ſalutatio ſerua
batur. Si enim ſciſſet Maria: & ad aliū quēpiā
ſimilem factū eſſe ſermonē: habebat quippe le-
gis ſcientiā: & erat ſancta: & prophetarū vati
cinia quotidiana meditatione cognouerat: nū
q̄ quaſi peregrina eam ſalutatio terruiſſet: pro
pter qđ loquitur ei angelus. Ne timeas Maria
inueniſti eñ gratiam coram dño. Ecce conci-
pies in vtero: & paries filiū: & vocabis nomen
eius Ieſum. Is erit magnus: & fili⁹ altiſſimi vo-
cabitur. Dicitur & de Ioanne erit magnus. Et
hoc ipſum Gabriel angelus conteſtatur. Sed
quādo venit Ieſus vere magnus: vere ſublimis
ille qui prius magn⁹ fuerat minor effectus eſt.
Ille eñ (inquit) fuit lucerna ardēs & lucēs: &
vos voluiſtis ad horā exultare in lumine eius.
Magnitudo ſaluatoris noſtri nō tūc apparuit
quādo natus eſt: ſed nūc poſtq̄ oppreſſa ab ad-
uerſariis videbatur: emicuit. Vide magnitu-
dinem domini. In omnem terram exiuit ſonus
doctrinæ eius: & in fines orbis terrarū verba il
lius. Dominus noſter Ieſus: quia virtus eſt dei
in omnē diffuſus eſt orbem: & impræſentiarū
nobiſcū eſt: iuxta illud qđ in apoſtolo legitur.
Congregatis vobis & ſpiritu meo: cum virtu-
te domini noſtri Ieſu Chriſti: virtus dñi ſalua
toris & cū his eſt qui ab orbe noſtro in Britan
nia diuidūtur: & cum his qui in maritima: &
cum vniuerſis qui ſub ſole in nomine eius cre
diderunt. Vide ergo magnitudinem ſaluato- C
ris quomodo in toto orbe diffuſa ſit: & certe
necdum eius veram magnitudinem expoſui.
Aſcende in cœlos: & vide eum quomodo cœ-
leſtia repleuerit. Apparuit ſiquidē angelis. De
ſcende cogitatione in abyſſos: & videbis eum
etiam illuc deſcendiſſe. Qui eñ deſcendit ipſe
eſt: & qui aſcendit: vt impleret omnia: vt in no
mine Ieſu omne genu flectatur: cœleſtium: ter
reſtrium: & infernorum. Conſydera virtutem

domini ꝙ impleuerit mūdum:id eſt cœleſtia:
terreſtria:& infernalia:quomodo & cœlum ip
ſum penetrauerit:& in ſuperna aſcenderit.Le-
gimus enim : ꝙ pertranſierit cœlos filius dei.
Si hæc videris:pariter intueberis non trāſito-
rie dictum:magnus erit:ſed verbū opere com
pletum . Magnus eſt dominus noſter Ieſus:&
præſens:& abſens:tribuitqꝫ conſortium forti-
tudinis ſuæ huic cœtui noſtro atqꝫ cōuentui:
qđ vt & ſinguli mereamur accipere/deprece-
mur dominum deum:cui eſt gloria & imperiū
in ſæcula ſeculorum.Amen.

De eo qđ ſcriptū eſt.Exurgens autē Maria cū feſtinatione:venit in montana.vſqꝫ ad eum locum vbi ait:Eerit conſummatio eorū quæ dicta ſunt. Cap.I.

Homilia.VII.

Meliores ad deteriores veni-
D unt:vt eis ex aduētu ſuo ali
quid tribuant emolumēti.
Sic & ſaluator venit ad Io-
annem : vt ſanctificaret ba-
ptiſma illius. Et Maria ſta-
tim vt audiuit angelū nun
tiantem ꝙ conceperit ſaluatorem:& ꝙ cogna-
ta illius Elizabeth haberet invtero:conſurgēs
cū feſtinatione venit ī montana:& ingreſſa eſt
domū Elizabeth.Ieſus vero qui in vtero illius
erat:feſtinabat adhuc in ventre matris Ioannē
poſitū ſanctificare. Deniqꝫ anteꝗ veniret Ma-
ria:& ſalutaret Elizabeth:nō exultauit infans
in vtero:ſed ſtatim:vt Maria loquuta eſt ver-
bū: qđ filius dei in ventre matris ſuggeſſerat:
exultauit infans in gaudio: & tunc primū prę
curſorem ſuum prophetam fecit Ieſus.Opor-
tebat quoqꝫ Mariam cū dei prole digniſſima:
poſt alloquiū dei ad montana conſcendere: &
in ſublimioribus commorari.Vnde & ſcriptū
eſt.Conſurgens Maria in diebus illis: venit in
montana.Debuerat etiam cum eſſet ſollicita:
non pigra: ꝑperare ſollicitudine:& ſpiritu ſan
cto plena ad ſublimiora perduci:& virtute dei
protegi:a qua fuerat obumbrata. Venit ergo
in ciuitatē Iudæ:& in domum Zacharię: & ſa
E lutauit Elizabeth. Factum eſt cū audiſſet ſalu
tationem Marię Elizabeth:exultauit infans in
vtero eius:& repleta eſt ſpiritu ſancto . Nō eſt
itaqꝫ dubium quin quæ tunc repleta eſt ſpiri-
tu ſancto:propter filium ſit repleta . Neqꝫ em̄
mater primū ſpiritum ſanctum meruit:ſed cū
Ioannes adhuc clauſus in vtero ſanctum ſpiri
tū recepiſſet:tunc & illa poſt ſanctificationem
filii repleta eſt ſpiritu ſancto. Poteris hoc cre-
dere:ſi ſimile quid etiā de ſaluatore cognoue-
ris. Inuenitur beata Maria ſicut in aliquantis
exemplaribus reperimus:prophetare. Nō em̄
ignoramus:ꝙ ſecūdū alios codices & hæc ver
ba Elizabeth vaticinetur. Spiritu itaqꝫ ſancto
tunc repleta eſt Maria:quando cœpit invtero
habere ſaluatorē.Statim em̄:vt ſpiritum ſan-
ctum accepit dominici corporis conditorē : &
filius dei eſſe cœpit in vtero:etiam ipſa cōple-
ta eſt ſpiritu ſancto . Exultauit ergo infans in
vtero Elizabeth:& repleta eſt ſpiritu ſancto:&
clamauit voce magna:& dixit. Benedicta tu ī
ter mulieres. Debemus in hoc loco ne ſimpli- F
ces quiqꝫ decipiantur:ea quæ ſolent opponere
hæretici cōfutare.In tantā quippe neſcio quis
prorupit infamiam:vt aſſereret negatam fuiſ
ſe Mariam a ſaluatore:eo ꝙ poſt natiuitatē il-
lius iuncta fuerit Ioſeph. Et loquutus eſt:quæ
quali mente dixerit : ipſe nouerit qui locutus
eſt.Si quando igitur hæretici vobis tale quid
obiecerint reſpondete eis:& dicite.Certe ſpiri
tu ſancto plena Elizabeth ait. Benedicta tu in
ter mulieres.Si ſancto ſpiritu benedicta cani-
tur Maria:quomodo eā ſaluator negauit? Por
ro ꝙ aſſerunt eā nupſiſſe poſt partū: vnde ap-
probent non habent.Hi em̄ filii qui Ioſeph di-
cebantur:non erant orti de Maria:neqꝫ eſtvlla
ſcriptura quę iſta cōmemoret.Benedicta tu in
ter mulieres:& benedictus fructus vētris tui.
Et vnde mihi hoc:vt veniat mater dn̄i mei ad
me?Qđ ait:vnde mihi hoc:non ignorās dicit:
&maxime ſpiritu ſancto plena:quaſi neſciat ꝙ
iuxta dei volūtatē mater dn̄i venerit ad eam.
Sed iſto ſenſu loquit̄. Quid boni feci:quę ope-
ra mea tanta ſunt:vt mater dn̄i ad me veniat?
per quā iuſtitiam:ex ꝗbus bonis:de qua fideli-
tate mentis hoc merui : vt mater dn̄i mei ve-
niat ad me?Ecce.n.vt facta eſt ſalutatio tua in
aures meas:exultauit in exultatione infans in
vtero meo.Sancta erat anima beati Ioannis:&
adhuc ī matris vtero clauſa:vēturaqꝫ in mūdū
quaſi per experientię ſenſum ſciebat quę Iſrael
ignorabat.Vnde exiliuit:& nō ſimpliciter exi G
liuit:ſed in gaudio . Senſerat em̄ veniſſe dn̄m
ſuū:vt ſanctificaret ſeruū ſuum:anteꝗ de ma-
tris vtero procederet. Vtinā mihi eueniat: vt
ab infidelibus ſtultus dicar:ꝗ talibus credidi.
Ipſum opus oſtendit:& veritas non meę ſtulti
tię:ſed ſapientię crediſſe:& qa hoc qđ ſtultū
apud illos putatur:mihi ſalutis occaſio ſit.Ni
ſi enim fuiſſet cœleſtis: & beata natiuitas ſal-

uatoris:niſi habuiſſet diuini aliquid:& humanitatem hominum ſupergrediens: nunq̄ totum orbem illius doctrina penetraſſet. Si tantummodo fuiſſet in Mariç vtero: & non dei filius:quomodo poterat fieri:vt & illo tempore et nunc non ſolum corporũ:ſed etiam animarum morbi multiplices curarentur? Quis noſtrum nõ inſipiens fuit:qui nunc propter miſericordiam dei habemus intelligentiam: & ſitimus deum? Quis noſtrum nõ incredulus iuſtitiæ:qui nunc propter Chriſtum iuſtitiã habemus:ſequimurq; iuſtitiam? Quis noſtrum non errabundus & vagus:qui nunc ꝓpter aduentum ſaluatoris non fluctuamus: atq; turbamur:ſed ſumus in via: in illo videlicet qui ait:ego ſum via? Poſſumus & reliqua congregantes:videre quoniã omnia quæ ſcripta ſunt de eo:diuina ammiratione digna referuntur: ꝙ & natiuitas illius:& nutrimenta: & virtus: et paſſio:& reſurrectio non ſolum illo tempore: ſed etiam nunc operentur in nobis. Quis vos o cathecumini in eccleſia congregauit? qs ſtimulus impulit:vt relictis domibus in hunc cœtum coeatis? Neq; enim nos domus veſtras ſingillatim circuiuimus: ſed omnipotens pater virtute inuiſibili ſubiicit cordibus veſtris quos ſcit eſſe dignos/hunc ardorem: vt quaſi inuiti:& retractantes veniatis ad fidem: maxime in exordio religionis: cum veluti trepidi: et pauentes ſalutis fidem cum timore ſuſcipitis. Obſecro vos o cathecumini nolite retractare:nemo veſtrum formidet: & paueat: ſed ſequimini præeuntem Ieſum. Ille vos trahit ad ſalutem:congregat in eccleſiam:nunc quidem ſuper terram: ſi autem dignos fructus feceritis/ĩ eccleſia primitiuorum qui ſcripti ſunt in cæleſtibus. Beata quæ credidit: & beatus qui credidit:quia erit perfectio his quæ dicta ſunt ei a domino. Super quibus:& beata Maria magnificat dominum Ieſum. Magnificat autem anima dominum:ſpiritus deum. Quæ quam habeant interpretationem:ſi conceſſerit dominus:vt rurſus in eccleſiam congregemur: vt feſtiui veniatis ad domum dei:& diuinç lectioni præbeatis aures: quęremus: ventilabimus: differemus:ĩ Chriſto Ieſu:cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt. Magnificat anima mea dominum. vſq; ad illum locum vbi ait: timentibus efficit virtutem.
Cap.I.

Homilia Octaua.

ANte Ioannem prophetat Elizabeth:ante ortum domini A
ſaluatoris ꝓphetat Maria. Et quomodo peccatum cœpit a muliere:& deinceps ad virum vſq; peruenit: ſic & principium ſalutis a mulieribus habuit exordium:vt cæteræ quoq; mulieres/ ſexus fragilitate depoſita/imitarentur vitam:conuerſationemq; ſanctarum earũ quę vel maxime nunc in euangelio deſcribuntur. Videamus ergo vaticinium virginale. Magnificat(ait)anima mea dominum: & exultauit ſpiritus meus ĩ deo ſalutari meo. Duæ res:anima ſcilicet:& ſpiritus:duplici laude funguntur. Anima dominum prædicat:ſpiritus deũ. Non ꝙ alia laus domini:alia dei ſit: ſed q̄a qui deus eſt:idem & dominus eſt: & qui dominus eſt:idem & deus ſit. Quæritur quomodo magnificet dominum. Si enim dominus:nec augmentum: nec decrementum recipere poteſt: et qđ eſt/eſt: qua ratione nũc Maria loquitur: magnificat anima mea dominum? Si conſyderem dominum ſaluatorem imaginem eſſe inuiſibilis dei:& videam animam meam factam ad imaginem conditoris: vt imago eſſet imaginis:neq; enim anima mea ſpecialiter imago eſt dei:ſed ad ſimilitudinem imaginis prioris effecta eſt: tũc videbo quoniam in exemplum eorũ qui ſolent imagines pingere: & vno(verbi cauſa)vultu regis accepto ad principalem ſimilitudinem exprimẽdam artis induſtriam commodare:vnuſquiſq; noſtrum ad imaginẽ Chriſti formans animam ſuam: aut maiorem ei:aut minorem ponit imaginem: vel obſoletam:vel ſordidam:aut claram:atq; lucentem: et ſplendentem ad effigiem imaginis principalis. Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis:id eſt animam meam: & magnificauero eam opere:cogitatione:ſermone: tũc imago dei grandis efficitur: & ipſe dominus cuius imago eſt ĩ noſtra anima magnificatur.
Et quomodo creſcit dominus in noſtra imagi B
ne:ſic ſi peccatores fuerimꝰ minuitur:atq; decreſcit. Sed nos pro imagine ſaluatoris: alias nobis imagines induimus. Pro imagine verbi ſapientię:iuſtitiæ:cęterarumq; virtutum:diaboli formam aſſumimus:vt dicatur de nobis. Serpentes:generatio viperarum. Sed & leonis perſonam induimus:& draconis: & vulpium: quando venenati:crudeles:callidi ſumus:necnon & hirci: vel porci quando ad libidinem promptiores. Memini quondam deuterono=

mium differētem in eo loco vbi ſcriptum eſt:
Ne faciatis omnem ſimilitudinem omnis ani=
malis: dixiſſe me quoniam ſpiritalis eſt in alios
facere imaginem maſculi: in alios fœminæ. Il=
lum ſimilitudinem habere volucrum: illum
reptilium: atq; ſerpentium: & alium face=
re ſimilitudinem dei. Hæc quomodo intelli=
gantur: ſciet qui illa legerit. Anima itaq; Ma=
riæ primum magnificat dominum: & poſtea
exultat in deo. Niſi enim antea crederemus:
C exultare nō poſſemus. Quia reſpexit (inquit)
in humilitatem ancillæ ſuæ. In quam humili=
tatem Mariæ reſpexit dominus? Quid habe=
bat mater ſaluatoris humile: atq; deiectū: quæ
dei filium geſtabat in vtero? Qđ ergo dicit: re
ſpexit in humilitatem ancillæ ſuæ: tale eſt qua
ſi dixerit. Reſpexit in iuſtitiam ancillæ ſuę: re=
ſpexit in temperantiam: reſpexit in fortitudi=
nem: atq; ſapientiam. Dignum quippe eſt: vt
virtutes reſpiciat. Reſpondeat aliquis: & di=
cat. Intelligo quomodo deus iuſtitiam ancil=
læ ſuæ: ſapientiamq; reſpiciat. Quomodo au=
tem intendat humilitatem: non ſatis liquet.
Conſyderet qui quærit talia: quoniam pro=
prie in ſcripturis vna de virtutibus humilitas
prędicetur. Ait quippe ſaluator. Diſcite a me:
quia manſuetus ſum: & humilis corde: & in=
uenietis requiem animabus veſtris. Q; ſi vis
nomē huius audire virtutis: quomodo etiam
a philoſophis appelletur: auſculta eandem eſſe
humilitatem quam reſpiciat deus: quæ ab il=
lis φτυᾶια: ſiue μετριότησ dicitur. Sed & nos
quodam eam poſſumus appellare circuitu: cū
aliquis non eſt inflatus: ſed ipſe ſe deiicit. Qui
enim inflatur: cadit ſecundum apoſtolum in
iudicium diaboli. Siquidem & ille ab inflatio=
ne cœpit: atq; ſuperbia. Vt non (inquit) infla=
tus: in iudicium incidat diaboli. Reſpexit ſu=
per humilitatem ancillę ſuę. Humilem me (in
quit) & manſuetudinis ſectantē: deiectioniſq;
D virtutem reſpexit deus. Ecce enim amodo bea
tam me dicunt omnes generationes. Si ſimpli
citer intelligā omnes generationes: ſuper cre=
dentibus illud interpretor. Si autem altius ali
quid fuero ſcrutatus: animaduertam quanti
profectus ſit dicere. Quia fecit mihi magna q
eſt potens. quoniam omnis qui ſe humiliat ex
altabitur. Reſpexit autem deus in humilitatē
beatæ Mariæ: propterea fecit illi magna q po=
tens eſt: & ſanctum nomen eius. Et miſericor=
dia eius in generationes generationum. Miſe=
ricordia dei non in vnam generationem: nec
in duas: neq; in tres: ſed nec in quinq;: verū in
ſempiternum extenditur in generationes ge=
nerationum: timentibus potentiam eius. Fe=
cit virtutē in brachio ſuo. Licet īfirmus ad do
minum acceſſeris: ſi timueris eum: audire po=
teris repromiſſionem quam tibi ob timorem
ſuum dominus pollicetur. Quæ eſt iſta repro
miſſio? Timentibus (inquit) ſe fecit virtutem.
Virtus ſiue imperium: poteſtas eſt regia. Et=
enim κράτοσ: qđ nos imperium poſſumus ap
pellare: ab eo dicitur ꝙ imperet: ſiue ſub ſe vni
uerſa contineat. Si ergo timueris dominum:
dat tibi fortitudinem ſiue imperium: dat re=
gnum: vt factus ſub rege regum / poſſideas re
gnum cœlorum: in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria
et imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt. Manebat cum
ea menſibus tribus: vſq; ad eum locū
vbi ait. Et loquebatur benedicens do
minum. Cap. I.

Homilia. IX.

TAm eorū quę dicta ſunt ꝗ il E
lorū quæ facta referūtur: de
bet ratio eſſe ſancto ſpiritu
digna: & Chriſti fide: ad quā
credētes vocamur. Vnde &
nunc cauſa quęrēda eſt: qua
re Maria poſt conceptū ve=
nerit ad Elizabeth: & manſerit cū ea mēſibus
tribus: aut quid cauſæ fuerit: vt Lucas q euan
gelii ſcribebat hiſtoriam: etiā hoc ſcriberet: ꝙ
māſerit cū ea mēſibus tribus: & poſtea regreſ=
ſa ſit ī domū ſuā. Vtiq; debet aliqua eſſe ratio.
Quā (ſi dñs aperuerit cor noſtrū) ſequens ſer=
mo monſtrabit. Si eñ eo ꝙ tantū venit Maria
ad Elizabeth: & ſalutauit eā: exultauit infans
in gaudio: & ſpiritu ſancto plena Elizabeth ꝓ=
phetauit ea quæ ī euangelio ſcripta ſunt: & in
vna hora tantos profectus habuit: noſtrę con=
iecturæ relinquitur: quid in tribus menſibus
Ioannes profecerit: aſſiſtente Maria Elizabeth.
Valde quippe indignū eſt in puncto horę: atq;
momēto exultare infantē: & quodā modo gau
dio laſciuiſſe: repletāq; eſſe ſpiritu ſancto Eli=
zabeth: per tres vero mēſes: nec Ioannē: nec Eli
zabeth ex vicinia matris domini: & ipſius ſal=
uatoris pręſentia profeciſſe. Exercebatur ergo
et quodāmodo in athletico ſancta matre per
tres menſes vrgebatur Ioannes: & pręparaba=
tur in matris vtero: vt mirabiliter natus: mi=
rabilius nutrireť. Q; eñ extra cōſuetudinem
nutritus eſt: nō referť ſcriptum: quomodo ma
tris fuerit lactatus vberib⁹: quomodo in ſinu
gerulę cōſtitutus: ſed ſtatim ſequitur. Et erat
in deſertis: vſq; ad diē oſtenſionis ſuę ad iſrael.

A Deinde legimus.Elizabeth autem cõpletũ eſt tẽpus:vt pareret:& peperit filiũ.Multi putant ſuperflue dici.Elizabeth autẽ completũ eſt tẽpus:vt pareret:& peperit filium.Quæ enĩ mulier poteſt parere:niſi tẽpus pariendi ante cõpleuerit?Sed qui ſcripturas diligentiſſime cõtẽplatur:& audit populum loquentẽ: attẽdat lectioni:obſeruans tam in veteri: q̃ in nouo teſtamento ſicubi ſcriptũ in ortu peccatoris inueniat:cõpletũ eſt tẽpus vt pareret:nunq̃ omnino reperiet.Sed vbicunq; iuſtus naſcitur:ibi cõplentur dies:illic in mundũ completur aduentus ſui.Ortus iuſti: plenitudinem habet. Peccatoris natiuitas:vt ita dicamus:vacuitatem:atq; inanitatem.Hęc de eo qđ ſcriptũ eſt: cõpletum eſt tẽpus vt pareret. Congratulabãtur matri eius vicini:& cognati: & volebãt in honorem patris puero nomen ponere: vt vocaretur Zacharias.Porro Elizabeth:ſancto ſpiritu ſuggerente aiebat.Ioannes eſt nomẽ eius. Deinde cũ illi cauſas iuſtas quęrerẽt:cur Ioannes potiſſimũ vocaretur:cum in genere ipſius nullus haberet hoc nomẽ: interrogant patrẽ. qui non valens reſpondere:manu:& literis eſt locutus.Scripſit enĩ ĩ pugillari:Ioannes eſt nomen eius.Statimq; vt ſtilus impreſſus eſt cęrę lingua quæ prius fuerat vincta:laxata eſt.Recepit eloquium:non humanũ:quoniam ligata fuit lingua eius.Humana tamẽ non fuit. Vinxerat enĩ eã incredulitas.Statim vt ſoluta eſt: humana eſſe defuit: & loquebatur benedicẽs deũ:& prophetauit ea quę ſcripta ſunt in euãgelio:de quibus prębente dño Ieſu Chriſto cũ tempus fuerit diſſeremus:cui eſt gloria: & imperium in ſæcula ſæculorum.Amen.

De eo qđ ſcriptũ eſt. Plenus ſpiritu ſancto ꝓphetauit:vſq; ad eũ locũ:vbi ait. Antecedit enĩ coram dño parare vias eius. Cap.I.

Homilia Decima.

B PLenus ſpiritu ſancto Zacharias: duas prophetias generaliter nuntiat. Primam de Chriſto:alteram de Ioanne. Qđ manifeſte de verbis ipſius approbat:in quib⁹ quaſi de pręſentia:& quiverſaretur in mũdo loquitur ſaluatoris: ac deinde de Ioanne.Repletus enĩ ſpiritu ſancto prophetauit dicens.Benedictus dñs deus iſrael:quia viſitauit:& fecit redẽptionem plebis ſuæ.Viſitãte enĩ & deo volente redimere populum ſuũ: mãſit Maria cũ Elizabeth:poſtq̃ ei locutus eſt angelus menſibus tribus:vt per ineffabilẽ quãdã virtutem:non ſolum Ioannẽ: ſicut dudum diximus:ſed etiã Zachariam: vt nunc euãgelicus ſermo declarat: pñſens ſaluator inſtrueret. Paulatim quippe & hic per tres menſes ſancti ſpiritus augmẽta capiebat:& cũ neſcit erudiebatur:& de Chriſto prophetauit dicens. Qui C
dedit redẽptionẽ populo ſuo:& ſuſcitauit cornu ſalutis nobis in domo Dauid:in qua ſecundũ carnẽ natus eſt Chriſtus. Et vere quia fuit cornu ſalutis ĩ domo Dauid:prophetia iſta cõcinitur.Vinea enĩ facta eſt ĩ cornu. In quo cornu?In Chriſto Ieſu?in illo in quo nunc ſcribit. Suſcitauit cornu ſalutis nobis:ĩ domo Dauid pueri ſui:ſicut locutus eſt per os ſanctorũ ſuorum prophetarũ.Salutem ex inimicis noſtris. Non putemus nunc de corporalibus inimicis dici:ſed de ſpiritalib⁹.Venit enĩ dñs Ieſus: fortis in pręlio:deſtruere om̃es inimicos noſtros: vt nos de inſidiis eorũ liberaret:De manu inimicoꝝ noſtrorum:& de manu eorum qui nos oderunt.Facere miſericordiam cum patribus noſtris. Ego puto: ꝙ in aduẽtu domini ſaluatoris:& Abrahã:& Iſaac:& Iacob fruiti ſint miſericordia dei.Neq; enĩ credibile eſt vt q prius viderũt diem illius:& lætati ſunt:poſtea ĩ aduentu ipſius:& natiuitate de virgine nihil vtilitatis acceperint. Et quid de patriarchis loquor?Ad altiora ſcripturarum authoritatem ſequens audacter aſcendam:quoniã pręſentia domini Ieſu & diſpenſatio illius nõ ſolum terrena:ſed etiam cœleſtia iuuerit.Vnde & apoſtolus ait. Pacem faciens per ſanguinem crucis ſuæ:ſiue ſuper terram:ſiue in cœlis. Si autem in cœlis & in terra pręſentia dñi profuit: cur paueas dicere ꝙ aduentus illius etiã maioribus profuerit:vt impleatur hoc qđ dicitur: Facere miſericordiã cũ patribus noſtris:& recordari teſtamẽti ſancti ſui:iuramẽti qđ iurauit ad Abrahã patrẽ noſtrum: vt daret nobis abſq; timore de manu inimicorũ liberari?Cre D
bro de hoſtiũ manu aliq liberant: ſed nõ abſq; timore.Cum enĩ metus:& diſcrimẽ ante ꝓceſſerit:& ita de inimicorũ manu quis fuerit erutus:liberat quidẽ:ſed nõ ſine timore.Porro aduẽtus dñi Ieſu:de manu inimicorũ abſq; timore nos eruit.Nõ enĩ ſenſim⁹ inimicos noſtros: nec eos vidimus repugnantes: ſed neſcimus quomodo repente de faucibus eorum: & inſidiis erepti ſumus:in puncto atq; momento:& tranſtulit nos in hęreditatem parteq; iuſtorũ Et liberati ſumus de manu inimicorũ ſine metu:vt ſeruiamus deo ĩ ſanctitate & iuſtitia corã eo omnibus dieb⁹ noſtris.Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis.Apud memetipſum quęrẽs rationẽ quare nõ quaſi de Ioanne:ſed ad Io E
annẽ ipſum dicẽs: & tu puer ꝓpheta altiſſimi

vocaberis:& reliqua:ſupfluum eñ fuit ad non
audientem loqui:& ad paruulum:atq̧ lacten=
tẽ apoſtropham facere:hanc puto poſſe me re
perire:ꝙ quomodo mirabiliter Ioannes natus
eſt:& angelo prędicante venit in mundum:&
tribus mẽſibus Maria iuxta Elizabeth cõmo=
rante fuſus eſt in terram:ſic etiam cuncta quę
ſuper eo ſcripta ſunt mirabiliter facta referun
tur.Qꝫ ſi dubitas ſtatim de vtero matris effu
ſum poſſe verba patris audire & ſcire:quid ſit
hoc qđ ad ſe dicitur:& tu puer propheta altiſ
ſimi vocaberis:conſydera multo fuiſſe mirabi
lius qđ præceſſit. Ecce vt facta eſt vox ſaluta=
tionis tuę ĩ aures meas:exultauit ĩfans in gau
dio in vtero meo.Si eñ adhuc in vẽtre matris
concluſus audit Ieſum:& audiẽs exiliuit:atq̧
lętatus eſt:quare non credas eum iam genitũ
prophetiam patris audire & ĩtelligere potuiſ
ſe:dicentem ad ſe: & tu puer propheta excelſi
vocaberis:antecedes eñ coram domino para=
re vias eius?Ideo reor zachariam feſtinaſſe: vt
loqueretur ad paruulum:quia ſciebat eũ poſt
paulum in eremo moraturũ:nec ſe eius poſ
F ſe pręſentiam habere.Puer eñ erat in deſertis
vſq̧ ad diem oſtenſionis ſuę ad Iſrael.Et Moy=
ſes in deſertis moratus eſt: ſed poſt & expletis
iam ætatis ſuæ annis:fugit ex ægypto: & per
alios annos pecora cuſtodiuit.Ioannes vero ſta
tim:vt natus eſt: tranſiit ad deſerta:& qui ma
ior fuit inter natos mulierum: maiori nutri=
mento dignus apparuit.De quo propheta lo=
quitur.Ecce mitto angelum meũ ante faciem
tuã. Recte angelus dicitur: qui miſſus fuerat
corã dño:& prophetãtem patrẽ ſtatim vt na=
tus eſt audire potuit:& intelligere. Quãobrẽ
nos q tantis mirabilibus credimus: credamus
pariter reſurrectiõi:credamus & repromiſſio
nibus quę vẽturę ſunt:regnoq̧ cœlorũ qđ no
bis quotidie ſpiritus ſanctus pollicetur. Quæ
omnia vt ſcripta ſunt mirabiliter plus q̃ ſenti
re poſſumus:accipiamus ĩ Chriſto Ieſu:cui eſt
gloria & imperium in ſęcula ſęculorũ. Amen.

De eo qđ ſcriptũ eſt.Puer autem creſcebat
et cõfortabatur ſpiritu:vſq̧ ad eũ locum: vbi
ait.Hæc eſt deſcriptio prima:quę facta eſt ſub
pręſide Syrię Cyrino. Cap.I.&.II.

Homilia.XI.

G BIfarie in ſcripturis ſanctis
creſcere quid dicitur:vnũ cor
poraliter vbi volũtas huma
na nihil prodeſt:alterũ ſpiri
taliter:vbi cauſa creſcẽdi in
ſtudio cõſiſtit humano. De
hoc ergo qđ ſecundũ poſuimus:id eſt ſpiritali
nũc euãgeliſta narrat. Puer autẽ creſcebat:&
cõfortabatur ſpũ.Qđ dicit:tale eſt.Creſcebat
ſpũ: nec in eadẽ pmanebat mẽſura q̃ cœperat:
ſed ſemper creſcebat ĩ eo ſpiritus:& per ſingu=
las horas:atq̧ momẽta ſpũ ſuccreſcẽte:anima
quoq̧ ſua incremẽta capiebat.Et non ſolũ aĩa:
ſed etiam ſenſus & mens augmẽta ſpũs ſeque
banť.Illud qđ pręcepit deus:creſcite & multi=
plicamini: qui ſimpliciter & iuxta literã acci=
piunt: quomodo exponere potuerint: neſcio.
Eſto eñ multiplicamini referať ad numerum:
vt dum plures fiunt q̃ prius fuerant:multipli
catio habeat locũ: hoc vero qđ ſequiť creſcite
nõ eſt in noſtra poteſtate. Quis eñ hominum
non velit ad ſtaturam ſuam adiicere: vt lon=
gior fiat?Si ergo propterea quid pręcipitur vt
fiat:ſtultũ eſt quippe præcipere:qđ is cui præ=
cipias facere non poſſit:& pręcipitur nobis:vt
creſcamus:vtiq̧ id pcipitur qđ facere nõ poſ=
ſumus. Vis ſcire quomodo intelligitur creſci
te?Auſculta quid Iſaac fecerit: de quo dicitur
Iſaac proficiebat:& maior fiebat:donec factus
eſt magnus:vel vehemẽter nimis. Semper eñ
voluntas illius ad meliora ſe tendens:habebat
profectus ſuos: & mens diuinius aliquid con
tẽplabatur:& exercebat ſe memoria: vt plura
in theſauro ſuo cõderet: vt firmius retineret.
Atq̧ in hũc modum euenit:vt qui omnes vir
tutes ſuas in animæ agro excoluerit:impleret
mandatum præcipiens creſcite.Quamobrem
et Ioannes adhuc paruulus creſcebat: & mul=
tiplicabatur. Difficilliſſimum autem eſt par=
uulum ſpiritu creſcere: & inter mortales per=
rarum.Puer autẽ creſcebat: & confortabatur
ſpiritu.Aliud eſt creſcebat: aliud cõfortabať. H
Infirma eſt hũana natura:& vt fieri poſſit for=
tior diuino auxilio indiget.Legim⁹:Caro ĩfir=
ma.Quo igiť auxilio cõfirmãda eſt? Vtiq̧ ſpi=
ritu.Sanctus eñ ſpiritus promptus: caro au=
tem infirma. Qui vult fortior fieri:non debet
niſi in ſpiritu cõfortari. Multi cõfortãtur car
ne:corpore roboranť:Athleta autem dei:ſpiri
tu roborãdus eſt.Et cũ ſic fuerit confortatus:
ſapientiã carnis elidet:& ſpiritalis effect⁹ ſub=
det corpus animi imperio. Nõ putemus ergo
ſimplicẽ de Ioanne hiſtoriã eſſe cõſcriptã: & q̃
nihil ad nos ptineat:ĩ eo qđ diciť creſcebat: &
cõfortabať ſpiritu:ſed ad imitationẽ noſtrã:vt
multiplicati ſpiritaliter iuxta eũ quẽ diximus
ſenſum:incremẽta capiamus.Et erat in deſer= I
tis:vſq̧ ad diem oſtenſionis ſuę ad Iſrael. Dixi
nuper ꝙ & cõceptus Ioannes ſtupendũ qđ ha=
buerit quãdo exultauit infans in vtero:& ſuũ
necdũ genit⁹ dñm recognouit:& natiuitas nõ
impar miraculũ: quãdo ad eũ velut audientẽ

Zacharię prophetantis ſermo conuertitur/di cēs. Et tu puer: propheta altiſſimi vocaberis. Digne igiť qui ſic conceptus fuerat/& natus: non expectauit: vt a patre nutriret vſq; ad diē oſtēſionis ſuæ ad iſrael: ſed receſſit: fugiēs tumultum vrbium: populi frequētiam: vicinia ciuitatū: & abiit in deſerta vbi purior aer erat & cęlum apertius: & familiarior deus: vt quia necdum ſacramētum baptiſmi/nec prædicationis tēpus aduenerat: vacaret orationibus: et cū angelis cōuerſaretur: appellaretq; dominum: & illum audiret reſpōdentem atq; dicētem: ecce adſum. Sicut enim Moyſes loquebatur & deus reſpondebat ei: ſic puto ꝙ Ioannes locutus fuerit in deſerto: & dominus reſponderit ei. Hoc arbitror: certa de ſcripturis ratione cōmotus. Si enim maior in natis mulierū Ioanne baptiſta fuit nemo: Moyſi autē reſpondit deus: cōſequenter reſpondit & Ioanni qui maior Moyſe fuit: qui eſt nutrit⁹ in eremo: cuius natiuitatem idem archangelus qui & domini nūtiauit: cuius pater qui eum naſci non
A credebat obmutuit. Erat igitur in deſerto Ioannes: & nutriebatur nouo & extra humanā naturam modo: id ipſum Matthęo memorante. Cibus autem eius erāt locuſtę: & mel ſylueſtre. Quia eñ miniſter fuit primi ſaluator[is] aduentus: & tantūmodo de diſpenſatione carnis dñicæ loquebatur: ac prophetia illi⁹: eum qui natus fuerat ex virgine pręcinebat: nō habuit domeſticum mel: & humana diligentia percolatum: ſed ſylueſtre mel: & volucre nō grāde: non in ſublime ſe eleuans: verum volucre paruum/& vix a terra conſurgēs: & ſaliens poti⁹ ꝗ volans. Quid plura? Manifeſtiſſime dicitur ꝙ locuſtę fuerint cibus ei⁹: paruulum animal & mūdū. Conſiderate ergo fratres chariſſimi:
B ꝙ qui noue natus fuerat: noue nutrit⁹ eſt. Poſt quę: ſcriptura ſubiicit. Factum eſt autē in diebus illis exiuit edictum a Cęſare Auguſto: vt deſcriberet omnis orbis. Hæc fuit deſcriptio pria: a pſide ſyrię Cyrino. Dicat aliqs. O euangelica narratio: quoniā prima deſcriptio vniuerſi orbis ſub Cęſare Auguſto fuerit: & inter omnes etiam Ioſeph cum Maria deſponſata ſibi atq; prægnante nomē rtulerit in cenſum: ac priuſꝗ deſcriptio compleretur ort⁹ fuerit Ieſus: diligētius intuenti ſacramētum quoddam videtur ſignificare: ꝙ in totius orbis profeſſiōe deſcribi oportuerit & Chriſtū: vt cum omnibus ſcriptus ſanctificaret omnes: & cum orbe relatus in cenſum: cōmunionem ſui pręberet orbi: vt poſt hanc deſcriptionem/deſcriberet quoq; ex orbe ſecum in libro viuētium: vt quicūq; credidiſſent in eo: poſtea cū ſanctis illius ſcriberentur in cęlis: cui eſt gloria/& imperium in ſæcula ſæculorum Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt: angelū veniſſe de cęlo: & ortū dñi nūtiaſſe paſtorib⁹. Cap. II. Homilia. XII.

Natus eſt dñs meus Ieſus: et C angelus deſcēdit de cælo annūtians natiuitatē eius. Videamus itaq; quē quęſierit: vt eius nuntiaret aduentū. Non venit hieroſolymā: nō quęſiuit ſcribas: & phariſſęos: nō ſynagogam ingreſſus eſt iudęorū: ſed paſtores repperit ſuper greges ſuos vigilias excubātes: eiſq; loquitur: natus eſt hodie ſaluator: qui eſt Chriſtus domin⁹. Putaſne nihil aliud diuinius ſcripturarum ſermo ſignificat: ſed tantū hoc ꝙ ad paſtores venerit angelus: & eis locutus ſit? Audite paſtores eccleſiarū: paſtores dei: ꝙ ſemper angelus eius deſcendat e cælo/& annūtiet vobis: quoniā natus eſt vobis hodie ſaluator: qui eſt Chriſtus dñs. Etem paſtores eccleſiarū: niſi ille paſtor venerit: per ſe bene gregem ſeruare nō poterūt: infirma eſt eoꝝ cuſtodia niſi Chriſtus cū eis pauerit: atq; ſeruauerit. Dudum in apoſtolo lectū eſt: dei cooperatores ſumus. Paſtor bonus: qui imitať paſtorē bonū: cooperator eſt dei & Chriſti. Et ꝓpterea paſtor bonus eſt: qui habet ſecū paſtorem optimū cōpaſcentē ſibi. Poſuit enim deus in eccleſia apoſtolos: prophetas: euāgeliſtas: paſtores: doctores: omnia in profectione ſanctorū. Et hęc quidē ſunt D dicta ſimplicius. Cæterū ſi ad ſacratiorē oportet aſcendere intelligentiā: dicā quoſdā fuiſſe paſtores angelos q res humanas regerēt. Et cū horū vnuſquiſq; ſuā cuſtodiam cōſeruaret: et diebus: ac noctibus vigilans iam laborē ferre nō poſſet: & hoc ageret iduſtrie: vt gētes quæ ſibi creditę fuerāt gubernaret: veniſſe angelū nato dño: & annūtiaſſe paſtoribus ꝙ verus eſſet paſtor exortus. Verbi gratia: vt ad exēplū veniā: erat quidā paſtor Macedonię: hic neceſſariū habebat auxiliū dñi. Propterea apparuit in ſomnis vir macedo Paulo: dicēs. Tranſiens in Macedoniā: adiuua nos. Quid de Paulo loquar: cū hæc nō Paulo: ſed q ī Paulo erat: locut⁹ ſit Ieſu? Indigēt itaq; paſtores pſentia Chriſti. Quāobrē angelus deſcēdit de cælo: & ait. Nolite timere. Ecce eñ annūtio vobis gaudiū magnū. Vere gaudiū magnū: his quibus hominū fuerat: & prouinciaꝝ cura pmiſſa: Chriſtū veniſſe in mundū. Multū vtilitatis accepit E angelus: q diſpenſabat ægyptias res: poſtꝗ do

minus deſcendit e cælo: vt ægyptii chriſtiani
fierent. Profuit & cũctis: qui diuerſas prouin-
cias obtinebant. Verbi cauſa. Præſidi Macedo
niæ: præſidi achaiæ: reliquarumq; regionum.
Neq; em̃ fas eſt credere: malos ãgelos ſuis præ
eſſe prouinciis: & bonos non eaſdẽ prouincias
habere permiſſas. Hoc autẽ qđ de ſingulis pro
uinciis dicit: puto etiã de vniuerſis hominibꝰ
generaliter debere credere. Vnicuiq; duo aſſi
ſtũt angeli: alter iuſtitię: alter iniqtatis. Si bo-
nę cogitatiões in corde noſtro fuerint: & ĩ ani
mo iuſtitia pullularit: haud dubium quin no
bis loquatur angelus dñi. Si vero mala fuerit
in noſtro corde verſata: loquitur nobis ange-
lus diaboli. Quomodo igitur per ſingulos ho-
mines bini ſunt angeli: ſic opinor & ĩ ſingulis
diſpares eſſe prouinciis: vt ſint & boni: ſint &
mali. Verbi gratia. In Epheſo ꝑpter eos qui in
illa vrbe peccatores erant: peſſimi angeli pręſi
debant. Rurſus quia multi erant credentes in
ea: erat & angelus eccleſię epheſiorũ / vtiq; bo-
nus. Hoc autẽ qđ de Epheſo diximus: ſup om
F nibus prouinciis cognoſcẽdum. Ante aduen-
tum domini ſaluatoris: iſti angeli parum po-
terãt creditis ſibi vtilitatis afferre: & conatus
eorum ſequi non valebat affectus. Quoddam
eſt ſignum: q̃ parum prodeſſe poterant ſubie-
ctis. Auſculta qđ dicimus. Quando angelus
ægyptiorũ ęgyptios adiuuabat: vix vnus pro
ſelitus credebat in deum. Et hoc fiebat: ægy-
ptios angelo diſpenſante. Deniq; quia pleriq;
de ægyptiis: & idumęis proſeliti accipiebãt fi
dem Chriſti: propterea ſcriptura dicit. Non
abominaberis ægyptiũ: quoniã aduenę eratis
in terra ęgypti: & idumęum: quia frater tuus
eſt. Filii ſi nati fuerint eis: in generatiõe tertia
intrabũt in eccleſiam dei. Atq; ita fiebat: vt de
omnibus gentibus nõnulli proſeliti fierent: &
hoc ipſum angelis qui gentes habebant ſubdi
tas adnitentibus. Nunc autem populi creden
tium accedũt ad fidem Ieſu: & angeli quibus
creditę fuerint eccleſię roborati pręſentia ſal-
uatoris multos adducunt proſelitos: vt con-
gregentur in omni orbe cõuenticula chriſtia-
norum. Quapropter conſurgentes laudemus
dominũ: & fiamus pro carnali iſrael: ſpiritalis
Iſrael. Benedicamus omnipotẽti deo opere: co
gitatione: ſermone: in Chriſto Ieſu: cui eſt glo
ria & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt. Et facta eſt
multitudo exercitus cæleſtis. vſq;
ad eum locum vbi ait. Inuenerunt
Mariã & Ieſum poſitũ in præſepe.
Cap. II.

Homilia. XIII.

DOminus noſter / atq; ſalua- G
tor naſcitur ĩ Bethleem: &
multitudo cæleſtis exerci-
tus laudat deum: & dicit.
Gloria in excelſis deo: & ſu-
per terram pax hominibus
bonæ voluntatis. Hęc autem loquitur multi-
tudo cæleſtis exercitus: quia iã defecerat prę-
bere hominibus auxilium. Et videbat ſe opus
qđ ſibi creditũ fuerat implere non poſſe abſq;
eo qui vere ſaluare poterat: & præſules quoq;
ipſos iuuare: vt homines ſaluarẽtur. Quomo
do igitur ſcriptum eſt in euãgelio ꝙ quidam
remis ſulcantes mare aduerſus contrarios vẽ
tos iam feſſi erãt: & vigintiquinq; ſiue trigin-
ta ſtadiis laborantes: portum tenere non pote
rant: & poſtea dominus ſuperuenit & quieſce
re fecit fluctus tumentes: nauemq; cuius hinc
inde latera tũdebantur ab imminenti diſcri-
mine liberauit: ſic intellige quoniam & angeli
volebant quidem hominibus præbere auxi-
lium: & eis ab ægrotationibus ſuis tribuere ſa
nitatem: quia omnes ſunt apparitores ſpiritꝰ
in miniſterium miſſi propter eos qui conſecu
ti ſunt ſalutem: qui quantum in ſuis viribus
erat / adiuuabant homines. Videbant autem
multo inferiorem ſuam eſſe medicinam: q̃ illo
rum cura poſcebat. Porro vt de exemplo poſ- H
ſis intelligere qđ dicimus: vide mihi vrbem in
qua ægrotent plurimi: & medicorum frequẽs
adhibeatur manus: ſint diuerſa vulnera: quo-
tidie in emortuam carnẽ ſerpens putredo pe-
netret: & tamẽ medici qui adhibiti ſunt ad cu
randum nequeant alia vltra inuenire medica
mina: & artis ſuę ſcientiã / magnitudinem ma
li vincere: cum hæc in talibus nacti ſint: eue-
niat aliquis archiater qui habeat ſummam in
arte notitiam: & illi qui prius ſanare nequiue-
rant cernentes magiſtri manu putredines ceſ
ſare vulnerum: non inuideant: non liuore cru
cientur: ſed in laudes erumpant archiatri: &
prędicent deũ qui & ſibi & ęgrotantibus tan-
tę ſcientiæ hominẽ miſerit. In hanc ergo ſimi-
litudinem: & multitudo exercitꝰ angelorum
audita eſt dicens. Gloria in excelſis deo: & ſu-
per terram pax in hominibus bonę voluntatis
Poſtq̃ enim dominus venit ad terram: pacem
fecit per ſanguinẽ crucis ſuæ: ſiue eorum quæ
in terra erant: ſiue eorum quæ in cœlis. Siqui-
dem volentes angeli: vt recordarentur homi-
nes creatoris ſui: cum feciſſent omnia quæ in
ſuis viribus erant: vt ſanarentur: & noluiſſent
illi reſpicere ſanitatem: cernunt eum qui ſana
re potuit: & glorificantes dicunt. Gloria in ex

A celſis deo:& ſuper terram pax.Diligẽs ſcriptu rę lector ĩquirat quomodo ſaluator loquitur: nõ veni pacem mittere ſuper terram/ſed gla- diũ:& nũc angeli in ei⁹ natiuitate decãtãt ſu- per terrã pax. Siquidẽ & in alio loco ex perſo- na ipſius dicitur:Pacẽ meam do vobis:pacẽ re linquo vobis. Non ſicut mũdus iſte dat pacẽ: ego do pacẽ.Videat ergo qđ inferim⁹:an poſ- ſit ſoluere quęſtionẽ.Si ſcriptũ eſſet ſuper ter- ram pax:& hucuſq; eſſet finita ſententia:recte quęſtio naſceretur. Nũc vero in eo qđ additũ eſt: hoc eſt qđ poſt pacẽ dicitur:in hominibus bonę voluntatis:ſoluit quęſtionẽ.Pax eñ quã nõ dat dñs ſuper terram:nõ eſt pax bonę volũ tatis.Neq; eñ ait ſimpliciter non veni pacem mittere:ſed cũ additamẽto ſuper terram.Ne- q; ecõtrario dixit: nõ veni pacem mittere ſup terrã hoĩbus bonę volũtatis. Hæc locuti ſunt angeli ad paſtores. Qui nõ ſolum eo tempore loquebantur:ſed vſq; hodie niſi locuti fuerint ad paſtores:& ſua eis opera copularit: dicitur ad eos. Niſi dñs ędificauerit domũ:in vanum laborauerũt qui ædificant eam.Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: ĩ vanum laborabit qui cuſtodit eã. Si audacter expedit loqui ſcriptu rarum ſenſum ſequenti: per ſingulas eccleſias bini ſunt epiſcopi. Alius viſibilis: alius inuiſi- bilis.Ille viſui carnis:hic ſenſui patens.Et quo modo homo ſi cõmiſſam ſibi diſpenſationem bene egerit:laudatur a domino:ſi male:culpæ et vitio ſubiacet:ſic & angelus.Scriptũ eſt eñ in apocalipſi Ioãnis.Sed habes ibi nomina pau ca quæ polluerũt illud/vel illud: & rurſus ha bes ibi qui doctrinã Nicolaitarum doceãt: ac deinde:habes illa/vel illa: peccata facientes: et accuſantur angeli:quibus creditæ ſunt eccle- ſiæ.Si autem angelis ſollicitudo eſt quomodo eccleſiæ gubernẽtur: quid neceſſe eſt de homi nibus dicere quantũ metum habeant/vt poſ- ſint cum angelis laborantibus laborantes ſalu tem conſequi? Ego puto inueniri ſimul poſſe & angelũ/& hominem bonos eccleſiæ epiſco- pos: & quodãmodo vnius operis eſſe partici- pes. Qđ cum ita ſit: petamus omnipotentem deum:vt angeli & homines eccleſiarũ epiſco- pi adiumẽto ſint nobis:& ſciam⁹ quoniã vtri- q; pro nobis a domino iudicenť. Qꝫ ſi illi fue- rint iudicati:& vitium/atq; peccatũ nõ in eo- rum incuria:ſed in noſtra negligẽtia fuerit in uentũ:nos arguemur/atq; plectemur.Illis eñ vniuerſa faciẽtibus:& pro noſtra ſalute niten- tibus:nos nihilominus a peccatis vacabimus. Porro freqũẽter euenit:vt nobis laborantibus illi ſuum officium nõ expleãt:& in culpis ſint Et factum eſt(inquit)cum abiiſſent ab eis an- geli in cælos:paſtores dixerũt ad inuicẽ.Trãſ- B eamus vſq; Bethleem:& videamus hoc verbũ qđ factum eſt:qđ dominus oſtendit nobis. Ve nerũt feſtinãtes:& inuenerũt Mariã:& Ioſeph et puerũ.Quia feſtinãtes venerant:& nõ pede tentim: neq; feſſo gradu: ideo inuenerunt Io- ſeph diſpenſatorẽ ortus dominici: & Mariam quæ Ieſum fudit in partum:& ipſum ſaluato- rem iacentẽ in præſepio.Illud erat:de quo pro pheta vaticinat⁹ eſt dicens.Cognouit bos poſ ſeſſorem ſuũ:& aſin⁹ præſepe domini ſui. Bos animal mũdum eſt: aſinus animal immundũ. Cognouit aſinus pręſepe domini ſui.Non po- pulus iſrael cognouit præſepe domini ſui: ſed immũdum animal ex gentibus.Iſrael vero me non cognouit:& populus meus me nõ intelle xit.Intelligẽtes hoc pſepe/nitamur cognoſce- re dominum:& digni fieri ſcientia eius:aſſu- mere quoq; natiuitatem & reſurrectionẽ car- nis eius: ſed & inclytum ac ſecũdũ maieſtatis eius aduentum:cui eſt gloria/& imperium in ſæcula ſæculorum Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt.Cum autem impleti eſſent dies circũciſionis eius: vſq; ad eum lo- cum vbi ait:Par turturum & duos pullos co- lumbarum. Cap.II.

Homilia.XIIII.

QVod mortuus eſt Chriſtus C pro peccato mortu⁹ eſt. Nõ quia ipſe peccauerit:neq; eñ peccatũ fecit: nec inuentus eſt dolus in ore ei⁹:ſed mor- tuus eſt: vt nos qui mortui ſum⁹/illo moriẽte peccatis/nequaq̃ peccato & vitiis viuerem⁹. Vnde ſcribitur. Sicut igitur cõmortui ſumus tũc illo moriente:& conſur- reximus reſurgenti:ſic cũ eo circũciſi ſumus: et poſt circũciſionem ſolẽni purgatione mun- dati. Vnde nõ iam indigem⁹ circũciſione car nali.Et vt ſcias propter nos fuiſſe illum circũ- ciſum:audi Paulum manifeſtiſſime prędican- tem.In quo habitat(inquit)omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & eſtis in illo repleti qui eſt caput omnis prĩcipatus/& poteſtatis: in quo & circũciſi eſtis circũciſione ſine mani- bus:in expoliatione corporis carnis:in circũci ſione Chriſti: conſepulti ei in baptiſmate: in quo & cõſurreximus per fidem operatiõis dei qui ſuſcitauit eũ a mortuis.Et mors igiť:& re ſurrectio:& circũciſio eius:p nobis factę ſunt. Cũ impleti inquit eſſent dies circũcidẽdi pue D rum:vocatum fuerat nomẽ eius Ieſum:qđ vo catum eſt ab angelo anteq̃ cõciperetur. Voca bulum Ieſu glorioſum omni adoratu/cultuq;

appellari: neq; ab eis efferri in mũdum: ſed ab
excellentiori quadam/maioriq; natura. Vnde
ſignanter euangeliſta addidit dicens. Et voca
tum eſt nomen eius Ieſus: qđ vocatum fuerat
ab angelo anteq̃ in vtero cõciperetur. Dehinc
ſequitur. Cum iam impleti eſſent dies purga=
tionis eorum: ſecũdum legem Moyſi: duxerũt
eum Hieroſolymã. Propter purgationem (in
ca= quit) eorum. Quorum eorum? Si ſcriptum eſ
ſet propter purgationẽ eius: id eſt Mariæ quæ
pepererat: nihil quæſtionis orireť: & audacter
diceremus Mariam quæ homo erat: purgatio
ne indiguiſſe poſt partum. Nũc vero in eo qđ
ait dies purgationis eorũ: non videtur vnum
ſignificare: ſed alterum ſiue plures. Ergo Ieſus
purgatiõe indiguit: & immũdus fuit: aut ali=
qua ſorde pollut⁹. Temerarie forſitan videor
dicere: ſed ſcripturarum auctoritate cõmot⁹.
Vide quid in Iob ſcriptum eſt. Nemo mũdus
a ſorde: nec ſi vnius quidẽ diei fuerit vita eius
Non dixit nemo mundus a peccato: ſed nemo
mũdus a ſorde. Neq; em̃ id ipm̃ ſignificãt: ſor
des atq; peccata. Et vt ſcias aliud ſordẽ aliud
ſonare peccatũ: Eſaias manifeſte docet dicens.
Lauabit dñs ſordem filiorũ & filiarum ſion: et
ſanguinẽ mũdabit de medio eorũ. Spiritu iu=
dicii ſordem: & ſpiritu cõbuſtionis ſanguinẽ.
Omnis anima quæ humano corpore fuerit in
duta: habet ſordes ſuas. Vt autem ſcias Ieſum
quoq; ſordidatũ ſentiendũ: ſecũdum ignomi=
niã crucis: nõ ſecũdũ ipſam quã aſſumpſit ſan
ctam carnẽ: de qua apoſtol⁹ ait in ſimilitudine
carnis peccati fuiſſe ꝓpria volũtate: quia pro
ſalute noſtra humanũ corp⁹ aſſumpſerat: Za=
chariã prophetam auſculta dicentẽ. Ieſus erat
indutus veſtib⁹ ſordidis. Qđ quidẽ & aduer=
ſus eos facit: q negãt dñm noſtrũ humanũ ha
ue. buiſſe corpus: ſed cæleſtibus & ſpiritalib⁹ fuiſ
ſe cõtextum. Si em̃ de cæleſtibus: & vt illi fal=
ſo aſſerũt de ſyderib⁹ & alia quadã ſublimiori
ſpiritaliq; natura corp⁹ eius fuerit: reſpõdeãt
quare potuerit ſpiritale corp⁹ eſſe ſordidum:
aut quomodo hoc interp̄tenť qđ poſuimus: Ie
ſus erat indutus veſtib⁹ ſordidis? Si autẽ fue=
rint neceſſitate cõpulſi: vt ſuſcipiant ſpiritale
corpus: ſordidũ intelligi veſtimẽtum: debent
cõſequẽter dicere: qm̃ illud qđ in repromiſſio
nibus ponitur cõpletum ſit: id eſt ſeminať cor
pus animale/ſurgit corpus ſpiritale: & ꝙ pol=
luti & ſordidi reſurgam⁹ qđ etiã cogitare pia
culum eſt: maxime eũ qui ſcit ſcriptũ eſſe: Se=
minatur in corruptione: ſurgit i incorruptio
ne: ſeminať in ignobilitate: ſurgit in gloria: ſe=
minatur in infirmitate: ſurgit ĩ fortitudine: ſe
minatur corpus animale: ſurgit corpus ſpiri=
tale. Oportet ergo: vt pro dño & ſaluatore no
ſtro qui ſordidis veſtimentis fuerat indutus/
et terrenũ corp⁹ aſſumpſerat: ea offerrenť quę
purgare ſordes ex lege conſueuerant. Qđ fre
quẽter inter fratres quęriť: loci occaſiõe cõmo
ta retracto. Paruuli baptizabãtur in remiſſio=
nem peccatorũ. Quorũ peccatorũ: vel quo tẽ=
pore peccauerũt: aut quomodo poteſt vlla la=
uacri ĩ paruulis ratio ſubſiſtere: niſi iuxta illũ
ſenſum de quo pauloante diximus: nullus mũ
dus a ſorde: nec ſi vnius diei quidem fuerit vi
ta eius ſuper terrã. Et quia per baptiſmi ſacra=
mentũ natiuitatis ſordes deponũtur: ꝓpterea
baptizanť & paruuli. Niſi em̃ quis renat⁹ fue=
rit ex aqua & ſpiritu: nõ poterit ĩtrare ĩ regnũ
cælorũ. Cum (inquit) expleti eſſent dies pur= E
gationis eorũ. Explẽtur dies/& iuſtitiæ. Neq;
enim ſtatim vt nata fuerit anima purgať: nec
poteſt perfectam in ipſo ortu cõſequi puritatẽ
ſed ſicut ſcriptum eſt in lege: ſi maſculum pe=
perit ſeptem dieb⁹ ſedebit mater in ſanguine
immũdo: ac deinde triginta trib⁹ in ſanguine
puro: & ad extremũ: & ipſe ĩfans ſedebit in ſan
guine puriſſimo: ſic qa lex ſpiritalis eſt: & vm
bram habet futurorum bonorũ: poſſumus in=
telligere purgationẽ verã nobis euenire poſt
tempus. Ego puto: ꝙ & poſt reſurrectionẽ ex ca=
mortuis indigeamus ſacramẽto eluente nos:
atq; purgante: nemo em̃ abſq; ſordibus reſur
gere poterit: nec vllam poſſe animam reperiri
quæ vniuerſis ſtatim vitiis careat. Vnde in re
generatione baptiſmi aſſumitur ſacramẽtum
vt quomodo Ieſus ſecundũ diſpenſationẽ car=
nis oblatione purgatus eſt: ita etiam nos ſpiri
tali regeneratione purgemur. Duxerũt illum ue.
ſecundũ legem Moyſi in hieroſolymã: offerre
ante cõſpectum domini. Vbi ſunt qui deũ le= F
gis negant: qui aiunt non iſtũ: ſed aliũ a Chri
ſto fuiſſe in euangelio pędicatũ? Miſit deus fi
lium ſuũ factum ex muliere: factũ ſub lege. Er
go putandũ eſt: vt filium ſuũ bonus deus ſub
lege fecerit creatoris: & ſub inimici iure: qđ ip
ſe dederat? Quin potius ideo ſub lege fact⁹ eſt
vt redimeret eos qui ſub lege erãt: & aliæ legi
ſubiiceret: de qua dudum lectũ eſt. Attendite
popule meus legem meã: & reliqua. Adduxe=
runt ergo eũ: & ſtatuerunt ante conſpectũ do
mini. Cuius ſcripturę pręcepta cõplentes? Nẽ G
pe illius. Sicut ſcriptũ eſt (inquit) in lege Moy
ſi: quia om̃e maſculinũ qđ aperit vuluã: ſanctũ
dño vocabitur: & ter per annũ apparebit om̃e
maſculinũ in cõſpectu dñi dei. Maſculina quę
ex eo ꝙ vuluã matris aperuerũt ſancta erant:
offerebãtur ante altare dñi. Omne (inqt) maſ
culinũ qđ aperit vuluã. Sacratũ quippiam ſo=

nat. Quęcũq; em̃ de vtero effuſum mare dixe
ris: nõ ſic aperit vuluã matris ſuę: vt dominus
Ieſus: quia omniũ mulierũ nõ partus ĩfantis:
ſed viri coitus vuluã reſerat. Matris vero dñi
eo tẽpore vulua reſerata eſt: quo & partus edi
tus: quia ſanctũ vterũ & omni dignatione ve=
nerationis venerandũ ante natiuitatem Chri
ſti maſculus omnino non tetigit. Audeo quid
loqui: quia & in eo qđ ſcriptũ eſt: ſpirit⁹ dei ve
niet ſup te & virtus altiſſimi obũbrabit te: prĩ
cipium ſeminis & cõceptus fuerit: & ſine vul
uę reſeratione nouus in vtero fœtus adoleue
rit. Vnde & ſaluator loquit. Ego ſum vermis
et non homo: opprobriũ hoĩm/& abiectio ple
bis. Videbat in matris vtero immunditiã cor
porũ: viſceribus eius hincinde vallatus/terre
A nę fęcis patiebatur anguſtias. Vnde aſſimilat
ſe vermi/& dicit. Ego ſum vermis: & non ho=
mo. Ex mare quippe ac fœmina homo naſci ſo
let: ego vero nõ ex maſculo/& fœmina ſecun=
dũ ritũ humanũ/atq; naturã: ſed in exemplũ
vermis natus ſum: cuius nõ eſt aliunde ſemen
ſed in ipſis: & ex ipſis in quib⁹ coaleſcit corpo=
ribus origo eſt. Propter qđ quia omne maſcu=
linũ qđ aperit vuluã ſanctũ domino vocabit:
duct⁹ eſt in hieroſolymã: vt appareret ante cõ
ſpectũ dei: & ꝑpter illud qđ ſequitur: vt dare
tur mun⁹ pro eo qđ in lege domini ſcriptũ eſt
B par turturum: aut duos pullos colũbarũ. Tur
turum par: & duos pullos colũbarum: pro ſal
uatore videmus oblatos. Ego & aues iſtas bea
tas puto: quæ pro ortu domini oblatę ſunt. Et
quomodo aſinã Balaã miror: & felicitate ac=
cumulo: quia digna fuerit non ſolũ videre an
gelum dei: ſed etiã ore reſerato ĩ humanũ ſer=
monẽ erumpere: ſic multo amplius has volu=
cres prædico/eaſq; ſuſtollo: ꝙ pro dño noſtro
et ſaluatore oblatę ſunt. Vt offerrẽt ꝑ eo par
turturũ/aut duos pullos colũbarum. Nouũ
quid forſitan videar inferre: ſed pro maieſtate
rei parũ dignũ. Sicut noua fuit generatio ſal=
uatoris: nõ ex viro & muliere: ſed ex ſola tãtũ
virgine: ſic & par turturum & duo pulli colũ
barũ nõ fuerũt tales quales oculis carnis aſpi=
cimus: ſed qualis ſpiritus ſanctus eſt qui ĩ ſpe=
cie colũbæ deſcẽdit: & venit ſuper ſaluatorem
quando in iordane baptizatus eſt. Tale fuit et
par turturũ. Nõ erãt illę volucres: vt iſtę quæ
per aerem volitant: ſed diuinũ quiddam & hu
mana cõtemplatione auguſtius: ſub ſpecie co
lumbę & turturis apparebat: vt nõ talibus vi
ctimis qualibus omnes homines: ille qui ꝑ to=
to mundo naſcebatur: & pati habebat: coram
dño mũdaretur: ſed vt diſpẽſatio ei⁹ noua oĩa
ita nouas quoq; haberet hoſtias: ſecũdum vo=
luntatem omnipotẽtis dei in Chriſto Ieſu: cui
eſt gloria & imperiũ in ſęcula ſęculoꝝ. Amen.

De Simeone: ꝙ in ſpiritu ad templũ vene=
rit. vſq; ad eum locũ vbi ait. Nũc dimittis ſer
uum tuũ domine in pace. Cap.II.

Homilia.XV.

Digna dei munere quęrenda C
eſt ratio. Simeon vir ſanct⁹
et dño placẽs: ſicut in euan
gelio ſcriptũ eſt: expectãs cõ
ſolationẽ iſrael reſpõſũ ac=
ceperat a ſpiritu ſancto nõ
ſe prius mortem obiturũ/q̃ videret Chriſtũ
domini. Quid ei profuit: vt videret Chriſtũ?
Vtrum hoc tantũ in ꝓmiſſione habuit: vt vi=
deret illum: nihilq; ex viſu eius cõſequeretur
vtilitatis: an latet aliquod donum dignũ deo
qđ beatus Simeon & meruit/& accepit? Fim=
briam veſtimẽti Ieſu mulier tetigit: & ſanata
eſt. Si illa ad extremã partẽ veſtimenti tãtum
emolumẽti habuit: qd putãdũ eſt de Simeone
qui ĩ ſuas vlnas accepit infantẽ: & brachiis te=
nens lætabatur/atq; gaudebat vidẽs paruulũ
a ſe geſtari qui ad vinctos venerat reſoluẽdos:
ſeq; ipſum nodis corporis liberandũ: ſciens ne
minẽ poſſe de clauſtro corporis quẽpiã emit=
tere cum ſpe futurę vitę/niſi eum quem ĩ bra=
chiis cõtinebat. Vnde ad eum loquitur. Nũc
dimittis domine ſeruum tuum ĩ pace. Q̃diu
enim Chriſtum nõ tenebam: q̃diu illum meis
brachiis nõ arctabam: clauſus erã: & de vincu
lis exire non poteram. Hoc autẽ non ſolum de D
Simeone: ſed de omni humano genere ſciẽdũ
eſt. Si quis egreditur e mũdo: ſi quis e carcere
vinctorum domo dimittitur: vt ad regnandũ
vadat: ſumat Ieſum in manibus ſuis: & circũ=
det eum brachiis ſuis: totum habeat ĩ ſinu: &
tunc exultans ire poterit quo deſiderat. Cõſi=
derate quãta diſpẽſatio præceſſerit: vt filium
dei Simeon mereret tenere. Primũ/reſpõſum
a ſancto ſpiritu acceperat: nõ eum videre mor
tem niſi prius vidiſſet Chriſtũ domini. Dein=
de nõ fortuitu/ac ſimpliciter ingreſſus eſt tẽ=
plum: ſed venit in tẽplũ in ſpiritu dei. Quot=
quot em̃ ſpiritu dei aguntur: hi filii ſunt dei.
Spiritus igitur ſanct⁹: eum duxit in tẽplum.
Tu quoq; ſi vis tenere Ieſum: & ãplexare ma=
nibus: & dignus fieri exire de carcere: omni la
bore nitere: vt ducẽ habeas ſpiritum: veniaſq;
ad tẽplũ dei. Ecce nũc ſtas in tẽplo domini Ie=
ſu: hoc eſt in eccleſia eius: hoc eſt templum de
viuis lapidibus extructum. Stas autẽ in tem=
plo domini: quando vita tua: & conuerſatio

E ecclesiæ fuerit appellatione digniſſima. Si ve-
neris ſpiritu ad templū: inuenies paruulū Ie-
ſum. Leuabis illū brachiis tuis: & dices. Nunc
dimittis ſeruū tuum dñe in pace: ſecūdū ver-
bum tuum. Simulq; attēde: ꝙ ſolutioni / & di-
miſſioni pax addita ſit. Non eñ ait dimitti vo
lo: ſed cum additamēto in pace dimitti. Nam
& beato abrahę: hoc idē promiſſum eſt. Tu au
tem vades ad patres tuos in pace / nutritus in
ſenecta bona. Quis eſt qui moriat̃ in pace: niſi
qui habet pacem dei quę omnem ſenſum ſupe
rat cuſtoditq; cor poſſeſſoris ſui? Quis eſt qui
de ſæculo iſto recedit in pace: niſi is qui intelli
git ꝙ deus erat in Chriſto mundū recōcilians
ſibi: nihilq; inimicū habet aduerſariū dei: ſed
omnē pacem atq; concordiam bonis in ſe ope
ribus aſſumpſit: & ſic in pace dimittitur ꝑge-
re ad ſanctos patres ad quos & ſanct⁹ Abrahā
profectus eſt. Quid de patrib⁹ loquar? Ad ip-
ſum quoq; qui patriarcharū prīceps & domi-
nus eſt ire Ieſum: de quo dicit: Melius eſt reſol
ui & eſſe cum Chriſto. Ille habet Ieſum: qui au
det loqui. Viuo iam nō ego: viuit vero in me
Chriſtus. Vt igitur & nos ſtātes in tēplo & te
nētes dei filium / amplexanteſq; eum digni re-
miſſione / & profectione ad meliora ſimus: ore
mus omnipotētem deū: oremus & ipſum par
uulum Ieſum: quem alloqui & tenere deſidera
mus in brachiis: cui eſt gloria & imperium in
ſæcula ſæculorum Amen.

De eo qđ ſcriptū eſt: Erant pater eius: & ma
ter mirātes ſuper his quę dicebātur de eo. vſq;
ad eum locū vbi ait. Ecce iſte poſitus eſt in rui
nam & reſurrectionē multorū in iſrael. Ca. II.

Homilia. XVI.

F ERant (inqt) pater illius &
mater admirantes ſuper his
quæ dicebātur de eo. Cōgre
gemus in vnum ea quę in or
tu Ieſu dicta ſcriptaq; ſūt de
eo: & tūc ſcire poterimus ſin
gula quæq; digna eſſe mira-
culo. Quāobrem mirabatur & pater. ſic enim
appellat⁹ eſt Ioſeph: qa nutritius fuit: miraba-
tur & mater ſuper oībus quę dicebātur de eo.
Quęnam ergo ſunt quę de paruulo Ieſu fama
diſperſerat. Paſtores erant in regione illa: vigi
lātes & obſeruātes cuſtodias noctis ſupra gre
gem ſuum. Venit angelus ſub ipſa hora nati-
uitatis Ieſu: & ait ad eos. Annuncio vobis gau
dium magnum. Ite: & inuenietis infantem in-
uolutum pānis / & poſitum in præſepio. Nec-
dum angelus verba finierat: & ecce multitu-
do cæleſtis exercitus laudare cœpit & benedi
cere deum. Cum hoc paſtores trepidi ꝑſpe-
xiſſent: & angelus receſſiſſet ab eis: dixerūt ad
inuicem. Eamus Bethleem: & videamus factū
qđ dominus oſtēdit nobis. Venerunt: & inue
nerunt paruulum. Tam illi ꝗ parentes viden
tes quę facta fuerant: admirabātur ſuper hoc.
Et de Simeone ſcribit̃: ꝙ rumorē auxerit mi-
raculi: vel magna pars fuerit: tenuitq; puerū
in brachiis ſuis: & ait. Nunc dimittis domine
ſeruum tuum in pace ſecundū verbum tuum
quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Faſti-
gium: & (vt ita dicam) culmen ſuper his quæ
iactabantur de Ieſu: & pater & mater illius mi
rabātur: ſermo Simeonis fuit. Non enim ſuffi G
cit ei tenere paruulum: & ea quę de ſemetipſo
ſcripta ſunt proloqui: ſed benedixit patri illi⁹
et matri: & de ipſo quoq; prophetauit infante
dicens. Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſur
rectionem multorum in iſrael: & ī ſignum cui
contradicetur. Tuam quoq; ipſius animā ꝑ
tranſibit gladius: vt reuelentur de multis cor
dibus cogitationes. Quid ſibi vult quod ait:
ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionē
multorum in iſrael? Huic quid ſimile in euan
gelio ſecūdum Ioannem repperi ſcriptum. In
iudicium ego in mundū iſtum veni: vt qui nō
vident videant: & qui vident cęci fiant. Quo-
modo ergo in iudicium venit: vt nō videntes
de nationibus viderent: & qui prius videbant
de Iſrael cęci fierent: ſic venit in ruinam: & re-
ſurrectionem multorum. In aduētu enim do-
mini ſaluatoris qui prius ſteterāt corruerūt:
et qui ceciderant ſurrexerunt. Vna hæc eſt in
terpretatio: de eo qđ dictum eſt: ecce hic poſi-
tus eſt in ruinam & reſurrectionem multorū
in iſrael. Eſt autem & altius quid intelligendū H
aduerſus eos vel maxime qui contra condito-
rem latrant: & hincinde de veteri teſtamento
quę non intelligunt teſtimonia congregantes
ſimplicium corda decipiunt. Aiunt enim. Ec-
ce deus legis & prophetarū: videte qualis ſit.
Ego (inquit) occidam / & viuere faciam: percu
tiam: & ego ſanabo: & non eſt qui eruat de ma
nibus meis. Audiunt occidam: & non audiūt
viuificabo: audiunt percutiam: & audire con-
temnunt: & ego ſanabo. Iſtiuſmodi occaſioni-
bus creatorem calumniantur. Igitur anteq̃ in
terpretetur quem ſenſum habeat: ego interfi-
ciam & viuificabo: percutiam: & ſanabo: oppo
nam eis teſtimonium euangelii: dicamq; ad-
uerſum hæreticos. Innumerabiles quippe hę-
reſes ſunt: quæ euangelium ſecūdum Lucam
recipiunt. Si propterea cruentus: & in tātum
ſæuus: & crudelis eſt conditor: quia dicit: ego

interficiam/& viuificabo:percutiam/& ſana≠
bo:manifeſtiſſime eſt & Ieſum ipſi⁹ eſſe filium
eadem ſiquidē de eo ſcripta ſunt.Ecce hic po≠
ſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multoꝝ
in iſrael.Non reſurrectionem tātum:ſed & in
ruinam.Si malū eſt īterficere: malum ſit & in
ruinam venire.Quid reſpōdebūt? Vtrūne re
cedent a cultu eius:an quærēt aliquam inter≠
pretationem:& ad tropologias confugient:vt
qđ in ruinam venerit benignitatē magis q̄ au
ſteritatem ſonet? Et quomodo iuſtū erit quan
do quid in euangelio tale reperitur/ad allego
rias & nouas intelligentias confugere: quādo
vero in veteri inſtrumēto : ſtatim accuſare:&
nullam explanationem:q̄uis probabilis ſit:re≠
A cipere.Sed & hoc qđ ſequitur : In iudiciū ego
veni in mundum iſtum/vt non vidētes vide≠
ant:& qui vidēt cęci fiant:q̄uis quęrāt vt ediſ
ſerāt:implere nō poterūt.Ego vero quia opto
eſſe eccleſiaſticus & nō ab hæreſiarchę aliquo
ſed a Chriſti vocabulo nūcupari:& habere no
men qđ benedicitur ſuper terrā:& cupio tam
opere q̄ ſenſu & eſſe & dici chriſtianus:ęqualē
& in veteri & in noua lege quęro rationē. Lo≠
quitur deus:Ego interficiam. Libēter habeo:
vt interficiat me deus. Quādo enim vetus in
me homo eſt: & viuo adhuc quaſi homo: cu≠
pio vt occidat in me deus veterē hominē:& vi
uificet me ex mortuis. Prim⁹ eñ ait homo de
terra terrenus: ſecundus homo de cælo cæle≠
ſtis.Sicut portauimus imaginē terreni: porte
mus & imaginē cæleſtis.Secundum hunc ſen
ſum ītelligitur & illud: In iudicium ego veni
in mūdum iſtum: vt qui non vident videant:
et qui vidēt cęci fiant.Habemus in nobis om≠
nes homines:& aſpectū: & cæcitatem. Adā &
videbat:& non videbat.Eua quoq;: anteq̄ ape
rirentur oculi eius vidiſſe deſcribiť. Vidit(in
quit)mulier lignū:quia bonum ad comeden≠
dum:& optimū oculis ad videndum:& tollēs
de fructu ligni comedit : & dedit viro ſuo:&
comederūt.Igitur nō erant cæci: ſed videbāt.
Deinde ſequitur:& aperti ſunt oculi eorū. Er
go cæci fuerant: nec videbant: quorum oculi
poſtea ſunt aperti. Sed qui bene ante viderāt:
poſtq̄ dñi mandatum prętergreſſi ſunt:cœpe
rūt videre male:& aſpectū obediētię ſubripien
te delicto poſtea perdiderūt. Ego ſic intelligo
et illud qđ dicit deus.Quis fecit mutū & ſur≠
dum videntem/& cęcum? Nonne ego dñs de≠
us? Eſt oculus corporis quo terrena iſta cōſpi≠
cimus:oculus ſecūdum ſenſum carnis:de quo
ſcriptura dicit. Fruſtra incedis inflatus ſenſu
carnis. Cui habemus alium contrariū melio≠
rem:& diuina ſapientem:qui quia cęcus in no
bis erat:venit Ieſus vt faceret eū videre:vt qui
nō videbāt/viderēt:qui autem videbant cæci
fierent. Iuxta hūc ergo ſenſum: & hoc qđ nūc B
habemus in manibus eſt intelligēdū. Ecce iſte
poſitus eſt in ruinā:& in reſurrectionē multo≠
rū in iſrael.Habeo aliqđ in me qđ male ſtat: et
peccati ſuperbia ſe erigit.Hoc cadat:hoc ſub≠
ruatur.Qđ ſi ceciderit: qđ āte ruerat/ſurgēs
ſtabit. Interior homo meus quondam iacebat
eliſus:& exterior ſtabat erectus.Anteq̄ crede≠
rem in Ieſum:bonū in me iacebat:malum ſta≠
bat.Poſtq̄ ille venit:tūc qđ in me malum fuit:
corruit:& expletum eſt illud:ſemper mortifi≠
cationem Ieſu in corpore circūferētes:& illud
mortificate mēbra veſtra ſuper terrā:fornica≠
tionem/immūditiam/luxuriam/idolatriā/ve
neficia:& cętera.Horū omnium:vt illis ruina
facta eſt.Et de hac ruina dicitur. Vbicūq; fue
rit cadauer:illuc cōgregabūtur aquilę.Cada≠
uer quippe:a caſu nomen accepit. Vna eſt hęc
ruina:ad quā primū venit Ieſus: nec poteſt fa≠
cere reſurrectionē/niſi ruina præceſſerit. Ve≠
nit ante deſtruere qđ in me malū fuit : vt illo
deſtructo & mortificato cōſurgat in me/& vi
uificet id qđ bonū eſt:vt conſequamur regnū
cælorum per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū
cui eſt gl'ia/& imperiū in ſęcula ſcl'orū.Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt:Erant pater
eius & mater ammirantes ſup his
quę dicebanť de eo. & rurſum vſq;
ad eum locum vbi de Anna ſcribi≠
tur. Cap.II.

Homilia.XVII.

LVcas qui ſcripſit: Spiritus C
ſanctus veniet ſup te:& vir
t⁹ altiſſimi obūbrabit tibi:
propter hoc & qđ natū fue
rit ſanctum vocabitur fili⁹
dei:& q manifeſte nobis tra
didit:quoniam virginis filius Ieſus eſt: nec de
humano cōceptus eſt ſemine:iſte patrem eius
Ioſeph teſtatus eſt/dicens. Erant pater illius
& mater ammirantes ſuper his quæ diceban≠
tur de eo. Quæ igitur cauſa extitit: vt eum
qui pater non fuit : patrem eſſe memoraret?
Qui ſimplici expoſitione contentus eſt: dicit.
Honorauit eum ſpiritus ſanctus patris voca≠
bulo: quia nutrierat ſaluatorem. Qui autem
altius aliqđ inquirit:poteſt dicere: quia gene≠
rationis ordo a Dauid vſq; ad Ioſeph deduci≠
tur. Et ne videretur fruſtra Ioſeph nominari
qui pater non fuerat ſaluatoris:vt generatio≠
nis ordo haberet locū/pater appellat⁹ eſt dñi.

Ammirabātur igitur pater illius/& mater ſu
per his quæ dicebantur de eo: tam ab angelo/
q̄ a multitudine cęleſtis exercitus: necnō a pa
ſtoribus. Omnia quippe hęc audiētes: vehemē
D tiſſime mirabant̄. Dehinc ſcriptura ait. Bene-
dixit eis Simeon: & dixit ad Mariam matrem
eius. Ecce iſte poſitus eſt in ruinā & in reſurre
ctionē multorū in iſrael: & ī ſignū cui cōtradi
cetur. Et tuā ipſius animā ꝑtrāſibit gladius
vt reuelent̄ ex multis cordibus cogitationes.
Quomodo ſaluator in ruinā & in reſurrectio
nē multorū venerit: eſt contēplandū. Qui ſim
pliciter exponit: poteſt dicere in ruinā eum ve
niſſe infideliū: & in reſurrectionem credētiū.
Qui vero curioſus interpres eſt: dicit nequaq̄
eū cadere qui ante nō ſteterit. Da mihi igitur
qui fuerit ille q̄ ſteterit: & in cui9 ruinā ſalua-
E tor aduenerit: necnō & eū qui cōſurgat. Nam
vtiq; ille cōſurgit: qui ante corruerat. Viden
dū eſt vtiq;: ne forte ſaluator nō aliis: atq; aliis
in ruinā venerit: & in reſurrectionē multorū
ſed iiſdē & in ruinā & in reſurrectionem vene
rit. In iudiciū (ait) ego veni: vt q̄ nō videbant
videant: & q̄ videbāt cęci fiāt. Eſt em̄ in nobis
qđ videbat prius: & poſtea videre deſiuit: &
aliud qđ non videbat: & poſtea cœpit videre.
Verbi grā. Volo videre illis oculis quibus an
tea non videbā/& q̄ mihi poſtea reſerati ſunt:
qm̄ poſt inobediētiā & Adā & Euę oculi ſunt
aperti: de q̄bus ſuperiori ſermone tractauim9.
Nūc aūt interp̄tandū q̄d ſibi velit hoc qđ ait:
ecce hic poſit9 eſt in ruinā: & in reſurrectionē
multoꝝ in Iſrael. Me oportet primū cadere: &
cū cecidero poſtea bene reſurgere: ne ſaluator
cauſa fuerit malę ruinę. Sed propterea cadere
me fecit: vt cōſurgā: & multo mihi ruina vti-
lior fuerit: q̄ illud tēp9 quo videbar ſtare. Sta-
bā em̄ in peccato eo tēpore quo peccato viue-
bā: & quia peccato ſtabā prima mihi vtilitas
fuit: vt caderē: & peccato morerer. Deniq; &
ſancti ꝓphetæ quādo auguſtius aliq̄d cōtēpla
F bant̄: cadebāt in faciem ſuā. Propterea aūt ca-
debāt: vt peccata ꝑ ruinā plenius purgarētur.
Hoc ipſum & ſaluator tibi primū cōcedit: vt
corruas. Ethnicus eras: cadat in te ethnicus.
Diligebas ſcortū: primū in te ſcortū intereat.
Peccator eras: cadat in te peccator: vt poſſis
dehic reſurgere/& dicere: ſi cōmortui ſum9/
et cōuiuemus: & ſi mortis cōformes: ſimul &
reſurrectionis erimus. Iſte igit̄ in ruinā/& in
reſurrectionē multorū poſit9 eſt in Iſrael: hoc
eſt in his q̄ plena poſſunt acie/& ratione cōſpi
cere. Et in ſignū cui cōtradicet̄. Omnib9 quæ
narrat hiſtoria de ſaluatore: contradicit̄. Vir-
go mater eſt: ſignū eſt cui cōtradicit̄. Marcio-
nitę cōtradicūt huic ſigno: & aiūt penitus eū
de muliere nō eſſe generatū. Ebionitę cōtradi
cūt ſigno: dicentes ex viro & muliere ita natū
eē: vt nos quoq; naſcimur. Habuit corpus hu
manū. & hoc ſignū eſt cui cōtradicit̄. Alii em̄
dicūt eum veniſſe de cælis: alii tale quale nos
corpus habuiſſe: vt per ſimilitudinē corporis
etiā noſtra corpora redimeret a peccatis: & da
ret nobis ſpem reſurrectiōis. Reſurrexit a mor
tuis. & hoc ſignū eſt/cui cōtradicit̄. Quomo-
do reſurrexerit: vtrū ipſe & talis qualis mor-
tuus eſt: an certe in melioris ſubſtātię corpus
reſurrexerit. Et eſt infinita cōtētio: aliis dicen
tibus fixurā clauorū Thomę oſtēdit ī manib9
ſuis: aliis e regione tractantibus: ſi idē corpus
habuit: quomodo clauſis īgreſſus eſt oſtiis: et
ſtetit? Vides igitur queādmodum argumētis
variis etiā reſurrectioni eius quęſtio concitet̄:
et fit ſignū cui contradicit̄. Ego & hoc qđ pro
phetarū more prædictū eſt/puto ſignum eſſe
cui contradicitur. Sunt enim plures hæreti-
ci: qui aſſerunt eum a prophetis penitus non
fuiſſe prędicatū. Et quid me neceſſe eſt multa
proſequi? Omnia quæ de eo narrat hiſtoria: ſi-
gnum eſt cui cōtradicitur. Nō ꝙ cōtradicant
hi qui credūt in eū: nos quippe oīa ſcimus ve-
ra eſſe quę ſcripta ſunt: ſed quia apud incredu
los vniuerſa quę de eo ſcripta ſunt: ſignum ſit
cui contradicitur. Deinde Simeon ait. Et tuā G
ipſius animam ꝑtranſibit gladius. Quis eſt
iſte gladius qui non aliorū tantū: ſed etiā Ma-
rię cor ꝑtranſiit? Aperte ſcribitur: ꝙ in tēpo
re paſſionis omnes ſint apoſtoli ſcandalizati:
ipſo quoq; dn̄o dicēte. Omnes vos ſcādalizabi
mini in nocte hac. Ergo ſcandalizati ſunt vni
uerſi: intantū vt Petr9 quoq; apoſtolorū prin-
ceps tertio denegarit. Quid? putamus ꝙ ſcan
dalizatis apoſtolis mater dn̄i a ſcādalo fuerit
immunis? Si ſcādalum in dn̄i paſſione nō paſ-
ſa eſt: non eſt mortuus Ieſus pro peccatis eius.
Si autem oēs peccauerunt & egent gloria dei:
iuſtificati gratia eius & redempti: vtiq; & Ma
ria illo tempore ſcandalizata eſt. Et hoc eſt qđ
nūc Simeon prophetat dicēs. Et tuā ipſi9 ani-
mā: quæ ſcis abſq; viro peperiſſe te virginem:
quę audiſti a gabriele: Spiritus ſanctus veniet
ſuper te: & virtus altiſſimi obūbrabit tibi: per
trāſibit infidelitatis gladius: & ambiguitatis
mucrone ferieris: & cogitationes tuæ te in di
uerſa lacerabūt: cū videris illū quē filiū dei au
dieras/& ſciebas abſq; ſemine viri eſſe genera
tū crucifigi/& mori/& ſuppliciis humanis eē
ſubiectū: & ad poſtremū lachrymabiliter con
querētē/atq; dicētē. Pater ſi poſſibile eſt: ꝑtrāſ
eat calix iſte a me. Et tuam ergo animam per-

tranſibit gladius: vt reuelētur ex multorum
cordibus cogitatiões. Cogitatiões erãt malæ
in hominibus: quæ propterea reuelatæ ſunt:
vt prolatæ in mediũ perderētur: & interfectę:
atq; emortuę: eſſe deſinerent: & occideret eas
ille q pro nobis mortuus eſt. Q̃diu eñ abſcõ
ditę erant cogitationes: nec prolatę in mediũ
impoſſibile erat eas penitus iterfici. Vnde &
nos ſi peccauerimus: debem⁹ dicere. Peccatũ
meũ notũ feci tibi: & iniqtatẽ meã nõ abſcon=
di. Dixi annũtiabo iniuſtitiã meam cõtra me
domino. Si enim hoc fecerimus: & reuelaueri
mus peccata noſtra nõ ſolum deo: ſed & his q
poſſunt mederi vulneribus noſtris: atq; pec=
catis: delebuntur peccata noſtra ab eo qui ait.
Ecce delebo vt nubem iniquitates tuas: & ſi=
cut caliginem peccata tua. Poſt Simeonis pro
A phetiam: quia neceſſe erat vt mulieres etiam
ſaluarentur: venit prophetes mulier: de qua
ſcribitur: Et erat Anna propheti ſſa filia Pha=
nuel de tribu Aſer. Q̃ pulcher ordo. Non ve
nit ante virũ mulier: ſed primũ venit Simeon
qui apprehendit infantẽ: & tenuit in brachiis
ſuis: deinde mulier: cuius non ſunt quidẽ ver
ba digeſta: ſed dictum eſt generaliter q; cõfeſ=
ſa ſit domino: & locuta de eo omnibus: qui ex
pectabant redemptionẽ Iſrael. Et iuſte ſancta
mulier ſpiritum prophetandi meruit accipe=
re: qa longa caſtitate: longiſq; ieiuniis ad hoc
culmen aſcenderat. Videte mulieres teſtimo
nium Annæ: & imitamini illud: ſi quando vo
bis euenerit: vt perdatis viros. Cõſiderate qd
de ea ſcriptum ſit. Septem annis vixit a virgi
nitate ſua cum viro ſuo: & reliqua: propterea
prophetes fuit. Neq; enim vt libet & fortuito
ſpiritusſanctus habitauit in ea. Bonum eſt: &
primũ: ſiqua poteſt virginitatis gratiam poſ=
ſidere. Si autem hoc non potuerit: ſed euene=
rit ei: vt perdat virum: vidua perſeueret. Qđ
quidem non ſolum poſt mortem viri: ſed etiã
cum ille viuit debet habere in animo: vt etiã
ſi non venerit voluntas ipſius: & propoſitum
a domino coronetur: & dicat. Hoc voueo: at=
q; promitto: ſi mihi humanum aliquid quod
nõ opto cõtigerit: nihil aliud faciã q̃ icõtami
B nata viduaq; perſeuerem. Nunc vero & ſecũ=
cau tele gas ſe= quę tia. dæ/& tertiæ/& quartæ nuptiæ: vt de pluri=
bus taceam: reperiuntur: & nõ ignoramus q;
tale coniugium eiiciet nos de regno dei. Sicut
enim ab eccleſiaſticis dignitatibus non ſolum
fornicatio: ſed & nuptiæ repellunt: neq; enim
epiſcopus: nec preſbyter: nec diaconus: nec vi
dua poſſunt eſſe digami: ſic forſitan & de cœ=
tu primitiuorum immaculatorumq; eccleſię
quæ non habet maculam: neq; rugam: eiicie=
tur digamus. Non quo in æternum mittatur
incendium: ſed quo partem non habeat in re=
gno dei. Memini cum interpretarer illud: qđ
ad Corinthios ſcribitur: eccleſiæ dei quæ eſt
Corinthi cum omnibus qui inuocant eum: di
xiſſe me diuerſitatem eccleſiæ: & eorum q in=
uocant nomen domini. Puto eñ monogamũ:
& virginem: & eum qui in caſtimonia perſe=
uerat: eſſe de eccleſia dei. Eum vero qui ſit di=
gamus: licet bonam habeat conuerſationem:
& cæteris virtutibus polleat: tamen non eſſe
de eccleſia: & de eo numero: qui non habẽt ru
gam: aut maculam: aut aliqd iſtiuſmodi: ſed
eſſe de ſecundo gradu: & de his qui inuocant
nomen domini: & qui ſaluantur qdem in no=
mine Ieſu Chriſti: nequaq̃ tamen coronantur
ab eo. Cui eſt gloria: & imperium in ſæcula ſę
culorum. Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt. Puer autẽ creſcebat
& cõfortabať. vſq; ad eum locũ vbi ait: An ne
ſciebatis: qa in his q̃ patris mei ſunt oportet
me eſſe. Cap. II. Homilia. XVIII.

NAtus eſt dominus meus Ie= C
ſus: & aſcenderunt parẽtes
eius in Hieroſolymã: vt cõ=
plerent ea quæ fuerant lege
præcepta: & offerrent ꝓ eo
par turturũ: & duos pullos
colũbarũ. Tenuit eũ brachi
is ſuis Simeon: vt dudũ lectũ eſt: & propheta=
uit de eo quæ narrat hiſtoria. Et poſtq̃ oĩa in
more completa ſunt: reuertũtur parẽtes quo
Ieſus tunc agebat: & tamen creſcebat & cõfor
tabatur ſapientia & gratia. Necdum quadra=
ginta dies purgatiõis impleuerat: necdũ Na=
zareth venerat: & iam totam ſapientiã reſpi=
ciebat. Potuit ſcriptura dicere creſcebat: & cõ
fortabatur: & accipiebat ſpiritum. Sed q eua=
cuauerat ſe formã ſerui accipiẽs: ſtatim vt ꝓ
mundatione eius ſacrificium oblatum eſt: id caute lege
quod vacuefecerat adimpleuit. Non q; cor=
pus eius illico maius fuerit effectũ: ſed q; ſa=
cratius qppiam demonſtraretur: ſcriptura re
ferente. Puer autẽ creſcebat: & confortabať: &
replebať ſapientia. Quæramus ſicubi alibi de
paruulo ſcriptum ſit: creſcebat: & confortaba
tur: vt ex collatione multorũ qd plus in domi
no noſtro dicatur: intelligere valeamus. De
Ioanne: Puer autem creſcebat: & confortaba=
tur: & tamen non additur: & replebatur ſapiẽ
tia: ſed confortabatur ſpiritu. Hic vero de do
mino: Creſcebat (inqt) & confortabatur: & re
plebatur ſapientia: & gratia dei erat ſuper eũ.

Hæc omnia de puero:qui necdum duodecim
D annos impleuerat:dicta ſunt.Cum autē duo-
decim eēt annorum:remanet in Hieruſalem.
Parentes eius ignorātes:quęrūt eum ſollicite
& non inueniūt. Quærunt inter affines:quę-
runt in comitatu:quærunt inter notos: & in
his omnibus non reperiunt.Quęritur ergo Ie
ſus a parētibus ſuis:cum patre qui nutricius
& comes fuerat Aegyptum deſcēdētis: & ta-
men non ſtatim:vt quęritur inuenitur. Non
enim inter cognatos:& carnis propinquos in
uenit̄ Ieſus:non in his qui corporaliter ei iun
cti ſunt. In multorum comitatu Ieſus meus
non poteſt inueniri. Diſce vbi eum quærētes
reperiant vt & tu quęrens cū Ioſeph:Mariaq̧
reperias.Et quęrētes(inquit)inuenerunt illū
in templo.Non vbicūq̧ in alio loco: ſed in tē-
plo.Neq̧ in templo ſimpliciter: ſed in medio
doctorum:audientem:& interrogantem eos.
Et tu ergo quęre Ieſum in templo dei: quære
in eccleſia:quære eum apud magiſtros:qui in
templo ſunt:& non egrediūtur ex eo. Si enim
ita quęſieris:inuenies eum.Porro ſi quiſpiam
dicit ſe magiſtrum eſſe: & Ieſum non habet:
iſte nomine tātum magiſter eſt: & ideo apud
eum non poteſt inueniri Ieſus verbum dei: &
E ſapientia.Inuentus eſt (inquit) in medio do-
ctorum. Quomodo in alio loco de prophetis
ſcriptum eſt:ſic & nunc intellige in medio do
ctorum.Si(inquit) alteri reuelatum fuerit ſe
denti:primus taceat. In medio doctorum ſe-
dentem inueniūt eum.Et non ſolum ſedentē:
ſed & ſciſcitantem:& audientem eos.Et nunc
præſens eſt Ieſus:interrogat nos: & audit lo-
quētes.Et mirabantur(inquit)omnes.Super
quo mirabantur? Non ſuper interrogationi-
bus eius:licet & ipſæ mirabiles erāt:ſed ſuper
reſpōſionibus eius. Aliud eſt enim interroga
re:aliud reſpondere.Interrogabat magiſtros.
Et quia reſpondere non poterant: ipſe his de
quibus interrogauerat reſpondebat.Qꝫ autē
reſponſio non viciſſitudinem ſermocinandi:
ſed doctrinam in ſcripturis ſanctis ſonet: lex
diuina te doceat.Moyſes loquebatur:deus au
tem reſpondebat ei voce. Reſponſio illa eorū
erat:ſuper quibus ignorantem Moyſen domi
nus inſtruebat. Interdum interrogat Ieſus:
interdum reſpondet:ſicut ſupra diximus.Qꝫ
q̄ mirabilis eius interrogatio ſit:tamen mul-
to mirabilior eſt reſpōſio.Vt igitur & nos au
diamus eum:& proponat nobis quæſtiones:
quas ipſe diſſoluat:obſecremus illum & cum
labore nimio:& dolore quæramus:& tunc po
terimus inuenire quem quęrimus.Non enim
F fruſtra ſcriptū eſt.Ego & pater tuus dolentes
quęrebamus te.Oportet enim qui quærit Ie-
ſum:non negligenter:non diſſolute:nō tranſi
torie quęrere:ſicut quærunt nonnulli:& ideo
inuenire non poſſunt. Nos autem dicamus:
Dolentes quęrimus te. Et cū hoc dixerimus:
ad laborantem animam noſtram:& cum dolo
re quærentem:reſpondebit:& dicet. Neſcitis
quia in his quę ſunt patris mei me oportet eſ-
ſe? Vbi ſunt hæretici impii:atq̧ veſani:qui aſ
ſerunt non eſſe patris Ieſu Chriſti legem & ꝓ
phetas? Certe Ieſus in templo erat:quod a Sa-
lomone conſtructum eſt: & confitetur tem-
plum illud patris ſui eſſe:quem nobis reuela-
uit:cuius filium eſſe ſe dixit.Reſpondeāt quo
modo alter bonꝰ:& alter ſit iuſtus deus? Quia
igitur Saluator creatoris eſt filius: in cōmu-
ne patrē filiumq̧ laudemus:cuius lex: cuiꝰ &
tēplum eſt.Cui eſt gloria:& imperium in ſæ-
cula ſæculorum.Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt.Puer autem creſce-
bat:& confortabatur.vſq̧ ad eum locum vbi
ait.Seniores in templo interrogat. Cap.II.
Homilia.XIX.

QVia nonnulli qui ſanctę ſcri G
pturę vidētur credere:quaſi
in gloriam omnipotētis dei
diuinitatem Saluatoris ne-
gant:iuſtum mihi videtur:
vt ipſarum ſcripturarū au-
ctoritate doceant̄ in huma-
nū corpus qddā veniſſe diuinū.Et non ſolū in
humanū corpus:ſed in humanam quoq̧ ani-
mā.Qꝫ q̄ ſi diligēter ſenſum intendimus ſcri-
pturarū plus aliquid anima illa habuit: q̄ cę-
terę hominū animæ.Omnis quippe anima ho
minis āteq̄ ad virtutes veniat:vitiis ſordida-
tur.Porro anima Ieſu:nunq̄ peccati ſorde ma
culata eſt.Siquidē anteq̄ ad duodecimū ætā-
tis puenerit annū:ſpiritus ſanctus de eo in Lu
cę ſcribit euāgelio.Puer autē creſcebat:& cō-
fortabatur:& replebatur ſapiētia.Hoc homi-
nū natura non recipit:vt ante duodecim an-
nos ſapientia compleatur. Aliud eſt partem
habere ſapientiæ:aliud ſapientia eē cōpletū.
Non ambigimus ergo diuinū aliquid in car-
ne Ieſu apparuiſſe.Et non ſolum ſuper homi-
nem:ſed ſuper omnē quoq̧ rationalem creatu
ram.Et creſcebat inquit.Humiliauerat enim
ſe:formam ſerui accipiens: & eadem virtute
qua ſe humiliauerat creſcit.Apparuerat infir
mus:quia infirmū corpus aſſumpſerat: & ob
id iterum confortatur.Euacuauerat ſe filius
dei:& propterea rurſum completur ſapiētia:

& gratia dei erat ſuper eum. Non quando ve
nit ad adoleſcentiam: non quando manifeſte
docebat: ſed cum adhuc eſſet paruulus habe-
bat gratiam dei. Et quomodo om̄ia in illo mi
rabilia fuerant: ita & pueritia mirabilis fuit:
vt dei ſapientia compleretur. Ibant itaq; parē
tes eius iuxta conſuetudinem in Hieruſalem
ad ſolennem diem Paſchę. Et cū factus fuiſſet
A annorum duodecim. Diligēter obſerua: quia
priuſq̄ duodecim eſſet annorū: ſapientia dei:
& cæteris: quę de eo ſcripta ſunt cōplebatur.
Cum ergo (vt diximus) duodecim eſſet anno
rum: & iuxta morē dies ſolēnitatis expleti eſ-
ſent: & reuerterentur parentes cum infantu
lo Ieſu: remanſit puer in Hieruſalem: & neſcie
bant parētes eius. Et hic ſublimius quiddam
q̄ humana natura patitur intellige. Non em̄
ſimpliciter remanſit: & parētes eius vbi eſſet
ignorabant: ſed quomodo in Ioannis euange-
lio ſcriptum eſt: quando inſidiabantur ei Iu-
dæi: & elapſus eſt de medio eorum: & non ap-
paruit: ſic & nunc puto remāſiſſe puerum in
Hieruſalem: & parentes eius vbi remanſerit
ignoraſſe. Nec miremur parētes vocatos: quo
rum alter ob partum: alter ob obſequium pa-
tris & matris meruerunt vocabula. Sequitur
B Dolentes (inquit) quærebamus te. Non puto
eos iccirco doluiſſe: quia putarēt erraſſe pue-
rum vel periiſſe. Nec poterat accidere: vt Ma-
ria quæ ſciebat ſe de ſpiritu ſancto concepiſſe:
quæ & angelum loquentem: & currentes pa-
ſtores: & Simeonem audierat prophetātem:
timeret ne puerū perderet oberrantem. Amo
ue hanc opinionem maxime de Ioſeph: cui ab
angelo præceptum fuerat: vt tolleret puerū:
& in Aegyptum pergeret: qui audierat. Ne ti
meas tollere Mariam cōiugē tuam: qđ em̄ in
ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Nunq̄ fieri
poterat: vt perditū formidaret infantem: quē
diuinū eſſe cognouerat. Aliud quiddam do-
lor & quæſtio parentū: q̄ ſimplex lector intel-
ligit: ſonat. Quomodo enim tu ſiquando ſcri
pturas legis: quęris in eis ſenſum cum dolore
quodam: ac tormento: non quo ſcripturas er-
raſſe: aut perperam quid habere arbitreris: ſed
ꝙ illę intrinſecus habeāt veritatis ſermonem
atq; rationē: & tu nequeas inuenire qđ verū
eſt. Ita & illi quærebant ne forte receſſiſſet ab
eis: ne relinquēs eos ad alia tranſmigraſſet. Et
qđ magis puto: ne reuertiſſet ad cælos: cū illi
C placuiſſet / iterum deſcenſurus. Dolētes ergo:
quærebant filium dei. Et cum quęrerēt: nō in
uenerunt inter cognatos. Neq; enim poterat
humana cognatio dei filium continere. Non
inuenerūt inter cognatos: quia diuina maio-
ra erant: notitia / ſcientiaq; mortali. Vbi igiť
inueniunt eum? In templo. Ibi enim inueniť fi
lius dei. Siquando & tu quęſieris filium dei:
quære primū in templo. Illuc ꝓpera: ibi Chri-
ſtum ſermonē: atq; ſapiētiā (id eſt filium dei)
reperies. Quoniā vero paruulus erat: inueni
tur in medio ꝑceptorum: ſanctificans: & eru-
diens eos. Quia paruulus erat: inueniť in me
dio non eos docens: ſed interrogans: & hoc ꝓ
ætatis officio: vt nos doceret quid pueris (q̄-
uis ſapiētes: & eruditi ſint) conueniret: vt au
diant potius magiſtros: q̄ docere deſiderent:
& ſe vana oſtentatione non iactent. Interroga
bat inquam magiſtros: nō vt aliquid diſceret:
ſed vt interrogās erudiret. Ex vno quippe do
ctrinæ fonte manat & interrogare: & reſpon-
dere ſapienter: & eiuſdem ſcientię eſt: ſcire qđ
interroges quidue reſpondeas. Oportuit pri
mū Saluatorē eruditę interrogationis magi-
ſtrū fieri: vt poſtea interrogationibus reſpon
deret iuxta rationē dei: atq; ſermonē: Cui eſt
gloria & impium in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

De eo qđ ſcriptum eſt. Quid eſt ꝙ q̄rebatis me. vſq; ad eū locū vbi ait. Cōſeruabat Maria omnia verba in corde ſuo. Cap. II.

Homilia. XX.

QVærebant Maria & Ioſeph D
inter affines Ieſum: & nō in
ueniebāt: in comitatu: & in
uenire non poterāt. Quęſie
rūt in tēplo: ſed apud magi
ſtros: & in medio pręcepto-
rū inueniūt eū. Vbicūq; ma
giſtri fuerint: in medio magiſtroꝝ inueniť Ie
ſus: ſi tamen magiſter ſedeat in tēplo: & nunq̄
egrediať ex eo. Profuit Ieſus magiſtris ſuis: &
eos quos interrogare videbať: docuit in me-
dio eoꝝ loquens: & quodammodo concitabat
eos ad quęrēda: quæ vſq; ad id locoꝝ: vtrū ſci
rent: an ignorent: noſſe non poterant. Inueniť
Ieſus in medio magiſtroꝝ: & inuentus dicit q̄
ſitoribus ſuis. Quid eſt qđ quęrebatis me? Ne
ſciebatis: quia in his quę ſunt patris mei opor
tet me eſſe? Primū ſimpliciter ſentiētes arme-
mur aduerſus impios hęreticos: qui dicūt nō
eſſe cōditorē patrem Chriſti Ieſu: neq; deum
legis: ſed nec ꝓphetarū. Ecce pater / deus tem
pli aſſeriť. Erubeſcant Valentiniani audiētes
Ieſum ingētē: in his quę ſunt patris mei opor-
tet me eſſe. Erubeſcant om̄es hęretici: q euan-
geliū recipiūt ſecūdū Lucā: & quæ in eo ſunt
ſcripta cōtemnunt. Hęc vt dixi: ſint intellecta
ſimplicius. Quoniā vero inferť: Ipſi autem nō

intellexerunt ſermonē: ſenſum ſcripturæ dili
E gentius ventilemus. Sic erāt ſtulti: & inſipien
tes: vt neſcirēt quid diceret: quia hoc qđ ait:
in his quę ſunt patris mei me eſſe oportet: ſi-
gnificaret in tēplo: an aliud quiddam altius
ſignificet: & quod magis ædificet audientes.
Vnuſquiſq; noſtrū ſi bonus fuerit: atq; perfe-
ctus: poſſeſſio dei patris eſt: & habet in medio
ſui Ieſum. Credamus quippe dicēti: quoniam
in his quę ſunt patris mei me oportet eſſe. Ma
gis rationabile: atq; viuens: & verum tēplum
dei hoc eſſe ſuſpicor: q̄ illud qđ typice terre-
no opere cōſtructum eſt. Vnde illo in templo
vt typice fuit: ita receſſit & typice. Egreſſus
eſt enim de templo terreno dicens: Ecce relin-
quetur vobis domus veſtra deſerta: & relin-
quens domū illam venit ad poſſeſſionem dei
patris: ad eccl'ias in toto orbe diſpſas: & dicit:
In his quę ſunt patris mei me oportet eē. Tūc
ergo non intellexerunt verbū: qđ locutus eſt
eis. Simul & illud attendite: ꝙ q̄diu in poſſeſ
ſione patris ſui fuit: ſurſum erat. Et quia nec
cau dum plenā fidem Ioſeph: & Maria habebant:
te le ꝓpterea ſurſum cum eo manere non poterāt:
ge. ſed dicitur deſcendiſſe cum eis. Crebro Ieſus
deſcendit cum diſcipulis ſuis: nec ſemper ver
ſatur in monte: nec abſq; fine ſublimia tenet.
In mōte cum Petro eſt: cū Iacobo: cū Ioanne:
& rurſum in alio loco cum cæteris diſcipulis.
Porro quia non valebant hi qui variis ęgrota
tionibus laborabant in montem conſcēdere:
idcirco deſcēdit: & venit ad eos qui deorſum
F erant. Nūc quoq; ſcribitur: deſcēdit cum eis:
& venit Nazareth: & ſubiiciebat̄ eis. Diſcamꝰ
filii ſubiecti eſſe parētibus noſtris: maior mi-
nori ſubiicitur. Nam quia maiorem Ioſeph vi
debat ætate: propterea eum parentis honore
coluit: omnibus filiis exēplū tribuēs: vt ſubii-
ciātur parētibus. Qꝫ ſi patres iis non fuerint:
ſubiiciantur his qui patrū ętatē habēt. Quid
loquor de parētibus: & filiis? Si Ieſus filius dei
ſubiicitur Ioſeph: & Mariæ: ego non ſubiiciar
epiſcopo qui mihi a deo ordinatus eſt pater?
Nō ſubiiciar preſbytero: qui mihi domini di-
gnatione præpoſitus eſt? Puto ꝙ intelligebat
Ioſeph: quia maior ſe erat Ieſus: qui ſubiicie-
batur ſibi: & ſciens maiorem eſſe ſubiectum:
trepidus moderabat̄ imperium. Videat ergo
vnuſquiſq;: ꝙ ſæpe melioribus præpoſitus ſit
inferior: & nōnūq̄ accidat: vt ille qui ſubiectꝰ
eſt melior ſit eo q ſibi videtur eſſe præpoſitus
Qđ cum intellexerit dignitate ſublimior: nō
eleuabitur ſuperbia ex eo ꝙ maior eſt: ſed ſci-
et ita ſibi meliorē eſſe ſubiectum: quomodo &
Ieſus ſubiectus fuit Ioſeph. Deinde ſequitur.

Maria autē conſeruabat omnia verba hæc in G
corde ſuo. Plus aliquid q̄ de homine ſuſpica-
batur. Vnde & cuſtodiebat omnia verba eius
in corde ſuo: nō quaſi pueri q duodecim eſſet
annoꝝ: ſed eius q de ſpiritu ſancto conceptus
fuerat: quē videbat ꝓficere ſapiētia & gratia
apud deū & homines. Ieſus proficiebat ſapien
tia. Sapientior per ſingulas videbatur ætates.
Nunquid ſapiēs non erat: vt ſapiētior fieret?
An quoniā euacuauerat ſe formā ſerui accipi
ens: id quod amiſerat / reſumebat: & replebat̄
virtutibus: quas pauloante aſſumpto corpo-
re viſus fuerat relinquere? Proficiebat ergo:
nō ſolū ſapiētia: ſed ętate. Eſt ętatis profectus.
Duę in ſcripturꝭ ferūtur ætates: altera corpo H
ris: quę non eſt in poteſtate noſtra: ſed in lege
naturę: altera animæ: quæ ꝓprie in nobis ſita
eſt. Iuxta quā ſi volumus quotidie creſcimus:
& ad ſummitatē venimus: vt non ſimus vltra
paruuli fluctuātes: & qui circūferamur omni
vento doctrinę: ſed eſſe paruuli deſinētes: in-
cipiamus eſſe viri: atq; dicamus. Quando fa-
ctus ſum vir: deſtruxi ea q̄ erāt paruuli. Huiꝰ
vt dixi ętatis ꝓfectus: qui incremētum habet
animę: in noſtra eſt poteſtate. Si aūt non ſuffi
cit teſtimoniū: etiā aliud de Paulo ſumamus
exēplū. Donec perueniamus (inquit) omnes
in virū ꝑfectū: in mēſurā ætatis plenitudinis
corporis Chriſti. In nobis ergo eſt: vt ad mēſu
rā perueniamus ętatis: & corporis Chriſti. Et
ſi in nobis eſt: omni labore nitamur deponere
paruulū: & deſtruere illum: & ad ætates reli-
quas ꝑuenire: vt nos quoq; audire poſſimus:
tu aūt ibis ad patres tuos cum pace: nutritus
in ſenecta bona: vtiq; ſpirituali. Quæ eſt vere
ſenectus bona? Caneſcēs & ad finē vſq; perue-
niens in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria: & honor:
& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo quod ſcriptum eſt. Quintodecimo anno imperii Tiberii Cæſaris. vſq; ad eū locū vbi ait. Rectas facite ſemitas eius. Cap. III. Homilia. XXI.

Quādo ad Iudæos tm̄ ſermo I
ꝓpheticꝰ mittebat̄: Iudaici
reges ponebāt̄ ĩ titulo. Ver
bi gr̄a. Viſio quā vidit Eſa-
ias filiꝰ Amos aduerſus Iu-
dęā: & aduerſus Hieruſalē ĩ
regno Ozię / & Ioathā / & A
chaz / & Ezechię. nec aliū queq̄ exceptꝭ Iudæ
regibus Eſaiæ video tpe deſignatū. In qbuſdā
ꝓphetis & Iſrael reges legimꝰ: ſicut ibi. Et in
diebus (inq̄t) Hieroboā filii Ioas regis Iſrael.

Quando vero ſacramētū euāgelii ꝑdicādum
erat: & in toto orbe euangeliū diſſeminandū:
cuius princeps Ioannes in Eremo fuit: & orbē
Romanū Tiberii regebat impiū: tūc in quīto
decimo anno verbū domini ad Ioannē factum
eſſe deſcribitur. Et ſi tātū his qui de nationi-
bus crediturí erāt annūtianda ſalus fuiſſet: &
penitus excludēdus Iſrael: ſuffecerat dicens.
In quintodecimo anno Tiberii Cæſaris: præſi
de Iudeę pōtio Pilato. Quia vero & de Iudæa
& de Galilęa multi crediturí erant: idcirco &
hęc regna ponūtur in titulo: diciturq; tetrar
cha Galileæ Herode: & Philippo fratre eius
tetrarcha: & traconitidis regionis: & Liſania
tetrarcha Abilinę: ſub principibus ſacerdotū
Anna & Caypha: factū eſt verbū dñi ad Ioānē
filiū Zachariæ in deſerto. Olim verbū dei fie-
bat ad Hieremiā filiū Elchiæ in Anathoth in
diebus illius regis Iudę: nunc ſermo dei fit ad
Ioannē filiū Zachariæ: qui nūq̄ factus eſt ad ꝓ
phetas in deſerto. Sed q͞a plures filii crediturí
erāt deſertę magis q̄ eius quę habet virū: id-
circo factū eſt verbū dei ad Ioānē filiū Zacha-
A riæ in deſerto. Simulq; conſydera ꝙ magis ra
tionē habeat: ſi myſticę ītelligatur deſertum:
& nō ſecūdū ſimplicē literā. Qui eñ in deſer-
to prædicat: ſuperflue facit ibi vociferari: vbi
ſe loquētem nullus exaudiat. Præcurſor ergo
Chriſti: & vox clamantis in deſerto: prædicat
in deſerto animę: quę nō habebat pacē. Nō ſo
lū aūt tūc: ſed etiā in ꝑſenti primū lucerna ar
dens: & lucens venit: & ꝑdicat baptiſma pœ-
nitētię in remiſſionē peccatorum: deinde lux
vera ſubſequit: quando lucerna ipſa loquitur.
Illū oportet creſcere: me aūt minui. Fit verbū
in deſerto: & venit ad omnē circa regionē Ior
danis. Quæ enim alia loca debuit circuire ba
ptiſta niſi vicina Iordanis: vt qcunq; voluiſſet
agere pœnitentiā: præſto eſſent ad lauacrum
aquę? Porro Iordanis deſcēdēs interpretatur.
Deſcendēs aūt & largo impetu currēs fluuiꝰ
dei Saluator noſter dñs eſt: in quo baptiza-
mur. Quā verā aquā ſalutarē: in remiſſionem
quoq; peccatoꝝ in baptiſma prædicat: venite
cathecumini: agite pœnitentiā: vt in remiſſio
nem peccatorum: baptiſma conſequamini. In
remiſſionē peccatoꝝ ille accipit baptiſma: qui
peccare deſiſtit. Si quis eñ peccās ad lauacrū
venit: ei nō fit remiſſio peccatorū. Propterea
obſecro vos ne abſq; cautela: & diligenti cir-
cunſpectione veniatis ad baptiſmū: ſed oſten-
datis primū: fructus dignos pœnitentiæ. Fa-
cite aliquid temporis in conuerſatione bona:
mundos vos a cunctis ſordibus vitiiſq; ſerua
te: & tunc vobis remiſſio peccatorū fiet: quan
do cœperitis: & ipſi propria peccata cōtemne
re. Dimittite delicta veſtra: & dimittētur vo-
bis. Hoc autē ipſum qđ nunc de veteri inſtru B
mēto ponitur: in Eſaia propheta ſcriptum le-
gimus. Ibi enim dicitur. Vox clamantis in de
ſerto: Parate viam domini: rectas facite ſemi-
tas eius. Vult dominus in vobis reperire viā:
vt poſſit in veſtras animas ingredi: & iter ſu-
um facere. Pręparate ei ſemitam: de qua dici-
tur. Rectas facite ſemitas eius. Vox clamātis
in deſerto. Vox clamat: Præparate viam. Pri-
mo enim vox ad aures ꝑuenit: deinde poſt vo
cem immo cum voce: auditū ſermo penetrat.
Iuxta hunc ſenſum a Ioāne annūtiatꝰ eſt Chri
ſtus. Videamus ergo: qđ vox de verbo annun
tiet. Pręparate (inquit) viā domino. Quā vi-
am domino pręparemus? Nunquid corpore-
am? Aut poteſt ſermo dei tali itinere pergere?
An intrinſecus præparanda eſt domino: & in
corde noſtro recta: & æqualis ſemita compo-
nenda? Hęc eſt via per quā ingreſſus eſt ſermo
dei: qui in humani corporis capacitate conſi-
ſtit. Magnum eſt cor hominis: & ſpatioſum: &
capax: ſi tamen mundum fuerit. Vis eius ma C
gnitudinem: latitudinemq; cognoſcere? Vide
quantā diuinorum ſenſuum magnitudinē ca
piat. Ipſe ait. Dedit mihi eorum quæ ſunt no-
titiam: rationem mundi ſcire: & opera elemen
torum: principium & finem: & medietatē ſæ-
culorum: temporum varietates: & tranſlatio
nem menſium: annorum circulos: & ſyderum
ſedes: naturas animaliū: & furores beſtiarum
ſpirituū violentias: & cogitationes nominū:
diuerſitates arborū: & vim radicū. Vides non
paruum eſſe cor hominis: qđ tāta capiat? Ne-
q; in corꝑis quantitate: ſed in fortitudine eiꝰ
intellige: quæ tantam ſciētiam capiat verita-
tis. Vt autem & ſimplices quoſq; quotidianis
exemplis ad credendum adducā ꝙ grande ſit
cor hominis: videamus. Quaſcunq; vrbes trā
ſiuimus: habemꝰ illas in animo: & qualitates: D
& ſitus platearum: murorūq;: & ędificiorū in
corde noſtro verſant. Viam quam ingreſſi ſu
mus in memoria picturæ: ac deſcriptione reti
nemus: mare qđ nauigauimus tacita cogita-
tione amplectimur. Non eſt paruū (vt dixi)
cor hominis: qđ poteſt tāta capere. Si autē nō
eſt paruū tanta capiēs: conſequēter in illo via
domini præparatur: & recta fit ſemita: vt am
bulet in illa ſermo dei: atq; ſapientia. Prępara
viam domino per conuerſationem bonam: &
egregiis operibus tene ſemitam: abſq; offenſa
vlla deambulet in te verbū dei: & donet tibi
myſteriorū ſuorū aduentuſq; notitiam. Cui ē
gloria & imperiū in ſæcula ſæculorum. Amē.

De eo quod ſcriptum eſt. Oĩs vallis imple-
bit. vſq; ad eũ locum vbi ait. Potẽs eſt deus de
lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Ca. III.
Homilia. XXII.

E Videamus quæ in Chriſti prę-
dicentur aduẽtu: inter quæ
primũ de Ioanne ſcribitur.
Vox clamantis in deſerto:
Parate viam domini: rectas
facite ſemitas eius. Et quod
ſequitur / proprie de domi-
no Saluatore eſt. Neq; enim a Ioãne oĩs val-
lis ĩpleta eſt: ſed a domino Saluatore. Seipſum
vnuſquiſq; conſyderet: quis erat anteq̃ crede
ret: tunc animaduertet vallem humilem: val
lem ſe fuiſſe pręcipitem: & in ima demerſam.
Quãdo vero venit dominus Ieſus: & miſit ſpi
ritum ſanctum vicarium ſuum: vallis omnis
expleta eſt. Expleta eſt autem operibus bonis:
& fructibus ſpiritus ſancti. Charitas nõ ſinit
permanere te vallem. Q2 ſi pacem habueris: &
ſapientiam: & bonitatem: nõ ſolũ vallis eẽ de-
ſiſtes: ſed etiam mons eſſe incipies dei. Qđ ta
mẽ de gẽtibus quotidie magis fieri videmus:
atq; compleri: oĩs vallis implebitur: q̃ de po
F pulo Iſrael: qui de excelſo depoſitus eſt. Oĩs
(inquit) mons & collis humiliabit̃. Mõs erat
quondam ille populus: & collis: qui depoſitus
eſt atq; deſtructus. Illorum delicto ſalus gen-
tibus data eſt: ad æmulandum eos. Q2 & ſi
contrarias fortitudines: quæ aduerſus morta
les erigebantur: dixeris montes & colles eſſe
depoſitos: non peccabis. Vt enim impleantur
huiuſcemodi valles: humiliandæ ſunt. Sed &
hoc qđ in aduentu Chriſti prophetatum eſt:
vtrum expletum ſit cõtemplemur. Sequitur
enim. Et omnia praua erunt indirecta. Vnuſ
quiſq; noſtrum prauus erat: ſi tamen non &
vſq; hodie perſeuerat: & per aduentum Chri-
ſti qui factꝰ eſt ad animã noſtram: praua quo-
q; directa ſunt. Quid enim tibi ꝓdeſt: ſi Chri
ſtus quondam venit in carnem: niſi quoq; ad
tuam animã venerit? Oremus: vt illius quo-
tidie nobis aduentus fiat: & poſſimus dicere.
Viuo autem iam non ego: viuit autem in me
Chriſtus. Si enim Chriſtus viuit in Paulo: nõ
viuit in me: quid mihi proderit? Cum autem
& ad me venerit: & fruitꝰ illo fuero: ſicut frui
tus eſt Paulus: tunc & ego Paulo ſimiliter lo-
quar. Viuo iã nõ ego: viuit vero in me Chri-
ſtus. Conſyderemus ergo cætera: quę in Chri
G ſti prædicẽtur aduẽtu. Nihil te aſperius erat.
Vide priſtinos motus tuos: vide iram: & cæ-
tera vitia: ſi tamẽ ceſſauerũt eſſe quæ fuerãt:
& intelligis nihil te aſperius: & (vt ſignifican
tius loquar) nihil fuiſſe inæqualius. Conuer
ſatio tua inęqualis erat: & ſermo: & opera in-
ęqualia. Venit ergo dominus meus Ieſus: &
exæquauit aſperitates tuas. Incõpoſita quæq;
vertit in vias planas: vt fieret in te iter ſine of
fenſione: & lęue: atq; puriſſimum: graderetur
q; in te deus pater: & Chriſtus dominus man
ſionẽ apud te faceret: diceretq;. Ego & pater
meus veniemꝰ: & mãſionẽ apud eũ faciemus.
Sequitur. Et videbit omnis caro: ſalutare dei.
Tu quõdã caro eras: imo vt mirabiliꝰ loquar:
cũ adhuc ĩ carne ſis vides ſalutare dei. Quid
autẽ ſibi velit qđ dicit̃: omnis caro: eo q; nulla
excipiatur: quæ non videat ſalutare dei: relin
quo intelligendũ his qui ſciunt ſcripturarũ
myſteria. Quęnã egredientibus ad baptiſmũ
Ioannes loquitur: attẽdendũ. Si quis vult ba-
ptizari: egrediatur. Manens enim in priſtino
ſtatu: & mores ſuos: & cõſuetudinẽ nõ relin-
quẽs: nequaq̃ rite ad baptiſmũ venit. Vt autẽ
intelligas quid ſit egredi ad baptiſmũ: accipe
teſtimoniũ: & auſculta verba quibus deus lo
quitur ad Abraham. Egredere de terra tua: &
reliqua. Egredientibus itaq; ad lauacrum tur
bis: non egreſſis: ſed tantum egredientibus:
Ioannes loquit̃ quæ ſequũtur. Si eĩ iã egreſſi H
fuiſſent: nũq̃ ad eos diceret generatio vipera
rũ. Quęcũq; igitur ad illos loquitur: ad vos o
cathecumini & cathecuminæ loquitur. Qui
diſponitis venire ad baptiſmũ: cõſyderate ne
forſitan vobis dici poſſit: generatio viperarũ.
Sed & illud qđ ſequitur: niſi prauitatẽ: vene-
naq; ſerpentũ de corde veſtro expuleritis: di-
cetur ad vos. Quis oſtẽdit vobis fugere ab ira
vẽtura? Magna huic ſæculo impendet ira: oĩs
iram dei paſſurus eſt mũdus. Tantã vaſtitatẽ
cæli: & latitudinem terræ: & ſtellarũ choros:
ſplẽdorem ſolis: & lunæ nocturnæ ſolatia: dei
ira ſubuertet. Hæc enim omnia propter homi
nũ peccata tranſibũt. Et olim quidẽ ſuper om
nia tantum in terra venit ira dei: quia omnis
caro reliquerat viam ſuã ſuper terrã: nũc aũt
& ſuper cælũ: & ſuper terrã vẽtura eſt ira dei.
Cæli pertrãſibunt: tu autem permanebis (ad
deum dicitur) & omnes ſicut veſtimẽtũ vete
raſcẽt. Videte qualis & quãta ira ſit: quæ mũ-
dũ oẽm cõſumptura ſit: & puniet eos qui pœ
na digni ſunt: inuenietq; materiam in qua ſe
exerceat. Vnuſqſq; noſtrũ ex eo qđ geſſit: iræ
materiã ꝓparauit. Secundũ duritiã eĩ tuã &
ĩpœnitẽtes cor theſaurizas tibi irã ĩ die irę & re
uelatiõis iuſti iudicii dei: dicit̃ ad Romanos.
Dein ſequit̃. Quis oſtẽdit vobis fugere ab ira
vẽtura? Facite ergo fructꝰ dignos pœnitẽtiæ. I

Et vobis qui venitis ad baptiſmū dicitur. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Vultis ſcire qui ſunt fructus pœnitētię? Charitas fructus eſt ſpiritus: gaudiū fructus eſt ſpiritus: pax/patientia/benignitas/bonitas/fides/manſuetudo/continentia: & reliqua huiuſcemodi. Si hæc oīa habuerimus: fecimus fructus dignos pœnitentię. Rurſum dicit ad eos qui ad Ioannis baptiſmū veniebant. Et ne incipiatis dicere intra voſmetipſos: patrē habem⁹ Abrahā. Dico enim vobis: quia poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Prophetat Ioannes nouiſſimus prophetarū expulſionem prioris populi: & vocationē gentiū. Illis enim qui de Abraham gloriabātur dicit. Et ne incipiatis dicere in vobiſmetipſis: patrem habemus Abraham. Et de gētibus rurſum loquit. Dico enim vobis: quia poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. De quibus lapidibus? Non vtiq; lapides irrationabiles: corporeoſq; monſtrabat: ſed homines inſenſibiles & quondam duros. Qui quia lapides: & ligna adorabant: impletū eſt illud qđ in pſalmo cantabatur: ſimiles illi fiunt qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Vere qui faciunt idola: & confidūt in eis: ſimiles ſunt diis ſuis: abſq; ſenſu: ſine vlla ratione: in lapides: ligna
A q; conuerſi ſunt. Cum enim tantum videant creaturarum ordinē: decorem: officiū: tātam mundi pulchritudinē: nolunt de creaturis intelligere creatorem: neq; conſyderant tantæ diſpenſationis aliquam prouidentiam: aliquē eſſe rectorem: ſed ſunt cęci: his tantum oculis mundum videntes: quibus irrationabilia iumenta/& beſtiæ vidēt. Non enim animaduertunt in his quæ vident: ratione regali aliquā ineſſe rationem. Hęc propterea: quia Ioannes dixerat. Poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Et nos igitur obſecremus deum: vt ſi quando fuimus lapides vertamur in filios Abrahæ pro his filiis qui eiecti ſunt: & repromiſſionem: adoptionēq; ſuo vitio perdiderunt. Vnū teſtimoniū adhuc de lapidibus ponam. Siquidem in cantico Exodi ſcribitur. Vertātur in lapides donec pertranſeat populus tuus domine: donec trāſeat populus tuus iſte quē poſſediſti. Rogatur itaq; deus: vt paulisper cōuertantur in lapides. hoc eñ græcus ſermo ſignificantius ſonat: αραλιθοοντυσαρ: donec pertranſeat populus Iudęorum. Haud dubium quin poſtq̄ illi tranſierunt: gentes lapideę eſſe ceſſabūt: & pro duro corde recipiēt humanam in Chriſto rationabilemq; naturā Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptū eſt. Ecce ſecuris ad radices arborū poſita eſt. vſq; ad eū locū vbi ait. Venerunt autē & publicani: vt baptizarent ab eo. Cap. III. Homilia. XXIII.

IOannes illo iā tēpore loquebat. Ecce ſecuris ad radices arbor; poſita eſt. Et ſi qdē iā īgrueret cōſummatio & tēporū finis inſtaret: nulla mihi queſtio naſceret. Dicerē eñ hoc qđ ait: Ecce ſecuris ad radices arboris poſita eſt: & illud: Omis ergo arbor q̄ non facit fructū bonū p̄cidet: & in ignē mittet: ꝑpterea ꝓphetatū: qa in illo tēpore cōplebat. Cū aūt tāta poſt ſęcula fluxerint: & tā innumerabiles āni ab illo tēpore: vſq; ad pręſentē diē trāſierint: quomodo ſpiritus ſanctus in ꝓpheta dicat: Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt: debemus inquirere. Ego puto Iſraelitico populo ꝓphetari: q; p̄ciſio ei⁹ vicina ſit. His eñ qui egrediebant ad eum vt baptizarentur: inter cętera loquebatur: Facite fructus dignos pœnitentię: & quaſi Iudæis dicebat: Ne incipiatis dicere in vobiſmetipſis patrem habemus Abrahā. Dico eñ vobis: qa poteſt deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Hoc ergo qđ ait: Ecce ſecur[ad radices arborum poſita eſt: Iudęis loquit. Cui ſenſui & apoſtolicum illud cōgruit: fractos eē ab hac ſecuri īfidelitatis ramos: atq; ſucciſos: vt amputaret ex arbore non radicē: ſed ea quę de radice pullularūt: vt in radice priſtinæ arboris: rami poſſint oleaſtri inſeri. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum p̄cidetur: & in ignem mittetur. Hunc enim finē habet: vt incendio cōcremet. Deinde tres ordines inducunt ſciſcitantum Ioānem ſuper ſalute ſua C
vnus quem ſcriptura appellauit populos exeūtes ad baptiſma: alius quem publicanos nominat: tertius qui militum appellatione cenſet. Interrogabāt enim turbæ: dicentes. Quid faciemus? Qui reſpondens: ait eis. Qui habet duas tunicas: det ei qui non habet. Et qui habet cibos: ſimiliter faciat. Quod quidē: neſcio ſi turbæ conueniat præcipi. Magis enim apoſtolis: q̄ vulgo congruit: vt qui duas tunicas habet vnam tribuat non habenti. Et vt ſcias magis hoc apoſtolis q̄ populis conuenire: audi quid a Saluatore dicatur ad eos. Neq; duas tunicas tollatis in via. Duplex itaq; veſtimentum quo vnuſquiſq; veſtitur: & præcipitur vt alterum tribuat non habenti: aliam intelligentiam ſonat. Vult enim nos Saluator: quomodo non habemus duobus ſeruire dominis: ſic nec duas habere tunicas: nec du-

pliciveſte circũdari: ne ſit vnũ indumentum
veteris hominis:& alterũ noui.Ecõtrario aũt
cupit:vt expoliemꝰ nos veterẽ hominẽ: & in-
duamus nouum.Hucuſq; facilis expoſitio eſt.
D Porro queritur:quomodo iuxta hãc interp̃ta
tionẽ iubeatur nobis nõ habẽti tribuere veſti
mẽtum.Quiſnam eſt ille qui ne vnũ quidẽ in
dumentũ ſuper carnẽ ſuam habet: qui nudus
eſt:qui om̃ino nulla veſte coopertus? Neq; ve
ro hoc dico: quo non præcipiatur liberalitas
& in pauperes miſericordia. Hyperbolica cle
mentia:vt etiam nudos/altera tunica prote-
gamus.Sed hoc aio:ꝙ & profundiorem locus
iſte reſpiciat intellectum: & oporteat ei dare
tunicã qui omnino non habebat. Quis eſt er-
go iſte:qui tunicam non habet? Nempe ille:ꝗ
penitus deũ non habet.Debemus igitur exue
re nos:& ei dare qui nudus eſt.Aliꝰ habet de-
um:alius omnino non habet:contraria videli
cet fortitudo.Et quomodo ſcriptum eſt:vt in
profundo maris præcipitemus delicta noſtra:
ſic proiici oportet a nobis vitia: atq; peccata:
& iacere ſuper eum qui eorum nobis cauſa ex
titit.Et qui habet(inquit)cibum:ſimiliter fa
ciat.Qui habet cibos tribuat non habenti:vt
non ſolum ei veſtimẽtum:ſed etiam id quod
poſſit comedere largiatur.Venerunt autẽ &
publicani baptizari ab eo. Hoc & iuxta ſim-
plicẽ intelligẽtiã docet publicanos nihil am-
plius quærere:ꝙ in lege præceptũ.eſt. Qui eñ
plus exegerint:nõ Ioannis mandatũ præuari
cant:ſed ſpiritus ſancti ꝗ locutus eſt in Ioãne
E Neſcio autem vtrum:vt ſecundũ ἀναγωγήν:
aliud quiddam excellẽtius ſermo ſignificet:&
an debeamus in tali auditorio: res tã myſti-
cas prodere:maxime inter eos qui ſcriptura-
rũ medullas non introſpiciũt:ſed tantũ ſuper
ficie delectãtur.Periculoſum quidem eſt: ſed
tamen ſtrictim:breuiterq; tangẽdũ.Cũ exieri
mus a ſeculo:& hæc vita noſtra fuerit cõmu-
tata:erũt quidam in finibus mũdi ſedẽtes: ve
lut publicanorũ officio diligentiſſime ꝑſcru-
tãtes ne quid ſui in nobis inueniant. Videtur
mihi princeps ſeculi huius quaſi publicanus
eſſe:vnde ſcriptum eſt de eo. Venit princeps
mũdi iſtius:& in me habet nihil.Illud quoq;
qđ in apoſtolo legimus: Reddite oĩbꝰ debita:
cui tributum/tributũ:cui vectigal/vectigal:
cui honorẽ/honorẽ:nemini quid debeatis ni-
ſi vt inuicẽ diligatis:ſacrate intelligendũ eſt.
F Quãobrẽ cõſyderemus ne forte cũ nõ habue-
rimus qđ pro vectigali queamꝰ reddere: ipſi
trahamur ob debitũ:vt ſolet apud ſeculi quo
q; fieri vectigales:quando quis ꝓ debito ipſe
reipublicę ſeruiturus includitur.Cõplures e
nobis:ab iſtiuſmodi publicanis tenendi ſunt.
Quos Iacob ille vir ſanctus nõ magnopere for
midabat:nec verebat̃:vt de publicanorum ve
ctigalibus in eo aliquid reperiretur. Vnde &
audacter ad publicanũ illũ loquebat̃ Laban.
Cognoſce ſi qđ tuarũ rerũ eſt apud me.Super
qđ agit teſtimoniũ ſcriptura dicẽs.Et non co
gnouit Laban apud Iacob quicq̃. Docet igit̃
ſaluator noſter:& ſpiritus ſanctus ꝗ loquutꝰ
eſt in ꝓphetis:nõ ſolũ hoĩes: ſed etiã angelos:
& virtutes inuiſibiles.Quid loquar de Salua
tore?Prophetę quoq; ipſi & apoſtoli:omne qđ
reſonãt:nõ ſolũ hoĩbꝰ:ſed & angelis ꝓdicant.
Qđ.vt ſcias verũ:Attende(inquit)cælũ & lo
quar.Et in cõſpectu angelorũ pſallam tibi. Et
laudate dominũ cæli cælorũ:& aquæ quę ſup
cælos ſunt laudẽt nomẽ dñi. Et laudent eum
angeli.Et in om̃i loco poteſtatis eius benedic
anima mea dño.Inuenies in plurimis locis: & G
maxime in pſalmis:& ad angelos ſermonẽ fie
ri:data homini poteſtate:ei tamen ꝗ ſpiritum
ſanctũ habet:vt & angelos alloquat̃.E quibus
vnũ exẽplum ponã:vt ſciamus angelos quoq;
humanis vocibus erudiri.Scriptũ eſt in Apo
calipſi Ioannis.Angelo Epheſiorum eccleſiæ
ſcribe.Habeo aliqđ contra te.Et rurſum An-
gelo eccleſiæ Pergami ſcribe. Habeo quippiã
contra te. Certe homo eſt ꝗ ſcribit angelis: &
aliqđ ꝓcipit.Ego nõ ambigo:& ĩ cœtu noſtro
adeſſe angelos:nõ ſolũ generaliter omni eccle
ſię:ſed etiam ſingillatim.De qbꝰ ſaluator ait.
Angeli eoꝝ ſemꝑ vident faciẽ patris mei:ꝗ in
cælis eſt. Duplex hic adeſt eccleſia: vna hoĩm
altera angelorũ. Si qđ iuxta rationẽ: & iuxta
ſcripturarũ dicimus volũtatẽ:lætant̃ angeli:
& orant nobiſcũ.Et ꝗa ꝓſentes angeli ſunt in
eccleſia:in illa dũtaxat ꝙ meret̃:& Chriſti eſt:
propterea orãtibꝰ fœminis ꝓcipit̃:vt habeant
velamen ſup caput ꝓpter angelos: vtiq; illos:
qui aſſiſtũt ſanctis:& lætant̃ in eccleſia.Quos
quidẽ nos ꝗa peccatorũ ſordibus oculi noſtri
obliniti ſunt non videmus: ſed vidẽt apoſtoli
Ieſu ad quos loquit̃. Amen amen dico vobis: H
videbitis cælũ apertũ:& angelos dei aſcẽden-
tes:& deſcẽdentes ſup filiũ hoĩs. Qđ ſi haberẽ
hanc gratiã:vt quomõ apl'i ſic viderẽ:& ſicut
Paulus aſpexit:ĩtuerer:cernerẽ nũc angelorũ
m'titudinẽ:quos videbat Heliſæus: & Giezi
qui cum eo ſteterat nõ videbat. In metu erat
Giezi ne ab hoſtibus caperet̃: ſolus Heliſæus
vidẽs.Sed Heliſęus vt prophetes dñi: depre-
catur:& dicit. O domine aperi oculos pueri
iſtius:& videat: qm̃ multo plures nobiſcum
ſunt q̃ cũ illis. Et ſtatim ad preces ſancti viri:
angelos quos priꝰ Giezi nõ videbat ĩtuitꝰ eſt.

Hæc idcirco diximus:vt oſtenderemꝰ & publicanos doceri a Ioanne:& nõ ſolum eos qui reipublicę vectigalibus ſeruiunt:ſed etiam illos:qui veniebant ad pœnitentiam . Et alii erant a corporalibꝰ publicani:ſicut & alii milites :qui egrediebãtur ad baptiſmum pœnitentiæ. Venit enim non Ioannes & propheta tantum:ſed etiam ipſe ſaluator: & hominibꝰ caue et angelis:& virtutibꝰ cæteris ſalutarem pœnitentiam prædicare:vt in nomine Ieſu omẽ genu flectant:cœleſtiũ:& terreſtriũ: & infernorum:& omnis lingua confiteatur:quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris Cui eſt gloria:& imperium in ſæcula ſęculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptũ eſt: Ego quidẽ baptizo vos aqua:vſq; ad eum locum:vbi ait.Ipſe vos baptizabit ſpiritu ſancto & igne.

Cap.III.

Homilia.XXIIII.

IOãnem q minor erat Chriſto ſucepit populꝰ reputans A & cogitans ne forte ipſe eſſet Chriſtus:eum vero qui maior illo venerat nõ ſuſcepit. Vis cauſã ſcire? Cognoſce. Ioannis baptiſma videbatur:Chriſti baptiſmus inuiſibilis erat. Ego enim (inquit) baptizo vos in aqua: qui autẽ poſt me venit maior me eſt:ipſe vos baptizabit ſpiritu ſancto & igni. Quando baptizat Ieſus ſpiritu ſancto:& rurſum quando igne baptizat? Nunquid vno atq; eodem tempore ſpiritu & igni baptizat : an vario atq; diuerſo? Vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: nõ poſt multos hos dies. Baptizati ſunt apoſtoli poſt aſcenſionem eius ad cœlos ſpiritu ſancto. Qꝫ autem igne fuerint baptizati: ſcriptura nõ memorat. Sed quomodo Ioannes iuxta Iordanem fluuium venientes ad baptiſmum pręſtolabatur:& alios abigebat dicens:generatio viperarum:& reliqua. lege caute Porro eos qui cõfitebantur vitio atq; peccata ſuſcipiebat:ſic ſtabit in igneo flumine dominus Ieſus: iuxta flammeam rompheam:vt quicũq; poſt exitũ vitæ huius:qui ad paradiſum tranſire deſiderat:& purgatione indiget:hoc eum amne baptizet:& ad cupita tranſmittat: eum vero q non habet ſignum priorum baptiſmatum: lauacro igneo non baptizet. Oportet enim prius aliquem baptizari aqua & ſpiritu: vt cum ad igneum fluuium venerit:oſtendat ſe & aquæ & ſpiritus lauacra ſeruaſſe: & tunc mereatur etiam ignis accipere baptiſmum ĩ Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De ſuſpitione quam habebat populus de Ioanne:ne forte ipſe eſſet Chriſtus.

Cap.III.

Homilia.XXV.

HAbet periculum & dilectio B ſi modũ tranſeat. Debet eñ qui aliquẽ diligit naturas & cauſas cõſiderare dilecti & nõ eũ plus deligere q̃ mereatur. Nam ſi menſurã charitatis:modumq; tranſcenderit:& qui diligit:& qui diligitur ĩ peccato erunt. Qđ vt manifeſtius fiat:ponamus exẽplum. Ioannem populus mirabatur: & diligebat eum. Et re vera erat dignus miraculo: vt plus ei q̃ cæteris hoĩbus deferretur:quia aliter q̃ cuncti mortales vixerat. Nõ oẽs ſumus ſimplici contenti cibo:ſed varietate delectamur eſcarum. Vnum nobis ad potãdum vinũ nõ ſufficit:varii guſtus vina mercamur. Ioannes vero ſemp locuſtis:ſemper veſcebat̃ melle ſylueſtri:& contẽtus erat ſimplici: & tenui cibo : ne corpus illius craſſioribus pulmentis pingueſceret:& exquiſitis dapibus grauaret̃. Huiuſcemodi quippe naturę corpora noſtra ſunt:vt eſcis ſuperfluis aggrauent̃:& cũ corpus fuerit aggrauatũ:aĩa quoq; oneret̃: quæ per totũ diffuſa corpus paſſionibus illius ſubiacet. Quamobrẽ recte pręcipitur eis qui obſeruare poſſunt. Bonũ eſt nõ manducare carnem:neq; bibere vinũ:neq; in quo frater tuus ſcandalizetur. Erat igitur Ioannes vitę mirabilis:& multũ ab aliorũ hoĩm conuerſatione diuerſus. Nõ habebat ſacculũ:nõ famulũ:nõ ſaltem vile tuguriũ. Morabatur in deſerto nõ ſolum vſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad iſrael: verum eo tẽpore quo pœnitentiã populo prędicabat erat in ſolitudine Iudæę:& aqua ſimplici errigabat̃:vt & in potu eſſet diuerſus a cæteris. Nos qui verſamur in vrbibus:qui in medio populorũ ſumus:& veſtes quærimus lautiores:& cibos: & habilia. Ille vero qui in eremo morabat̃: videte quali veſtimento indutus fuerit. De pilis camelorũ ſibi tunicam fecerat:& zona pellicea cingebatur. Oĩa ergo in illo nouerant:& propter diſſimilitudinem vitę vniuerſi qui videbãt ammirabant̃ eum: & mirantes ſtudioſiſſime colebant:ſuper oĩa ꝙ pœnitentes in remiſſionẽ peccatorũ baptizabat. Quas ob cauſas diligebant quidẽ eum iuſtiſſime:ſed nõ ſeruabãt ĩ charitate modũ. Cogitabant enim ne forte ipe eſſet Chriſtus. C Quam inordinatã & irrationabilẽ charitatẽ cauens apoſtolus Paulus : de ſemetipſo loquebat̃. Timeo aũt nequis de me cogitet ſup

id quod videt ĩ me: aut audit ex me: & ne ma
gnitudo reuelationũ extollat me: & cætera.
Qđ metuẽs ne etiã ipſe incurrat: nolebat om
nia de ſe iudicare quę norat: ne quis de eo plꝰ
arbitretur eſſe q̃ cernere: & menſuram hono
ris excedens: diceret qđ dictũ fuerat de Ioan-
ne: quia ipſe eſſet Chriſtus. Quod quidẽ non
nulli etiã de Doſitheo Samaritarũ hæreſiar-
cha dixerunt: alii vero de Iuda Galilęo. Deni
ꝗ in tantã quidã dilectionis audaciam proru
perũt: vt noua quædam: & inaudita ſup Pau
lo monſtra confingerẽt. Alii eñ aiunt hoc qđ
ſcriptũ eſt ſedere a dextris ſaluatoris: & ſini-
ſtris de Paulo: & de Marcione dici: ꝙ Paulus
ſedeat a dextris: Marcio ſedeat a ſiniſtris. Por
ro alii legentes: mittã vobis aduocatũ ſpiritũ
veritatis: nolunt intelligere tertiã perſonã a
patre & filio: & diuinã ſublimẽꝗ naturã: ſed
apoſtolum Paulum. Nonne tibi omnes videt
plus amaſſe q̃ expedit: & dum virtutẽ vniuſ-
cuiuſꝗ mirant: dilectionis perdidiſſe menſu-
D ram? Quod quidẽ in eccleſia patimur. Pleriꝗ
enim dum plus nos diligunt q̃ meremur: hęc
iactant: & loquũt: ſermones noſtros: doctrinã
ꝗ laudantes: quæ conſcientia noſtra non re-
cipit. Alii vero tractatus noſtros calumnian
tes: ea ſentire nos criminant: quæ nũq̃ ſenſiſ-
ſe nos nouimus. Sed neꝗ hi qui plus diligunt
neꝗ illi qui oderunt: veritatis regulã tenent:
et alii per dilectionẽ: alii per odium mẽtiunt.
Vnde oportet charitati fręna imponere: & tã
tum ei vagandi permittere libertatẽ: quantũ
in pręrupta nõ corruat. Scriptũ eſt ĩ eccleſia-
ſte. Ne ſis iuſtꝰ multũ: neꝗ ampliora cogites:
ne forte obſtupeſcas. Quod exemplum ſequẽs
poſſum ſimile quid dicere. Ne diligas homi-
nẽ ex tota anima tua: & ex tota virtute tua.
Ne ames angelũ de toto corde: de tota aĩa: de
tota virtute: ſed pręceptũ iuxta eloquium ſal
uatoris ſoli ſerua deo. Diliges eñ (inquit) do
minum deum tuũ ex toto corde tuo: & ex to-
ta anima tua: & ex tota virtute tua. Reſpon-
E deat mihi aliquis: & dicat. Saluator præcipit
diliges dominum deũ tuũ ex toto corde tuo:
et ex tota anima tua: & ex tota virtute tua: &
proximũ tuum tanq̃ teipſum. Volo diligere
Chriſtum. Doce ergo me quomodo eum dili
gam. Si eñ dilexero eum ex toto corde meo:
et ex tota anima mea: & ex tota virtute: con-
tra præceptũ facio: vt alterũ abſꝗ vno deo ſic
diligã. Sin autem minus eum dilexero: q̃ om-
nipotentẽ patrem: timeo ne in primogenitũ
vniuerſæ creaturæ impius & ꝓphanus inue
niar. Doce me & oſtẽde rationẽ: quomodo in
ter vtrunꝗ medius incedens: diligere debeã
Chriſtum. Vis ſcire qua charitate Chriſtꝰ di
ligendꝰ ſit? Breuiter auſculta. Diliges domi-
num deũ tuũ in Chriſto. Putes diuerſam ha-
bere poſſe in patre & filio charitatẽ? Simul di
lige dominũ Chriſtũ. Dilige patrẽ in filio: fi-
lium in patre: ex toto corde: & ex tota anima:
et ex tota virtute. Qꝫ ſi aliquis ſciſcitatur: &
dicit: hoc quod aſſeris de ſcripturis ꝓba: au-
diat apoſtolũ Paulum: qui habebat rationabi
lem charitatẽ: loquentẽ. Certus eñ ſum: quia
neꝗ mors: neꝗ vita: neꝗ angeli: neꝗ poteſta
tes: nec præſentia: nec futura: nec fortitudo:
nec altitudo: nec profundũ: nec alia creatura
poterit nos ſeparare a charitate dei: quæ eſt ĩ
Chriſto Ieſu dño ſaluatore noſtro: Cui eſt glo
ria & imperium: in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

De eo qđ ſcriptũ eſt: cuius ventilabrũ in manu eius: & mundabit aream ſuam: vſꝗ ad eum locum vbi ait. Et congregabit triticũ in horreum. Cap. III. Homilia. XXVI.

F
CHriſtus eſt deus: & qui ado
rant eũ ĩ ſpiritu & veritate
oportet adorare. Deus quo-
ꝗ noſter: ignis cõſumẽs eſt.
Dupliciter appellatur deus
et ſpiritꝰ: & ignis. Iuſtis ſpi
ritus: ignis peccatoribꝰ. Sed
dum & angeli ſpiritus igniſꝗ dicunt: qui fa-
cit (inquit) angelos ſuos ſpiritꝰ: & miniſtros
ſuos ignem vrentem: angeli ſancti qui buſꝗ
ſunt ſpiritus: his vero qui merẽtur: addicũt
ignem: & feruorem ſubminiſtrant. Iuxta quẽ
ſenſum: & deus noſter: atꝗ ſaluator cum ſit
ſpiritus: ignem venit mittere ſuper terrã. Spi
ritus: ſecundũ illud qđ ſcribit. Cum autem
conuerſus fueris ad dominũ: auferetur vela-
men. Et dominus ſpiritus eſt. Ignem autẽ ve
nit mittere nõ ſuper cęlum: ſed ſuper terram
vt ipſe demonſtrat dicens. Ignem veni mitte
re ſuper terram: & quid volo niſi vt iam arde
at? Si enim conuerſus fueris ad dominũ qui ẽ
ſpiritus: Chriſtus tibi ſpiritꝰ erit: & nõ venit
ignẽ mittere ſup terrã. Qꝫ ſi nõ cõuerteris ad
eum: ſed habes terram & fructum eiꝰ: ignem
venit mittere ſuper terram tuã. Huic quid ſi
mile: etiam de deo ſcriptũ eſt. Ignis accenſus
eſt furoris eius: nõ vſꝗ ad cælum ſurſum: ſed
vſꝗ ad infernum deorſum: & deuorabit non
cælum: ſed terrã & germina eius. Quorſum
iſta memoraui? Quia & baptiſmus quo bapti
zat Ieſus: in ſpiritu ſancto eſt: & igni. Memini
eorum quæ nuper loquutꝰ ſum: nec pręterit
explanatio ſuperior: ſed volo & nouum aliqd

inferre.Si ſanctus fueris ſpiritu ſancto bapti⸗
zaberis:ſi peccator:in ignem mergeris:& vnũ
atq; idem baptiſma indginis:& peccatoribus
in condemnationẽ ignemq; vertetur:his vero
qui ſancti ſunt & tota fide ad dominũ cõuer⸗
tunt:ſpirituſſancti gratia ſaluſq; tribuẽda eſt
Is ergo qui ſpiritu ſancto & igne dicitur ba⸗
ptizare:habet ventilabrũ in manu ſua:& mũ
dabit aream ſuam:& congregabit triticũ ſuũ
in horreũ:paleas aũt comburet igni inextin⸗
A guibili.Volo inuenire rationem:quare domi
nus noſter habeat ventilabrum:& ꝙ blando
vento leues paleę huc illucq; rapiãtur:graue
vero triticum in vnum deferatur locum.Ne
q; enim abſq; vento poſſunt triticum & paleę
ſeparari.Aeſtimo tentationes pro vento in⸗
telligi:quæ confuſo credentium aceruo:alios
paleas:alios triticum eſſe demonſtrãt. Cum
enim anima tua fuerit aliqua tentatione ſu⸗
perata:non tentatio te vertit in paleas:ſed
cum eſſes palea/leuis videlicet & incredulus
oſtendit te eſſe tentatio quod latebas:econ⸗
trario autem cum fortiter tentamenta tole⸗
ras:non te facit fidelem tentatio:atq; patien⸗
tem:ſed virtutem quæ in te erat patientię:&
fortitudinis:& latebat:profert in mediũ.Pu⸗
tas enim ait dñs aliter me tibi locutum fuiſſe
q̃ vt pareres iuſtus?Et alibi.Afflixi te:& affe
ci penuria:vt manifeſta fierent quæ erant in
corde tuo.In hunc modum & tempeſtas non
facit ſuper arenam ædificiũ conſiſtere:ſed ſu
per terram.Quæ cum fuerit exorta:id quod
ſuper terrã fundatũ eſt:nõ euertet.Quod ve⸗
ro ſuper harenã fluctuat:probat illico nõ be⸗
ne fuiſſe fundatum.Quapropter anteq̃ oria⸗
tur tempeſtas:anteq̃ ventorũ flabra conſur⸗
gant:priuſq̃ intumeſcant flumina:dum ad⸗
huc ſilent vniuerſa:omne ſtudium noſtrũ ad
ędificioꝝ fundamẽta vertamus. Aedificem⁹
domum noſtram variis firmis lapidibuſq; ꝓ
ceptorum dei:vt cum perſecutio ſęuierit ad⸗
uerſus Chriſtiãos:duruſq; turbo ſurrexerit:
oſtẽdamus nos habere ędificiũ ſuper petram
Chriſtum Ieſum.Si quis autem(quod procul
abſit a nobis)negauerit:iſte ſciat nõ ſe illo tẽ
pore quo negaſſe viſus eſt:Chriſtum negaſſe
ſed ſemina & radices habuiſſe negãdi iam ve
teres:tunc vero fuiſſe agnitum quod habebat
& in medium eſſe productum. Oremus igi⸗
tur dominum:vt ſimus ædificium:quod tẽ⸗
peſtas nulla ſubuertet:fũdatum ſupra petrã:
per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:Cui
eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum.
Amen.

De eo quod ſcriptũ eſt:multa quidẽ & alia
exhortans annunciabat.vſq; ad eum locum:
vbi ait.Spirituſſanctus deſcendit ſuper eum.
Cap.III.
Homilia.XXVII.

QVi euangelii ſermonem do B
cet:non vnam rem nuntiat:
ſed plurimas. Hoc quippe
ſcriptura ſignificat dicens.
Multa quidẽ & alia exhor⸗
tans annuntiabat.Itaq; etiã
alia q̃ ſcripta non ſunt:Ioan
nes populo prædicabat.Quę aũt ſcripta ſunt
conſyderate quanta fuerint quæ annuntiant
Chriſtũ.Monſtrauit eñ baptiſmũ ſpirituſſã
cti:prædicauit publicanis ſalutẽ:docuit mi⸗
lites diſciplinã:aream purgari:ſuccidi arbo⸗
res:& cætera quæ euangelii narrat hiſtoria.
Exceptis ergo his quę ſcripta ſunt:etiam illa
quæ ſcripta non ſunt annuntiaſſe monſtra⸗
tur:in eo quod dicitur.Multa quidem & alia
exhortans:annuntiabat populo.Et quomo⸗
do in euangelio ſecundũ Ioãnem de Chriſto
refertur:quia multa & alia locutus eſt:quæ
non ſunt ſcripta in libro iſto:quæ ſi ſcriberẽt
neq; ipſum puta mundum capere potuiſſe li
bros qui ſcribendi erant:ſic & in præſenti lo⸗
co intellige:ꝙ forſitã Lucas quoniam maiora
quædã a Ioanne annuntiabant:q̃ vt deberẽt
literis credi:noluerit ea nomiatim dicere:ſed
tantum ſignificauerit ꝙ dicta ſint:& idcirco
dixiſſe:multa quidem & alia exhortans annũ
tiabat populo.Miremur quidẽ Ioãnem ex his
quæ ſequunt:maxime ꝙ inter natos mulieꝝ C
maior Ioanne baptiſta nemo fuerit:& in tãtã
opinionẽ merito virtutis aſcenderit:vt a ple⸗
riſq; Chriſtus putaret:ſed illđ multo mirabi
lius.Herodes tetrarcha habebat regiam pote
ſtatem:& poterat eũ cũ voluiſſet occidere.Et
cum rem feciſſet iniuſtã:& cõtra legẽ Moyſi
vt vxorẽ fratris ſui acciperet quę habebat fili
am de priori viro:nõ eũ timuit:nõ accepit per
ſonam:nõ cogitauit(vt dixi)regiã poteſtatẽ
nõ formidauit interitũ.ſciebat eñ etiã ſi pro
pheta nõ eſſet:ꝙ laceſſit⁹ eũ poſſet occidere.
Hæc igit vniuerſa cũ noſſet:libertate ꝓphe⸗
tica corripuit Herodẽ:& inceſtas nuptias ar
guit:& ob id clauſus in carcere:non de morte
ſollicitus:nõ de incerto iudicii:ſed in vincu⸗
lis de Chriſto quẽ annuntiauerat:cogitabat.
Et quia ipſe ad eũ ire nõ poterat:mittit diſci
pulos ſuos ſciſcitãtes.Tu es q vẽturus es:an a
lium expectamus?Animaduertis:ꝙ & in car
cere docuerit.Vnde enim & in illo loco diſci
pulos habere:& quam ob cauſam ibidẽ per ſe

erudiebat. Inter quæ etiã cum de Ieſu orta eſ
ſet quæſtio: mittit ex diſcipulis & ĩterrogat.
Tu es qui venturus es an alium expectamus?
D Reuertuntur diſcipuli: & nũtiant magiſtro:
quæ ſaluator iuſſerat nuntiari: cuius verbis
Ioannes armatus ad præliũ cõfidenter emori
tur: & libẽter capite truncatᷓ: ipſa vox dñi vo
ce firmat⁹ verum eſſe dei filiũ quẽ credebat.
Hæc de Ioanne: & libertate ei⁹: & Herodis in
ſania: qui ſuper mĺta ſcelera etiã hoc addidit:
vt Ioannem primũ carcere cluderet: & poſtea
decollaret. Quia vero dñs baptizatus eſt: &
cęli aperti ſunt: & ſpiritusſanctus deſcendit
ſuper eũ: voxq; de cælis intonuit dicens: Hic
eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui
dicendũ eſt ĩ baptiſmo Ieſu: cælum eẽ reſera-
tum: & ad diſpenſationẽ: remiſſionẽq; pecca-
toꝝ: nõ illius qui peccatũ nõ fecerat: neq; in-
uentus eſt dolus in ore eius: ſed totius mũdi
apertos eſſe cælos: & ſpiritũ ſanctũ deſcẽdiſſe:
vt poſtq̃ dñs aſcẽdiſſet in excelſum: & capti-
uam duxiſſet captiuitatẽ: tribueret nobis ſpi
ritũ qui ad ſe venerat. quem quidẽ dederat &
reſurrectionis tẽpore dicens. Accipite ſpiri-
tum ſanctũ. Sicui dimiſeritis peccata dimit-
tentur eis: ſicui tenueritis: tenebũtur. Deſcẽ-
dit aũt ſpiritusſanctus ſuper ſaluatorẽ in ſpe-
cie columbę: auis manſuetę: innocẽtis: & ſim
E plicis. Vnde & nobis præcipitᷓ: vt imitemur
innocentiam columbarum. Talis eſt ſpiritus
ſanctus: mundus: & volucris: & ſublime con-
ſurgens. Quamobrẽ orantes dicimus. Quis
dabit mihi pennas vt columbæ: & requieſcã?
id eſt quis dabit mihi pennas ſpiritusſancti?
Et in alio loco ſermo propheticus pollicetur:
Si dormieritis inter medios cleros pennæ co
lumbę deargentatæ & poſteriora dorſi eius
in virore auri. Si enim inter medios cleros ve
teris & noui teſtamenti requieuerimus: da-
buntur nobis pennæ columbæ deargentatæ
id eſt ſermones dei: & poſteriora eius auri ful
gore & virore radiãtia: vt ſenſus noſter ſpiri-
tusſancti ſenſib⁹ cõpleatᷓ. i. ſermo & mẽs illi⁹
cõpleatᷓ aduẽtu: & nec loq̃mur aliq̃d nec ĩtelli
gam⁹: niſi q̃d ille ſuggeſſerit: ſed oĩs ſanctifica
tio tam in corde q̃ in verbis: & in opere: a ſan
cto ſpiritu veniat in Chriſto Ieſu: Cui eſt glo
ria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

De genealogia ſaluatoris: eo q̃ ĩ Matthęo et in Luca diuerſi eius referantur auctores.
Cap. III.
Homilia. XXVIII.

DOminus noſter atq; ſalua- F
tor: qui multorum ſaluator
cuius generationẽ ſcriptu-
ra non docuit: quæ melior
fuit: nunc ſecundũ patrum
ordinem natus eſſe deſcribi
tur. Et cum diuinitas eius
non ſubiaceat exordio: propter te qui ortus ĩ
carne es naſci voluit: et tamẽ nõ ęque ab euã-
geliſtis natiuitatis eius ordo narratur. Quæ
res/nõnullos plurimũ cõturbauit. Matthęus
enim incipiens natiuitatis illius ſeriem texe-
re ab Abraham vſq; ad id peruenit vt diceret
Chriſti autem Ieſu generatio ſic erat: & deſcri
bit non eum qui baptizatus eſt: ſed qui venit
in mundũ. Lucas vero exponens natiuitatem
eius: nõ a ſuperioribus ad inferiora deducit:
ſed cum baptizatũ ante dixiſſet: vſq; ad ipm
peruenit deum. Nec eædem perſonæ ſunt in
generatione eius: quando deſcendere dicitur
& quando conſcẽdere. Qui enim fecit eum cœ
lis tibi deſcendẽtẽ: mulieres nõ quaſlibet: ſed
peccatrices: & quas ſcriptura reprehẽderat in
troducit: qui vero baptizatũ narrat: nullius fa
cit mulieris mentionẽ. In Matthęo ergo vt di
ximus nominatᷓ Thamar: quę cum ſocero frau
de concubuit: & Ruth moabitis nec de gene-
re iſrael: & Raab: quę vnde ſumpta ſit ſcire ne
queo: & cõiunx Vriæ quæ violauit mariti tho
rum. Quia eñ dominus noſter atq; ſaluator
ad hoc venerat: vt hominũ peccata ſuſciperet
& eum qui nõ fecerat peccatũ: pro nobis pec-
catum fecit deus: propterea deſcendens ĩ mũ
dum aſſumpſit peccatorũ hominum: vitioſo
rumq; perſonam: & naſci voluit de ſtirpe Sa-
lomonis: cuius peccata conſcripta: & Roboã
cuius delicta feruntᷓ: & de cæteris e q̃bus mul-
ti fecerunt malum in conſpectu dei. Quando G
vero de lauacro conſcendit: & ſecundus ordo
eſſe deſcribitur: nõ per Salomonẽ: ſed per Na
than naſcitur: qui eius arguit patrem ſuper
Vrię morte ortuq; Salomonis. Sed ĩ Matthęo
ſemper generationis nomen adiungitᷓ: hic ve-
ro penitus ſiletur. Scriptum eſt eñ ibi: Abra-
ham genuit Iſaac: Iſaac genuit Iacob: Iacob
genuit Iudam: & fratres eius: Iudas genuit
Phares/ & Zaram de Thamar: & vſq; ad finẽ
genuit ſemper apponitur. In Luca vero vbi de
lauacro conſcendit Ieſus filius dicitur/ ſicut
putabatur filius Ioſeph: & in tam multa ſerie
nominum: excepto q̃ putabatur filius Ioſeph
generationis nomen aſcriptum non eſt. In
Matthęo non eſt ſcriptum incipiebat: hic ve-
ro quia de baptiſmate conſcenſurus erat: in-

cipiebat legitur: ſcriptura referente. Et ipſe erat Ieſus incipiens. Quando em̄ baptizatus eſt: & myſteriū ſecūdæ gn̄ationis aſſumpſit: vt quoqꝫ priorem natiuitatem deſtruas: & in ſecunda regeneratione naſcaris: tunc dicitur incœpiſſe. Et quomodo populus Iudæorum quando erat in Aegypto nō habebat initium menſiū: quādo vero ingreſſus eſt ex Aegypto tunc dicitur ad eum: menſis iſte initiū mēſiū primus erit vobis de mēſibꝰ anni: ſic q necdū
A eſt baptizatꝰ: nec cœpiſſe narrat̄. Nec em̄ fruſtra additū putemus: ad id qđ dicit̄ ipſe erat Ieſus: qđ ſequit̄ / incipiens. Sed & qđ ait: quaſi annorū triginta: cōſyderādū. Ioſeph trigīta annorū erat quādo dimiſſus e vinculis: & interpretatꝰ ſomniū Pharaonis Aegypti effectꝰ eſt princeps: vbertatiſqꝫ tēpore triticū cōgregauit: vt famis tēpore haberet quid diſtribueret. Ego puto ꝙ triginta anni Ioſeph: in typo triginta annorū præceſſerint ſaluatoris. Iſte enim Ioſeph nō tale triticū cōgregauit: quale in Aegypto ille Ioſeph: ſed triticū verū: atqꝫ cœleſte: vt tēpore vbertatis tritico cōgregato haberet qđ diſtribueret: cum fames eſſet miſſa in egyptum: nō fames panis: neqꝫ ſitis aquæ: ſed fames audiendi ſermonē dei. Congregat de ꝓphetis: de lege: de apoſtolis: verba abundantiæ: vnde quādo iam nō ſcribunt̄ libri: nec nouum aliquod conficit̄ inſtrumentum: nec mittunt̄ ab apoſtolis ea quæ ab Ieſu in horrea apoſtolorū fuerant cōportata: hoc eſt in animas eorū: omniūqꝫ ſanctorū: tunc diſtribuat & nutriat ægyptū famę periclitātē: maximeqꝫ fratres: de quibꝰ ſcribit̄. Narrabo nomē tuum fratribus meis: in medio eccleſię cantabo te. Habent & alii hoīes verba patientiæ: verbaqꝫ iudicii: & reliquarū verba virtutum: hoc eſt triticū: qđ Ioſeph Aegyptiis diſtribuit. Sed aliud eſt frumentū quod fratribꝰ id eſt diſcipulis ſuis diſtribuit de Ieſſen terra de ea quę ad orientē reſpicit: triticū euangelicum: triticum apoſtolicū. De hoc tritico debemus panes facere: ita tñ vt non commiſceatur veteri fermēto: habeamuſqꝫ panem nouū de ſcripturarū tritico: farinamqꝫ cōmolitam in Chriſto Ieſu: Cui eſt gloria & imperiū in ſęcula ſæculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptū eſt. Ieſus aūt plenꝰ ſpū ſācto reuerſus eſt: & de tentatione eius prima. Cap. IIII. Homilia. XXIX.

B QVando legis in euāgelio: Ieſus aūt plenꝰ ſpiritu ſancto reuerſus eſt: & in actibꝰ apoſtolorum vbi dicit̄ ꝙ repleti fuerint ſpiritu ſancto: vide ne ęquales putes eſſe apoſtolos ſaluatori: ſed et Ieſum: & apoſtolos: & alium quēlibet ſanctorum plenos ſpiritu ſancto cognoſce: ſecundum menſurā vaſculi ſui. Et quomodo (verbi gratia) ſi volueris dicere hęc vaſa plena ſunt vino vł oleo: nō ſtatim iudicas ꝙ æq̄li menſura pleni ſint: ſiquidē aliud ſextarium capere poteſt: aliud vrnam: aliud amphorā: eodē modo & Ieſus & Paulus pleni erāt ſpiritu ſancto ſed multo vas Pauli minꝰ erat vaſe Ieſu: & tñ erat ſecundum menſurā ſuā vtrūqꝫ cōpletū. Accepto itaqꝫ baptiſmo: ſaluator plenus ſpū ſancto: qui ſup eū in ſpecie colūbæ de cęlis venerat: ducebat̄ a ſpū. Quia em̄ quotquot ſpiritu dei ducunt̄: hi filii ſunt dei: iſte autem extra omnes proprie filius dei erat: ideo & ipm̄ oportebat ſpū ſancto duci. Siquidē ſcriptum eſt. Ducebatur autem in deſertum a ſpiritu. C
Quadraginta diebus tentatur Ieſus: & q̄ fuerint tentamēta neſcimus. Quæ ideo forſitan ꝑtermiſſa ſunt: quia maiora erant q̄ vt literis crederent̄. Et ſi ſic oportet dicere: ſicut mundus cape nō poterat oēs libros ſi ſcripta fuiſſent quæ fecit: & docuit Ieſus: ſic quadragīta dierum tentationes quibus tentatus eſt dn̄s a diabolo mundus ferre nō poterat ſi ſcriptura docuiſſet. Sufficit nobis hoc tm̄ ſcire: ꝙ quadraginta diebus in deſerto fuerit & tentabatur a diabolo: & non comederit quicq̄ in diebus illis. Mortificabat em̄ ſenſum carnis iugi cōtinuoqꝫ ieiunio. Et cū cōpleti fuiſſent dies eſuriit. Dixit autem ei diabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic vt panis fiat. Dic (inquit) lapidi huic. Cui lapidi? vtiqꝫ monſtrabat diabolus quē vult panē fieri. Quænam eſt iſta tētatio: vt rogato patre a filio panē: nec lapidē (quod ne ipſe quidē aduerſarius voluit verſipellis) fallax det lapidē pro pane: hoc eſt em̄ quod diabolus voluit: vt lapis panis fieret: & non potius: vt non in panem lapidem: ſed hominem in lapidem verteret: quem diabolus pro pane monſtrauerat? Ego puto ꝙ vſqꝫ hodie lapidem diabolus oſtēdat: & hortetur ſingulos ad loquēdū. Dic vt lapis iſte panis fiat. Omni tentatione qua tentandi erant homines: primus ſecundum aſſumptionē carnis tētatus eſt dominus. Tētatur autē ob id: vt nos quoqꝫ illo vicēte vicamꝰ. Obſcurū fit forte qđ D
dico: niſi manifeſtiꝰ exēplo fiat. Si videris hæreticos dogmatū ſuorū mēdaciū ꝓ pane comedere: ſcito lapidē eorū eſſe ſermonē: quē monſtrat diabolꝰ. Neqꝫ vero æſtimes vnū eū habere lapidē: habet plures lapides: de qbus a Mattheo introducitur loquēs. Dic vt lapides iſti panes fiant. Dixit & Marcion: & lapis diaboli

ei factus eſt panis. Dixit Valentinus: & alius
lapis ei eſt verſus in panem. Habuit & Baſili-
des eiuſmodi: & cæteri hæretici. Vñ ſollicite
prouidendũ: ne forte diaboli lapidem come-
dẽtes: putemus pane veſci dei. Alioquin quæ
erat tentatio de lapide panem fie ri: & a ſalua
tore comedi? Fingamus eñ ꝙ diabolo ꝓponẽ
te dñs lapidẽ i panẽ verterit: & id qđ virtute
ſua ipſe fecerat comederit: & ſatiarit eſuriẽ:
quænam eſſet iſta tentatio: quæ victoria dia-
boli: ſi hæc ſimpliciter ſcriberent: quæ vt dixi
mus ratione pſpecta: & tẽtationem oſtendũt
fuiſſe ſi fierent: & victoriã ꝙ contẽpta ſunt fie
ri? Simulq; monſtrañ iſtũ panẽ qui de lapide
fiat: nõ eſſe verbũ dei quod paſcit hoiem: de
quo ſcriptũ eſt: Non in pane ſolo viuit homo:
ſed in omni verbo quod egredieñ per os dei vi
uet homo. Reſpondeo tibi o verſipellis: & neq̃
qui me tentare nõ metuis. Alius eſt panis: ſer
mo dei qui viuificat hominẽ. Simulq; videa-
mus ꝙ hæc loquatur nõ filius dei: ſed hõ: quẽ
filius dei dignatus eſt aſſumere. Quaſi de ho
mine eñ reſpondet: & dicit. Scriptũ eſt. Nõ i
E pane ſolo viuit homo. Ex quo manifeſtũ: non
deum: ſed hoiem fuiſſe tentatum. Scripturæ
ſenſum diligẽter euentilãs: reor inuenire me
cauſam quare Ioãnes tentationem dñi nõ de-
ſcripſerit: ſed tantũ Matthęus / Lucas / & Mar
cus. Ioannes eñ qui a deo exordiũ fecerat di-
cens: In principio erat verbũ: & verbum erat
apud deũ: & deus erat verbũ: nec poterat diui
næ generationis ordinẽ texere: ſed tantũmo-
do qđ ex deo: & cũ deo eſſet expreſſerat: adie-
cit: Et verbũ caro factũ eſt. Porro quia deus tẽ
tari nõ poteſt (de quo ei erat ſermo) ideo ten
tari illum a diabolo non introducit. Quia ve
ro liber generationis Ieſu Chriſti de eo i Mat
thæi euãgelio narratur: & in Luca generatio
eius deſcribiñ: & in Marco homo eſt qui ten-
tatur: propterea eius fertur ſimile reſpõſum
Non in pane ſolo viuit homo. Si igitur filius
dei deus / pro te homo factus eſt: & tentatur:
qui natura homo es nõ debes indignari ſi for
te tentaris. Q; ſi tentatus illum imitatus fu-
eris: qui pro te tentatus eſt: & omne viceris
tentamentum: habebis ſpem cum eo qui tũc
homo fuit: nũc autem homo eſſe ceſſauit. Nã
ſi qui quondam homo erat: poſtq̃ tẽtatus eſt:
& receſſit ab eo diabolus vſq; ad tempus mor
tis: a mortuis reſurgens vltra non morietur:
omnis autẽ homo morti ſubiacet: iſte ergo q
nequaq̃ moritur: iam non eſt homo: ſed deus
eſt. Si aũt deus eſt: qui quondam homo fuit: &
oportet te illi ſimilem fieri: quãdo ſimiles eiꝰ
fuerimus: & viderimus eũ ſicuti eſt: te quoq;
neceſſe erit deum fieri: in Chriſto Ieſu: Cui eſt
gloria & imperium in ſæcula ſæculoꝝ. Amẽ.

Tentatio ſaluatoris ſecunda. Cap. IIII. Homilia. XXX.

TAm filio dei: q̃ antichriſto F
regnandi ſtudium eſt. Sed
antichriſtꝰ regnare deſyde
rat: vt occidat qđ ſibi ſub-
iecerit: Chriſtus ad hoc re
gnat vt ſaluet. Et vnuſquiſ
q; noſtrum ſi felix ẽ: regna-
tur a Chriſto: ſermone: ſapientia iuſtitia: ve-
ritate. Si autem amatores voluptatis ſumus
magis q̃ amatores dei: regnamur a peccato:
de quo apoſtolus loquitur. Non ergo regnet
peccatum in veſtro mortali corpore. Duo igi
tur reges certatim regnare feſtinant. Pecca-
ti rex peccatoribꝰ diabolus: iuſtitiæ rex iuſtis
Chriſtꝰ. Sciensq; diabolꝰ ad hoc veniſſe Chri
ſtum vt regnũ illius tolleret: & hi qui ſub eo
erant: inciperẽt eſſe ſub Chriſto: oſtẽdit ei oĩa
regna mũdi: & hominũ huiꝰ ſæculi: quomo-
do alii regnent a fornicatione: alii ab auaritia
illi populari rapiant cura: hi formę capiant il
lecebris. Neq; vero arbitrandũ eſt: ꝙ regna ei G
mundi oſtendẽs: Perſaꝝ (verbi gratia) regnũ
Indorũq; mõſtrauerit: ſ; oſtẽdit ei oĩa regna
mũdi: id ẽ regnũ ſuũ: quomodo regnaret i mũ
do: vt cohortãs eũ facere qđ volebat: incipe-
ret etiã Chriſtũ habere ſubiectũ. Vis (inqt)
in hoibꝰ his regnare? Oſtẽdit innumerabiles
hoim multitudines: q̃ ſuo tenebant imperio.
Et reuera ſi miſeriã: & infelicitatẽ noſtrã ſim
pliciter volumus cõfiteri: pene totius mundi
rex diabolus eſt. Vnde & princeps iſtius ſęcu
li a ſaluatore vocañ. Quod ergo dicit. Vides
hos hoies: qui ſub meo regno ſunt: & oſtendit
ei in pũcto tẽporis: hoc eſt in præſenti tẽpoꝝ
curſu: qui ad cõparationẽ æternitatis pũcti
inſtar obtinet. Neq; eñ neceſſariũ habuit ſal
uator: vt ei dignitates ſęculi iſtius & negotia
monſtrarẽtur. Statim vt aciem luminum ſuo
rum ad contẽplandũ vertit: & peccata regnã
tia: & eos qui regnarent a vitiis cõſpexit: & ip
ſum principẽ ſęculi diabolũ ſupuenientẽ: atq;
gaudentẽ in ꝓpriã pernicieẽ: qa tantos ſub ſuo
habebat imperio. Dicit ergo ad dominũ dia- H
bolus. Ideo veniſti vt aduerſus me dimices: &
tollas de impio meo quos nunc ſubiectos ha-
beo. Nolo contendas: nolo nitaris: ne habeas
vllam in certãdo moleſtiam. Vnum eſt quod
precor. Procidens adora me: & accipe regnũ
omne quod teneo. Verum dñs noſter atq; ſal

uator vult quidē regnare: & oēs gentes ſubiectas eſſe: vt ſeruiant iuſtitiæ: veritati: cęteriſq; virtutibus. Sed vult regnare quaſi iuſtitia vt abſq; labore regnet: vt nihil faciat īdecorū: et nō vult abſq; labore ſubiectos diabolo coronari: nec ſic regnare cæteris: vt ipſe regnetur a diabolo. Vnde loquitur ad eum Ieſus. Scriptum eſt. Dominū deum tuū adorabis: & ipſi ſoli ſeruies. Hos (inquit) oēs propterea volo

A mihi eſſe ſubiectos: vt dominū deū adorent: et ipſi ſoli ſeruiāt. Hęc eſt cupido regni mei. Tu autē a me vis incipere peccata: quę diſſoluturus veni: quæ etiā a cęteris auferre deſidero. Scito atq; cognoſce me ī hoc manere qđ dixi: vt adoretur dn̄s deus ſolus: & hos om̄es ſub meā faciā poteſtatē: meoq; regno ſubiiciā cui gaudeam⁹ nos quoq; eſſe ſubiectos: & deprecemur dominū: vt regnās peccatū in corpore noſtro mortificet: & regnet nobis ſolus Chriſtus Ieſus: Cui eſt gloria & imperiū in ſæcula ſæculorum. Amen.

De tertia tentatione ſaluatoris. Cap. IIII. Homilia. XXXI.

B SCrutamini ſcripturas: vt & in his quę putantur eē ſimplicia: reperiatis nō minima ſacramēta. Scrutemur principium euangelicę lectiōis: quotquot hodie audiuim⁹ & id quod latebat: ꝓcedit in mediū. Adduxit aūt diabol⁹ Ieſum in Hieruſalē. Hoc incredibile eſt: vt diabolus duceret filiū dei: & ille ſequeretˀ. Sequebatur plane quaſi athleta ad tentationem ſponte proficiſcens. Nō formidabat tentantem: neq; inſidias callidiſſimi pertimeſcebat īimici: & quodammodo loquebatur. Duc quovis: tenta: vt placet. Ad tentandū ſponte me tribuo: ſuſtineo quæ ſuggeſſeris. Prębeo me: in quibuſcūq; tentaueris: inuenies me in omnibus fortiorem. Adduxit ergo eum in Hieruſalem: & poſuit ſupra pinnam templi: & dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorſum. Adduxit eum in culmen ad ſummitatem templi: & hortatur: vt ſe īde præcipitet. Quod cū ille fraudulēter ꝓponeret: & ſub oſtentatione gloriæ niteretur dicebat ſaluator. Scriptū eſt: non tentabis dominum deum tuū. Simulq; cōſydera quomodo tentet diabolus. Non aliunde tentare audet: niſi de diuinis libris: & de pſalmis ſumēs teſtimonium ait. Si filius dei es: mitte te deor

C ſum. Scriptū eſt em̄: quia angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollēt te: ne forte offēdas ad lapidē pedem tuū. Vnde tibi diabole hoc ſcire ꝙ iſta ſcripta ſunt? Nunquid legiſti prophetas: vel diuina eloquia cognouiſti? Licet tu taceas: ego pro te reſpōdebo. Legiſti: nō vt ipſe ex lectione ſanctorū melior fieres: ſed vt ſimplicitate eos qui amici ſunt literę interficias. Scis quia ſi de aliis ei voluminibus loqui volueris nō decipies: neq; habere poterūt auctoritatē aſſertiones tuę. Sic legit ſcripturas Marcion vt diabolus: ſic Baſilides: ſic Valentinus: vt cū diabolo diceret ſaluatori. Scriptum eſt: quia angelis ſuis mādauit de te: & in manib⁹ tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Siquādo teſtimonia de ſcriptura audieris: vide ne ſtatī loquēti acquieſcas: ſed cōſydera illum cuius ſit: ac cuius ſententiæ: cuius ſit voluntatis: ne forte ſimulet ſanctū ſe eſſe qđ nō eſt: & venenis infectus hæreſeos: ſub ouis pelle lupus latitet: ne forte loquatur in eo diabolus de ſcripturis. Quomodo aūt diabolus per occaſionem temporū de ſcripturis loquitur: ſic ecōtrario Paulus pro vtilitate eorū qui audiūt: nō ſolū de ſcripturis: ſed etiā de ſęcularibus libris aſſumit teſtimoniū: & ait. Cretenſes ſemp mendaces: malę beſtię: ventres pigri. Et rurſum de alio. Ipi⁹ em̄ & genus ſumus. Necnon & de comico. Corrūpūt mores bonos colloq̄a mala. Sed neq; diabolus ſi de ſcripturis loquut⁹ fuerit: poterit me hac occaſione decipere: neq; Paulus: ſi de gentilibus literis aliquod exemplū ſumpſerit: quoquo modo me eloquio deterrebit. Ideo em̄ aſſumpſit Paulus verba etiā de his quæ foris ſunt: vt ſanctificet ea. Videamus ergo quid de ſcripturis diabolus loquatˀ ad dominū. Scriptū eſt em̄. Angelis ſuis mandauit D de te: & in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuū. Vide quomodo & in ipſis teſtimoniis verſipellis eſt. Vult enim imminuere gloriam ſaluatoris: quaſi angelorū indigeat auxilio: offenſurus pedē: niſi eorū manibus ſubleuetˀ. Aſſumit teſtimoniū: & interpretatˀ illđ de Chriſto: quod nō de Chriſto ſed de ſanctis generaliter ſcriptum eſt. Libere quippe & tota cōfidētia contradico diabolo: ſup Chriſti pſona hoc nō poſſe intelligi. Neq; em̄ indiget angelorū auxilio: qui maior angelis: & melius ipſis hęreditatem conſecutus: & nomen. Nulli vnq̄ angelorum dixit deus filius meus es tu: ego hodie genui te. Ad nullū eorū quaſi ad filiū loquut⁹: Qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignem vrentem: ſed ad filium proprie ſuum: de quo innumerabilia loquitˀ in prophetis. Nō indiget in quā angelorū auxilio filius dei. Quin potius

diſce diabole:ꝙ niſi Ieſus adiuuerit angelos:of-
fendent pedem ſuum. Et ſi quis angeloꝝ viſꝰ eſt
offendere:de qbus dudũ lectum eſt:quia ange-
los iudicabimus: ideo offendit:quia nõ exten-
dit manum ſuam ad Ieſum : vt apprehenſus ab
eo nõ offenderet. Quando em̃ in ꝓpria virtu-
te confidens: non inuocas præſidiũ Ieſu / offen-
dis: & credere in Ieſum chriſtũ filiũ dei nolui-
E ſti. Vt autem ſcias ꝙ male interpretatus eſt: &
non de Chriſto:ſed de ſanctis intelligi quæ ſe-
quantur:auſculta: A ruina & dęmonio meridi
ano non Ieſum chriſtũ liberat deus:ſed ſanctos
Lege nonageſimum pſalmum:cuiꝰ principium
eſt: Qui habitat in adiutorio altiſſimi in pro-
tectione dei cœli commorabitur: & inuenies
hæc magis iuſto viro q̃ dei filio conuenire : ca-
dent a latere tuo mille:& decem milia a dextris
tuis:ad te autem non appropinquabit: verun-
tamen oculis tuis videbis:& retributionem a-
ſpicies peccatorum: & reliqua:ſuper perſonam
iuſti interpretans. Sed & ſic quoq; peruerſe aſ-
ſerens diabolus teſtimonia : vt aſſereret ſuper
ſaluatore intelligi : ſilet & tranſit verſiculos:
qui contra ſe ſcripti ſunt. Cum enim dixiſſet an
gelis ſuis mandauit de te:& in manibus tollent
te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum
tacuit illud quod ſequitur. Super aſpidem & ba
ſiliſcum ambulabis : & conculcabis leonem : &
draconem. Quare diabole ſiles:niſi ꝙ tu es ba-
ſiliſcus:tu es omnium ſerpentium regulus:no-
centiora habens venena q̃ cæteri? Qui ſtatim
vt videris aliquẽ: interficis:& aliam fortitudi
nem contrariam ſociam tui aſſumis quæ aſpis
appellatur: & viro iuſto ſubiecta eſt:& idcirco
F omnia taces. Tu es draco:tu es leo:de quibꝰ ſcri
bitur. Super aſpidem & baſiliſcum calcabis: &
conculcabis leonẽ & draconẽ. Sed licet tu tace-
as:nos qui ſcripturas rectius legimus: ſcimus
habere nos poteſtatem cõculcãdi te : & datam
nobis hanc ditionẽ: nõ ſolũ in veteri teſtamen
to ſicut nunc cantatur in pſalmo : ſed etiam in
nouo:ſaluatore dicente. Ecce do vobis poteſta-
tem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones : &
omnem virtutem inimici:& nihil vobis noce-
bunt. Sumamus arma tanta poteſtate firmati:
et vniuerſa faciamus : vt per conuerſationem
noſtrã leonem conculcemus: & draconem. Por
ro vt ſcias quomodo conculcet leo: & contera-
tur draco:Pauli lepiſtoam lege:in qua aſſerit cõ
culcari peccatores filio dei. Sicut ergo qui pec-
cator eſt conculcatur filio dei:ſic ecõtrario qui
iuſtus eſt cõculcat leonem:& draconem:& om
nem virtutem inimici conculcat in nomine Ie-
ſu Chriſti:cui eſt gloria & imperium in ſęcula
ſæculorum. Amen.

De eo qđ ſcriptũ eſt:Reuerſus eſt Ieſus in
virtute ſpiritꝰ:vſq; ad eum locum vbi ait. Et
oĩm oculi erant in ſynagoga intendẽtes in eũ
Cap. IIII. Homilia. XXXII.

PRimum quidẽ Ieſus plenus G
ſpiritu ſãcto reuerſus eſt a
Iordane:& agebatur in ſpi-
ritu ĩ deſerto diebꝰ quadra
ginta. Cũ tentaret a diabo-
lo: qa adhuc vi certaturus
erat aduerſus eũ: & ſemel /
et bis:nõ cũ additamẽto aliquo ſpiritus poni
tur. Quãdo vero tres tẽtationes quas ſcriptu
ra commemorat pugnãdo ſuperauit:quid de
ſpiritu ſignanter:cauteq; ponatur ait. Et re-
uerſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus. Virtus ad
dita eſt:quia cõculcauerat draconẽ:et tenta-
torem cõminus vicerat. Reuerſus eſt ergo Ie
ſus in virtute ſpiritus in Galilęam terram &
fama exiit per omnẽ regionẽ de eo. Et ipſe do
cebat in ſynagogis eorũ:& glorificabat ab oĩ
bus. Caue ne beatos illos tm̃ iudices:& te ar-
bitreris priuatũ eẽ doctrina. Si vera ſunt / quę
ſcripta ſunt:non ſolum tunc in congregatio-
nibus Iudæorum:ſed & hodie in hac congre
gatiõe dñs loquitur. Et nõ ſolum in hac: ſed
etiã in alio cœtu:& in toto orbe docet Ieſus:
quærens organa per quę doceat. Orate:vt me
quoq; cõpoſitũ ad canendũ:aptumq; reperi-
at. Sicut em̃ quęrit omĩpotens deus ꝓphetas
eo tẽpore quo ꝓphetia mortales indigent: &
inuenit(verbigratia) Eſaiam / Hieremiã / Eze
chielẽ / Danielẽ:ſic quęrit Ieſus organa per q̃
doceat ſermonem ſuũ:vel erudiat populos in
ſynagogis eorum:& glorificet ab oĩbus. Nũc
magis glorificat ab oĩbus Ieſus:q̃ illo tp̃e quo
tantum in vna prouincia cognoſcebat. Dein H
de venit Nazareth vbi nutritꝰ fuerat:& igreſ
ſus iuxta morem in ſynagogam die ſabbato-
rũ ſurrexit legere:& datus eſt ei liber prophe
tæ Eſaiæ. Et reuoluẽs librũ:inuenit locũ vbi
erat ſcriptũ. Spiritus domini ſup me:propter
qđ vnxit me. Non fortuitu reuoluit librũ: &
apud ſe vaticinans reperit lectiones : ſed &
hoc prouidẽtiæ dei fuit. Sicut em̃ ſcriptũ eſt:
in laqueũ nõ cadit paſſer ſine voluntate patris:
et quia capilli capitis apoſtolorum omnes nu
merati ſunt:ſic forſitan & hoc ꝙ Eſaię potiſſi
mum liber inuentus eſt:& lectio non alia: ſed
hęc quæ Chriſti myſteriũ loquebatur: Spiri-
tus domini ſuper me:propter quod vnxit me:
Chriſtus eſt enim qui iſta commemorat:non
vt libet & caſu eueniſſe arbitrandum eſt: ſed
prouidentia:& diſpenſatione dei. Quæ ſunt

igitur quæ in propheta loquebat̃: & poſtea de
ſe ipſe in ſynagoga perſonet: contemplemur.
Euangelizare (ait) pauperibus miſit me. Pau-
peres: nationes ſignificant. Iſti enim erant pau
peres: nihil omnino poſſidẽtes: non deum: nõ
legem: non prophetas: non iuſtitiam: reliquaſ-
ꝗ virtutes. Ob quam cauſam miſit eum deus:
vt pauperibus nuntiaret. Prædicare captiuis
remiſſionem. Captiui nos fuimus: quos tantis
annis vinxerat Sathanas: habens captiuos ſi-
biꝗ ſubiectos. Venit Ieſus prædicare captiuis
remiſſionem: & cæcis: vt viderent. Sermone
quippe & prædicatione doctrinæ eius: cæci vi
dent. Prædicatio ergo intelliga-
tur non ſolum ſuper captiuis: ſed etiam ſuper
cæcis. Emittere cõfractos in libertatem. Quid
ita fractum: atꝗ colliſum fuit: vt homo qui a
Ieſu demiſſus eſt: & ſanatus. Prædicare annum
domini acceptum. Iuxta ſimplicem intelligen-
tiam aiunt vno anno ſaluatorem in Iudęa euã
gelium prædicaſſe: & hoc eſt qđ dicitur: præ-
dicare annum domini acceptum: & diem retri
butionis: niſi forte quiddam ſacramenti in prę
dicatione anni domini diuinus ſermo ſignifi-
cat. Futuri ſunt enim alii dies: non tales quales
nunc in mundo cernimus: & menſes alii: & ka
lendarum ordo diuerſus. Sicut igitur iſta alia
ſic annus domini futurus eſt placens. Iſta autẽ
omnia prædicta ſunt: et poſt viſionem ex cæci
tate: poſt libertatem ex vinculis: poſt ſanitatẽ
a diuerſis vulneribus veniamus ad annum do
A mini acceptum. Cum enim hæc legiſſet Ieſus:
inuoluens librum: reddidit miniſtro & ſedit
& omnium oculi erant in ſynagoga attenden
tes in eum. Et nunc ſi vultis in hac ſynagoga
cœtuꝗ poſſunt oculi veſtri attendere ſaluato
rem. Cum enim principalem cordis tui direxe
ris aciem ad ſapiẽtiam & veritatem: deiꝗ vni-
genitum contemplandum: oculi tui intuẽtur
Ieſum. Beata congregatio: de qua ſcriptura te
ſtatur: ꝙ omnium oculi erant attendentes in
eum. Quã vellem iſtum cœtum ſimile habere
teſtimonium: vt omnium oculi: & cathecumi-
norum: & fidelium: & mulierũ: & virorum: &
infantium non corporis oculi: ſed animæ: aſpi
cerent Ieſum. Cum enim reſpexeritis ad eum:
de lumine eius: & intuitu clariores veſtri vul-
tus erunt: & dicere poteritis: ſignatum eſt ſu-
per nos lumen vultus tui domine: cui eſt glo-
ria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo quod ſcriptum eſt: Vtiꝗ dici
tis mihi parabolam iſtam. & cætera.
vſꝗ ad eum locum vbi ait: Sed nul-
lus eorum mundatus eſt: niſi Naa-
man ſyrus. Cap. IIII.

Homilia. XXXIII.

IN capharnaum: quãtum ad
lucem hiſtoriæ pertinet: nec B
dum moratus eſt Ieſus: nec
aliquod in ea ſignum feciſſe
deſcribitur: quippe ĩ qua nõ
fuit. Porro anteꝗ̃ veniret in
capharnaũ: in patria ſua (hæc eſt ĩ Nazareth)
fuiſſe ſignatur. Vtiꝗ dicitis mihi parabolam
iſtam. Medice cura teipſum. Quæcunꝗ audi-
uimus facta in capharnaum: fac & hic ĩ patria
tua. Vnde puto aliquid in ſermone pręſenti la
titare myſterii: & nazareth ĩ typo iudæorũ: ca
pharnaũ in typo præceſſiſſe gentilium. Sciens
itaꝗ Ieſus ꝙ non haberet in patria ſua honorẽ
nec ipſe: nec ꝓpheta: nec apoſtoli: noluit ibi prę
dicare: ſed p̃dicauit in gẽtibus: ne ſibi a patriæ
ſuę hoĩb⁹ diceretur. Vtiꝗ dicitis mihi parabo
lam iſtam. Medice cura teipſum. Erit enim tẽ-
pus: quando dicturus ſit populus iudæorum.
Quęcũꝗ audiuĩ facta in capharnaũ apud gen
tes ſigna atꝗ portẽta: fac & apud nos ĩ patria
tua. Quæ oſtendiſti vniuerſo orbi: oſtende &
nobis. Prędica ſermonem tuũ populo iſrael: vt
ſaltẽ cũ ſubintrauerit plenitudo gentiũ: tunc
oĩs iſrael ſaluus fiat. Quamobrẽ: mihi videtur
conſequenti ordine nazarenis interrogãtibus C
reſpõdiſſe ſaluator. Nemo ꝓpheta acceptus ẽ
in patria ſua. Et puto plus iuxta ſacramẽtum
ꝗ̃ iuxta literam verũ eſſe qđ dicitur: licet Hie-
remias in anathoth patria ſua nõ fuerit acce-
ptus: & Eſaias quęcũꝗ fuit patria illius: & re-
liq ꝓphetæ: ſed magis mihi videt̃ ſic intelligi:
vt dicam⁹ patriam fuiſſe oĩm prophetarũ: po
pulũ circunciſionis: & hunc non recepiſſe pro
phetas: & eorũ vaticinia: porro nationes ꝗ̃ lõ-
ge fuerant a ꝓphetis & eorum notitiam nõ ha
bebãt: ſuſcepiſſe vaticiniũ Ieſu Chriſti. Nemo
eſt ergo ꝓpheta acceptus in patria ſua: hoc eſt
in populo iudęorũ. Nos autem qui eram⁹ alie
ni a teſtamento: & peregrini a promiſſionibus
toto prophetas corde ſuſcepimus: magiſꝗ ha
bemus Moyſen & prophetas de Chriſto prędi
cantes ꝗ̃ illi: qui ex eo ꝙ non ſuſceperũt Ieſum:
nec illos ſuſceperũt qui de illo annuntiauerãt.
Vnde ad id qđ dixerat: nemo ꝓpheta accept⁹ D
eſt in patria ſua: & aliud adiungit: In veritate
enim dico vobis: quia multæ viduę erãt in die
bus Heliæ in iſrael: quando clauſum eſt cęlum
annis trib⁹: & menſibus ſex. Qđ dicit: tale eſt.
Helias propheta erat: ſed erat in populo iudæo
rum. Sed quando mirabile quid facturus erat

cũ eēnt plures viduæ ĩ iſrael / reliq̃t eas: & ve-
nit ad viduã ĩ Sareptã ſidonię ad gẽtilẽ mulier
culã: figurã futurę rei explicãs: qa occupãte fa
me nõ panis: neqꝫ ſiti aq̃: ſed fame audiẽdi ſ̄mo
nẽ dei: venit ad viduã: de qua & propheta teſta
tur dicens. Multi filii deſertę: magis q̃ eius quę
habet virũ. Et cum veniſſet: panem illius & ali
menta multiplicat. Tu eras vidua in ſarepta ſi
doniæ: e cuius finibus cananea mulier egredit̃
& cupit ſanari filiam ſuam: & propter fidẽ me-
ruit accipe q̄d petebat. Multæ ergo viduę erãt
ĩ populo iſrael: ſed ad nullam earum miſſus eſt
Helias niſi in Sareptis ad mulierem viduã. Sed
& aliud ad eundem ſenſum pertinẽs loquitur.
Multi erant leproſi in iſrael in diebus Heliſei ꝓ
phetæ: & nemo eorum mũdatꝰ eſt: niſi Naamã
E ſyrus: qui vtiqꝫ non erat ex iſrael. Cõſydera vſ
qꝫ ad præſentẽ diem multos leproſos ĩ Iſrael ſe
cũdũ carnẽ: vide ecõtrario leprę ſqualore pfu-
ſos abſqꝫ ſpiritali Heliſeo dño noſtro: & ſaluato
re: te aũt purgari baptiſmi ſacramento: & dici
ad te. Surge: & vade in Iordanẽ: & lauare: & re
ſtituet̃ tibi caro tua. Surrexit Naamã & abiit
& lotus impleuit myſteriũ baptiſmi: & facta ẽ
caro eiꝰ quaſi caro pueri: qui in lauacro regene
rationis ortus fuerit: in Chriſto Ieſu: cui eſt glo
ria & imperiũ in ſæcula ſæculorum. Amen.

De eo q̄d ſcriptum eſt. Magiſter q̄d boni faciẽs
vitã æternã poſſidebo. vſqꝫ ad eũ locũ vbi ait.
Vade & tu fac ſimiliter. Cap. X.
Homilia. XXXIIII.

CVm multa in lege præcepta
ſint: hęc tantũ ſaluator ĩ euã
F gelio poſuit: quæ quodã com
pendio ad æterna obediẽtes
ducerẽt. ad id eñ reſpicit q̄d
legis doctor interrogauerat
eum, dicẽs. Magiſter quid fa-
ciens vitã æternã poſſidebo? Quæ lectio ſecun
dũ Lucam hodie vobis recitata eſt. Reſpondit.
In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Di-
liges dñm deum tuum ex toto corde tuo: & ex
tota virtute tua: & ex tota mente tua: & proxi
mũ tuum tanq̃ teipſum. Ac deinde: bene (ait)
reſpõdiſti. Hoc fac: & viues. Haud dubiũ quin
ſempiternam vitam hoc faciendo accepturus
ſis: de qua & legis doctor ĩterrogauerat. Simul
qꝫ perſpicue docemur in legis pręcepto: vt dili
gamus deũ. In deuteronomio ſcriptum eſt. Au
di (inquit) iſrael: dñs deus tuus / deus vnus eſt
Et diliges dominum deũ tuũ ex tota mẽte tua:
& reliqua: & proximũ quaſi teipſum. Et ſalua-
tor ſuper his teſtatus eſt: dicens. In his duobus
mandatis tota lex pendet / & prophetæ. Volen
te autem doctore legis iuſtificare ſemetipſum
& oſtendere ꝙ nemo ſibi eſſet proximus: atqꝫ di
cente: quis eſt proximus meus: intulit dñs pa-
rabolam cuius exordiũ eſt. Homo quidã deſcẽ G
debat de Hieruſalem ĩ hierico: & reliqua: & do
cet nullius fuiſſe proximum deſcendentem: niſi
illius qui voluerit cuſtodire pręcepta: & præpa
rare ſe: vt ſit proximus omni homini qui auxi-
lio indiget. Hoc eñ eſt q̄d poſt parabolam in fi
ne ponitur. Quis de his tribꝰ videtur tibi pro
ximus eſſe eius qui in latrones incidit? Nec eñ
ſacerdos: nec leuites proximi eius fuerunt: ſed
vt ipſe quoqꝫ legis doctor reſpondit: ille qui fe-
cit miſericordiam proximus eius fuit. Vnde &
a ſaluatore dicitur. Vade: & tu fac ſimiliter.
Aiebat quidam de preſbyteris volens parabo-
lam interpretari: hominem qui deſcendit eſſe
Adam: Hieruſalem / paradiſum: hierico / mun-
dum: latrones / contrarias fortitudines: ſacer-
dotem / legem / leuitem / prophetas: Samariten:
Chriſtũ. Vulnera vero inobedientiam: animal
corpus domini: pandochiũ: id eſt ſtabulum: ꝙ
vniuerſos volentes introire ſuſcipiat: eccleſiã
interpretari. Porro duos denarios: patrẽ: & fi-
lium intelligi. Stabularium eccleſiæ præſidem
cui diſpenſatio credita ſit. De eo vero ꝙ ſamari
tes reuerſurum ſe eſſe promittit: ſecũdũ ſalua-
toris figurabat aduentũ. Hęc cũ rationabiliter
pulchreqꝫ dicãtur: nõ eſt tamen æſtimandũ ꝙ
ad omnem hominem pertineant. Neqꝫ eñ oĩs
homo deſcendit de Hieruſalem in hierico: nec
vniuerſi ꝑpterea in ꝓ̃ſenti ſæculo cõmorãtur
licet ille qui miſſus eſt: propter perditas oues
venerit domus iſrael. Homo igitur qui de Hie
ruſalẽ deſcẽdit ĩ hierico: quia voluit ipſe deſcẽ
dere: propterea in latrones ĩcidit. Latrones au-
tem nulli ſunt alii: niſi de quibus ſaluator ait.
Omnes qui ante me venerũt fures fuerũt: & la H
trones. Verũtamen non incidit in fures: ſed in
multo furibus nequiores latrones: qui deſcen-
dentem eũ de Hieruſalem cũ incidiſſet in illos
ſpoliauerũt: & impoſuerũt ei plagas. Quæ ſunt
plagę: quæ vulnera: quibus vulneratus eſt ho-
mo? Vitia atqꝫ peccata. Deinde quia latrones
qui nudauerãt eũ: & vulnerauerãt nõ aſſident
nudo: ſed plagis rurſus impoſitis relinquũt eũ
idcirco ſcriptũ ẽ ſpoliãtes eũ: & vulnera appo-
nẽtes abierũt eo non mortuo: ſed ſeminece. Fa-
ctũ eſt aũt vt ĩ eadẽ via primus ſacerdos: dein-
de leuites deſcenderent: q̃ forſitã aliis hoĩbus
bona quędã fecerant: nõ tñ huic: qui deſcende-
rat ab Hieruſalem in hierico. Hunc enim vidit
ſacerdos: puto lex vidit: leuites vt reor ſermo
propheticus. Et cum vidiſſent reliquerunt: &
tranſierũt. Seruabat q̃ppe ſeminecẽ prouidẽtia

ei qui fortior erat lege & prophetis: Samarita-
no videlicet: qui interpretatur custos. Iste est q
non dormitat/nec dormit custodiens Iſrael pro
pter ſeminecem. Profectus eſt iſte Samaritan⁹
non de Hieruſalem in hierico: ſicut ſacerdos &
leuita deſcendens: Aut ſi deſcendit: idcirco de
ſcendit vt ſaluaret/cuſtodiretq; moriturum.
Ad quem locuti ſunt Iudæi: Samaritanus es tu
& dæmonium habes. Qui cum negaſſet ſe ha-
bere dęmoniũ: Samaritẽ negare ſe noluit. Scie-
A bat enim ſe cuſtodem. Itaq; cum veniſſet ad ſe
minecem: et vidiſſet eum in ſuo ſanguine vo-
lutari: miſertus acceſſit ad eum vt fieret eius
proximus. Ligauit vulnera: infudit oleum vi-
no mixtum: neq; dixit quod in propheta legi-
tur: Non eſt malagma imponere: neq; oleũ: ne-
q; alligaturas. Iſte eſt Samaritanus: cuius cura
& auxilio omnes qui male habent indigent. Hu
ius vel maxime Samaritani indigebat auxilio
qui de Hieruſalem deſcendens inciderat in la-
trones: & vulneratus ab eis ſemianimis fuerat
derelictus. Vt autem ſcias ꝙ iuxta prouidenti
am dei ſamarites iſte deſcenderit vt curaret eũ
qui inciderat in latrones: manifeſto doceberis
ex eo ꝙ ſecum habebat alligaturas: ſecum ole-
um: ſecum vinum. Quem quidem ego puto nõ
propter iſtum vnum ſeminecem: ſed propter
alios quoq; qui ob varias cauſas fuerant vulne
rati: & indigebant alligaturis: & oleo: & vino
ſecum portaſſe Samariten. Habebat oleum de
quo ſcriptũ ẽ: vt exhilaret faciem ĩ oleo. Haud
dubium quin eius qui curatus fuerat oleo eti-
am tumores vulnerum ſedarentur. Sed & vi-
no mundat vulnera: aſperitatis aliquid admi-
ſcens: eumq; qui fuerat vulneratus impoſuit
iumento: id eſt proprio corpori: iuxta id ꝙ eſt
B hominem dignatus aſſumere. Iſte Samaritan⁹
peccata noſtra portat: & pro nobis dolet. Por-
tat ſeminecem: inducit in pandochium: id eſt ĩ
eccleſiam: quæ omnes ſuſcipit: & nulli auxiliũ
ſuum denegat: ad quã cũctos prouocat Ieſus di
cẽs. Venite ad me oẽs qui laboratis & onera-
ti eſtis: & ego reficiam vos. Et poſtq̃ induxit eũ
nõ ſtatim recedit: ſed vno die in ſtabulo cum ſe
minece perſeuerat: & curat vulnera non ſolũ ĩ
die: verum etiam in nocte: reliquam ſollicitudi
nẽ ſuam & induſtriam tribuẽs. Cũq; vellet ma
ne proficiſci/de probato argento ſuo/de proba-
ta pecunia ſua tollit duos denarios & onerat
ſtabularium: haud dubiũ quin angelũ eccleſiæ
cui pręcipit: vt diligenter curet eũ: & ad ſanita
C tem vſq; perducat: quẽ ꝓ anguſtia tẽporis etiã
ipſe curauerat. Duo denarii noticia mihi vide
tur eſſe patris: & filii: & ſciẽtia ſacramenti: quo
modo pater in filio/& filius in patre ſit: q velut
mercedes donantur angelo: vt diligẽtius curet
ſibi hoiem: cõmẽdatũ & ꝓmittit ei qcqd de ſuo
in medelã ſeminecis expenderit illico eſſe red-
dẽdum. Vere legis & prophetiæ cuſtos anima
rum iſte vicinior qui fecit miſericordiã ei qui ĩ
ciderat in latrones: & proximus eius apparuit
non tam ſermone q̃ opere. Quia ergo poſſibile
eſt iuxta illud quod ſequitur/imitari nos Chri
ſtum: & miſereri eorum qui inciderãt in latro-
nes: accedere ad eos: ligare vulnera: infundere
oleum & vinum: imponere ſuper proprium iu
mentum: & ferre onera ipſorum: propterea ad
talia nos cohortans filius dei: non tam doctori
legis q̃ nobis quoq; omnibus loquitur. Vade &
tu fac ſimiliter. Quæ ſi ſimiliter fecerimus: vi-
tam conſequemur ęternam in Chriſto Ieſu: cui
eſt gloria & imperiũ in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

De eo quod ſcriptum eſt. Quando vadis cum
aduerſario tuo & cætera: vſq; ad eum locũ vbi
ait: Et nouiſſimũ minutum reddes. Cap. XII.
Homilia. XXXV.

Niſi eſſet nobis natura inſitum D
id quod iuſtum eſt iudicandi:
nunq̃ Saluator diceret. Qua-
re autem & a vobiſmetipſis
non quod iuſtum eſt iudica-
tis? Verum ne ad prolatiõem
huius ſententiæ longius euagemur: maxime
cum multa difficiliora huic capitulo ſubnexa
ſint: tantum ſuperbos ſignificaſſe ſufficiet.
Quin potius animarum noſtrarum ad deũ ve
la pandamus: deprecemurq; aduentum ſermo
nis eius: vt interpretetur parabolã de qua ſcri-
bitur. Quando vadis cũ aduerſario tuo ad prĩ
cipem: in via da operam: vt liberes te ab eo: ne
forte tradat te iudici: & iudex tradat te exacto
ri: & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: nõ
inde exies: donec nouiſſimum minutũ reddas.
Quatuor perſonas poni video: aduerſarii: prin
cipis: iudicis: exactoris. Et quia videtur euange
liſta Matthæus ſimile quid locutus in eo quod
ait: eſto beniuolus aduerſario tuo dum es in via
cũ eo: quęro vtrum idẽ ſenſus ſit: an aliqua ſit
vicinia: ſi quidem apud matthæum vna pſona
prætermiſſa ſit: & alia ĩmutata. Prætermiſſus
eſt princeps: & pro exactore miniſter inſertus.
Aduerſarius vero: & iudex ſimiliter ab vtroq;
ſunt poſiti. Imus itaq; cũ aduerſario noſtro ad E
prĩcipem: & oportet nos dũ adhuc in via ſum⁹
fortiter laborare: vt liberemur ab eo. Quoniã
ambiguũ quippe verbum eſt: & poteſt tam ad
principem q̃ ad aduerſariũ referri: ne forte tra
dat te: ſiue aduerſari⁹: ſiue prĩceps iudici: & iu
dex tradat te exactori: & non inde exies: donec

nouiſſimū minutū reddas. Pro quo Mattheus ait. Donec reddas nouiſſimū quadrantē. Verbum vero nouiſſimū vterq; ſcribit: diſcrepare aūt ſunt viſi: q hic quadrantem: ille minutum poſuit: quædā mihi ſunt ſecretiora tangenda: vt intelligamus aliū eſſe aduerſariū: alias tres perſonas: id eſt principem / iudicem / exactorē. Legim⁹ (ſi tñ cui placet huiuſcemodi ſcripturam recipere) iuſtitię / & iniquitatis angelos ſuper Abrahę ſalute / & interitu diſceptantes: dū vtrequ turmę ſuo eum volunt cœtui vendicare. Qd ſicui diſplicet: tranſeat ad volumen qd titulo paſtoris ſcribitur: & inueniet cūctis hominibus duos adeſſe angelos: Malū qui ad peruerſa exhortatur: & bonū qui ad optima queq; perſuadet. Scribitur alibi: q aſſiſtant homini ſiue in bonam: ſiue in malam partem duplices angeli. De bonis etiam ſaluator meminit: dicens. Angeli eorum ſemper vident faciē patris mei qui in cœlis eſt. Simul quære vtrum paruulorū in eccleſia ſemper videant angeli faciem patris & aliorum angeli non habeant libertatem vultū patris attēdere. Neq; enim ſperandū eſt: omnium angelos videre faciem patris qui ī cœlis eſt. Si fuero de eccleſia: q̄uis minimus ſim: habet libertatem angelus meus & fiduciam / ſemper videre faciem patris qui in cœlis eſt. Si autem forinſecus: nec de illa eccleſia quæ non habet maculam / aut rugam / aut quid iſtiuſmodi: & ipſa re probor alienus eſſe a tali cōgregatione: non habet fiduciam angelus meus reſpiciēdi vultū patris qui in cęlis eſt. Quā ob cauſam angeli pro bonis ſolliciti ſunt: ſcientes q ſi nos bene gubernauerint: & ad ſalutem vſq; perduxerint: habeant etiam ipſi fiduciam videndi faciem patris. Quomodo eī ſi per curam eorū: & induſtriam ſalus hominib⁹ cōparatur: faciē patris ſemper attendunt: ſic ſi per negligentiā eorū / homo corruerit: etiam ſui periculū / rē eſſe non neſciūt. Et ſicut bon⁹ epiſcopus: & optimus eccleſiæ diſpenſator ſcit ſui meriti eē atq; virtutis: ſi oues gregis ſibi crediti fuerīt cuſtoditę: ita intellige & de angelis. Ignominia angelo eſt: ſi homo iuſtus creditus fuerit: ſi peccauerit: vt ecōtrario gloria eſt angelo ſi creditus ſibi / ſaltem minimus ī eccleſia fuerit. Videbūt enim non aliquando: ſed ſemper: faciem patris qui eſt in cœlis: cū alii ſemper non videāt. Secūdū meritū eī eorū quorū angeli ſunt: aut ſemp aut nunq̄: vel parum: vel plus: faciem dei angeli contemplabūtur. Cuius rei ad liquidum notitiam deus nouerit: & ſi quis (licet raro) fuerit inuentus: quē Chriſtus illuxerit. Videam⁹ ergo primū quis ſit aduerſarius cum quo iter faciamus. Semper nobiſcum eſt aduerſarius. Infelices nos: atq; miſerabiles. Quotienſcunq; peccauerimus: aduerſarius noſter exultat: ſciens quoniam habet facultatem apud principē ſęculi huius qui ſe emiſerat exultandi & gloriandi eo q aduerſari⁹ (verbi gratia) hui⁹ vel illius: eum fecerit principi ſæculi huius eſſe ſubiectum: per talia totq; peccata: per hoc illudq; delictum. Euenit aūt interdum: vt ſi quis fuerit præparatus armatura dei: & ex omni parte ſe texerit: conetur quidem aduerſarius vuln⁹ inferre: ſed facultatem non habeat percutiendi. Semper nobiſcū aduerſarius graditur: nunq̄ nos deſerit: quęrit occaſionem inſidiarum: ſi quo modo nos ſubuertere queat: vt in principali cordis noſtri malam ſubiiciat cogitationē. Quādo vadis ad principem. Quiſnā iſte princeps eſt? Quando diuidebat altiſſimus gentes quando diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos nationum ſecundum numerum angelorum dei: & facta eſt portio domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſrael. Igitur principib⁹ id eſt angelis: ab exordio terra diuiſa eſt. Daniel quippe manifeſtius quos Moyſes angelos nominarat: principes eſſe teſtatur: dicens. Princeps regni perſarū: & princeps regni gręcorū: & Michael princeps gētiū Et vnuſquiſq; noſtrum ſecum habet aduerſarium cohęrentē: cuius opus eſt ducere nos ad principem: & dicere. O prīceps (verbi gratia) regni perſarū: iſte qui ſubter erat tibi: eum vt opus fuerat cuſtodiui. Nullus eum de reliquis principibus ad ſe potuit trāſducere: ne ille quidem: qui ad hoc ſe veniſſe iactabat: vt de cunctis hæreditatib⁹ Perſarū: ſiue Græcorū: omniūq; nationū raperet homines: & hæreditati dei faceret eē ſubiectos. Chriſt⁹ domin⁹ noſter omēs principes vicit: & terminos eorū trāſiēs captiuos populos ad ſe tranſtulit in ſalutē. Et tu de parte alicuius principis eras: venit Ieſus & rapuit te de poteſtate peruerſa: & deo patri obtulit. Aduerſarius ergo noſter ambulat: ducens nos ad principem ſuum. Vnde ergo credens omnia ſcripturarum verba habere rationem: nō puto fruſtra iudicem apud gręcos cū articulo poſitum: qui ſingularitatis ſignificator eſt: principem vero ſine articulo ſcriptū eſſe ſimpliciter. Quando vadis cum aduerſario tuo. Signanter (ait) tuo. Neq; enim omnes omnium ſunt aduerſarii: ſed ſinguli ſingulos habent: qui vbiq; eos ſequantur: & ſint comites. Quando vadis cum aduerſario tuo ad principem. Non cum articulo principem poſuit: ne certum videretur oſtendere: ſed ſine articulo: vt e pluribus vnum eſſe monſtraret: quod apud græcos magis intelligitur. Vnuſquiſq;

Margin notes: F; cau te le ge i ſer ta.; G; H

enim noſtrum:non habet proprium princip͞e. Qui ſyrus eſt:ſub ſyror͞u pr͞icipe eſt:& vnuſq͞ſ q͞ ſub ſuo principe gentis eſt. Si tam͞e hucuſq͞ proceſſiſſe me ſufficit: & ab hac diſputatione ad aliam tranſire maior͞e:vt cæteras quoq͞ g͞e tes etiam c͞omemorem. Vnde dicitur. Videte iſrael ſecundum carn͞e. Prud͞eti cœpiſſe:dixiſſe eſt. Licet & hoc in populo cœpiſſe ſermon͞e Qui te vult(inquit)ducere ad princip͞e ſuum & ab alio principe conducere:qu͞ado vadis c͞u aduerſario tuo ad principem:in via da oper͞a: vt libereris ab eo. Niſi omni ſtudio laborauer͞i vt dum adhuc viam carpis:ante͞q ingrediaris ad principem:priuſ͞q pr͞iceps tradat te iudici ab aduerſario pręparat͞u:poſtea fruſtra c͞oabe ris. Da ergo oper͞a: vt libereris ab eo:ſiue a pr͞i cipe ad quem te trahit aduerſarius. Da oper͞a: vt habeas ſapi͞etiam:iuſtiti͞a:fortitudin͞e: atq͞ temper͞atiam:& tunc c͞oplebitur:Ecce homo: opera eius ante faciem ſu͞a. Niſi dederis oper͞a non poteris aduerſarii pact͞u infringere:cuius amicitia eſt in deum. Quando vadis cum ad-
A uerſario tuo ad principem:in via da oper͞a. La titat ĩ hoc loco neſcio quid:& ſecret͞u eſt:ĩ via da operam. Saluator ait. Ego ſum via veritas et vita. Si dederis oper͞a:vt libereris ab aduer ſario:eſto in via. Et cum ſteteris ĩ eo qui dicit ego ſum via:ſtetiſſe n͞o ſufficit: ſed da operam vt libereris ab aduerſario. Niſi em͞ dederis ope r͞a:vt ab aduerſario libereris:quæ te ſequ͞at au ſculta. Trahit te ad iudicem aduerſarius: ſiue princeps c͞u te ſuſceperit ab aduerſario trahit te ad iudicem. Q͞ eleg͞as ſermo trahit: vt oſt͞e dat quod͞a modo retract͞ates et nolentes ad c͞o d͞enation͞e trahi:et ire c͞opelli. Quis em͞ homicida c͞ocito gradu p͞git ad iudicem? quis gaud͞es ad cond͞enationem ſuam ire feſtinat:et n͞o inuit⁹ trahitur:ac repugnans? Scit enim ſe ad hoc ire:vt ſententiam mortis accipiat. Ne for te trahat te ad iudicem. Quiſputas iſte iudex eſt? Ego neſcio alium iudicem niſi d͞nm meum Ieſum Chriſt͞u:de quo alibi dicitur. Et ſtatuet oues a dextris:hœdos aut͞e a ſiniſtris. Et iter͞u Qui confeſſus fuerit me: confitebor et ego e͞u coram patre meo qui ip cœlis eſt. Qui aut͞e ne gauerit me coram hominibus:negabo eum co
B ram patre meo qui in cęlis eſt. Trahat te ad iu dicem:et iudex tradat te exactori. Vnuſquiſq͞ noſtrum per ſingula peccata d͞anum ſuſtinet: et iuxta qualitatem ration͞eq͞ delicti: d͞ani ma gnitudo reputatur. Debeo aliquod de ſcriptu ris afferre teſtimoni͞u ſuper d͞ano:mulctaq͞ pe cunię. Alius d͞anum ſuſtinet quingentor͞u denarior͞u:et debet eos:alius quinquaginta denariis c͞od͞enatur. Quæ ſumma ambob⁹ a cre ditore conceditur. Porro alius:ſicut ſcriptura dicit:oblatus eſt ei vnus qui debebat dec͞e milia talenta:decem milibus talentorum c͞odem natur. Et quid me neceſſe eſt plura perſequi? Vnuſquiſq͞ pro qualitate & qu͞atitate peccati:diuerſam mulctę ſententiam exp͞edit. Si parum eſt q͞d peccas:ferieris d͞ano minuti: vt Lucas ſcripſit:vt vero Matthęus/quadr͞atis. Verumtamen eti͞a neceſſe eſt hoc ipſum q͞d extiti ſti debitor:ſoluere. N͞o em͞ inde exies niſi & mi nima quæq͞ p͞ſolueris. Qui vero fidelis eſt:nul lo d͞ano percutitur:ſed quotidie ditatur. Totus enim m͞udus diuitiarum eius eſt. Infidelis a͞it:nec obol͞u habet. Alius damnatur denario alius mna:alius talento. Eſt quęſitor huius ne C
gotii: qui menſuras vniuerſorum nouerit pec cator͞u. Hoc delict͞u/talento cond͞enatur: illud peccatum/mulct͞a iſtiuſmodi mere͞t. Scriptum eſt enim. Cum autem cœpiſſet facere ration͞e. Supputanda eſt omnibus nobis gratia. N͞o eſt aliud tempus faciendę rationis niſi t͞epus iudicii:qu͞ado liquido cognoſcetur q͞d nobis credit͞u eſt:& q͞d lucri/quid ve detrim͞eti fecerim⁹: Quis noſtrum acceperit mnam:quis vn͞u tal͞e tum:quis duo:quis quinq͞. Neceſſe n͞o eſt plura indicare:c͞u hoc in c͞omune dixiſſe ſufficiat/ reddituros n͞o eſſe rationem:& ſi debitores in u͞enti fuerimus trahi ad iudic͞e: & a iudice/ex actori tradi. Singuli exactores proprios habemus. Omnis vero multitudo:pluribus tradi͞t: ſecund͞u id q͞d in Eſaia ſcript͞u eſt. Populus me us/exactores veſtri ſpoli͞at vos: & qui pot͞etes ſunt dominantur veſtri. Dominan͞t exactores: ſi debuerimus aliquid. Si autem habuerim⁹ fiduci͞a:& fronte libera vixerimus:ſeruabo præ cept͞u libens:reddite omnibus debita: cui tribut͞u tribut͞u:cui timor͞e timor͞e: cui vectigal vectigal:cui honor͞e honorem. Si om͞ibus vniuerſa reddidero:venio ad exactorem,:,& intre pida mente reſpondeo:nihil tibi debeo. Venit exactor ad depoſcend͞u:reſiſto ei. Scio enim q͞ ſi nihil debuero:in me non habet poteſtatem. Q͞ ſi debitor fuero:mittet me exactor meus ĩ carcerem:illo ordine qui prædictus eſt. Aduer ſarius em͞ me ducit ad principem:princeps ad iudic͞e:& iudex tradet me exactori: & exactor mittet in carcerem. Quæ eſt lex carceris iſti⁹? Non egredior ex eo:neq͞ me exactor pati͞t exi re:niſi debitum o͞e perſoluero. Non habet exactor poteſtatem:vt mihi ſaltem quadrantem: vel minimam portion͞e valeat c͞oced ere. Vn⁹ eſt:qui debitoribus non habentibus vnde per ſoluant poteſt concedere. Acceſſit(inquit)ad D
eum vnus qui debebat quing͞etos denarios:& alius quinquaginta. Et cum non haberent d͞n

redderēt:ambobus donauit.Qui donauit:do-
minus eſt.Iſte vero q exactor eſt nō eſt dn̄s:ſed
a dn̄o ad exigenda debita præpoſitꝰ.Nō fuiſti
dignus vt tibi quingenti: ſiue quinquagita de
narii donarēt:nec audire meruiſti dimiſſa ſūt
tibi delicta tua:ſed mitteris ī carcerē: & ibi ex
igeris ꝑ laborē & opa:ſiue per pœnas atq; ſup
plicia : & nō inde exies niſi reddideris quadrā
tē;vel nouiſſimū minutū;qđ græce tenue dici
poteſt.Peccata aūt noſtra:pinguia ſunt. Scri-
bitur enim.Incraſſatū eſt em̄ cor populi huius
Aut comparatione maiori:tenue atq; ſubtile.
Beatus eſt igitur:primū qui nō peccat:ſecūdo
vt in collatione aliquis ſaltē tenue peccatū ha
beat.Et inter ipa quoq; tenuia atq; ſubtilia:eſt
diuerſitas peccatorū.Niſi eſſet pecunia ſubti-
lis:nunq̄ diceretur;non exies inde:donec red-
das nouiſſimū quadrantē. Quomodo ſine pe-
cunia diceret nouiſſimum minutū ; qđ ē dena
rius:ſiue nūmus:ſiue obolus: vel ſtatera. Q; ſi
magnā pecuniā debuerimus:ſicut ille q ſcribit
decem milia talenta debuiſſe: quanto tempore
claudamur:in carcere donec reddamus debitū
non poſſum manifeſte pronuntiare. Si enim q
parum debet : non egreditur niſi exſoluat mi-
nutum quadrantē:vtiq; qui tanto debito fue-
rit obnoxius:infinita ei ad reddendū debitū ſæ
cula numerabunt.Quapropter demus operā:
vt liberemur ab aduerſario dū ſumꝰ in via : &
iūgamur dn̄o Ieſu:cui eſt gloria & imperiū in
ſęcula ſæculorum.Amen.

De eo qđ ſcriptū eſt:Qui voluerit animā ſu
am ſaluare perdet eam.vſq; ad eū locū vbi ait
Regnum dei intra vos eſt. Cap.XVII.

Homilia.XXXVI.

E

QVI quæſierit(inquit)animā
ſuam ſaluare: perdet eā.Et q
perdiderit eam/ſaluabit eā.
Martyres quærunt ſaluare
animā ſuam. Propterea per-
dūt:vt ſaluent eam. Qui ve-
ro volunt ſaluare animam ſuam: vt nō perdāt
eā;hi & corpus/& animā perdūt pariter in ge
hennam. Quāobrē nolite timere eos(ait) qui
pn̄t corpus occidere:ſed timet magis eum qui
pōt animā & corpus perdere in gehennā.Hoc
ad propoſitū:iuxta vires ingenii noſtri breuit
dixerimus. Animalis aūt nō recipit ea q̄ ſunt
ſpiritus:& idcirco ſaluari non poteſt.Seminat
corpus animale:ſurgit corpꝰ ſpiritale. Porro
qui adhæret domio:ſpiritus vnus efficitur.Si
ergo qui domino copulatur cum animalis eſ-
ſet per id in ſpiritalem vertit:& vnus eſt ſpūs
nos quoq; perdamus animā noſtrā:vt adhærē
tes domino in vnum ſpiritum trāſformemur.
Sed & de regno dei interrogatꝰ: reſpondit ſal
uator phariſſęis. Quando venerit:inquit:Nō
venit regnum dei cum obſeruatione: neq; di-
cunt ecce hic:aut ecce ibi.Regnū em̄ dei intra
vos eſt.Non omnibus ſaluator dicit:regnū dei
intra vos eſt:ſiquidem in peccatoribus regnū
peccati ē:& abſq; vlla ambiguitate/ aut regnū
dei in corde noſtro imperat. Vnde ſiue quę fa
cimus:ſiue quæ loquimur:ſiue quæ cogitamꝰ
contemplemur attētius:& tūc videbimꝰ vtrū
dei imperiū regnet in nobis:an īperiū delicto-
rū.Quā diuerſitatē ſciens eſſe apoſtolus:quoſ
dam cōmonet dicens. Non regnet peccatū in
mortali veſtro corpore.Si quis noſtrum deſy-
derat regnū dei:regnatur ab eo.Si quis auari-
tię ardore cruciatur:regnatur auaritia.Porro
q iniuſtitiā reginā habet:regnatur ab ea. Qui
vanę glię ambitiōe ſuſtollit:regnat ei aura po
pularis.Qui mœret:q aliquid reformidat : qui
amat:q deſyderat:īperant ei ſingula:ꝑut ꝑtur
bationibus variis poſſidetur.Quæ omnia co-
gnoſcentes: q̄ multa ſint genera regnorum:
ſurgamus/precemurq; deum: vt auferat a no
bis regnū inimici:& poſſimꝰ ſub regno eē dei
om̄ipotentis:id eſt ſub regno ſapiētiæ: pacis:
iuſtitiæ:veritatis:quæ cūcta in vnigenito dei
filio intelliguntur:cui eſt gloria & imperiū in
ſæcula ſæculorū.Amen.

De eo q; a diſcipulis pullus aſinæ ſolutus
eſt. Cap.XIX.

Homilia.XXXVII.

LEctum eſt in euangelio ſecū F
dū Lucam:quomodo cum ve
niſſet Saluator Bethphage:
& Bethaniam iuxta mōtem
oliueti: miſerit duos e diſci-
pulis ſuis : vt ſoluerent pul-
lum aſinę qui vinctꝰ erat : &
ſuper quem nullus hominum aliquando ſede
rat.Quod quidem mihi videtur magis ad al-
tiorem intelligentiam : q̄ ad ſimplicem hiſto-
riam pertinere.Aſinus vinctꝰ erat. Vbinam?
Cōtra bethphage:& bethaniam.E qbus betha
nia interpretat domus obediētiæ : bethphage
vero domꝰ maxillarum: ſacerdotalis quidam
locus.Maxillę enim ſacerdotibꝰ dabant:ſicut ī
lege pręcipitur.Illuc ergo vbi obediētia:vbi lo
cus ſacerdotibus mancipatus: mittit ſaluator
diſcipulos ſuos:vt ſoluāt pullū aſinę ſuꝑ quem
nullus hoīm aliqn̄ ſederat. Porro qd aliud ſu-
per aſinum ſedere poteſt abſq; homine? Volo

paulisper exẽplũ ſumere:vt qđ dicturus ſum:
poſſit intelligi.Scriptũ eſt in Eſaia. Viſio qua
drupedũ in tribulatiõe/& anguſtia: & reliqua
vſq; ad eum locũ vbi ait.Non ꝓderunt eis di-
uitię aſpidum.Vnuſquiſq; noſtrũ conſyderet
quãtas opes aſpidum ante portauerit:quãtas
diuitias beſtiarũ:& qũo nũq̃ rationabil' homo
ſederit ſuper aſinum noſtrũ:nõ ſermo Moyſi:
non Eſaiæ:non Hieremiæ:nec reliquorũ oĩm
prophetarum:& videbit tũc ſediſſe ſuper nos
ſermonem dei : atq; rationem : quando venit
domin⁹ Ieſus:& præcepit diſcipulis ſuis:vt eũ
tes ſoluerent pullũ aſinę qui prius vinctus fue
rat:vt liber incederet. Solutus itaq; pullus aſi
næ adducitur ad Ieſum:ad cui⁹ ſolutionẽ mit
A tens diſcipulos dixerat. Siquis vos interroga
uerit quare ſoluitis pullum: dicite ei quia do-
minus neceſſarium illũ habet. Multi erant do
mini hui⁹ pulli: anteq̃ ſaluator eũ haberet ne
ceſſarium.Poſtq̃ vero ille cœpit eſſe dñs : plu-
res dñi eſſe ceſſauerunt.Nemo em̃ poteſt deo
ſeruire:& mãmonę.Quando malitię ſeruieri-
mus:multis ſumus paſſionibus/vitiiſq; ſubie-
cti.Soluitur ergo pullus : quia dñs neceſſariũ
eum habet.Vos eſtis pullus aſinę.Quid veſtri
filius dei neceſſarium habet?quid a vobis expe
tit? Salute veſtra opus habet : cupit vos ſolui
vinculis peccatorũ.Deinde mittunt diſcipuli
B veſtes ſuas ſuper aſinum:& ſedere faciũt ſalua
torẽ.Aſſumũt ſermonem dei : & imponunt eũ
ſuper animas auditorum.Veſtibus exuuntur
ſuſternũt eas in via.Super nos ſunt veſtimen-
ta apoſtolorũ.Opera eorum bona:ornamenta
noſtra ſũt.Volũt apoſtoli indumẽta ſua calca
ri a nobis. Et reuera ſolutus a diſcipulis aſin⁹
& portans Ieſum incedit ſuper veſtimẽta apo
ſtolorum:quãdo doctrinam eorũ imitatur: &
vitam.Quis noſtrũ ita beatus eſt: vt ſedeat ſu
per illum Ieſus? Qui q̃diu in monte fuit cum
ſuis apoſtolis morabatur: quando vero cœpit
vicinus eſſe deſcẽſui : tũ occurrit ei turba po-
pulorum.Si non veniſſet ad deſcẽſum:nõ ei po
terat occurrere multitudo.Deſcendit:ſeditq;
ſuper pullum aſinę:& omnis populus voce cõ
ſona laudabat deũ.Qđ Phariſęi videtes dice
bãt dño.Increpa eos.Quibus ille reſpondit.Si
iſti tacuerit:lapides clamabũt.Quãdo nos lo-
qmur:lapides ſilẽt:qñ nos tacem⁹: lapides cla
mãt.Poteſt em̃ dñs de lapidibus iſtis ſuſcitare
filios Abrahæ.Quo tẽpore nos tacebim⁹?Qñ
refrixerit charitas multoꝝ:qñ illđ qđ a ſalua-
tore p̃dicatũ eſt fuerit impletũ.Putas veniens
fili⁹ hominis iueniet fidẽ ſup terrã? Propterea
dñi miſericordiã depcemur ne nobis tacenti-
b⁹ lapides clamitẽt:ſed loquamur:& laudem⁹
deũ ĩ patre:& filio:& ſpiritu ſancto:cui eſt glo
ria:& imperium in ſæcula ſæculorum.Amen.

De eo qđ ſcriptũ eſt. Cũ aũt appropĩq̃ſſet
vidit ciuitatẽ : & fleuit ſup eã . vſq; ad eũ locũ
vbi ait.Eiecit omnes vendentes columbas.

Cap.XIX.

Homilia.XXXVIII.

CVm appropiquaſſet Hieru
ſalẽ dñs nr̃:vidẽs eã fleuit:& C
dixit. Si cognoſceres & tu ĩ
die iſta quę ad pacem ſunt ti
bi:nunc autẽ abſcõdita ſunt
ab oculis tuis : quoniam ve-
nient dies ſuper te:& circundabunt te inimici
tui vallo.Sacramenta ſunt quæ dicunt̃: & ſpe
ramus pãdẽte deo aperiri poſſe qđ latitat. Pri
mũ ergo:de fletu eius videdũ.Oĩes beatitu-
dines quas locutus eſt in euãgelio Ieſus/ſuo fir
mat exẽplo:& qđ docuit pro teſtimonio ꝓbat.
Beati(inqt)mites. Huic ſimile ẽ de ſemetipſo
Diſcite a me:quoniã mitis ſum.Beati pacifici.
Et qs alius ita pacificus:vt dñs me⁹ Ieſus:qui
eſt pax nr̃a:qui ſoluit iimicitiã:& in ſua eã car
ne deſtruxit?Beati qui perſecutiõem patiunt̃
ꝓpter iuſtitiam.Nemo ſic ꝑſecutionẽ paſſus ẽ
ꝓpter iuſtitiam:vt dñs Ieſus:qui pro peccatis
noſtris crucifixus eſt.Oĩs igitur beatitudies
in ſemetipſo dñs oſtẽdit.Ad quã ſimilitudinẽ
etiam illud qđ dixerat Beati flẽtes/ipſe fleuit:
vt huius quoq; beatitudinis iaceret fundamẽ-
ta.Fleuit aũt ſuper Hieruſalẽ dicẽs. Si cogno- D
uiſſes & tu in die iſta quę ad pacẽ ſunt tibi:nũc
aũt abſcõdita ſunt ab oculis tuis:& reliqua:vſ
q; ad eũ locũ vbi ait:eo ꝙ nõ cognoueris tẽpus
viſitationis tuę.Dicat aliquis auditorũ.Mani
feſta ſunt quæ dicunt̃:& opere cõpleta de Hie
ruſalem.Circũdedit em̃ eã romanus exercit⁹
& ad iternicionẽ vſq; vaſtauit : tẽpuſq; veniet
quãdo lapis ſup lapidem nõ relinquetur ſuper
eam.Nõ nego & illam qdem Hieruſalem pro-
pter habitatorũ ſcelera fuiſſe deſtructã : ſed q̃
ro ſi & ad hanc noſtrã Hieruſalẽ fletus iſte pti
neat.Nos em̃ ſumus Hieruſalem q̃ deflet̃:qui
nobis videmur intuitum habere maiorẽ.Qꝫ ſi
poſt myſteria veritatis:poſt ſermonem euãge
lii:poſt doctrinã eccleſię:poſt viſionẽ ſacramẽ-
torum dei:aliquis e nobis peccauerit:plangit̃:
atq; fletur.Nemo enim gentilis fletur:ſed ille
qui fuit de Hieruſalẽ:ꝙ poſt peccata circũdẽt
eã inimici: contrarię videlicet fortitudies: ſpi
rit⁹ nequã:& imittant ĩ circuitu eius vallũ: &
obſideãt eã:& lapidẽ ſuper lapidẽ nõ relinquãt:
maxĩe ſi poſt multã cõtinẽtiã:poſt aliquot an-
nos caſtitat[vict⁹ qs fuerit:blãdimẽtiſq; carnis

illectus:patiẽtiã:pudicitiamq; amiſerit. Si fue
ris fornicatus:lapidem ſuper lapidem non re-
linquent ſup te. Ait eñ in alio loco. Non recor
dabor priorũ iuſtitiarũ eius:in peccato ſuo in
quo deprehẽſus fuerit:in ipo iudicabo eũ. Hęc
eſt ergo quę defletur Hieruſalem. Poſtq; dicit:
E Ingreſſus eſt templum. Qđ cũ fuiſſet igreſſus
eiecit eos qui vændebant columbas. Non eie-
cit emẽtes. Qui enim emũt: & qđ emerit poſſi
dẽt. Illos eiecit de templo patris Ieſus:qui væn
dũt: & abiiciunt qđ habuerant:in ſimilitudinẽ
illius luxurioſi filii:qui ſubſtantiam ſuam acce
pit a patre:& vniuerſa perdidit nimie potãdo
Si quis ergo vęndit eiicitur:præcipue ſi vẽde-
bat columbas. Quare alias aues nõ poſuit niſi
columbas? Hoc animal ſimplex eſt : & decorũ.
Vereor ne & in nobis vitiũ iſtiuſmodi depre
hẽdatur. Si eñ ea quæ mihi a ſancto ſpiritu re
uelata ſunt: & credita: vt in vulgus efferrem:
pretio vẽdidero: & abſq; mercede nõ docuero
quid aliud facio niſi columbas / id eſt ſpũm ſan
ctum vændo? Quẽ cũ vẽdidero :eiicior de tem
plo dei. Quapropter rogemus dñm:vt omnes
emamus potius q̃ vęndamus. Si eñ non vęn-
diderimus:cognoſcimus:& intelligimus ſalu
tem noſtram : alioquin inimici circũdabũt vr
bem noſtrã. Q; ſi ſemel nos exercitus hoſtilis
F cinxerit:lachrymas dei non merebimur. Sur-
gamus ergo diluculo : & obſecremus dñm:vt
ſaltem micas quæ de mẽſa eius cadũt comede
re poſſim⁹. Miratur ſcriptura reginã Sabave
niſſe ab extremo terræ audire ſapiẽtiam Salo
monis. Quæ cum vidiſſet prãdiũ/ & ſupellecti
lem / & miniſteria domus eius:obſtupuit:& to
ta in miraculo fuit. Nos ſi tantas dñi nři opes:
tantam ſermonis ſupellectilem & abũdantiam
doctrinarum nõ libenter amplectimur : ſi non
comedimus panem vitæ:ſi non carnibus Chri
ſti veſcimur:& cruore potamur:ſi contẽnim⁹
dapes ſaluatoris noſtri:ſcire debemus q̃ habe
at deus:& benignitatem:& ſeueritatẽ. E qui-
bus benignitatem eius magis orare debemus:
in Chriſto Ieſu domino noſtro : Cui eſt gl'ia &
imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

De quæſtione Saduceorũ quã propoſuerãt
dño:mulieris eius q̃ ſeptẽ viros habuit. Et rur
ſus de denario quẽ ſibi ſaluator iuſſit oſtendi.
Cap. XX. Homilia. XXXIX.

G EST hęreſis in Iudæis quę di
citur Saduceorũ. Hęc reſur
rectionẽ mortuorum negat:
& putat animam interire cũ
corpore:nec poſt mortem vl
tra reſpirare. Igitur quæſtio
nẽ domino proponẽtes:con-
poſuerunt fabulam mulieris ſeptem virorum
quæ poſt primum virum ad reſuſcitandum ſe
mẽ prioris alterum duxerit. Quo mortuo / ter
tium quoq;:& rurſum quartũ: atq; in hũc mo
dum ad ſeptimum vſq; peruenerat. Quęritur
ergo in reſurrectione mortuorum quis eam ſi
bi e ſeptem fratrib⁹ ſit vendicaturus vxorem.
Hoc autem problema inſidiantes verbis ſalua
toris eo tempore propoſuerũt:quo eum vide-
rant de reſurrectione docere diſcipulos. Qui-
bus reſpondens ſaluator:ait. Erratis: neſcien-
tes ſcripturas:neq; virtutem dei. In reſurrecti
one enim mortuorum:neq; nubẽt:neq; nuben
tur:ſed erunt ſicut angeli in cœlis. Qui erunt
ſicut angeli:vtiq; angeli erunt. Simulq; diſcẽ-
dum:q̃ angeli cõnubia non habeant. Hic vero
vbi mors : & nuptiæ / & liberi neceſſarii ſunt.
Vbi immortales:nec coniugio opus eſt:nec fi-
liis. Proponam mihi quæſtionem valde mole-
ſtam:& quæ non facile ſoluitur:ex perſona eo H
rum qui ſtudioſiſſimi ſcripturarũ ſunt : & die
ac nocte meditãt̃ in lege domini. Vbi inquiũt
ſcriptũ eſt:quia neq; nubẽt: neq; nubent? Tam
vetus q̃ nouum teſtamentũ memoria ac men-
te perluſtrãs:nuſq̃ memini tale quid relatum.
Qđ ſi forte me fallit:qui plus nouit doceat. Li
benter diſco:qđ neſcio. Sed quantum ego æſti
mo:nec in veteri:nec in nouo inſtrumẽto quic
q̃ tale reperiet. Omnis ergo eorum error / de
prophetica quã non intelligũt lectiõe ſurrexit
E quibus illud eſt in Eſaia. Lecti mei: non habe
bunt liberos in maledictionem. Et in deutero
nomio in benedictionibus:Benedicti filii vte-
ri tui. Et putant hæc futura in reſurrectione:
nõ intelligẽtes ſpiritales benedictiões eſſe præ
dictas. Paulus enim vas electionis omnes has
benedictiones quæ ponuntur in lege ſpiritali-
ter interpretans:& ſciens non eſſe carnales:ad
epheſios loquitur. Benedictus de⁹ & pater do
mini noſtri Ieſu Chriſti:q benedixit nos in om
ni benedictiõe ſpiritali: cum a mortuis reſur-
gentes æternam beatitudinẽ conſequeremur.
Sed & in pſalmis ſimile quid reperientes : eo-
dem labuntur errore. Vxor (inquit) tua ſicut
vitis abundãs in lateribus domus tuæ:filii tui
ſicut nouellę oliuarũ in circuitu mẽſę tuę. vſq;
ad eũ locũ vbi ait: Benedicat te dñs ex ſion: &
videas q̃ bona ſunt Hieruſalẽ. Ergo cũ iſtructa
fuerit Hieruſalẽ & iſtaurata in antiquũ ſtatũ:
tunc viſurus eſt bona quæ ſcriptura cõmemo
rat. Qui ſpiritaliter intelligũt Hieruſalẽ:& de
ea dici ſciũt quæ cœleſtis eſt : quæ ſurſum eſt:
quæ eſt mater noſtra: videbunt bona illius de
quibus ſæpe diximus:& id qđ nunc de pſalmo
poſuimus : Vxor tua ſicut vitis abũdans in la

teribus domus tuę: filii tui ſicut nouellę oliua rum in circuitu menſę tuę. Quę omnia corpo raliter intelligentibus Saduceis qui erant por tio iudæorũ: dicit Saluator. Neſcitis ſcriptu ras: neq; virtutem dei. Hæc de quæſtione quã Saducei domino ꝓpoſuerũt: breuit dicta ſint.
A Porro quia adiectum eſt de imagine Cæſaris: etiam ſuper hoc debemus pauca perſtringere. Putant quidam a ſaluatore dictum eſſe ſimpli citer: Reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari: id ẽ tri butum reddite qđ debetis. Quis enim noſtrũ de tributis reddendis Cæſari cõtradicit? Ha bet igiť locus quiddã myſtici: atq; ſecreti. Duę ſunt imagines hoĩs: vna quam accepit a deo fa ctus in principio: ſicut in geneſi ſcriptũ eſt: iu xta imaginẽ & ſiĺitudinem dei: altera choici. i. terreni: poſteaq̃ ꝓpter inobediẽtiã: atq; pecca tũ eiect⁹ de paradiſo aſſumpſit eam: pricipis ſę culi huius ſuaſus illecebris. Sicut enim num mus: atq; denarius habet imaginem imperato rum mũdi: ſic qui facit opera rectoris tenebra rum iſtarum: portat imaginem eius cuius ha bet opera. Quã præcepit Ieſus eſſe reddẽdam: & proiiciendam de vultu noſtro: aſſumẽdam q; eam imaginem: iuxta quam a principio ad ſimilitudinem dei conditi ſumus. Atq; ita fit: vt quæ Cęſaris ſunt Cæſari: & q̃ dei: reddam⁹
B deo. Oſtendite (inquit) mihi nummum. Pro quo: in Matthęo ſcribitur denarius. Quem cũ accepiſſet: ait. Cuius ſcriptiõem habet? Qui re ſpondentes: dixerũt. Cęſaris. Ad quos rurſum Reddite ergo (inquit) quæ ſunt Cæſaris Cæ ſari: & quæ ſunt dei deo. Quorum conſequen tiam & Paulus locutus eſt dicens. Sicut porta uim⁹ imaginem choici: portemus & imaginẽ cœleſtis. Quod ergo ait. Reddite quæ ſunt Cę ſaris Cæſari: hoc dicit. Deponite pſonam cho ici: abiicite imaginem terrenam: vt poſſitis vobis perſonam cœleſtis imponentes: redde C
re quæ ſunt dei deo. Repetit nos deus. Quid nam repetit? Lege Moyſem. Et nunc quid do minus repetit a te? Et reliqua quæ ſequũtur. Poſtulat igitur a nobis de⁹: & deprecatur: nõ quia neceſſariũ habet aliquid vt ei tribuamus Poſtulat: vt poſtq̃ ei dederimus: id ipſum tri buat in ſalutem. Quod vt manifeſtius fiat: po nam parabolã mnarum. Qui vnam acceperat mnam: & fecerat decẽ: & obtulit dño a quo ſi bi credita mna fuerat: accepit & aliam quam antea non habebat. Illius enim mnam qui non multiplicauerat qđ accepit: iubet dominus au ferri: & dari ei qui alias habet. Tollite (ĩquit) mnam: & date ei qui habet decem mnas. Atq; D
in hunc modum quæ dederimus deo: nobis ea ipſa reſtituet: cum his quæ ante non habuera mus. Exigit et poſtulat a nobis de⁹: vt habeat occaſionem donãdi: vt ipſi tribuat qui eroga uit. Ipſius enim gratia duplicata eſt mna: & di gnis quibuſq; plus datum eſt q̃ ſperabãt. Qua propter ſurgẽtes oremus deũ vt digniſimus offerre ei munera quæ nobis reſtituat: & ꝓ ter renis cęleſtia largiatur: in Chriſto Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

Explicit egregia interpretatio euangelii Lucæ authore Adamã tio Origene: quã æmuli variis er roribus prophanare auſi ſunt.

ppp. v

Sequũtur nonnullę Homiliæ Adamantii Origenis: quas ex variis locis in vnum recollegimus.

IN illo tempore. Cum eēt deſpōſata mater Ieſu Maria Ioſeph: anteq̄ cōuenirent inuēta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Et reliqua.

Matthæi Cap. I.

Homilia. I.

A QVę fuit neceſſitas vt deſponſata eēt Maria Ioſeph: niſi ꝑpterea: q̄tinꝰ hoc ſacramentum diabolo celaretur: & ille malignꝰ fraudis cōmenta aduerſus deſpōſatam virginem nulla penitus īueniret? Vel ideo fuerat deſponſata Ioſeph: vt nato infanti: vel ipſi Mariæ curā videretur gerere Ioſeph: ſiue in ęgyptum tranſiens: ſiue inde denuo veniēs. Ideo deſponſata fuit Ioſeph: non tamen in concupiſcentia iuncta. Mater inquit eius. Mater immaculata: mater incorrupta: mater intacta Mater eius. Cuiꝰ eius? mater dei vnigeniti domini & regis omniũ: plaſmatoris & creatoris cunctorum. Illius qui in excelſis ſine matre: & in terra eſt ſine patre. Ipſius qui in cœlis ſecundum deitatem in ſinu eſt patris: & in terris ſecundum corporis ſuſceptionem in ſinu eſt matris. O magnæ admirationis gratia. O inenarrabilis ſuauitas. O ineffabile: magnumq̧ ſacramentum. Ipſa eademq̧ virgo: ipſa & mater domini: ipſa & genitrix: ipſa eius ancilla: plaſmatio eius: ipſa q̄ genuit. Quis vnq̄ iſta audiuit?
B Quis vidit talia? Et q̄s cogitare potuit: vt mater virgo eſſet: & intacta generaret: quę & virgo permanſit: & genuit? Sicut em̄ quōdam rubus comburi videbatur: & ignis eum non tangebat: & ſicut tres pueri ī camino ignis incluſi habebātur: & tamē eos non lędebat incēdiũ: nec odor fumi erat in eis: vel quemadmodum Danieli intra lacum leonum incluſo / clauſtris non apertis allatum eſt prandium ab Abacuc: ita & hæc virgo ſancta genuit deum: ſed intacta permanſit. Mater effecta eſt: ſed virginitatem non amiſit. Genuit infantem: & vt dictũ eſt virgo permāſit. Virgo ergo genuit: & virgo permanſit. Mater filii facta eſt: & caſtitatis ſigillum non perdidit. Quare? quia non homo iſte tantum qui videbatur: ſed vnigenitꝰ erat deꝰ qui in carne aduenerat. Nec ſubito carnaliter genitꝰ eſt. Sed perfecta deitas in corpore venit. Ergo integer iſte: & indiuiſus deus ī humano adueniens vel genitꝰ eſt corpore: quiq̧ deus & dominus / figuram ſerui ſuſcepit. Nō eī C pars vnigeniti venit in corpore: nec ſe ipſe diuiſit vt dimidius eſſet apud patrem: & dimidius eſſet in virgine: ſed totꝰ apud patrem: totus in virgine: totus in ſinu patris: totus in humano corpore: non relinquens ſuperiora venit quærere terrena: quæ in cœlis ſunt conſeruans: & quæ in terra ſunt ſaluans: vbiq̧ omnipotēs: in ſanctis ſuis indiuiſus: hic ſanctus vnigenitus deus. Si enim hoc verbum humanum & corporale immiſſum in aures plurimorum nō diuidit̄ per ſingulos: vt pars in alio: & pars ſit iterum in alio: ſed in omnibus integrum: & plenum habetur: vt in vnoquoq̧ totũ ſit: quāto magis verbum vnigenitus vbiq̧ totus eſt & in cælo: & in terra: & apud patrem: & in virgine: & non diuiditur (vt dictũ eſt) neq̧ ſcinditur: neq̧ in partes efficitur: ſed totum totus tenet: totum implet: totum illuſtrat: & poſſidet? Huius itaq̧ vnigeniti dei dicitur hæc mater virgo Maria. Digna digni: immaculata ſācti immaculati: vna vniꝰ: vnica vnici. Nec em̄ alter vnigenitꝰ ſuper terrā venit: aut alia virgo vnigenitum genuit. In omnibus his quę dicta ſunt deſponſata legitur mater eius Maria Et ait: inuenta eſt in vtero habens. Cui inuenta: aut a quo inuenta eſt? Primo ab angelis cuſtodientibus eam: protegentibus eam: conſeruantibus eam: vel eius beatiſſimam animā: ad D honorē illius qui ab ipſa generandus erat. Deinde inuenta non incōgrue putatur ab ipſo beato Ioſeph ſancto & iuſto: qui pene licētia maritali licet eam nō contingeret: futuræ tamē vt putabatur vxoris oīa nouerat. Ioſeph aũt vir eius (inquit) cũ eſſet homo iuſtus: & nollet eā traducere. Virũ eum appellauit cōtra Iudęoꝝ prauitatē: vt aduerſus virginē nō ſęuirēt. Propterea & deſpōſata fuit ipſi Ioſeph: vt ſupra dictũ eſt. Si em̄ non fuiſſet deſpōſata Ioſeph: omnium bonorũ increduli: & inimici iudæi lapidibꝰ eam occidiſſent. Ideo virum eiꝰ hic eũ euāgeliſta appellauit. Ioſeph vir eiꝰ cũ eſſet hō iuſtus. Iuſtus aũt in verbo: iuſtus in facto: iuſtꝰ ī lege: iuſtꝰ in cōſummatione: iuſtꝰ ī iudicio grę Iuſtꝰ itaq̧ cũ fuiſſet: & nollet eā traducere: voluit occulte eā dimittere. Noluit eam traducere: noluit eā accipere: noluit eā male diffamare: ſed voluit eā occulte dimittere. Occulte a ſe dimittere volebat: ſicut māſuetꝰ: ſicut piꝰ: ſicut miſericors. Talis ergo cũ eſſet Ioſeph co E gitabat eam occulte dimittere. Hæc inquit co

cogitante. Quærendū eſt nobis: nunqd cogitauerit vt occulte eā dimitteret: & ſi cogitabat vt eam dimitteret: & ſi ita ſuſpitionē in eā habebat: quomō iuſtus erat. Si ergo non eſt ſuſpicatus: vel tale aliquid cogitauit: cur eā dimittere volebat: vt immaculatam: & ſanctā vellet dimittere. Iniuſtum eñ & hoc erat. Sed ſimplicitatem ſenſus audi hu⁹ orationis. Iuſt⁹ erat Ioſeph: & illa virgo īmaculata erat. Sed ideo eā dimittere volebat: qm̄ virtutem myſterii & ſacramentū quoddā magnificū in eadē cognoſcebat: cui approximare ſe indignū ęſtimabat. Ergo humilians ſe ante tātam & tā ineffabilē rem quærebat ſe lōge facere. Sicut & beat⁹ Petrus dn̄o ſe humilians aiebat: Recede a me domine qm̄ ego peccator ſum. vel ſicut ille centurio ad eundem dominū mittēs dicebat. Nō ſum dignus vt intres ſub tectum meū: quia neq; meipſum dignum ęſtimaui ad te venire. vel ſicut ſancta Elizabeth ad ipam beatā Mariā locuta eſt dicēs: Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Sic & Ioſeph iuſte ſe humilians ſeſe in oībus cauebat: & timebat ſibimet ipſius tantæ ſanctitatis cōiunctionem adhibere. Idcirco occulte volebat eam dimittere Dimittam eā dicēs: & a me longe faciam eam: & a cognitione mea. Maior eſt enim ei⁹ dignitas: ſuperexcellit eius ſanctitas: nec meæ congruit indignitati. ideo volebat occulte dimittere eam. Hæc ergo eo cogitante angelus domini per viſum apparuit illi dicens. Quid dubitas o Ioſeph? Quid imprudenter cogitas? Quare irrationabiliter meditaris? Deus eſt enim qui generatur: virgo quæ generat. Huius generationis miniſter es: & non largitor: ſeruus: & non dominus: mancipium: & non plaſmator. Propterea miniſtra: ſerua: cuſtodi: fer curam. Intēde & huic qui naſcitur: & huic quæ generat. Etēm ſi tibi vxor nominaṫ: ſi de-
B ſponſata tibi eſſe dicitur: non tamen tibi vxor eſt: ſed dei vnigeniti electa mater eſt. Propterea Ioſeph fili Dauid. q has ꝓmiſſiones accepit cui iſta fidelia data ſunt teſtamēta. Ioſeph fili Dauid: non tantū ſecundū carnē: ſed & ſecundum ſpiritum. Ioſeph fili Dauid. Si eñ fili⁹ Dauid: iuſte & hæres eius tanq̄ filius patris. Ideo in hæreditatē accipe ea q̄ illi ꝓmiſſa ſunt teſtamenta fidelia. Ioſeph fili Dauid ne timueris accipere Mariam cōiugem tuā. Ne timueris: ne trepidaueris: ne cōturberis: ſed ſecurus: & intrepidus accipe eam ſecundū legis præceptū vxorē tibi noīatam: ſed ſecundū nuptiarū conſuetudinē: & coniūctionem longe alienam. Accipe ergo eam ſicut cōmendatum cœleſtē theſaurū: deitatis diuitias: ſicut pleniſſimam ſanctitatem: ſicut perfectam iuſtitiam. Accipe eā ſicut vnigeniti manſionē: ſicut honorabile tēplum: ſicut domum dei: ſicut creatoris omniū propriā: ſicut regis cœleſtis ſponſi domū īma C
culatam. Ita ergo Ioſeph fili Dauid: ne timeas accipere eam tibi cōmendatā: tuæ religioſitati creditā. Serua: fer curā: attēde: fugiens ab herode duc ī ægyptū: iterq; remeatur⁹ poſt Herodis mortem: deduc ī terrā Iſrael. Ne timueris accipere Mariā cōiugem tuā. Cōiugē audiens nec expaueſcas: nō conturberis: nec tu: neq; qſq̄ ſequentiū vſq; in cōſummationē ſæculi. Cōiugem eam dico propterea vt diabolo virginitatem eius occultē: & vt Iudæorū prauitatē excludam: atq; deiiciam: vt legis inſtituta nō deſtruam. Et in conſequentibus demonſtrabo ꝙ iſta nec tua cōiunx ſecundū cōſuetudinē cōiugii habeatur: nec iſte qui generatur tuus fi- D
lius eſſe credaṫ. Qđ enim ex ea naſcetur de ſpiritu ſancto eſt. Quia ſcilicet cooperator hui⁹ natiuitatis ſpiritus ſanctus eſt. Nā vnigenit⁹ filius qui ante ſęcula ineffabiliter ex ſolo patre natus eſt: iā ſæculi propinquante fine ex volūtate patris in humano corpore ſancto cooperāte ſpiritu inter hoīes venit. Iſte eſt de quo ſcriptura pronūtiauit dicēs. Puer nat⁹ eſt nobis: & filius dat⁹ eſt nobis. Patris etēm vnigenit⁹ filius ex virgine generat⁹ eſt: vt illam virginē priorem Euam quæ ceciderat iterum renouaret: atq; erigeret: et qui per prauam voluntatem filii effecti fuerant diaboli: per adoptionē gratiæ filios efficeret dei. Pariet (inquit) filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Virgo generat: & tu hunc genitum vocabis Ieſum: quod interpretatur ſaluator. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Vocabis ait nomen eius. Hoc quod ante fuit: quod ante ſęcula nominatum eſt. Non tu ei nomen pones: nec ex te ei vocabulum conſtitues: ſed nomina: & voca exultando Ieſum: id eſt ſaluatorem. Saluatorem eum eſſe teſtare: neq; ex tempore cœpiſſe ſaluare: ſed iam antiquiſſimum Saluatorem. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Duo enim per hoc verbum præclara deſignantur: ꝙ & deus fuerit: & dominus prius ante incarnationem Chriſtus: & ꝙ populus eius ab ipſo ſaluandus iam tunc annuntiabatur. Et ideo dictum eſt: Ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum: vt vere deus. Dei enim virtutis eſt a peccato ſaluare: vel peccata dimittere. Iſte ergo filius dei habens populum ſuum ipſum venit (vt dictum eſt) a peccatis liberare: atq; ſaluare: ſiue ex Iudæis: ſiue ex gentib⁹. De quo iam ipſe per prophetam fuerat locut⁹

dicens.Dominus dixit ad me:filius meꝰes tu:
ego hodie genui te.Pete a me & dabo tibi gen
tes hæreditatem tuam:& poſſeſſionem tuam
terminos terrę.Ipſe ſaluabit populum ſuum a
peccatis eorum:ſanguine videlicet ſuo cũctos
redimens:morte ſua de mortis eos liberãs po
teſtate.Ipſe ſaluabit hoc eſt erit ſaluator omni
um hominum fidelium:atq; credentium.Hoc
autem totum factum eſt.Quia totum hoc:per
vnigeniti deſcenſionem. Hoc de iſta domini
incarnatione. Hoc de angeli ad virginem de-
ſtinatione.Hoc de ipſius virginis deſponſatio
ne:vel caſtitate. Hoc enim totum factum eſt
ad totius mundi ſalutem. Hoc totum factum
D eſt:vt vnum compleretur: vt vnum conſum-
maretur.Quid illud? Q; virgo genuit.Q; vir
go permanſit.Q; mater fuit: & intacta virgo
perſeuerauit.Ecce virgo in vtero accipiet.Au
dite quid dicit omnes filię Eug.Audite omnes
vos qui hæreditatem doloris: & triſtitiæ poſt
illam & ex illius condemnatione ſumpſiſtis.
Vos quę in triſtitia generatis filios:vel magis
vos quæ concupiſcentiam corruptibilem non
timuiſtis:Audite:& lętamini:audite: & conſo
lamini.Audite ꝙ virgo in vtero accipiet.Nõ
ex deſyderio partum concipiens:quę neq; per
ſuaſione ſerpentis decepta eſt; neq; eius affla-
tibus venenoſis infecta:ſed virgo in vtero ac-
cipiet prædicationem angeli ſuſcipiens: pro-
phetarum teſtimonia aſſumens.Virgo in vte
ro accipiet:vt deum dignanter incarnatum
ad mundi pariat ſalutem.Ecce inquit. Hoc ip
ſum qđ dicit:Ecce:admirantis eſt tanti myſte
rii magnitudinem: vt omnes velut de ſomno
ſuſcitans ad hoc dictum euigilet. Ecce virgo
(dicit) in vtero accipiet & pariet filium. Ad
colligandum fortem armatum: ad conculcan
E dum ſerpentis impii caput:ad cõterendas vi-
res eius:ad prædam eius diripiendam:adq; ca
ptiuitatem ſui populi conuertendam. Pariet
filium:ad denuo reparandũ Adam. Ad inobe
dientiam Eug per Mariæ obedientiam exclu-
dendam.Ad erigendum iacentium genus:qđ
per mulieris temerariam credulitatem fuerat
ante deiectum.Et vocabunt nomen eius Ema
nuel:qđ eſt interpretatum nobiſcũ deus. Vo-
cant nomen eius prius angeli pſallentes ĩ eius
generatione atq; gaudentes ſicut deum omni
um & regem pacis ad homines veniẽtem.De
inde apoſtoli vnigeniti dei dominationem at-
q; virtutem omnibus gentibus prædicantes.
Adhuc & ſancti martyres contra ignes & gla
dios vſq; ad mortẽ reſiſtẽtes. Deĩde cũcti cre-
dentes: hoc ipſum nomen vſq; ad conſum-ma-
tionem ſæculi memorantes:atq; laudantes.Et
vocabunt nomen eiꝰ Emanuel:qđ eſt interpre
tatum nobiſcum deus. Qui vocabũt:niſi iuſti
quorum vocabitur interea nomen nouum:nõ
ſicut prius in figuris:& in imaginibus: ſed fa-
cie ad faciem apparentem nobiſcũ deus? Abra
hæ patri credẽtiũ tribus horis temporis: licet
non per ipſam ineffabilem deitatis ſubſtantiã
ſed potius per angelicã ſpeciẽ a meridie viſus
eſt:nobis trigita tribꝰ annis in terra apparuit
& cum hominibus conuerſari dignatus eſt.Ia
cob etiam breui tẽpore per angelũ nihilomi-
nus apparuit colluctans cũ eo:quiq; ſe ab eo ſu
perari permiſit:vt hunc mundicordẽ merito
bñdiceret:atq; Iſrael nominaret. Nobiſcũ deꝰ
amplius magis pro nobis magnificum certa-
men adimplens:vſq; ad mortem accedens: vt
morte ſua mortem occideret: & benedictionẽ
atq; immortalitatem mundo corde populo cõ
donaret:qui fiducialiter dicit nobiſcum deus
Per euangeliſtarum: & apoſtolorum prædica
tionem:per ſui ſancti corporis & ſanguinis ſa-
cramentum:per glorioſę crucis ſignaculum:
per iſta ergo omnino nobiſcum deꝰ: & ad nos
atq; in nobis:ſicut ipſe ait. Ecce ego vobiſcum
ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationẽ
ſæculi.Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit:
& regnat in ſæcula ſæculorum.Amen.

IN principio erat verbũ
& verbũ erat apđ deũ:
& deus erat verbũ.Hoc
erat ĩ prĩcipio apud de-
um. Omnia per ipm̃ fa-
cta ſũt: & ſine ipſo factũ
eſt nihil.& reliqua.
Ioannis Cap.I.

Homilia.II.

VOX ſpiritualis aq-
lę auditũ pulſat ec- G
cleſiæ. Exterior ſen
ſus tranſeuntem ac
cipiat ſonitũ. Inte-
rior animus manẽ-
tem penetret ĩtelle-
ctum. Vox altiuidi
volatilis non aerem
corporeũ: vel æthe
ra:vel totius ſenſibilis mundi ambitum ſuper
uolitantis:ſed omnem theoricam vltra om̃ia
quæ ſunt: & quę nõ ſunt:citiuolis intimę theo
logiæ pennis clariſſimę ſupernęq; cõtẽplatio-
nis obtutibus tranſcendentis. Dico enim quę
ſunt:quæ ſiue humanum:ſiue angelicum non

omnino fugiunt ſenſum. Quæ vero non ſunt:
quæ profecto oẽs intelligẽtiæ vires relinquũt:
cum poſt deum ſint: vt eorum numerum quæ
ab vna oĩm cauſa condita ſunt nõ excedãt. Su
peruolat itaq; beatus Ioannes theologus nõ ſo
lum quæ intelligi: ac dici poſſunt: verũetiã ea
quæ ſuperant omnem intellectũ et ſignificatio
nem/ſuperuehitur: exteraq; oĩa ineffabili men
tis volatu in arcana vnius omniũ principii ex
altatur: incõprehenſibileq; ipſius principii &
verbi: hoc eſt patris & filii vnicã ſuperſubſtan
tialitatem pure dignoſcens euangeliũ inchoat
A dicens. In principio erat verbũ. O beate Ioan
nes/nõ immerito vocaris Ioannes: Hebræũ no
men eſt [blank in print] Latine vero cui donatũ
eſt. Cui eñ theologorum donatũ eſt qd tibi do
natum eſt: abdita videlicet ſummi boni pene
trare myſteria: & ea quę tibi reuelata: & decla
rata ſunt: humanis mentibus: ac ſenſib⁹ intima
re? Dic quæſo cui talis: ac tanta donata eſt gra
tia? Fortaſſis quis dicet ſummo vertici apoſto
lorũ: Petro dico: qui deo interrogãti quẽ ſe ęſti
maret eſſe: reſpondit. Tu es Chriſtus filius dei
viui. Sed non temere (vt opinor) quis dixerit
plus in typo fidei: & actionis: q̃ ſcientiæ: & cõ
tẽplationis Petrũ talia dixiſſe. Quare? Ea ſcili
cet ratiõe: qua Petrus in forma actiõis: ac fidei
ponit: Ioannes aũt contemplationis: atq; ſcien
tiæ typum imitatur: vn⁹ ſiquidẽ recũbebat ſu
per pectus dñicum: qd eſt contẽplationis ſacra
mentũ: alter ſæpe titubabat q̃ſi trepidę actiõis
ſymbolum. Actio nãq; mandatorũ diuinorum
priuſq̃ perueniat in habitum puras aliquando
diſcernit ſpecies virtutum. Aliquando fallitur
eius iudicium carnaliũ cogitationum nebulis
obumbratũ. Intimę vero theorię acies poſtq̃ ſe
mel veritatis perſpexerit vultum: nequaq̃ re
percutitur: nũq̃ fallitur: nulla caligine obcæca
B tur in perpetuũ. Ambo tamen currunt ad mo
numentũ. Monumentũ Chriſti eſt diuina ſcri
ptura ĩ qua diuinitatis & humanitatis ei⁹ my
ſteria denſitate literę veluti quadam muniunt
petra. Sed Ioannes præcurrit citi⁹ Petro. Acu
tius nãq;: atq; velocius intima diuinorũ apicũ
penetrat ſecreta virtus contemplationis peni
tus purificatæ: q̃ actiõis adhuc purificãdę. Ve
rũtamẽ primo ĩtrat Petrus in monumẽtũ: dei
de Ioannes: ac ſic ãbo currũt: ãbo intrãt. Petr⁹
ſiquidem fidei eſt ſymbolum: Ioannes ſignat in
tellectum. Ac per hoc qm̃ ſcriptum eſt: niſi cre
dideritis non intelligẽtis: neceſſario præcedit
fides in monumentum ſanctę ſcripturę. Deĩde
ſequens ĩtrat intellect⁹: cui per fidem prępara
tur aditus. Petr⁹ quidẽ Chriſtum deum & ho
minem iam factũ in temporibus cognoſcẽs: &
dicens: Tu es Chriſtus filius dei viui: altiſſime
volauit. Sed Ioannes altius illo: qui eũdẽ Chri
ſtum deum de deo ante oĩa tẽpora genitum in
tellexit dicens. In principio erat verbum. Ne C
mo nos exiſtimet Petro Ioannẽ pręferre. Quis
hoc fecerit? Quis eſſet altior apoſtolorum illo
qui eſt: & dicitur vertex eorum? Non præferi
mus Petro Ioannẽ: ſed conferimus actioni con
templationẽ: purgandũ adhuc animũ/perfecte
purgato: aſcendenti adhuc virtuti/ad icõmu
tabilem habitum peruenientẽ iã virtutẽ. Non
enim nunc cõſideram⁹ apoſtolicarum pſonaꝝ
dignitatẽ: ſed inueſtigamus pulcherrimã diui
norũ myſteriorũ differentiã. Petrus itaq; (hoc
eſt actio virtutum) dei filiũ mirabili & ieffabi
li modo carne circũſcriptum per virtutẽ fidei
& actionis conſpicatur. Ioannes vero (hoc eſt
altiſſima veritatis contemplatio) dei verbũ p
ſe ante carnem abſolutũ: & infinitum in prici
pio ſuo (hoc eſt in patre) miratur. Petrus ęter
na ſimul ac tẽporalia in Chriſto vnũ facta diui
na reuelatione introductus/inſpicit. Ioãnes ſo
la eius ęterna in notitiã fidelium animarũ in
troducit. Spũale igitur petaurũ: citiuolũ: dei
uidum (Ioannem dico theologum) omnẽ viſi
bilem & inuiſibilem creaturam ſuperat: oẽm ĩ
tellectum penetrat: & deificatus in deũ intrat
ſe deificantẽ. O beate Paule rapt⁹ es (vt tu ip D
ſe aſſeris) in tertiũ cœlũ: & paradiſum: ſed non
es raptus ſuper omne cœlũ: & paradiſum. Ioan
nes omne cœlũ cõditum: omnemq; creatã pa
radiſum: hoc eſt oẽm humanã: angelicãq; trãſ
greditur naturam. In tertiũ cælũ rapt⁹ O vas
electiõis: & magiſter gentium audiſti verba q̃
non licet homini loqui. Ioannes intimæ veri
tatis inſpector vltra omne cœlum in paradiſo
paradiſorũ: hoc eſt in cauſa oĩm audiuit vnum
verbũ: per qd facta ſunt omnia: & licuit ei illud
verbũ dicere: hominibuſq; prædicare: q̃tũ ho
minibus prædicari poteſt: ac fiducialiter cla
mat: In principio erat verbum. Non ergo Io
annes erat homo: ſed pluſq̃ homo: quando &
ſeipſum: & oĩa quæ ſunt ſuperauit: & ineffabi
li ſapientiæ virtute puriſſimo mentis acumĩe
ſubuectus in ea quæ ſuperiora ſunt ſecreta: vi
delicet vnius eſſentiæ in tribus ſubſtantiis: et
trium ſubſtantiaꝝ in vna eſſentia: ingreſſus ẽ.
Nõ enim aliter potuit aſcẽdere ĩ deũ niſi pri⁹
fieret deus: vt eñ radius oculorũ noſtrorũ ſpe
cies rerum ſenſibilium: coloreſq; non prius po
teſt ſentire q̃ ſe ſolarib⁹ radiis immiſceat: vnũ
q; cũ ipſis & in ipſis fiat: ita anim⁹ ſanctorum
puram rerum ſpũaliũ: omneq; intellectum ſu
perantium cognitionẽ nõ ſufficit accipere: niſi
prius incõprehenſibilem veritatis participa-

E tionem dignus efficiatur habere. Sanctus itaq;
theologus in deum trāſmutatus veritatis par
ticeps: domini verbum ſubſiſtere in principio:
hoc eſt deum filium in deo patre pronuntiat.
In principio (inquit) erat verbū. Intuere cœlū
apertū: hoc eſt ſummæ: ac ſanctæ trinitatis: &
vnitatis reuelatum mundo myſterium. Ani-
maduerte angelū diuinū ſuper filium hoīs aſcē
dentem: nobis videlicet annūtiantem ipſum eē
ante omnia in principio verbum: ac mox deſcē
dentem ſuper eundem filium hoīs: clamantem
ꝙ: Et verbū caro factū eſt. Deſcēdit euāgelizās
deum verum hominē factum ſupernaturaliter
inter omnia ex virgine: aſcēdit proclamans Io-
annes verbum ſupereſſentialiter genitū ex pa-
tre: ante: & vltra omnia. In principio (inquit)
erat verbum. Et notandū ꝙ in hoc loco non tē-
F poris: ſed ſubſtantiæ ſignificationē beatus euā-
geliſta inſinuat per hanc vocē quæ eſt erat. Nā
& poſitiuum eius / id eſt ſum / inæqualiter dupli
cem continet intellectū: aliquando temporales
motus ſecundū aliorum verborū analogiā de-
clarat. Tale eſt ergo qđ ait. In pricipio erat ver
bū. Acſi aperte diceret: in patre ſubſiſtit filius.
Quis enim ſapiēs dixerit filiū in patre tēporali
ter vnq̄ ſubſtitiſſe? Illic enim ſola cogitat̄ æter-
nitas vbi ſola intelligitur immutabilis veritas.
Et ne quis ęſtimaret ita in pricipio verbū ſub-
ſiſtere: vt nulla ſubſtantiarum differentia itelli
gatur ineſſe: continuo ſubiunxit. Et verbū erat
apud deū. Hoc eſt: & filius ſubſiſtit cum patre
in vnitate eſſentiæ: & ſubſtantiali diſtinctione.
Et iterum ne talis ſerperet venenoſa contagio
in queq̄: verbū nō ſolūmodo inquit cum patre
eſſe: & in deo eſſe. Non autem ipſum verbū ſub
ſtantialiter: & coæternaliter ſubſiſtere ait: deo
patri. Hic namq; error ꝑ verbū perfidos īuaſit
arrianos. Ideo ꝓtinus adiecit. Et deus erat ver-
G bum. Vides item ꝙ non defuturi eſſent qui di
cerent non de vno eodemq; verbo euangeliſtā
ſcripſiſſe in principio erat verbū: ſed aliud ver
bum in principio voluit: aliud deus erat ver-
bum: hæreticam opinionem deſtituens: con-
ſequēter adiungit. Hoc erat in principio apud
deum: acſi diceret. Hoc verbū qđ deus eſt: apud
deum ipſum eſt: & non aliud: qđ erat in princi-
pio. Sed ſignificantius ex græcorū exēplaribus
poteſt intelligi: in eis em̄ ſcribitur.
& poteſt referri ad vtrūq;: ad verbū videlicet:
& deum. Hæc quippe duo noīa theos: & logos
deus & verbum apud græcos maſculini gene-
ris. Ac per hoc ita poteſt intelligi: & deus erat
verbū. Hic erat in principio apud deum: tanq̄
ſi luce clarius dixerit. Hic de⁹ verbū apud deū.
Hic eſt de quo dixi: In pricipio erat verbū. Om
nia per ipſum facta ſunt. per ipſum deum ver-
bum: vel per ipſum verbū dñi oīa facta ſunt. Et H
quid eſt per ipſum oīa facta ſunt: niſi eo naſcen
te ante omnia ex patre oīa cum ipō: & per ipm
omnia facta ſunt? Nā ipſius ex patre generatio
ipa eſt cauſarum omniū conditio: oīmq; quę ex
cauſis in genera & ſpecies ꝓcedūt operatio: &
effect⁹. Per generatiōem qppe dei verbi ex deo
principio facta ſunt oīa. Audi diuinū: & ineffa
bile paradoxum: irreſerabile ſecretum: inuiſibi
le profundum: incōprehenſibile myſteriū. Per
nō factum: ſed genitum: oīa facta: ſed nō geni-
ta. Principiū ex quo oīa: pater eſt. Pricipiū per
qđ oīa: filius eſt. Patre loquente verbū ſuū (hoc
eſt patre gignente ſuam ſapientiam) oīa fiunt.
Propheta ait. Oīa in ſapientia feciſti. & alibi ꝑ-
ſonam patris introducens. Eructauit cor meū.
Et quid eructauit cor ſuū? Ipſe exponit: verbū
bonum dico: verbū bonū loquor: filiū bonū gi-
gno. Cor patris eſt ſua ꝓpria ſubſtantia de qua
genita eſt filii propria ſubſtātia. Pręcedit pater
verbum: non natura: ſed cauſa. Audi ipſum fili
um dicētem: Pater maior me eſt. Subſtātia ei⁹
cauſa eſt meæ ſubſtantiæ. Pater (inquit) p̄cedit I
filium cauſaliter: pręcedit filius omnia quę per
ipſum facta ſunt naturaliter. & īchoauit in ipō
eſſe ante tpa: nō in tpe: ſed cū tpibus. Temp⁹ ſig
dem inter cętera quę facta ſunt factū eſt: Nō an
te factum: non platū: ſed concreatū. Et q̄ eſt cō
ſequentia verbi qđ locutū eſt os altiſſimi? Non
em̄ in vanum locutus eſt pater: nō infructuoſe
nō ſine magno effectu. Nam & homines inter
ipſos loquentes in auribus audientiū efficiunt.
Tria itaq; credere & intelligere debem⁹: patrē
loquentē: filiū genitū: & ea q̄ efficiunt̄ ꝑ verbū
Pater loquitur: verbū gignit̄: oīa efficiunt̄. Au
di prophetā: Quia ipſe dixit & facta ſunt: Hoc
eſt verbū ſuum genuit ꝑ quod facta ſunt omnia
Et ne forte exiſtimares eorū q̄ ſunt q̄dam qdē
per ipſum dei verbū facta eſſe: quædam vero ex
tra ipſum aut facta eſſe exiſtentia per ſeipſa ita
vt non omnia quæ ſunt ad vnum principium
referant̄: concluſione totius p̄dictæ theologiæ
ſubdidit: Et ſine ipſo factum eſt nihil: hoc eſt ni
hil extra ipm eſt factū: quia ipſe ambit omnia i
tra ſe: comphendens omnia & nihil ei coæter-
nū vel conſubſtantiale intelligit̄: vel coeſſentia
le ꝓter ſuū patrem & ſuū ſpm a patre per ipm
ꝓcedentē. & hoc facilius in gręco dat̄ intelligi:
vbi enim latini ponunt ſine ipſo: ibi græci
hoc eſt extra ipſum. Similiter & ipſe
dñs diſcipulis ſuis dixit. Extra me nihil pote-
ſtis facere. Qui per vos (inqt) extra me non po
tuiſtis fieri: quid extra me facere poteſtis? Nam
& ibi non hoc eſt nō ſine ſed

extra: græci ſcribunt. Facilius propterea dixi:
quia dum quis audiuit ſine ipſo: poteſt putare
ſine ipſius conſilio: vel adiutorio: ac per hoc
non totum: non omnia illi diſtribuit. Audiens
vero extra: nihil omnino reliquit quod in ip-
A ſo & per ipſum factum non ſit. Quod factum eſt
in ipſo vita erat. Poſtq̄ remotiſſima oratione:
& intellectu beatiſſimus euangeliſta diuina re-
uelauit myſteria deum verbum videlicet ĩ deo
loquentem: & in ambobus intelligentiã ſancti
ſpiritus diuinæ ſcripturæ contemplatoribus
relinquens. Vt enim qui loquitur: in verbo qđ
loquitur neceſſario ſpiritum proflat: ita deus
pater: & filium ſuum gignit: & ſpiritum ſu-
um per genitum filium producit: & poſtq̄ per
dei filiũ omnia facta eſſe: & nihil extra ip̄m ſub
ſiſtere aſtruit: veluti ab altero primordio ſuæ
theologiæ ſeriem direxit dicẽs. Qđ factum eſt
in ipſo vita erat. Prædixit enim: omnia per ip-
ſum facta ſunt: ac veluti a quopiã interrogatus
de iis quæ per deum verbũ facta ſunt quõ & q
B in ipſo quę per ipſum facta ſunt: reſpõdet: & ait
Qđ factum eſt in ipſo vita erat. Quæ ſentẽtia
dupliciter pronũtiatur. Poteſt enim ſubdiſtin
gui qđ factum eſt: ac deinde ſubiungi: in ip̄o vi
ta erat. Poteſt etiam ſic. Qđ factum eſt in ipſo:
ac deĩde ſubinferri: vita erat. Ac per hoc ĩ dua-
bus pronuntiationibus duos ſpeculamur intel
lectus. Non eñ eadem theoria eſt: quæ dicit qđ
factum eſt locis tẽporibuſq; diſcretum: generi
bus: formis: numeris diſtinctum: ſenſibilibus: in
telligibilibuſq; ſubſtantiis ſeu compactum: ſeu
ſegregatum: hoc totum in ipſo vita erat: & ea
quæ declarat. Qđ factum eſt in ipſo non aliud
erat niſi vita: vt ſit ſenſus. Oĩa quæ per ip̄m fa-
cta ſunt: in ip̄o vita ſũt: & vnũ ſũt. Erãt eñ: hoc
eſt in ip̄o ſubſiſtunt cauſaliter priuſq̄ ſint in ſe
metipſis effectiue. Aliter enim ſub ipſo ſunt ea
quæ per ipſum facta ſunt: & in ipſo viuunt in-
cõmutabiliter: & vita ſunt: in quo neq; fuerunt
omnia temporalibus interuallis: ſeu localibus:
nec futura ſunt: ſed ſolummodo ſup oĩa tẽpora
& loca vnum ſunt in ip̄o: & viſibiliter ſubſiſtũt
viſibilia: inuiſibilia: corporalia: incorporalia: ra
tionabilia: irrationabilia: & ſimpliciter cœlum
terra: abyſſus: & quæcunq; in eis ſunt: in ipſo
viuunt: & vita ſunt: & æternaliter ſubſiſtunt:
& quæ nobis omni motu vitali carere viden-
C tur: & in verbo viuunt. Sed ſi quęris quomõ: &
qua ratione omnia quæ per ipſum verbũ facta
ſunt: in ipſo vitaliter: & vniformiter: & cauſa-
liter ſubſiſtunt: accipe paradigmata ex creatu
rarũ natura: diſce factorẽ in iis quę in ipſo: & p
ip̄m facta ſunt. Inuiſibilia enim ei⁹ (vt ait apl's)
per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur

Conſpicare quomodo oĩm rerum/(quas mũdi
huius ſenſibilis globoſitas comprehendit) cau
ſæ ſimul: & vniformiter in iſto ſole (qui maxi-
mũ mundi luminare vocitať) ſubſiſtũt. Inde nã
q; formæ omniũ corporum procedunt: inde di
ſtãtia colorum: pulchritudo: & cætera quæ de
ſenſibili natura prædicari poſſunt. Conſidera
multiplicem: & infinitam ſeminum virtutem:
quomodo numeroſitas hærbarum: fructuum:
animarum in ſingulis ſeminibus ſimul conti-
nentur: quomodo ex eis ſurgit formarum pul-
chra: & innumerabilis multiplicitas. Intuere
interioribus oculis quomodo multiplices re-
gulæ in arte artificis vnũ ſunt: & in animo diſ
ponentis viuunt: quomodo infinitus linearum
numerus in vno pũcto vnũ ſubſiſtit. Ex huiuſ-
modi naturalia perſpice exempla: ex quibus ve
luti phyſice/theoriæ pennis vltra omnia ſubue
ctus: diuina gratia adiutus & illuminatus pote
ris arcana verbi mentis acie inſpicere: & q̄tum
datur humanis argumentationibus deum ſuũ
quærentibus videre quomodo omnia quæ per
verbum ſunt facta in ipſo viuunt: & vita ſunt.
In ipſo enim: vt os loquitur diuinum: viuimus
mouemur: et ſumus. Et vt ait magnus Diony-
ſius Areopagita: Eſſe omniũ/ eſt ſupereſſentia: D
& diuinitas. Et vita erat lux hominum. Dei fili
um quem O beate theologe prius vocaſti ver-
bum: nunc vitam nominas: & lucem. nec imme
rito mutaſti appellationes vt diſtantes nobis ĩ
ſinuares ſignificationes. Verbum ſiquidem
dei filium nominaſti: quia per ipſum locut⁹ eſt
pater omnia. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt.
Lucem vero & vitam: quoniam idem filius lux
eſt: et vita omnium quæ per ipſum facta. Et qđ
illuminat? Non aliud niſi ſeipſum: & patrem ſu
um. Lux itaq; eſt: & ſeip̄m illuminat: ſeip̄m mũ-
do declarat: ſeipſum ſe ignorãtibus manifeſtat.
Lux diuinæ cognitiõis de mũdo receſſit cũ ho
mo deũ deſeruit. Dupliciter ergo lux ęterna ſe E
ip̄am mundo declarat: per ſcripturã videlicet
& creaturã. Nõ enim aliter in nobis diuina co
gnitio renouatur: niſi per diuinę ſcripturę api
ces: & creaturę ſpecies. Eloquia diſce diuina: &
in animo tuo eorꝝ cõcipe intellectũ: ĩ quo cogno
ſces verbũ ſenſu corporeo. Formas: ac pulchri
tudines perſpice ſenſibilium: & in eis intelliges
dei verbũ. Et in his omnibus nil aliud tibi veri
tas declarabit præter ipſum qui cuncta fecit:
extra quem nihil contemplaturus es: quia ip-
ſe eſt omnia in omnibus: quæ ſunt: ipſe eſt quic F
quid eſt. Vt enim nullum bonum ſubſtantiale:
ita nulla eſſentia præter ipſum eſt: vel ſubſtan-
tia. Et vita erat lux hominum. Quaſi ſpeciali-
ter: ac proprie lux hominum dicitur: quia in

homine non ſolum hominib⁹: verũetiam ange
lis: omniq́ꝫ creaturæ diuinæ cognitionis parti
cipem fieri valenti ſeipſum declarauit. Nõ em̃
per ãgelum angelis: neq́ꝫ per angelum hoĩbus:
ſed per hominem hominibus: & angelis non in
phantaſia: ſed in ipſa vera humanitate quã to-
tam ſibi in vnitatem ſuſtantiæ ſuſcepit: appa-
ruit: ſuamq́ꝫ cognitionẽ oĩbus cognoſcentibus
ſe præſtitit. Lux itaq́ꝫ hominũ eſt dñs noſter Ie
ſus Chriſtus: qui ĩ humana natura omni ratio
nali: & intellectuali creaturæ ſeipſum manife-
G ſtauit: ſueq́ꝫ diuinitatis qua patri eſt ęqualis ab
dita reſerauit myſteria. Et lux in tenebris lu-
cet. Audi apoſtolũ. Fuiſtis aliquando tenebræ:
nunc autẽ lux in dño. Audi Eſaiã. Sedentibus
in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis. Lux ĩ
tenebris lucet. Totum genus humanũ merito
originalis peccati in tenebris erat. Nõ exterio
rum oculorũ: quibus ſenſibiliũ formę: coloreſq́ꝫ
ſciuntur: ſed interioꝝ: quibus intelligibiliũ ſpe
cies: & pulchritudines diſcernuntur. Nõ in te
nebris hui⁹ caliginoſi aeris: ſed ĩ tenebris igno
rantiæ veritatis. Non in abſentia lucis q̃ mun
dum corporeum illuminat. Poſt cuius ortũ ex
virgine lux in tenebris lucet: in cordibus ſcili-
cet ſe cognoſcentium. Quoniã vero totũ gen⁹
humanũ ĩ duas veluti partes diuiditur: in eos
videlicet quorum corda cognitiõe veritatis il
luminata ſunt: & in eos qui adhuc in obſcuriſ-
ſimis impietatis: atq́ꝫ perfidiæ tenebris perma
H nent: Euangeliſta ſubiunxit. Et tenebrę eam nõ
comprehenderunt. Acſi euidenter diceret: lux
in tenebris fidelium animarũ lucet. Et magis:
ac magis lucet: a fide inchoans: a ſpe trahens.
Imperitorũ vero cordiũ perfidia: & ignorãtia
lucẽ verbi dei in carne fulgentis nõ cõprehen
derũt. Obſcuratũ eſt em̃ (vt ait apoſtolus) inſi
piẽs cor eoꝝ: & ſapientes ſe eſſe dicentes: ſtulti
facti ſũt. Sed iſte ſenſus moralis eſt. Phyſica ve
ro horũ verboꝝ theoria talis eſt. Lux hũana &
ſi non peccaret: ſuis propriis viribus lucere nõ
poſſet. Non enim naturaliter lux eſt: ſed parti
ceps lucis. Capax ſiquidem ſapientię eſt nõ ipa
ſapientia: cuius participatione ſapiens fieri po
teſt. Sicut ergo aer iſte per ſemetipſum non lu
cet: ſed tenebrarum vocabulo nuncupatur: ca-
pax tamẽ ſolaris luminis eſt iſta noſtra natura
dum per ſeipſam conſideratur: quædam vero
tenebroſa ſubſtãtia eſt capax ac particeps lucis
ſapientiæ. Et quemadmodũ pręfatus aer dũ ſo
lares radios participat non dicit̃ per ſe lucere:
ſed ſolis ſplendor dicitur in eo apparere: ita vt
naturalem ſuã obſcuritatẽ non perdat: & lucẽ
ſuperuenientẽ in ſe recipiat: ita rationabilis no
ſtrę naturæ pars dũ pręſẽtiã dei verbi poſſidet
nõ per ſe res intelligibiles & deum ſuũ: ſed per
inſitum ſibi diuinum lumẽ cognoſcit. Audi ip
ſum verbum. Nõ vos (inquit) eſtis qui loqui-
mini: ſed ſpirit⁹ patris veſtri qui loquitur ĩ vo
bis. Hac vna ſentẽtia voluit nos docere idipm̃
in cęteris intelligere. Hac ſemper in aure cor-
dis noſtri ineffabili modo ſonare. Nõ vos eſtis
qui lucetis: ſed ſpirit⁹ patris veſtri q̃ lucet ĩ vo
bis. Hoc em̃ meum in vobis lucere: vobis mani
feſtat ꝙ ego ſum lux intelligibilis mundi: hoc
eſt rationalis: & intellectualis naturæ. Nõ vos
eſtis qui intelligitis me: ſed ego ipſe in vobis ꝑ
ſpiritum meum meipſum intelligo: quia vos
non eſtis ſubſtantialis lux: ſed participatio per
ſe ſubſiſtentis luminis. Lux itaq́ꝫ tenebris lucet K
quia dei verbum vita & lux hominũ in noſtra
natura: quæ per ſe inueſtigata: & conſiderata ĩ
formis quædam tenebroſitas reperitur: lucere
nõ deſinit: nec eã q̃uis delinquẽtẽ delerere vo-
luit: nec vnq̃ deſeruit: formãs eam per naturã
cõtinendo: reformãſq́ꝫ per gratiam deificãdo.
& quoniam ipſa lux eſt om̃i creaturæ incõphẽ
ſibilis: tenebræ eam non cõprehẽderũt. Supat
itaq́ꝫ deus omnẽ ſenſum: & intellectũ: & ſolus
habet immortalitatem: cuius lux per excellẽtiã
tenebrę nominatur: quoniam a nulla creatura
qd: vel quale ſit cõprehenditur. Fuit hõ miſſus
a deo cui nomen erat Ioannes. Ecce aquilam de L
ſublimiſſimo vertice montis theologię leui vo
latu deſcendentẽ in ꝓfundiſſimam vallẽ hiſto
rię. De cœlo itaq́ꝫ ſpiritualis mundi pennas al
tiſſimę contẽplationis relaxantẽ. Diuina ſiqui-
dem ſcriptura mundus quidam eſt intelligibil'
ſuis quatuor partibus veluti quatuor elemen-
tis cõſtitutus. Cuius terra eſt veluti in medio:
imoq́ꝫ inſtar cẽtri hiſtoria. Circa quam aquaꝝ
ſimilitudinẽ abyſſus circunfunditur moralis ĩ
telligentię: quæ a gręcis ethica ſolet appellari.
Circa q̃s (hiſtoriã dico: & ethicã) veluti duas
pręfati mundi inferiores partes: aer ille natura
lis ſciẽtię circũuoluitur. Quam naturalẽ dico
ſcientiam: græci vocant phyſicã. Extra aũt oĩa
& vltra ęthereus ille igneus ardor empyrei cę
li: hoc eſt ſupernę contemplationis diuinæ na-
turæ quã gręci theologiã nominãt circũgloba
tur: vltra quã nullus ingredit̃ intellectus. Ma- M
gnus itaq́ꝫ theologus (Ioannẽ dico) in primor
dio euangelii ſui excellentiſſima theologiæ ca-
cumina tangens: cœliq́ꝫ cœlorum ſpiritualiũ
ſecreta penetrans: vltra omnẽ hiſtoriã: & ethi
cam aſcendẽs: & phyſicam: ad ea quæ paulo an
te incarnationem verbi facta ſunt ſcilicet ad hi
ſtoriã narrandã veluti in quãdam terram ſuũ
intelligibilem deflectit volatum: & ait. Fuit ho
mo miſſus a deo cui nomen Ioannes. Ioannem

conſequenter in ſuam introducit theologiam Abyſſus abyſſum inuocat: diuinorum myſteriorũ euangeliſta præcurſoris narrat hiſtoriã. Ille cui donatum eſt verbum in principio cognoſcere: illum cui donatum eſt verbum ĩcarnatum preire commemorat. Fuit (inquit) homo: nõ dixit ſimpliciter fuit miſſus a deo: ſed fuit homo: vt diſcerneret hominem ſolius humanitatis participẽ qui precucurrit: ab homine diuinitate & hũanitate coadunato: & cõpacto: qui poſt me venit vt ſegregaret vocem tranſeuntem: a verbo ſemp̄ & incõmutabiliter manẽte: vt inſinuaret matutinam ſtellam in ortu regis cœlorum apparẽtem: & declararet ſolem iuſtitiæ permanẽtem. Teſtem ab eo diſcernit: de quo teſtimonium perhibet. Miſſum ab eo: qui mittit lucernam lucubrantem a luce clariſſima mundum implente: toti⁹ generis humani tenebras mortis: & delictorũ de-
A moliente. Præcurſor itaqꝫ domini fuit homo: non deus. Domin⁹ aũt cuius præcurſor erat homo ſimiliter & deus fuit. Præcurſor homo fuit tranſiturus in deũ per gratiã quã precucurrit. Deus erat per naturã accepturus hominem per humilitatem: & noſtræ ſalutis: & redemptionis volũtatem. Homo erat miſſus. A quo? A deo verbo. Quę præcucurrit miſſio eius? Precurſor clamãs pręmittit vocem. Vox clamantis in deſerto: nouum præparat domini aduẽtum. Cui nomen erat Ioannes. Cui donatũ eſt vt regi regum fiat precurſor: incarnati verbi manifeſtator: & in ſpiritualem felicitatem baptizator ęterni luminis voce & martyrio teſtať. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet. Chriſti videlicet. Audi teſtimonium. Ecce agnus dei. Ecce qui tollit peccata mũdi. Et iterũ. Qui poſt me venit ante me factus eſt. Qđ euidentius in græco legitur   hoc eſt coram me ante conſpectum meum fact⁹ eſt. Ac ſi aperte diceret. Qui in ordine temporũ poſt natiuitatem meam natus eſt in carne: ante cõſpectum meum dum adhuc eſſem in viſceribus meę matris ſterilis prophetico viſu vidi illum coram me conceptum: & hominẽ factum
B in vtero virginis. Nõ erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. A ſuperioribus ſubaudi: ac ſic intellige. Nõ erat ille lux: ſed vt teſtimoniũ phiberet de lumine. Precurſor luminis nõ erat ille lux. Quare ergo lucerna ardens: aſtrũqꝫ vocitať matutinum? Lucerna ardens erat: ſed non proprio igne ardebat ſuccenſus. Non propria luce lucebat. Stella erat matutina: ſed non a ſeipſo proprium lumẽ accepit: gratia ipſius quẽ præcurrebat in eo ardebat: & ſplendebat. Nõ erat ille lux: ſed vt particeps luminis: ſuum nõ erat ꝙ in ſe: & per ſe fulgebat. Vt enim ſuperius dixim⁹ nulla rationalis & intellectualis creatura per ſeipſam ſubſtãtialiter lux eſt: ſed pticipatio vnius ac veri luminis ſubſtãtialis: quod vbicũqꝫ in omnibuſqꝫ intelligibiliter lucet. Propterea C
ſubditur. Erat aũt lux vera: q̃ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. Veram lucem dicit dei filium per ſe ſubſiſtentem ante omnia ſæcula genitum. Veram lucem dicit eundem filium hominem ex hominibus ꝓpter homines factum. Ipſe eſt lux vera: qui de ſe ipſo ait. Ego ſum lux mũdi: q ſequiť me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ æternæ. Erat lux vera quę illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mũdum? Et quid eſt venientem in mundum? Et quis eſt omnis homo veniens in hunc mundum? Et vnde venit in mundum? Et in quem mũdum venit? Si de his quæ de occultis naturæ finibus in hũc mũdum per generationem locis tẽporibuſqꝫ veniunt acceperis: qualis illuminatio eſt ĩ hac vita naſcentibus vt moriantur: creſcentibus vt corrumpãtur: compoſitis vt ſoluãtur: de quietudine ſilẽtis naturæ ĩ inqetudinẽ tumultuantis miſeriæ cadentibus: dic quæſo qualis lux eſt: ſpiritualis & vera: ꝑcreatis in vita trãſitoria: & falſa? Nunquid mundus iſte alienat⁹ a vero lumine conueniens habitatione? Nunquid nõ regio vmbrę mortis: & lachrymarũ vallis: & ignorãtiæ profundũ: & terrena habitatio humanũ aĩm grauans & ex veri luminis cõtuitu interiores oculos eliminans nõ immerito diciť? Nõ ergo de his qui de oc- D
cultis ſeminum cauſis in ſpecies corporeas ꝓcedunt debem⁹ intelligere: Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ſed de his qui ſpiritualiter per generationem gratię quæ datur in baptiſmate in mundũ veniunt inuiſibilem: qui natiuitatem quę ſecundum corruptibile corpus eſt: ſpernentes: natiuitatem quæ eſt ſecundũ ſpiritũ: eligunt: mũdum qui deorſum eſt calcantes: vmbras ignorantiæ & mortis deſerentes: lucem ſapientiæ & vitæ appetentes: filii hominũ eſſe deſinẽtes filii dei fieri inchoantes: mũdum vitiorũ poſtponẽtes: & in ſemetipſis deſtruẽtes: mundum virtutum ante oculos mentis cõſtituentes: & in eum totis viribus aſcendere inhiantes. Eos itaqꝫ vera lux illuminat qui in mũdum virtutum veniunt: nõ eos qui in mundum vitiorũ ruunt. In mũdo erat. In hoc loco mũdũ appel- E
lat nõ ſolum generaliter ſenſibilem naturam verumetiã ſpiritualiter rationalis creaturę q̃

in homine eſt ſubſtantia. In his ſiquidem om-
nibus: & vt ſimpliciter dicam in vniuerſitate
conditū verbum lux vera erat: idem ſubſiſtit.
Et ſemper erat: quia nunq̄ in omnibꝰ ſubſiſte-
re deſiſtit. Vt enim qui loquitur: dū loqui ceſ-
ſat vox eiꝰ eē deſinit: & euaneſcit: Sic cœleſtis
pater ſi verbum ſuum loqui ceſſauerit: effectꝰ
verbi: hoc eſt verbo vniuerſitas cōdita nō ſub
ſiſtet. Vniuerſitatis namq̄ cōditę ſubſtitutio
eſt: & pmāſio dei patris locutio. hoc eſt æter
F na: & incommutabilis ſui verbi generatio. Po
teſt etiam non irrationabiliter de hoc mundo
ſolūmodo ſenſibili hęc ſententia intelligi: quę
ait. In mundo erat: & mūdꝰ per ipſum factus
eſt. Ne forte quis putaret manichęæ hæreſis
conſors mundum corporeis ſenſibus ſuccum
bentem a diabolo fuiſſe creatum: & nō a crea-
tore omnium viſibilium: & inuiſibiliū: Theo-
logus ſubnectit: in mundo erat: hoc eſt in mū
do ſubſiſtit ille qui continet omnia. Et mūdꝰ
per ipſum factus eſt. Non enim in alienis opi-
bus vniuerſitatis cōditor habitabat: ſed ī ſuis
G quæ fecit. Animaduertere debemus beatum
euangeliſtam quater mundū nominaſſe: tres
tamen mundos oportet nos intelligere. Quo
rum primus: qui abſolute ſolis inuiſibilibꝰ: &
ſpiritualibus virtutum impletur ſubſtātiis:
in quem quicūq̄ venerit plenā verę lucis poſ-
ſidet participationem. Secundus qui præfato
ponitur e diuerſo: quoniam abſolute ex viſibi
libus & corporalibus conſtituit̄ naturis. Et q̄
uis vniuerſitatis infimam obtineat proportio
nem: in eo tamen erat verbum: & per verbum
factus eſt: & eſt primus gradus ad cognitionē
veritatis aſcēdere per ſenſum volētibus. Spe-
cies nāq̄ viſibiliū ratiocinantem attrahit ani
mum. Tertius mundus eſt qui ratione medie
tatis & ſuperiorem ſpiritualium: & inferiorē
corporaliū in ſeipō copulat: & de duobus vnū
facit: & in homine ſolo intelligitur in quo om
nis creatura adunatur. Corpore enim cōſtat:
& anima. Corpus de hoc mundo: & anima de
altero mundo colligēs vnū facit ornatum: &
corpus. Quæ de compagine vna congloban-
tur omnem mundanum hominis conficiunt
ornatum: ideoq̄ homo dicitur omnis. Omnis
nāq̄ creatura in ipſo veluti in officina quadā
conflatur. Hinc & ipſe dominus prædicatu-
ris diſcipulis pręcepit: Prędicate euangelium
H omni creaturę. Iſte igitur mundus (hoc ē ho-
mo) creatorē ſuum non cognouit: neq̄ per le
gis ſcriptę ſymbola: neq̄ per viſibilis creaturę
paradigmata deum ſuum voluit cognoſcere
carnalium cogitationū vinculis detentus. Et
mundus eum non cognouit. Non cognouit
deum verbum: neq̄ in humanationē eius: per
ſe ſola diuinitate nudum: nec poſt inhumana
tionē ſola incarnatiōe veſtitū: inuiſibilē igno
rabat: viſibilē negabat. Noluit quærentem ſe
qui: noluit audire vocantē: noluit colere deifi
cantem: noluit recipere recipientem. In ꝓpria
venit. In ea videlicet quæ per ipſum facta ſūt:
ac per hoc propria illius nō ſunt immerito. Et
ſui eum non receperūt. Sui ſunt omnes homi
nes quos voluit redimere: & redemit. Quot- I
quot autem receperunt eum: dedit ei poteſta
tem filios dei fieri credentibus in nomine eiꝰ.
Iam diuidit̄ non humanitas rationabilis mū-
di: ſed voluntas. Segregant̄ receptores incar-
nationis a reſpuētibus eam: fideles credūt ad
uētū verbi: & libēter recipiūt dominum ſuū:
impii negant: & contumaciter renuūt. Iudæi
per inuidiam: pagani per ignorantiā. Recipiē
tibus dedit eis poteſtatē filios dei fieri: non re
cipientibus dat adhuc ſpatium recipiendi. A
nullo enim aufertur poſſibilitas credēdi dei fi
lium: & poſſibilitas eſſendi dei filium. Hoc em̄
in arbitrio hominis: & cooperatiōe gratiæ cō
ſtitutum eſt. Quibus dedit poteſtatem filios
dei fieri? Recipiētibus ſe videlicet: & credenti
bus in nomine eiꝰ. Multi recipiūt Chriſtum:
ſed non credūt in nomine eius. Non credunt
in nomine vnigeniti: qui filium dei patri con
ſubſtantialem ne-
gant: hoc eſt patri conſubſtantialem
eum affirmāt: hoc eſt eſſentiā quā
pater eſt. Ac per hoc nō prodeſt eis Chriſtum
recipere: dū conantur eius veritatē negare.
Qui vero recipiunt Chriſtum verum deū: &
verum hominē: & hoc firmiſſime credunt: eis
poſſibilitas data eſt filios dei fieri. Qui non ex
ſanguinibus: neq̄ ex voluntate viri: ſed ex deo K
nati ſunt. Neq̄ ex ſanguinibus inq̄t. hoc eſt:
non corporalibus ꝓcreationibus: qui adoptio
nem filiorum dei merito fidei adipiſcūtur: ſed
a deo patre per ſpiritū ſanctum in cohæredi-
tatem Chriſti: hoc eſt in cōfelicitatem vnige-
niti dei filii nati ſunt. Neq̄ ex volūtate carnis:
neq̄ ex volūtate viri. Duplex introducitur ſe
xus: ex quo in carne naſcētium carnaliter nu
meroſitas propagatur. Carnis quidem nomi-
ne fœmineum: viri vero euangeliſta maſculi-
num ſignificauit habitū. Et ne forte dicas im L
poſſibile videtur mortales fieri immortales:
corruptibiles corruptiōe carere: puros homi
nes / filios dei eſſe: tēporales / æternitates poſ-
ſidere: ex his quæ maiora ſunt accipe argumē
tum: quo rei de qua dubitas poſſis fidem accō
modare. Et verbum caro factū eſt. Si itaq̄ qđ
plus eſt ꝓculdubio præceſſit: cur incredibile

videtur qđ minꝰ eſt poſſe conſequi? Si filiꝰ dei
factꝰ eſt homo(quod nemo eorum qui eum re
cipiunt ambigit)quid mirum: ſi homo cre-
dens in filium dei filius dei futurꝰ ſit? Ad hoc
ſiquidem verbum in carnẽ deſcendit: vt in ip
ſum caro/id eſt homo credens per carnem in
verbum aſcendat: vt per naturalem filiũ vni-
genitum multi filii efficiantur adoptiui. Nõ
propter ſeipſum verbum caro factum eſt: ſed
propter nos: qui non niſi per verbi carnem po
tuiſſemus in dei filios tranſmutari. Solꝰ deſcẽ
dit: vt cũ multis aſcenderet. De hominibus fa
cit deos qui de deo fecit hominem. Et habita-
uit in nobis/id eſt naturam noſtram poſſedit:
vt ſuæ naturę participes faceret nos. Et vidi-
mus gloriã eius: gloriam quaſi vnigeniti a pa
tre. Vbi vidiſti beate theologe gloriam incar
nati verbi: gloriam inhumanatã filii dei: quo-
A modo vidiſti? Qualibꝰ oculis perſpexiſti? Cor
poralibus(vt opinor)in monte: trãſformatio
nis tẽpore. Tũc enim tertius aderas teſtis diui
næ glorificationis: præſens eras(vt æſtimo) ĩ
Hieruſalẽ: & audiſti vocem patris filium ſuũ
glorificantẽ: & dicentem. Et clarificaui: & ite
rum clarificabo. Audiſti turbas infantiũ glo-
rificãtiũ: & oſanna filio Dauid dicẽtiũ. Quid
dicam de gloria reſurrectionis? vidiſti eum re
ſurgentem a mortuis dũ ad te: cæteroſq; tuos
condiſcipulos clauſis intrauit ianuis. Vidiſti
gloriam eiꝰ aſcẽdentis ad patrẽ: quomodo ab
angelis eſt aſſumptus in cœlum: & ſuper hæc
omnia altiſſimo mentis contuitu contẽplatꝰ
es. Illud dico verbum in principio ſuo apđ pa-
B trem ſuum: vbi gloriam eiꝰ vidiſti: quaſi vni-
geniti a patre plenum gratię: & veritatis. Du
plex huius periodi intellectus eſt. Poteſt enim
de humanitate ac diuinitate incarnati verbi
accipi: ita vt plenitudo gratię referatur ad hu
manitatem: Plenitudo vero veritatis: ad diui
nitatem. Verbum quippe incarnatũ dominꝰ
noſter Ieſus Chriſtus plenitudinem gratiæ ſe
cundum humanitatẽ accepit. Quoniam ca-
put eſt eccleſiæ: & primogenitus eſt creaturæ
vniuerſæ(hoc eſt totiꝰ vniuerſaliter humani
tatis)quæ in ipſo: & per ipſum ſanata: & reſti-
tuta eſt. In Chriſto dico: quoniam maximũ: &
principale exemplum gratiæ: qua nullis ꝑce-
dentibus meritis homo efficitur deꝰ: ipẽ eſt:
& in ipſo primordialiter manifeſtatum eſt. Per
ipſum vero: quoniã de plenitudine diuinita-
tis eius nos omnes accepimꝰ gratiam deifica-
tionis per gratiam fidei: qua ĩ eum credimꝰ:
C & actionem qua mãdata eius cuſtodimus. Po
teſt etiam plenitudo gratiæ Chriſti de ſpiritu
ſancto intelligi. Spiritus namq; ſanctus quo-
niam diſtributor eſt: & operator donationum
gratię: gratia ſolet appellari. Cuiꝰ ſpiritꝰ ſepti
formis opatio humanitatẽ Chriſti impleuit:
& in quo requieuit. ſicut ait propheta. Et re-
quieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritꝰ ſa
pientiæ: & intellectus: ſpiritus conſilii: & forti
tudinis: ſpiritus ſcientiæ: & pietatis: & reple-
bit eũ ſpiritꝰ timoris domini. Si ergo de Chri-
ſto per ſeipſum vis accipere qđ dictũ eſt plenũ
gratiæ: de plenitudine deificatiõis & ſanctifi
catiõis ſcđm hũanitatẽ cognoſce. Deificatio-
tionis dico: quia hõ & deꝰ in vnitatẽ vniꝰ ſub
ſtantiæ adunati ſunt. Sanctificatiõis vero: qa
non ſolum de ſpiritu ſancto cõceptus: verum
etiam plenitudine donationum eius repletus
eſt: ac veluti in ſummitate myſtici eccleſiæ cã
delabri gratiarum lampades in ipſo: & de ipo
fulſere. Si vero plenitudinem gratiæ: & veri- D
tatis incarnatio verbi de nouo teſtamento ma
uis intelligere: ſicut idẽ euãgeliſta paulo poſt
videtur ſenſiſſe(ait enim: Lex per Moyſen da
ta eſt: gratia autem: & veritas per Ieſum Chri
ſtum facta eſt) non incongrue pronuntiabis
plenitudinem gratiæ eſſe noui teſtamenti ꝑ
Chriſtum donatã: & legalium ſymbolorũ ve
ritatem in ipſo eſſe impletam(ſicut ait apoſto
lus)in quo plenitudo diuinitatis corporali-
ter habitat. Plenitudinem videlicet diuinita-
tis myſticos legalium vmbrarum intellectus
appellans: quos Chriſtus in carnem veniens ĩ
ſeipſo corporaliter(hoc eſt veraciter)habitaſ
ſe & docuit: & manifeſtauit: quoniam ipſe eſt
fons: & plenitudo gratiarum: veritas ſymbo-
lorum legalium: finis & propheticarũ viſio-
num. Cui gloria cum patre & ſpiritu ſancto ꝑ
omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

IN illo tẽpore. Angelus domini apparuit ĩ ſomnis Ioſeph dicẽs. Surge & accipe puerũ: & matrem eiꝰ: & fuge in ęgyptum: et eſto ibi vſq; dũ dicam tibi. Et reliqua. Matthęi. II.

Homilia Tertia.

ANgelus domini ꝑ ſomniũ apparuit Ioſeph. Qualis an E
gelus? Ille ipſe qui & ad Ma
riam deſtinatus fuerat: Ga
briel ille annuntiare venit
qui ad zachariã in tẽplo lo

cutus eſt.Ipſe & nunc per ſomniũ oſtẽdit ſe Io
ſeph ſanctꝰ angelꝰ Gabriel.Ipſi eñ inuentum
fuerat & cõmendatũ generationis dominicæ
ſacramẽtũ.Propterea & digne Gabriel appel
latus eſt: quod interpretatur fortitudo dei.Il
lius namq; incarnationis ſacramentum com-
mendatum habebat: qui veniebat ad debellan
das poteſtates aereas.Iſte etiam angelus ad il-
los bene vigilãtes paſtores venit: & domini ge
nerationem eiſdem annũtiauit. Angelus(in-
quit)domini ſtetit iuxta illos.Et gl'ia dei cir-
cunfulſit illos.Iſte ergo beatus: & ſanctus an-
gelus: & nunc Ioſeph apparuit per ſomnium
dicens.Surge & accipe puerum: non tuũ pue-
F rum: ſed hũc puerum cui prius pater teſtimo
nium perhibuit dicens. Hic puer meus dile-
ctus eſt in quo bene complacuit animę meę: &
ea quæ ſequũtur.Hunc dicit puerum accipe:
per quem reges regnant: & potentes ſcribunt
iuſtitiam.Per quem ſapiẽtes magnificantur:
& principes poſſident terram.Hunc puerum
accipe: & matrem eius.Non tu huic puero pa
ter: ſed hæc ſola virgo huic puero mater.Non
indiget patre ſuper terram.Incorruptibilẽ.n.
habet patrem in excelſis. Non indiget matre
in cœlis: immaculatam: & caſtã habet matrẽ
in terra: hanc multum beatam virginem Ma-
riam.Sine matre: & ſine patre ſimilis filio dei
vt ait quidam.Ita vt intelligatur filius dei ſi-
ne patre plenus ſuper terram: Sine matre ĩ cœ
lis.Sine patre ſecũdum corpus.Sine matre ſe-
cundum deitatem.Sine patre ĩ ſinu virginis:
in nouiſſimo tẽpore: ſine matre in ſinu patris
G ante omnia ſæcula.Accipe puerum: & matrẽ
eius.Ante generationem coniugem eam ap-
pellauit Ioſeph.Poſt generationẽ matrem eã
dicit pueri: & quare ante generationem con-
iugem dixit?Propterea vt diabolo occultaret
vtramq;: vel impiis iudæis: & poſtmodũ perfe
cto ſacramẽto: atq; generato vnigenito ex ipa
virgine: poſt laudem quoq; angelorum: atq;
paſtorum: poſt adorationem magorum: poſt
circunciſionem factam ſecundum legem: iam
nec erat neceſſe vt coniunx diceretur: ſed ma
ter huius qui natus eſt pueri vocatur.Idcirco
& in ægyptum fugere mãdauit: & iterum ad
terram Iſrael reuerti: ſicut dictum eſt ad Io-
ſeph.Accipe puerum: & matrem eius: & fuge
in ęgyptũ.O Ioſeph fuge ab Herode. A ſimili
fuge diabolo: cui virginitas Mariæ occulta
eſt.Sed hic qui in ea natus eſt nõ occultꝰ fuit.
Audiuit enim angelos præconantes: paſtores
laudantes: magos adorantes: ſtellam ſuperful
gentem: & plura alia ſigna: & hunc promiſ-
ſum: & magnum conſyderans omni virtute ĩ

terficere perquirebat.Fuge nunc in ęgyptum H
ait.Quare in ęgyptum? propter multitudinẽ
quæ ibi eſt idolorum: abominationumq; mul
tarum.Fuge in ægyptũ: propterea vt deſtruã
tur manufacta eorum: vt confringantur & ꝑ
eant idola ipſorũ. Propterea vt dęmones tur-
bentur: & regum fabricę in idolis deſtruãtur:
vt fiat in aduentum domini fugitiuorum ſer
uorum: atq; malorum interitus.Fuge in ægy
ptum vt adimpleas quæ dicta ſunt. Ecce dñs
ſedet ĩ nube puſilla: & veniet in ægyptum: &
commouebuntur omnia manufacta ægypti.
Ecce dominus ſedet in nube puſilla: carnalem
animam non habẽte: nec aliquam peccati gra
uedinem.Nubes enim in aera eleuatur: atq;
leuitate ſui in alta dirigitur: quia peccatum
non fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eiꝰ.Fu
ge in ægyptum: vt fugiant de ægypto qui ibi
ſunt dæmones: vt appropient ibidem angeli
ſancti qui deum conſequuntur: qui ſanctis iũ
guntur: vt pro multitudine templorum: atq;
abominationum multarum multitudo exu-
beret & eccleſiarum.Pro idolorũ turbis: tur-
bæ abundent fidelium atq; colentium domi-
num.Pro vitiis: & erroribus multis multa ca
ſtitas: multaq; ſanctitas ſuperabundet: multa
q; virginitas.Fuge in ęgyptum.vt hi qui ĩ no I
mine Chriſti perſecutionem patiuntur: qui
tribulationes tolerant: qui iniurias perferen-
do fortiter ſtent: & viriliter prælientur: veri-
tatem teneant: fidem non derelinquant: eccle
ſiam non deſerant: ſed ſemper meminerint:
quia & dominus a peccatoribus perſecutio-
nem perpeſſus eſt: quoniam ab iniuſtis contu
meliatus eſt & ab ipſis de loco in locum fugit:
& ab ipſa ſua ĩfantia: ab initio pene introitus
ſui in hunc mundum.Fugit enim dominꝰ de
loco in locum: non mortem timens: nec inter-
fectionem formidans: ſed myſterium: & con-
ſummationem paſſionis propter multorũ ſa-
lutem expectãs. Sępius enim a volentibus eũ
lapidare per medium eorum trãſiit. Sed poſt K
hæc enim omnia: vel cętera ſentiens Herodes
ꝙ deluſus ſit a magis: Deridere volẽs: deriſus
eſt: ſpernẽdo ſanctos ſpretus remanſit. Et ido
lis cogitationibus fraudis ſuæ: atq; articulis
ſuis ſuperatus: atq; confuſus expauit. Sentiẽs
ꝙ deluſus ſit a magis.Deluſa eſt eiꝰ animi per
uerſitas a ſancta iuſtitia ſicut ſcriptum ẽ. Do
minus diſſipat conſilia gentium: reprobat au
tem cogitationes populorum: & reprobat cõ
ſilia principum. Conſiliũ vero domini manet
inęternum: cogitationes cordis eiꝰ in genera-
tione & generationem.Hęc cõuenienter: vel
ſecundum Herodem: & ſimilibus eius dicta

a ſanctis prophetis: atq; conſcripta ſunt. Deſtructum eſt ergo conſilium Herodis vt m'ltorum proficeret ſalus: & is qui ex virgine nat⁹ eſt totum redimeret mundum. Hi ergo beati magi per ſomniũ admoniti / Herode relicto ad propria per aliam profecti ſunt viam. Per illã viam per quã & deſyderantes videre venerãt Chriſtum. Ipſe eis vita fuit Chriſt⁹: qui & deſyderantibus viſus eſt: & remeantibus inhærere vel comitari dignatus eſt. Ipſi quoq; annuntiauerunt cunctis: nomẽq; ſanctũ vnigeniti prædicãtes ad ſuam prouinciam perrexerunt. Quibus ita geſtis ſentiens herodes q̃ deluſus ſit ab iſtis magis: iratus factus eſt nimis vtpote quem auctor omniũ ſcelerum diabol⁹ poſſidebat: inerat illi furor ſerpentinus: horribiliſq; draconũ & ſpirituũ immundorum inſania. Idcirco vt dictum eſt irat⁹ eſt nimis. Multa in furore ſuo cogitans: diuerſa conſyderãs intra ſemetipſum dicebat. En ego qui domui prouincias: occupaui vrbes: inuitos mihi ſubieci populos: alia volũtaria alia neceſſitate ad meum cõuerti obſequium: qui terrui hoſtes: deuici aduerſas gẽtes: in quibuſcunq; volui meis impietatibus ſatiſfeci: furoriq; meo obſecundatus ſum: nec quicq̃ mihi cõtra quod volui reſtituturum putaui: ecce nunc meipſum videor circũueniſſe: deludor nũc a magis: & ab alienigenis velut nullus irrideor. Decidi a potẽtia mea: a miſeris hominib⁹ illudẽd⁹ deueni.

A Hæc dicẽs impalluit furioſuſq; tremor p totam eius cucurrit mentem. Frendebat dentibus: nubilo tenebricabatur aſpectu. Igne⁹ oculis eius ſeſe turbo infuderat: ſuiſq; gemitib⁹ intra ſemetipſum impi⁹ torquebat. Nec immerito dicit ſcriptura quia ira regis vt rugitus leonis. Ergo iratus factus eſt nimis: quo nefando furore excæcatus animus ei⁹ deum cõtemnit: iuſtitiam abigit: miſericordiã ſpernit: pietatem relinquit. Vno tãtum (vt dixi) furori ſeſe totum dedit. Iratus ergo frẽdebat nimis.

B Et vt impleret ſibi exitiabilem cauſam: miſit impius ſtatim: & occidit oẽs pueros qui erant in Bethleem & in oĩbus finibus eius. Cõſummauit miſer iniquitatis ſuę furioſę cõmenta: totumq; q̃d male cogitauerat in ſui pœnã adimpleuit. Multi multas iniquitates facere feſtinauerunt: iſte autem nequiſſimus herodes in peſtifero ambitu cordis ſui omniũ facinorum crimina ſupergreſſus eſt. A deo diſceſſit: cui⁹ nec reuerẽtiam vnq̃ habuit: maieſtatem diuinam offendere non curauit: innocentes: lactẽtes: & immaculatos ab omni crimine interficere feſtinauit. Dolorem parẽtib⁹ piis: luctuſq; multiplices cruentus ingeſſit. Miſit & occidit omnes pueros. Quare occidit? Propterea C vt poſt magorum illuſionẽ ſicut putabat puerum inter iſtorum neces deperderet. Sic & antea iniqu⁹ fecerat Pharao: qui & ipſos vniuerſos paruulos in flumine necari mãdauit. Moyſen enim quærebat occidere: propter quẽ infantes iuſſit occidi. Et ſi ad exercitum ſuũ alia loquebatur: vt ne multitudo creſceret filiorũ iſrael: ideo debere necari infantes: tamen ĩ corde Moyſen maxime interficere cogitabat. Ita & iſte nunc maligniſſimus Herodes propter vnius ad cuius feſtinabat pueri necem cũctos ante prouectum ætatis occidit infantes. Saul etiam impius quondam innocentem perſecutus eſt Dauid: quẽ & interficere modis omnibus feſtinabat. Quo fugiente culpæ vilis ira cõmotus ſacerdotes pios ſenes etiam & iuuenes paruulos & lactãtes omnes pariter interimi ſine mora præcepit. Sic & Achab rex irreligioſus Heliam ſanctũ quęrẽs occidere: & minime inueniẽs: innumerabiles populos interemit: ſicut refert Abdias ſanctiſſimus. Ita & extremus Herodes: de quo in actibus apoſtolorum commemoratum eſt: Petro de carcere ab angelo educto cuſtodes innocentes & innoxios occidi mandauit. His ergo ſimilib⁹ ſupradictis D omnibus peiora nunc augmẽta adnectens ſceleris ſui exaggerauit malitiã ĩ miſerrimos Herodes: magos ſe deludentes apprehẽdere quærens: nec potẽs: vt eos more canum ſi fieri contigerit dentibus diſcerpſiſſet ſuis: & nullo modo reperiens / malitia (vt dictum ẽ) canum rabidorum ad alios lacerandos conuerſus eſt: vt ſuæ ſatiſfaceret iracundiæ. Vel iterum ſicut canis inſanus ſaxo percuſſus eſt: dum percutientem ſequi non præualet ad ipſum furore cõuertitur lapidem: quẽ pedibus dentibuſq; diſſipare perquirit: non aliter Herodes ſua pręcipitatus iracundia: ſolitoq; inſanę ſuæ mentis furore infantium cęde verſatus & concitatus eſt. Miſit: & occidit omnes pueros qui erant ĩ Bethleem: & in omnibus finibus eius: non ſolum quia occidit: ſed violenter occidi mandauit. Mortem enim ipſam quã intulit cum cruciatibus pœnarum iniecit. A bimatu: & infra E omnes occidi iuſſit infantes vt audierat tempus a magis. Miſit ergo in Bethleem: miſit impie: ſcelerate: crudeliter indignos: impios: crudelitatis ſuæ ſocios: & miniſtros feritatis ſuę ĩpietatiſq; horribiles apparitores. Miſit in Bethleem quaſi aduerſarios: & contra ſe repugnãtes hoſtes. Miſit q̃ſi contra expugnatores (vt dixi) imperii ſui: miſit quaſi contra fortem exercitũ: q̃ſi cõtra pugnatores: & pliatores idoneos. Circundant miſſi illã oẽm continuo re

gionem: viuentem quærētes panem vnigenitum de cœlo venientem: deſcēdentem de ſupnis: hunc quærebāt in Bethleem in domo panis. Sic enim interpretatur Bethleem domus vel ciuitas panis. Ergo in panis domo viuētē quærebant panem: non ad vitam ſibi: ſed potius ad mortem: non ad ſalutem: ſed ad interfe-
F ctionem. Irrumpentes itaq́ʒ in ciuitatem crudeliſſimi hoſtes feralia ſecum præcepta portātes percutiebant paruulos in manibus hærentibus miſerorum parentum. Percuſſiq́ʒ crudeliter paruuli iactabantur in finibus matrum. Quibuſq́ʒ matres dilaceratis crinibus oſcula q̄tum poterant morientibus paruulis infigebant. De complexu iterum miſerorum patrū alii plāgentes rapti infantes collidebantur in terram: haſtiſq́ʒ: & gladiis fundebantur: nec alter alterum de parentibus poterat conſolari quia omnibus proprius atq́ʒ cōſimilis inerat luctus. In omnibus pene domibus occiſi p̄uuli volutabanť in ſanguine. Sicut in ęgypto quōdam vt ſuperius dictū eſt / ſub Pharaone ipſo geſtum eſt: ita & hic turba crudeliū hoſtium / turbam innocētum necauit infantū: in illorū morte ſibi maximū interit[illegible] inferens. & ſic ſibi ſatis hoſtilis gladius fecit. Sed p ſuā dexteram prius ſe crudelis occidit hoſtis: vulnera aliis infigēdo ipſe ſuā animā vulnerauit. Inferendo tēporalem mortē ſe æterna morte dānauit:
G Fletus ergo parentum: vel filiorum vndiq́ʒ reſonabat: terrore gladiorum omnis regio turbabatur. Parentes dolore nimio exanimes pene remāſerant: artubuſq́ʒ omnibus reſolutis. In cruore adhuc tremētum ſuorū iacebāt paruulorum. Nec iam ſe quiſq̄ conſolari valebat: ſed omne eis hoc erat grāde ſolatiū: ſi paruula corpora ſuorū infantum cōplecti: q̄tum vellent: vel ſepelire liceret. Cupiebant parentes pro filiis mori: libēterq́ʒ ſeſe: & ſuppliciter cruentis vulneribus offerebāt. Petebant mortem pro filiis: ſed nō erat qui audiret: non erat q annueret. Nulla ibi miſericordia: nulla apd hoſtes pietas fuit: diuitum: vel pauperū ſeruorum: atq́ʒ liberoꝝ: ciuium: vel peregrinorum: paruuli paſſim p̄iiciebātur occiſi: nulli vt dictū eſt exhibita miſericordia ē: in ſingulis domibus bini: vel terni inueniebantur occiſi. In plateis quoq́ʒ omnibus luctus: & fletus: & vlulatꝰ vndiq́ʒ ſonabat. Nec erat (vt diximꝰ) qui lugentem conſolareť parētem: quia omnibus
H par inerat luctꝰ: & dolor. Simile eſt hoc vt ſentire valeamus ad futurum iudicii diē vbi omnes veniēt: & vnuſquiſq́ʒ ſibi timebit: nec aliū poterit cōſolari / aut a ſua culpa liberare. Ita geſtum eſt in iſta Bethleem: ſicut iā ante ab Hieremia ſancto propheta fuerat dictum. Vox in Rama audita eſt ploratus & vlulatus: Rachel plorans filios ſuos: & noluit conſolari: qa non ſunt. Hāc ergo hiſtoriam primo pręcinuit ſpiritꝰ ſanctus quia pro domino gerēda eſſet: vt I
audientes qui habitāt Hieruſalē: vel in Bethleem: & proximis locis: rememorarentur propheticorum dictorum: & in tribulatione ſua cuncta forti animo tolerarent: quia dominus iſtos de quibus prelocutus eſt per prophetam elegerat infantes: quiq́ʒ paruuli / & ad memoriam æternæ laudis a beato euāgeliſta in ſancto euangelio conſcribuntur. Horum & memoria ſemp vt dignum eſt in eccleſiis celebratur: ſecūdum integrum ordinem ſanctorum: vt primorum martyrum pro domino occiſorū: et vt ipſa Bethleem primitias domino martyrū in qua natꝰ eſt ipſe ſaluator obtuliſſe videatur. Sed adhuc primitiæ videbantur ex iudæis: necnon etiā ex gentibus: quiq́ʒ poſtmodum ad ſimilitudinem iſtorum paruulorum innocentes pro domino pati habent: velut & ipſi paruuli necdum habentes ſcientiam plenam in rebus ſæculi: neq́ʒ aſtutiam aliquam. Quibus apoſtolus ſcribens dicebat: Velut infantibus lac vobis potum dedi. Et velut innocentes infantes in nullo curam circa ſęculum habentes: ſed omnia quaſi contemnentes: atq́ʒ negligentes: paratiq́ʒ pro domini charitate ad mortem ire. Tales videntur qui ex gentibus credunt velut innocentes: & intellectu ipſius puritatis fortes in paſſione. Imago ergo fue- K
runt gentium iſti ſancti infantes qui pro domino ſunt occiſi. Bene ergo & ſecūdū volūtatem dei eorum memoriam ſancti patres celebrare mādauerunt ſempiternam in eccleſiis: velut pro domino morientium: velut pro iudæis: & gentibus credituris: vel etiam pro ipſis parentibus. Quorum parentes præ nimio dolore (vt diximus) percutiebantur: vt eis interceſſio filiorum apud deum plurimum profuiſſet. Conſyderantes: & in memoriam reuocantes parentes antiquorum ſermones ꝓphetarum ſanctorum ſuos mitigarūt exinde (vt dixi) dolores. Ideoq́ʒ hi beati: & ſancti infantes in æternum ſociati ſunt in numero omniū ſanctorum: atq́ʒ beatorum. Rachel inquit plorans filios ſuos: & noluit cōſolari quia nō ſūt. Cōſyderemus & hoc. Ioſeph & Beniamin mater cum eſſet Rachel: quomodo plorauit lude filios / id eſt quos dixit ſuos affines ex Lię ſororis progenie venientes? Quomodo ergo plorauit ex Iudæ generatione occiſos filios? Sed hoc vt ego arbitror non magnā habet quęſtionem. Rachel eīn in via quę dicitur hippodro-

mi in terra cabrati introeũtibus in Bethleem
ſepulta eſt ſicut narrat Iacob Ioſeph filio ſuo.
Dixit eam propheta quaſi plorantẽ filios ſuos
cũ Iudæq mortui ſunt in Bethleẽ filiis. Duas
nũc ratiões habet hoc verbũ: vnã quã aliquã-
ti antiqui dixerũt ad beniamin pertinẽtẽ filiũ
Rachel affinitate Iudę generatiõis coniũctam
qui Iudę filii pro dño nec mortui ſunt. Plora-
uit ergo Rachel filios ſuos quaſi nihil paſſos:
in aduẽtu vel pro aduẽtu domini: & quaſi nõ
eſſent exiſtimauit ad illos qui ꝑ dño mortui
ſunt: & martyrii tulerũt coronam. Ita ergo an
A tiqui dixerũt. Eſt & alia ratio. Ipſa Rachel plo
rare dicitur: hoc eſt genus beniamin affinita
tem ipſam generationis Iudæ habens. Exten-
dit enim & illuc ſuam crudelitatem Herodes
ſine miſericordia omnes affines iudę & benia
min filios interficiens. Prius in Bethleem in-
terficit oẽs. Poſtmodum miſit in circuitu re-
gionum ſine miſericordia manꝰ: nullũq; viuũ
dereliq̃t infantẽ. Ideoq; plorare dicit̃ Rachel:
B hoc eſt generatio beniamin. Vel ꝓpterea ad-
huc nominat Rachel: omniũ noſtrũ pietatem
ꝑ illã demõſtrans circa filios vel ꝓximos in no
mine Rachel vniuerſas pias matres (vt dixi)
ſignificatas. Matres eñ ĩfantes ſuos maiori di
ligũt affectu q̃ patres. Propterea cũ aliquid in
fantibus contigerit plus tabeſcũt illæ quę eos
genuerũt matres: q̃ qui illos fecerunt patres.
Idcirco nũc maior & multiplex & nimium ꝓ
lixus earum quæ genuerũt effectus eſt luctꝰ.
Quidã eñ infantes nimis paruuli: & nuꝑ na-
ti ad mortẽ oblati ſunt. Aliquãti paulo maio
res amplectentes vbera matrũ diripiebantur
occidendi. Alii in cõſpectu parẽtum repentes
iam vel ludentes/gladiis ſine miſericordia ne
cabant̃: vt ſuperius memoratũ ẽ. Ideoq; omni
um horũ occiſorũ matres ꝑ Rachel pię matris
nomen demonſtrant̃ miſerabiliter plorantis:
& nimis lugentis. Hi ergo cũ iniuſte vel impie
occiderẽtur in pace/in quiete multa pro noĩe
dñi paſſi de hoc mũdo ſublati ſunt in eccleſia
æterna ꝑ ſæcula in Chriſto manſuri. Eorũ ve-
ro parentes pro ipſoꝝ merito paſſionis dignã
mercedis accipiẽt retributionẽ a iuſto æterno
C dño deo. Venit ergo vt ſupra dictum eſt dñs
in ęgyptũ/vt exinde oẽs dęmonũ exercitus fu
garet: & omnia idola cõminueret: & omnẽ ri-
tum vel diuerſa mala opera: & actꝰ inde euel-
leret: & fidei & caſtitatis fundamentum ibidẽ
collocaret: vt illud qđ ſcriptum eſt ibi: adim-
pleretur: et vbi abundauerit delictum ſuper-
abundaret & gratia. Ibi eñ ſuſtinuit dominꝰ
q̃diu Herodes impiꝰ: & crudelis defunctꝰ eſ-
ſet. Et exinde ad terram iſrael remeare feſtina
uit: quo patris præceptũ illic perficeret: vt le-
gis & prophetarũ teſtificationes ibi adimple-
ret vbi & prophetatę: & vaticinatę ſunt. Illuc
ergo reuertens dñs: vt populum iſrael illumi
naret: vt ſęculum ſaluaret: vt eccleſiam ſolida
ret: vt cunctos ſe diligentes in vita æterna &
in regno cœlorum ſibi cohęredes faceret. Qui
cũ deo patre & ſpiritu ſancto viuit: & regnat
in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN illo tempore. Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis. Cum ieiuna
tis nolite fieri ſicut hypocri
tę triſtes. Demoliunt̃ eñ fa
cies ſuas vt pareãt hoĩbꝰ ie-
iunantes. Et reliqua.

Matthæi. VI.

Homilia Quarta.

SVperabũdãter & digne do D
minus cõſequẽtia oratiõis
ieiuniũ cõmẽdauit. Conue
niẽs: & cõſequẽs orationis
ieiuniũ: & ꝓcurat oratio ie-
iuniũ: vel iterũ ieiuniũ ora-
tionem. Ideo apoſtolus in quodam loco hoc ſi
gnificãs ait. Vacate ieiunio: & orationi. Qua
lis anima erit quæ ſic volũtati carnis cõiungi
tur vt alacri deuotiõe ieiunet: & oret? Et quo
modo propter deum vtraq; adimplet: ꝑficit. E
Ideo cum ieiunatis (ait dñs) non propter hu-
manam laudem: nec propter vanam placendi
cuiq̃ cupiditatem: quę præterit: ſed cum ieiu
natis ex dilectione dei ieiunate: propter regnũ
cœlorum ieiunate. Cum autem ieiunatis per
ſanctorum viam pergite: ipſius domini veſti-
gia ſeq̃mini. Sic & Moyſes ieiuniũ magnificãs
dicit. Ieiunaui quadraginta diebꝰ: & quadra-
ginta noctibus panẽ nõ mãducaui: & aquam
nõ bibi. Sic & Helias per ęquale ieiuniũ: & tẽ-
pus: illam magnificam vidit viſionem dei. Sic
& Daniel ieiunans gloriatur: & dicit. Ego Da
niel fui ieiunãs per tres hebdomadas dierum:
panem deſyderiorum nõ manducaui: vinum
non bibi: & caro nõ introiuit in os meum. Sic
illi tres pueri delitioſam contẽnentes mẽſam
legumina in ieiunio ſumebant: & ita flammã
fornacis cuncti virtute fidei extinxerunt. Sic
& illi beati duodecim apoſtoli aſſumpto ipſo
poſt reſurrectionem euangelii prædicationẽ
ieiunantes cõmẽdarunt mũdo. Cũ autẽ ieiu-
natis. Chariſſimi ad ſpũalia conuertimini: ad
cœleſtia eleuamini. Cũ autẽ ieiunatis dæmo-
nes vincit[; oẽmq; claſſem illã malignã retror
ſũ conuincitis: mala deſyderia effugatis. Qñ

alacriter ieiunatis:quando inſtanter:& ſyncę
re a malis abſtiñetis:tũc nõ eritis hypocritę tri
ſtes:ſimulatores:hominibus mẽtientes:ſimi=
les illis hominib⁹ qui exterminant facies ſuas
G vt pareāt hominibus ieiunātes. Duo itaq; ma
la faciunt:vnum ꝙ triſtes facies ſuas oſtēdũt:
quia non voluntarie ieiunant:propterea non
habent mercedem. Hilarem enim datorē dili=
git deus. Aliud autem ꝙ coram hominib⁹ qđ
non ſunt:eſſe fingunt:& humanam laudē lu=
crari quærunt:atq; ſe videntes ſcādalizant:ſi
biq; æternum iudicium pręparant. Tales erāt
iudęi:tales & nũc ſunt innumerabiles hæreti
ci:qui ſuper alia infidelitatꝭ:& irreligioſitatis
oſtendunt:& addunt & hoc:vt exterminēt fa
cies ſuas:vt dum ieiunāt colorent pallore vul
tus & oculos ſuos:vt viſi admirētur:quaſi ve
races:& vt perſpecti diligantur velut ꝑ ieiu=
nio laborantes:honorent̃ etiam velut diſcipu
li domini:beatificent̃ quoq; velut hunc mun=
dum cõtemnētes. Ideo exterminãt facies ſuas
iſti hypocritæ:& iſti ĩcreduli. Iſti ſpe inanes:q
iam acceperunt mercedē ſuam:illam breuiſſi
mam ab hominibus laudem:iſtam tẽporalem
a mortalibus adulationem. Sed ſuper terram
hanc acceperũt mercedem. De cœlis aũt ma=
gnum eos expectat iudiciũ:ſicut deo:& homi
H nibus mẽtientes. Attēdite o Chariſſimi eccle
ſię filii:vt nullus qđ non eſt ſe eſſe fingat:ſed ĩ
veritate deo ſeruiat:ſed alacriter eius legē per
ficiat:ſed eius diligentiſſime mandata cuſto=
diat:propterea vt ęternæ vitæ mercedē ab ip=
ſo domino percipere mereatur. Exterminant
eñ facies ſuas. Bene dicit ꝙ exterminãt:hoc
eſt immaculatas/maculant:incoinquinatas/
coinquinant:mundas/ſordidãt. Propterea di
gna illos exterminatio in hoc ſęculo expectat.
Tales ſunt aliquæ mulieres:quæ album:& ni
grum:& rubicundum ſuper facies ſuas indu
cunt:quaſi ſapientiores plaſmatore ſuo:tanq̃
non bene illum fecerit vultum:tanq̃ non pru
denter iſtam faciem conſtituerit. Huius creã
tis opus volunt emendare:& componere non
erubeſcunt:& poſt fabricatoris manus ſuper
addere nõ verentur. Mortuis coloribus viuē
tes ſuas facies liniũt:& de viuentibus in mor=
tem tranſmutant:Ideo vt imprudentium fa=
ciant euolare corda:vt minus cautorum ſub
uertant animas:vt multam perditionem ſibi
met parent. Iſta ergo oĩa religioſæ:& credētes
I animæ fugere:& abhominare debēt. Tu vero
cũ ieiunas ait dñs:tu deũ timens:tu fidē ſer=
uãs:tu religioſitatē adimplēs:tu ergo cũ ieiu
nas:qđ ſumpturus eras diſtribue pauperib⁹.
Cũ ieiunas frange eſurięti panē tuum:paupe
rē:& ſine tecto induc in domũ tuam. Si vide=
ris eum nudũ:veſti:& domeſticos ſeminis tui
ne deſpicias. Tunc erũpet tua dom⁹ paupe=
ribus quando tu ſic ieiunas. Quando enim ie
iunas o amice depone omnē malitiã:omnē ze
lum:omnē furorem:omnē iniquitatē:omnem
iracundiã:omnē ſuperbiã:omnē litem:omne
maledictum. Cum ieiunas nõ mãducabis car
nē(hoc eſt nõ mãducabis carnē humanã) im
pie agēdo. Nõ bibas vinũ. Nõ bibas ſanguinē
per crudelitatē. Non ſpires ſicerã:hoc eſt non
ſpires adulationem:nec bilinguis ſis in perdi
tionem animę. Cũ ieiunas ſicut marceſſit ven
ter tuus:ſic efficiatur os tuum:ſed plus mar=
ceat tũ cor tuum. Anima tua ſit ab omni ma=
la cogitatiõe ſepoſita. Attēde ne cõcipias do=
lores cõcupiſcentię. Sed omnia hęc mala depo
nens:omnia indigna expellens:ſic ſanctum:&
deo placens ieiuniũ ieiunabis:hilari animo/&
lympido corde ieiuna:& non triſti vultu. Cũ
ieiunas(ait)vnge caput tuũ:& faciem tuã la
ua:vt non videaris hominibus ieiunãs:ſed an
gelis & omnibus ſanctis. Oēs occaſiões abiice K
vt non videaris hominib⁹ ieiunare. Et faciem
tuam laua:vt nõ ſit ſordidus aſpectus tu⁹:&
caput tuũ vnge:vt nõ indecorus videaris:vt
nõ cognoſcant vidētes ꝙ ieiunes:& dicãt. Ec
ce ille chriſtian⁹ vide q̃ triſtis ē qa ieiunat. Vn
ge ergo caput tuũ. Caput tuũ Chriſt⁹ eſt(ait
apoſtol⁹.)hoc ergo caput tuũ vnge:& hoc de
cora omni tempore:& maxime in tēpore ieiu
nii:vnge per ſingularem charitatem:vnge &
cõpone per pauperum miſerationē:peregrino
rum eleemoſynas:ꝑ iſta ergo vnge caput tuũ
dñm tuum Chriſtum:vt dicat tibi:quando fe
ciſti vni ex his puſillis mihi feciſti. Ita ergo vn
ge caput tuum. Sed & faciem tuam laua. Om
nis corporis gl̃ia:& decor facies eſt. i. aſpect⁹:
& vultus. Sic & omniũ credētium vnum cor
pus aſpectus:& gl̃ia eſt eccleſię:& ſanctitas al
taris. Hanc itaq; laua:hoc eſt orna:& exalta: L
honora:& gl̃ifica:& hoc fac ad gloriã:& exal=
tationē capitis hui⁹ corporis:qđ eſt Chriſt⁹ q
eſt caput ecclĩæ. Etem̃ vere q eccl̃iam exaltant
vel altare honorificãt ſãctũ:ad gl̃iam dñi hoc
faciunt. Ita ergo faciē tuã laua:hoc eſt viſionē
aĩæ:aſpectũ cordis tui laua:mũda ab oĩ conta
minatiõe:ab oĩ caligine:ab oĩ errorꝭ obſcurita
te:ab oĩ ĩfidelitate. Ablue cor tuũ hieruſalē vt
ſalua ſis:ait quidã. Lauamini:mũdi eſtote:au
ferte iniqtates ab aĩab⁹ veſtris a cõſpectu ocu
lorũ meoꝝ. Hanc faciē:& hũc aſpectũ lauem⁹
o dilectiſſimi:lympidã & ſine offenſiõe aĩę nrę
faciē:omni tēpore cõſeruem⁹ in cõſpectu dei
vt ſim⁹ lympidi:& ſine offenſa ante dominũ:

in ſempiternũ. Hæc itaq; omnia facite: vt pater veſter qui videt in occulto reddat vobis in manifeſto: ĩ illa manifeſtatiõe de qua dicit Daniel. Et tũc prudẽtes fulgebũt ſicut luminaria cœli. Et iterum. Iuſti atq; alii plures ſicut ſtellę
A ĩ æternũ. Sequitur adhuc: Nolite theſaurizare vobis theſaurum ĩ terra: vbi erugo/ & tinea exterminãt: & vbi effodiũt fures: & furãt. Nihil in terra firmũ: nihil ſtabile: nihil tutũ. Omĩa infirma: omnia caduca: omĩa tẽporalia: & trãſitoria: vita pertrãſit. Iuuentus ſeneſcit: honor aufertur: diuitię fugiũt velut aliquis fugitiuus: diuertẽtes ab alio ad aliũ tranſeunt meretricio more amorẽ fingentes: & nulli fidem ſeruãtes. Ideo nolite theſaurizare vobis theſauros ſuper terrã: vbi nihil fidele: vbi inimicitię propter pecuniã: vbi zelus/ & iracũdia pro cupiditatibus vbi frater fratri inuidet ditiorem videns: alius alium circũuenire per zelum quęrit: vbi qui habet: & poſſidet theſauros adhuc inhiat: & accumulat ad rapinã: & pauper vſq; ad mortem
B tolerat neceſſitatem. Nolite theſaurizare vobis theſaurũ ſup terram. Trãſiet em̃ iſta terra & iſte qui in ea eſt theſaurus: & anteq̃ terra pertranſeat: antea iſti pertrãſeũt theſauri: aut qui theſaurizat moritur. Quid adiuuerunt Pharaonẽ illi plures theſauri Aegyptii. Nõne repẽte in maris profundo abſorptus eſt? Quid adiuuerunt Nabucodonoſor regẽ totius pariter orbis diuitię cõgregatę: & in Babyloniã trãſlatę? Nonne eliſus eſt de throno gloriæ ſuę: & de medio hominum ſubito ſeparatus eſt: atq; cũ feris agreſtibus deputatus: & ſeptem annis habitare præceptus eſt? Etenim tunc ille conſiliũ audiẽs beatiſſimi Danielis peccata ſua eleemoſynis ex parte redemit. Quid adiuuit Baltaſar filium eius ꝙ ipſe poſt patrem ſuũ innumerabiles terrenas congregauit diuitias? Nõne percuſſus ſtatim ĩ eadẽ nocte periit? Quid dicem⁹ de aliis multis q illi ſimilãtur: de quo in euãgelio ſcriptũ ẽ: ꝙ horrea ſua deſtruẽs maiora ædificare quęrebat ſibimetipſi dicẽs. Habes multa bona multis theſaurizata ãnis. Propterea iſte qui colebat relictis aliis ablatus eſt: & illa quæ remãſerũt ad alios ſine dubio trãſierũt. Nolite theſaurizare vobis theſaurũ ſuper terram: hoc eſt nolite fodere ſenſus veſtros cum diuitiis in terra. Nolite recondere cor veſtrũ cũ pecunia in perditionẽ: quia multa pericula in theſauris ſunt. Multa offendicula in hũanis diuitiis. aliquãta abintro. Deforis fures effodiunt mãſiones: latrones obſidẽt in ſolitudinibus/ & in deſertis: aliquãdo plures vndiq; circũueniũt volẽtes modis oĩbus irrũpere. Alii pręparãt flãmas/ & immittũt incẽdia: videtes illos theſauros habẽtes oĩ cõſilio eos deprędari excogitãt. Propterea ſup terrã nõ vobis theſaurũ peũtes theſaurizetis o chariſſimi. Theſaurizate vobis theſaurũ in cœlo vbi theſaurizauerũt ſibi beati oẽs deũ diligẽtes. Ibi theſaurizauit ſibi Abrahã per hoſpitalitatem: Iob per egenorũ miſerationẽ. Illic theſaurizauit ſibi Samuel per iuſta iudicia. Ita Dauid oẽſq; ſancti: quorũ veſtigia ſequẽtes: & vos oẽs theſaurizate vobis theſauros in cœlo vbi neq; erugo: neq; tinea exterminãt. Erugo exterminat: id eſt diuerſorũ inuidia: & inſatiabilis cogitatio. Neq; fures effodiũt/ & furanẽ. Illi nequiſſimi dæmones: & male articuloſi: q innumerabiliũ corda effodiũt. Iſti multos & magnos theſauros furantur. Iſti effoderunt per auiditatem cor Eſau. Iſti furati ſunt ei præclaras theſaurorũ primitias cũ benedictionũ donis. Iſti effoderũt per auaritiã iudę cor: & huic apoſtolatus magnũ furati ſunt theſaurũ. Propter quid? quia nõ theſaurizauit ſibi in cœlo vbi iſti ſupradicti fures nõ effodiũt nec furantur: ſed ſuper terram theſaurizauit: propter pulchritudinem argẽti toti⁹ vitę dominũ vendidit. Iſti effodiũt & nũc multorum corda: aliquãtorũ per ſuperbiã & cupiditatem aliorũ quoq; per ciborũ auiditatem vel cætera carnis deſyderia: quos oẽs cœleſtibus regnis furantur. Ideo quia nõ in cœlis theſaurizant ſibi labore nimio & dolore quæramus: & tunc poterimus inuenire quem quærimus &c.

C

In illo tempore. Cum deſcẽdiſſet Ieſus de monte ſecutæ ſunt eũ turbę multę. Et ecce leproſus veniens adorabat eum dicẽs. Domine ſi vis potes me mundare. Et reliqua.

Matthæi. VIII.

Homilia. V.

Deſcendente Ieſu de mõte ſecutæ ſunt eum turbę multę. D
Docente vero dño in monte diſcipuli erãt cũ ipo: quibus datũ erat cœleſtis doctrinæ noſſe ſecreta: per quæ ſalutis ſcientia brutorum corda ſalirent: cæcorũq; oculis per mundanæ delectationis tenebras caligãtibus lucẽ patefacerẽt veritatis. Vnde & dñs ad eos. Vos eſtis (ĩquit) ſal terræ: vos eſtis & lumĩa mũdi. Nũc vero deſcẽdente eo de monte turbę ſecutę ſunt eũ. In mõtem ſcilicet aſcẽdere nequaq̃ poterat: qa quos delictorũ ſarcina deprimit: ad myſteriorũ ſublimia/ niſi abiecto onere ſcãdere minime valent. Idcirco & filii Iſrael primit⁹/ in montẽ aſcendere nõ poterãt ad obuiãdũ deo: qa Aegyptiaca

grauati conuerſatione præpediebātur: ſed ſo-
lus Moyſes aſcenderat: & pauci cū eo ſeniorū
Iſrael. Veluti deniq̧ tūc cum dño diſcipuli in
montē aſcenderūt: Sic & modo fideles animæ
deū timentes: & dñm diligētes: regna cœleſtia
deſyderantes: dñm ſemper ſequētes: poſt dñm
in illū cœleſtē montem aſcenderunt audientes
apoſtolum dicētem. Quæ ſurſum ſunt ſapite:
quę ſurſum ſunt quęrite: vbi Chriſtus eſt in de
xtera dei ſedēs. Deſcēdente nūc dño: hoc eſt in-
clinante ſe ad infirmitatē / & impotentiā cæte-
rorū: miſert⁹ imperfectioni eorū: vel infirmita-
ti: ſecutæ ſunt eum turbę multę. Quidā ꝓpter
charitatem: plæriq̧ propter doctrinā: nōnulli
E propter adminiſtrationē: & curationē. Et ecce
homo leproſus vnus ex illis qui curā quęrebāt
qui leuamen deſyderabāt: adorabat eū: dicens.
Dñe ſi vis potes me mūdare. Deorſum currēs:
rogas o homo / & in monte nihil dicis. Quare
ſic? Quia tēpus / & tēpora om̄i rei ſub cœlo. Tē
pus doctrinę: & tēpus curationis. In monte do
cuit / illuminauit / monuit / animas curauit / cor
da ſanauit. Propterea ergo illa maiora ego ten
tare nolui: illa ſumma tradere paſſus ſum. Ipſis
ergo ab illo completis deorſum eo de monte ad
curandum ſicuti de cœleſtibus montibus ad
ſaluandos carnales deſcendente: venit ad eum
homo leproſus adorans eum. Anteq̄ peteret
adorare cœpit: anteq̄ rogaret / culturam oſten
dit. Adorauit eum. Pro hoc ipſo deum: & do-
minū eū inuocās adorabat eū. Sicut em̄ illi bea
ti magi prius procidētes adorauerūt eū / & ita
demū ei munera obtulerūt: eodē modo et nūc
iſte cadēs adorabat: et ſic ſupplices obtulit po-
F ſtulationes: dicēs. Dñe tu q̄ digne adoraris / et
merito coleris: te ego vt dñm adoro. Ideoq̧ et
dñm dico: opera prius cōteſtās / et ſic verba lo-
quēs. Per te em̄ om̄ia facta ſunt. Tu ergo dñe ſi
vis potes me mūdare. Voluiſti: vt hæc immun
diſſima lepra ſuper me veniret: ſiue ꝓpter mea
peccata / vt correptus pœnituiſſem: ſeu ꝓpter
tuā prudentiā: vt mirabiliter me mundās ma-
gnificeris: omnia diſpēſanter: et prouidēter fa
cis: et ſalutem largiter tribuis. Siue ergo hāc le
prā propter mea peccata portaui: dimittēs cul
pas meas mūda me: ſiue propter prouidētiam
tuam / mirabiliter me munda: vt ab hominib⁹
G magnificeris. Dñe ſi vis potes me mūdare. Vo
lūtate tua opus eſt: quia et opera volūtati tuæ
obediunt. Ideoq̧ ſi vis potes me mūdare. Non
dubitans fallor: nec dicēs ſic vt ille qui filii ſa-
lutem deprecabat̃. Si quid potes adiuua nos.
Sed ſcio quia oīa potes. Idcirco nō potentiam
peto: nec fortitudinē quæro. Homines em̄ ſcio
deficientes. Sed tamē voluntatem tuam depre
cor: et ſequēs virtus ſtatim hāc gratiā adimple
bit. Dñe ſi vis / potes me mūdare. Mihi ad bene
ficium: tibi ad laudē: videntibus ad miraculū
et proficiēdi doctrinā. Dñe ſi vis potes me mū-
dare. Tu q̄ prius (ait) Naaman principē Syrię
per Heliſęū in Iordane tingēs lepra mūdaſti: et
modo ſi vis potes me mundare. Cui reſpondēs H
dñs ait. Confidens profiteris quia ego poſſum /
et ſi volo fit. Ideo volo mūdare. Magnifice cre-
dis: magnifice et mūdaris. Pleniſſime cōfiteris
pleniſſime lætificaris. Volo mūdare. Non du-
bitaſti credere: non tardo ſanare. Non diſtuli-
ſti cōfeſſionem: non differam te mundare. Vo
lo mundare. vt magnā gratiam tibi oſtendam
manū ad te porrigo. Extēdēs itaq̧ manū Ieſus
tetigit eum: dicēs. Et quid eſt ꝙ tetigi eū cum
lex prohibuiſſet leproſum tāgere? Propter hoc
tetigit: vt oſtenderet quia omnia munda mun
dis: quia aliorum aliis non adhærent inquina-
menta: neq̧ extranea immūditia immaculatos
coinquinat. Sed ad hæc propter quid tetigit?
vt humilitatē demōſtraret: et nos doceret nul
lum ſpernere: aut horrere: vel contēptibilē du
cere propter corporis lęſionem: aut maculatio
nem: quę a deo immittitur: ꝓ qua ipſe ſit reddi
turus rationem. Extendēs ergo manū eius: te-
tigit eū. Medic⁹ (ait) ſum cœleſtis: corpora cū
animabus curare poſſum. Propterea oēs tāgo
nō vt infirmitas mihi adhæreat: ſed vt ab iis q̄
eam habent expellam. Sol em̄ ait incōparabilis
ſum: et luna iuſtitiæ. Ideo omnib⁹ approximo:
et omnibus meis ſplēdorib⁹ ad ſalutē radio. Ip
ſe vero ſicut fui ꝑmaneo in ſingularis meę ſan-
ctitatis pulchritudine. Extendēs manū tetigit
eum. Non ſperno legem: ſed curo vulnus. Nec
deſtruo mandatū: ſed fugo: atq̧ mundo leprā.
Ideoq̧ cū extendo manū mox effugit. Nec con
taminatio meę virtuti proximare: vel reſiſtere
meę potētię poterit. Dico ergo. Volo mūdare.
Et me manū ad tangendū extendente: effugit
illico lepra. Et inuenta eſt manus dñi nō leprā:
ſed mūdum tetigiſſe corpus. Cōſyderemus et I
nos nunc dilectiſſimi fratres: vt nullus peccati
lepras in ſua habeat anima: aut contaminatio
nes delictorū in ſuo detineat corde. Sed et ſi ha
bet: inſtanter adorans dñm dicat ad eū. Domi
ne ſi vis potes me mūdare. Tu illū prius multa
delicta cōmittentē mūdaſti Manaſſem: et innu
merabilibus aliis a ſęculo precātib⁹ miſertus.
Tu ergo ſi vis potes me mundare. Et dñs mox
miſericordiæ porrigēs manū dicit: volo mūda
re. Et Ieſus ait illi mūdato a lepra. Huic cui mi
ſertus eſt credēti dño: qui confiſus eſt in virtu
te ei⁹. Huic ergo dixit Ieſus. Credidiſti: ſaluus
es. Speraſti: mundus effectus es. Noli obliuiſci

qualis fueris/qualis fac⁹ ſis. Nō ceſſes gratias
referre: non taceas confiteri. Chariſſimi hoc &
nos debemus facere qñ a dño de aliquo pericu
lo liberamur: vel ab aliquo dolore ſaluamur: ſi
ue infirmitatis/ſeu vulneris/ſiue de qualibet
neceſſitate. Nō efficiamur ingrati: & relinqua
mus liberatorē noſtrū: ſed alacriter gratiarum
actiones ei reddamus: ſed et munera ſecūdum
ſubſtantiam noſtrā ad honorificandū eū exhi-
beam⁹. Hoc ei & illi mādauit dñs: Vade (ait)
A ad ſacerdotes: & offer munus tuum. Dixit er-
go ei Ieſus: Vade: nemini dixeris. Et quare hoc
dñe dicet nemini? Propter meam humilitatem
propter meā dulcedinē. Et vos doceamini quā
do aliquid boni facitis nō gloriari/aut extolli:
vel inaniter placere velle in conſpectu: ſicut cō
ſuetudo eſt aliquātis: qui cū quid boni fecerint
ſeu ieiunauerint: ſeu ī pauperum eleemoſynis
largitatib⁹ necnō & in altaris honore: cultuq;
ſanctorum. Etem̄ ipſi ante homines volūt glo-
riari: & ſibi placere: ante dñm mercedē perden
tes. Vide nemini dixeris. Te em̄ tacēte: hoc mi
rabiliter clamabit. Te em̄ os nō aperiente: om-
nis virtus tui corporis iubilabit. Heſterno im
mūdus: hodie mūdus: ante puſillū horribilis:
& nūc decorus. Vide ergo nemini dixeris: ſed
vade: oſtende te ſacerdoti. Ambulante te ad tē
plum videntes mirabunt: & ſacerdos vidēs ex
paueſcet: quoniā ſecūdum legem ſemel: & bis
ab eo incluſus: & oſtendēs teipſum mūdari: nō
potuiſti. Vade ergo oſtende te ſacerdoti: vt vi
dēs cognoſcat quia nō p legis cōſuetudinē mū
datus es: ſed p grāe operationē. Nō ꝑpter terre
norū ſacerdotū imaginē: ſed p cœleſtē ſummi
ſacerdotis ſplendorem. Vade oſtende ſacerdo-
B ti teipſum. Sacerdoti te oſtende a ſummo ſacer
dote miſſus: a ſummo ſacerdote dei patris mū
datus. Sed nō videaris in cōſpectu dñi inanis:
non videaris ad ſacerdotē manu vacua venire.
Nō venias in cōſpectu ſancti templi infructuo
ſus: ſed offer mun⁹ tuū. Ad illū em̄ hoc tūc di-
ctū nos admonet oēs loquēs: vt & nos dona: &
munera noſtra nō teneamus apud nos: ſed red
dam⁹ gratias deo: maxime cum de aliqua libe
ramur tribulatione. Offer (inqt) munus tuū
Quare? vt oēs q vidēt portare & offerre/credāt
his mirabilibus: & magnificent deū qui miſer-
tus eſt tui: & infidelibus p hoc increpatio: & te
ſtimoniū duritię cordis ipſorū fiet. Dic & illū.
xxxviii. annis iacentē in infirmitate erigēs a lā
guore iuſſit portare grabatū ſuū: & ire ī domū
ſuam: & hunc ipſum lectus portatus ab eo per
mediam ciuitatem clamaret ſaluātem ſe inuo-
cando: & laudando. Sic & illum cæcum in na-
tatoria ſiloe miſit: vt videntes ambulare illuc
eundem cęcum: & iterum remeantem mirati
& obſtupeſcētes crederent huic talia mirabilia
facienti. Poſt hæc quæ ſuperius dicta ſunt: Cū
introiſſet Capharnaū ciuitatē Galilææ, ſic co- C
gnominata eſt Capharnaū. in qua ſæpius dñs
virtutis ſuæ magnificentiam demōſtrauit. In
grediente eo Capharnaū. Capharnaū nanq; in
terpretatur ager: vel villa conſolationis. Cum
ager ꝙ in eo aliquid agatur: vel villa a circum
uallatione limitis: hoc eſt munitione cuſtodiæ
nomen acceperit: congrue diſpenſatione car-
nis illo ingreſſus aſſerit dñs quo p deitatis por
tā circūdando: attrahens ad credulitatem in-
credulos: & ſanitatis miraculum erat acturus
Acceſſit cēturio extern⁹ gñatiōe: ſed mēte do
meſticus: Militū princeps: ſed plus angelorū
gaudiū. Acceſſit ad eū centurio. Increpatio nē
pe illorum oſtenditur aſcendētium quondam
ad Heliam in carmelo quinquagenorum: q ma
nētes in infidelitate cœleſti ſunt igne cōſum-
pti. Iſte vero ex infideli particeps fidei factus ī
luimus: vt conſtaret quanta eſſet exemplario
rum varietas: quæ non minor eſt q̃ inter ho-
mines facierum diuerſitas.

MAria ſtabat ad monumentum foris
plorans. Et reliqua. Ioannis. XX.
Homilia Origenis De Maria
Magdalena.

IN pręſenti ſolẽnitate lo C
cuturi auribus veſtræ
charitatis dilectiſſimi:
amor venit ad memori
am: quomodo btã Ma-
ria Magdalene dominũ
noſtrum ſuper oĩa di
ligẽdo: diſcipulis fugiẽ
tibus / eum ad mortẽ eũtem ſequebatur: ac ve
ri amoris igne ſuccẽſa: nimio ardẽs deſyderio
indefinẽter plorans a monumẽto non recede-
bat. Maria eñ (vt ait euãgeliſta) ſtabat ad mo
numentum foris plorans. Audiuimus fratres
Mariã ad monumentũ foris ſtantem: audiui-
mus & plorãtẽ: Videamus ſi poſſumꝰ cur ſta
ret. Videamꝰ & cur ploraret. Profit nobis & il
liꝰ ſtare: ꝓſit & illiꝰ plorare. Amor faciebat eã

ſtare:& dolor cogebat eam plorare.Stabat: &
circunſpiciebat:ſi forte videret quem dilige-
bat.Plorabat vero : quia ſublatum æſtimabat
quem quærebat. Dolor renouatus erat:quia
prius doluerat defunctũ:& nunc dolebat ſub
E latũ.Et iſte dolor maior erat:quia nullam cõ-
ſolationem habebat.Prima fuit cauſa doloris
quia viuum perdiderat:ſed de hoc dolore ali-
quantulum cõſolationem habebat: quia mor
tuum ſe retinere credebat. Nunc autẽ de iſto
dolore conſolari non poterat:quia corpus de-
functi non inueniebat.Metuebat ne amor ma
giſtri ſui in pectore ſuo frigeſceret:ſi corpꝰ eiꝰ
non inueniret:quo viſo recaleſceret.Venerat
autem Maria ad monumentum : deferens ſe-
cum aromata:& vnguenta quę parauerat: vt
ſicut antea pedes viuentis vnguento pretioſo
vnxerat:ſic & nunc totum corpus defuncti:&
vnguento vngeret : & aromatibus condiret.
Et ſicut prius ad pedes eius lachrymas fude-
rat:fleuerat prius:& lachrymis ſuis pedes eiꝰ
rigauerat ꝓ morte animæ ſuæ : veniebat nũc
ad monumentum lachrymis rigare pro mor-
te magiſtri ſui.Cum autem nõ inueniſſet cor
pus in monumẽto:labor vngẽdi periit: ſed do
lor lugendi creuit:defuit obſequio: qui nõ de
fuit dolori:defuit quẽ condiret:ſed nõ defuit
quẽ ploraret:eoqꝫ magis plorabat quo magis
F ille deerat.Plorabat enim vehementer Maria
quoniam additus erat dolor ſuper dolorẽ eiꝰ:
duosqꝫ dolores eximios vno geſtabat in corde
quos mitigare lachrymis volebat: ſed non va
lebat.Et ideo tota poſita in dolore : mente &
corpore deficiebat:& quid ageret ignorabat.
Quid enim mulier iſta poterat agere niſi plo
rare:quæ & intolerabilẽ habebat dolorem : &
nullum inueniebat conſolatorẽ?Petrus quidẽ
& Ioannes venerãt cum ea ad monumentum
ſed non inuẽto corpore abierũt ad ſemetipſos
Maria autẽ ſtabat ad monumẽtum foris plo-
rans:& quaſi deſperando ſperans : & ſperando
G perſeuerans.Petrus:& Ioannes timuerunt: &
ideo nõ ſteterũt.Maria aũt nõ timebat:qa ni-
hil ſuſpicabatur ſibi ſupereſſe:quo timere de-
beret.Perdiderat enim magiſtrũ ſuũ : quẽ ita
ſingulariter diligebat: vt præter ipſum nihil
poſſet diligere : nihil poſſet ſperare . Perdide-
rat vitã animæ ſuę:& iam ſibi melius arbitra-
batur fore mori q̃ viuere:quia forſitan inueni
ret moriens:quẽ inuenire nõ poterat viuẽs: ſi
ne quo tamẽ viuere non valebat. Fortis eſt vt
mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors
in Maria? Facta erat exanimis:facta inſenſibi-
lis.Sentiens non ſentiebat:videns nõ videbat
audiẽs non audiebat:ſed neqꝫ ibi erat:vbi erat
quia tota ibi erat:vbi magiſter erat: de quo ta
men vbi eſſet neſciebat.Quærebat eum:& nõ
inueniebat : & ideo ſtabat ad monumentum:
& plorabat:tota lachrymabilis: tota miſerabi
lis.O Maria quid ſpei:quid conſilii : aut quid H
cordis erat tibi : vt ſola ſtares ad monumen-
tum diſcipulis abeuntibus? Tu ante illos ve-
niſti:& cum illis rediiſti:& poſt illos remanſi-
ſti.Cur hoc feciſti?Sapiebas plus illis:aut dili
gebas plus q̃ illi:quia non timebas vt illi?Cer
te nihil modo ſapiebat Maria niſi diligere: &
pro dilecto dolere. Oblita erat timere : oblita
erat gaudere: oblita erat ſeipſam : oblita erat
deniqꝫ omnia:pręter illum quem diligebat ſu
per omnia:& quod mirabile eſt: ſic erat oblita
vt etiam ipſum non cognoſceret.Credite mi-
hi:ſi ipſum cognoſceret: in monumento eum
non quæreret:& ſi verba illius corde retine-
ret:non de mortuo doleret:ſed de viuẽte gau
deret:nec de ſublato ploraret:ſed de reſurgen
te exultaret.Dixerat enim Ieſus ꝙ ſic morere
tur:& ꝙ die tertia reſurgeret: ſed proh dolor
nimius dolor cor illiꝰ repleuerat:& memoriã
horumverborum deleuerat.Senſus nullus in
ea remanſerat:omne conſilium in ea perierat:
ſpes omnis defecerat:ſolummodo flere ſuper-
erat.Flebat ergo quia flere poterat:& dum fle I
ret inclinauit ſe : & proſpexit in monumen-
tum:& vidit duos angelos in albis ſedentes:
vnum ad pedes:& vnum ad caput:qui dicunt
ei.Mulier quid ploras?O Maria : ecce magnã
conſolationem inueniſti : & forſitan melius
tibi contigit q̃ ſperaſti . Nam tu quærebas
vnum: & duos inueniſti . Quærebas mortu-
um:& viuentes reperiſti.Reperiſti eos qui de
te curam videntur habere: & qui volunt do-
lorem tuum lenire:ille vero quem quæris do-
lorem tuum videtur negligere . Lachrymas
tuas non videtur reſpicere. Vocas eum:& nõ
audit:oras: & non exaudit : quæris illum : &
non inuenis:pulſas: & non aperit : tu ſeque-
ris illum:& fugit . Heu quid eſt hoc ? Heu q̃
magna mutatio?Heu quomodo mutatum eſt
in contrarium ? Iſte enim eſt Ieſus qui modo
receſſit a te.Et quomodo? Forte neſcis an di-
ligat te.Olim te diligebat:olim a phariſęo te
defendebat:& a ſorore tua diligenter excuſa-
bat.Olim laudabat te:quando vnguento pe-
des ipſius vngebas:lachrymis rigabas : & ca-
pillis tergebas : dolorem tuum mulcebat :
peccata dimittebat. Olim quærebat te cum
non adeſſes:vocabat te cum abeſſes. Manda-
bat tibi per ſororẽ tuam:vt ad ſe venires.Ma-
giſter adeſt:& vocat te.O q̃ cito ſurrexit Ma-
ria:vt audiuit:q̃ ſollicite venit:& ſolito more

cecidit ad pedes tuos: O bone Ieſu. Tu quoq; cum vidiſti eam lachrymantem: lachrymat⁹ es. O q̃ pie conſolando eam: dixiſti. Vbi poſui
A ſtis eum? Deniq; pro dilectione eius: quę multum dilexit te: fratrem eius lazarum ſuſcitaſti: & planctum huius dilectricis tuæ in gaudiũ cõuertiſti. Et o dulciſſime magiſter: quid poſt hæc peccauit in te hæc diſcipula tua: aut in quo poſtea offendit dulcedinem cordis tui hæc amatrix tui: quia ſic recedis ab ea? Nos poſt hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus: niſi quia quando ſepultus fuiſti: ante omnes valde mane venit ad monumẽtum tuum, ferens vnguenta quibus vngeret corpus tuum: & cum non inueniſſet te in monumento: cucurrit: & nuntiauit hęc diſcipulis tuis. Illi venerunt: viderunt: & abierunt: hæc autẽ ſtat: & plorat. Si hoc peccatum eſt: negare nõ poſſumus quin ipſa hoc faciat: ſi autem peccatum non eſt: ſed eſt amor tui: & deſyderiũ q̃d habet de te: quare ſic recedis ab ea: & abſcondis te: tu qui diligis omnes diligentes te: & q inueniris ab omnibus quærentibus te? Tu.n. dicis ego diligentes me diligo: & qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Ergo mulier iſta quæ valde mane vigilat ad te: cur non inuenit te? Quare non conſolaris lachrymas quas fundit pro te domino ſuo: ſicut conſolatus es lachrymas quas fudit pro fratre ſuo? Si enim ſolito more eam diligis: cur deſyderium eius tam diu protrahis? O verax magiſter: & fide-
B lis: recordare teſtimonii: quod olim reddidiſti Marthę ſorori eius. Dixiſti eñ. Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Vere optimam partem elegit Maria: quia elegit ſtare ad pedes tuos: & audire ſermones tuos. Vere optimam partem elegit: quia te elegit. Sed quomodo verum eſt: quæ non auferetur ab ea: ſi tu es ablatus ab ea? Q; ſi ab ea non eſt ablata optima pars quam elegit: vt quid plorat: aut quid quęrit? Certe Maria nihil aliud quęrit niſi q̃d elegit: & propter hoc ſolum plorare non deſinit: quia quod elegit nũc perdidit. Ergo o cuſtos hominum: aut tu partem quam elegit cuſtodi in ea: aut ego neſcio quo modo verum eſt: quæ non auferetur ab ea. Niſi & hoc ita intelligatur: q; licet tu ſis ablatus ob oculis eius: tamen non es ablatus a corde
C eius. Sed o Maria quid iam amplius moraris? Quid turbaris? quid ploras? Ecce habes angelos: ſufficiat tibi angelorum viſio. Quia forſitan ille quem quæris: quem ploras: ſentit aliquid in te propter quod non vult videri a te. Pone iam finem dolori tuo: ſit modus lachrymis tuis. Recordare quid ipſe dixerit tibi: & aliis mulieribus. Nolite flere ſuper me. Ergo quid eſt hoc quod facis? Ipſe prohibuit flere: & tamen tu non deſinis flere. Timeo ne plorãdo ipſum offendas: p quo ſic inceſſanter ploras. Nam ſi ipſe amaret lachrymas tuas: non poſſet forſitan / vt olim / tenere lachrymas ſuas. Nunc audi conſilium meum. Sufficiat tibi angelorum conſolatio: mane cum illis: interroga illos: & forte ſcient quid factum ſit de eo quem quæris: & quem ploras. Ego certe credo q; ipſi ad hoc venerũt: vt teſtimonium de ipſo perhiberent: & credo q; ille quem ploras miſit eos pro ſe: & pro te: vt annuntiẽt reſurrectionem ſuam: & conſolentur deplorationẽ tuam. Dicunt enim ei. Mulier quid plo
ras? quæ eſt cauſa tanti doloris tui? Non abſ D condas a nobis lachrymas tuas: aperi nobis animum tuum: & nos indicabimus tibi deſyderium tuum. Maria nimio dolore confecta: tota in exceſſu mentis poſita: nullam recipit conſolationem: & ad nullum tendit conſolatorem. Sed intra ſe cogitat dicens: Proh dolor qualis eſt iſta conſolatio? qualis eſt iſta viſitatio? Oneroſi ſunt mihi omnes conſolatores: grauant me: & non conſolantur. Ego autem quæro creatorem: & ideo mihi grauis eſt ad vidẽdum omnis creatura. Nolo angelos videre. Nolo cum angelis manere: quia poſſunt dolorẽ augere: & non poſſunt penitus delere. Si cœperint mihi multa narrare: & ſi voluero illis ad omnia reſpondere: timeo ne amorẽ meum magis impediant q̃ expediant. Deniq; ego non quæro angelos: ſed eũ qui fecit me: & angelos. Non quæro angelos: ſed meum: & angelorum dominũ. Tulerunt dominum meũ. Ip
ſum ſolũ quæram: ipſe ſolus me põt conſolari E Sed neſcio vbi poſuerunt eum. Circũſpicio ſi viderẽ illum: & non video: vellẽ inuenire locũ in quo poſitus eſt: & non inuenio. Heu me miſeram: quid agam? quo ibo? quo eñ abiit dilectus meus? Quæſiui eum in monumẽto: & nõ inueni: vocaui eũ: & non reſpondit mihi. Heu me vbi eum quęrã? vbi eũ inueniã? Surgã certe & circuibo oĩa loca q̃ potero: non dabo ſomnũ oculis meis: nõ dabo requiẽ pedibus meis: donec inueniã illũ quẽ diligit anima mea. Effundite lachrymas oculi mei: plorate: & nolite deficere. Ambulate pedes mei: diſcurrite: & nolite qeſcere. Heu heu quo abiit gaudium meum: vbi latet amor meus: vbi ẽ dulcedo mea? Cur dereliqſti me ſalus mea? O dolores: o an
guſtię intolerabiles. Anguſtię ſunt mihi vndi F q;: & quid eligam ignoro. Si iuxta monumẽtũ maneo: ego illum nõ inuenio: ſi a monumẽto receſſero neſcio infelix quo vadam: neſcio

vbi eum quæram. Diſcedere a monumento:
mors mihi eſt: ſtare ad monumẽtum: irreme-
diabilis dolor eſt. Melius eſt autẽ mihi ſepul-
crum domini mei cuſtodire: q̄ ab eo longius
ire. Si enim longius abiero: forte cum rediero
ipſum ſublatum inueniam: & ſepulcrum de-
ſtructum. Stabo igitur: & hic moriar: vt ſaltẽ
iuxta ſepulcrum domini mei ſepeliar. O q̄ bea
tum corpus meum: ſi fuerit ſepultum prope
magiſtrum meum. O q̄ felix anima mea: quæ
egrediẽs de vaſe fragili corporis mei mox po-
terit ingredi in glorioſum ſepulcrum domi-
G ni mei. Corpus meum ſemper fuit animę meę
labor/& dolor: ſepulcrum domini mei erit mi
hi requies: & honor. Hoc ergo ſepulcrum nõ
deſeram: quia ita mori erit conſolatio mea: &
in morte mea erit requies mea. Viuens/iuxta
illud manebo: moriens/illi adhærebo: nec vi-
ua: nec mortua ab illo ſeparabor. Heu me infe
licem. Quare hæc tunc ego non proſpexi: quã
do dominum meum ſepelire conſpexi? quare
cum eo non ſteti? quare monumentum tunc
perſeueranter non cuſtodiui? Nunc certe non
plorarem ſublatum: quoniam aut prohibuiſ-
ſem: aut ſublatores ſubſecuta fuiſſẽ. Sed proh
dolor ego volui obſeruare legem: & dimiſi do
minum legis. Legi obediui: & eum cui lex obe
dit non cuſtodiui: q̄uis cum Chriſto manere:
non fuiſſet legem tranſgredi: ſed adimplere.
Paſcha enim ab iſto defuncto non contamina
tur: ſed renouatur. Mortuus iſte non polluit
mundos: ſed mundat immundos. Sanat om-
nes tangentes ſe: & illuminat ad ſe acceden-
H tes. Sed quid recolo dolorem meum? Abii: re-
dii: monumentum apertum inueni: ipſum au
tem quem quęrebam non inueni. Stabo itaq;
& expectabo: ſi forte alicubi appareat. Sed quo
modo ſtabo ſola? Abierunt diſcipuli: & me ſo
lam plorantem reliquerunt. Nuſq̄ apparet q
mecum doleat: nuſq̄ apparet qui mecum ma-
giſtrum requirat. Apparuerũt angeli: ſed ne-
ſcio pro qua cauſa apparuerunt. Si me conſo-
lari debent: cauſam pro qua ploro non ignora
rent. Si enim non ignorant pro qua ploro: cur
dicunt mihi: quid ploras? An ideo interrogãt
vt me plorare prohibeant? Queſo non hoc mi
hi ſuadent: non hoc monent: alioquin interfi-
ciant. Quid plura? Ego illis nõ obediam: & dũ
viuo: plorare non deſinam: donec dominum
meum inueniam. Sed quid faciam vt illum in
ueniam? Quo me vertam? ad quem ibo? a quo
conſilium petam? Quem percontabor? Quis
mei miſerebitur? Quis me conſolabitur? Quis
indicabit mihi quem diligit anima mea: Vbi
poſitus ſit: vbi cubet in meridie: vbi quieſcat?

Quæſo nuntiate illi quia amore langueo: &
dolore deficio: nec eſt dolor ſicut dolor meus.
Reuertere dilecte mi: reuertere dilecte voto-
rum meorũ. O amabilis: o deſyderabilis: red-
de mihi lætitiã ſalutaris præſentiæ tuæ. Oſtẽ
de mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auri-
bus meis. Vox enim tua dulcis: & facies tua
decora. O ſpes mea: ne confundas me ab expe-
ctatione mea. Demonſtra mihi faciem tuam: I
& ſufficit animæ meæ. Dum Maria ſic dole-
ret: & ſic fleret: cum hęc dixiſſet: Conuerſa eſt
retrorſum: & vidit Ieſum ſtantem: & neſcie-
bat quia Ieſus eſt. Dixit ei Ieſus. Mulier quid
ploras: & quem quæris? O deſyderium ani-
mæ ſuæ cur interrogas eam quid ploras: &
quem quęris? Ipſa paulo ante coram oculis ſu
is cum magno dolore cordis ſui viderat ſpem
ſuam ſuſpendi in ligno: & tu nũc dicis: Quid
ploras? Ipſa die tertia viderat manus tuas qui
bus ſæpe benedicta fuerat: pedes tuos quos
deoſculata fuerat: & quos lachrymis rigaue-
rat: cruce clauis affigi: & tu dolor eius nunc
dicis: quid ploras? Viderat te expirantem ſpi
ritum ſuum: videlicet ſpiritũ tuum: & tu di-
cis: quid ploras? Nunc inſuper corpus tuum
ſublatum æſtimat: ad quod vngendum: vt ſe
ſe quoquo modo conſolaretur veniebat: & tu
dicis: quid ploras? quem quæris? Tu ſcis quia
te ſolum quęrit: te ſolum diligit: pro te om̃ia
contẽnit: & tu dicis: quid quęris? Dulcis ma-
giſter: ad quid quæſo prouocas ſpiritum hu-
ius mulieris? ad quid commoues animã eius?
Tota pendet in te: tota manet in te: tota ſpe- K
rat de te: & tota deſperat de ſe. Ita quærit te:
vt quærens nihil quærat: nihil cogitet præ-
ter te. Ideoq; forſitã nõ cognoſcit te: quia nõ
eſt in ſeſe: ſed propter te: eſt extra ſe. Cur ergo
dicis quid ploras? quem quæris? An putas ꝙ
ipſa dicat te ploro: te quæro: niſi tu prius in-
ſpiraueris: & dixeris in corde eius ego ſum
quem ploras: & quem quæris? An putas ꝙ
ipſa cognoſcat te q̄diu volueris celare te? At
illa æſtimans: quia hortulanus eſſet: dixit ad
eum. Domine: ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi
vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. O dolor
miſerabilis: amor inenarrabilis. Mulier iſta
(quia denſa nube doloris obtecta) non vide-
bat ſolem: qui mane ſurgens radiabat per fe-
neſtras eius: & per aures corporis ſui. Iam in-
trabat domũ cordis ſui: ſed quoniam amore
lãguebat: iſto languore ſic oculi cordis eiꝰ ca
ligabant: vt non videret quem videbat. Vide
bat eñ Ieſum: ſed neſciebat ſi eẽt Ieſus. O Ma
ria ſi q̄ris Ieſum: cur nõ cognoſcis Ieſum? Et ſi
cognoſcis Ieſum: quid q̄ris Ieſum? Ecce Ieſus

venit ad te:& quē queris:quærit a te:Mulier
quid ploras?Et tu eū hortulanū exiſtimas: vt
A ipſum nō cognoſcas.Etenim Ieſus ē:& hortu
lanus:quia ipſe ſeminat omne ſemen bonum
ī horto animę tuę:& in cordibꝰ fideliū ſuorū.
Ipſe omne holus plantat bonū:& rigat ī aīma
bus ſanctorū.Et ipſe eſt Ieſus qui tecū loquit̃.
Sed forſitan eū ideo non cognoſcis:quia tecū
loquitur.Mortuū tu quęris:& ideo viuentem
non agnoſcis.Nonne in veritate cōperi hanc
eſſe cauſam pro qua a te recedebat:& pro qua
tibi nō apparebat?Cur eñ tibi appareret quē
nō quęrebas?Tu certe quęrebas quod nō erat
et nō quęrebas quod erat.Tu quærebas Ieſū
et nō quęrebas Ieſum.Ideoq; videndo Ieſum:
neſciebas Ieſum.O pie:& dulcis magiſter:nō
poſſum oīno excuſare hanc diſcipulā tuā: nō
poſſum libere defendere hūc errorē eiꝰ: & tñ
errabat:quia talem te requirebat qualē te vi-
derat:& qualem in monumēto poſitū relique
rat.Viderat quippe defunctū corpus tuū de
cruce deponi:& in monumēto reponi:tantuſ
q; dolor inuaſerat eam de morte tua: vt non
poſſet ſperare de vita tua:& tantus dolor in-
uaſerat eam de ſepultura tua:vt nihil poſſet
B cogitare de reſurrectione tua.Deniq; Ioſeph
poſuit ī monumēto corpus tuū:Maria ſepeli
uit ibi pariter ſpiritū ſuū:& ita indiſſolubili-
ter iūxit:& quodammodo vniuit eū cū corpe
tuo:vt facilꝰ poſſet ſeparare aīam ſe viuificā
tem a viuificato corpore ſuo:q̄ ſpiritū ſuum
te diligentē a defuncto corpore tuo.Spiritus
enim Marię magis erat in corpore tuo q̄ ī cor
pore ſuo:cūq; requirebat corpus tuū: requi-
rebat pariter ſpiritū ſuū.Et vbi perdidit cor
pus tuū:perdidit cū eo ſpiritū ſuū.Quid igit̃
mirum ſi ſenſum nō habebat:quę ſpiritū ami
ſerat?Quid mirum ſi te neſciebat:quæ nō ha
C bebat ſpiritū quo ſcire debebat?Redde ei ita
q; ſpiritū ſuū:quem habet in ſe corpus tuum
et mox recuperabit ſenſum ſuū: & relinquet
errorē ſuum.Sed quomodo errabat:quę ſic ꝓ
te dolebat: & ſic te amabat?Certe ſi errabat
(indubitanter dico)q; ipſa errare ſe ignora-
bat:& ſic error nō ꝓcędebat ab errore: ſed ab
amore:& dolore.Igitur miſericors & iuſte iu
dex amor quē habebat ī te:& dolor quē habe
bat pro te:excuſet eam apud te:ſi forte erret
de te.Nec attendas ad mulieris errorē:ſed ad
diſcipulę amorē:quę nō pro errore:ſed ꝓ do-
lore:& amore plorabat:& dixit tibi:domine:
ſi tu ſuſtuliſti eū dicito mihi vbi poſuiſti eū:
et ego eum tollā.O q̄ ſcienter neſcit:& q̄ do-
cte errat.Angelis dixit tulerūt:& poſuerunt
et nō dixit tuliſtis:& poſuiſtis:quoniā angeli
nec de monumēto te tulerūt:neq; te in aliquo
loco poſuerūt.Tibi vero dixit.Si ſuſtuliſti eū
et vbi poſuiſti:quia tu reuera teipſum de mo
numento ſuſtuliſti:& in loco vbi es/poſuiſti.
Angelis nō dixit dicite mihi:quoniam angeli
non poterāt ex toto dicere:qđ de te factū fue-
rat & vt factum fuerat.Tibi vero dicit:dicito
mihi:qa nō eſt īpoſſibile tibi dicere qđ poſſibi
le tibi fuit facere.Tu eñ virtute tua ſurrexe
ras:& quod de te factū fuerat tu ipſe feceras. D
Quid eſt aūt hoc dñe:quia Maria tam crebro
dicit:& repetit verbū iſtud:vbi poſuiſti eum?
Dixerat aūt apoſtolis primo vbi poſuerūt eū
hoc idem poſtmodū dixit angelis vbi poſue-
runt eum:& nunc tibi dixit de te:vbi poſui-
ſti eum.Multum dulceſcit vebū hoc in corde
eiꝰ qđ ſic abundat in ore eius.Certe dulce ma
gis hoc facit dulcedo tua:facit & hoc ipa pro
amore tuo:quoniā meminit te dixiſſe de fra-
tre ſuo:vbi poſuiſtis eum?Ex quo eñ audiuit
verbū hoc ab ore tuo:cōſeruauit illud diligē
ter in corde ſuo:& delectata eſt vti eo ī ſermo
ne ſuo.O quantū diligit perſonā tuā quæ ſic
diligit vocē tuā?O quantum deſyderat vide
re vultū tuū:quę tam deſyderāter pronūtiat
verbum tuū?& q̄ libēter oſcularet̃ pedes tu-
os:quæ tam libēter loquitur ſermones tuos?
Quid eſt hoc etiā o bone Ieſu quod dicit ad
te:de te:& ego eū tollam?Ioſeph timuit:& nō
fuit auſus tollere corpus tuū de cruce:niſi de
nocte:& niſi hoc peteret a Pilato:Maria vero
noctē nō ꝑſtolat̃:nec Pilatū reueret̃:ſed auda
cter ꝓmittit dicēs:& ego eū tollā.O Maria ſi
corpus Ieſu forte poſitū eſt:in atrio principis
ſacerdotū:ī quo princeps apoſtolorū calefacie
bat ſe ad ignē:quid factura es?Ego eum tollā.
O mirabilis mulieris audacia.O mulier:non
mulier.Et ſi ancilla oſtiaria interrogauerit te
quid factura es?Ego eum tollam.O ineffabi- E
lis huius mulieris amor:o mirabilis mulieris
audacia:o mulier non mulier:nullum locum
cum excipit:nullū anteponit:ſine timore di-
cit:abſolute promittit:dicito mihi vbi poſui
ſti eum:& ego eū tollam.O mulier magna eſt
fides tua::magna eſt conſtantia tua.Tu ergo
bone domine cur oblitus es dicere:fiat tibi ſi
cut vis:& cōfide:quia fides tua te ſaluā fecit?
Nunquid oblitus es miſereri?Cur igitur nō
dicis ei vbi poſuiſti te:vt ipſa tollat te ſup cor
ſuum:& portet in corpore ſuo:& annūtiet te
diſcipulis tuis?Noli quæſo dulcis magiſter il
liꝰ vltra ꝓtrahere deſyderiū:qa ecce iā triduo
ſuſtinet te:nec habet quid māducet:neq; ha-
bet vnde ſatiet animā ſuā eſuriētē:niſi te ma
nifeſtando:porrigas illi panem corporis tui:

et de fragmentis tuis repleas cophinũ cordis
ſui. Si ergo nõ vis vt deficiat in via: refrigera
et conforta viſcera animę ei⁹ dulcedine ſapo
ris tui. Tu es enim panis viuus qui habes in
te delectamẽtum: & omnẽ ſaporẽ ſuauitatis.
Non enim diu poterit retineri vita corporis
ei⁹: niſi tu cito manifeſtes te vitã animæ ei⁹.
F Dicit ei Ieſus. Maria. Cõuerſa dixit ei: Rabbo
ni: qd̕ dicit̃ magiſter. Dicit ei Ieſus. Noli me
tãgere. O mutatio dexterę excelſi. Cõuerſus
eſt dolor magnus in gaudiũ magnũ. Mutatę
ſunt lachrymę doloris in lachrymas amoris.
Vbi Maria audiuit: Maria (Sic enim cõſueue
rat eam vocare magiſter ſuus) pręſenſit ĩ ho
mine quãdã ſingularem vocationis dulcedi-
nem; & per eã cognouit ipſum a quo vocaba-
tur eſſe magiſtrum ſuũ. Tunc reuixit ſpirit⁹
eius: & reuerſus eſt ſenſus eius. Cũq; Ieſus vel
let adhuc adiungere: nõ potuit hęc Maria pa
tienter expectare: ſed prę nimio gaudio inter
rupit ea dicens: Rabboni. Nõ eñ arbitrabat̃
ſe indigere verbo quę inuenerat verbũ: & lon
ge vtilius arbitrabat̃ tangere verbũ: q̃ audire
quælibet verba. O amor fortis: & impatiens.
Non ſufficiebat illi videre Ieſum: & loqui cũ
Ieſu: niſi etiã tangeret Ieſum. Sciebat eñ quia
virt⁹ de illo exibat: & ſanabat oẽs. O piiſſime
domine: & dulciſſime magiſter q̃ bonus es &
his qui recto ſunt corde: & q̃ ſuauis es his qui
G recto ſunt corde: & humiles ſũt ſpiritu. O q̃
beati qui in ſimplicitate cordis quærunt te:
et q̃ felices qui ſperant in te. Verum certe eſt
et indubitanter verũ: ꝙ tu diligis oẽs diligen
tes te: & nunq̃ derelinquis ſperantes in te. Ec
ce eñ dilectrix tua ſimpliciter quęrebat te: &
veraciter inuenit te. Sperabat in te: & non eſt
derelicta a te. Sed plus ẽ cõſecuta per te: q̃ ex-
pectaret a te. Sequamur igitur fratres huius
mulieris affectũ: vt perueniamus ad effectũ.
Ploret vnuſquiſq; ad Ieſum: & quærat fideli-
ter Ieſum: quia non celauit ſe quęrenti pecca-
trici. Diſce peccator homo a peccatrice mulie
re: cui tamen dimiſſa ſunt peccata ſua. Diſce
plorare dei abſentiã: & deſyderare eius præ-
ſentiam. Diſce a Maria Ieſum amare: & in Ie-
ſum ſperare: & quærendo Ieſum inueſtigare:
nulla aduerſa formidare: nullã conſolationẽ
extra Ieſum accipere: oĩa propter Ieſum con-
temnere. Diſce a Maria quęrere Ieſum in mo
numento cordis tui. Reuolue lapidẽ ab oſtio
monumenti dei: amoue oẽm duriciẽ: & repel
le omne obſtaculũ a fide tua. Tolle oẽm con-
cupiſcẽtiam mundi a corde tuo: & diligenter
perſcrutare ſi ſit Ieſus in eo. Si aũt nõ inuene-
ris in eo Ieſum: ſta foris & plora. permane in ſi
de: & reſpice foris ad alios ſi forte in aliquo vi
deris eum: & plorãdo ora Ieſum vt dignetur
intrare ad te: & inhabitet ĩ te. Et ne forte ere
cta ceruice repellas eum a te: humiliãdo incli
na te. Et iterũ reſpice in monumẽtũ dei quod H
eſt in te: & ſi videris ibi angelos: vnum ad ca-
put: & vnũ ad pedes: id eſt ſi cognoueris ĩ cor
de tuo quaſi cęleſtia deſyderia: tã ad actiuã: q̃
ad cõtẽplatiuã ptinẽtia: per quę tñ adhuc nõ
poſſis videre & habere Ieſum: noli his conten
tus eſſe: noli adhuc deficiendo quieſcere: ſed
plora: & quære Ieſum in te donec ĩuenias. Et
ſi forte aliquãdo tibi apparuerit: & deſyderio
tuo ſe repręſentauerit: noli a te pręſumere tã
q̃ tu eum cognoſcas: ſed interroga illum: &
ora: vt indicet tibi ſeipſum. Audeo tibi confi
denter promittere: ſi in fide ad monumentũ
cordis tui ſteteris: ſi plorãdo Ieſum quæſieris
& quærẽdo perſeueraueris: ſi te cum humili-
tate inclinaueris: ſi exemplo Marię nullã con
ſolationem de Ieſu: niſi Ieſum recipere volue
ris: ipſo reuelãte ipſum inuenies: & ipſum co
gnoſces: ita vt nõ ſit neceſſe ab aliis quærere
vbi eſt Ieſus: ſed tu magis indicabis eum: nun
tians aliis: Quia vidi dominũ: & hęc dixit mi
hi: Cui eſt honor & gloria cum patre & ſpiri
tu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis.

Diui Hieronymi preſbyteri prefatio in explanationē Origenis ſup epiſtolā Pauli ad Romanos ad Heraclium.

A VOlentem me paruo ſubuectum nauigio oram trāquilli littoris ſtrīgere: & minutos de grecorum ſtagnis piſciculos legere:ī altū frater Heracli laxare vela cōpellis. Relictoq; ope qđ in trāſferēdis homiliis ſenis Adamantii habebā ſuades: vt nr̄a voce quindecim ei⁹ volumina:qbus ep̄l'am Pauli ad Romanos differuit:explicemus. In qbus ille dū ſectat̄ ap̄li ſenſum:in tā ꝓfundū pelagus effert̄:vt metus ingēs ſit illuc eū ſequi: ne magnitudine ſenſuū: velut īmanitate opprimat̄ vndarū. Deinde nec illud aſpicis ꝙ tenuis mihi eſt ſpūs:ad implendā eius tā magnificā dicēdi tubā. Super oēs aūt difficultates eſt ꝙ interpolati ſunt ipſi libri. Deſunt eñ fere apud omniū bibliothecas (incertū ſane quo caſu) aliquāta ex ipſo corpore volumnia: & hęc adimplere:in latino opere:& integrā conſequētiam dare:non eſt mei ingenii. Sed vt tu credis: qui hęc exigis:muneris fortaſſe diuini. Addis aūt ne qd laboribus meis deſit:vt oē hoc qndecim voluminū corpus:qđ grec⁹ ſermo ad quadraginta fere aut eo ampli⁹ milia verſuū ꝓduxit abbreuiē: & ad media ſi fieri pōt ſpatia coarctē. Dura ſatis imperia:& tanq̄ ab eo q pondus opis huius ſcire nolit impoſita. Aggrediar tñ ſi forte orationib⁹ tuis q̄ mihi tanq̄ hoī īpoſſibilia vident̄:aſpirāte dño poſſibilia fiāt. Sed ipſum iā (ſi videt̄) Origenem:qualiter præfationem ſuſcepti operis dirigat:audiamus.

Origenis Adamantii preſbyteri præfatio in explanationem Epiſtolę ſancti Pauli ad Romanos diuino Hieronymo tranſlatore.

QVod cæteris apoſtoli Pauli ep̄lis difficilior putat̄ ad intelligēdū hęc: q̄ ad Romanos ſcripta ē duab⁹ mihi videt̄ fieri ex cauſis. Vna ꝙ elocutionib⁹ interdū cōfuſis: & minus explicitis vtit̄. Alia ꝙ queſtiones ī ea plurimas mouet: & eas præcipue:qbus innitētes hæretici aſtruere ſolent:ꝙ vniuſcuiuſq; geſtoꝝ cauſa nō ad ꝓpoſitū debeat:ſed ad naturæ diuerſitatē referri: et ex paucis huius ep̄lę ſermonib⁹ totius ſcripturę ſenſum:q arbitrii libertatē cōceſſam a deo hōi docet:conat̄ euertere. Propter qđ deprecātes pri⁹ deū:q docet hoīem ſciētiā: & q dat p ſpūm verbū ſapiētię:quiq; illumiat omnē hoīem veniētē in hūc mūdū:vt dignos nos facere dignet̄ intelligere pabolas & obſcuros ſermones dictaq; ſapiētiū & ęnigmata:ita demū explanationis Pauli ad Romanos cōtigemus exordiū:pmittētes hęc q̄ ab ſtudioſis obſeruari ſolēt:ꝙ videt̄ ap̄lus ī hac ep̄la pfectior fuiſſe q̄ in cęteris. Etenī cū primā ad corithios ſcriberet:erat quidē in magnis ꝑfectib⁹: aliqd tñ de ſæculo vt nutadūd⁹ eloqtur:cū dicit. Sed macero corp⁹ meū: & ſeruituti ſubiicio:ne forte cū aliis pdicauerim ipe reprobus efficiar. Sed & ad Philippēſes ſcribēs:qddā in ſe minus adhuc eē illius quā poſtea aſſecut⁹ ē pfectionis oſtēdit cū dicit:cōformari ſe morti Chriſti:ſi quo mō occurrat ī reſurrectionē q̄ ē a mortuis. Nō eñ diceret ſi quo mō:ſi ea iā C res idubitata videret̄. Sed & ī cōſequētib⁹ eiuſdē ep̄lę:hęc eadē oñdit cū dicit. Nō quo iā cōſecut⁹ ſim aut iā pfect⁹ ſim:ſequor aūt vt cōphēdā:ī quo & cōphēſus ſum a Chriſto. Fr̄es ego meipſe nō arbitror apphēdiſſe. Qđ ſiqs putat p humilitatē dictū:videat ī cōſequētib⁹ q̄ magna de ꝑfectibus ſuis memoret cū dicit. Vnū aūt ea q dē quę retro ſunt obliuiſcēs et ad ea q̄ inante ſunt me extēdēs: ſecundum ppoſitum ſequor ad palmā ſupnæ vocationis dei in chriſto Ieſu. & poſt hoc dicit. Quicunq; ergo perfecti ſum⁹ hoc ſentiam⁹. In quo oñdit duplicē eē pfectionē. vnā quę ē in expletione virtutū:ſcđm quā dicit ꝙ nō ſit pfectus:& aliā cū ita qs ꝑficit vt decidere nō poſſit:neq; retrorſū aſpicere. ſcđm quā dicebat. Quicūq; ergo pfecti ſum⁹ hoc ſentiam⁹. Quomō ergo docebit pfectior iā ſecūdam ad corinthios ſcripſiſſe q̄ primā? Ex his ſine dubio q̄ ī ea ſcripta referūt̄:cū dicit. Tribulationē patimur: ſed nō anguſtiamur. Aporiamur:ſ; nō exaporiamur. Perſecutionē patimur:ſed nō derelīqmur. Deiicimur:ſed nō pim⁹. Semp mors Ieſu ī corpore nr̄o manifeſtat̄. Qui ergo mortē Ieſu ī corpore ſuo circūferebat:nūq̄ ī eo cōcupiſcebat caro aduerſus ſpiritū:ſed erat ei ſubiecta: vtpote mortificata:ad ſil'itudinē mortis Chriſti. Q; ſi dicat nobis aliqs hæc veriſil'ia D nō videri:qa nō multū tp̄is īter primā ep̄l'am fuerit ac ſecūdā:pōt ex eo euidēti⁹ noſcere:ꝙ in prima ep̄la eiectū eū q fuerat inceſti ſcelere pollut⁹:& traditū ſathanę ī interitū carnis vt ſpūs ſaluus fieret:ī ſecūda iā reuocat & eccl'ię mēbris aſſociat. Qđ vtiq; nō faceret:niſi pceſ

ſu tpis dignos ĩ eo fructꝰ pœnitẽtię puidiſſet Et ꝙ iã caro ĩteritũ quẽ deſignarat apl's ſuſce piſſet: pctõ ſcilicet & vitiis mortua: vt ita de mũ viueret deo. Cũ ergo tm̃ ſpatii fuerit quo peccator ĩceſtꝰ ſalutẽ ſpũs laudabili carnis ĩn teritu recepit: quomõ nõ putãdũ eſt multo velociore curſu aplm̃ quę pfecta ſũt aſſecutũ? Sed ĩ illis qdẽ iſte eius fuerit pfectus. Quãtũ aũt ſublimior & eminẽtior ſit ad romãos ſcri bẽs: ex ipſius eplę ſermonibꝰ colligamꝰ: ĩn q̃ di cit. Quis nos ſepabit a charitate Chriſti? Tri bulatio: an anguſtia: an pſecutio: an fames: an nuditas: an piculũ: an gladiꝰ? Sicut ſcriptũ ẽ. Quia ppter te morte afficimur tota die: ęſti mati ſumꝰ ſicut oues occiſiõis. Sed ĩ his oĩbus ſupuĩcimꝰ: ppter eũ q dilexit nos. Certꝰ ſum em̃: qa neq; mors: neq; vita: neq; ãguſtia: neq; prĩcipatꝰ: neq; ptãtes: neq; pñtia: neq; futura neq; virtꝰ: neq; altitudo: neq; pfundum: neq; alia vlla creatura: poterit nos ſepare a chari tate dei: q̃ eſt ĩ Chriſto Ieſu dño nr̃o. Veritatẽ dico ĩ chriſto: vſq; ĩ ſpũ ſctõ. Nũq̃d videt̃ eadẽ ſublimitate mẽtis dixiſſe: Macero corpꝰ meũ et ſeruituti ſubiicio: ne forte cũ aliis p̃dicaue rim ipe reprobꝰ efficiar: qua & hic dicit: qa in his oĩbꝰ ſupamus: & certꝰ ſũ em̃ qa neq; mors neq; vita: neq; anguſtia: neq; prĩcipatꝰ: & cęte ra q̃ ſcripſit: poterit nos ſepare a charitate dei

E His igit̃ nobis put potuimꝰ de ſenſu eiꝰ ĩ hac epl'a iã pfectiore conceptis / etiã illud haud ab ſurde admonebimꝰ: ꝙ videt̃ hanc epl'am de Corintho ſcribere: & aliis quidẽ pluribꝰ indi ciis: euidẽtiꝰ tñ ex eo q̃d dicit. Cõmẽdo autẽ vobis Phœbẽ ſororẽ noſtrã miniſtrã eccleſiæ quæ eſt cenchris. Cenchris em̃ dicit̃ locus Co rintho vicinus: ĩmo portꝰ ipſius Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corĩtho ſcripta. & ex eo q̃d dicit. Salutat vos Gaius hoſpes meus. De quo Gaio ſcribẽs Corinthiis cõmemorat dicens. Gratias ago deo meo ꝙ nemĩnẽ veſtrũ baptizaui: niſi Criſpũ & Gaium. Simile & de inde datur indiciũ vbi dicit. Salutat vos Era ſtus archariꝰ ciuitatis. De quo Eraſto ad Ti motheũ ſecundã ſcribẽs dixit. Eraſtus reman ſit Corinthi. Ex q̃bus oĩbus colligi certiſſima vident̃ indicia: ꝙ de Corintho ſcripta ſit. Illud ſane nõ paruũ cedit ad intelligẽtiæ difficulta tem: ꝙ multa de lege Moyſi in hac eadẽ cõne ctunt̃ epiſtola: de vocatione gentiũ: de Iſrael ſecundũ carnẽ: & de Iſrael qui nõ eſt ſecundũ carnẽ. De circũciſione carnis & cordis: de le ge ſpiritali: & lege literę: de lege carnis: & le ge membrorũ. De lege mẽtis: & lege peccati. De interiore & exteriore hoĩe: q̃ ſingula præ dixiſſe ſufficiat. In his em̃ cõtinẽtia haberi vi

det̃ eplę. Nũc iã put viam nobis dñs apire di gnat̃: ad explanationẽ ipſiꝰ q̃tocyꝰ pperemꝰ.

¶Prima nobis queſtio de nomine ipſius Pau li videt̃ exurgere: cur is qui Saulus dictus eſt ĩ actibus apoſtolorũ: nunc Paulus dicat̃. Inue nimꝰ in ſcripturis diuinis quibuſdã veterꝗ cõ mutata vocabula: vt ex Abram vocatus ſit A braham. Ex Saray Sara. Et ex Iacob Iſrael. In euangeliis quoq; ex Simone Petrus: et filii Ze bedei filii tonitrui nuncupati ſunt. Sed hæc ex præcepto dei legimus facta. Nuſq̃ vero er ga Paulum inuenimꝰ tale quid geſtũ. De qua re quibuſdã viſum eſt ꝙ Pauli procõſulis quẽ apud Cyprum Chriſti fidei ſubiecerat: voca bulum ſibi apoſtolus ſumpſerit. Vt ſicut re ges ſolent deuictis (verbi gratia) Parthis Par thici: & Gothis Gothici nominari: ita & apo ſtolus ſubiugato Paulo Paulus fuerit appella tus. Quod ne nos quidẽ vſquequaq; euacuan dũ putamus: Tamen quia nulla talis in ſcri pturis diuinis cõſuetudo deprehenditur: ma gis ex his quæ in exemplo noſtris ſunt abſolu tionẽ queramus. Inuenimus igitur ĩ ſcriptu ris aliquantos binis: alios etiã ternis vſos eſſe noĩbus: vt Salomonẽ: eundẽq; Idida dici. Sede chiam eundẽq; Ioachim. Oziam eundẽq; Aza riam. Alioſq; plurimos in Regum: vel Iudicũ libris: binis noĩbꝰ inuenies vocitatos. Sed nec euãgelia quidẽ hunc eundẽ renuũt morem. Nã & Matthæus ipſe refert de ſe ꝙ cum trã ſiret Ieſus inuenit quendã ſedentem ad the loneũ nomine Mattheum. Lucas vero de eo dem dicit: quia cum tranſiret Ieſus: quendam vidit publicanũ nomĩe Leui: & dixit ei ſeque re me. Sed & idem Matthæus in catalogo a poſtolorũ dicit poſt multos Matthæus publi canus: & Iacobus Alphei: & Lebbęus & Simõ cananęus. Marcus vero ita refert. Matthæus publicanus: & Thomas & Iacobus Alphei: & Thadęus. Hunc eundẽ quẽ Matthęꝰ Lebbęũ: Marcꝰ Thadęũ poſuit. Lucas vero ita poſuit. Mattheus Thomas Iacobus & Iudas Iacobi. Igitur eũdẽ quẽ Matthæus Lebbęũ et Marcꝰ Thadęum dixit: Lucas Iudam Iacobi ſcripſit. Certũ eſt aũt euãgeliſtas nõ erraſſe in noĩbus apoſtolorũ. Sed quia moris erat binis vl' ternis noĩbꝰ vti hebræos: vnius eiuſdẽq; viri diuer ſa ſinguli noĩm vocabula poſuere. Secundum ergo hanc conſuetudinẽ videtur nobis Pau lus duplici vſus eſſe vocabulo: & donec qui dẽ gentĩ pprię miniſtrabat Saulus eſſe voca tus: q̃d magis appellationi patriæ vernacu lũ videbatur. Paulum autẽ appellatũ eſſe cũ græcis & gentibus leges ac p̃cepta cõſcribit. Nã & hoc ipſum q̃d ſcriptura dicit: Saulus

autem q & Paulus:euidēter nō ei tūc primū
Pauli nomē oſtēdit impoſitum:ſed veteris ap
pellationis id fuiſſe deſignat. Hęc ab ipſo au
thore operis omiſſa:nos qa id diſertionis ini
tium videbat̃ expoſcere:puto ꝙ nō incōueni
enter pmiſimus. Cętera iam de explanationū
corpore/qbus poterim⁹ cōpēdiis/exequemur.

Incipit liber primus explanationum Origenis i epiſtolā Pauli apoſtoli ad Romanos:ſcdm Hieronymi orthodoxi egregiiꝗ doctoris tranſlationē ex gręco in latinum. Cap. I.

A PAulus ſeruus Ieſu
Chriſti.
¶De Paulo iā dixi
mus : reqram⁹ nūc
cur ſeruus dicatur
is qui alibi ſcribit.
Non em̄ accepiſtis
ſpiritū ſeruitut[is] ite
rum in timore: ſed
ſpiritū adoptionis
in quo clamam⁹ ab
ba pater. Et iterum. Quia eſtis filii miſit de⁹
ſpiritū filii ſui in corda noſtra clamantē abba
pater. Itaꝗ iā nō eſt ſeruus ſed filius. Quomo
do ergo cū etiā his qbus pdicabat/dicat quia
iam nō eſt ſeruus ſed filius:ipſe ſe ſeruū pfite
tur? Siue id ſecūdū illam humilitatē dictū pu
temus:quā dn̄s docuit dicens. Diſcite a me:
quia mitis ſū:& humilis corde: nō errabim⁹.
Neqꝫ em̄ per hoc lędetur veritas libertatis in
Paulo. Dicit em̄ & ipſe. Nam cū liber ſim ab
oībus hoībus:me ſeruū feci. Seruit ergo Chri
ſto nō in ſpiritu ſeruitutis:ſed in ſpiritu ado
ptiōis:quia omni libertate nobilior eſt ſerui
tus Chriſti. Siue quaſi imitator eius pnūtiet
qui dixerat. Ecce ego ſum in medio veſtrū:nō
ſicut diſcūbēs:ſed ſicut miniſtrās:& eius qui
ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiēs:
vt ſicut iis qui in lege ſunt fit/& ipſe ſub lege
et iis qui ſine lege ſunt:efficitur etiam ipſe ſi
ne lege:ita & ipſe pro iis qui adhuc ſerui ſūt:
& nondum per ſpiritum adoptionis in liber
tatem perducti filiorum:ſeruus efficit̃:cōtra
rium non videbit̃. Ad hoc poteſt etiā illud ad
di:qđ ad corinthios ſcribēs idem apoſtolus:&
de nuptiis vel caſtitate pręcipiēs tanꝙ alieno
noīe quędā de libertate ac ſeruitute interſe
rit dicens. Seruus vocatus es:nihil cures:ſed
ſi potes liber fieri magis vtere. Qui em̄ i dn̄o
vocatus eſt ſeruus:libertus eſt dn̄i. Similiter
& qui liber vocatus eſt:ſeruus eſt Chriſti. Prę
tio empti eſtis: nolite ſerui fieri hoīm. Quę
vtiꝗ nōnullis contra rationē videt̃ inſerta.
Quid em̄ ad nuptiarū vel caſtitatis pręcepta B
cōmemoratio ſeruitutis ac libertatis aſſumi
tur? Sed nos ſenſum Pauli ita intelligimus:ꝙ
ſeruum dicat eum qui iugali cōditione con
ſtrictus eſt:quia mulier nō habet poteſtatem
corporis ſui:ſed vir eius:& vir nō habet pote
ſtatem corporis ſui:ſed eius mulier. Propter
qđ & in aliis dicit de eis:quia nō eſt ſeruituti
ſubiectus frater vel ſoror in talibus ſcilicet ꝙ
in aliis eos ſeruituti ſciret eſſe ſubiectos. Eſt
ergo ſeruus vocatus qui in coniugio poſitus
venit ad Chriſtū. Cui dicitur. Seruus vocat⁹
es:nihil ad te attineat:ſed et ſi potes liber fieri
magis vtere:qđ in cōiugib⁹ alteri continen
tię libertas:alteri generat periculū caſtitatis.
Non em̄ debent niſi ex cōſenſu ad tēpus vaca
re orationi:& iterum in idipſum eſſe reuer
tendū:ne eos tentet Sathanas pter inconti
nentiā ſuā. Is ergo qui pro nexu coniugii ſer
uus vocatus eſt:libertus eſt dn̄i. Libertus em̄
neqꝫ ex integro liber:neqꝫ ex integro ſeru⁹ eſt
appellatus:ſed ſi in cęteris virtutib⁹ liber fue
rit:ſi fidei:patiētię:miſericordię:iuſtitię: te
nuerit libertatē:libertus dn̄i appellat̃:vtpote
qui pro actione virtutis liber ſit:& pro coniu
gali neceſſitate ſit ſeruus. Liber vero eſt qui ſi
ne vxore p puritatē cōtinētię venit ad Chri
ſtum: qui tamen ſeruus Chriſti efficitur dū C
ex integro virtutibus ſeruit. Paulus ergo (ſi
cut quidā tradunt) cū vxore vocatus eſt. De
qua dicit ad Philippēſes ſcribēs. Rogo te eti
am germane compar:adiuua illas quę cū ipa
ſunt. Ex cōſenſu igitur liber effectus ſeruū
ſe nominat Chriſti. Si vero (vt aliis videt̃) ſi
ne vxore:nihilominus qui liber vocatus eſt:
ſeruus eſt chriſti. Quid eſt aūt ſeruū eē Chri
ſti? Quid eſt ſeruū eſſe verbi dei:ſapiētię:iuſti
tię:veritatis:& omniū oīno virtutū quę Chri
ſtus eſt. Sed & illud (ſi videtur) i hoc loco ad
dimus:ꝙ ſicut ſciētia quę nunc datur ſctīs eſt
per ſpeculū in ęnigmate:& pphetia:& vt cęte
ra dona ſpiritus ſancti:ita & libertas quę nūc
ſanctis pręſtatur:nondū plena libertas eſt:ſed
velut per ſpeculū:& i ęnigmate:& ideo ſancti
ſeruos ſe eſſe dicunt ad cōparationē illius li
bertatis quę facie ad faciē tribuit̃. Quomodo
etenim poteſt i carne quis poſitus adipiſci in
tegrā libertatem:vt in nullo iam ſeruiat car
ni? Sicut nec adoptionē filioꝝ quis in corpore
poſitus habere ex integro poteſt. Atqꝫ vtinā
hoc ſaltē obtineri poſſit i vita mortalium:vt
ſeruus quis Chriſti ex integro fiat. Nō carni:
non ſanguini:nō vanę glorię:non cupiditati:

non auaritię:nō iracūdię:nō inuidiæ:ſed qui
ſoli Chriſto:id eſt oībus ſimul virtutibus ſer-
uiat.Hæc de eo quod ſcriptū eſt. Paulus ſer-
uus Ieſu Chriſti.

Vocatus apoſtolus.

D ¶Hoc nomē:id eſt vocatus:quia ad omnes ꝑ
tinet qui ī Chriſto credūt:generale poteſt vi
deri.Sed vnuſquiſqꝫ ſecundū id qđ in eo præ
uidet & eligit deus:aut apoſtolus vocaẗ:aut
ꝓpheta:aut magiſter:aut liber ab vxore: aut
ſeruus in cōiuge:& pro diuerſitate grāæ com
pletur illud quod ſcriptum eſt.Multi vocati
pauci electi.Sciendū tamen eſt ꝙ poſſibile eſt
aliquē eſſe vocatū apoſtolū:aut vocatū ꝓphe
tam:aut vocatū magiſtrū:& ſi neglexerit vo
cationis ſuę gratiā/decidere ex ea. Sicut & Iu
das qui etiā apoſtolus vocatus eſt:& negligēs
vocationis ſuę gratiā ex apoſtolo factus ē præ
do ꝑditor.& fuit quidē vocat⁹ apoſtolus: ſed
nō fuit electus apoſtolus. Sed & ille ꝓpheta
qui ī tertio regnorū libro refertur ꝓphetaſſe
de Hieroboā:vocatus ꝓpheta fuit.Si aūt ele-
ctus fuerit:ipſi diſcutite.Quoniā quidē phi-
bitus panē manducare in iſrael:manducauit:
& reuertēdo capt⁹ eſt a leone.Sūt & multi vo
cati magiſtri per oēs eccleſias dei:& vocati mi
niſtri:ſed neſcio qui in his magiſtri electi ſint
et miniſtri electi.Sic & quoſdā puto vocatos
quidē vt putētur pati pro Chriſto: non tamē
electos:id eſt vocatos martyres:vt ſunt illi q
poſt tormētorū agones & carcerū:nō vſqꝫ ad
finem in cōfeſſionis tolerātia perdurarūt.Eſt
et vocata virgo:ſed nō electa:quæ ſcilicet vir
go ſācta nō fuerit corpore & ſpiritu.Et eſt vo
catus paſtor:ſed nō elect⁹:qui pręeſt gregi q
dem:& lacte ei⁹ vtitur:& lanis eius operitur
ſed infirmū nō reqrit:& claudū non colligit:
et fortē circūſcribit in laborē.Ita eſt & vocat⁹
abſtinens:ſed non electus:ſcilicet qui ieiunat
triſtis:& extermīat faciē ſuā:vt hoib⁹ place-
at.Sed & per ſingulos gratiarū gradus ſimili
ter inuenies multos quidem vocatos:paucos
autem electos.

Segregatus in euangelium dei.

E ¶In Paulo non ſola generalis vocatio ad apo-
ſtolatum deſignaẗ:ſed electio ꝑtin⁹ ſecundū
dei pręſcientiā ſubſecuta per hoc ꝙ ſegregat⁹
dicitur in euangeliū dei.Sicut & alibi ipſe de
ſe dicit.Cum aūt cōplacuit deo qui me ſegre
gauit ex vtero matris meæ:& vocauit per gra
tiam ſuā:vt reuelaret filiū ſuum in me. Qđ
tamen hęretici ad calumniā vocant: dicētes
eum ſegregatum eſſe ab vtero matris ſuę ob
hoc ꝙ in eo naturę bonitas inerat:ſicut econ
trario de his qui malę naturę ſunt:dicitur in
pſalmis. Quia ſegregati ſunt peccatores ex
vtero. Nos autem dicimus ꝙ neqꝫ Paulus for
tuitu:aut naturali differentia electus eſt:ſed
electionis ſuę cauſas in ſemetipſo dedit ei:qui
ſcit oīa anteq̄ fiant.Neqꝫ peccatores qui ſepa
rantur a ventre iudicii iniquitate ſeparanẗ.
Deniqꝫ ſtatim in cōſequētibus vide quid de
eis dicat ſermo diuin⁹.Scriptū eſt eñ.Segre-
gati ſunt peccatores ab vtero:errauerūt a vē
tre:locuti ſunt falſa.Si intelligamus quomo-
do ſtatim vt de ventre matris ꝓcedunt pecca
tores errauerūt vel locuti ſunt falſa: pariter
intelligimus ꝙ iuſti ſeparanẗ a ventre. Ergo
et Paulus ꝙ ſegregatus in euangelium dicitẗ
et ſegregatus a ventre matris ſuę:cauſas ī eo
et merita qbus in hoc ſegregari debuerit vi-
dit ille quē nō latet mens.Pręuidit eñ ꝙ abū
dantius q̄ cęteri oēs laboraturus eſſet in euā
gelio:ꝙ in fame:& ſiti:in frigore: & nuditate
periculis latronū:periculis fluminū:periculis
maris:prędicaturus eſſet euangeliū Chriſti:
ſciens ꝙ vęh eſſet ſibi ſi nō euāgelizaret: & ꝙ
maceraturus eſſet corp⁹ ſuū:& ſeruituti ſub
iecturus:ne forte cū aliis p̄dicaret:ipſe repro-
bus efficeretur.Hęc ergo & his ſimilia & alia
multa in eo de ventre matris pręuidens Ieſus
pro his ſegregauit eum in euāgelio. Si enim
(vt hęretici putant) vel ſortis incerto:vel na
turę melioris p̄rogatiua fuiſſet electus:nunq̄
vtiqꝫ timuiſſet:ne ſi minus corporis ſui fręna
tenuiſſet:euenire poſſet: vt reprobus fieret:
vel væh ſibi eſſet futurū ſi euangelizare ceſſa
ret.Deniqꝫ & ipſe in cōſequētibus latius diſſe
rens ait:Quia quos præſciuit:& p̄deſtinauit F
cōformes fieri imaginis filii ſui:euidēter oſtē
dens ꝙ eos quos pręſciuit deus tales futuros
vt Chriſto ſe in paſſionibus cōformarēt:ipſos
etiam cōformes ac ſimiles imaginis eius præ
deſtinauit & gloriæ.Præcedit ergo p̄ſcientia
dei:per quā noſcunẗ qui in ſe labores & virtu
tes habituri ſint:& ita p̄deſtinatio ſequitur:
nec tamen rurſus p̄deſtinationis cauſa puta-
bitur p̄ſcientia.Quod eñ apud hoies vniuſ-
cuiuſqꝫ meritū penſatur ex p̄teritis geſtis:hoc
apud deū iudicatur ex futuris:& valde impi-
us eſt:qui in hoc nō credit deo:vt qđ nos in p̄
teritis videmus:hoc ille videat in futuris.Se
gregatus in euāgeliū dei inquit.In aliis locis
ſcripturæ euāgeliū Chriſti eſſe dicunẗ: ſicut
et Marcus euangeliſta ſcribit.Initium euan-
gelii Ieſu Chriſti:ſicut ſcriptū eſt in Eſaia ꝓ-
pheta. Verum quoniā Chriſtus verbū eſt:& ī
principio erat apud deum:& deus erat verbū
vnum atqꝫ idem dicit euangeliū dei & euan-
gelium Chriſti:vel quia ipſe dominus dicit:

Ego & pater vnum ſumꝰ. Et iterum dicit ad
patrẽ. Omnia mea tua ſunt: & tua mea: & glo
rificatus ſum in his. Ergo & euãgelium pris
euangeliũ filii eſt. Sed & Paulus dicit: euan-
gelium meum: qđ predico inter gẽtes. Quod
fortaſſis vt hęres Chriſti dicit: & tanq̄ in euã
gelio cohæres: quia & alibi etiã plurimorũ di
cit eſſe euangeliũ: ſicut ad Galathas. Sed et ſi
velatũ eſt euangeliũ noſtrũ: id eſt omniũ q co
hęredes ſumus Chriſti. verum & ſecundum
hoc ꝙ ipſe prędicator eius eſt: recte ſuũ dicit
eſſe Paulus euangelium.

Quod ante promiſerat ꝑ ꝓphetas ſuos in
ſcripturis ſanctis de filio ſuo.

A ¶Vtrum ſimpliciter accipi debat euangeli-
um per ſcripturas ꝓpheticas a deo repromiſ-
ſum ad diſtinctionẽ alterius euangelii: quod
æternũ dicit Ioãnes in Apocalipſi: qđ tunc re
uelandũ eſt: cũ vmbra tranſierit: & veritas ve
nerit: & cũ mors fuerit abſorpta: & æternitas
reſtituta: cõſyderato etiã tu q legis: cui æter
no euangelio cõuenire videbunt etiã illi ęter
ni anni de qbus ꝓpheta dicit. Et annos æter-
nos in mente habui. Eiq; adiũgi poteſt & ille
liber vitæ: in quo ſanctorũ nõia ſcripta dicũ-
tur. Sed & illi libri qui apud Danielem cũ iu
diciũ cõſediſſet aperti ſunt: vel qui apud Eze
chielẽ ꝓphetã de intus: & de foris dicunt in-
ſcripti: omnia quæq; nõ atramẽto: ſed ſpiritu
dei viui ſcripta memorãtur. De qbus quiſper
iculoſum videat chartulis cõmittere: tamẽ
nõ otioſe pretereunda ſunt dicta ſapientium
et ęnigmata: ſed ſubtili admodũ mentis acie
(inquantũ res patitur) velut per quoddã ſpe
culum cõtemplãda: ne forte is qui verbũ caro
factus apparuit poſitis in carne (ſicut apoſto
lus dicit) quia manifeſtatus eſt in carne: iuſti
ficatus in ſpiritu: apparuit angelis: hoc quod
apparuit angelis: nõ eis abſq; euãgelio appa-
ruit: ſicut nec nobis quidem hoĩbus: ad quos
miſſum ſe dicit euãgelizare paupibus: dimit
tere captiuos in remiſſionẽ: & annuntiare an
num dñi acceptũ. Si ergo cũ apparuit nobis
omnibus hominibus nõ ſine euãgelio appuit
cõſequẽtia videtur oſtẽdere: ꝙ etiã angelico
ordini nõ ſine euangelio apparuerit: illo for-
taſſis qđ æternũ euangeliũ a Ioanne memora
tum ſupra edocuimus. Si vero etiã in reliqs
cæleſtibus ordinibus tale aliqd geſtũ eſſe ab
eo ſuſpicandũ ſit: in ea qua ſinguli quiq; ſunt
forma apparuit eis: annuntiãs pacem: quoniã
quidẽ per ſanguinẽ crucis ſuę pacificauit: nõ
ſolum quæ in terra: ſed quę in cęlis ſunt: etiã
tu apud temetipſum diſcutito. Quod ꝓmi-
ſit per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis. Quę
de Chriſto prędicta ſũt per ꝓphetas: hęc etiã
de euãgelio prędicta eſſe ſentiendũ eſt: q̃uis
Marcus euangeliſta diſtinctionẽ facere videa
tur Chriſti & euangelii cũ dicit. Qui dimiſe
rit patrẽ & matrẽ &c. propter me vel propter
euangeliũ. Quod et ſi ꝓprie euãgelii ꝓmiſſio
nes requirẽdę ſint: in ꝓphetis abundanter in
uenies. vt eſt illud. Dominus dabit verbum
euangelizãtibus virtute multa. & Q̃z ſpecioſi
pedes euangelizantiũ bona. Ad hoc reſpicit
et ad oẽm terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines
orbis terræ verba eorum. Et velociter currit
ſermo eiꝰ. Sed & ecce ego mitto paſtores mul
tos: & venatores multos: & capient eos ſuper
omnem montẽ: & ſuper oẽm collem. Per Hie-
remiã ꝓmittitur: qđ nũc Paulus dicit de euã
gelio: quia ꝓmiſit deus per prophetas ſuos in
ſcripturis ſanctis de filio ſuo.

Q̃z filius ſecundum carnem ex ſemine Da
uid factus.

¶Factus eſt aũt ſine dubio id quod prius non B
erat ſecundũ carnẽ. Secundũ vero ſpiritũ erat
prius: & nõ erat prius / quãdo nõ erat. Obſer-
uandũ eſt em̃: quia nõ dicit qui prædeſtinatꝰ
eſt filius dei in virtute ſecundũ ſpiritũ ſancti
ficationis: ſed qui deſtinatus eſt filius dei i vir
tute. Et nemo putet nos de hoc ſermone curio
ſius q̃ res patitur perſcrutari. Q̃uis em̃ in la
tinis codicibus & exẽplaribus p̃deſtinatus ſo
leat inueniri: tamen qđ interpretationis veri
tas habet: deſtinatus ſcriptũ eſt nõ p̃deſtina-
tus. Deſtinatur em̃ ille qui eſt: prędeſtinatur
vero ille qui nondũ eſt. Sicut de his quibꝰ di-
cit apoſtolus. Quos aũt pręſciit illos & pręde
ſtinauit. Pręſciri ergo & prædeſtinari poſſũt
illi qui nondũ ſunt. Ille aũt qui eſt: & ſemp eſt:
nõ p̃deſtinatur: ſed deſtinatur. Hęc dicta ſint
a nobis ꝓpter eos qui in vnigenitũ filium dei
impietatẽ loquunt: & ignorãtes differẽtiam
deſtinati & prędeſtinati: putant eũ inter eos
qui cũ ante nõ fuerint prædeſtinati ſunt: eſſe
numerandũ. Qui nunq̃ prædeſtinatus eſt vt
eſſet filius: ſed ſemper fuit ſicut & pater. Qui
ergo ſemper eſt: deſtinatur vt diximus: nõ p̃-
deſtinatur. Qui aũt prędeſtinat nõdum erat
tunc cũ prędeſtinaret: ſed cœpit ex tempore.
Neceſſaria igitur diſtinctione apoſtolus vti-
tur. Eum qui ex ſemĩe Dauid ſecundũ carnẽ
eſt factus dicẽs: eum vero quẽ filiũ dei in vir
tute ſecundũ ſpiritũ ſanctificatiõis nominat
deſtinatũ. Etenim cũ dixiſſet filiũ dei: nõ ſup
fluo addidit in virtute: indicãs per hoc ꝙ ſub
ſtantia filius ſit ſecundũ ſpiritũ ſanctificatio
nis. Chriſtꝰ em̃ dei virtus & dei ſapiẽtia dici-
tur: qui & vapor virtutis dei: & manatio glo

riæ omnipotentis puriſſima:& ſplẽdor lucis æternæ:& imago bonitatis dei appellat. Sed requiritur ſi id qđ de ſemine Dauid ſecundũ carnem eſt:qđ vero in virtute deſtinat ſecundum ſpiritũ ſanctificationis filius dei:& ĩ ſubſtantia dei eſt:quomodo accipiendum eſt de anima Ieſu quæ hic nequaq̃ cum carne & ſpiritu ſanctificationis vel diuinæ virtutis ſubſtantia nominatur? De qua alibi ipſe ſaluator dicit:quia triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem: et nũc:aĩa mea turbata eſt:quã & a ſemetipſo poſuit:immo qua vſq; ad infernũ deſcendit: de qua & dicitur. Nõ derelinques animã meã in iferno. Certum eſt eñ:quia hęc nõ de ſemine Dauid generata ſit. Dicit eñ: quia qđ factum eſt ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ eſt. Quia ergo neq; in eo quod ſecundũ carnẽ eſt videtur annumerari:neq; in eo vbi deſcẽdit. De qua & dicitur:non derelinques animã meam in inferno:

Deſtinatur filius dei in virtute: ſecũdum ſpiritum ſanctificationis.

C ¶Puto ꝙ conſuetudine ſua apoſtolus vtatur etiã in hoc loco:ſciens mediã ſemper eſſe animam inter ſpiritũ & carnẽ:& aut iungere ſe carni & effici vnũ cũ carne:aut ſociare ſe ſpiritui & eſſe vnum cũ ſpiritu. Ex quo ſi quidẽ cum carne ſit:carnales hoĩes fiant. Si vero cũ ſpiritu ſpiritales:& idcirco extrinſecus eã nõ nominat:ſed carnẽ tãtum vel ſpiritũ: ſcit eñ alteri horũ neceſſario animã cohærere: ſicut & in his ad quos dicit. Vos autẽ in carne nõ eſtis:ſed in ſpiritu:& qui ſe iungit meretrici vnum corpus eſt. Meretricem hic carnem vel corpus vocans. Qui aũt iungit ſe dño: vnus ſpiritus eſt. Ita ergo etiã nunc ſciẽs de anima Ieſu:quia ſociata dño:& cohęrens ei: vnus cũ ipſo factus ſit ſpiritus ſanctificationis: nõ eã noĩauit extrinſecus:ne ſolueret Ieſum. Quod deus cõiunxit homo nõ ſeparet. Sanctificationis vero ſpiritus dicit:ſecundum hoc ꝙ præbet oĩbus ſanctitatem:ſicut & alibi de eo ſcriptum eſt. Qui factus eſt ſapiẽtia nobis a deo: et iuſtitia:& ſanctificatio:& redẽptio. Verũ

D occurrunt nobis quædã quæſtiones acerbiſſime cõmouentes:quomodo videatur Chriſt⁹ deſcendere ex ſemine Dauid: quẽ cõſtat non eſſe ex Ioſeph natum: in quẽ Ioſeph ſeries ex Dauid deſcendẽtis generationis adducitur. Quibus occurrere quis moleſtũ ſit ſecundũ literę rationẽ:tamẽ reſpondet a noſtris ꝙ Maria deſponſata erat Ioſeph:& anteq̃ conuenirent:inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto. Secundũ legẽ ſine dubio cõtribuli ſuo & cognato coniũcta eſt. Et quis dicatur ad eam ab angelo:quia & Elizabeth cognata tua ipſa etiam pariet filiũ in ſenectute ſua: Elizabeth autem ex filiabus Aaron eſſe dicit:tamẽ affirmabitur a noſtris ꝙ cognationis nomẽ nõ ſolum ad cõtribules:ſed ad oẽs:qui ſunt ex genere Iſrael:inter ſe inuicẽ poſſit aptari cõpetẽter:ſicut & idem apoſtolus de oĩbus ſimul dicit. Qui ſunt cognati mei ſecũdũ carnẽ. Hæc quidem & alia ſimiliter reſpondent: verum quę ſint valida aduerſum aſſertiones eorum: qui nos de ſcripturarũ teſtimoniis perurgẽt probato qui legis. Nobis tamen hęc intelligẽda ſecundũ ſpiritalẽ vel allegoricã rationem magis vident:ſecundũ ꝙ nihil obeſt etiã ꝙ Ioſeph pater Chriſti dicit:cũ oĩno non ſit pater eius. Quia & ĩ generationibus a Matthęo refertur ꝙ Ioſaphat genuerit Iorã:& Ioram genuerit Oziã. In quarto aũt regnorũ libro ſcriptũ eſt:ꝙ Iorã genuerit Ochoziam:& Ochozias genuerit Ioas:& Ioas genuerit Amaſiã. Amaſias vero genuerit Azariam:ipſum qui interdum Ozias nominatur:& Azarias Ioathan. Hic ergo Ozias:qui & Azarias:cũ in tertio regnorũ libro dicatur Amaſiæ eſſe fili⁹: a Matthęo filius Iorę ſcribit:trib⁹ in medio generationibus ꝑtermiſſis. Cuius rei diſſertio: certum eſt ꝙ nõ ſecundũ hiſtoriã:ſed ſecundum ſpiritalẽ intelligentiã cõſtet:quę nõ eſt nobis nunc in tranſitu pulſanda. In ſuo eñ loco iungetur. Interim ſufficit nobis ad eos qui aduerſant reſpondere:ꝙ ſicut Ieſus Ioſeph filius eſſe dicitur: ex quo non eſt generatus: & Ozias genitus ex Ioram:ex quo nõ eſt genit⁹ ita ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ Chriſtus poteſt accipi:vt quicq̃d rationis vel aſſertionis in Ioram ꝓtulerunt:& in Ioſeph:hoc & in Dauid ſuſcipiendum dicamus.

Ex reſurrectione mortuorũ: Ieſu Chriſti domini noſtri.

¶Quomodo quidem is qui ſecundũ carnem factus eſſe dicitur ex ſemine Dauid:filius dei ſit ex reſurrectione mortuoꝝ: difficile nõ eſt aduertere ei qui legerit illud quod ſcriptum eſt. Decebat eñ eum per quẽ omnia:& in quo omnia:multos filios iŋ gloriã adducentẽ: auctorẽ ſalutis eoꝝ per paſſiones conſummare. E
Finis aũt paſſionũ Chriſti/reſurrectio: & qa poſt reſurrectionẽ vltra iam non moritur: & mors illi vltra nõ dominabit:& iterum dicit. Quia etſi agnouimus Chriſtũ ſecundũ carnẽ ſed nũc iam nõ nouimus. Ideo omne quod eſt in Chriſto:iam nunc filius dei eſt. Quomodo autẽ & ad eum qui filius dei eſt deſtinat⁹ in virtute hoc referat:coarctat intelligentiã noſtrã:niſi ꝙ per indiſſolubilẽ vnitatẽ verbi: &

carnis:omnia quæ carnis ſunt aſcribuntur & verbo:quomodo & quę verbi ſunt prædicant in carne. Ieſum vero/& Chriſtum/& dominū inuenimus ſæpe ad vtrāq; naturam referri:vt eſt illud. Vnus dn̄s noſter Ieſus Chriſtus: per quem omnia.& iterum. Si cognouiſſent: nūq̄ dominū gloriæ crucifixiſſent. Primitiuus ergo vel primogenitus ex mortuis dicitur Chriſtus.Sed requirēdum nobis eſt: ſi ſolus primogenitus vel primitiuus ex mortuis: & non habet aliquos ſecū etiam in primatu participes. De quib⁹ dicit apoſtolus.Quia ſuſcitauit nos cum Chriſto:ſimulq; fecit ſedere in cœleſtib⁹. Ne forte ergo & iſti quos dicit excitatos eſſe cum Chriſto: & cum eo ſedere in cœleſtibus: et ipſi primogeniti ſunt:vel primitiui ex mortuis:ſicut & illi fuerunt:qui cum illo ſuſcitati eſſe dicuntur:cum monumēta aperta ſunt: & multa ſanctorum corpora qui dormierant ſurrexerunt:& ingreſſi ſunt in ſanctam ciuitatē. Et de his talib⁹ fortaſſis dicit apoſtolus eſſe eccleſiam illam primitiuorum:quam aſcriptam memorat in cœlis.

Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

A ¶Per Chriſtū ſe dicit accepiſſe gratiā & apoſtolatū:vtpote mediatorē dei & hominū. Gratiā & apoſtolatū.Gratia ad laborū patientiam referēda eſt.Apoſtolatus ad prędicationis authoritatem:quia & ipſe Chriſtus apoſtolus dicitur:id eſt miſſus a patre. Quippe qui ad euāgelizandū pauperibus miſſum ſe dicit.Omnia ergo quę ſua ſunt:dat etiā diſcipulis ſuis.Gratia dicitur diffuſa ī labiis eius. Dat & apoſtolis ſuam gratiam:cum qua laborantes dicant: Abūdantius vero q̄ oēs illi laboraui. Nō autē ego/ſed gratia dei mecum.Et quia de ipſo dictum eſt:Habentes igitur pontificē & apoſtolum confeſſionis noſtrę Chriſtū:dat diſcipulis ſuis apoſtolatus dignationē:vt & ipſi efficiantur apoſtoli dei.Non em̄ gentes quę erāt alienę a teſtamēto dei:& conuerſatione Iſrael credere poterāt euāgelio:niſi per gratiā quę apoſtolis fuerat data.Per quā prędicantibus apoſtolis in fidē obedire dicit:& in omnē terrā de nomine Chriſti ſonus gratiæ eorum cōmemoratur exiſſe:ita vt ad eos qui Romæ ſunt perueniret:ad quos vt ait Apoſtolus:

In quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.

¶Paulus vocatus apoſtolus dicitur: & Romani vocati.non tamen apoſtoli:ſed vocati ſancti in obediētiam fidei.De diuerſitate autē vocatorum iam ſuperius diximus.

Oībus q ſunt Romę dilectis dei: gratia vobis & pax a deo patre nr̄o:& dn̄o Ieſu Chriſto.

¶Benedictio hęc pacis & gratię quæ datur dilectis dei ad quos ſcribit apoſtolus Paulus:puto q; nō ſit minor q̄ fuit benedictio Noe ī Sem et Iafeth:quæ per ſpiritū impleta eſt erga eos: qui fuerāt benedicti.Similiter & ea in qua benedictus eſt Abrahā a Melchiſedech: & Iacob a patre ſuo Iſaac: & duodecī patriarchæ: qua benedicūtur a patre ſuo Iſrael: vel benedictio Moyſi qui benedixit tribus Iſrael.Nō ergo his oībus inferiorē dico hanc apoſtoli benedictionem:qua benedixit eccleſias Chriſti.Ait enim et ipſe de ſe.Puto em̄ quia & ego ſpiritum dei habeo. In ſpiritu ergo dei ſcribit apoſtolus: & in ſpiritu benedixit.Per ipm̄ ergo ſpiritū benedictiones capiēt hi q benedicūtur ab apoſtolo: ſi tamē digni inueniantur: ſuper quos veniat bn̄dictio eius. Alioquin fiet illud in eo qđ ſcriptū eſt.Si fuerit ibi filius pacis: pax veſtra veniet ſuper eū.Sin autē/pax veſtra ad vos reuertetur.Qđ ſcriptum eſt ergo de pace:hoc & de gratia fiet:quia gratiā ſimul cōiūgit cū pace. Sciendū vero eſt:quia hęc apoſtoli cōſuetudo ſcribēdi non erga oēs ab eo ſeruatur eccleſias. Nā ad Corīthios quidē in prima & ſecūda:& ad Galathas:& ad Epheſios: & ad Philippēſes ſimiliter ſcribit. Ad Coloſſenſes vero: gratia vobis & pax a deo patre noſtro:& dicit:& non addidit:& dn̄o noſtro Ieſu Chriſto. Ad Theſſalonicēſes vero prima ita habet:Gratia vobis et pax:& nihil vltra.In ſecūda vero:Gratia vobis:& pax a deo patre noſtro:& dn̄o Ieſu Chriſto.Ad Timotheū prima & ſecūda:Gratia:miſericordia: & pax a deo patre: & Chriſto Ieſu dn̄o noſtro.Ad Titū vero: gratia & pax a deo patre & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro.Et q̄uis curioſior videat̄ huiuſcemodi obſeruatio: tamen qui nihil otioſum credit ī ſcripturis eſſe diuinis:etiam horum differētias & diuerſitates non inanes putabit. B

Primum quidē gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtū pro omnibus vobis:quoniā fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo.

¶Quoniā ad quoſdā ſcribēs apl's:dicit pro oībus ſemp gratias agere:ſicut & nūc:& ad Romanos: ad alios vero ſcribēs gratias qdē agere:ſed nō addidit pro oībus: obſeruās īuenies q; vbi dicit pro oībus ſe gratias agere: culpas aliquas graues:aut probra nō exaggerat. Vbi autē aliquos vel arguit: vel notat: nō addidit gratiarū actionē:q; pro oībus gratias agat: ſicut ad Corīthios:& ad Coloſſenſes. Ad Galathas vero omnino nō ponit gratiarū actionē: q; eos miratur tā cito trāſferri ab eo q vocauit eos in aliud euangeliū. Prima ergo vox īcipit C

ad gratiarũ actionẽ. Agere autẽ deo gr̃as: hoc eſt ſacrificiũ laudis offerre: & ideo addidit: per Ieſum Chriſtũ: velut per pontificẽ magnum. Oportet enĩ ſcire eũ qui vult offerre ſacrificiũ deo: ꝙ per manus pontificis debet offerre. Sed de hoc q̃d dixit: deo meo: nõ eſt otioſe accipiendũ. Non enĩ vox iſta poteſt eſſe niſi ſanctorũ: quorũ deus dicit̃: ſicut deus Abrahã: vel Iſaac vel Iacob. Non poteſt dñm deũ ſuum dicere: is cui deus venter eſt: aut cui auaritia deus eſt: aut cui gloria ſæculi: & põpa mũdi: aut potentia rerũ caducarũ de⁹ eſt. Quicquid enĩ vnuſquiſq; ſupra cætera colit: hoc illi deus eſt. Sed videamus: q̃d eſt pro quo apoſtolus gr̃as agit
D deo ſuo. Q̃m (inq̃t) fides veſtra annũtiat̃ ĩ vniuerſo mũdo. In vniuerſo mũdo ſimpliciter accipiamus: hoc videt̃ deſignare q̃d dñs in multis locis mũdi: hoc eſt terrę hui⁹: eorũ q Romę ſunt fides & religio p̃dicetur. Si vero in hoc loco: vt etiam in nõnullis mũdus deſignat̃: qui e cœlo conſtat & terra: atq; oĩbus q̃ in eis ſunt: poteſt etiã illud ĩtelligi: ꝙ virtutes de quibus dicit: q̃a gaudiũ habeant ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte: multo magis de cõuerſione quoq; & fide Romanorũ lętẽtur nũtiantib⁹ ſibi angelis illis q aſcẽdunt & deſcẽdũt ad filiũ hominis. Et ipſi enĩ mirant̃ de cõuerſione gentium: & ꝙ in oẽm terrã exiuit ſonus apoſtolorũ Chriſti Ieſu. Deniq; & agones ipſorũ ſpectãtes ĩ hoc mũdo lętant̃: ſicut & apoſtolus dicit. Quia ſpectaculũ facti ſumus huic mũdo & angelis & hominibus. Poteſt tamẽ & ita ĩtelligi: ꝙ fides iſta quã Romani habẽt ipſa eadeq; ſit et non alia quę ĩ vniuerſo mũdo annuntiatur et creditur: quæ nõ ſolum ĩ terra: ſed etiam in cœlis prędicatur: q̃a Ieſus pacificauit per ſanguinẽ ſuũ nõ ſolũ quæ ĩ terris ſunt: ſed & quę in cœlis: & in noĩe eius genu flectunt non ſolũ terreſtria: ſed & cœleſtia & ĩferna. Et hoc eſt in vniuerſo mũdo fidẽ prædicari: per quã omnis mũdus ſit ſubditus deo. Obſeruãdũ ẽ ſane: q̃a ad hoc q̃d dixit: primũ quidem non reddidit: verbi gratia: vt diceret ſecundo autem. Sed vt prędiximus de locutionibus minus finitis: niſi forte videatur ĩ eo reddi cum dicit. Nolo autem vos ignorare fratres.

Teſtis enĩ mihi eſt deus: cui ſeruio in ſpiritu meo / in euangelio filii eius.

E ¶Deus teſtis eſt ſanctis ſuis: quia & ipſi teſtes ſunt dei. ſecũdum quod dicit propheta. Eritis mihi teſtes: & ego teſtis: dicit dominus. Sed & ſaluator ad diſcipulos dicit. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem: & in Samaria: & in omnibus finibus terræ: ſecundum illud q̃d ſcriptum eſt. Qui confeſſus fuerit me: & ego confitebor eũ coram patre meo. Videamus autẽ quid eſt q̃d dicit: Cui ſeruio ĩ ſpiritu meo. Seruire in ſpiritu ſimile mihi videt̃ eſſe: imo & amplius aliq̃d q̃ adorare in ſpiritu: ſicut & ipſe dñs dicebat ad Samaritanã mulierem. Venit hora. & nũc eſt quãdo veri adoratores adorabũt patrẽ ĩ ſpiritu & veritate. Sed & Paulus nõ ſolũ adorat in ſpũ: verũ & deſeruit ĩ ſpũ. Nã adorare quis poteſt & ſine affectu. Deſeruire vero eius eſt: quẽ cõſtringit affectus. Deſeruit ergo apoſtolus dño: nõ in corpore: neq; ĩ aĩa: ſed ĩ meliore ſui parte / ĩ ſpiritu. Hæc enĩ tria eſſe in hoĩe deſignat ad Theſſalonicẽſes ſcribẽs cũ dicit. Vt integrũ corpus noſtrũ & aĩa & ſpiritus in die dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet̃. & Daniel dicit. Laudate ſpũs & aĩæ iuſtorum dominum. Apoſtolus ergo vbiq; ſpiritum pręfert: & repudiat carnẽ: vel quę carnis ſunt. Deniq; & legis ipſi⁹ ſpũm laudat. Literã vero tan̄q carnem ſpernit cũ dicit. Litera occidit / ſpũs vero viuificat. Sed et cum dicit. Etenĩ in quo ĩfirmabatur lex per carnẽ: deus filiũ ſuum mittens ĩ ſimilitudine carnis peccati. Carnẽ legis ſine dubio literam legis dicit. Per literã nãq; ĩfirmabat̃ lex: vt nõ poſſit impleri. Quis enĩ impleret: vel de ſabbato q̃d ſcriptũ eſt. Non te mouebis de loco tuo in die ſabbatorũ? Quomodo enĩ fieri poterat: vt ſe aliq̃s penitus non moueret de loco ſuo in die ſabbatorum? Vel de legibus leprę in ſtamine: vel in pariete: vel in pellicula exortę: & multa alia ĩ quibus ſecundum literam tan̄q ſecundum carnem infirmata eſt lex. Propterea ergo apoſtolus dicit: quia lex ſpiritalis eſt. Qui igitur legem intelligit ſpiritalem: hic ſpiritu ſeruit deo. Vnde & ad alios dicit. Si enĩ ſecũdum carnem vixeritis: moriemini. hoc eſt ſecũdum literam quæ occidit. Si autẽ ſpiritu actus carnis mortificaueritis: viuetis. Requirẽdum ſane eſt: ſi & patres antiqui & patriarchæ vł prophetæ: qui etiam ipſi fuerunt perfecti in ſpiritu: deo ſerui eſſe credendi ſunt. Quia & Abraham deſyderauit vt videret diem dñi: & vidit et gauiſus eſt: & Moyſes & Helias apparuerũt in gloria cum Ieſu colloquentes in monte. In quo oſtenditur legem & prophetas cum euangeliis conſonare: & in eadem gloria ſpiritalis aſpectus atq; intelligentia refulgere. F

Quomodo ſine intermiſſione memoriã veſtri facio ſemper ĩ orationibus meis: obſecrans ſi quomodo tandem aliquãdo proſperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

¶Quod ſine intermiſſione pro his quibus ſcribit orare ſe dicit: mãdati ſui memor complet opere q̃d ſermone pręcipit. Quod autem dicit obſecrare ſe ſi quomodo tandẽ aliquãdo pro-

ſperum iter habeat:vt volũtate dei veniat ad Romanos.Conſyderãdum ꝙ apoſtolus ad dei opus ſanctum:& opus euangelii proficiſcens: expectat donec obſecrationibus impleret:non ſolũ proſperũ ſibi iter fieri:ſed & ĩ volũtate dei proſperum fieri. Vnde & multo magis nobis quibus non eſt vel operis tanta:vel meriti con ſcientia:cum aliquid agere diſponimus: a deo itineris proſperitas poſtulanda eſt.Puto tamẽ ꝙ etiam hęc voluit intelligi apoſtolus: qa non ſemper proſperitas itineris dei voluntate perficitur.Deniꝗ & Balaam iter habuit proſperum eundi ad Balach: vt malediceret populo Iſrael:ſed nõ fuit illa ex voluntate diuina proſperitas. Et multi ĩ rebus ſæculi proſperis vtũtur ſucceſſibus:& exultant in proſperitatibus ſuis:ſed non eſt talis proſperitas ex voluntate dei:niſi cum tale eſt opus itineris noſtri:quale hic deſignat apoſtolus.

Deſidero eñ videre vos: vt aliquid impartiar vobis gratię ſpiritualis ad confirmandos vos:id eſt ſimul conſolari ĩ vobis:per eam quæ inuicem eſt fidem veſtram atꝗ meam.

¶Primo omnium diſcere debemus opus eſſe apoſtolicũ/deſyderare fratres:ſed nõ aliam ob cauſam niſi vt vel conferamus eis aliquid doni ſpiritalis ſi poſſumus:vel ſi nõ poſſumus ipſi:vt capiamus ab eis.Sine hoc eñ non eſt probabile deſyderium circũeundi fratres.Qđ autẽ dicit:vt aliquod tradam vobis donum ſpiritale : videtur indicare eſſe aliquid qđ donum quidem ſit:non tamen ſpiritale. Nam donum fidei ſine dubio ſpiritale eſt:& donũ ſapientiæ et ſcientiæ/& virginitatis ſimiliter. Vbi autẽ dicit de nuptiis:& de virginitate loquens: ſed vnuſquiſꝗ proprium donũ habet a deo: alius ſic:alius autẽ ſic : Donum qdem dicit eſſe nuptias:quoniam ſicut ſcriptum eſt: A deo aptatur mulier viro:ſed non iſtud donum ſpiritale.Poſſunt & alia multa donum dei dici: vt diuitię & fortitudo corporis:vt formę decor:vt regnum terreſtre.A deo eñ etiam hæc donantur:ſicut & Daniel dicit:Quia ipſe facit reges et cõmutat:ſed non ſunt hæc dona ſpiritalia. Beati ſunt ergo illi quib⁹ ſpiritalem gratiam tradere vult apoſtolus ad confirmationem fidei:vt vltra iam non ſint paruuli:neꝗ circunferantur omni vento doctrinæ. Qđ cum ſit a Paulo: & ipſe conſolationem capit:opus ſuum firmum & ſtabile vidẽs:& illi cõſolantur:quia apoſtolicæ gratiæ participes fiunt.

Nolo autem vos ignorare fratres:quia ſæpe propoſui venire ad vos : & prohibitus ſum vſꝗ adhuc:vt aliquem fructum habeam ĩ vobis:ſicut & in cęteris gentibus:græcis ac barbaris:ſapientibus & ĩſipientibus debitor ſum. ita qđ in me eſt/promptum eſt & vobis q Romæ eſtis euangelizare.

¶Eſt quidem & hyperbaton in hoc loco:& locutionis defectio. Sed hyperbaton modo hoc poſſumus reddere.Nolo aũt vos ignorare fratres:quia ſæpe propoſui venire ad vos : vt aliquẽ fructum haberẽ in vobis:ſicut & ĩ cęteris gẽtibus græcis ac barbaris: ſapientibus & inſipientibus:& prohibitus ſum vſꝗ adhuc. Defectio vero elocutionis hoc modo adimplebitur.In eo vbi dicit:& in cęteris gentibus græcis ac barbaris:ſapiẽtibus & ĩſipientibus: videtur deeſſe/qbus:vt ea quę ſubſequuntur ſic legantur:quibus debitor ſum: & ſit talis conſequentia.Sicut fructum habeo in cæteris gentibus gręcis ac barbaris: ſapientibus & inſipientibus:quibus debitor ſum:ita quod ĩ me eſt promptus ſum etiam vobis qui Romæ eſtis euangelizare. Nunꝗ eñ apud vllam gentem erubui euãgelium meum prędicare:quia virtus dei eſt in eo ad ſalutem omni credenti:Iudæo primum & græco : quia in euangelio dei iuſtitia reuelatur : quæ obtecta prius velabaẽ in lege.Reũelantur autẽ in his qui ex fide veteris teſtamẽti ad fidem nouam euangelii veniunt: ſicut & in propheta dictum eſt . Quia iuſtus etiam ſi ĩ lege adhuc ſit deo credẽs: & famulo eius Moyſi:ex fide viuit. Et cũ de euangelio venit:ex fide legis:in fide Chriſti dirigitur:ita ex fide ĩ fidem proficit. Hæc quantum ad conſequẽtiam verborum ipſius apoſtoli pertinet dicta ſint.Hoc autem qđ ſpectat ad intelligẽtiam requiramus:qđ ait:Quia ſępe propoſui venire ad vos.Charitatem ſuam quam erga Romanos habebat:innotuit. Qđ vero addidit:& prohibitus ſum vſꝗ adhuc:ſi quidem putetur a deo prohibitus : oſtenditur per hoc etiam id curę eſſe deo:quo vnuſquiſꝗ apoſtolorũ:vel debeat ire vel non debeat:& ꝙ diſpenſatione quadam aliis prohibeat quidem : aliis ſinat prædicare verbum dei . ſicut & alibi dicit.Et cum tentaremur ire ĩ Bythiniam:prohibuit nos ſpiritus Ieſu.In euangeliis a Saluatore dicitur. Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni dei:cæteris autem ĩ parabolis:vt videntes non videant:& audientes non audiant. Si vero prohibitus ſum vſꝗ adhuc:vt ad illũ referatur:de quo alibi ipſe dicit : quia impediuit nos ſathanas:competenter oſtendit ſe in orationibus ſine ĩtermiſſione certare: vt deuictis ſathanæ impedimẽtis:proſperum iter eius fiat in voluntate dei eos videre qui Romæ ſunt. Deſyderat eñ & in orationibus obſecrare non ceſſat fructum aliquem capere ex ipis:ſicut ex

B

C

cæteris gentibus. Vnde velut multarum di=
uitiarum cupidus Paulus: ex multis rationa=
bilibus poſſeſſionibus redditus deſyderat cõ=
gregare. congregat fructus ex gręcis. congre=
gat ex barbaris. congregat ex ſapientibus. Ali
quid etiam ex inſipientibus colligit: dum aliis
tanq̃ perfectis ſapientiam loquitur: aliis tanq̃
inſipiẽtibus / nihil aliud ſe ſcire dicit: niſi Chri
ſtum Ieſum & hunc crucifixum: dum alios ex
lege & prophetis docet: alios ſignis & virtuti=
bus ſuadet. Verum hos omnes fructus affert
Paulus: quia tanq̃ palmes bonus permanet in
vite vera quæ Chriſtus eſt: quem frequentius
pater purgat agricola: & ideo fructum plu=
rimum affert. Purgat autem eum in labori=
bus: in tribulationibus: in perſecutionibus.
D Sunt eñ alii palmites: qui in vite quidem per=
manẽt: fructum vero non ferunt: ſed ſunt ari=
di. Ex quibus ſunt illi: qui nomine quidem per
manent in Chriſto: operibus autem & actibus
infructuoſi inueniuntur & aridi: q dicuntur
excidi: & in ignem mitti. Sicut enim primus
Adam quædam vitis fuit: & radix humani ge
neris: quæ attulit quoſdam quidem palmites
fructuoſos: vt Seth: Aenos: & reliquos vſq; ad
Noe. Alios autem infructuoſos & inutiles: vt
Cain: & omnem quę ex ipſo procreata eſt ſtir=
pem. Ita & in Chriſto: qui eſt nouiſſimus Adã
ſunt quidam palmites fructuoſi: velut in vite
vera fructificantes. Quidam vero aridi & a pa
tre agricola excidendi. Sed & illud obſeruan=
dum eſt: ꝙ ſingulari numero apoſtolus bono=
rum nominat fructum: ſicut & alibi. Fructus
autẽ ſpiritus: gaudium: charitas: & pax. Ope=
ra autẽ quæ exprobrat pluraliter profert. Q;
ſi quis obiiciat illud qđ ĩ pſalmo ſcriptum eſt:
E Labores fructuum tuorum manducabis: pro
bono & pluraliter dictum: Sciendum eſt ꝙ ſi=
cut is qui margaritas negotiatur plures: inue
niens vnam pretioſam: vendidit oẽs & emit
illam vnam: ita quis a pluribus fructibus inci
piens: ad vnum perfectionis tendere debet fru
ctum. Requirendum nunc eſt: quomodo apo=
ſtolus græcis ac barbaris ſapientibus & inſipi
entibus debitor eſt. Quid enim ab ipſis accepe
rat: vnde eis debitor fieret? Arbitror quidem
diuerſis gẽtibus inde eum effectum eſſe debi=
torem: ꝙ omnium gẽtium linguis eloquia ac
cepit per gratiam ſpiritusſancti: ſicut & ipſe di
cit. Omnium veſtrum magis linguis loquor.
Quia ergo linguarum notitiam nõ pro ſe: ſed
pro his quibus prædicandum eſt: accepit: de=
bitor omnibus illis efficitur: quorum accepit
a deo linguæ notitiam. Sapientibus autem ef=
ficitur debitor per hoc ꝙ accepit ſapiẽtiam in
myſterio abſconditã: quam perfectis & ſapien
tibus loqueretur. Quomodo autẽ & inſipien=
tibus. In quo patientiæ gratiam & longani=
mitatis accepit. Summæ etenim patientiæ eſt
ferre inſipientium motus. Gratiſſime autẽ ad
didit in conſequẽtibus. Ita qđ in me eſt prom=
ptus ſum & vobis euãgelizare. Promptum ſe
eſſe teſtatur: qđ & alibi dicit. Si volẽs hoc ago:
mercedem habeo. Promptus eñ quis eſt pru=
dentibus loqui. De inſipientibus vero ſciendũ
eſt illud: qđ dicit. Si autem inuito diſpenſatio
iſta credita eſt mihi: & væh mihi eſt ſi nõ euã=
gelizauero.

Non eñ erubeſco euangelium. Virtus eñ
dei eſt in ſalutem omni credenti.

¶Multa qdem probra aduerſus euangelium F
in initio prædicationis exorta ſunt. Sed Pau=
lus patientiam didicerat a prophetis dicenti=
bus: Nolite vinci opprobriis eorum: neq; ce=
datis perſecutionibus eorum: & ſciebat quia
euangelium prædicaret non in ſuaſoriis hu=
manæ ſapientiæ verbis: ſed ĩ virtute ſpiritus.
Diffiniens ergo quid ſit euangelium pronun
tiat. Virtus eñ (inquit) dei eſt ĩ ſalutem om=
ni credẽti iudæo primum & græco. Quod di=
xit: Virtus dei eſt in ſalutem: videtur oſtende
re quaſi ſit aliqua virtus dei: quæ non ſit ad ſa
lutem: ſed ad perditionem. Scit quippe & ĩ pro
pheta ſcriptũ eſſe. Et erit hæc virtus mea ma=
gna. Et iterum in pſalmis dicit̃. In virtute tua
diſperde illos. Et ideo hic dicit. Virtus dei ĩ ſa
lutẽ. Vidẽdum eſt ergo ne forte propter iſtas
virtutum dei differentias dextra & ſiniſtra in
deo appelletur: vt virtus ĩ ſalutem dextra ei⁹:
& virtus in qua diſperdit: ſiniſtra dicatur. Sed
et illud aduertendum eſt: ne forte quia Chri=
ſtus virtus dei dicatur: & euangelium virtus
dei Chriſtus: ſicut & alia multa: ita etiam euã
gelium intelligi debeat: & forte qđ æternum
dicitur euangelium: de ipſo dici ſentiendum
ſit. Omni inquit credenti Iudæo primum & G
græco. Græci eñ duabus appellationibus om
ne hominum cenſuerant genus: id eſt vel græ
cum dicentes eſſe vnumquemq; vel barbarum:
et diſtinctio eorum talis fuerat: vt omnis qui
græcus non eſſet: barbarus haberetur. Sed
multo veriore diſtinctione vtitur Paulus Iu=
dæos primum dicens: & poſtmodum græcos:
poſtremum vero barbaros. Cum enim græci:
quia ipſi legibus vtebãtur omnes reliquos tã=
q̃ ſine legibus viuentes barbaros appellaue=
rint: merito Iudæi etiam ipſis gręcis ab apoſto
lo pręferuntur: quia & ante ipſos legibus viue
re cœperunt: & leges eorũ a deo: & non ab ho=
minibus promulgatæ ſunt.

Juſtitia enim dei in euangelio reuelatur ex fi-
de in fidem.Juſtitia eñi dei in euangelio reue-
latur per id ꝙ a ſalute nullus excipitur: ſiue
iudęus:ſiue gręcus:ſiue barbarus veniat.Om
nibus enim ęque Saluator dicit.Venite ad me
omnes qui laboratis:& onerati eſtis.

Iuſtitia enim dei in eo reuelatur ex fide in
fidem:ſicut ſcriptum eſt.Iuſtus autem ex fide
viuit.

A ¶Clam ſuperius diximꝰ: quia & prior populus
in fide erat:qa crediderat deo & Moyſi famu-
lo eius:ex qua fide nũc ad fidẽ euãgelii trãſiit.
Qđ autem dicit ex teſtimonio Abacuc pro-
phetæ:quia iuſtus ex fide ĩ ea viuit:ſiue is qui
in lege eſt:vt etiã in euãgeliis credat: ſiue is q
in euangeliis eſt:vt etiã legi credat & prophe-
tis.Alterum enim ſine altero integritatẽ non
habet vitæ.

Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper om-
nem impietatem & iniuſtitiam hominum eo-
rum:qui veritatem dei in iniquitate detinẽt:
quia qđ notũ eſt dei: manifeſtũ eſt ĩ illis.Deus
enim illis manifeſtauit.

B ¶De ira dei plenius a nobis in aliis locis dictũ
eſt.Paucis tamen etiam ĩ pręſenti dicetur.Igi-
tur ira dei nũc reuelari dicitur:non ĩ pace ali-
qua:ſed ĩ omnem ĩpietatem & iniquitatẽ.Nec
tamen ĩ oẽs hoĩes:ſed in illos ſolos q veritatem
dei ĩ iniquitate detinent:qbus etiam dicit: ma
nifeſtum eſſe id qđ notum eſt dei:oſtendens eſ
ſe aliqd dei qđ notum ſit:& aliquid eius quod
ignotum ſit. Dicit ergo reuelari irã dei his q
veritatem ĩ iniquitate detinẽt.Quæ reuelant
de obſcuris & reconditis ad notitiã proferun-
tur.Quia ergo & hic non ignorãtibus verita-
tẽ:ſed tenẽtibus eam: licet male tenẽtibus:ira
dei de cœlo dicitur reuelari:videtur ꝙ ratio-
ne & ſcientia iram dei manifeſtatam dicat eſſe
his quibus veritas nota eſt:licet eam ĩ iniqui-
tate detineant.Qđ quidem:vt ex conſequẽti-
C bus declaratur:de ſapiẽtibus huius mundi:&
eruditis:vel philoſophis dici ĩtelligitur. Qui
cũ veritatẽ dei & iuſtitiam cognouiſſent: non
ſicut deũ glorificauerunt:aut gratias egerũt:
ſed euanuerunt ĩ cogitationibus ſuis conuer-
ſi ad idola:& dicẽtes ſe eſſe ſapientes/ſtulti fa-
cti ſunt:quia cõmutauerũt gloriam ĩcorru-
ptibilis dei in ſimilitudinem imaginis hoĩs: &
volucrum:& quadrupedũ:& ſerpentiũ.In qui
bus etiam oſtẽdit apoſtolus:ꝙ ea qdem quę ad
ſapientes ſæculi de veritatis ſcientia peruene-
runt:deo reuelante peruenerũt. Sed dum aut
vanę gloriæ ſtudent:aut adulantur erroribus
vetuſtis:aut metu principũ refrænantur: dã-
nationis ſuæ ipſi iudices fiunt. A quibus veri
tas quã deo reuelante cognouerãt:aut exclu-
ſa libertate contegitur:aut geſtorum iniquita
te denegatur.Ita ergo dei ira videtur interdũ
virtus ipſa:quæ prǽeſt pœnarum miniſtris:&
quę ſupplicia infert peccatoribus:dici.Sicut ſi
gnificari exiſtimo ĩ eo qđ refertur:quia ira dei
commouerat Dauid: vt iuberet Ioab numera
re populum.Sed & miniſtri eius ſignificantur
ac ſocii:in eo qđ dicitur: immiſit ĩ eos iram fu
roris ſui tribulationẽ:& iram per angelos ma-
los.Interdũ etiam ipſius conſcientiæ cum de-
linquimus vltores vindices ſtimuli iræ appel-
lantur:ſicut idem apoſtolus dicit.Recondis ti
bi iram ipſe in die irę.& alibi.Inter ſe inuicem
cogitationibus accuſantibus:aut etiam defen
dentibus:ĩ die cum iudicabit deus occulta ho
minum. Sed & tribulationis: vel tentationis
afflictio ira dei nominatur: ſicut Iob dicit. Ira D
autem domini eſt in corpore meo.Cur autem
de cœlo nunc ira reuelari dicitur:fortaſſis ad
diſtinctionem alterius iræ quæ non eſt de cœ-
lo:vt eſt illud. Furor draconum vinum eorũ/
et venenum aſpidum inſanabile. Aut forte ꝙ
ipſi aduerſum quos ſermo dirigitur:nõ ĩ igno
rantia:ſed in ſcientia veritatis peccare dicun-
tur:ideo in eos pœna de cœlo dirigitur: inde
enim pœnarum magiſter accipit poteſtatem:
vel certe quia ſpiritales nequitiæ aduerſum
quas nobis certamen eſt:in cœleſtibus eſſe di-
cuntur. Conſequenter in eos qui ab his ſupe-
rantur ira dei de cœlo dicitur iaculari: velut
ſi dicamus quia ignita in eos tela inde vibran-
tur:& vulnera qui ĩ peccato currunt inde ſuſ
cipiunt.Hi vero qui totius veritatis expertes
ſunt:vel qui nihil habent commune cum cœ-
lo & luce: iram vel vitiorum ſuorum: paſſio-
num: vel dęmonum:quibus ſe ſponte ſubdide
runt:perferunt.In omnem impietatem homi-
num:& iniquitatem:qui veritatem dei in ini-
quitate detinẽt.Impietas in deum peccare eſt.
iniquitas in homines. In deum ergo & homi-
nes peccant:qui veritatem in iniquitate deti-
nent.Quã veritatem agnouiſſe credendi ſunt
homines naturalibus:& a deo animę inſitis ra
tionibus.Quibus tamen id prudentiæ conceſ
ſum eſt:vt qđ notum eſt dei: id eſt qđ agnoſci
de deo poteſt per coniecturam creaturę:ex his
quæ videri poſſunt inuiſibilia eius agnoſce-
rẽt. Hoc ex pacto iuſtum erit iudiciũ dei: etiã
erga eos qui ante aduentum Chriſti cum po-
tuerint deum agnoſcere ab eius cultu declinã
tes ad imagines hominum adorandas: & ani-
malium deuerterũt.Vt enim breuiter & om- E
ni in vnum collecta definitione dicamus: ado
rare aliũ quẽpiam præter patrem & filium &

ſpiritum ſanctum:impietatis eſt crimē. Quia qđ notum eſt dei:manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Iam & vt ſuperius diximus:quia notū eſt dei:hoc qđ ex huius mūdi cōſequētiis vel rationibus aſſequi poſſunt: ſicut & ipſe apoſtolus ex conſequentibus indicat:dicēs. Inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt contemplari. Ignotum autem dei intelligendum eſt ratio ſubſtantiæ eius:vel naturæ:cuiuſq; ſit proprietas.puto ꝙ non ſolum nos homines:ſed & omnem lateat creaturam. Aut ſi aliquando tantus erit naturę rationabilis profectus:vt in hanc quoq; poſſit peruenire notitiam:dei eſt noſſe. Tale enim aliquid mihi ſperandum videtur:ex his quæ a ſaluatore dicūtur:quia nemo nouit filium niſi pater:neq; patrem quis nouit niſi filius:& cui voluerit filiꝰ reuelare. Non enim adderet: & cui voluerit filius reuelare:niſi ſciret aliquos eſſe quibus reuelari vellet.

Inuiſibilia eñ ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt:intellecta conſpiciuntur: & ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent deum:non ſicut deū glorificauerunt: aut gratias egerunt:ſed euanuerunt in cogitationibꝰ ſuis:& obſcuratum eſt inſipiens cor eorū. Dicentes eñ ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis hominis corruptibilis:& volucrum:& quadrupedum:& ſerpentium.

F ¶Pene iam ī ſuperioribus de his omnibus dictū eſt. Diximus eñ hæc q̄uis ad omnes hoīes quibus ineſt ratio naturalis: maxime tamē ſpectare ad ſapientes huius mundi:& eos q philoſophi noīantur:qbus pręcipue creaturas mundi:& omnia quæ ī eo facta ſunt:diſcutere diſciplina eſt:& per hæc quæ videntur ea quæ non videntur ratione colligere. Sciendum tamen eſt ꝙ hic inuiſibilia quę nominat de creaturis dicit. De qbus & in alio loco idē apoſtolus dicit:qa omnia per ipſum:id eſt per Ieſum Chriſtum facta ſunt:ſiue quæ in cœlo: ſiue quæ in terra:viſibilia & īuiſibilia. Et ideo p̄ter ea quę inuiſibilia dixit /addit:& ſempiterna eius virtus ac diuinitas. Virtus ergo dei quæ ſempiterna eſt:ac diuinitas quæ nihilominus ſempiterna eſt:ex coniecturis agnoſcitur creaturæ. Virtus eſt:qua regit omnia diuinitas:qua replet vniuerſa. Ex hoc ergo inexcuſabiles fiunt: quia cū manifeſtante deo cognouerūt deum: non vt dignum eſt coluerunt deum:aut gratias egerunt:ſed per cogitationum ſuarum vanitatē dum formas & imagines requirunt in deo:ī ſemetipſis imaginem dei perdiderunt:& qui iactare ſe in luce ſapientiæ videbantur: in profundas ſtultitiæ tenebras deuoluti ſunt. Quid eñ tam tetrum:tam obſcurum: tāq; tenebroſum:q̄ gloriam dei ad corporalē & corruptibilem humanæ formæ effigiem vertere: vt moris eſt iis qui ſimulacra venerantur: & diuinæ maieſtatis eminentiam volucribus: & quadrupedibus:& ſerpentibus exęquare?

Propter qđ tradidit illos deus in deſyderia cordis eorum: in īmunditiam:vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis:quia cōmutauerunt veritatem dei in mendacium: & coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius q̄ creatori:qui eſt benedictus in ſæcula Amen.

¶Quæ ſingula q̄uis iuxta eccleſię fidem conſequenter explanari videantur:ꝙ pręcedentibus cauſis culparum iure & merito deferātur a deo:hi q veritatē quā deo reuelante cognoſcunt in iniquitate detentant: & per hoc ꝙ deferuntur: traduntur in deſyderiis cordis ſui. quorum deſyderia cordis hæc erant:vt īmūditia & contumeliis afficerent corpora ſua in ſemetipſis:& quali iudicio erga diuinitatis vſi ſunt rationem:dum dei incorruptibilis gloriā ad fœdas & indignas deducunt hominum vel animalium formas:tali etiam erga ſemetipſos vtantur vice:vt rationabiles homines viuant more irrationabilium beluarum: Requiramꝰ tamen ab his qui deum bonum negant etiam iuſtum eſſe iudicem:quid reſpondeant de his quæ dicit apoſtolus:ꝙ tradidit eos deus in deſyderia cordis eorum:ī immunditiam: vt contumeliis afficiant corpora ſua. Videbitur eñ in hoc non ſolum ipſorum ratio:quæ penitus excluditur: ſed & noſtra reſponſio coarctari. Quomodo eñ iuſtum erit eum qui traditur: q̄uis pro peccatis tradatur: tamen ad concupiſcentias tradi:& ad hoc tradi:vt immunditiis & concupiſcentiis afficiat corpus ſuum? Sicut eñ huic:qui(verbi cauſa)tenebris traditur ad pœnam imputari non poteſt: ꝙ in obſcuro ſit: & qui igni traditur culpari pro hoc ipſo non poteſt:cur vratur:ita his qui deſyderiis & immunditiis traduntur: vt contumeliis afficiant corpora ſua: non digne videbitur imputari:ſed in deſyderiis & immunditiis poſiti: corpora ſua contumeliis maculēt. Marcion ergo:& omnes qui de ſchola eius velut ſerpentiū germina pullularunt: horum abſolutiones ne extremo quidem digito attingere audebunt. Quippe qui propter huiuſcemodi quæſtiones vetus inſtrumentum ſicubi forte in eo tale aliquid legerant: abiecerunt. Sed quid eis profuit cum ſimilibus nihilominus noui inſtrumenti quæſtionibus præ-

G

ferantur? Nos tamē qui vnum bonū deum & iuſtum legis: & prophetarū: & euangeliorū patrē Chriſti fatemur: eiſdē explanationibus & in nouo & ī veteri vtimur teſtamēto: inuocantes eum q poſuit in Sion lapidē offenſionis: & petram ſcandali: vt ipſe nobis per ſpūm ſanctū ſuū offenſionē & ſcandalū lectionis apoſtolicę per quam dubię mentes offendi videntur: aperiat. Frequēter ī ſcripturis inuenimus: & a nobis ſæpe diſſertū eſt: ꝙ homo ſpūs & corpus & aīa eſſe dicat. Verū cum dicitur: qa caro concupiſcit aduerſus ſpūm: ſpiritus autē aduerſus carnē: media proculdubio ponitur anima: quę vel deſyderiis ſpūs acquieſcat: vel ad carnis cōcupiſcētias inclinet. Et ſi qdem ſe iunxerit carni: vnū cum ea corpus in libidine & concupiſcētiis eius efficitur. Si vero ſe ſociauerit ſpiritui: vnus cum ea ſpiritus erit. Idcirco deniq de his quorū ſe animę ex integro cū carne iunxerant: dicit dñs in ſcripturis. Iam non permanebit ſpiritus meus in hoībus iſtis: quia caro ſunt. De his autē quorum anima fuerat ſpiritui ſociata: Apoſtolus dicit. Vos autem non eſtis in carne: ſed in ſpiritu. Sunt pręterea (ſicut in multis ſcripturæ locis inuenimus) etiā vtriuſq partis vel vtriuſq viæ fautores quidam & adiutores angeli. Nam carnis cōcupiſcentię aduerſus ſpiritū fauet diabolus: & angeli eius: & oēs ſpiritales nequitiæ in cœleſtibus: cunctiq aduerſus quos hoībus luctamen eſt: principatus & poteſtates: & mundi huius rectores tenebrarum. Ecōtrario vero ſpiritui aduerſus carnē decertanti: animamq humanam quæ media eſt ad ſe reuocare conanti: fauēt angeli hominum omnes illi: de quibus ait dominus: Quia angeli eorum ſemper vidēt faciem patris mei q in cœlis eſt: & de qbus apoſtolus ad hebræos ait. Nonne omnes ſunt miniſtri ſpiritus ad miniſteriū miſſi propter eos qui hæreditatē capiunt ſalutis? Fauet & ipſe dominus: q etiam aīam ſuā ponit pro ouibus ſuis. Sed vtraq parte fauoris diſciplina ſeruatur. Non eīn vi res agitur: neq neceſſitate ī alteram partē anima declinatur. Alioquin nec culpa ei⁹: nec virtus poſſit aſcribi: nec boni electio præmium: nec declinatio mali ſuppliciū mereretur. Sed ſeruatur ei in oībus libertas arbitrii: vt in quodcunq voluerit ipſa declinet: ſicut ſcriptū eſt. Ecce poſui ante faciem tuā vitam & mortē: & ignē & aquā. Vita ergo Chriſtus eſt: & mors nouiſſimus inimicus: q eſt diabolus. Habet ergo ī arbitrio ſuo aīa ſi velit eligere vitā Chriſtū: aut in mortē ad diabolū declinare. Qꝫ ſi agnoſcēs aīa deum Chriſtum vitam ſuā amplexata non fuerit: nec ſicut deum magnificauerit: aut gratias egerit: ſed euanuerit ī cogitationibus ſuis: & mutauerit gloriā incorruptibilis dei ī ſimilitudinem imaginis corruptibilis hoīs: & volucrū: & quadrupedū et ſerpentiū: & his oībus declinauerit ad carnē atq eos qui carnis deſyderiis fauent: derelinquetur ſine dubio: & deſeretur ab eis qui eā fauore ſuo vt ſpiritui iungeretur animabant: & concedent eā: vel tradēt deſyderiis cordis ſui: quibus carni ſociatur & adhæret. Neq eīn obſiſtentem eam ac reluctantē: ad ea quę refugit ac reſpuit reuocabunt. Cuius rei imaginem ſi adhuc videtur obſcura: tali quadā ſpecie manifeſtiorem planioreq reddemus. Ponamus eſſe aliquod domiciliū: in quo cū corpore & ſpiritu velut cum duobus conſiliariis habitet anima: pro forib⁹ vero huius domicilii aſtare pietatem: omneſq cum ea virtutes. Ex alia vero parte impietatē: omniſq luxuriarum ac libidinū formas expectare animæ nutū. Quē ex duobus pro foribus obſeruātibus introduci ad ſe deſyderet: quē repelli? Nonne ſi ſpiritui obtēperans: & meliori vſa cōſiliario pietatis & pudicitiæ ad ſe reuocauerit chorū: ille alius ſpūs repudiatus diſcedet? Si vero carnis vſa conſiliariis impietatis ad ſe & libidinis introduxerit turmā: oīs illa ſanctitatis & pietatis corona cui malorū aīa conciliū prępoſuit: iſta cum indignatione recedet: vt mēbrum Chriſti: & tēplū ſpiritus ſancti reliquēs: eā in deſyderiis cordis ſui pmittet: vt ignominia & cōtumeliis afficiat corpus ſuū in ſemetipſa: q cōmutauit veritatē dei ī mendacium: & īntroducens ad ſe impietatis & infidelitatis principē: colit & ſeruit creaturę potius q̄ creatori: qui eſt benedictus in ſæcula. Quibus ſane ex cauſis anima humana tanti diſcriminis tam ancipitem ſubeat ſtatū: non eſt præſentis loci diſcutere. Eorū ergo eſt cōtumeliis afficere corpora ſua: q deſeruiūt ſimulacris: & eorū colere creaturam: q derelinquerint creatorē. Nos autem q nullam creaturā: ſed patrē & filiū & ſpiritū ſanctū colimus / et adoramus: ſicut nō erramus ī cultu: ita nec in actibus qdem: & ī conuerſatione peccemus: neq imitemur eos q contumeliis afficiūt corpora ſua ī ſemetipſis: ſed aſpiciētes ꝙ dicit apoſtolus. An neſcitis: quia corpora veſtra mēbra ſunt Chriſti? & iterū: Quia corp⁹ veſtrū tēplū eſt ſpūſſancti: vt mēbra Chriſti tēplū ſpūſſancti corpora noſtra ī oīni ſanctitate & puritate ſeruemus: quo nō ſolū angelorū digna ingreſſibus fiant: verū etiā inhabitatione ſpūſſancti: et manſione patris ac filii: q dicit de eo q in mādatis ſuis permanet. Ego & pater veniemus: & manſionem apud eum faciemus.

Propterea tradidit illos deus in paſſiones
ignominię. Nam fœminæ eorum immutaue-
runt naturalem vſum in eum vſum qui eſt cō
tra naturam. Similiter autem & maſculi reli-
cto naturali vſu fœminę exarſerunt in deſyde
riis ſuis inuicem maſculi in maſculos turpitu
dinem operãtes: & mercedem quam oportuit
erroris ſui ĩ ſemetipſis recipientes. Et ſicut nō
probauerunt deum habere in notitia: tradidit
illos deus in reprobum ſenſum: vt faciant ea q̄
non cōueniunt: repleti omni iniquitate: mali-
tia: fornicatione: auaritia: nequitia: plenos in-
uidia: homicidiis: contẽtione: dolo: malignita-
te: ſuſurrones: detractores: deo odibiles: con-
tumelioſos: ſuperbos: elatos: inuentores ma-
lorum: parentibus non obedientes: ĩſipientes:
incompoſitos: ſine affectione: abſq; fœdere: ſi-
ne miſericordia. Qui cum iuſtitiam dei cogno
uiſſent: non intellexerunt: quoniam qui talia
agunt: digni ſunt morte: non ſolum q faciunt
illa: ſed etiam qui conſentiunt faciẽtibus. Pro
pterea inexcuſabilis es o homo omnis qui iu-
dicas: in quo em̃ alterum iudicas: teipſum cō-
demnas. Eadem enim agis quæ iudicas.

D ¶ Ter inuenimus ab apoſtolo poſitum: Tradi
dit illos deus: & primę quidẽ traditionis cau-
ſas dedit: quia cum cognouiſſent deum / nō ſi-
cut deum magnificauerunt: aut gratias ege-
runt: vſq; & ſerpẽtium. Propterea (inquit) tra
didit illos deus: vſq; corpora ſua. Secundę tra
ditionis cauſam videtur præmittere cũ dicit:
quia cōmutauerunt veritatem dei in menda-
cium: vſq; creatori. Propter hoc ait: tradidit il
los deus in paſſiones ignominiæ. Quæ tamen
ſecunda traditio / grauioribus flagitiis vide-
tur obnoxia. Etenim finem eorum inquit im-
mutauerũt: vſq; quę eſt extra naturam. Simi-
liter & maſculi. Tertię quoq; traditionis cau-
ſas videtur dare cũ dicit. Et ſicut non proba-
uerunt deum habere in notitia tradidit illos
deus in reprobũ ſenſum: vt faciant ea quæ nō
conueniunt: repleti omni iniquitate / malitia /
cæteriſq; ſceleribus quæ conſequenter enume
rat. Verum diſtinctiones iſtæ cauſarum non
mihi videntur ſatis congruere ad ea quæ ſin-
gulis quibuſq; obiecta ſunt crimina. Quomo-
do enim turpioribus flagitiis traditur is qui
creaturæ ſeruit: magis q̄ ille qui gloriã incor-
ruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis cor-
ruptibilis hominis: & volucrum: & quadrupe
dum: & ſerpentium mutauit? Aut quomodo
ſupra vtrunq; horum: vel examini cuidã tra-
duntur malorum hi qui nō probauerunt deũ
habere in notitia? Vnde magis mihi viden-
tur omnes hæ cauſæ quæ traditionibus ſingu
lis pręferuntur: in vnum coaceruandæ: & rur
ſum traditionis ſpecies ĩ vnum. vt (verbi cau-
ſa) dicamus ita. Quoniam quidem hoĩes mu-
tauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimili
tudinem imaginis hominum: & volucrum: &
quadrupedũ: & ſerpentium: & quia cōmutaue
runt veritatem dei ĩ mendacium: & coluerũt:
et ſeruierunt creaturæ potius q̄ creatori: nec
probauerunt deum habere in notitia: propter
hæc omnia tradidit illos deus ĩ deſyderia cor-
dis eorum: & ĩ immunditiam: vt contumeliis
afficiant corpora ſua: & tradidit eos in paſſio-
nes ignominiæ: vt fœminæ eorum ĩmutarent
naturalem vſum in eum qui contra naturam
eſt. Similiter autẽ & maſculi. Sed & tradidit il
los deus ĩ reprobum ſenſum: vt faciant ea quę
non conueniunt. Quia erant repleti omni ini-
quitate / malitia / nequitia / & auaritia: pleniq;
erant inuidia: homicidiis: contentione: dolo:
et cæteris quæ ſcripta ſunt malis. Quiq; cum
cognouiſſent iuſtitiam dei hanc eſſe: vt qui ta
lia agunt digni ſunt morte: non ſolum qui fa-
ciunt illa: ſed & qui cōſentiunt facientibus. &
ideo pro his oĩbus malis inexcuſabiles erunt
dum alios in his quæ ipſi agunt ſceleribus: &
iudicant / & condẽnant. De ſe enim pronũtiat
quis: cum de his quę ipſe committit alium pu
nit. Arbitror autẽ ſufficere ea quę de traditio
nis ſpecie ſupradicta ſunt: quomodo deus tra-
dere dicatur eos: quorum actus & animũ a ſe
declinantẽ: & indulgentem vitiis: abhorreſcit
et deſerit: & eadem repetere ſuperfluum puto.
Duo ſunt ſane quæ in hoc loco indicari reor: E
quorum alterum deſignari videtur ex altero.
Certum namq; eſt: ꝙ ſi quem tradiderit deus
vel ĩ deſyderia cordis ſui: vel ĩ paſſiones igno-
miniæ: vel in reprobum ſenſum: continuo tan
q̄ in terra peſſima & reproba: vt omnis illa ĩ eo
qui traditur ſeges criminũ ſurgat: & rurſum
ſi quis cognouerit deum: non ſicut deum ma-
gnificet: aut gratias agat: ſed ſit talis qualem
per ſingula apoſtolicus ſermo deſcripſit: dubi-
um non eſt huiuſcemodi animam derelictam
eſſe a deo: & traditam. Neq; enim poſſibile eſt
cum his malis habitaculum eſſe deo: aut hæc
mala inde procedere vbi habitat deus. Verũ
quia in his tribus vniuerſas impietatis ſpecies
enumeraſſe videtur apoſtolus: vel eorum qui
idola colunt: vel eorũ qui creaturę deſeruiunt
potius q̄ creatori: ſed & eorũ qui non probaue
runt deũ habere in notitia: in quorũ primo ti-
tulo ꝓmiſcue pagani: ĩ alio ſapiẽtes eorum: &
philoſophi deſignañt: puto ꝙ in hoc tertio in-
dicent̃ hęretici: vel creatorẽ deũ negantes: vel
diuerſas blaſphemias in excelſum loquentes.

Igitur ſinguli quiq; horũ quos ſupra diximus
in cultu diuinitatis errare: talibus malorũ ti=
tulis deſignãtur. Nos qui videmur in eccleſia
fidem rectã tenere: cõſideremus noſmetipſos
et omni circũſpectione pẽſemus: ne forte ſolo
ab his veri cultus nomine ſeparati: rebus eis
atq; actibus ſociemur. Certum eſt enim: quia
(verbi cauſa) repletus iniquitate: malitia: ne=
quitia: auaritia: nõ probatur deum habere in
notitia: & eſt de numero eorum quos tradidit
deus in reprobũ ſenſum. Et iterũ quorũ fœmi
næ vel maſculi relicto naturali vſu accendun
tur in eũ vſum qui contra naturam eſt: certũ
eſt quia ex illorum numero ſunt qui ſeruiunt
creaturæ potius q̃ creatori. Et quos tradidit
deus in paſſiones ignominiæ. Sed & ſi qui im=
munditia cõtumeliis afficiant corpora ſua: ex
illis qui commutauerunt gloriam incorrupti
bilis dei: niſi quia grauiore ſacrilegio is qui iã
fidelis eſt: Chriſti templum q̃ prophanus ad=
huc templum contaminat idolorum. Non eſt
ſane prætereundũ: ne iſtum quidem apoſtoli=
cum ſermonẽ in quo dicitur: Quoniã cõmuta
uerunt gloriã incorruptibilis dei in ſimilitu=
dinẽ imaginis hominis: non ſolũ eos qui idola
colunt arguere: ſed inter anthropomorphitas
intelligendi ſunt cõputati: qui in eccleſia po=
ſiti imaginẽ corpoream hominis / dei eſſe ima=
ginem dicũt: ignorantes illud quod in Geneſi
ſcriptũ eſt: ad imaginem dei factum eſſe homi
nem: de quo homine ſentiendum ſit: & ab apo
ſtolo interpretari cũ dicit: Deponentes veterẽ
hominẽ cum actibus ſuis: & induẽtes nouum
hominẽ qui ſecundũ deum creatus eſt. Audis
quia nouũ hominẽ dicit ſecundũ deum crea=
tum: hunc autẽ eundẽ nouũ hominẽ: alibi in=
teriorẽ vocat hominẽ. Corruptibilẽ vero hũc:
cuius hic imaginẽ reſpuit: exteriorem nomi=
nat cum dicit. Nam et ſi is qui foris eſt homo
noſter corrumpatur: ſed is qui intus eſt reno=
uatur. Et vt planius adhuc eius ſententiã ſci=
ant iſti qui de imagine dei errãt: audiãt quem
dicat eſſe apoſtolus hominẽ: qui ad imaginem
dei creatus eſt: cum ad Coloſſenſes hoc modo
ſcribit. Nolite mẽtiri (inqt) ſpoliantes vos ve
terem hominẽ cum actibus ſuis: & induentes
nouũ: qui renouatur in agnitione ſecũdũ ima
ginem eius qui creauit eũ. Ex quibus euiden=
ter oſtendit: ꝙ interior homo qui per agnitio=
nem renouatur: ipſe ad imaginem dei creatus
eſt. Qui aũt exteriorẽ hominẽ id eſt corporeũ
et corruptibilẽ ad imaginẽ dei eſſe dicunt: cũ
his ab apoſtolo ſociantur qui cõmutauerunt
gloriã dei in ſimilitudinẽ imaginis corrupti=
bilis hominis. Verũ oportuit ne hæc quidẽ in
explanatione apoſtolici ſermonis omitti: vt et
in hoc capitulo apoſtoli ſicut & in cæteris plu
rimis anthropomorphitæ: id eſt qui corporei
hominis imaginem / dei eſſe imaginem dicũt
conuictos ſe & confutatos eſſe cognoſcerent.
Sed nos iam in his continentiam primi volu=
minis concludamus.

¶ Incipit Liber Secundus. Cap. II.

SCimus autem quoniã iudi B
cium dei eſt ſecũdum veri=
tatẽ in eos qui talia agunt.
¶ Iudicium quidẽ dei ſecũ
dũ veritatẽ: non ſolũ in eos
qui hęc agũt quæ ſuperius
enumerata ſunt: verũ in omnes quicunq; mo=
do boni quædam mali ve geſſerunt expectan=
dum eſt & credẽdum. Sed illud quid eſt: qđ in
hoc loco videtur oſtẽdi: quia ſolius dei ſit ſe=
cũdum veritatem iudicium? Sunt enim quæ=
dam quæ committũtur opere quidem malo:
animo autẽ non malo: vt ſi quis (verbi cauſa)
homicidium non voluntate cõmiſerit. Et alia
fiunt opere quidem bono: ſed animo non bono
vt ſi quis miſericordiã nõ pro mandato dei in
bono: ſed vt laudetur ab hominib⁹ faciat. Alia
vero ſunt in quibus ſiue in bono ſiue in malo
animus cum corpore cõcordat: & quia corda
hominum noſcere ſolius dei eſt: & mentis ſe=
creta dignoſcere: idcirco ipſe ſolus eſt: qui ſecũ
dum veritatẽ poteſt habere iudicium. Sed re=
quiritur. Si ergo eis quoꝝ remiſſę ſunt iniqui
tates per baptiſmi gratiam: vel quorum tecta
ſunt per pœnitẽtiam peccata: vel quibus im=
putandũ non eſt peccatũ per martyrii gloriã:
videatur ſecundũ veritatẽ deus ſeruare iudi=
cium. Veritas quippe iudicii hoc poſtulat: vt
malus mala: & bon⁹ recipiat bona: & q̃uis do=
na & largitio dei nequaq̃ curioſitatem diſcu=
tientis admittant: tamen etiam in hoc quanta
ſit iudicii eius veritas oſtendamus. Commu=
nis profeſſio eſt bonum nõ debere puniri: nec C
malum conſequi bona. Si quis ergo ſit (verbi
gratia) qui egerit aliquando mala: certum eſt
quia malus erat tunc cum agebat mala. Is ve=
ro ſi præteritorum pœnitens mentem ſuam
corrigat ad bona: & agat bene: loquatur bene:
beneq; cogitet: bene velit: qui hæc agit: non ti
bi videtur bonus: & merito recipere bona? Si=
militer et ſi ex bono quis conuertatur ad ma=
lum: non iam bonus qđ fuit: & non eſt: ſed ma
lus iudicabitur qđ eſt. Actus enim ſiue boni ſi
ue mali prætereunt: ſed ſecundũ ſui qualita=
tem agẽtis mentẽ imaginãtur & formãt: eãq;

vel bonam relinquunt vel malam: ſeu pœnæ:
ſeu præmiis deſtinãdam. Erit ergo iniquũ vel
bonã mẽtem pro malis geſtis puniri: vel malã
pro bonis actibꝰ munerari. Verum vt adhuc
planius fiat quod dicimus: addamus etiã hęc.
Ponamus eſſe animam in qua habitet impie=
tas: iniuſtitia: ſtultitia: luxuria: & multitudo
omnis malorum: quibus. ſ. miniſtram ſe famu
lamqꝫ ſubdiderit. Qꝫ ſi in ſemetipſam regreſ=
ſa hęc anima / pietati rurſus & virtutibus mẽ
tis ſuæ ianuam pandat: nonne ingreſſa pietas
impietatem continuo depellet? Similiter & iu
ſtitia iniuſtitiã trudet: & ſapientia ſtultitiam:
& ſobrietas luxuriam fugabit? Atqꝫ ita depul
ſis habitatoribus barbaris ex ſemetipſa ciuile /
et legitimũ virtutibus præbebit hoſpitium.
Quomodo ergo iam plenam virtutibꝰ animã
iuſtum erit de his arguere quæ geſſerit: cum
nondum eſſet amica virtutum: & de impieta=
te piam: de iniuſtitia iuſtam: de luxuria ſobriã
condemnare? Hoc ergo modo in his quorum
etiam remiſſę ſunt iniquitates: & quorum te=
cta ſunt peccata: credendus eſt deus ſecũdum
veritatem ſeruare iudicium.

Exiſtimas autẽ hoc o homo omnis qui iu=
dicas eos qui talia agunt: & facis illa: quia
tu effugies iudicium dei?

D ¶Si omnia quæ lex loquit̃ his qui in lege ſunt
loquitur: & quæ euangelium: vel nunc apoſto
lus loquitur: non principibus ſæculi: nec regi
bus mũdi: ſed eccleſiarum rectoribus & prin=
cipibus loquitur: his videlicet qui iudicant
eos qui intus ſunt: id eſt epiſcopis: vel preſby
teris: & diaconibꝰ: His ergo dicit ne exiſtimẽt
ſe effugere iudicium dei: ſi ea committant ipſi
de quibꝰ alios iudicãt: & condemnãt. Et ideo
oportet vnũquẽqꝫ de ſua prius cõſciẽtia iudi=
care: & tunc eius quẽ iudicat geſta diſcutere.
Qđ ſi fieret: omnis penitꝰ adeũdi honoris ec=
cleſiaſtici abſcinderetur ambitio: ſi ſe iudican
dos potius q̃ iudicaturos hi qui præeſſe volũt
populis cogitarent. Nemo ergo exiſtimet ꝙ
poſſit effugere iudicium dei: ſicut & prophe=
ta dicit. Quo ibo a ſpiritu tuo: & a facie tua
quo fugiam? Et quia hæc ad eos maxime dicũ
tur qui præſunt iudiciis populorum: idcirco
et alibi dicit: ꝙ de domo domini incipiet iudi
cium. Et item alibi dominus dicit: In his qui
approximant mihi ſanctificabor. Sicut in Na=
dab: & Habiuth geſtum eſt: cũ alienũ ignem
id eſt non ſacrum diuinis altaribus obtule=
runt. Incipit ergo iudicium a filiis prius. Fla=
gellat enim deus omnem quem in numerum
recipit filiorum. Verum vt ego æſtimo: nec
ſi poſſit quis: deberet velle effugere iudicium
dei. Non venire enim ad iudicium dei: hoc eſt
ad emẽdationem / vel ſanitatem / & remedium
non peruenire.

Aut diuitias bonitatis eius & patientiæ
et longanimitatis cõtemnis? Ignoras quo=
niam benignitas dei ad pœnitentiam te
adducit?

¶Diuitias bonitatis dei ille agnoſcere poteſt E
qui conſiderat quanta in terris mala quotidie
homines gerant: & quomodo pene omnes de=
clinantes & ſimul inutiles facti / latam & ſpa=
tioſam perditionis ambulãt viam: anguſto vi
tæ itinere neglecto: & his omnibus deum pro
ducẽtem ſolem ſuum quotidie: & pluuias mi
niſtrãtem. Si quis conſideret quanti in deum
quotidie blaſphemant: & in cælum extendũt
linguas ſuas. Iam quid de fraudibus: de vitiis:
de ſcelere: de ſacrilegiis: & piaculis dicã? Qui=
bus tamen omnibus in hoc loco illi videntur
in ſcelere præferri: qui alios iudicantes ipſi cõ
mittunt quæ in cæteris puniunt. Si quis er=
go hanc bonitatem dei & ſuſtẽtationem eius
& patientiam contemnit: ignorat ꝙ per hæc
ad pœnitentiam prouocatur? Suſtentatio ve=
ro a patiẽtia hoc videtur differre: ꝙ qui infir=
mitate magis q̃ propoſito delinquunt: ſuſten
tari dicuntur. Qui vero pertinaci mente ve=
lut exultant in delictis ſuis: ferri patienter di
cendi ſunt. Sed ſicut omnia in menſura fecit
deus / & pondere / & numero: ita etiam patien
tiæ eius certa menſura eſt: quã menſuram cre
dendum eſt eſſe conſumptam: vel ab his qui
diluuio periere: vel ab his qui in Sodomis cæ=
leſti igne vaſtati ſunt. Vnde & de Amorreis
dicitur. Nondum enim repleta ſunt peccata
Amorreorum vſqꝫ nunc. Fert ergo deus pa=
tienter: & expectat vniuſcuiuſqꝫ pœnitẽtiam.
Sed non nos diſſoluat hoc: & tardos ad cõuer
ſionẽ faciat: quia rurſus patientię eius & ſuſtẽ
tationis certa menſura eſt.

Secundũ duritiã autẽ tuã & cor impœni=
tens theſaurizas tibi irã in die irę / & reue=
lationis iuſti iudicii dei: qui reddet vni=
cuiqꝫ ſecundum opera eius.

¶Cor durum in ſcripturis dici videtur: cum F
mens humana velut cæra: frigore iniquita=
tis obſtricta ſignaculum imaginis diuinę non
recipit. Hoc idem alibi Cor craſſum appella=
tur: ſicut cum dicit: Incraſſatum eſt cor po=
puli huius. Contrarium vero eſt duro molle:
quod in ſcripturis cor carneum nominatur:
et ſubtile: vel tenue, qđ apoſtolus ſpiritalem
hominem vocat: eum qui examinat omnia.
Igitur cum ſcit quę bona ſunt & non agit bo=
na: per duritiam cordis cõtemptum omnium

bonorum habere credẽdus eſt. Craſſitudo vero cordis eſt: vbi ſubtilis & ſpiritalis intelligentiæ non recipitur ſenſus: & ita cor impœnitens effectum theſaurizat ſibiipſi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii dei: dum opus bonum non agitur per duritiam: intellectus vero bonus per craſſitudinem cordis excluditur. De ira autem dei & ſuperius quantum res pati potuit & in aliis locis ſæpe diſſertum eſt. Quod vero dicit: theſaurizas tibi-
A ipſi iram in die iræ: conſiderandum eſt. Theſaurus appellatur quo diuerſi generis opes & diuitię congregantur. Huius in ſcripturis ſignificãtiam triplicem legimus. Dicitur enim in euangelio theſaurus eſſe quidem in terris: in quo prohibet dominus theſaurizari: & aliꝰ theſaurus in cælo: in quo iubet fideles quoſq; opes ſuas recondere: & hic nunc Apoſtolus dicit iræ theſauros. Omnes ergo homines per hæc quæ agunt in hoc mundo: in vno aliquo ex iſtis tribus congregãt theſauros. Aut enim infidelis eſt quis & iniquus: & per duritiam cordis & cor impœnitens in theſauro iræ actus ſuos recondit. Aut terrenus eſt: & de terra ſapit: ac de terra loquitur: & cum ei attulerit ager fructus vberes: deſtruit horrea ſua et maiora ædificat: & theſaurizat in terra. Et ille quidem durus: hic autem ſtultus appellatur. Dicitur enim ad eum. Stulte hac nocte repetent abs te animam tuam: & ea quę paraſti cuius erunt? Aut ſapiens eſt in deum diues et in terris ambulans conuerſationem habet in cælis: atq; omnia quæ agit digna ſunt regno cælorum. Iſte talis diuitiarum ſuarum theſauros condit in cælis. Ita ergo vniuſcuiuſq; theſauri poſſeſſor & conditor poteſt alius quidem carnalis: alius vero animalis ho-
B mo: alius autem ſpiritalis appellari. Nunc autem videamus qui eſt dies iræ: quem hic apoſtolus nominat. qui tamen facilius dignoſcitur: ſi de eo quid etiam reliquæ ſcripturę indicent requiramus. Quæ ergo ad præſens exempla occurrere poterunt aptabimus: & ex his qui ſit dies iræ monſtrabitur. Scriptum eſt enim in Amos propheta. Vęh his qui deſiderant diem domini. Vt quid vobis dies domini: & hæc eſt tenebræ & nõn lux. Queãdmodum ſi effugiat homo a facie leonis: & occurrat ei vrſus: & intret in domum ſuam: & extendat manus ſuas ad parietem: & mordeat eum ſerpens. Nonne tenebræ: & non lux ſunt dies domini: & caligo quæ non reſplendet? Sed & Iohel dicit ad ſacerdotes & eos qui altari deſeruiunt. Clamate ad dominum ſine ceſſatione: Heu me heu me in diem: quia prope eſt dies domini: & ſicut miſeria ex miſeria veniet. & poſt pauca. Tuba canite in Sion: prędicate in monte ſancto meo: & confundantur omnes qui habitant ſuper terram: quia adeſt dies domini: quia prope eſt dies tenebrarum: et caliginis: dies nubis: & nebulę. Sicut matutinum effundetur ſuper mõtes populus multus & fortis. Similis ei nõ fuit a ſæculo: & poſt ipſum non erit vſq; in annos ſæculi ſæculorũ. Ante ipſum ignis conſumens: & poſt ipſum flamma accenſa. Sicut paradiſus delitiarum erit terra ante faciem eius: & poſt tergum eiꝰ caput exterminii: & nullus eſt qui euadat eũ. Sicut aſpectus equorum facies eorum: et ſicut equites ita ſequentur. Sicut vox curruum ſuper vertices montium inſilient. Sed et omnia in conſequentibus de eadem ſcribit vſq; ad eum locum vbi dicit: Et dominus dabit vocem ſuam ante faciem virtutis ſuę: quia ingens eſt valde multitudo caſtrorum eius: et valida opera verborũ eius. Propter quod magna eſt dies domini: magna & nobilis valde: et quis erit idoneus ei? Sophonias vero ita dicit: Reuertimini a facie domini dei: quoniam prope eſt dies domini: & præparauit dominus victimam ſuam: ſanctificauit vocatos ſuos. & poſt pauca. Prope eſt dies domini magna: prope eſt: & velox nimis. Vox diei domini amara & dura poſita eſt & valida. Dies iræ dies illa: dies anguſtię & neceſſitatis: dies acerbitatis & perditionis: dies tenebrarum & caliginis: dies nubis & nebulæ: dies tubæ & clangoris: ſuper ciuitates munitas: & ſuper muros excelſos. Et afficiam homines: & ambulabunt ſicut cæci: quoniam domino peccauerunt: & effundam ſanguinẽ eorum ſicut puluerem: & carnes eorum ſicut ſtercora. Aurum eorum & argentum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne æmulationis conſumetur omnis terra: quoniam conſummationem & feſtinationẽ faciet ſuper omnes qui habitant terram. Eſaias quoq; ſimiliter memorat. Ecce enim dies domini veniet inſanabilis furoris & iræ: ponere orbem terræ deſertum: & peccatores perdere ex eo. Et poſt pauca. Cælum enim furore accẽdetur: & terra mouebitur a fundamentis ſuis propter furorem iræ domini Sabaoth: in die qua ſuperuenerit furor eius. His tot & talibꝰ de die iræ teſtimoniis congregatis: puto ꝙ vltra locus
C hic expoſitione non egeat. Euidenter enim in his omnibus dies irę vindictæ dies iudicii deſignatur. Inde deniq; ad diem iræ addit Apoſtolus: & reuelationis. Sic enim dicit. In die irę & reuelationis iuſti iudicii dei. Reuelanda

namq; eſſe omnia etiam in euangelio deſigna tur cũ dicitur. Nihil occultum qđ nõ manife ſtetur: nec opertũ qđ nõ reueletur. Sed & apo ſtolus in conſequẽtibus huius epiſtolæ dicit. Cogitationibus accuſantibus aut etiam de fendentibus in die cum iudicabit deus occul ta hominum. in quo vtiq; oſtendit occulta ho minum reuelanda non niſi in die qua iudica turus eſt deus: ſicut ad Corinthios euidẽtius dicit. Nolite ante tempus iudicare vſq; quo veniat dominus: qui illuminabit occulta tene brarũ: & manifeſtabit conſilia cordium. Quæ vtiq; omnia de hac eadem die dici intelligun tur: in qua tenebrę / & mœror / & triſtitia futu ra dicitur: propter eos qui multis peccatorum vulneribus cõfoſſi ignis remediis indigebũt. Quo in tempore dicetur ad ſanctos: Perge po pulus meus: intra in promptuaria tua: claude oſtium tuum: occultare pauliſper: donec trãſ eat furor irę meæ. In quibus ſermonibus quã tæ diuitiæ bonitatis dei occultentur: propter eos qui patientiam eius bonitatemq; contem
D nunt: manifeſtare non opus eſt. Requiritur ſa ne a quibuſdam: cur dies hic de quo ſuperius bibliothecas ꝓpheticas monuimꝰ: in fine mũ di ſtatutus ſit: vt omnes qui ab initio ſæculi vſq; ad finem ipſius defuncti ſunt: ad hunc vl timũ diem iudicandi reſeruẽtur. Cuius rei in terioris cauſas certũ eſt ſecretioribus myſte riis contegi. Myſterium vero regis abſcõdere bonum eſt. Tamen explanationis gratia dice mus inquãtum poſſibile eſt paginis verba cõ mittere. Multi ſunt qui ex hac vita abeuntes vel bonorũ: vel malorũ poſt ſe quędam ſemina reliquerũt: ex quibus qui ſuperſunt homines occaſiones vel ſalutis vel perditionis accipiũt (verbi gratia dixerim) vt ſunt omnes qui pra uas ſectas & alienas a deo inter philoſophos condiderunt: vel qui magica ſacrilegia: aut qui errores aſtrorũ: & decreta finxerunt. Cer te qui apud nos auctores hęreticorum & pra uorũ dogmatũ libris editis extitere: vel etiam qui ſchiſmata in eccleſiis: ſcandala: ac diſſen ſiones operati ſunt: econtrario apoſtolicarũ literarum opus profectuſq; per has vniuerſæ eccleſiæ: & conuerſio ad deum: atq; emenda tio totius mũdi: quorũ omniũ cauſæ non niſi cum ipſius mũdi fine claudentur: & ideo non eſſet iuſtum iudicium dei: donec de his ſingu lis vel profectus: vel impedimenta penderent. Quod & apoſtolus ſignificare videtur cũ di cit. Quorũdam hominum peccata manifeſta ſunt pręcedentia ad iudiciũ: quorũdam autẽ et ſubſequũtur. Iam vero ſi etiã extra corpus poſiti vel ſancti qui cum Chriſto ſunt: agunt aliquid & laborant pro nobis ad ſimilitudinẽ angelorum: qui ſalutis noſtræ miniſteria pro curãt: vel rurſum peccatores etiam ipſi extra corpus poſiti agũt aliquid ſecundũ propoſitũ mẽtis ſuæ: angelorũ nihilominus ad ſimilitu dinem ſiniſtrorũ: cũ quibus & in æternũ ignẽ mittendi dicunť a Chriſto: habeať hoc quoq; inter occulta dei nec chartulæ committenda myſteria. Sufficiãt iſta de die irę & reuelatio nis. Nunc requiramus de iuſto iudicio dei: in E
quo reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Et pri mo quidẽ excludãtur hęretici: qui dicunt ani marũ naturas bonas vel malas: & audiãt quia nõ pro natura vnicuiq; deus ſed pro operibus ſuis reddit. Secundo in loco ædificẽtur fideles ne putent ſibi hoc ſolum ſufficere poſſe ꝙ cre dunt: ſed ſciant iuſtũ iudiciũ dei reddere vni cuiq; ſecũdum opera ſua. Videbũtur nequaq̃ pro hoc ſermone excludi poſſe gentiles: ſi for te & ipſi boni aliquid operentur: & emẽdatius agant. Sed & illud qđ in Ezechiele ſcriptũ eſt: huic ſentẽtiæ videtur aduerſari. Dicit enim. Cum auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua: & fece rit iniquitatẽ ſecũdũ omnes iniquitates quas facit iniquus: omnes iuſtitiæ eius quas fecit nõ cõmemorabũtur. In lapſu eius quo lapſus eſt: & in peccatis ſuis quę peccauit: in ipſis mo rietur. Dicent enim. Si nihil ex iuſtitia iuſti cum lapſus fuerit memorabitur: quomodo vnicuiq; reddet deus ſecũdum opera ſua? Sed F
videamus ne forte abſolutionem ſui in ſe: ipſe ſermo diuinus inueniat. Si obſeruemus quo modo ſcriptum eſt qđ dicit: cũ auerſus fuerit iuſtus a iuſtitia ſua: & non ſufficeret cum di ceret cum auerſus fuerit a iuſtitia ſua: ſed ad didit: & fecerit omnem impietatem ſecũdum omnes iniquitates quas facit iniquus. In quo videtur latenter huiuſmodi inſeruiſſe intelle ctum: vt ſi forte nõ ſecũdũ omnes iniquitates quas facit iniquus fecerit iuſtus: nõ omnes iu ſtitię eius de memoria auferantur. Si vero oẽs iniquitates fecerit quas iniquus agit: tũc de mũ omnes iuſtitiæ in lapſu eius de memoria ſubtrahuntur. Hęc q̃uis occultauerit in ſcri pturis ſpiritus ſanctus: propter hos qui diui tias bonitatis & patientię eius cõtemnũt: non tamen penitus abſtulit: quia & theſaurus in agro abſconditus nõ quidẽ ab omnibus inue nitur: ne facile diripiatur: & pereat. Inuenitur tamẽ a prudẽtibus: qui poſſunt ire: & vẽdere omnia quę habẽt: & emere agrũ illũ. Et hęc er go q̃uis abſcõdita ſunt in ſcripturis: ſicut ſcri ptũ eſt: Q̃ꝫ magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quã abſcondiſti timentibus te: tamen inueniuntur ab his qui nõ ſolum iuſtum: ſed

etiā bonū eſſe deū legis & prophetarū teſtimo
niis ex his quę in ſcripturarum myſterio ſunt
occultata defendūt. Ex quibus neceſſitas exi-
git pauca patefacere gratia exponendi apoſto
licum ſermonem: quo ait: Iuſti iudicii dei qui
reddet vnicuiq; ſecūdum opera ſua.

His quidē qui ſecundū patiētiam boni ope
ris, gloriam & honorem & incorruptionē quę
rentibus vitam ęternam. His autē qui ex con
tentione: & qui nō acquieſcūt veritati: obtem
perant autē iniquitati: ira & indignatio: & tri
bulatio: & anguſtia ī omnem animā hominis
operantis malū: Iudæi primū & græci. Gloria
autē & honor & pax omni operāti bonum: Iu
dęo primū & græco. Non enim perſonarū ac-
ceptio eſt apud deum.

A ¶ Quærentibus inquit gloriam & honorem
et incorruptionē pro boni operis patientia: vi
ta æterna dabitur: non ſolum Iudæis: quibus
credita videntur eloquia dei: ſed etiam græ-
cis: quia iuſtum eſt iudicium dei: & non tan-
tum Iudæorum deus eſt: ſed & gentium. His
vero qui per contentionē mentis & animi pra
uitatem veritati non credunt: ſed iniquitatē
ſequūtur: redditur ira: & indignatio: tribula-
tio: & anguſtia: non ſolū gentili: ſed & Iudæo:
quia nō eſt perſonarum acceptio apud deum.
Hæc quidem quātum ad ſermonū ordinē ſpe
ctat. Sed nunc quæ ad interiorē ſenſum perti-
nent requiramus. His inquit qui per patiētiā
boni operis. Quod dicit patiētiā boni operis:
oſtendit laborē quēdam & agones imminere
his qui bonū opus facere volūt. Luctamen eſt
enim: ſicut & idem apoſtolus dicit: non ad-
uerſus carnem & ſanguinē: ſed aduerſus prin
cipatū & poteſtatē: & mundi huius rectorem.
quæ omnia bono operi aduerſant: & ideo pa-
tientia neceſſaria eſt. quia ſcriptū eſt. In veſtra
patiētia acquiretis animas veſtras. Videamꝰ
autē qđ dicit: Opus bonū. Dominus in euāge
lio de ea muliere quæ alabaſtrū vnguenti pre
tioſi effudit ſuper caput eius pronūtiat: ꝙ bo
nū opus operata eſt in me: deſignās ꝙ qui ver
bo dei vnguētum ſuperfuderit. i. qui opera cū
verbo ſociauerit: ille opꝰ bonū operetur. Odo-
ratus namq; efficitur omnī vnguentorū ſua-
uitate repletus ſermo cū fuerit (vt oportet)
actibus exornatus. Nūc quidē gloriam & in-
corruptionē requiramus. Multis in locis ſcri-
pturę ſanctæ de gloria ſcribitur. Nā in Exodo
de Moyſe dicitur: quia cū deſcēderet de mon-
te glorificatus ſit vultus eius. Hoc retexens
apoſtolus ad Corinthios dicit. Qꝫ ſi miniſte-
rium mortis in literis formatū in lapidibus fa
ctū eſt in gloria: ita vt nō poſſent filii Iſrael in-
tendere in faciē Moyſi propter gloriā vultus
eius qui aboletur: quāto magis miniſteriū ſpi
ritus erit in gloria? Si eñ in miniſterio dāna-
tionis gloria eſt: quanto magis abūdabit mini
ſterium iuſtitiæ in gloria? & poſt pauca addit.
Nos autem omnes reuelata facie gloriam do-
mini ſpeculantes in eandem imaginem tranſ-
formamur a gloria in gloriam tanꝗ a domini
ſpiritu. Eſt ergo quędam gloria ſecundū apo- C
ſtolū quæ non glorificatur: vt illa quæ in vul-
tu Moyſi fuit: quæ dicitur eſſe deſtructa: quæ
legis litera intelligi poteſt: habens quidē glo-
riā pręceptorū: ſed quę glorificari non poſſet.
Eſt & alia gloria: quę permanet & glorificatur
in Chriſto. Cū enim aſcēdiſſet in mōtem cum
Petro & Iacobo & Ioanne: trāſformatus in glo
ria eſſe ſcribitur. Et tūc apparuerūt (inquit)
Moyſes & Helias loquentes cum eo. Per quod
oſtēditur: quia legis & prophetarū gloria tūc
apparuit: cum Chriſtus fuiſſet tranſformatus
in gloria: vt illius gloria illuminata prophe-
tia & lex amoto velamine literæ intelligatur
in ſpiritu. Verū quia & in Exodo dicitur glo-
ria dei repleſſe tabernaculū teſtimonii: & ite-
rum in dedicatione templi nihilominus deſcē
diſſe gloriam dei: & repleſſe domū fumo/cali-
gine/& nube: In quo vtiq; ipſa adeſſe dei præ-
ſentia deſignatur: Illa in his putanda eſt dei
gloria: de qua apoſtolus ſcribens ab Hebræos
dicit de filio: Quia vt ſplendor glorię: & ima-
go expreſſa ſubſtantiæ eius. Per quæ hoc de-
claratur: ipſum fontem gloriæ patrem dici: ex
quo ſplendor gloriæ filius generatur: cuius
participatione omnes creaturæ gloriam ha-
bere dicuntur. ſicut de his qui ex reſurrectio-
ne ſunt ſcribitur. Alia gloria ſolis: alia gloria
lunæ: alia gloria ſtellarum. Stella a ſtella dif-
fert in gloria. Hanc ergo gloriā quæ ex reſur-
rectione eſt: qui requirunt: & honorem: & in-
corruptionem: illud ſine dubio inuenietur qđ
ſcriptum eſt. Seminatur corpus in ignomi-
nia ſurget in gloria. Seminatur in corruptio-
nem: ſurget in incorruptione. Et ideo inquiſi
tor huius glorię & honoris & incorruptionis
per patientiam boni operis vitam cōſequitur
ęternam. Verū quia de gloria (vt potuimus)
diſcuſſimus: videamus qđ & honor indicet: D
quia qui ad ęternā vitā feſtinant: non ſolū glo
riā: ſed & honorē quęrūt. Scriptū eſt: quia ho-
mo cū in honore eſſet nō intellexit: cōparatus
eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt
illis. Quęrit ergo illum honorem anteꝗ cōpa
retur iumentis inſipientibus: id eſt illū quem
habebat in paradiſo anteꝗ peccaret honorem:
quo dei vocem merebatur audire: honorem

quo paradiſi fructibus a ligno vitę fruebatur. Sed & illud qđ dicit Apoſtolus: Reddite omnibus debita: cui honorem/honorem: ad hoc mihi reſpicere videtur. Ego enim ſic intelligo: honorem debitum reddi: ſi qđ debetur iuſtitiæ reddatur: & nihil ex eius parte iniuſtitiæ concedatur. Similiter & veritati: ſi quæ ſua ſunt ita reddantur: vt nihil ex eius partibus mendacio relinquatur. Sapientiæ quoq; et innocentiæ bonitatiq;: ſi ita reddamus quę ſua ſunt vt nihil ex eorum bonis: vel ſtultitiæ vel calliditati: vel malitię permittamus. Cum enim (verbi gratia) in iudicando vel perſonam potentis acceperis: vel pro amici gratia quæ ſunt vera ſuppreſſeris: non reddidiſti honorem debitum iuſtitiæ: nec veritati: ſed dehonoraſti iuſtitiam: & feciſti contumeliam veritati: & cum Chriſtus ſit iuſtitia: & ſanctificatio: & veritas: eris ſimilis illis qui Chriſtum colaphis ceciderũt: & qui in faciem eius conſpuerunt: & qui in calamo caput eius percutientes vertici eius impoſuerunt ſpineam coronam. Quia autem honorem: qui his omnibus virtutibus ab homine debetur: in euangeliis edocemur: dicente domino: Vt omnes honorificent filium ſicut honorificãt patrem: Honorificat ergo patrem & filium: qui honorem dignum & ſtudium defert ſapientiæ: et iuſtitię: & veritati: omnibuſq; his quæ eſſe dicuntur Chriſto. Hoc ergo modo quęrunt gloriam: & honorem: & incorruptionem: qui feſtinant ad ęternam vitam. Sed & incorruptio

E quid indicet: cito ſciemus: ſi quid ei contrarium eſt diſcutiamus. Incorruptio cõtrarium habet corruptionem. Corruptio duobus modis accidere dicitur: corporaliter: & ſpiritaliter. Corporaliter accidit: cum euenerit illud quod ſcriptũ eſt. Si quis templum dei corruperit: corrumpet illum deus. Spiritaliter cum illud acciderit: quod nihilominus Apoſtolus dicit. Vereor autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua: corrumpantur ſenſus veſtri a ſimplicitate fidei: quæ eſt in Chriſto Ieſu. Si quis ergo ab his quæ ſupra diximus mãſerit corpore & ſpiritu incorruptus: iſte incorruptionem quærere dicitur: quo ſcilicet per hanc obſeruantię incorruptionem: illam/quæ ex reſurrectione eſt/incorruptionem conſequi mereatur. Quid autem datur hæc requirentibus videamus. Vita (inquit) æterna. Illa de qua Saluator docet: cum dicitur. Hęc eſt autem vita ęterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Per quod oſtendit in agnitione dei et Chriſti Ieſu vitæ æternæ manere ſubſtantiam. Agnitio vero dei quomodo haberi poſſit docemur in pſalmis: cum dicit. Vacate et agnoſcite quoniam ego ſum deus. His autem qui ex contentione: & qui diffidunt quidem veritati: credunt autem iniquitati: ira: et indignatio: tribulatio: & anguſtia. Qui ſimpliciter hæc accipit: ſufficere credit ad intellectum ſecundum ea quę ſupra dicta ſunt reddere deum vnicuiq; ſecundum opera ſua: id eſt ſicut illis qui per patientiam boni operis credunt: vel quærũt gloriam: & incorruptionem: vitam reddit æternam: ita & iſtis qui ex contentione diffidunt quidem veritati: obtemperãt autem iniquitati: iram: & indignationem: tribulationem: & anguſtiam reddat. Sed qui in apoſtolicis literis/per quos Chriſtus loquitur/iota vnum: aut vnum apicem non credit otioſum: aſſeuerabit non per errorem apoſtolo contigiſſe: vt tali locutione vteretur dicens. Qui reddet his quidem: qui per patientiam boni operis gloriam/& honorem quęrunt: vitam ęternam. His vero qui ex contentione obtemperant iniquitati: & non dixit iram & indignationem: vt & hoc referatur ad reddet quod ſuperius dixerat. Sed ait ira: et indignatio: tribulatio: & anguſtia. Vnde qui ſpiritalis eſt: & intelligit quid ſpiritus loquatur in Paulo: dicit non hæc apoſtolum imperitia: ſed per diuinam peritiam conſcripſiſſe. Scilicet vt per hęc oſtenderet ea quidem quæ ſecundum patientiam boni operis quærentibus gloriam: & incorruptionem reddẽda ſunt per deum reddi: id eſt vitam æternam. Ea vero quæ conſequuntur eos qui per contentionem diffidunt quidem veritati: obtemperant vero iniquitati: nõ a deo dari: cuius dona vtiq; permanentia: & ipſo digna ſunt. Sed ex conſequentia geſtorum ſuorum in his qui operantur malum: ira/& indignatio: tribulatio: et anguſtia erit: ſecundum ea quæ theſaurizauerunt ſibi ipſi. Nam vtiq; ſicut ibi vitam æternam caſu accuſatiuo protulerat: ita et hic iram/& indignationem: tribulationemq; et anguſtiam caſu accuſatiuo protuliſſet: ſi id ad reddentis dei perſonam referre voluiſſet. Quod & in aliis ſcripturę locis ſimiliter intelligitur deſignari: ſicut in primo libro Regnorum: vbi dicit dominus: Glorificantes me glorificabo: ſpernentes me ſpernentur. In quo euidenter oſtenditur dicere dominus eos qui glorificandi ſunt per ſe glorificandos: de his vero qui ſpernendi ſunt non retuliſſe ad ſe: ſed abſolute dixiſſe: quia ſpernentur. Si enim vt bona per ſemetipſum præſtat: ita & mala per ſemetipſum retribueret deus: conſequens

erat: vt quomodo dixit glorificantes me glorificabo: ita diceret & ſpernentes ſpernam. Sed et in alio loco per prophetam ſimile quid videtur oſtendi in eo: quod hi qui eunt in ignem: non a deo: ſed a ſemetipſis eum inueniant accēſum: ſicut dicit Eſaias. Ite in lumine ignis veſtri: & in flamma quam accendiſtis. Et vt adhuc planior horum fiat diſſertio: addētur etiam hæc. Si quis contra præceptū medici ſumptis malorum ciborū ſuccis: & corporis turbata tēperie: vel febres: vel quoſlibet huiuſcemodi incurrerit morbos: certum eſt quod non per medicum: ſed per intemperantiā ſuam peſtem langoris acceperit. Si vero medici pręcepta cuſtodiēs in ſoſpitate perduret: vtique per medicum dicetur habere gratiā ſanitatis. Hoc ergo modo conſequēter videbitur deus ipſe per ſe reddere vnicuique ſecundum opera ſua quæ bona ſunt: mala autem venire intelligentur non a deo: ſed ex peſſimis intemperātię ſuccis: & cruda prauitate geſtorum. Verum & hoc ipſum quod dixit: qui ex contentione diffidunt quidem veritati: obtemperant autem iniquitati: indiſcuſſum non omittamus. In his enim ſingulis lāguores quidam animi ab Apoſtolo deſignātur: quorum medelam nullus inueniet: niſi prius morborū cognouerit cauſas. & ideo in ſcripturis diuinis ægritudines animæ numerantur: & remedia deſcribuntur: vt hi qui ſe apoſtolicis ſubdiderīt diſciplinis: ex his quę ſcripta ſunt / agnitis lāguoribus ſuis / curati poſſint dicere. Lauda anima mea dominū: qui ſanat omnes lāguores tuos. Vnus ergo ex cęteris animæ languor: & quidem peſſimus: contentio intelligenda eſt: per quam omne opus prauum geritur. Per hanc hęreſes naſcuntur: per hāc ſchiſmata: & omnia ſcādala in eccleſiis generantur: dum hi qui apud ſemetipſos prudentes ſunt: & in conſpectu ſuo ſapiētes: quicquid libuerit pro lege deferendum: & inde fit vt diffidatur quidem veritati: obtemperetur autem iniquitati. Diffidere porro pro non credere: vel non obtemperare ſolet in ſcripturis ſanctis inueniri: ſicut & in hoc loco: quod forte aptius latinus interpretari poteſt: ſi dixiſſet: qui non obediunt veritati: ſed obediunt iniquitati. Omnis ergo qui alienum a veritate iter ingreditur: nec ſequitur eum qui dixit: ego ſum veritas: diffidit veritati: & inobediēs eſt ei. Si qui non ſolum in actibus: ſed & in ſenſibus: & in fide errent: quod maxime ex contentione contingit: Sed & qui ſapientiæ obſiſtunt: & iuſtitię: & ſanctificationi: Chriſto diffidunt: quia ſicut veritas eſt: ita & ſapientia: ita & ſanctificatio eſt: non obtemperare autem Chriſto qui iuſtitia eſt: hoc eſt obtemperare iniquitati: & his actibus quos ſine dubio conſequuntur illa quæ ſcripta ſunt: ira / & indignatio: tribulatio / & anguſtia. De ira ſæpe B iam diximus: quod interdum ipſe qui ex peccati conſcientia animę incutitur cruciatus: ira appelletur. Indignatio autem ipſius irę tumor: qui dictis ſignificatur: & per ſingula quæque commotio. Vt ſi (verbi gratia) vulnus aliquod peſſimum iram ponamus. Huius autem tumor / & diſſenſio indignatio vulneris appelletur. Tribulatio vero quam ſubſequitur anguſtia: non eſt ſimilis putanda illi tribulationi: de qua dicit Apoſtolus: quia tribulatio patientiam operatur. Illa enim talis tribulatio anguſtiam non habet ſubſequentem: ſicut & ipſe apoſtolus dicit. Tribulationem patimur: ſed non anguſtiamur. Immo vero non ſolum nullam anguſtiam tribulatio illa ſanctorum: ſed latitudinem habet. Denique ſic dicit iuſtus. In tribulatione dilataſti me. Huius latitudinis & Apoſtolus conſcius ſibi ad Corinthios ſcribit. Non anguſtiamini in me: ſed anguſtiamini in viſceribus veſtris. Et addidit: Dilatamini & vos. Idcirco ergo deus de ſanctis ſuis quos dilatari nouit: & habere intra cordis ſui domicilium ſpatioſa longe / lateque diffuſa: dicit. Habitabo in eis: & inambulabo. Hoc munus a deo inter cætera ſapientię munera accepit & Salomon: ſicut ſcriptum eſt. Et dedit (inquit) dominus Salomoni prudentiam multam valde: & latitudinem C cordis. In hac ergo ſanctorum cordis latitudine non ſolum habitat: ſed & inambulat deus. In peccatorū vero cordibus vbi anguſtię ſunt: quia locum dedere diabolo ingrediendi: ingreditur quidem diabolus: ſed non vt habitet: neque vt inambulet: anguſtiæ enim ſunt: ſed vt lateat tanquam in cauerna. Eſt enim ſerpens. Sic ergo in ſe infelix anima quā peſſimus hic anguis obſederit: ſerpentino frigore rigens attrahitur: & coarctatur: atque in omnes anguſtias cogitur. Illa vero quæ obtemperat veritati: inſtar cæli dilatatur: atque diffunditur: & ſolis iuſtitię illuſtratur radiis: & aula ſapientię: ac veritatis efficitur. Cur tamen ira / & indignatio Iudæo primū: & græco? Quia gloria & honor ipſi primum. Prius enim illis credita ſunt eloquia dei: & ipſi dicūt. Beati ſumus Iſrael: quia quæ placent deo: nobis nota ſunt. Et ideo ſecūdum euangelii ſententiam: ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui: & non fecit: digne plagis vapulabit multis. hic eſt iudæus.

Qui autem non cognouit græcus.i.gentilis: vapulabit paucis. Intereſt enim cognouiſſe deum: & cognouiſſe voluntatem dei: quia cognoſci deus a creatura mundi per ea quæ facta ſunt etiam gentilibus potuit: & ſempiterna eius virt⁹: ac diuinitas. Volũtas vero eius
D non niſi ex lege cognoſcitur & prophetis. Verum quoniam & ad pœnam & ad pręmiũ Iudæos præfert: & græcos poſtponit apoſtolus: requirendũ eſt: quos hic græcos: quos Iudæos velit intelligi. Si illos dicit Iudæos qui adhuc ſub lege ſunt: & ad Chriſtum non veniunt: et chriſtianos græcos: id eſt qui ex gentibus credunt: videtur contra totius myſterii venire ſententiam. Quomodo enim illi primi dicentur: de quibus dictum eſt. Ecce erunt primi nouiſſimi: & ad quos iterum dicit: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta: & iterum: Cũ acceſſiſſet ad ficulneam Saluator: in qua nõ inuenit fructum: dixit. Quia nunq̃ ex te fruct⁹ naſcetur. Et duo populi in vtero Rebeccę deſignabantur: ex quibus dicitur: quia maior ſeruiet minori: & minor accepit benedictionem primatus. Sed & alia ſecundum hoc innumera in ſcripturis inuenies. Si vero Iudęos nos: id eſt Chriſtianos appellat: & eos qui ex omni genere crediderunt: quos ipſe dicit in occulto Iudæos: reſtat vt gręcos gentiles illos dicat: qui nondum credidere. Sed quomodo apoſtolus tantam ſpem gentibus nondũ credentibus ponit: cum eccleſiaſtica regula videatur obſiſtere: quæ ſtatuit vt niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: non poſſit introire in regnum cælorum. & iterũ Petrus in actibus apoſtolorum de Chriſto pronũtiat dicens. Neq; enim eſt aliud vllum nomen ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri? Quomodo ergo hic gentes gloriæ & honoris & pacis
E ſecundo poſt Iudæos loco participes facit? Sed videamus ne forte illa quę ſolet bonitas & dulcedo dei abſcondi in ſcripturis ſanctis: aliquid etiam hic moliatur occultum. Tres mihi hoc in loco ordines feciſſe videtur apoſtolus. Primo enim dicit de his qui ſecundum patientiam boni operis gloriam: & honorẽ: & incorruptionem quærunt: ꝙ ipſis reddidit deus vitam æternam. Patientiam autem boni operis in illis eſſe certum eſt: qui agones: & certamina perferunt pietatis. Quod ſupra diximus & expoſuim⁹ euidenter de chriſtianis dici: apud quos martyres fuerint. Probatur autẽ etiam per hoc ꝙ dominus dicit ad apoſtolos: quia tribulationem habebitis in hoc mundo: & mundus gratulabitur: vos autẽ lugebitis. Et addidit poſt pauca. In patientia veſtra acquiretis animas veſtras. Chriſtianorũ ergo eſt preſſuram pati in hoc ſęculo: & lugere: quorũ eſt vita æterna. Et vis ſcire ꝙ nullius eſt vita æterna: niſi eius qui credat in Chriſtũ? Audi Saluatoris ipſius vocẽ euidenter in euangeliis deſignantem. Hæc eſt autẽ vita ęterna: vt cognoſcant te ſolũ verũ deum: & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Omnis enim qui nõ agnouit patrẽ ſolum verũ deum: & filiũ eius Ieſum Chriſtum: alienus eſt ab æternitate vitæ. Hæc enim ipſa agnitio & fides deſignatur vita eſſe æterna. Eſt igitur primus hic Chriſtianorũ locus: quibus per patientiam boni operis / gloriam / & honorem / & incorruptionẽ quęrẽtibus: vita ęterna reddetur: illa ſine dubio quę dicit. Ego ſum via / veritas / & vita. In Chriſto autem qui vita æterna eſt bonorum omnis plenitudo. Secũdo F
in loco ponuntur hi qui ex contentione: & qui diffidunt quidem veritati: obtemperant autẽ iniquitati: quibus ira & indignatio: tribulatio & anguſtia iminet: id eſt omni animę operanti malum: iudęo primum & græco: his autem eiſdem etiam bonorum retributio. Tertio in loco pari cum diſtinctione promittitur cum dicit. Gloria / & honor / & pax omni operanti bonum: Iudęo primũ & gręco. Quod vt ego capere poſſum: de Iudęis & gẽtibus dicit: vtriſq; nondum credentibus. Poteſt enim fieri vt vel ex his qui in lege ſunt ſi quis perſuaſione quidem cõmonitus Chriſto non credit: operetur tamen qđ bonum eſt: iuſtitiã teneat: miſericordiam diligat: caſtitatẽ / & continentiam ſeruet: modeſtiam / lenitatẽq; cuſtodiat: atq; omne bonum operetur. Hic etiam ſi vitam non habet æternam: quia credens ſoli vero deo non credidit / & filio eius Ieſu Chriſto quem miſit: tamen gloria operum eius & pax et honor poterit non perire. Sed & græcus: id eſt gentilis: qui cum legem non habeat: ipſe ſibi eſt lex: oſtendens opus legis in corde ſuo: et naturali ratione immotus: ſicut videmus nõnullos in gentibus: vel iuſtitiam teneat: vel caſtitatem ſeruet: vel prudentiam: temperantiam: modeſtiamq; cuſtodiat: iſte licet alienus a vita videatur æterna: quia non credit Chriſto: & intrare non poſſit in regnum cęlorum: quia renatus non eſt ex aqua & ſpiritu: videtur ꝙ per hæc quæ dicuntur ab apoſtolo bonorum operum gloriam: & honorem: et pacem perdere penitus non poſſit. Si enim ſe- G
cundum ea quæ in ſuperioribus diſſeruimus: videtur Apoſtolus condemnare gentiles ex eo ꝙ naturali intelligentia cum cognouiſſent

deum? nō ſicut deū magnificauerūt: quomodo nō putam⁹ ꝙ etiam collaudare eos poſſit: & debeat: ſiqui in his cognoſcētes deum: ſicut deum magnificent? Dubitari igitur non puto ꝙ is qui pro malo opere condemnari meruiſſet: idem ſi operat bonū remunerationi boni operis dign⁹ haberetur. Vide dicente Apoſtolo: qa omnes nos ſtare oportet ante tribunal Chriſti: vt reportet vnuſquiſꝙ ꝑpria corporis prout geſſit ſiue bonum: ſiue malum. Inde deniꝙ eſt qđ & in hoc loco ſubiungit. Nō em̄ perſonarum acceptio eſt apud deum. Qđ ſi tibi adhuc dubium videtur: audi & Petrum qđ in actibus apoſtolorum pronuntiet: cū ad gētilem Cornelium fuiſſet īgreſſus. Cōpertum (inquit) habeo ꝙ deus perſonarum acceptor non eſt: ſed in omni loco: & in omni gente q facit voluntatem ei⁹ / acceptus eſt ei. Sed obiici nobis poteſt illud quod deus in euangelio dicit. Omnis qui credit in me non iudicabitur. Qui autem non credit iam iudicat⁹ eſt: quia
A nō credit in nomine vnigeniti filii dei. Sed videamus quomodo nō iudicamur qui credim⁹ in Chriſto: vt ſciamus quomodo & ille iam iudicatus ſit qui non credit. Nūquid nam putamus q crediderit in Chriſto: & poſt hoc homicidium vel adulterium cōmiſerit: aut falſum teſtimonium dixerit: aut aliquid huiuſmodi geſſerit: quę nōnunq̄ videm⁹ admittere etiā fideles: quia pro his iam non iudicabitur q credidit in Chriſto? Certum ē hæc omnia venire ad iudicium: & ideo ſic intelligēdus eſt domini ſermo quem dicit. Qui credit in me non iudicabitur: quia ſecundum hoc ꝙ credit nō iudicabitur quaſi incredulus: & infidelis. De actib⁹ vero ſuis ſine dubio iudicabitur. Ita ergo & ille iam iudicatus eſt: qui non credidit ſecundum hoc ꝙ non credidit. & ſicut credenti ſi extrinſecus peccati aliquid cōmiſerit: ſalua fide iudiciū manet: ita & nō credēti ſiquid boni operis geſſerit: excepta infidelitate remuneratio nō peribit. Niſi forte quis aliquid graue & intolerabile velit obiicere: vt dicat eum qui peccat computandum non eſſe inter credentes: quia ſi credat quis non peccet. Si vero peccat: ex hoc ipſo arguatur ꝙ nō credat. Sed hęc q̄ dura ſit ſentētia nulli ambiguū puto. Quotus enim quiſꝙ inuenietur in terris: qui ita vitam ſuam liberet: vt ī nullo penit⁹ delinquat? Sed & Ioannes apoſtolus in epiſtola ſua euidēter etiam opinionem huiuſmodi notat cū dicit. Siquis dicit quia peccatum non habet: hic mendax eſt: & veritas in eo non eſt. Si autē cōfiteamur peccata noſtra: habemus aduocatū apud patrem Ieſum iuſtum: qui exorat ꝑ peccatis noſtris. Hęc ergo a nobis in hoc loco prout potuimus diſcuſſa ſunt cōſyderantib⁹ etiam illud qđ dicit Apoſtolus. An iudęorum deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium. Vt per hæc euidentior fiat explanatio quomodo Iudæi primo: deinde græci ponuntur ab Apoſtolo. ſed tamē in arbitrio legentis ſit probare quæ dicta ſunt. Nos aūt plura adduximus in tractatū nequid de apoſtoli ſenſu indiſcuſſum relinquere videremur.

Quicunꝙ enim ſine lege peccauerunt: ſine lege peribunt. & quicunꝙ in lege peccauerūt per legem iudicabūtur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.

¶ Cum dicat Apoſtolus eos qui ſine lege peccauerunt ſine lege perituros: requiritur vtrū de ſola Moyſi lege intelligendū ſit: an & de lege Chriſti: vel etiā de quacunꝙ humana lege ſub qua vnuſquęꝙ mortalium viuere contingit: ꝙ ſecundum ipſam iudicari poſſit: qui in ea peccat. An qui extra Moyſi legem ē: etiam ſi ſub aliqua lege viuat: velut extra legem poſitus cum peccauerit pereat. Nam et ipſe Paulus apoſtol⁹ cum dicit ſe his qui ſine lege ſunt quaſi ſine lege eſſe: & addidit: cum vtiꝙ ſine lege non eſſem: ſed in lege eēm Chriſti: oſtendit ſe in lege Moyſi quidem nō eſſe: tamē eſſe ſub lege. Sed & humanæ (vt diximus) leges: ſi ad hoc ipſum reputari debeant: non video. Naturalis vero lex quę cōmuniter oīb⁹ hoīb⁹ ineſt: conſyderādū eſt ſi non omnes pene faciat in lege peccare: ſicut in conſequentibus dicit. Cū enim gentes quæ legem non habent naturaliter quę legis ſunt faciunt: hi legem non habētes ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendūt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Niſi eos forte dicamus extra legem poſitos: qui neꝙ ſcriptis legibus: neꝙ conſcientię: & cogitationib⁹ ꝑpriis reprehendentibus ſe: & arguentibus parent. Qui autem dicis: quotquot in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. Vtiꝙ qui ī lege Chriſti eſt ꝑ legē Chriſti: & q in lege Moyſi ꝑ legē Moyſi iudicabit. Neꝙ q ſub lege Chriſti ē q̄uis etiā legi Moyſi ſubdit⁹ videat: iudicari tamen ſecundum eam putandus eſt: cur nō ſit circūciſus: vel cur ſabbatum nō ſeruet. Q₂ & ſi iuxta legem Moyſi putandus eſt iudicari: ſecundum hoc ꝙ lex ſpiritalis eſt / iudicabitur. Hoc ē em̄ nō auditorē legis: ſed factorē iuſtificari. Q₂ vero grauiori ſententia percuti videtur is qui ſine lege peccauerit: quoniam periturus pronuntiatur: cum vtiꝙ & miſeratione aliqua dignus videatur: qui adiutorio non vſus eſt legis: Videamus ne quid

C iterum (vt in cæteris docuimus) diuinæ bo-
nitatis hic lateat: quã ſemper abſcondit timẽ
tibus ſe. Fortaſſis enim ob hoc propenſiorem
curam pro his qui pereunt ineſſe ipſe domi-
nus in euãgelio oſtendit: cum dicit: Quia ve
nit filius hominis quęrere: & ſaluare qđ perie
rat. & iterũ dicit. Nõ ſum miſſus niſi ad oues
quæ perierũt domus iſrael. & Dauid dicit: Er
raui ſicut ouis perdita: require ſeruum tuũ.
Sed & in euangelio mna quę perierat munda
ta domo inuenitur a muliere: & gaudet pater
ſuper filio iuniore pœnitẽte: qui mortu⁹ fue-
rat: & reuixit: perierat: & inuẽtus eſt. Qui iu
nior filius (vt ego arbitror) etiam ipſam natu
ralẽ legẽ iam fregerat; hoc enim videtur indi
cari in eo: ꝙ cõſumpſerit partem paternę ſub
ſtantiæ: quæ ei contingebat: viuendo luxurio
ſe. Sed & in Ezechiele propheta paſtoribus im
putatur: quia infirmum non colligauerint: &
qđ perierat non quęſierint. & poſt pauca ipſe
dñs dicit: Et qđ periit (inquit) ego requiram
D Verumtamen obſeruandum eſt ꝙ in his om-
nibus nuſq̃ deus aliquem dicitur perdidiſſe:
ſed vnuſquiſq; ex ſe pati hoc ꝙ perit. Et in hoc
ipſo ait. Sine lege peribunt. & venit filius ho-
minis quęrere qđ perierat. non qđ perdiderat
& ad oues perditas domus iſrael: non quas per
diderat. & cum ipſe dominus dicit. Omnes (i
quit) quos dediſti mihi ſeruaui: & null⁹ ex eis
periit: nõ dixit nullum ex eis perdidi. Sane ſic
vbi deus pdere dicitur: pro bono magis inue-
nies dictum: ſicut cum dicit. Perdam ſapiẽtiã
ſapientium: & intellectum prudentium re-
probabo. Qđ autẽ dicit: quia quotquot in le-
ge peccauerunt per legem iudicabuntur: in-
tuere ne forte ſecundum vindictas has quæ ĩ
lege ſcriptę ſunt: quibus agebanť iudicia: vbi
lapidari: vel in ignem tradi: vel ciuitatem re-
fugii adire: vel alia huiuſmodi pati iubeban-
tur: ita ſit & iudicium futurum: quoniam q-
dem typo: & vmbrę cæleſtium deſeruire dicũ
tur hi qui ſub lege ſunt: ne forte ſimili quadã
ratione agať etiam futurum iudicium in eos
qui pręuaricati fuerint legem. Cũ ergo diuer
ſas in ſcripturis dici claruerit leges: ſiquis ĩ tã
tum omnes has refugerit: vt etiam naturalis
illa lex: quę nulli fere deſert: vel per duritiam:
vel per craſſitudinem cordis obliterata in eo
videatur: & abolita: de iſto poteſt videri dictũ
ꝙ ſine lege pereat. Iudicandus vero per legẽ
dicatur is qui ſub lege viuit: quia & Apoſto-
lus cõteſtatur omnem circũcidentem ſe / quia
debitor ſit vniuerſæ legi faciendæ.
¶Cum enim gentes quę legem non habẽt na-
turaliter quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi le-
gẽ non habentes: ipſi ſibi ſunt lex: q oſtẽdunt
opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: teſtimo
nium reddente eis conſcientia ipſorum: & in
ter ſe inuicẽ cogitationum accuſantium: aut
etiam defendentium in die cum iudicabit de
us occulta hominum ſecundum euangelium
meum per Ieſum Chriſtum.
¶Certum eſt ꝙ gentes quę legẽ nõ habẽt na-
turaliter quę legis ſunt facere: nõ ꝓ ſabbatis: E
vel neomeniis dicantur: vel ſacrificiis quæ in
lege ſcripta ſunt. Nõ enim hæc lex in cordib⁹
gentium dicitur ſcripta: ſed hoc eſt qđ ſentire
naturaliter poſſunt. Verbi gratia: Ne homi-
cidiũ: ne adulteriũ faciãt: ne furenť: ne falſum
teſtimoniũ dicãt: vt honorẽt pr̃em & mr̃em:
& hoꝝ filia: fortaſſis & ꝙ de⁹ vnus creator ſit
oĩm ſcriptum eſt in cordibus gentium. Ma-
gis tamen mihi videtur hæc quę in corde ſcri
pta dicuntur cum euangelicis legibus conue
nire: vbi cuncta ad naturalem referuntur æq
tatem. Quid enim ita naturalibus ſenſibus ꝓ
ximũ: q̃ vt quę nolũt ſibi fieri hoĩes hęc ne faci
ant aliis? Legi vero Moyſi cõcordare lex natu
ralis ſecundum ſpiritum: nõ ſecũdũ literam
poteſt. Nã q̃ erit in hoc intelligẽtia naturalis:
(verbi gratia) vt octaua die quis circũcidat ĩ
fantem: aut cum lino ſimul ne lana texatur: vl'
neq; in die nouorum fermẽtatum aliqd edat?
Quæ cum aliquotiens obieciſſemus iudæis:
& ingererem⁹ vt ſiqd in his vtilitatis eẽt oſtẽ
derent: ſcimus eos hoc ſolum reſpondere ſoli
tos: quia ita viſum ſit legiſlatori. Nos vero q
hæc omnia ſpiritualiter intelligẽda ſentim⁹:
idcirco & non auditores: ſed factores legis iu-
ſtificandos credimus: non legis ſecũdũ literã
quæ vtiq; pro ſui impoſſibilitate nõ poteſt ha
bere factorem: ſed ſecũdũ ſpiritũ p quẽ ſolũ lex
impleri poterit. Hoc ẽ ergo opus legis: qđ etiã
gẽtes Apoſtolus dicit ĩplere naturaliter poſ- F
ſe. Cum enim agũt quæ legis ſunt: ſcripta vi-
detur lex in cordibus eorum a deo nõ atramẽ
to: ſed ſpiritu dei viui. Qđ autem dicit in cor
dibus: non eſt putandum quia in membro cor
poris qđ cor appellatur lex ſcripta dicať. Vn-
de enim caro aut tantos prudẽtiæ ſenſus poſ
ſit emittere: aut tantã memoriæ receptacula
continere? Sed ſciẽdum eſt rationalem animæ
virtutem cor ſolere nominari. Teſtimonio ſa
ne conſcientiæ vti Apoſtolus dicit eos: qui de
ſcriptam continent in cordibus legem. Vnde
neceſſarium videtur diſcutere: quid iſtud ſit
quod cõſciẽtiam Apoſtolus vocat. vtrum ne
alia ſit aliqua ſubſtãtia: q̃ cor: vel anima. Hæc
enim & alibi dicitur: quia reprehendat nõ re
prehendatur: & iudicet hominem nõ ipſa iu-

dicetur:ſicut ait Ioannes.Si conſcientiam(in
quit)non rephẽdat:nos fiduciam habemꝰ ad
deum.Et iterũ ipſe Paulꝰ alibi dicit:Quia glo
riatio noſtra hæc eſt:teſtimonium conſciẽtiæ
A noſtræ.Quia ergo tantam eius video liberta
tem:ꝙ in bonis quidem geſtis gaudeat ſemp:
& exultet:in malis vero non arguatur:ſed ip-
ſam animam cui cohæret reprehendat: & ar-
guat:arbitror ꝙ ipſe ſit ſpiritus qui ab apoſto
lo eſſe cum anima dicitur:ſecundum ꝙ in ſu-
perioribꝰ edocuimus:velut pędagogus ei qui
dam ſociatus:& rector:vt eam de melioribus
moneat:vel de culpis caſtiget:&.arguat.de q̃
etiam dicit Apoſtolus:quia nemo ſcit homi-
num quæ ſunt hominis:niſi ſpiritꝰ hominis:
qui in ipſo eſt.& ipſe ſit cõſcientiæ ſpiritus:de
quo dicit.Ille ſpiritus teſtimonium reddit ſpi
ritui noſtro. Et forte hic ipſe ſpiritꝰ eſt:qui co
hęret animabus iuſtorum:qui ſibi in omnibꝰ
obedientes fuerint:& ideo ſcriptum eſt. Lau-
date ſpiritus:& animæ iuſtorum dominum.
Si vero inobediens ei anima & contumax fue-
rit:diuidetur ab ea poſt exceſſum:& ſeparabi
tur.Et propter hoc puto dictum eſſe ĩ euãge-
lio de malo iudice:quia diuidet eum dominꝰ:
& partem eius cum infidelibus ponet.Ipſe for
taſſis eſt ſpiritus:de quo ſcriptum eſt:ꝙ incor
ruptibilis eſt ſpiritus in hominibus. Et ſecun
dum ea quæ ſuperius diximꝰ:quia diuidetur
ac ſeparabitur ab anima peccatrice: vt illa cũ
infidelibus accipiat partem: poteſt ſimiliter
his aptari & illud qđ dictum eſt.Erunt duo in
agro:vnus aſſumetur & vnus relinquetur.&
duę ad molam:vna aſſumet̃:& vna relinquet̃.
B Hæc de eo qđ ſcriptum eſt:Teſtimonium red
dente conſcientia.Nunc videamus quod ſeq-
tur:Et inter ſe inuicem cogitationibus accu-
ſantibus:aut etiam defendentibus'in die cum
iudicabit deus occulta hominum ſecundum
euangelium meum per Ieſum Chriſtum.Re-
ctum iudicium dei quis dubitet eſſe:vbi accu
ſatores:& defenſores adhibentur:& teſtes?Et
quidem de hoc iuſto iudicio dei nos homines
exemplum capiamus.nec putemus vnq̃ ſine
accuſante:& defendẽte:& teſtibus iuſtum ha
beri poſſe iudicium.Deĩde vidẽdum eſt: quo
modo in illa die cum iudicabit deus occulta
hominum: cogitationes vel accuſabunt ani-
mam:vel defendent:non vtiꝙ illæ cogitatio-
nes quæ tunc erũt:ſed iſtæ quæ nunc ſunt in
nobis.Cum enim ſiue bona:ſiue mala cogita-
mus:velut in ceteris ita in corde noſtro tã bo
narum q̃ malarum cogitationum notæ quæ
dam & ſignacula relinquũtur.quæ in occul-
to nunc pectoris poſita in illa die reuelari dicũ
tur:a nullo alio niſi ab eo qui ſolus poteſt oc-
culta hominum ſcire.Quorum ſignorum:vł
quarum notarum cauſas nõ latere deum etiã
noſtra conſcientia conteſtabitur.Qđ tamẽ iu
dicium ſecundum euangelium Pauli(hoc eſt
qđ Paulus annuntiat)per Ieſum Chriſtũ fiet.
Pater enim neminẽ iudicat:ſed omne iudiciũ
dedit filio.Marcion tamen & omnes ꝗ diuer-
ſis figmentis varias introducunt animarũ na
turas:hoc ex loco apertiſſime confutãtur.cũ
a Paulo dicitur deꝰ occulta hominum iudica
re per Ieſum Chriſtum:& oſtẽditur vnũquẽq;
nõ naturę priuilegio:ſed propriis cogitationi
bus accuſatũ:vel excuſatũ:cõſciẽtię ſuæ teſti
monio iudicandum.

Si autem tu iudæus cognominaris:& reqe-
ſcis in lege:& gloriaris in deo:& cognoſcis vo
luntatem eius:& probas vtiliora inſtructus ꝑ
legem:& confidis teipſum ducem eſſe cæco-
rum:lumen eorum qui in tenebris ſunt: eru-
ditorem inſipiẽtium:magiſtrum infantium:
habentem formam ſcientiæ & veritatis in le-
ge.Qui vero alium doces:teipſum non doces?
qui prædicas non furãdum:furaris?qui dicis
nõ mœchãdum:mœcharis?Qui abominaris
idola: ſacrilegiũ committis?Qui ĩ lege gloria
ris:per præuaricationem legis deum dehono
ras?Nomẽ enim dei per vos blaſphematur in
ter gentes:ſicut ſcriptum eſt.

¶Quemadmodum in ſcripturis propheticis C
obſeruauimus:non ſolum dicentis perſonam
latenter:& ſubito commutari:verum & eorũ
ad quos ſermo:vel de quibus ſermo fit:(verbi
gratia)vt nunc ex patris perſona: nũc ex filii
vel ſpiritus ſancti:nunc etiam ex perſona pro
phetæ:aut aliorum quorumlibet aliqua dicã
tur:& nunc quidem ſermo ad iſraeliticam gẽ
tem:nunc ad exteras natiões:aut ad reges:&
ad mille alios dirigatur:ita mihi videtur etiã
hoc modo ad Romanos ſcripta eẽ epiſtola: vt
interdum & dicentis perſona mutetur:& ali-
quando quidem Paulus ſpiritualis loquatur:
ſicut in multis epiſtolę locis.Aliquando vero
Paulus carnalis:ſicut (verbi gratia) cũ dicit
ego autem carnalis ſum vænũdatꝰ ſub pecca-
to:vt oſtendemꝰ cum ad ipſum locum domi-
no dirigente venerimus.Interdum vero fit &
eorum perſonæ ad quos ſermo eſt commu-
tatio:ita vt nunc ad omnem Romanorum di
catur eccleſiam. Gratias ago deo meo per Ie-
ſum Chriſtum pro omnibus vobis:quia fides
veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. In
aliis vero non ad omnem eccleſiam:ſed ad om
nem qui iudicat aliũ:& ipſe facit ea quę ĩ aliis
cõdẽnat:& eſt inexcuſabilis. Nũc aũt neq; ad

eccleſiã:neqꝫ ad eum qui iudicat fit ſermo hic
in quo dicit.Si autem tu iudæus cognomina
ris:& requieſcis in lege & cętera:vſqꝫ ad eũ lo-
cum:& iudicabit quod ex natura eſt præputi
um legem perficiens te:qui per literam & cir-
cũciſionem pręuaricator es legis.Sicut in ſcri
pturis propheticis vigilanter oportet intẽde
re eum:qui vult intelligentiam eorum q̃ ſcri
pta ſunt capere:vel dicentiũ:vel ad quos:vel
de quibus ſermo fit perſonis:ita nũc in epiſto
la ad Romanos agẽdum mihi videtur.Sed vi
deamus iam quę ſunt quę dicit Apoſtolus ad
eum qui cognominatus eſt iudæus.Primo nã
ꝙ hoc obſeruãdum eſt:ꝙ nõ dixit de eo:ſi au-
tẽ tu iudæus es:ſed ſi iudæus cognominaris:
quia non idem eſt/eſſe iudæum/& cognomina
ri iudæum.Ipſe etenim Paulus docet in conſe
quentibus:q̃ vere iudæus ſit ille qui in occul-
to circunciſus eſt circunciſione cordis:q ſpiri
tu/non litera legem cuſtodit:cuius laus non
ex hominibus:ſed ex deo eſt.Qui autẽ in ma-
nifeſto ĩ carne circũciſus eſt:legem ad hoc ob
ſeruans:vt videatur ab hominibus:iſte nõ eſt
vere:ſed cognominatur iudæus.De his enim
& ipſe apoſtolus dicit:Videte circũciſionem.
Nos enim ſum⁹ circũciſio:qui ſpiritu deo ſer
uimus.Sed & Ioannes in apocalipſi de quibuſ
dam ita dicit.Qui dicunt ſe iudęos & nõ ſũt.
quos etiam de ſynagoga ſathanę eſſe pronun-
D tiat.Sciendum tamen eſt:ꝙ iſte qui in occulto
& vere iudæus eſt:ab illo iuda vocabulum tra
hat:de quo ſcriptum eſt.Iuda te laudabũt fra
tres tui:manus tuæ ſuper dorſum inimicorũ
tuorum.Catulus leonis iuda:& cætera quæ ĩ
ſaluatorem dominum ꝓphetata ſunt.Igitur
ſi claruit de differentiis perſonarum:& qs ve
re iudæus ſit:quis autem ſolo nomine cogno-
minetur:videamus quę ad hũc qui ſe iactat eſ
ſe iudęum & non eſt:ſermo apoſtolicus dicat.
Tu inquit qui iudæus cognominaris:& oẽm
tibi requiem in legis litera collocas:& gloria
ris in deo tanq̃ qui portio eius ſis:& cui cõceſ
ſum ſit ſcire voluntatem dei:& velut proban
di gnar⁹ iactas te ſcire poſſe & diſcernere quæ
ſint vtiliora/& differentia:ita vt non ſolum q̃
ſint bona ſcias:verumetiam quæ ſint meliora
& vtiliora diſcernas:confidis quoqꝫ ꝙ dux poſ
ſis eſſe cæcorum:nimirum ex illis es ducibus
de quibus dicebat dominus.Cæci ſunt duces
cæcorum.Si cæcus autem cæco ducatum prę
ſtet:ambo in foueam cadũt.Confidit ergo du
cem ſe eſſe cæcorum:lumen eorum quoqꝫ qui
in tenebris ſunt.Sed & ad iſtos nihilomin⁹ do
minus dicit.Si autem lux quæ in te ẽ tenebræ
ſunt:ipſæ tenebræ quantæ ſunt! Cõfidunt ta
men ꝙ eruditores ſint inſipientium:& magi-
ſtri infantium:tanq̃ qui ex legis litera formã
ſciẽtiæ/& veritatis acceperint.Et quia hæc ꝓ
fitentur quidem:non tamen vere tenent:di-
cit ad eos apoſtolus.Qui ergo doces alium:te
ipſum non doces:& qui prædicas non furãdũ E
tu aduentum & pſentiam Chriſti quæ in vni
uerſo mũdo effulſit furaris!Qui dicis nõ mœ
chãdum:in ſynagogam populi dei adulteriũ
committis:ſermonẽ doctrinæ prauũ & adul-
terinum ei ſuperducens:& collocas eam cum
legis litera quæ foris eſt cũ ſcriptũ de ea legis:
quia oĩs gloria filiæ regis ab intrinſecus:& ad
quã legis per prophetam nihilomin⁹ dictum
niſi occulte audieritis plorabit anima veſtra.
Qui ergo negas mœchandum:tã graue adul
terium cõmittis:vt adulterinũ ſenſum intro
ducas ad eã de qua dictum legis a deo:Ego te
mihi deſponſabo in fide & miſericordia.Qui
abominaris idola:ſacrilegium committis.Ve
rum templum dei quod eſt Chriſtus Ieſus vio
las:Soluiſti enim templum dei qđ in trib⁹ die
bus reſuſcitatum eſt iis qui credunt.Sed & q
ex lege & prophetis ſermonem Chriſtum pro
nuntiãtem furatur & occultat:ne popul⁹ au-
diat & credat:ſacrilegium committit:& vere
dei templum violat.Idem quoqꝫ hic q cogno-
minatur iudęus & gloriaƭ in litera legis Moy
ſi:præuaricator legis arguitur cum non cre-
dit Chriſto.Si.n.crederet Moyſi:crederet vti
ꝙ huic:de quo Moyſes ſcripſit.Propter iſtos
ergo tales qui dicunƭ iudæi & nõ ſunt:nomẽ
dei blaſphematur inter gentes:non ſolum pro
operibus eorum peſſimis:ſed & ꝓpter humi-
lem & deiectam intelligentiam:quã habent in
lege & prophetis.Ridicula namqꝫ etiam gẽti
bus ipſis legis literam ſequentes dicunt:Ne te
tigeris:ne guſtaueris:ne cõtaminaueris.quæ
ſunt omnia in corruptionem ſecũdum mãda
ta & doctrinas hominum.Verũ hæc apoſto-
lus quidem ad eũ qui nomine nõ opere iudæ- F
us eſt:dicit.Pertinere tamen etiam ad omnem
hominem poſſunt:in quo nomen tantum reli
gionis & pietatis eſt:opera autem & ſciẽtia &
fides deeſt.& ideo maiori cura hæc in nobis ip
ſis q̃ in his qui ad fidem Chriſti nõ veniũt diſ-
cutere debemus:ne quis noſtrum qui p fidem
Chriſti & circũciſionem in baptiſmo datã ve
rus iudæus effectus eſt:& in lege Chriſti req-
eſcit.Gloriatur quoqꝫ ſe idolorũ errore depul
ſo agnouiſſe deum:& eius ſibi innotuiſſe vo-
luntatem.Scit enim probare qđ bonum:& be
neplacitum eſt:& perfectum:& eouſqꝫ perue
nit:vt eſſet dux & doctor eccleſiæ ad illuminã
dos eos qui in ſcientia cæci ſunt:Et inſtruen-

dos paruulos in Chriſto: ne is ĩquã talis alios
quidem velit docere diſtrictius: & de his quos
inſtruit ſummã diſciplinam caſtitatis exige-
re: ipſe vero intẽperãtię vitio & cupiditatis vr
geatur: nõnunq̃ etiam flammis occultę libidi
nis æſtuet. Ad huiuſmodi ergo hoĩem apoſto
licus hic ſermo competenter aptatur dicẽs ei:
Tu qui doces alium teipſum nõ doces. Qui p̃
dicas non furandũ: furaris. Qui dicis nõ mœ
chandũ mœcharis. Qꝫ ſi etiam: vt nonnunq̃
fieri ſolet: munera oblata deo & ſtipem ĩ vſus
pauperum datam ad propria lucra conuerte-
rit: recte ei dicit̃: Qui abominaris idola ſacrile
gium facis. Si vero etiã apta incurrat obpro-
bria: & de auaritia eiꝰ: atqꝫ iniquis iudiciis: &
temulentia publicam iam teneat notam: de-
honoratur deus in actibꝰ eius. Et cum doctor
A ecclesiæ talis eſſe populis innotuerit: nomen
dei blaſphematur in gentibus. Certi ſunt em̃
magiſtris ſimiles eſſe diſcipulos. Poſſunt ta-
men hæc eadẽ tertio loco etiã hæreticis apta-
ri: & ipſi enim cognominant̃ chriſtiani: & nõ
nulli eorũ etiam lege tenus perq̃ inſtructi do
ctores ſe eſſe cęcorum: & magiſtros infantium
profitentur: probantes vtiliora quæ latere ab
eccleſiaſticis dicunt. Sed iſti quoniam furan-
tur verba dei: & intellectum eorum peruerſa
expoſitione ſurripiũt: & adulterinũ fidei ſen-
ſum ad ſpõſam Chriſti eccleſiã in regios thala
mos inducunt: recte de his dicitur. Qui præ-
dicas non furãdum furaris. Qui dicis nõ mœ
chandum mœcharis. & qui abominãtur ido-
la: ſacrilegium committunt: pretioſa vaſa de
templo dei: id ẽ verę fidei margaritas de ſcri-
pturis ſanctis furãtes: per quos nomẽ dei bla-
ſphematur inter gentes: dum caſta & honeſta
eccleſiæ dogmata corruptis ac turpibꝰ macu
lãtur hæreticæ prauitatis erroribus. Ex illis
enim & infanticidii & inceſti cæterorũqꝫ ſimi
lium ſcelerum probra ad inuidiam ſanctæ re
ligionis exorta ſunt. Sciendum tamen eſt: hęc
apoſtolum per ironiam dicere ad iudæos. Ne
qꝫ enim qui vere requieſcit in lege & gloria-
tur in deo: & probat vtiliora: hęc quæ enume
rata ſunt facere credendus eſt. Teſtimonium
ſane quod poſuit: id eſt: Nomen dei enim per
vos blaſphematur inter gentes: de Eſaia ſum-
ptum eſt.

¶Circũciſio quidem prodeſt ſi legem cuſtodi
as. Si autem præuaricator legis ſis: circũciſio
tua pręputium facta eſt. Si igitur præputium
iuſtitias legis cuſtodiat: nonne præputium il
lius in circunciſione reputabitur: & iudicabit
id qđ ex natura ẽ præputium legẽ cõſummãs
te qui per literam & circunciſionem præuari
cator es legis? Non enim qui in manifeſto iu-
dæus eſt: neqꝫ quę in manifeſto eſt in carne cir
cũciſio: ſed qui in abſcondito iudęus eſt: & cir
cũciſio cordis in ſpiritu non litera: cuius laus
non ex hominibus eſt: ſed ex deo.

¶Quæ ſit circũciſio quã ꝓdeſſe dicit Apoſto B
lus: vel quæ lex proſit ſi cuſtodiatur: diligenti
us requirẽdũ videtur: vt cum hæc intellexeri
mus: poſſimꝰ & nos circũcidi. Quippe ſi pro
deſt circũciſio ſecundum verbum apoſtoli di
cẽtis: Quia circũciſio prodeſt ſi legẽ cuſtodi-
as: ipſe apoſtolus in conſequentibus docet: q̃a
non illa quæ in manifeſto eſt in carne circũci-
ſio: ſed circũciſio cordis per ſpiritum non ꝑ li-
teram facta laudem habet nõ ab hoĩbus: ſed ex
deo. & alibi dicit. Videte circũciſionem. Nos
enim ſumus circũciſio: qui in ſpiritu dei ſerui
mus: & nõ in carne cõfidimꝰ. Hęc vt opinor ẽ
circũciſio quã prodeſſe dicit Apoſtolus ſi le-
gem cuſtodias: nõ legẽ literæ: cuiꝰ vtiqꝫ circũ
ciſionem in carne non recipis: ſed legẽ ſpiritꝰ
ſecundum quã circũcideris corde. Litera em̃
occidit: ſpiritus autem viuificat: quia & lex
dei non refertur atramento ſcripta: ſed digito
dei: qui eſt ſpiritus eius: & non in tabulis lapi-
deis: ſed in tabulis cordis. Verum poteſt no- C
bis obiici: quia ſi Apoſtolus circũciſionem ꝓ-
deſſe dicit: quæ vtiqꝫ alia non intelligitur eẽ q̃
animæ purgatio & abiectio vitiorum: quo-
modo addit adhuc: ita demũ ꝓdeſſe huiuſmo
di circũciſionem ſi legem cuſtodias: cum hæc
ipſa circũciſio nõ niſi ex legis obſeruãtia fieri
videatur. Sed intuere ne forte abſcĩdere vitia
& ceſſare a malis circũciſionẽ ſignificet. Age
re aũt quæ bona ſunt: & efficere quæ perfecta
ſunt: cuſtodire ſit legem. Neqꝫ enim in eo pfe-
ctio eſt ſi ceſſetur a malis: ſed in eo ſi agant̃ bo-
na: ſicut in pſalmo euidẽtius ꝑdocemur: cum
dicit. Declina a malo. & non hic ſtetit: ſed ad-
didit: Et fac bonum. Similiter ergo & Apoſto
lus (vtpote in his imbutus) ita demum dicit
prodeſſe circũciſionem & abiectionem malo-
rum: ſi cuſtodias legem bonorum. Neqꝫ enim
perfectus q̃s eſſe poteſt ſi nihil egerit mali: ſed
ſi aliquid egerit boni. Vnde & ipſa circũciſio
quæ fiebat in carne: nõ abſqꝫ huius intelligen
tiæ quã nunc exponimus ſignificabatur ima-
gine. Deniqꝫ octaua die paruulis dabatur: qui
nihil vtiqꝫ adhuc operis egerint. Qꝫ ſi quis
nobis obiiciat: quod in principio libri Iob de
laude eius poſitum ẽ: vbi dicit. Et erat Iob ho
mo verax ſine querela: iuſtus dei cultor: abſti
nens ſe ab omni re mala: cur præcedente bo-
ni operis laude: in vltimo mali continẽtia nu-
meret̃? Illud quoqꝫ arbitror ĩdicari quod ſæpe

fieri ſolet:quia plurimi hominum agũt qdem
quæ bona ſunt:miſceatur tñ aliquid & operis
mali. Pauci vero ſicut Iob:q ita & veraces &
irreprehenſibiles:ita iuſti ſint & cultores dei:
vt hæc oĩa agentes abſtineãt ſe ab omni re ma
D la.Si ergo(inqt)præuaricator ſis legis (ſicut
ſupra expoſuimus)nõ agẽdo quæ bona ſunt:
circũciſio tua præputiũ facta eſt:dũ & hoc ti-
bi ꝙ abſtinere a malo viſus es:opa fidei & iu-
ſtitiæ nõ agenti ad infidelitatẽ reputatur.Ne
ꝗ em̃ poſſibile eſt alicui carnalẽ circunciſionẽ
rurſum in ꝑputiũ verti:cũ vtiq; abſciſſa præ-
putii caro vltra redire non poſſit. Dignius er
go & euidentius intelligitur: ꝙ cõtinẽtia ma
li operis:quę per circũciſionem ſignificatur:ſi
opera fidei nõ habeat:ad immunditiã reputa
tur.Sed & ſi in eccleſia per baptiſmi gratiã cir
cũciditur:ſi poſt hęc ꝑuaricator ſit legis Chri
ſti:circũciſio baptiſmi ad infidelitatis ei ꝑpu-
tium reputabitur:quia & fides ſine opib⁹ mor
tua dicitur:& mali villici pars cũ ĩfidelib⁹ po
nitur.Si aũt ꝑputiũ iuſtitias legis cuſtodiat:
nõne iudicabit id qđ ex natura eſt ꝑputiũ le-
gem perficiens te qui per literã & circũciſionẽ
ꝑuaricator es legis?Superius dixim⁹ ꝙ duos
iudæos:& duas circũciſiões diſcutiat Apoſto
lus:& nũc cõmemoret.Videtur ergo ĩ pñti lo
co ꝑputiũ dicere gentes:quę in præputio car-
nis ad fidẽ Chriſti venerũt.Quas legem ſpiri
talem ſeruãtes cõponit & cõparat iudęis: qui
per literã & circũciſionẽ carnis præuaricato-
res ſunt legis:quos & iudicãdos ab his dicit:ĩ
quibus non carnis circũciſio: ſed legis obſer-
uatio eſt.Poſſumus autem ex cõparatiõe etiã
noſtros ĩ eccleſia cõmonere(verbi cauſa)ſi di
cam⁹ in præputio adhuc eſſe cathecuminos:
aut etiam gentiles:& circũciſos eſſe fideles ꝑ
gratiã baptiſmi.Si ergo cathecumin⁹ qui nõ
dũ per gratiã lauacri circũciſus eſt:legẽ Chri
ſti ſeruet:iuſtitias:& mãdata cuſtodiat: nõne
ex cõparatiõe iudicat eum:qui fidelis dicitur
& pręcepta nõ ſeruat:ac legẽ Chriſti:& mãda
ta contẽnit?Deniq; & ipſe dñs dicebat. Regi-
na auſtri ſurget in iudicio cũ viris generatio-
nis hui⁹:& cõdẽnabit eos:quia venit a finib⁹
E terræ audire ſapientiã Salomonis.Hęc qdem
ad inſtruendam eccleſiam nobis dicta ſint.Ve
rum conſydera ſi poſſit in hoc loco & ille intel
lectus admitti:vt dicatur etiam poſt aduẽtũ
Chriſti carnalis circunciſio quæ ex lege obſer
uabatur prodeſſe aliquid: cuſtodiẽtibus legẽ
ſecundum hoc:quod in initio fidei noſtræ ad
huc a credentibus obſeruabatur: vt in actib⁹
apoſtolorum docetur: vel Petrus in diſcretio
ne ciborum:vel Paulus in ſacrificiis purifica-
tionis feciſſe:ſi forte etiam hic huiuſmodi cir
cũciſionem propoſuiſſe videatur Apoſtolus:
quã prodeſſe dicit ita ſi etiam lex ſeruet.Si mi
nus:circũciſionem hanc in præputium vertẽ
dam:hoc eſt nihil profuturam,imo etiam in
aliis habere iudicium eum qui ꝑ circũciſionẽ
carnis videatur legis obſeruantiam profiteri:
& præuaricãdo legem iudicari ab eo qui non
ſuſceperit quidem circũciſionem carnis:iuſti
tias tamen ſeruauerit legis.Si ergo & hic ſen-
ſus recipi debeat: vide etiam tu qui legis:quo
niam quidẽ ipſe apoſtolus profitetur ſe iudæ
is fieri iudæum:& his qui ſine lege ſunt qſi ſi-
ne lege ſit:& omnibus omnia fit:vt omnes lu-
crifaciat:ne forte propterea hic videatur ĩdul
gere iudæis ea:q ad Galathas ſcribens his qui
ex gentibus crediderunt non indulget. Dicit
enim quia ſi circũcidamini Chriſtus vobis ni
hil proderit.Nihil ergo prodeſt circũciſio his
qui ex ea putãt aliquid iuſtificationis aſſumi.
Prodeſt autem his:qui putant ſibi ad Chriſtũ
non eſſe veniendum:ſi eis circũcidere filios ve
taretur.Erant enim nõnulli in initiis q circũ-
ciſionem veluti inſigne vernaculum gẽtis ſuę
nimio amore ſeruarent:& impediti videbanẽ
a fide ſi eis vetaretur quo carere nõ poterant.
Ergo videtur Apoſtolus ad huiuſmodi homi
nes dicere: ne eis fidei ianuã claudat: quia cir
cũciſio ꝓdeſt ſi legem cuſtodias.Si autem præ-
uaricator legis ſis:circũciſio tua præputiũ fa
cta eſt.Econtrario autem ſi credentes ex genti
bus ad circũciſionem cogerẽtur:fidei Chriſti F
& prędicationi verbi fieri videreẽ iniuria.Sed
& illud obſeruandum eſt:ꝙ cum dixerit circũ
ciſio quidem prodeſt ſi legem cuſtodias:nõ ad
didit:ſi autem nõ cuſtodias:ſicut conſequens
videbatur:ſed ait:ſi autem pręuaricator ſis le
gis.In quo oſtendit aliud eſſe non cuſtodire le
gem:aliud præuaricare legem.Nam & Paul⁹
ipſe non ſemper legem cuſtodit: nunq̃ tñ pre-
uaricator eſt legis.Propterea in conſequenti-
bus dicit.Si autem pręputium iuſtitiam legis
cuſtodiat: nõne iudicabit qđ ex natura eſt ꝑ-
putium legem perficiens te:qui per literam &
circũciſionem pręuarioator es legis?Cuſtodit
ergo legem is qui eam ſecundum literam ob-
ſeruat:& is præuaricaẽ eam qui ſpiritalẽ eius
non tenet ſenſũ.Iuſtitię vero legis:moralis eſt
locus.Lex enim generale vocabulum eſt.Iuſti
tia vero pars legis eſt.Continet enim lex iuſti
tias:& iudicia:& mandata: & iuſtificationes:
aliaſq; q̃plurimas ſpecies.Si ergo præputium
non ait ipſam legem:ſed ſi iuſtitias legis cuſto
diat:intantum præfertur circũciſioni ꝑuari-
canti legem:vt etiam iudicet eam:& bene ad-

didit legem perficiens.Ille enim qui ſecũdum
literã viuit:cuſtodire dicitur legẽ:iſte vero q
ſecũdũ ſpiritũ:pficere.pfectio aũt legis ĩ Chri
ſto eſt qui dixit.Nõ veni ſoluere legẽ:ſed adi-
plere.Adimplere aũt legẽ eſt perficere legem.
Cuſtodit ergo legem carnalis iudeus: perficit
aũt ſpiritalis:& q in occulto iudæus ẽ. In quo
ille quidẽ preuaricator legis: hic aũt iudex p̃-
uaricatoris efficitur.Præuaricator aũt carna
lis iudæus:qa lex ipſa infirmat̃ per carnẽ.Ni-
ſi eñ infirma fuiſſet ſecũdum carnem: nõ vti
ꝙ diceretur.Nam qđ impoſſibile erat legis ĩ
quo infirmabatur per carnem.Per ſpiritũ au-
tem infirmari legem nũq̃ inuenies ſcriptum
& ideo qui in carne ſunt deo placere non poſ-
ſunt.Qui autem per ſpiritũ actus carnis mor
tificauerint:non ſolũ viuent:ſed iudices erũt
non tantum hoĩm:ſed & angelorum: quia illi
us laus ab hominibus eſt:huius a deo.Hæc q
dem dicta ſint a nobis ad explanationem ſer-
monis apoſtolici: quẽ diſſerere propoſuimus.
Non tamẽ importunum videbitur etiam cir
cũciſionis ipſi⁹ generalem diſcutere rationẽ:
A quãdoquidem de ea locus ipſe cõmonuit. Re
petamus igitur:& in medium proferamus:ſi
qua in lege de ea:vel in ſcripturis cæteris con
tinentur.Inuenimus in Geneſi ſcriptum pri-
mo de circũciſione mãdatũ: cũ reſponſa darẽ
tur ad Abrahã hoc mõ.& dixit de⁹ ad Abra-
ham.Tu autem teſtamẽtum meum ſeruabis:
& omne ſemen tuũ poſt te in generationes ſu
as.Et hoc teſtamẽtũ quod diſpoſui inter me:
& vos:& inter me & inter ſemẽ tuum poſt te
in generatione ſanctorum.Circũcidetur oẽ
maſculinũ veſtrũ:& circũcidetis carnẽ prepu
tii veſtri:& erit in ſignũ teſtamẽti inter me &
vos:& puer octaua die circũcidet̃ ĩ vobis.Oĩs
maſculus in generationibus veſtris: vernacu
lus & pecunia emptus ab oĩbus filiis alienige-
narũ:qui nõ eſt ex ſemine tuo:circũciſione cir
cũcidet̃ vernaculus dom⁹ tuæ: & pecunia cõ
paratus a te:& erit teſtamẽtum meum ſuper
carnẽ veſtram teſtamentum eternum:& incir
cũciſus maſculus qui nõ fuerit circunciſus in
carne preputii ſui die octaua/exterminabitur
anima illa de genere ſuo:quia teſtamẽtũ meũ
diſſipauit.Non nos tñ latere debet: ꝙ in aliis
exẽplaribus nõ habet poſitũ octaua die:in hoc
dũtaxat loco. Itẽ in Leuitico ſcriptum eſt.Et
locut⁹ eſt dñs ad Moyſen dicẽs.Loquere filiis
iſrael & dices ad eos.Mulier quæcũꝙ ſuſcepe
rit ſemẽ & peperit maſculũ:ĩmunda erit ſeptẽ
diebus:ſecundum diem purgatiouis immun
da erit:& die octaua circuncidet carnem p̃pu
tii eius:& triginta trib⁹ diebus ſedebit in ſan-
guine ſuo immũda.hec quidem de lege Moy-
ſi teſtimonia poſuimus.Saluator vero in euã
gelio ait:Circũciſionem accipere hoĩem ĩ ſab-
bato:& nõ ſolui legẽ Moyſi:& dicit eã ex p̃ri- B
bus eſſe:& ante Moyſen datam.Cuius ſentẽ-
tiæ auctoritate ſimul & regalis p̃cepti graui-
tate permoti:etiam poſt aduentum Ieſu ſuaſi
ſunt quidam circũcidi:cum eſſent ex gentib⁹
Alii vero horreſcentes pondus præcepti:refu
gerũt penitus etiam ab ipſis legibus in quib⁹
hæc ſcripta videbant̃:ita vt putarẽt hæc non
eſſe boni dei mandata:nec eius quæ dñs & ſal
uator noſter p̃dicare veniſſet. Et ideo mihi vi
detur diligẽtior in talibus locis adhibẽda diſ
cuſſio:ſi ſit aliquid in huiuſmodi mãdato vti
litatis etiam ſecundum literam: & ſi ſit: qui-
bus vtile ſit: vel quẽ ad finem tendat eius vti-
litas:aut ſi aliquid vtilius figuraliter iudicet̃.
Igitur repetentes ea quæ ex lege ꝓtulimus te
ſtimonia: diſcutiamus attentius: vtrũ ne ſoli
iudeorum genti videatur huiuſmodi immi-
nere mandatũ:an & omnes qui ex gentib⁹ cre
diderunt:equa ſorte cõſtringat. Intuemur er
go illud qđ ad Abrahã defertur oraculũ: quo
iuſſus eſt circũciſionis teſtamẽta ſeruate. Tu
inquit:& ſemen tuũ poſt te per generationes
ſuas:inter me & ſemetipſos:vt circũcidatur oẽ
maſculinũ eorum:& circũcidant carnẽ p̃pu-
tii ſui:vt ſit ſignũ teſtamẽti inter me: & ipſos:
& omnis maſculus octaua die circuncidatur.
Quos ſane etiam ex alienigenis:id eſt qui mi-
nime ex Abraham ſtirpe dicũtur: circuncidi
velit: manifeſte ꝓnuntiat.Ait nãꝙ.Vernacu
lus tuus:& pecunia emptus ab omnibus filiis
alienigenis qui non eſt ex ſemine tuo circunci
ſione circũcidatur.Nuſq̃ fecit proſeliti: id eſt
aduenæ mentionem:ſed vernaculũ ſeruũ ꝓ-
fecto gentis illius dominatum:vel etiam pre-
tio mercatum circuncidi iubet:non liberum:
nõ hoſpitẽ cõſtrĩgit:ñ aduenã.Perſcrutemur C
nũc etiã Leuitici legẽ:quõ etiã Moyſi p̃cipiat
de⁹.Loqre filiis iſrael:& dices ad eos.Mulier ſi
ſuſcepit ſemẽ:& peperit maſculũ.& poſt ali-
quãta.Octaua(inquit)die circũcidet carnẽ p̃
putii ei⁹.Intuere & hic quẽadmodum de lege
circũciſionis tm̃ ad filios iſrael Moyſes loq vi
det̃:vt alienigenarũ nulla ſit mẽtio.Si eñ cre
dimus per diuinũ ſpũm ſcripta eſſe q̃ inferun
tur in lege:vtiꝙ nõ fruſtra aut addi aliqđ pu-
tandũ eſt:aut ſileri.& ideo cũ in qbuſdã mãda
tis dicit̃: Loqre ad filios iſrael & dices ad eos:
ĩ qbuſdã vero addit̃:vt nõ ſolũ filiis iſrael:ſed
& pſelitis id eſt aduenis loquatur:neceſſario
vtiꝙ obſeruanda diſtinctio eſt. Quia ſicut in
his locis vbi dicitur:loquere ad Aaron:& ali-

bi;ad filios Aarõ:& alibi:loquere ad leuitas & dices ad eos : certũ eſt non ſubiacere reliquos filios iſrael his legibus:quæ vel filiis Aarõ:vł leuitis:vel ipſi Aaron ꝓmulgatę ſunt:Ita etiã quæ filiis iſrael iubentur:nec alienigenæ mẽoria vlla fit:non eſt putandum commune ĩ his eſſe mandatũ:vel cõmunẽ fieri legem:vbi appellationis habetur exceptio. Pauca tamẽ ad
D horum probationẽ teſtimonia adhibeam⁹ ex pluribus:ꝑ quod neceſſariã eẽ vel adiectionẽ vel exceptionem huiuſmodi nominũ comprobemus. In primis leuitici partibus ad ſolos filios iſrael fert huiuſmodi lex. Loquere (inqt domin⁹) filiis iſrael:& dices ad eos. Homo ex vobis ſi offerat dona deo ex pecorib⁹ &c. & iterum:Et locutus eſt domin⁹ ad Moyſen dicẽs Loquere filiis iſrael. Anima ſi peccauerit:non voluntate &c. Hęc huiuſmodi quis dubitet ꝙ ad ſolos filios iſrael mandantur? Alia vero nõ ipſis:ſed Aaron:vel filiis ei⁹:vt dicit in conſequẽtibus: Et locut⁹ eſt domin⁹ ad Moyſen dicens. Præcipe Aaron & filiis ei⁹ dicẽs. Hæc eſt lex holocauſtorum:&c. & rurſum. Locut⁹ eſt dñs ad Moyſen dicẽs. Loquere Aaron & filiis eius dicens. Hęc eſt lex peccati: in loco quo iugulauerint holocauſtum:ibi iugulabunt pro peccato in conſpectu dñi. Et iterum ad Aarõ. Vinũ (inquit) & ſicerã nõ bibet[tu & filii tui tecum cum ĩtroieritis in tabernaculum teſtimonii. Alia autem neq; Aarõ:neq; filiis iſrael mandantur:ſed ſeniorib⁹ iſrael hoc modo. Loquere (inquit) ad ſeniores iſrael dicens: Accipite (inquit) hircũ ex capris pro peccato &c. Nunqd dubitatur ꝙ hęc lex ſolis ſeniorib⁹ filiorũ iſrael ꝑcipitur? Sed & de mũdis:& ĩmundis aĩalib⁹ ſpecialis nihilomin⁹ lex filiis iſrael dari videtur. Ita nãq; ſcriptum eſt. Et locut⁹ eſt dñs ad Moyſen:& Aaron dicens. Loqmini filiis iſrael dicentes ad eos. Hæc ſunt animalia quæ mãducabitis:& reliqua. Sic ergo etiã de
E circuncifione:vel in his quæ ad Abraham reſpõſa ſunt:vel ĩ his quæ in leuitico cõtinenť: non alius quiſq̃ circũciſionis lege conſtringiť niſi ſit vel ex Abraham originẽ trahẽs:vł vernaculus eorum:aut pretio emptus. Vis autẽ videre qa ſicubi vult etiã alienigenas vna eademq; lege cõnecti / ſignificãter oſtendit:audi qđ ſcriptũ ſit. Et locutus eſt (inqt) dominus ad Moyſen dicẽs. Loqre ad Aaron & ad filios eius:& ad oẽs filios iſrael:& dices ad eos. Homo ex filiis iſrael: vel ex aduenis qui fuerit in vobis : quicunq; manducauerit omnẽ ſanguinem:ſtatuam animam meam ſuper animam illam quæ mãducauerit ſanguinem:& diſperdam eam de populo ſuo:qa anima omnis carnis ſanguis illius eſt:& ego dedi vobis illum: vt ex ipſo ſupra altare propitietur pro aĩabus veſtris:quia ſanguis pro anima expiabit. Propterea dixit filiis iſrael. Omnis aĩa ex vobis nõ manducabit ſanguinem:& aduena quicunq; fuerit ex vobis non manducabit ſanguinem. Vides ergo hanc de obſeruatiõe ſanguinis legem quę cõmuniter & filiis iſrael : & aduenis data eſt:obſeruari etiam a nobis qui ex gẽtib⁹ per Ieſum Chriſtum credim⁹ deo. Nos eñ ꝓſelitos & aduenas ſcriptura nominare conſueuit:cum dicit. Aduena quidem in te aſcendet ſuper te ſurſum:tu autem deſcẽdes deorſum. Ipſe erit tibi caput:tu aũt eris eius cauda. Ideo ergo legem de obſeruatione ſanguinis cõmunem cum filiis iſrael etiam gẽtium ſuſcipit eccleſia. Hęc nãq; ita intelligens in lege ſcripta: tunc beatũ illud apoſtolorum cõcilium decernebat:dogmata:& decreta gẽtibus ſcribẽs:vt abſtinerẽt ſe non ſolum ab his quę idolis ĩmolantur:& a fornicatione : ſed a ſanguine: & a ſuffocato. Verũ fortaſſe requires ſicut de ſanguinis obſeruantia claruit:ita etiã de ſuffocato doceatur : vtrũ cõmunis filiis iſrael cũ aduenis data ſit lex:quia etiam de hoc obſeruare gẽtes apoſtolorum ſtatuta decernũt. Audi q̃ obſeruanter etiam ſuper hoc in dei legibus cautum ſit. Homo hõ (inqt) ex filiis iſrael:& ex aduenis qui ſunt in vobis quicunq; venat⁹ fuerit feram:aut auẽ quę manducatur:effundat ſanguinem eius:& cooperiat terra: qa anima omnis carnis ſanguis ipſi⁹ eſt. Vide ergo q̃ obſeruanter legiſlator in quo mãdatum cõmune vult eſſe:cõiũgit aduenas filiis iſrael. In quo ſpecialia dat pręcepta:a quib⁹ ea velit obſeruari diſtinguit. Verum:quãtum ĩter illa q̃ de leuitico ſuperi⁹ protulim⁹: etiam hoc ſcriptũ refertur:homo homo ex filiis iſrael:vel ex aduenis q ſunt in eis:quicũq; fecerit holocauſtum:aut ſacrificiũ:& ad oſtium tabernaculi teſtimonii non adduxerit facere illud domino:exterminabitur homo ille de populo ſuo. & ꝑ hoc videť etiã aduenæ & de ſacrificiis ĩiũgi:& eccl'ia ex gẽtib⁹ offerẽdis holocauſtis obnoxia fieri. Etiã hæc diligẽti⁹ verba:& ſyllabę (vt ita dicã) obſeruandæ ſunt legis. Ait.n. Si fuerit holocauſtũ vel ſacrificiũ:vt adhibeat illud ad oſtiũ tabernaculi teſtimonii. Lex nõ vt faciat iubet:ſed ſi forte fecerit:qũo facere debeat docet. Certũ eſt.n. nec dubitari põt:ꝙ dum hieroſolymis tẽplũ cõſtaret: & religio pr̃ibus tradita vigeret:plurimi etiã gẽtiũ veniebant adorare:& offerre ſacrificia. Sed hoc qm̃ ĩ loco vno tm̃ mõ fieri ꝑceptum ẽ:de quo etiã hic mãdat:vt ad oſtiũ tabernaculi iugulãda victi

ma deducat: tādiu potuit legitime fieri q̃diu
A ſtatus loci permanſit incolumis. Deniq; & ſal=
uator ad illos decem leproſos quos mundaue=
rat: Ite inquit: & oſtendite vos ſacerdoti: &
offerte ꝓ vobis hoſtias ſicut pręcepit Moyſes.
Ex quibus cum vnus regreſſus fuiſſet ad ſalua
torē gratias agens: ait dn̄s. Nonne decem pur=
gati ſunt: vbi ſunt illi nouem? Non eſt inuent⁹
q rediret: & gratias ageret deo: niſi hic alienige
na. Ita ergo cōſtante templi ſtatu: etiam alieni
genis offerendi ſacrificia moris fuit. Nunc ve
ro quid expoſcitur ab aduenis: quod exhibere
ne propriis q̄dem cultoribus licet? Hæc autem
omnia dicta ſunt a nobis: vt oſtēderemus quā
ta ſit in lege diſtinctio mandatorum: & præci=
pue vt de circunciſionis pręcepto doceremus:
ꝙ non aliis q̃ his q ex Abraham genus ducūt:
vernaculiſq; eorum vel pretio emptis eſſet in=
iunctū. Liberos vero eſſe ab huiuſcemodi legi=
bus eos: q per Chriſtum deo ex gentib⁹ credūt.
Quod tamen idcirco interim abſq; vllius alle=
gorię adiectione diſcuſſimus: nequa (vt ſolet)
his q ex circunciſione ſunt: obſtrependi aduer=
ſum veritatem reſideret occaſio. Sed adhuc va
lidum aduerſum nos leuare poterunt telū: cō=
firmantes etiam proſelitos per legem circunci
ſioni obnoxios fieri: ex his quæ ĩ Exodo ſcripta
ſunt hoc modo. Si vero qs acceſſerit ad vos ꝓ=
ſelitus: & fecerit paſcha domino: circuncides
ei omne maſculinum: & tunc accedet facere il
lud: & erit ſicut indigena. Omnis incircunci=
ſus non edet ex eo. Lex vna erit indigenæ & ad
uenæ q aduenerit ad vos. Quæ q̃uis arguta vi
deatur obiectio: tamen admiranda legiſlatoris
B vbiq; cautela ſuccurrit. Conſydera enim ꝙ &
hic non dixit: quia aduena q venerit ad vos fa=
ciat paſcha dn̄o & circūcidatur: ſed obſeruan=
tiſſima moderatione decernit dicens. Si acceſ=
ſerit ad vos: & fecerit paſcha. Nec dubitari em̄
de hoc poteſt: ꝙ ſiquis cum Iudæis Iudaicum
paſcha fecerit: & circūcidi debeat? vnū hoc in=
terim quo recōdantur cōtradicentes legiſlato
ris cautela ꝓſpexit. Eſt & illud præterea ad q̄d
mutire nō poterūt. Paſcha q̄d lex fieri pręcipit
ĩ loco illo quē elegit dn̄s deus / id eſt Hieroſoly
mis celebrandū eſt. In illo etem̄ templo tātum
offerri ſacrificia decernūtur. Recuperent ergo
prius ſtatū templi: & tunc de circūciſione con=
tendant. Si vero ibi ſecundum ſententiā ſalua
toris non remanſit lapis ſup lapidem: q non ſit
deſtructus: ſupflua eſt de circūciſiōe cauſatio.
Intantum autem circūciſio vernaculū ipſi⁹ &
nullius alteri⁹ gentis inſigne eſt: vt nuſq̃ alius
qs in hiſtoriis veterum pro hac referatur corre
ptus: niſi filius Moyſi cui⁹ mater Sephora vim
angeli cōminātis exitium filii circūciſione cō=
peſcuit. Ex his ergo omnibus oſtenditur Iſrael
ille: q ſecundum carnem: vt ſolus circūciſione
carnis obnoxius; liber autē: & alienus ab ea po
pulus proſelitus q aduenit ad eam. q aſcendit:
& factus eſt ſurſum: ille aūt deſcendit & factus
eſt deorſum: & per miſericordiā Chriſti factus
eſt iſte populus in capite: & ille in cauda. facti
ſunt ei nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi. Et
ob hoc iudicat id q̄d ex natura eſt præputium
legem perficiens: illos q per literam & circun=
ciſionem præuaricatores ſunt legis. Non em̄
purificat animā hęc quę in manifeſto fit in car
ne circūciſio: ſed illa quæ in occulto eſt circun
ciſio cordis: ipſa purificat mentē: & vitiorū ma
culas abſcindit. Hactenus nobis de circūciſiōe
carnali pro viribus dictum ſit. Age iam ſecun C
dum eū qui dixit: quia lex ſpiritalis eſt: & qui
de his quę referūtur in lege / dicit ꝙ per allego
riam dicta ſint: q̄d etiam allegoricis legibus de
ea ſentiēdum ſit videamus. Scio multorum de
hoc ferri dicta vel ſcripta: ſed & nos quę domi=
nus dederit ad ea quæ ab aliis commode com=
poſita videnť addemus. Circūcidere eſt ex ge=
nitali membro / per q̄d ſucceſſio humani gene=
ris & carnalis propago miniſtratur / amputare
aliquā partem. Per hoc ergo indicari figurali=
ter reor amputandā eſſe ab anima ſiqua illi ex
conſortio carnis adhæret impuritas: ſiqs eam
libidinis maleſuadę ſenſus obtexit. Idcirco igi
tur non aliis iſta deſectio: ſed genitalibus mem
bris ĩfigitur: vt clareat ꝙ huiuſmodi vitia ani
mæ nō ex ꝓpria ſubſtātia: ſed ex genuino mo=
tu: & incētiuo carnis adueniunt. Q̄ȝ autē octa
ua die circunciſio datur: illud deſignari arbi=
tror: ꝙ præſenti q̄dem ſeculo ſeptimana depu
tata eſt. Octauus autē dies futuri ſeculi myſte
rium tenet. Illorum ergo eſt circūciſio ſpirita=
lis: qui futuro ſæculo militant: in quo neq; nu
bent: neq; nubētur: ſed erūt ſicut angeli dei: &
eorū q ſeipos caſtrauerūt ꝓpter regnum dei: &
quorum in terris ambulantiū in cœlis eſt con=
uerſatio: qq; proſpiciūt nō ea quæ vidētur: ſed
quæ non videntur: & ſciunt q̄a quæ videntur
tēporalia ſunt: quæ aūt nō videnť æterna. Ve
rū (vt ſuperius memorauimus) dictū eſt & ab
aliis ꝙ circūciſio ſpiritalis ſit: omnē immundā
cogitationē: atq; impuros ſenſus abſcindere a
corde & abiicere. Sed occurritur huiuſcemo=
di editionib⁹ ex his quæ apud Ezechielem ſcri
pta referūtur: vbi dicit dn̄s. Omnis fili⁹ alieni
gena incircūciſus corde: & incircūciſus carne
nō introibit in ſancta mea ex oībus filiis alieni
genarum qui ſunt in medio domus Iſrael. Eui=
denter etenim duas circunciſiones hoc in loco

oſtendit ſermo propheticus dicens: incircunci
D ſus corde & icircūciſus carne. Vnde cogimur
ſecūdum allegoricas leges vtriuſqꝫ circunciſio
nis formas ac ſpecies aſſignare: q̄uis hoc poſ
ſit nobis etiā in illis quas ſupra expoſuimus ra
tionibus obiici. Sed interim videamꝰ nūc quæ
poſſit duarum circūciſionū ſecundū allegoriā
figura ſeruari: & videamꝰ ne forte referri queat
ad duo generalia peccata: i qbus incircūciſum
eſſe non expedit: id eſt in fide: & in operibus: vt
ſit circūciſus corde q habet fidem: & icircunci
ſus carne qui opera nō habet. Alterū nāqꝫ ſine
altero reprobat̄: qa & fides ſine operibus mor
tua dicit̄: & ex operibꝰ ſine fide nemo apud de
um iuſtificat̄. Sic ergo vt ego arbitror dictū ꝓ
pheticum conuenienter aptabit̄ fideliū popu
lo qbus dicitur. Oīs alienigena qui eſt in vobis
in medio domus Iſrael incircūciſus corde: & i
circūciſus carne nō introibit i ſancta mea. hoc
eſt nimirū qđ & dn̄s in euāgelio dicit. Qui cre
dit in me mandata mea cuſtodit. Et iterū. Qui
audit verba mea & facit ea. & iterū. Quid au
tem dicitis mihi dn̄e dn̄e: & nō facitis quæ di
co? Vides ergo vbiqꝫ fidē cum operibꝰ iungi: &
opera ſociari cū fide. Cordis iſta eſt circunciſio:
nihil ſordidū: nihil indignum ſentire de fide.
Carnis circūciſio eſt: nihil immūdū: nihil cōta
minatum in opere: geſtiſqꝫ cōmittere. Qui enī
in altero horū incircūciſus fuerit & immundꝰ
dei vocibus ingredi ꝓhibetur in ſancta. Ingre
ditur tamen & alienigena in ſancta: quo non li
ceat ingredi ſecundū legē literæ niſi ſolis ſacer
dotibus. Datur vero nunc & alienigenis vt in
grediantur: vt ſint fidei: & actuū circūciſione
E purgati. Siquis autem ad nos ſuperiores quæ
ſtiōes reuocare cōtēdat: & iterū nobis replicet
hoc qđ ſcriptū eſt de alienigena: qꝫ ab eo volen
te ingredi in ſancta: non ſolū cordis circūciſio:
ſed & carnis exigitur: huic ita moleſte perſiſtē
ti: obuertimus & nos illud qđ Hieremias pro
pheta dicit. Ecce incircūciſę ſunt aures veſtrę.
Oſtēdat nobis iſte carnalis circūciſiōis exactor
auriū circūciſionē ſenſibilē: & corporalem ſi po
teſt. Sed certū eſt qꝫ nullo pacto hoc facere q̄eat
Reuertet̄ ergo ad allegorias neceſſitate cōpul
ſus: & dicet circūcidi aures: cū ſecūdū Salomo
nis monita non recipiunt auditionē vanam: &
cū oppilant̄ ne audiāt iudiciū ſanguinis: & cū
ſepiunt̄ ſpinis ne audiant obtrectationē: ſed vt
ſoli verbo dei pateāt: & his quę ad ædificatio
nem dicunt̄. Sit ergo talis & illa cordis: qualis
& hęc auriū circūciſio: quę cōmuniter videtur
expoſita. Hoc autē modo & incircūciſus labiis
dicit̄: qui nō circūciderit blaſphemiā: ſcurrili
tatē: turpiloquium de ore ſuo: qui nō poſuerit
cuſtodiā ori ſuo: & oſtiū circūſtātię labiis ſuis?
Qui nō etiā a verbo otioſo circūciderit os ſuū F
Deniqꝫ vbi dicit Moyſes ad dn̄m: ꝓuide domi
ne aliū quē mittas: ego aūt tardę linguę & gra
cili voce ego ſum: ipſi in hebręis exēplaribꝰ ha
bere ſe dicūt: Ego aūt incircūciſus ſum labiis.
Qꝫ ſi hoc modo qđ ſuperius diximus poteſt qs
incircūciſus videri auribus: & incircūciſus la
biis: cur nō & ſimili forma incircūciſus prępu
tio carnis ſuę dicat̄ is q erga naturalem coitus
motū immoderatius: & intēperantius effluit?
Circūciſus vero habeat̄: ſiqui in huiuſcemodi
negotio legitimis: & quantū poſteritati ſuffi
cit vtat̄ officiis? Verū qm̄ de circūciſiōis ratio
ne tractamꝰ: etiā illud his adiungere nō abſur
dum videt̄: qꝫ Ieſus filiꝰ Naue ex pręcepto dn̄i
filios Iſrael ſecūdo circuncidiſſe cultris ſaxeis
memorat̄. Qđ vtiqꝫ quātū ad literā ſpectat im
poſſibile factū videt̄. Semel in carne præputii
circūciſis: qd inuenire poſſit ſecūda circūciſio
qđ auferat? Ieſus vero noſter q vere poſt Moy
ſen filios Iſrael in terrā ſanctā fluentē lac & mel
terrā repromiſſionis īducit: euidēs eſt qūo nō
ſemel ſed ſecūdo circūcidat credentiū populū.
Prima nāqꝫ eſt eiꝰ circūciſio: qua ab eis vel ido
lorū cultū: vel cōmēta philoſophicæ pſuaſiōis
exſecuit. Secūda vero vtit̄ circunciſione: cū ab
eis veteris hoīs cōſuetudinem: & paſſionis: ac
vitia carnis abſcidit: & tunc cōpletur qđ in Ie
ſu Naue ſcriptū eſt. Hodie abſtuli a vobis op
probria Aegypti. Opprobria nāqꝫ Aegypti ſe G
cū circūfert: ſiqs i eccleſia poſitꝰ: & ſub Ieſu du
ce militās Aegyptios mores & motꝰ animi bar
baros ſeruet. Marcion ſane cui per allegoriam
placet nihil intelligi: quomodo exponat qđ di
cit apoſtolus circūciſionē ꝓdeſſe: oīno non in
ueniet. Sed de ſingulis quidē quę inferunt̄ nul
latenꝰ reddere poterit rationem. Aduerſari &
cū quadā irriſione notare deū legis q circunci
ſionē dederit ſolet: nō ſolū ipſe ſed et oēs hæ
retici q vetus teſtamentū repudiant: vna cum
gentilibus: q oēs aduerſum deū legis talia quæ
dam: vel fœda obtrectatione cōgemināt. Stoi
ci aiunt: indicet aliqđ myſticum circūciſio: et
figurā teneat allegoriæ. Ita ne oportuit vt cū
pœna et periculo paruulorū: cum cruciatibus
tenerę et adhuc innocētis partis in facie: figu
rarꝫ ſpecies: et legis ęnigmata cōderent̄? Sic nō
habebat legiſlator vbi formas myſticas pone
ret: niſi in decurtatione verecundorum loco
rum? et dei oīpotētis lex æterniqꝫ teſtamenti ſi
gnaculum non potuit niſi obſcœnis membro
rum partibꝰ collocari? Ita ne bonꝰ eſt deus iſte
qui natum hoīem ſtatim in primis nouæ lucis
auſpiciis ꝑceperit vulnerari? Et ſicut vobis vi

detur: ipſe eſt & animę creator: & corporis: aut ſuperfluo ſe plaſmaſſe partẽ illã corporis notat quã poſtmodũ mãdat abſcindi: vt per miſeroꝝ ſupplicia proprium emẽdet errorẽ. Aut qđ neceſſario & vtiliter fecit: non recte mãdat auferri. Tũ præterea ſi cura eſt deo plurimos ad cultum ſanę religionis adduci: maximũ ex circuncisione obſtaculũ naſcitur. Cũ eo enim ꝙ ſupplíciũ vnuſquiſqꝫ declinat: tũ etiã irriſionẽ turpitudinis refugit: vnde magis ĩpedimẽtũ hoc religionis q̃ inſigne dicẽdum eſt. Hęc & multa his ſimilia vel gẽtiles aduerſum legiſlatorẽ: vl' hæretici pſtrepũt: qbus reſpondere neceſſarium puto. Sed primo gentibus. Nemo ſapiẽs ea in aliis notat: quæ apud ſe honeſta ducit: & magna: etenim circuncisio apud vos o gẽtiles ita magni habet: vt non paſſim vulgo ignobili: ſed ſolis ſacerdotibus: & his q inter ipſos electioribus ſtudiis mãcipata fuerint: credat. Nã apud Aegyptios q in ſuperſtitionibus veſtris & vetuſtiſſimi habẽtur: & eruditiſſimi: a qbus prope oẽs reliqui ritum ſanctoꝝ & cerimonias mutuati ſunt: apud quos inquã null⁹ aut geometricę ſtudebat: aut aſtronomię: quæ apud illos præcipua ducit: nullus certe aſtrologiæ: & geneſeos: qua nihil diuinius putant: ſecreta rimabatur: niſi circunciſione ſuſcepta. Sacerdos apud eos: aruſpex: aut quorũlibet ſacroꝝ miniſter: vel vt illi appellant ꝓpheta: omnis circũciſus eſt. Literas quoqꝫ ſacerdotales veteꝝ Aegyptioꝝ quas hieroglyphicas appellãt nemo diſcebat niſi circũciſus. Oẽs hierophantes: oẽs vates: omnis cœli (vt putãt) inferniqꝫ myſtes & cõſcius apud eos eſſe non credit: niſi fuerit circũciſus. Hoc igit apud nos turpe & obſcœnũ iudicatis: quod apud vos ita honeſtũ habetur & magnũ: vt cœleſtiũ infernorũqꝫ ſecreta non niſi per huiuſcemodi inſignia enuntiari vobis poſſe credatis. Q꞉ ſi apud vos ꝑ tot & in tãtis ſecretorũ veſtrorũ cauſis quæ miniſtra circũciſione peragunt neceſſariũ erit rationem quęri: & talẽ quæ cõtẽni nõ debeat: ne cũ ea cuncta pariter ſubruant: cur nõ id etiã apud nos fieri poſſe ſperetis? Verum ſi replicetis hiſtorias veſtras: iuenietis nõ ſolũ Aegyptiorũ ſacerdotes & hierophãtes vſos eſſe circũciſiõe: ſed & Arabas: & Aethiopes: & Phœnices: alioſqꝫ: quorũ ſtudia gratia huiuſcemodi ſupſtitiõis nobili⁹ iunge. Hæc ſufficiẽter dicta ſint aduerſum gẽtiles: qbus de legis noſtrę myſteriis loquẽdum apertius nõ erat. Nũc iã nobis ad eos ſermo dirigatur: q Chriſto qdem credunt: ſed legem nõ recipiũt & ꝓphetas. Fatemini ſine dubio verũ eſſe qđ ſcriptũ eſt ĩ epiſtola Petri: qa redẽpti ſumus nõ corruptibili pretio argẽti & auri: ſed ꝑ tioſo ſanguine vnigeniti. Si ergo pretio empti ſumus: vt etiã Paulus aſtipulat: ab aliquo ſine dubio empti ſumus cui⁹ eramus ſerui. Qui & pretium popoſcit qđ voluit vt de poteſtate dimittat quos tenebat. Tenebat autẽ nos diabolus: cui diſtracti fueramus peccatis noſtris. Popoſcit ergo pretiũ noſtrũ ſanguinẽ Chriſti. Verum donec Ieſu ſanguis daretur: q tam pretioſus fuit: vt ſolus pro omniũ redẽptione ſufficeret: neceſſarium fuit eos q inſtruebantur in lege: vnũquẽqꝫ pro ſe velut ad imitationẽ quandam futuræ redẽptionis ſanguinẽ ſuũ dare: & propterea nos pro qbus cõpletũ eſt pretiũ ſanguis Chriſti: nõ neceſſe habem⁹ pro nobiſipſis pretiũ id eſt ſanguinẽ circũciſionis offerre. Si vero culpabile vobis videtur ꝙ deus legis inferri iubet infantibus vulnera: & ſanguinẽ fundi: hoc etiam in Chriſto factum culpatis: qui & octaua die circunciſus eſt: & vulnera paſſionis excepit: & cum crucis pœna ſanguinẽ ſuũ fudit. Q꞉ vero circũciſionis horrore difficilis vobis ad religionẽ videt aſcenſus: difficilior multo videt ingreſſus ad euãgeliũ vobis: ĩ quo non partem exiguã corporis: ſed ipſam qs animam ponere iubetur. Sed exempla martyrũ ſecũdũ vos ꝓhibebant hoĩes accedere ad fidem. An eo magis credit firma religio: ꝙ nihil remiſſum: nihil delicatũ pollicet aut molle? Q꞉ etſi nihil aliud ſacramenti figuraliter circũciſio tenet: qđ eſſet abſurde: ſi ad diſcretionẽ cæterarũ gẽtium populus q ſub lege dei inſtituebatur proprium aliquid geſtaret inſigne: & ſi neceſſaria viſa eſt partis alicuius amputatio: qd tam conueniens fuit q̃ eã inuenire quę videbat obſcœna: & illa auferre quorum diminutio nihil ad officiũ corporis impediret? Q꞉ vero dicunt: qa neceſſaria nõ erat illa pars mẽbri: fieri a creatore nõ debuit: ſi neceſſario facta eſt: nõ debet auferri: interrogemus eos & nos: ſi neceſſariã dicant filiorũ ꝓcreationẽ. Neceſſariã ſine dubio reſpondebũt. Erunt ergo culpabiles: q cõtinentię & virginitatis obtentu: neceſſariis naturæ officiis nõ miniſtrant: & erunt cogendi ad nuptias: q ſecũdũ euãgelii leges ſemetipſos caſtrauerũt ꝓpter regnum dei: habentes exempli huius authorẽ cũ multos alios ſanctorũ: tũ etiã ipſum dominũ Ieſum. In ſumma vero dicendũ eſt: ꝙ ſicut multa neceſſaria erant baptiſmata ante baptiſmũ Chriſti: & multæ purificationes anteq̃ purificatio per ſpiritũ ſanctum fieret: & multę hoſtię anteq̃ vna hoſtia agnus immaculatus ſemetipſum patri offerret hoſtiam Chriſtus: ita etiã multis circũciſionibus opus fuit vſquequo vna ĩ Chriſto circũciſio ĩ oĩbus traderetur: & multorũ ſanguinis effuſio præ

ceſſit: vſquequo p vnius ſanguinē oīm redemptio fieret. Hæc qdem nobis ad præſens occurrere de circūciſionis ratione potuerūt: quæ tñ ea lege dicta ſint a nobis: vt ſiqs melius & rationabilius dixerit: illa magis q̄ hęc noſtra teneantur. Verū poſt exceſſum iuſto forſitā largiorē ad apoſtoli cōcluſionem capituli reuertamur.

E Igiť qm̄ frequēs eſt apoſtolo iſte tractatus: quo p ſingula quæq; binos hoīes eſſe deſignat: quorū alterū exteriorem nominare: alterum interiorē ſolet: eorūq; alterum ſecundum carnem eſſe: alterum ſecūdum ſpiritum dicit. Opinor ex illis inſtitutis q̄ in Geneſi ſcripta ſunt: vbi alius ad imaginē dei factus: alius de limo terrę factus referť: & hos ipos nūc aliū in manifeſto: aliū in occulto Iudæū vocat: Sciendū eſt q; horū vterq; in qbuſdā diſſonis: in nonnullis vero cōmunibus vtiť inſtitutis. Nam ſunt quędā q̄ ab interiore hoīe initiū ſumūt: & vſq; ad exteriorē perueniunt. Alia vero ab exteriore hoīe ī choata pueniunt vſq; ad interiorē. Q d aūt dico tale eſt. Si caſtitas ab interiore homīe ſumat exordiū peruenit vſq; ad exteriorē. Neq; em̄ fieri poteſt: vt ſi ante qs nō mœcheť ī corde: mœchari poſſit in corpore. Sed nō cōtinuo ſiqs ab exterioris hoīs incipiat caſtitate: peruenit etiā ad interiorem continentiam. Secundū hęc ergo circūciſio interioris hoīs allegoricis legib⁹ intelligatur: cum iam neq; interior ille concupiſcit in corde: neq; exterior iſte cōcupiſcentiā miniſtrat in corpore: vt circūciſus dicatur in carne ille: quem apoſtolus dicit iam non eſſe in carne: ſed in ſpiritu: & qui actus carnis per ſpiritum mortificat. Verum quoniam q circunciſus eſt / aliquā carnē perditam dedit: aliquā ſeruauit incolumē: in eoq; perditā dedit: illā carnem ſignificari puto de qua ſcriptum eſt. Omnis caro fœnū: & oīs gloria ei⁹ quaſi flos fœni. Caro autē quæ ſeruať: & incolumis permanet:

F puto q; formā teneat illius carnis de qua diciť: qa oīs caro videbit ſalutatorē dei. Sed opus eſt auribus quæ audire poſſent quæ ſit caro quæ pereat: & quæ ſit caro quæ videbit ſaluatorem dei: quę poſt depoſitionē carnis præputii ſalua pmaneat: cū illa vt flos fœni deciderit. Quod q intellexerit: inueniet ingentium myſteriorū formas circūciſionis ratione prēmiſſa: & inueniet eum qui in occulto Iudęus eſt: & q in interiore homine circunciſus: tantum præſtare & eminētiorē eſſe illo q ſecundum carnē Iudæus eſt: quantū præſtat & eminet Iudas ille quē collaudant fratres ſui: & qui dormiuit vt leo & vt catulus leonis ſuſcitatus eſt: illo Iuda qui ex ſe moribus Iacob ſecundum carnem natus eſt.

Caput. III.

Quid ergo amplius Iudęo: aut quę vtilitas circunciſionis? Multum per omnē modū. Primum qdem quia credita ſunt illis eloquia dei. Quid em̄ ſi quidam illorum non crediderunt? Nunqd incredulitas eorum fidem dei euacuabit? Abſit. Eſt autem deus verax: oīs autem homo mendax: ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris.

¶ In hac epiſtola Paulus velut arbiter quidam G inter Iudæos reſidēs: & Græcos: id eſt eos q ex gētibus credūt: vtroſq; ad fidē Chriſti ita euocat & inuitat: vt neq; Iudęos offendat penitus deſtruēdo Iudaicos ritus: neq; gētibus iniiciat deſperationē cōfirmando obſeruātiam legis & literę: & ſiue de repromiſſionibus memoret: ſiue de pœnis ad vtrūq; populum diuidit verbū Vt (verbi gratia) cū dicit: His auteq ex cōtetione ſunt: & q diffidūt qdem veritati: credūt autē iniquitati: ira & indignatio: tribulatio: & anguſtia in omnem animam hoīs operātis malum Iudæo primum & Græco. Iſta de pœnis. De promiſſionibus vero ſubiungit. Gloria autem & honor & pax omni operāti bonū Iudæo primū & Gręco. Rurſum de gentib⁹ dicere videtur. Quicūq; em̄ ſine lege peccauerunt: ſine lege peribunt. Et iterū de circunciſis: Et quotquot in lege peccauerūt: per legē iudicabūtur. H Rurſum vero gentes ſubleuās dicit. Cum em̄ gentes quæ legē nō habent: naturaliter quæ legis ſunt faciunt: hi legē non habentes / ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordib⁹ ſuis &c. Et iterum ſermonem conuertit ad Iudæos dicēs. Si autē tu Iudæus cognominaris: & requieſcis in lege. & reliqua vſq; ad eum locum vbi dicit. Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gentes. Et ne videretur nimius eſſe in increpationibus Iudęorum: dicit. Circūciſio prodeſt ſi legem cuſtodias. Sed iterum ne erigeret eos qui nimiam in circunciſione ponunt gloriam: addidit. Si aūt pręuaricator ſis legis: circūciſio tua præputium facta eſt. Vt autē paululum & eorum q ex gentibus credūt animos alleuaret: ſubiungit. Si autem præputiū legis iuſtitias cuſtodiat: nonne præputium illius in circūciſione reputabiť? Atq; vt validius erigeret animos gentiū: et ſcirent poſſe ſe ſi legē perfectius obſeruarent etiam meliores effici Iudæis: dicit: Et iudicabit id qd ex natura eſt præputiū legē perficiens te: qui per literam et circunciſionē pręuaricator es legis. Verum quoniā ſciebat multas in lege et prophetis eſſe repromiſſiones ad Iudæos. ne poſſent deſperare gentes tāq; quę nihil ſocietatis in cōſcriptis repromiſſionibus habeāt: docet eos q ſecūdum myſticā rationē etiā ipſi Iudæi fiāt:

& habeant circũciſionem. Propterea dicit. Nõ
etenim q in manifeſto Iudæus eſt: neq; quæ ma=
nifeſte in carne eſt circunciſio: ſed qui in occul
to Iudæus eſt circũciſione cordis in ſpiritu nõ
litera: cui⁹ laus nõ ex hoíb⁹: ſed ex deo eſt. Ve=
rum qm̃ í his oíbus ſuperiorẽ quodãmodo cau
ſam gentiũ fecerat: rurſum velut querelis eo=
rum q ex circunciſione ſunt occurrens: propo=
nens ſibi ipſe quę in præſenti capitulo cõtinen
tur dicit. Quid ergo ampli⁹ eſt Iudęo: aut quæ
vtilitas circũciſionis? Multũ per omnẽ modũ.
Si ergo inqt is qui manifeſto Iudeus eſt: & quæ
manifeſte í carne eſt circũciſio nõ reputat̃: ſed
qui in occulto Iudęus eſt: & circunciſio cordis
quæ fit in ſpiritu: ipſa eſt vera circũciſio: dices
mihi. Quid amplius eſt Iudæis q hac appella=
tione cenſent̃: vel quę in corporali circũciſione
habet̃ vtilitas? Ad hæc videt̃ in vtroq; populo
minus iuſtus arbitrer reſediſſe ꝓnũtiãs qd am
plius habeat Iudęus & ea quę in carne eſt circũ
ciſio: & dicit eos habere amplius multũ pom=
nem modũ. Quid autẽ multo ſit amplius ſub=
iungit. Primo inquit: qa credita ſunt illis elo=
quia dei. Q̃uis eñ & gentibus nunc credãtur
eloquia dei: ſed illis ait primo ſunt credita. Re
quiro tamẽ qdem qđ dicitur primis eis credita
eſſe eloquia dei: vtrũ ne de literis hoc dicat & li
bris: an de ſenſu & ĩtelligentia legis? Videmus
eñ plurimos Iudęorum ab infantia vſq; ad ſe=
nectutẽ ſemp diſcẽtes & nunq̃ ad ſcientiã veri
tatis ꝑuenietes: & quomodo videbit̃ verum
eſſe qđ dicitur: qa amplius aliquid habeant: in
eo ꝙ primis eis eloquia dei credita ſunt: in qui
bus nõ intelligunt neq; quæ loquũtur: neq; de
quibus affirmant? Si vero ſapiens ille dicitur q
intelligit ſecundũ Salomonem quę ex proprio
ore ſunt: & qui in labiis portat intellectum: de
Moyſe & ꝓphetis cęteriſq; horũ ſimilibus hæc
intelligẽda ſunt dici: qb⁹ credita ſunt eloquia
dei: qa & ipſos Iudæos fuiſſe: & habuiſſe circũ
ciſionẽ: nõ poteſt dubitari. Sed & ſiqs apud eos
ſapiẽs & intelligẽs auditor & mirabilis cõſilia
rius fuit: quos auferre dicit̃ dñs ab Hieruſalẽ
offenſus impietatib⁹ populi. ſic ei dicit Eſaias.
Ecce dominator dominus ſabaoth auferet ab
Hieruſalẽ & a Iuda: & poſt aliquanta: & ꝓphe
tam inqt & æſtimatorẽ: & ſeniorẽ & quinqua=
genarium: & mirabilem cõſiliarium: & ſapien
tem architectum: & prudentẽ auditorem. His
ergo talibus æſtimandũ eſt primis credita eſſe
diuina: & his farẽdum eſt fuiſſe amplius mul=
tum per omnem modum. Sed & ſiqs alii his ſi=
miles fuerunt: ſicut in regnoꝝ libris ſcriptum
apoſtol⁹ memorauit: Reliqui mihi ſeptem mi=
lia virorum q nõ curuauerunt genua ſua ante
baal. Sed & ipſi apoſtoli Chriſti & ipſe vas ele=
ctionis Paulus ex Iudęis & ex circunciſione ve
niens amplius habebat his quos docebat ex gẽ
tibus per omnem modũ. Credita nãq; eis ſunt
eloquia dei. Sed & hoc ipſum qđ dicit: quia cre B
dita ſunt illis eloquia dei: conſyderandũ eſt: qa
nõ dixerit literas eſſe creditas: ſed eloquia dei.
Vnde via nobis datur intelligẽdi: ꝙ his qui le=
gunt & nõ intelligũt: & q legũt: & nõ credunt
litera ſola ſit credita: illa de qua dicit apoſtol⁹:
quia litera occidit. Eloquia aũt dei illis ſint cre
dita: q intelligentee & credentes his quæ Moy
ſes ſcripſit credunt & Chriſto. Sicut & domi=
nus dicit. Q̃ ſi credidiſſetis & ipſi Moyſi: cre=
deretis vtiq; & mihi. De me eñ ille ſcripſit. Sed
iſtud habeat amplius Iudæus in literis: habeat
aliqd et in eloquiis dei. Nunqd penitus relin=
quuntur ii q ex gentibus veniunt ad Chriſtũ?
an et ipſis eſt vbi habeant aliqd amplius? Audi
dominum dicentem ad Centurionem ex gen=
tibus credentem. Amen dico vobis: nec ĩ Iſrael
tantã fidem inueni. Vide ergo vbi venit̃ ad fi=
dem quantum amplius habeant gentes. De q=
bus in alio loco dominus dicit. Quia veniẽt ab
oriente et occidente: et a quatuor vẽtis terræ:
et recumbent cũ Abraham Iſaac et Iacob in re
gno dei: filii autẽ regni eiicientur in tenebras
exteriores. Vbi ergo ad leges venit̃ et literas:
habent Iudęi amplius multũ per omnẽ modũ.
Vbi vero venit̃ ad fidem (vt ex cõparatione di
xerim) habent gentes multum per omnẽ mo=
dum. Requirendũ ſane eſt ſi etiã Samaritis di= C
cendum eſt primis credita eſſe eloquia dei: quo
niam qdem etiam apud ipſos lex Moyſi ſerua=
ri videtur. Sed illis ego ne ipſam qdem literã:
quæ occidere dicitur: creditam dixerim. dicit
eñ de eis propheta. Væh his q ſpernunt mon=
tem Sion: & confidunt in montẽ Samariæ. Ipſi
quippe ſe alienos a literis dei faciunt repudian
tes prophetas. Sed et hæreticis q iniquitatem
loquuntur in excelſum: et q impietate ſua di=
uidunt vnitatem deitatis: et q legem ab euan=
geliis ſeparant: non dixerim credita eſſe eloqa
dei pro eo ꝙ diuina apud eos volumina relegi
videtur: ſed quia nihil in his ſentiũt ſpiritale:
nihil deo dignũ: ſolã apud eos quæ occidit ha=
beri literam dixerim. Verum ſi forte Iudęi nol
lent recipere apoſtoli noſtri ſententiam quæ di
cit: quia litera legis occidit: et iniuriam putent
legi fieri: ſi ſecundum literam ſperni videatur:
reuertamur ad ipſum Moyſem: et videamus q̃
magnificauerit literam legis. Qui cũ accepiſ=
ſet tabulas lapideas inſcriptas digito dei: tan=
tũ honoris detulit lr̃æ legis: vt ꝓiiceret de ma
nib⁹ ſuis tabulas: et cõminueret quidẽ digito

dei ſcriptas:nec tamen pro hoc impietatis cul
D pa notatus ſit. Vides ergo quia nõ ſolum Pau
lus ſpernit literã legis:ſed multo ante eũ Moy-
ſes ſpreuit:& abiecit:& contriuit literas legis:
hoc ſine dubio iam tunc deſignans ꝙ honor
& virtus legis non eſſet in literis ſed in ſpiritu.
Sed & dominus in euangelio cum dicit:ad Iu-
dęos loquẽs: Auferetur a vobis regnum dei &
dabitur genti faciẽti fructum eius:puto ꝙ ſen
ſum legis dixerit:qui ablatus eſt a Iudæis:ma-
nentibus apud illos ſolis literis legis: & datum
eſt gentibus qui poſſint per fidem fructũ ſpiri-
tus facere. Quę cum ita ſint:cur tam ignaui &
deſides ſumus:vt nõ tandẽ abiecta oĩ malitia:
cũ ſimplicitate & puritate cordis:ad ſuſcipien
da dei eloquia ꝓperemus: & ad capiẽdũ de eis
ſenſum Chriſti:quippe cũ audiamus in his eſſe
regnum dei? Certe vnuſquiſq; pro viribus ca-
piat eloquia dei:quę ſunt ſapientia: quã loquit̃
apoſtolus inter ꝑfectos. Qui vero ad hanc ido-
neus nondum eſt:ſuſcipiat eloquia dei:in qui-
bus agnoſcat nihil amplius q̃ Chriſtũ Ieſum:
& hunc crucifixum. Qui nec hoc poteſt: in eo
ſuſcipiat eloquia dei:vt lacte vtatur: & non ci
bo forti. Si vero adhuc infirmatur ĩ fide: eloq̃a
dei in holeribꝰ ſumat. Tãtum eſt vt omnes cõ-
muniter nouerimus eloquia dei eſſe eloquia ca
ſta:& argentum igne examinatum terræ pur-
gatũ ſeptuplum. Id eſt vt in caſtitate & ſancti-
tate cordis & corporis diuina ſeruemus eloq̃a.
Credita ſunt ergo primis illis quibus ſupra di
ximus eloquia dei:ſed quidã (vt dicit) nõ cre
diderunt ſiue deo ſiue eloquiis dei. Vides quia
qui non credunt ipſi ſunt ſecũdum carnem. de
quibus & alibi dixit. Animalis homo nõ ꝑci
pit quę ſunt ſpiritus dei. Stultitia eſt enim illi.
Sed horum incredulitas nõ euacuat fidem dei
Fidem dei vel eam intelligimus quã fidem ha-
bet deus cum his quibus credit eloquia ſua:vl'
eam fidẽ qua credunt deo ii qui ab eo eloquia
diuina ſuſcipiunt. Cõmonemur ergo vt incre
dulitas eorũ qui vel non accedũt ad fidem:vel
decidunt ex ea:ſi forte irrideant nos oꝑa fidei
agentes:vel cũ ieiunamꝰ:vel cũ miſericordias
facimus:vel cũ ſtudiis & legi dei oꝑã damus:
vel etiam cũ pro martyrio Chriſti tormẽta ſuf
ferimus:meminerimus ſemꝑ quia infidelitas
eorum fidem dei quæ in nobis eſt nõ euacuat.
Poſt hæc quod ſequit̃ minus quidem cõpoſite
E videt̃ adiunctum. Dicit enim. Fiat autem deꝰ
verax:omnis autem homo mendax: ſicut ſcri-
ptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:&
vincas cũ iudicaris. Tamẽ tali quadam circun
flexione ſuperioribꝰ id aptare tẽtabimꝰ. Licet ĩ
quit nõ crediderint quidã Iudæorũ:de infideli

tate tamẽ eorũ dicendũ eſt:ꝙ deus quidẽ ſolus
ſit verax:oĩs aũt homo ſit mendax. Qui etiam
ſi quid iuſtũ eſt:neceſſe eſt tamẽ vt in aliquo a
veritate decidat:quam in omnibꝰ ſeruare hu-
ficari ex lege dei.Sicut & alibi dicit idem apo
ſtolus:qa qui in carne ſunt deo placere nō poſ
ſunt.Item alibi. qa ſapiētia carnis inimica eſt
deo:legi em̄ dei nō eſt ſubiecta:nec em̄ poteſt.
& ꝓpheta dicit.Oīs caro fœnū.Et in euāgelio
ſcriptū eſt.Spiritus eſt q viuificat:caro nō ꝓ-
deſt q̄cq̃.De his ergo dicit: qa ex lege dei non
iuſtificabit̃ oīs caro coram ipſo.Sed & hoc qđ
addidit corā ipſo:nō otioſe prætereat:ſicut iā
frequentius admonuimus:qa aliud eſt coram
deo iuſtificari:aliud coram hoībus:hoc eſt ad
cōparationē alioꝝ hoīm poteſt alius homo: q
emendatius vixerit:iuſtus videri.Ad cōpara
tionē āt dei: nō ſolū homo nō iuſtificabit̃:ſed
& ſicut Iob dicit:Stellę nō ſunt mūdæ coram
ipſo:quę vtiq; corā nobis mūdæ habent̃ ſane.
Ad cōparationē vero dei mūdæ eſſe non poſ-
ſunt.Per legē em̄ cognitio peccati. Videamus F
quomodo per legē fit agnitio peccati. Dum p
legem diſcimus qd agendū ſit:qd cauendū: ſi
mul & qd peccatū ſit:& qd nō ſit agnoſcimꝰ.
Nō ergo vt hęretici deum legis accuſant:ma
la radix ē lex: & mala arbor per quam peccati
venit agnitio:qa nō dixit ex lege agnitio pec-
cati:ſed p legem: vt ſcias non per ipſam ortū:
ſed per ipſam agnitum eſſe peccatū. Vt verbi
gratia.Si diceremus p artem medicinæ datur
agnitio lāguoris: Nunqdnam videbitur tibi
cauſa langoris eſſe medicina:qa p ipſam quali
tas langoris agnoſcitur?Sed ſicut conſtat bo-
nam eſſe medicinā:quę ęgritudinis intelligē-
tiam pręſtat:qua poſſit vitare quę velit:ita &
lex bona eſt per quā deprehēditur:& agnoſcit̃
peccatum.Seruat autem vt puto huiuſmodi
expoſitio etiā illiꝰ explanationis cōſequentiā:
quā ſupra edidimus de eo qđ ſcriptū ē.Cauſa
ti em̄ ſumus iudęos:& gręcos oēs ſub peccato
eſſe:ſicut ſcriptum eſt: qa nō eſt iuſtus quiſq̃:
non eſt intelligens:non eſt requirens deum.

Nunc aūt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata
eſt:teſtificata a lege:& ꝓphetis. Iuſtitia autē
dei per fidē Ieſu Chriſti in oēs & ſuper omnes
q credūt in eū.Nō em̄ eſt diſtinctio.Oēs em̄
peccauerūt:& egēt gloria dei. Iuſtificati gra-
tis per gratiam ipſius: per redēptionem quæ
eſt in Chriſto Ieſu.

¶Qđ aſtruximus in ſupioribꝰ dicētes: nō de G
lege Moyſi dictū:qa quæcūq; lex loquit̃: his q
in lege ſunt loquit̃:putabit aliquis nō tā vere
q̃ violēter aſſertū:cum videat nunc nomē le-
gis:nō ad naturę:ſed ad Moyſi legē referri: &
dicet ꝙ in pręſenti loco iuſtitia dei ꝓnūtietur
ab apoſtolo manifeſtari p legē: & non ſolū per
legē:ſed & per ꝓphetas:vt ſine vlla ambigui-
tate de lege Moyſi intelligant̃ dicta eſſe:q̃ ſcri
pta ſunt.Ex qua lege iuſtitia dei p fidē Chri-
ſti Ieſu manifeſtet̃ in oēs qui credūt:ſiue ex iu
dęis:ſiue ex gētibus veniētes.Qui tamē nō ex
opibꝰ iuſtificēt̃:ſed ex gr̄a dei:i redēptionē eis
effecto ipſo Ieſu Chriſto.Hęc qdē dicet is qui
ſenſum apl̄i in his quę ſupra expoſuimus vio-
lēter a nobis accuſabit īflexū. Sed illud eſt qđ

cōſtāter poſſumꝰ affirmare: qa ſicut nos q hęc
aſſerimus putāt in hoc ſermōe apl'i: quē nūc
ꝓpoſuimꝰ: nihil inuenire poſſe quo aſtruamꝰ
hęc nō de Moyſi: ſed de naturæ lege conſcri-
pta: ita nec illi quidem īuenire aliqd poterūt
quomodo quæ ſuperius dicta ſunt ad Moyſi
potius q̄ ad naturę legē reſpicere videant̄: &
ideo ſicut illis nō idcirco priora ſtabūt: qa vi-
dentur poſteriora conſtare: ita nec nobis qdē
poterūt prima turbari: ſi ſecunda nō eodem
currere tramite videant̄. Quid igitur? cōtra-
ria ſibi ſcribere dicemꝰ apoſtolū? & hæc erit
egregii explanatoris aſſertio: qđ accidere illis
ſolet q ī diuerſos ſectarū ſenſus vnū fidei do-
gma diſrūpūt: & illa tm̄ de ſcripturis diuinis
teſtimonia explorāt: qbꝰ propriū dogma con-
ſtituant. Earū vero quę e diuerſo veniūt ſcri-
pturę diuinę ſententiaꝝ abſolutiões ne extre-
mo (vt aiunt) digito contingūt. Sed qui fide-
liter: & integre ſacrorū voluminū colligit ſē-
ſum: debet oſtendere quomodo ea quæ viden-
tur eſſe cōtraria: nō ſunt vere cōtraria. Ten-
A tabimus ergo etiam in pręſenti loco oſtēdere
quomodo priori expoſitioni noſtrę hęc ſubſe-
quens non repugnet. Sæpe diximꝰ & euiden-
tius in præfatione diximꝰ: ꝙ ita apoſtolus in
hac epiſtola multarū legū faciat mentionē: &
cū de vna ad alterā tranſit dep̄hēdi niſi ab in-
tēto ſatis lectore vix poſſit. Dixerat in ſupio-
ribus: qa p legē agnitio peccati eſt: & qa ſenſit
poſſibile reſponderi: ergo ſi ex lege naturali
agnitio peccati eſt: poteſt ex ipa & agnitio eē
iuſtitię: ſecūdū illā ſcilicet quā ſupra medici-
nę artis imaginē dedimꝰ: vt queādmodū p il-
lam lāguor agnoſcitur: vt ſanitas inueniat̄:
ita etiam p legē naturę ſic poteſt agnitio fieri
peccati: ſiľiter poſſit & iuſtitię fieri. Hoc ergo
cū vidiſſet poſſe ſibi obiici: poſtq̄ dixit: p legē
em̄ agnitio peccati: Nunc aūt ſine lege iuſti-
tia dei manifeſtata eſt. Tale eſt ergo qđ dicit.
Nā ſicut per legem agnitio peccati: ita & ma-
nifeſtatio iuſtitię dei: p legem fit: ſed ſine lege
manifeſtat̄ iuſtitia dei. Poterat ei naturæ lex
arguere pct̄i naturā: & notitiā eius oſtēdere.
Iuſtitia aūt ſupgredit̄ dei: & ſatis eminet hoc
quodcūq; mēs humana ſolis naturalibꝰ ſenſi-
bus poteſt rimari. Neq; em̄ ſufficit ad intelli-
B gēdū: & cōſyderādū nō quacūq; humanā: ſed
ipſam dei iuſtitiam: & iudicia q̄ ex ipſa deſcē-
dūt: de qbꝰ dr̄: qa ſunt abyſſus multa: & qa tā
ꝓfūda ſit iuſtitia dei & iudicia: vt apoſtolꝰ di-
cat. Qꝫ īſcrutabilia ſūt iudicia eius. Sed & ſa-
piētia ita ad hoīes loquit̄ quaſi nō poſſit iuſti-
tia dei naturę ſolius motibꝰ ſciri: ſed p doctri-
næ ſtudiū q̄ri: & ideo dicit. Diſcite iuſtitiam
qui iudicatis terrā. Quāobrē ad dei iuſtitiā
cognoſcēdā nihil prorſus opitulabit̄ lex natu-
ræ etiā ſi videat̄ ſētire aliquid de humana iu-
ſtitia. Illa em̄ lex pōt ſentiri: qa inter hoīes iu-
ſtū ſit: vt qđ ipſe qs pati nō vult hoc ne proxi-
mo faciat. Nūqd naturaliter pōt ſētiri de illa
iuſtitia q̄ dicit: Videte ne faciatis iuſtitiā ve-
ſtrā corā hoībus: & vt neſciat ſiniſtra tua qd
faciat dextera tua? Hæc & hmōi iuſtitiam di-
ctare nō pōt lex naturæ: & ideo dicit apoſto-
lus. Nūc aūt ſine lege/naturę ſcilicet/iuſtitia
dei manifeſtata ē: teſtimoniū habēs legis Moy-
ſi & ꝓphetarū. In quibꝰ ſanctus ſpūs multa ꝑ
figuras & ęnigmata de iuſtitia dei ſcripſerat.
Et nolo mireris ꝙ vnū vocabulū legis ſecūdo C
in eodē loco poſitū diuerſa ſignificet. Inueni-
mꝰ hanc eſſe ſcripturæ cōſuetudinē & ī aliis
locis. vt ibi. Nōne vos dicitis: qa adhuc qua-
tuor mēſes ſunt vt veniat meſſis? eleuate ocu-
los veſtros: & videte regiōes: qa albę ſunt ad
meſſem. Nōne & hoc loco meſſis ſecundo no-
mīata: primo ad corporalē meſſē refert̄: ſecū-
do ad ſpiritalē? & iteꝝ in euāgelio cū dicit ad
Samaritanā mulierē ſaluator: Da mihi bibe-
re. & poſt reſpōſum eius iterū dicit ad eā: Si
ſcires qs ē q dicit tibi da mihi bibere: tu vtiq;
petiſſes eum: & dediſſet tibi aquā viuā. Et ite-
rū addidit ad eā. Oīs q bibit ex aq̄ hac ſitiet
iteꝝ. Qui aūt biberit ex aq̄ quā ego do ei: nō
ſitiet in ęternū. Vides quō & bibere ex aqua
nūc qdē corporaliter: nūc autem ſpiritaliter ī
vno eodēq; accipit̄ loco? Eſt & illic ſimiliter
poſitū: vbi cęcꝰ a natiuitate curat̄. Poſt hoc di-
cit Saluator. In iudiciū ego veni in hūc mūdū
vt qui nō vidēt videāt: & qui vidēt cęci fiant.
Nōne etiā hic & videre & nō videre nunc cor-
poraliter nunc ſpiritaliter intelligit̄? Ita ergo
etiā in hoc loco apoſtolꝰ cū ſine lege dicit iu-
ſtitiā dei manifeſtari: naturalis lex intelligit̄.
Cum vero dicit: Teſtificata a lege & ꝓphetis:
Moyſi legē deſignat. Qꝫ ſi adhuc tibi minus
planū putat̄ eſſe qđ diximꝰ: addemꝰ etiā hęc ſi
tibi videt̄: ꝙ eadē lex ſit de qua dicit̄: Nūc aūt
ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt: quę eſt &
illa: de q̄ ait: Teſtificata a lege & ꝓphetis. Hæc
qdē quę ſine lege manifeſtata eſt: nō accipit te-
ſtimoniū legis. Si aūt accipit teſtimoniū legis
nō ergo ſine lege manifeſtata eſt. Qđ cū īſolu-
bile ſit: nec aliqua poſſit ratione cōuelli: dicē-
dū eſt iuſtitiā qdē dei manifeſtari a Chriſto
Ieſu: prębente ei teſtimonium nō lege naturę
quę adhuc eſt vtiq; exigua & parua: ſed lege
Moyſi: non ea quę ſecūdū literam: ſed q̄ ſecū-
dū ſpiritū eſt: de qua idē dicit apoſtolꝰ. Quia
lex ſpiritalis eſt. Siľr aūt & ꝓphetæ p eū qui

D ín ipſis locutus eſt ſpũm dei. Eſt p̃terea & illa
apd̃ aplm̃ de hoc ſermone ſi qs diligẽtius ob-
ſeruet mira diſtictio. Moris eſt apd̃ gręcos no
minib⁹ aſt ra pręponi: q̃ apud nos pñt articu-
li noĩari. Siqñ igitur Moyſi legẽ noĩat: ſolitũ
nomini p̃mittit articulũ. Si qñ vero naturalẽ
vult intelligi: ſine articulo nominat legem. In
hoc ergo loco vbi dicit: Nũc aũt ſñ lege iuſti
tia dei manifeſtata eſt: articulũ nõ habet. In ſe
quẽtiverovbi dicit: Teſtificata a lege & p̄phe
tis: ſecũdo in loco legẽ cũ articulo poſuit. Si
ergo ſufficienter patuit de legis appellatione
diuerſitas: videam⁹ nũc q̃ iuſtitia ſine natura
li lege manifeſteť. Idẽ aplus Paul⁹ dicit de xp̄o
qa factus eſt nobis ſapiẽtia a deo & iuſtitia: &
ſanctificatio & redeptio. Hęc ergo iuſtitia dei
q̃ eſt Chriſt⁹ manifeſtať ſine lege quidẽ natu
rali: nõ tñ ſine lege moyſi vł prophetarũ. Dat
eñ ei teſtimoniũ lex: ſicut & ip̄e dicit. Scruta
mini ſcripturas: ip̄æ ſũt q̃ teſtimoniũ reddũt
de me. Nã lex qdẽ naturalis põt occaſiones p̄
bere: & intellectũ dare (vt dixim⁹) vel ad ea q̃
ĩter hoĩes agi ęqtas poſcit: vel ad hoc ip̄m: vt
eẽ ſentiat deũ. De Chriſto autẽ ꝙ ſit fili⁹ dei:
ſentire naturaliter qs põt? Ideo ergo ſine lege
iuſtitia dei q̃ eſt Chriſt⁹ manifeſtata eſt: teſti-
ficata ex lege Moyſi: & p̄phetis. Verũ priuſq̃
E ad conſequẽtia p̄perem⁹: omittenda nõ videť
ne hęc qdẽ obſeruatio ꝙ in peccato qdẽ agni-
tionẽ poſuit: in iuſtitia vero manifeſtationẽ.
Oĩe eñ qd̃ manifeſtať lux eſt: & ſi qd̃ mani-
feſtať lux eſt: peccatũ qd̃ lux nõ eſt nõ manife-
ſtatur: ſed agnoſciť. Ego ſic accipio & illd̃. Ni
hil occultũ qd̃ nõ manifeſteť: nec opertũ qd̃
non reueleť. Sed ad p̄poſitũ reuertamur. Lex
ergo & p̄phetę teſtes ſũt iuſtitię dei. Quæ iu
ſtitia p̄ fidẽ Chriſti manifeſtať in omnes cre-
dentes: in quibus nulla eſt diſtinctio: vtrũ ex
Iudæis an ex gentib⁹ credãt. Vide aũt qa ma
nifeſtat: de iuſtitia dei nõ vnã poſuit cauſam
tantũmodo fidei: ſed legẽ poſuit & p̄phetas:
qa neq̨ fides ſola ſine lege & p̄phetis manife-
ſtat iuſtitiã dei: neq̨ rurſus lex & p̄phetæ ſñ
fide. Alteꝝ ergo hęret ex altero: vt ſit ex vtro
q̨ pfectio. Nulla ingt diſtictio eſt inter Iudęos
et gręcos: cum cõſtet ex æquo oẽs ſub pc̃tõ fa
ctos eẽ; ſicut ſupra claruit: & nũc iuſtitiã dei
legis & p̄phetarũ teſtimoniis fultam p̄ fidem
Ieſu xp̄i ex ęquo oĩb⁹ datã: ex eo: ꝙ omnes ſub
pc̃tõ facti fuerãt alieni ſine dubio effecti ſũt ẽt
a glĩa dei ꝙ eam nec capere vllo gñe poterãt
nec mereri. Qũo eñ peccator auderet dare
glĩaꝫ deo: ad quẽ p̄pheta dicit? Peccatori aũt
dixit de⁹ q̃re tu enarras iuſtitias meas? & ite-
rũ alia ſcriptura dicit. Nõ ẽ ſpecioſa laus dei
ĩ ore peccatoris. Idcirco iuſtitia dei p̄ fidem Ie
ſu xp̄i ad oẽs pueniẽs q credũt ſiue Iudęi: ſiue
gręci: purgatos eos a priorib⁹ ſcelerib⁹ iuſtifi
cat: & capaces facit glĩę dei: & hoc nõ ex meri
tis eoꝝ nec pro operib⁹ facit: ſed gratis gloriã
pręſtat. Per redẽptionẽ (inqt) q̃ eſt in xp̄o Ie-
ſu. Videamus attẽtius qd ſibi velit redẽptio F
q̃ eſt in xp̄o Ieſu. Redẽptio dicit qd̃ dať hoſti
bus pro his quos ĩ captiuitate detinẽt: vt eos
reſtituãt priſtinę libertati. Detinebatur ergo
apud hoſtes hũani gñis captiuitas peccato tã
q̃ bello ſupata. Venit filius dei q factus eſt no
bis nõ ſolũ ſapiẽtia a deo: & iuſtitia: & ſancti-
ficatio: ſed & redẽptio: & ſemetipſuꝫ dedit re
dẽptionẽ: id eſt ſemetipſum hoſtib⁹ tradidit
ac ſitiẽtib⁹ eis ſuũ ſanguinẽ fudit. & hæc eſt
credẽtib⁹ facta redẽptio: ſicut & Petr⁹ in epła
ſua ſcribit dicẽs: qa nõ corruptibili argento:
vel auro redẽpti eſtis: ſed pretioſo ſanguine
vnigeniti filii dei. Hoc fortaſſis & Salomon
ſub myſterio deſignabat dicens. Redẽptio aĩę
viri p̄prię diuitię ei⁹. Si eñ reqras q̃ ſunt aĩæ
p̄priæ diuitię: inuenies ſapientiã diuitias ei⁹
eſſe: & iuſtitiã: & ſanctificationẽ. hæc autem
Chriſtũ eſſe dicit aplus. Chriſt⁹ ergo ẽ aĩæ di
uitiæ: & ideo ipſe eſt redẽptio ei⁹. Nã corpa-
les diuitiæ pnicies magis aĩę q̃ redẽptio eius
eẽ credẽdæ ſunt: niſi ad bonũ opus cõuerſę iu
ſtitiæ: & miſericordię fiant: & ex corpalibus
diuitiis ad animę diuitias transferantur.

Quẽ p̄poſuit de⁹ p̄pitiatorẽ p̄ fidẽ in ſãgui
ne ipſi⁹ ad oñſionẽ iuſtitię ſuæ p̄pter remiſſio
nẽ p̄cedẽtiũ delictoꝝ: in ſuſtentatione dei ad
oñſionẽ iuſtitiæ ei⁹ ĩ hoc tp̄e: vt ſit ipſe iuſt⁹
et iuſtificans eũ: qui ex fide eſt Ieſu Chriſti.

¶Cũ multa nos & admirãda docuiſſet ſctũs G
aplus de dño nr̃o Ieſu xp̄o: q̃ p̄ myſteriũ de eo
dicunť: hoc in loco eminẽti⁹ aliqd p̄tulit: qd̃
nõ facile ĩ aliis ſcripturæ locis arbitror ĩueni
ri. Nã cũ ſupius dixiſſet ꝙ p̄ omni gñe huma
no redẽptionẽ ſemetipſum dediſſet: vt eos q
in peccatorũ captiuitate tenebanť redimeret
dũ ſine dolo p̄ oĩb⁹ mortẽ guſtat: nũc addidit
aliqd ſublimi⁹ & dicit: qa poſuit eũ deus p̄pi
tiationẽ p̄ fidẽ in ſanguine ipſi⁹. Quo ſcilicet
p̄ hoſtiã ſui corpis p̄pitium hoĩb⁹ faceret deũ
et p̄ hoc oñderet iuſtitiã ſuã: dũ eis remitte-
ret p̄cedẽtia delicta q̃ peſſimis tyrãnis ſeruiẽ-
do cõtraxerãt: eo tp̄e quo ſuſtiebat: & patieba
tur de⁹ hæc fieri. Sed ad hoc patiebať: vt poſt
hęc idẽ in hoc tẽpore oñderet iuſtitiã ſuã. In
cõſũmatiõe etẽ ſęculi: in nouiſſimo tp̄e ma
nifeſtauit de⁹ iuſtitiam ſuam & redẽptionem
dedit eum quem p̄pitiatorẽ fecit. Ne forte ſi
pri⁹ p̄pitiatorẽ miſiſſet: & nõ tã multos hũa

ni generis repropitiaſſet deo q̄ ī his tēporibꝰ
quibꝰ iā mūdus repletꝰ videtur hoībus. Deꝰ
em̄ iuſtus eſt. Et iuſtus iuſtificare non pote-
rat iniuſtos. Ideo interuētū voluit eſſe ꝓpitia
toris: vt ꝑ eius fidē iuſtificarenť: qa ꝑ opera ꝓ
pria iuſtificari nō poterāt. Hæc quātū ad ſer
mōis ipꝰ explanationē ſpectāt p̄miſſa ſint: vt
apl'ica lectio euidētior fiat. Nūc autē vt nobis
moris eſt: qd interior ſenſus apoſtolici ſermo
nis cōtineat reqramus: & prio oīm qūo dictū
ſit: Quē ꝓpoſuit deꝰ ꝓpitiatoriū ſiue ꝓpitia
A torē ꝑ fidē in ſanguine eius. Certum eſt in oī
bus pene locis apoſtoli ſenſum ex legis: & pro
phetarū manare theſauris. Inqramꝰ ergo vbi
appellationē ꝓpitiatorii poterit inuenire: &
vnde hoc nomē aſſumpſerit. Memini in Exo-
do loquētem ad Moyſen & præcipiētem quæ
oporteat eum facere: Primo quidē mundare
archam & vectes eius: atqꝫ annulos ꝑ archę
latera fieri. Poſt hæc. Et facies inquit propiti
atoriū ex auro puro: duobus cubitis & ſemis
longitudinem eiꝰ: & vnū cubitū: & ſemis lati
tudinē eius: & facies duo cherubin aurea tor
nata: & ſuppones ea ꝑ ſingula latera ꝓpitiato
rii. Et facies vt cherubin duo ſint ex duobus
lateribꝰ eiꝰ extēdētia alas ſuas: & obumbran-
tia ſuꝑ ꝓpitiatoriū. Et facies eoꝝ cōtra ſe ſuꝑ
propitiatoriū erūt: & facies cherubin: & īpo-
nes ꝓpitiatoriū ſuꝑ archā: & in archā mittes
teſtimonia q̄ dabo tibi: & innoteſcant tibi in
de: & loquar ad te deſurſum ſuꝑ ꝓpitiatoriū
inter mediū duorū cherubin quæ ſunt ſuꝑ ar
chā teſtamēti ſecūdū opera quæ præcipiā ti-
bi ad filios Iſrael. Euidenter apparet ꝙ nomē
propitiatorii apl'us in his locis inuentum: in
ſuis nūc literis poſuit; de quo nobis ſermo eſt
Et videť propitiatoriū hoc de quo ſcriptū ē ī
Exodo ad nullū niſi ad ſaluatorē dūm retuliſ
ſe cū dicit; qa hūc poſuit deꝰ propitiatoriū ꝑ
fidē. Qūo huius ſane veri ꝓpitiatorii forma:
et figura fuerit illđ qđ in Exodo deſcribiť ex
auro puriſſimo factū: opereꝑ̄ciū eſt inueſtiga
B re. Et primo qdē conſyderandū eſt quibꝰ ī lo-
cis aurū: qđ in opere aſſumiť: aurū puꝝ dicať
qbꝰ vero ī locis aurū tm̄mō ſine vlla adiectio-
ne ponať. Qđ ego in pluribꝰ obſeruās: dep̄hē
diſſe mihi videor: ꝙ ſicubi cū adiectione auꝝ
purū diciť: īdicet ſanctā illā: & purā Ieſu aīaꝫ
q̄ peccatū nō fecit: nec inuentꝰ eſt dolus ī ore
eius: & ipſi cōueniant mēſurę iſtę longitudi-
nis ac latitudinis ꝓpitiatorii. Hęc q̄uis expla
nare ſit arduū: & aptare illi aīę ſāctę ſingl'a q̄-
qꝫ q̄ de ꝓpitiatorio referūť: primo ergo videa
mus ꝙ dicit longitudinem ꝓpitiatorii neqꝫ
duos ſolum cubitos habuiſſe: qui numerꝰ ſo-
ciandis generandiſqꝫ aptari corporibꝰ ſolet.
neqꝫ tres integros: q nūerus excedere appellatio
tionem creaturę cōſueuit: & naturę in corpo
re conſecrari. Duos ergo cubitos: & dimidiū
longitudinē dicit ꝓpitiatorii: & vnū ac dimi
diū latitudinen. Qđ ſi audire in tabulis fas
eſt: qm̄ dicit idē apl'us de Chriſto ꝙ dei: & ho
minū mediator eſt: videť mihi īter deū & ho
minē media hæc eſſe aīa: quæ inferior qdē ſit
a trinitatis natura minꝰ aliquid habēs: nec ta
men: cum inde infra ſit: duali numero qui in
corpore poſitus deputatur: abſqꝫ eximia &
pręcellēti virtutum ſuarū eminētia miſceať.
Hoc em̄ oſtendiť ꝙ menſura eius ſupra duos
habere aliquid deſignauit: licet minus tribꝰ.
Sed & ꝙ latitudo eius vnum & dimidiū me-
morať cubitū habere. Propterea qdē de mo-
nade hac ſingulari qd vaſtiꝰ deſcribitur: non
tamen ex toto in dualem numerum: q īterdū
etiā ꝓ immūdis poniť: creuiſſe. Quis em̄ car
nē naturæ nr̄ę ſuſciperet: ex incōtaminata tn̄
virgine aſſumpta: & caſta ſancti ſpūs opatiōe
formata eſt. Propterea ergo & apoſtolꝰ de me
diatore diſſerens; euidenti diſtinctione ſigna
uit dicēs. Mediator dei & hoīm hō Chriſtꝰ Ie
ſus. Quo ſcilicet mediatorem nō ad deitatē C
Chriſti: ſed ad humanitatē q̄ eſt eiꝰ aīma refe
rendum doceret. Lōgitudo ergo ponitur eiꝰ
& latitudo. Lōgitudo illud ſignificat qđ ten-
dit ad deum: trinitatiqꝫ ſociať. Latitudo qđ ī
ter hoīes: qui latam ſpatioſamqꝫ viam incede
re ſoleant: conuerſať: & ideo mediatoris recte
nomine nūcupať; quia vt diximus aīma hæc
ſancta media qdem fuit inter diuinitatē tri-
nitatis: & fragilitatē humanitatꝭ. Hæc ergo ī
telligi pōt ꝓpitiatoriū ſcđm ea q̄ ſupra dixi-
mꝰ: cui ſupponi dicunť duo cherubin: vnꝰ ex
latere hoc: & vnꝰ ex latere altero. Cuius ergo
formam duo iſta cherubin habere exiſtimāda
ſunt? Cherubin em̄ in noſtrā linguā interp̄ta
tū plenitudinē ſciētiarum ſignificat. Vbi er
go dicimus plenitudinē ſcientiarū: niſi in eo
de quo dicit apoſtolꝰ: In quo ſunt omnes the
ſauri ſapientię & ſcientię abſcōditi? De verbo
dei vtiqꝫ hęc dicit apoſtolꝰ. Sed & de ſpū ſan-
cto ſil'ia ſcribit cū dicit. Nobis aūt reuelauit
deus ꝑ ſpūm ſuum. Spūs em̄ oīa ſcrutatur:
etiā alta dei. Significat igiť vt ego arbitror ī
iſto ꝓpitiatorio: hoc ē ī aīma Ieſu verbū dei q
eſt vnigenitꝰ filius: & ſpūm eiꝰ ſanctū ſemꝑ ha
bitare: & hoc ē qđ īdicant duo cherubin ꝓpi
tiatorio ſuppoſita. Sed & illđ obſerua; ꝙ nō di D
xit cherubin vnum ex latere dextro & cheru
bin aliđ ex latere ſiniſtro: ſed ait cherubī vnū
ex latere hoc: & cherubin aliđ ex latere altero

vt oſtenderet in illo ꝓpitiatorio: hoc eſt ĩ anima xpi: ſiniſtrũ nihil fuiſſe. Sunt aũt & pennata duo hæc cherubin: & nõ ſolũ pennata: ſed et alas ſuas pandẽtia. Si qs ſanctoꝝ ſummũ habere a deo teſtimoniũ meruit: dictũ ẽ: ꝙ deus eẽt cũ eo: ſicut ad Ieſum Naue dr̃: Et erat de⁹ cũ ipo: ſicut fuit cũ Moyſe famulo ei⁹. Sic ubi vero pollicitatio maioris a deo muneris datur: dicit̃: Et ero in eis: & ambulabo inter eos. Nullã vero ĩter hoĩes ita beatã: & ita excelſam reperies animã niſi hanc ſolã: ĩ qua tãtũ latitudinis: tm̃ capacitatis inuenit verbũ dei: & ſpũs ſanctus: vt nõ ſolũ habitare: ſed & alas expandere: & nouo ſacramẽti ritu aliquãdo etiã volitare dicat̃. Faciẽ quoqꝫ cõtra ſe inuicẽ ſup hanc beatã animã Cherubin vtraqꝫ habere dicunt̃: ꝓ qđ cõſors ei: & cõſonus a filio dei: & a ſpũ ſancto diuinitatis penſus ĩfundit̃. Vbi aũt ſupponit̃ hæc aĩa deo plena: in q̃ cõplacuit habitare oẽm plenitudinem deitatis: Sup archã inqt teſtamẽti. Põt archa teſtamẽti ſancta eius caro: in qua beata hęc aĩa collocat̃: intelligi: hñs in ſe teſtimonia dei: quę intelligunt̃ Chriſti qs in carne ptulit paſſiones diuinis olim p̃dicata teſtimoniis. Poſſunt ẽt virtutes cæleſtes ĩtelligi archa dei: quę & ipę capaces qdẽ dei ſũt verbi & ſpũs ſancti. Sed p̃ponitur ei aĩa Ieſu: & ipa quodãmodo mediatricẽ gratiã diuinæ largitionis accipiũt. Poſt hęc & innoteſcã tibi(ĩqt) inde: & loquar ad te deſup de ꝓpitiatorio. Non ſolũ Moyſi: ſed vnicuiqꝫ ſanctorũ q famul⁹ dei eſt: nõ aliũde innoteſcit de⁹: nec aliũde cognoſcit̃: niſi de ꝓpitiatorio iſto: qđ ſupra expoſuim⁹: & de medio cherubin. Hoc & Abacuc propheta ſignificat vbi dicit. In medio duorũ aĩaliũ cognoſceris: dũ appropinquãt anni cognoſceris: & cum affuerit tẽpus oſtenderis. Nemo ẽm ſcit patrẽ niſi fili⁹: & cui voluerit fili⁹ reuelare. Sed & Paul⁹ dicit: qđ nobis reuelauit deus p ſpiritũ ſuũ. Propterea ergo dicit ꝙ innoteſcã tibi inde & loqr tibi deſup ꝓpitiatorio inter duo cherubin q̃ ſũt ſup archã teſtamẽti. Puto aũt ꝙ nõ importune ea quæ de Exodo aſſumpſimus explanata ſint: vt euidẽs fieret ſenſus qũo apl'us in pñti loco ꝓpitiatorii nomẽ aſſũpſerit cum dicit: quẽ ꝓpoſuit de⁹ propitiatoriũ p fidẽ. Sed & hoc ipꝫ qđ dixit ꝓpoſuit: magis de aĩa Ieſu q̃ de deitate ei⁹ dictũ ſentietur Propoſuit ẽm intelligit̃ quaſi pri⁹ poſuit: hoc eſt pri⁹ q̃ eẽt. Qđ ẽm eſt ponit̃: qđ nõdũ eſt ꝓponit̃. Nõ ergo cõuenit de eo q ſemp erat: id eſt de verbo dei: dici: qa ꝓpoſit⁹ eſt. Sed de aĩa ei⁹: q̃ licet inſepabilis a verbo dei: creata tamẽ eſt: & vnigeniti deitate poſterior. Nec incõuenienter videbitur de ea dictum: ꝙ anteq̃ eẽt ꝓpoſita eſt: & pręordiata vt eſſet ꝓpitiatoriũ.

Quia ergo ſcđm ea quę ſupra expoſuimus Ieſum Chriſtũ ꝓpoſuit de⁹ ꝓpitiatoriũ p fidem in ſanguine eius: neceſſariũ videtur requirere de diuinis legibus q̃ ſit ꝓpitiatio quę p ſanguinẽ fiat: vt ex his colligere poſſimus qũo etiam p ſanguinem Ieſu ꝓpitiatio facta ſit. Scriptũ eſt in Leuitico poſt põtificis hoſtiam. Qꝫ ſi oĩs ſynagoga Iſrael ignorauerit: & latuerit ſermo ab oculis eius: & fecerit vnũ de mãdatis dñi: q̃ nõ fiet & deliquerit: & ĩnotuerit eis peccatũ qđ peccauerũt: adducet ſynagoga vitulum ex bobus pro peccato. & poſt pauca. Et inferet ſacerdos q vnctus eſt ex ſanguine vituli ĩ tabernaculũ teſtimonii. & poſt pauca iteꝝ. Et faciet (inqt) vitulum quemadmodũ fecit vitulũ ꝓ peccato: & repropitiabit ꝓ his ſacerdos: & remittet̃ eis. Per ſanguinẽ vero repropitiat ſacerdos pro oĩ ſynagoga vt remittatur eis. Requiramus nunc ſingula q̃qꝫ noĩa quę de ſaluatore ſcripta ſunt: & ĩ ſingulis appellationib⁹ quæ ſint quæ deſignent̃ diligẽti⁹ cõtẽplemur. Inuenies igit̃ q̃mqdẽ in ipſo cõplacuit habitare oẽm plenitudinẽ diuinitatis corporaliter eſſe ipm̃: & ꝓpitiatoriũ: & põtificẽ: & hoſtiã: q̃ offert̃ ꝓ populo. & qdem de ꝓpitiatorio iã ſatis dictũ. Sed & de põtifice euidenter Dauid in pſalmo: & apoſtolus Paulus ad Hebręos ſcribit. Qꝫ aũt ſit & hoſtia: teſtatur Ioãnes dicẽs. Hic eſt agn⁹ dei q tollit pctã mũdi. Scđm hoc ergo ꝙ hoſtia eſt: profuſiõe ſanguinis ſui ꝓpitiatio efficitur in eo ꝙ dat remiſſionem pręcedentiũ delictorũ. Quæ tñ ꝓpitiatio ad vnũquẽqꝫ credẽtiũ p viã fidei venit. Niſi ẽm daret remiſſionẽ p̃cedentiũ delictorũ ꝓpitiatio nõ ꝓbaret̃ effecta. Cum vero remiſſio peccatorũ tribuat̃: certũ ẽ ꝓpitiationẽ effuſionem ſacri ſanguinis adimpletã. Abſqꝫ ſanguinis ẽm effuſione (ſicut apl'us dicit) nõ fit remiſſio peccatorũ. Verum ne Paul⁹ tibi ſolus ꝓpoſuiſſe ꝓpitiationis nomen videat̃ in Chriſto: audi qũo & Ioãnes cõſono de hoc ſenſu loquatur cũ dicit: Filioli mei hęc ſcribo vobis: vt nõ peccetis: & ſi qs peccauerit aduocatũ habem⁹ apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum: & ipe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. Non ſolũ aũt ꝓ nr̃is ſed & ꝓ vniuerſo mũdo. Vno igit̃ eodẽqꝫ ſenſu apl'i ꝓpitiatoriũ vel ꝓpitiationem: velut in latinis codicib⁹ frequẽtius ĩuenitur: propitiatorem nominant Chriſtum. Sed nihil intereſt ſiue propitiator ſiue ꝓpitiatoriũ: ſiue ꝓpitiatio: ſiue etiã exoratio ſcriptũ ſit: cũ apđ græcos vno ſemp eodemqꝫ ſermone proferatur. Niſi forte videat̃ qbuſ

dam ꝓpitiatio ipſa ei⁹ diuina ſubſtantia. Pro
pitiator vero cū diſpēſationes in hoīb⁹ explet
ītelligi. Sed & qđ dixit Ioānes: quia ipſe eſt ex
oratio ſiue ꝓpitiatio pro ꝑccatis nr̄is: nō ſo
lum pro nr̄is: ſed & ꝑ vniuerſo mūdo: quędā
nobis intuliſſe videt̄ augmēta myſterii: vt oñ
dat Ieſum ꝓpitiatorem eſſe nō ſolū credētiū
veꝝ & totius mundi. Nō tñ pri⁹ mūdi & tūc
noſtrū: ſed prius nr̄m: & ita demū toti⁹ mūdi.
Quis eñ vniuerſa creatura gratiā redēpto
ris expectet: vnuſqſq tñ veniet ī ſuo ordīe ad
ſalutem. Hoc indicari arbitror & in Leuitico
vbi repropitiationis hoſtię p pōtificē mādāt̄
offerri. Nec tñ ī his ſacrificiorū cōfuſus ordo
ꝓponitur. Sed primo qdē dicit q̄ ſit ꝓpitiatio
et qualis hoſtia ſi ſacerdos ꝑccauerit offerat̄.
Scđo ſi oīs ſynagoga deliquerit per ignorātiā
cuiuſmodi victimis placet̄ deus. Tertio ſi pri
ceps ꝑccauerit: quo ordine purificād⁹ ſit ſcri
bitur. Quarto ſi anima vna ꝑccauerit: etiā de
hoc qui ſit expiandi ritus exponit̄. Quę ſingu
la myſtico ītellectu p figurā Chriſti ꝓpitiatio
nem nō ſolū pro ꝑccatis nr̄is: ſed ꝑ vniuerſo
mūdo certis qbuſq ordinib⁹: & modis: cauſiſ
ꝙ deſignant. Siqs tñ hęc ſcđm illā reuelatio
nē: quæ Moyſi in mōte demōſtrata eſſe dicit̄
ſancto ſpū illuminatus aſpiciat: fit ergo p re
propitiationē ſanguinis Chriſti remiſſio pce
dētiū delictorū ī ſuſtētatione dei ad oſtēſionē
iuſtitię ſuæ. Suſtentatio dei eſt: vbi ꝑccator
nō ſtatim punit̄: vt peccat: ſed ſcđm ꝙ ibidē
apoſtolus dixit: per patiētiam dei adducit̄ ad
pœnitētiā. & in hoc oſtendere dicit̄ iuſtitiam
ſuā de⁹. Bñ aūt addidit in hoc tpe. Præſentis
enim ſeculi tēpore in ſuſtētatione eſt iuſtitia
dei: futuri vero in retributionem. Iuſtū nam
ꝙ apud deū viſum eſt: vt quia futurū ſęculū
ad iudiciū ſtatuerat: pn̄s ſuſtētationi & patiē
tiæ deputare. Nam ſi puniret in hoc tēpore
ꝑccatorē: iuſtum non videt̄ iteꝝ ad iudiciū
quē punierat euocare. Si vero ſuſtentet & pa
tiatur in præſenti ſęculo: recte erit iuſtus iu
dex in futuro. Iuſtificat ergo eum qui ex fide
eſt: ſicut & de Abrahā ſcriptum eſt: quia cre
didit Abraham deo: & reputatum eſt ei ad iu
ſtitiam. Qꝫ ſi Abraham credidit: & ex fide iu
ſtificatus eſt: cōſequens ſine dubio erit: vt &
nunc qui credidit deo per fidem Ieſu Chriſti
iuſtificetur cum fideli Abraham.

Vbi ē ergo gl'iatio tua? Excluſa eſt. Per quā
legē? Operū? Nō: ſed p legē fidei. Arbitramur
eñ iuſtificari hoīem p fidē ſine operibus legis
Ulteꝝ ac ſępi⁹ cōmonem⁹ eos q ſcripta Pauli
diligētius aduertere cupiūt: diſtinctionē illā
quā ſupra dixim⁹ obſeruare tenaci⁹: quo nūc
circūciſionis cauſam nūc ꝓputii id eſt iudæo
rū vel gētiliū: diſcreto ſemꝑ tramite ꝓſequa
tur. Si. n. paululū qd fugerit legentē: cōtinuo
anguſta hæc intelligentię ſemita ꝑturbabitur
Igitur cū ſuperius oſtēdiſſet apoſtolus qd eēt
amplius iudęo: aut quę vtilitas circūciſionis
& docuiſſet qa primis credita ſunt illis eloqa
dei: & p hęc viſus fuiſſet extollere eorū iactan
tiam: qua aduerſus gentiles erigi ſolēt: & rur
ſum contra hæc in ſequentibus obieciſſet iuſti
tiā dei per fidē Ieſu Chriſti eſſe in oēs qui cre
dūt: neq habere aliquā diſtinctionē: ſed oēs
deliqſſe: iudæos: & græcos: & egere gloria dei
& iuſtificari per gratiā ac redēptionem q̄ eſt ī
Chriſto Ieſu: ipſumq eē ꝓpitiatoriū per fidē &
iuſtificari ab eo qui ex fide eſt: nunc iam velut
cōcluſionē aſſertionum ſuarum ponēs in hoc
loco dicit. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa
eſt. per quā legē? operū? Nō: ſed p legē fidei: Ar
bitramur eñ iuſtificari hoīem p fidē ſine ope
rib⁹ legis. Et dicit ſufficere ſoli⁹ fidei iuſtifica
tionem: ita vt credēs qs tantūmodo iuſtificet̄
etiā ſi nihil ab eo operis fuerit expletum. Immi
net igitur nobis qui integrā eſſe ſcripturam
apoſtoli conamur aſſerere: & ordine ſuo cūcta
conſtare: vt requiramus qs ſine operib⁹ ſola fi
de iuſtificat⁹ ſit. Quantum igitur ad exemplū
ꝑtinet: ſufficere arbitror illū latronem qui cū
Chriſto crucifix⁹ clamauit ei de cruce. Dñe Ie
ſu memēto mei cū veneris in regnū tuū. Nec
aliud quicq̄ deſcribitur boni operis ei⁹ in euan
geliis. ſed ꝓ hac ſola fide ait ei Ieſus. Amē dico
tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Aptemus
nunc ſi videtur hui⁹ latronis verba cauſę apo C
ſtoli Pauli: & dicamus ad iudęū. Vbi eſt ergo
gloriatio tua? Certū qa excluſa eſt: excluſa aūt
nō p legē operū: ſed p legem fidei. Per fidē eñ
iuſtificat⁹ eſt hic latro ſine operib⁹ legis: quia
ſuper hoc dominus non requiſiuit quid prius
operatus eēt: nec expectauit quid operis cum
credidiſſet expleret: ſed ſola confeſſione iuſti
ficatum comitemq ſibi paradiſum ingreſſu
rus aſſumpſit. Sed & mulier illa quæ in euan
gelio ſecundum Lucam refertur: quia cum co
gnouiſſet ꝙ Ieſus recubuit in domo phariſęi:
attulit vas vnguenti: & ſtans retro ad pedes
eius ac flens lachrymis lauit pedes eius: & ca
pillis capitis ſui derterſit: & oſculabatur: atq
vngebat vnguento. Videns autem phariſęus
qui eū vocauerat: dixit intra ſemetipſum. Hic
ſi eſſet propheta ſciret vtiq quæ & qualis eſt
mulier quæ tangit pedes eius: quia peccatrix ē
Ieſus aūt dixit ad eum parabolam quingento
rū vel qnquaginta denariorū: & ex nullo legis
ope ſed ꝓ ſola fide ait ad eam. Remittūtur tibi

peccata tua.& iterũ. Fides tua te ſaluã fecit:va
de in pace. Sed & in multis euãgelii locis hoc
ſermone vſum legimus ſaluatorẽ: vt credẽtis
cauſam dicat eſſe ſalutis eiꝰ. Ex qbꝰ oĩbꝰ claret
ꝙ recte arbitrat̃ apl'us iuſtificari homĩem p fi
dẽ ſine opibꝰ legis. Sed fortaſſis hęc aliquis au
diẽs reſoluat̃: & bñ agẽdi negligẽtiã capiat: ſi
qdẽ ad iuſtificãdũ fides ſola ſufficiat. Ad quẽ
dicemꝰ: qa poſt iuſtificationẽ ſi iiuſte qs agat
ſine dubio iuſtificatiõis grãm ſpreuit. Neqꝫ
ob hoc qs accipit veniã peccatorũ: vt rurſum
ſibi putet peccandi licentiã datã. Indulgentia
nãqꝫ nõ futurorũ: ſed p̃teritorũ criminũ dat̃.
D Igit̃ vt ad ꝓpoſitũ redeamus iuſtificat̃ homo
p fidẽ: cui ad iuſtificandum nihil conferunt
opa legis. Vbi vero fides nõ eſt: quę credẽtẽ iu
ſtificet: etiã ſi opa qs habet ex lege: tñ qa non
ſũt ędificata ſupra fũdamẽtũ fidei: q̃uis vide
ant̃ eẽ bona: opatorẽ ſuũ iuſtificare nõ pñt: ſi
eis deeſt fides: q̃ ẽ ſignaculũ eorũ q iuſtificãt̃
a deo: ſicut ſupra diximꝰ: qa credidit Abrahã
deo: & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. Tãtũ eſt: vt
is q iuſtificat̃ p gratiã fidei: dicat ſecũdũ Pau
lũ: qa grã dei q̃ data eſt mihi inanis non fuit.
Excludit̃ ergo oĩs gloriatio q̃ ex legis opibus
venit. Et vt adhuc manifeſtius fiat qđ dicimꝰ
exẽplũ dabimꝰ ex his q̃ in euãgelio ſcripta ſũt
vbi aſcẽdit Phariſſæus: & publicanꝰ ad tẽplũ
dei: & ſtans (inqt) Phariſſęus in medio dice
bat. Deus grãs ago tibi qm̃ nõ ſum ſicut cęte
ri hoĩes raptores: iniuſti: adulteri: ſicut publi
canus iſte. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do
oĩm q̃ poſſideo: & reliqua. & hæc fortaſſis ve
re dixerit: ſed ſecundũ dñi ſententiã iactãtiæ
morbo corruptus nõ deſcẽdit iuſtificatus de
templo. Talis ergo gloriatio: quę veniebat ex
opibꝰ legis: qa nõ habet hũilitatẽ crucis Chri
ſti. In qua q gloriat̃ audi qd dicit. Mihi aũt ab
ſit gloriari niſi in cruce dñi nr̃i Ieſu Chriſti: p
quẽ mihi mũdꝰ crucifixus ẽ: & ego mũdo. Vi
des aplm̃ nõ gloriãtẽ ſup iuſtitia ſua neqꝫ ſup
caſtitate: neqꝫ ſup ſapientia: neqꝫ ſup cæteris
virtutibꝰ vel actibꝰ ſuis: ſed aptiſſime ꝓnũtiã
tẽ & dicẽtẽ. Qui gloriat̃ in dño glorief. & ſic
excluſa eſt Iudaica gloriatio: nõ p legẽ operũ:
ſed p legẽ fidei: quę eſt in Chriſto Ieſu: in cuiꝰ
cruce gloriat̃ apl'us. Quis eñ recte vel ſup ca
ſtitate ſua gloriabit̃: cũ ſcriptũ legat: qa ſi qs
aſpexerit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eã iã mœ
chatꝰ eſt eã in corde ſuo? Vñ & ꝓpheta dicit.
Qũo gloriabit̃ qs caſtũ ſe habere cor? Aut qs
gloriabit̃ ſup ſapientia cũ Chriſtũ videat: qa
mundus per ſapientiã nõ cognouit deum? &
ideo placuit deo p ſtultitiam prædicationis
ſaluos facere credentes. & iterũ. Quæ ſtulta
ſunt mundi elegit deꝰ: vt confundat ſapiẽtes.
Quis autẽ vel ſup iuſtitia ſua gloriabitur: cũ
audiat deum per prophetam dicentem: quia
omnis iuſtitia veſtra ſicut pãnus mulieris mẽ
ſtruatæ? Sola igit̃ iuſta gl'iatio eſt in fide cru
cis Chriſti: quæ excludit oẽm illam gloriatio
nẽ: quæ deſcendit ex operibꝰ legis. Hæc autẽ a
nobis dicta ſunt ꝓ eo ꝙ tãq̃ interrogãs dixit
apoſtolꝰ. Vbi eſt ergo gloriatio tua? & ad hęc
ſibi ipſe reſpondit: excluſa eſt. Et rurſum q̃ſi
ipſe interroget ait: p quã legẽ? operũ? & rñdit
ſibi ipſi. Non: ſed p legẽ fidei. Arbitror eñ iu
ſtificari hoĩem p fidẽ ſine operibꝰ legis. De his
ſupius dixit. Qꝫ vero etiã in pñti loco duarũ
legũ facit iterũ mentionẽ: & dicit legẽ operũ:
& legem dei: cõſydera etiã ipe qui legis: vtrũ
ad legẽ Moyſi: & legẽ naturalẽ ſermo hic de
beat inclinari: an ad legẽ literę & legẽ ſpiritꝰ.
qa lex literæ occidit: & mortem operatur. lex
autem ſpiritus liberat a lege peccati & mor
tis. Vnde & conuenienter in conſequentibus
ponit.

An Iudęorum deꝰ tm̃? Nõne & gentiũ? Im
mo & gẽtiũ. Qm̃ qdẽ vnꝰ deꝰ q iuſtificat cir
cũciſionẽ ex fide: & præputium per fidem.
¶His qdẽ q aliũ volunt eſſe Iudęorũ deũ: & a E
liũ gẽtiũ: id eſt aliũ legis: & aliũ euangeliorũ:
ſatis de hoc anguſta: & arcta reſpõſio ab apo
ſtolo Paulo pręſtat̃. Satis oñdit ſentẽtiã ſuã: cũ
nõ ſolum vnũ dicat eſſe deũ Iudęorũ: & gẽtiũ
ſed & addat ꝙ idem atqꝫ ipſe ſit qui iuſtificat
circunciſionẽ ex fide: & p̃putiũ p fidẽ. Qꝫ & ſi
circũciſionẽ p allegoriã ſuſcipe voluerint: ita
vt ſanctos & ſpiritales quoſqꝫ ab eo circũciſio
nem dicant eſſe appellatos: ſtatim in conſequẽ
tibus inueniẽt obiicere. Si eñ circũciſionem
ſanctos velut illi nominant ſpiritales appella
uit conſequens eſt vt pręputiũ peccatores di
xerit: quos ille aĩales vocat. Et qũo cõueniet:
vt bonꝰ deꝰ pariter ſpiritales: aĩmaleſqꝫ iuſtifi
cet? Illis ergo in his apoſtoli ſermonibus no
dus inextricabilis erit. Scdm̃ nos vero qui cir
cũciſionem eos qui ex Iudæis crediderũt: & p̃
putiũ eos nihilominꝰ q ad fidẽ ex gẽtibus vo
cati ſunt dicimꝰ: plana erit & facilis expoſitio
Idẽ eñ ipſe deus ex vtroqꝫ pop'lo credẽtes nõ
circũciſiõis aut p̃putii priuilegio: ſed ſoliꝰ fi
dei cõtẽplatiõe iuſtificat. Supeſt & vniꝰ ſylla
bę differẽtia: in qua variaſſe videtur apoſtolꝰ.
Non nos otioſe prętereat qđ dicit: ꝙ circũci
ſionẽ iuſtificet ex fide & nõ p fidẽ: p̃putiũ vero
p fidẽ: & nõ ex fide. Nõ .n. mihi videt̃ ſupflua
apđ eũ hẽri iſta p̃põnũ cõmutatio: qa ĩuẽimꝰ
ab eo & ĩ aliis locis nõ vt libꝫ: ſꝫ obſeruãter hęc
poſita: & neceſſario dr̃iam diſtinctiõis huius

eſſe ſeruatam:ſicut cum de deo loquẽs dicit: Qm̃ ex ipo:& p ipſum:& ĩ ipo ſũt oĩa:& iterꝫ alibi dicit.Sicut eñ mulier ex viro:ſic & vir p mulierẽ.Oĩa aũt ex deo.Tale ẽ & qđ ad corin thios ſcribit.Alii qdẽ per ſpũm daẗ ſermo ſa⸗ piẽtię:alii ſermo ſciẽtię ſcđm eũdẽ ſpũm.Alii fides ĩ eodẽ ſpũ.Et nõ ſol⁹Paul⁹apl'us harꝫ di ſtictionũ obſeruãtias tenet:ſed& Ioãnes.Qui cũ de verbo dei dicat:qa oĩa p ipm facta ſunt: vitã nõ per ipſum:ſed in ipſo factã eſſe teſtaẗ dicẽs.Qđ factũ eſt in ipſo vita erat:& quoniã mltũ ẽ:vt ea q̃ nũc exẽpli cã ꝑtulim⁹exponaẗ ſenſum eorũ ꝑ captu nr̃o breuiter colligam⁹. Cũ dr̃ ex ipſo:principale aliqd hui⁹ꝑpoſitiõis indicio videẗ oñdi.Cũ vero p illũ dicit: ſequẽ tis cauſæ:id eſt eius q̃ poſt principale eſt ĩtel⸗ ligẽtiæ deſignatur.vt verbi gratia dicamus qđ ait:Ex ipſo & p ipſum & in ipo ſunt oĩa. Ex ipſo primo creationis oĩm:& hoc ipſũ qđ⸗ ꝙ ſunt ex deo eẽ cœperũt:ſignificãtiã dedit. Pr ipſum:ꝙ ea q̃ prius facta fuerant regunẗ: et diſpẽſanẗ p eũ a quo ſubſiſtẽdi ĩitiũ trahũt. In ipſo:ꝙ hi qui iã correcti:& emẽdati ſunt: in ipſius pfectione cõſiſtũt.Sic ergo hęc pleniſ ſime rõis tenere differẽtias edocemur: vt ꝙ ſubſiſtim⁹ ex deo habere dicamur.Qꝫ diſpẽ⸗ ſamur & regimur:p ipſuꝫ fieri deſigneẗ. Qꝫ vero ĩ ſũma pfectiõis cõſiſtimus:in ipo eſſe de clareẗ.Põt & in pñti loco talis quędã obſerua ri differentia:vt circũciſio q̃velut primo loco et ordine iuſtificaẗ:ex fide:& nõ p fidẽ iuſtifi cãda memoreẗ.Pręputiũ vero qđ in ſcđo loco ad iuſtificationẽ trahiẗ:nõ ex fide:ſꝫ p fidẽ iu ſtificandũ dicaẗ.Puto aũt ꝙ & in ea differen⸗ tia quã ſupra dixim⁹:ſicut eñ mulier ex viro ita & vir p mulierẽ:pleni⁹ iſta deſigneñt.Pri⸗ mo etem̃ loco vir eſt:ex quo deſcẽdere mulier diciẗ:& nõ p virũ.Secũdo vero in loco p mu⸗ lierẽ vir:qa mulier miniſtrare quodãmodo vi deẗ auctori viro:& ideo per mulierẽ vir diciẗ naſci & nõ ex muliere.Sed fortaſſis occurrat aliqs huic de muliere & viro expoſitiõi nr̃ę:& obiiciat illđ qđ dixit apl'us de Chriſto: Factũ ex muliere factũ ſub lege:& nõ dixit factũ per mulierẽ.Cui hoc mõ reſpondẽdum puto.De omni qdẽ hoĩe cõueniet dici ꝙ p mulierẽ fa⸗ ctus ſit:qm̃ quidẽ priuſq̃ per mulierẽ naſcere tur ex viro accepit exordiũ.Chriſt⁹vero q nõ ex ſemine viri carnis ſuę ſumpſit originẽ: me rito ex muliere fact⁹diciẗ.Ipſi nãq;:id ẽ mulie ri:& ipa principalis origo carnis ei⁹ aſcribiẗ: et recte nõ p mulierẽ:ſed ex muliere factus ab apoſtolo memoraẗ.Iuſtificabit ergo vnus at⸗ ꝙ idem deus circũciſionẽ ex fide & ꝑputiũ p fidẽ.Qꝫ ſi reqrat aliqs curioſius:ii qui ex fi⸗ de iuſtificanẗ p quẽ iuſtificenẗ:& rurſum ii q p fidẽ iuſtificanẗ ex quo iuſtificenẗ: licet for⸗ taſſis multa in hoc curioſitas videaẗ:tñ cõue nienter dicere poſſumus:ꝙ qui ex fide iuſtifi canẗ:initio ex fide ſumpto:p adimpletionẽ bo norũ operꝫ cõſũmanẗ:& q p fidẽ iuſtificanẗ/a bonis operibus exorſi p fidẽ ſummã perfectio nis accipiũt.Ita vtrũqꝫ ſibi adhærens alterum ex altero conſũmaẗ:& ꝑpterea puto apoſtolũ ſtatim in cõſequẽtibus poſuiſſe.

Legem ergo euacuam⁹ per fidem? Abſit:ſed legem ſtatuimus.

¶Qm̃ in ſuperioribus ad fidẽ cũcta viſus ẽ re B uocare:ipe ſibi qđ ab alio aliquo ꝑponi poſſet obtẽdit:& dicit:ſi p fidẽ iuſtificaẗ hõ & nõ ex opib⁹legis:et ſi de⁹circũciſionẽ ex fide iuſtifi⸗ cat:& ꝑputiũ p fidẽ:legẽ ergo Moyſi o Paule deſtrues p fidẽ? Sed ad hoc ipſe rñdens dicit. Abſit.Immo legẽ ſtatuimus:hoc eſt cõfirma⸗ mus.Sed operępretiũ eſt videre qũo legem ſe cõfirmare ꝑnuntiet:qui in ſupiorib⁹dixerit: qa nõ iuſtificeẗ homo ex operib⁹ legis.Salua⸗ tor ĩ euãgeliis dicit:qa Moyſes de me ſcripſit Qui ergo nõ credit xp̃o:de quo Moyſes ſcri⸗ pſit in lege:deſtruit legẽ.Qui aũt credit xp̃o de quo Moyſes ſcripſit:legem confirmat p fi⸗ dẽ:quia credit in Chriſtũ.Fidere aũt dicim⁹ in patrẽ & filiũ & ſpũm ſanctũ:qui integram ſubſtãtiã:plenã:pfectã:q nihil diuerſũ nil diſ⸗ crepãs aut extraneũ in trinitate profitetur. Nam Marcion qui alium deum dicit legis:ali um patrẽ Chriſti:per fidem ſuã non ſtatuit: neqꝫ cõfirmat:ſed deſtruit legẽ.Hoc & Ebion facit:hoc & omnes q in fide catholica aliquid corruptionis interſerũt.Ego etiã illud conue nienter adiiciam:ꝙ omnis qui credens Chri ſto bene agit:& cõtinet ſe ab oĩmi macula pec cati:hic legẽ dei recte viuẽdo confirmat.Qui vero pceps peccatorũ vitiis agiẗ: & ſine vllo pœnitẽdi retinaculo aſſiduitate ſcelerũ macu latur:hic etiam ſi credere Chriſto videaẗ:p fi C dem ſuam nõ ſtatuit:ſed deſtruit legem. Sed et illa nequaq̃ nobis prætereunda videẗ obie ctio:quã proferre quis põt:& dicere ꝙ cõtra ria ſibi ſcribere videatur apoſtolus:cũ in præ ſenti quidem loco dicit:nõ deſtruit legem:ſed cõfirmat.In ſecũda vero ad corĩthios ita ſcri bit: Qꝫ ſi miniſteriũ mortis in literis forma⸗ tũ in lapidibus factũ eſt ĩ gloria:ita vt nõ poſ ſent intendere filii iſrael in faciem Moyſi pro⸗ pter gloriam vultus eius quę deſtruitur:quo modo nõ magis miniſteriũ ſpũs erit ĩ gl'ia? Et paulopoſt.Si eñ qđ deſtruiẗ p gloriã eſt:mul to magis quod manet in gloria eſt. Dici ergo poteſt ꝙ gloria vult⁹moyſi q̃ deſtruiẗ:& hoc

qđ dícit:Si eñ qđ deſtruiť p gl'iaȝ:cõtraria di deri huic ſentẽtię: q̃ ꝓnũtiat nõ deſtruim⁹ le gẽ p fidẽ:ſed ſtatuimus & cõfirmam⁹.Sed íñ poſſum⁹hoc mõ qđ íntẽtať abſoluere.Nõ eſt idẽ qđ dixit:legẽ deſtruim⁹:& lex deſtruitur. Paulus ergo in pñti loco hoc ꝓnũtiat ꝙ legẽ ipſe nõ deſtruat.Nã etſi deſtruiť lex:p eã q̃ ſu peminet gl'iam:nõ p Paulũ neq; p aliũ aliquẽ ſanctorũ deſtruiť.Vñ & ipſe dñs dicebat.Nõ veni ſoluere legẽ:ſed adimplere.Nullus ergo ſanctorũ:nec ipſe dñs deſtruit legem:ſed gl'ia ei⁹ tpalis:& ptrãſiẽs a gl'ia ęterna:& pmanẽte deſtruiť & ſupať.Vñ vide q̃ caute:& pſpica-citer apl'icæ legẽdæ ſint lr̃ę.Nõ dixit:neq; eñ gl'ificatũ eſt qđ gl'ioſũ factũ eſt:& ſiluit.Alio-

E gn falſũ videreť.Quo eñ qđ gl'ioſum eſt nõ eſſet glorificatũ?Sed addidit:ꝓpter eã q̃ ſup-emiet gl'iam:vt oñderet nõ a quocũq; deſtrui gl'iam Moyſi:id eſt legis:ſed vt dixim⁹ ex cõ-paratione maioris gl'ię q̃ in Chriſto eſt:obte-gi & obſcurari eã gl'iam q̃ in lege eſt.& ideo dícit.Si eñ qđ deſtruiť per gloriã eſt: multo magis qđ manet:in gl'ia eſt.Manere q̃ Chriſti ſunt dicit:deſtrui q̃ Moyſi ſũt.Sed deſtrui nõ p hominẽ:ſed ex cõpatione(vt diximus)ſup eminẽtis gl'ię.Qm̃ quidẽ lex pędagog⁹noſter fuit in Chriſto donec veniret plenitudo tẽpo rũ.Et ſicut dicim⁹neceſſariũ eſſe op⁹ pędago gi donec paruulus eſt is qui ſub pædagogo ẽ deſtrui aũt & nõ eẽ neceſſariũ officiũ pędago gi cũ ad pfectionẽ venerit is:q ſub pædagogo fuit:ita dicimus deſtrui iã op⁹ legis vbi adue nit plenitudo tẽporis:& filius qui aliqñ nihil differebat a ſeruo/hæres fact⁹ eſt paternę ſub ſtantiæ.Qȝ aũt hęc debeãt intelligi quæ de-ſtruenda appellat apoſtolus:cõſuetudinẽ ei⁹ ſup hoc vocabulo etiã in aliis diſce:vbi dicit. Ex pte ſcim⁹:& ex pte ꝓphetam⁹.Cũ aũt ve-nerit qđ perfectũ eſt:deſtrueť ea q̃ ex pte ſunt Et in hoc loco ſciẽtia Pauli vel prophetia de-ſtrui dr̃ abſq; iniuria apl'icę gratiæ:quo ſcili-cet intelligam⁹ad cõpatione pfectorũ vacare et otioſa eẽ ea q̃ impfecta ſunt.Ita ergo in prę ſenti ſermõe Paul⁹ qdẽ legẽ nõ deſtruit:ſed cõ

F firmat.Gl'ia aũt Chriſti cũ reuelata fuerit:eã gl'iam q̃ apparuit in Moyſe:& ex q̃ gl'ificatus fuerat:ipã cõpatione ſui q̃ ſupeminet:& con-futat:& arguit:& oſtẽdit nec gl'iam cõfitẽdã Tale ẽ & qđ alibi dr̃.Illũ oportet creſcere: me aũt minui.& qđ ipſe Paulus dicit.Cũ aũt fa-ctus ſum vir deſtruxi quę erant paruuli.Hoc oñdit & ſil'itudo pædagogi:cuius op⁹deſtrui tur:& ceſſat:cum ad perfectam ætatem vene rit puulus.Propterea ergo cautiſſime dixit apoſtolus.Legem ergo deſtruim⁹ per fidem? Abſit.& nõ dixit.Lex ergo deſtruitur p fidẽ: ſed legẽ ergo deſtruim⁹?Et rurſus in ſequẽti bus.Non:ſed legem ſtatuimus.Nam etſi de-ſtruitur lex:nõ per fidẽ deſtruiť:ſed p ſupemi nentẽ gloriã.Per fidem autem non ſolũ nõ de ſtruiť lex:ſed ſtatuiť per apoſtolos: & confir-mať:qa Chriſtũ quẽ lex & ꝓphetæ vẽturum pdixerunt:iſti prędicãt iam veniſſe:& confir matio vtiq; ꝓphetiæ vel legis eſt:cũ quæ præ dicta fuerant:monſtrantur expleta.

Incipit Liber Quartus. Cap.IIII.

Quid ergo dicem⁹ inueniſſe Abraham patrẽ noſtrũ ſecũ dũ carnẽ?Si eñ Abrahã ex operib⁹iuſtificat⁹eſt: habet gloriam:ſed nõ apud deum qđ.n.ſcriptura dicit? Credi dit Abrahã deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã.Ei autem q operatur: mer-ces nõ imputatur ſecũdũ gratiã:ſed ſecundũ debitũ.Ei vero qui nõ opatur:credit aũt ĩ eũ q iuſtificat ĩpiũ:reputať fides ei⁹ ad iuſtitiã. Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ homĩs: cui deus accepto fert iuſtitiã ſine operibus.Beati quoꝝ remiſſæ ſũt iniquitates: & quorũ tecta ſunt peccata.Beatus vir cui nõ imputabit do minus peccatum.

¶Cũ ſuperius duas ꝓpoſuerit leges:quarum vnã opeꝝ: aliã fidei noïauit:per quam legẽ fi dei excludi gloriationẽ dicit eoꝝ qui in legis operib⁹ gloriant:& pronũtiauerit fide iuſtifi cari hoïem ſine opibus legis:conſequẽter nũc vt hęc de ſcripturis afferanť/Abrahę ꝓducit exemplum:& dicit quia Abrahã ſi ex operib⁹ iuſtificatus eſt habet mercedẽ:ſed non apud deũ.Qđ qdẽ non ſine arte dialectica differit. G

Nã ſi iuſtificat⁹ non habet gloriã apud deũ: Abrahã aũt conſtat habere gloriã apud deũ ergo nõ ex operib⁹ ſed ex fide iuſtificatus eſt Abrahã:vt neceſſario habeat apud deũ glori am.Sic enim ſcriptura ꝓnuntiat:qa credidit Abraham deo:& reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Qȝ ſi deus reputauit illi ad iuſtitiam:ſine du bio & gloria ei⁹ apud deum eſt.Propterea er go apoſtol⁹ teſtimonio huic qđ aſſũpſit ex li bro Geneſis adiũgit & ꝓpriũ ſermonẽ:& dicit qa ei q operať merces nõ imputať ſcđm gra-tiã:ſed ſecundũ debitũ.Ei vero q nõ opať:cre dit aũt in eũ q iuſtificat impiũ:reputať fides ei⁹ ad iuſtitiã.Per oẽm itaq; hũc locũ apoſto-lus hoc videť oñdere: ꝙ duæ quædã ſint iu-ſtificationes:quarum vnam ex operib⁹ nomi nat:aliã vero ex fide.Et illã qdẽ quę ex opibus

eſt dicit habere gloriam ſed i ſemetipſa: & nõ
apud deũ. Illã vero quæ ex fide eſt habere glo-
riã apud deũ: vtpote apud inſpiciẽtem corda
hominũ: & ſciẽtẽ quis eſt q credit in occulto:
& quis eſt q nõ credit. Et ideo merito apud ſo
lũ deũ habet gloriã: q affectũ fidei eius ꝓuidet
A in occultis. Qui vero iuſtificationẽ ex operi-
bus ſperat: poteſt fieri vt opa ei⁹ etiã ab oĩbus
cõprobẽtur. Palã nãq; eſt: & videri oculis po-
teſt qcqd opere manifeſtum eſt: & ſi fides in oc
culto eſt: opera aũt palã ſunt: cõueniet in hoc
aſſumi illud qđ ſcriptũ eſt: quia occulta ſunt
dño deo tuo: quæ manifeſta ſunt vobis & fi-
liis veſtris. Sed & illud his aptare cõueniet qđ
ſcriptũ eſt: quia iuſtus ex fide mea viuet. Cõ-
petẽter igit̃ dicim⁹ qa eoꝝ q ſecũdũ interiorẽ
hominem circũcidũtur: & qui in occulto Iu-
dæi ſunt ſpiritu non litera: laus & gloria non
apud hoĩes: ſed apud deũ eſt. Qui vero ex ope
ribus iuſtificant̃: quoniã palã ſunt & manife-
ſta opera eoꝝ: poteſt eſſe gloria eorũ vel apud
ſanctos quoſq; & iuſtos qui accipiũt a deo po-
teſtatẽ de humanis operibus viſibilibus iudi-
cãdi: vel etiã apud angelos / cæteraſq; virtutũ
cœleſtiũ poteſtates: q vtiq; glorificare eũ cui⁹
opera ꝓbauerunt poſſunt. Occulta vero cor-
dis quoniã ſolius dei eſt noſcere: ipſe eñ ꝓui-
det quis in vnoquoq; fidei habitat affect⁹: &
ideo qui ex fide iuſtificatur: apud ſolũ deũ ha
bet gloriam: q occultorum & fidei ſolus inſpe
ctor eſt: igitur Abraham ſi ex operibus (inqt)
iuſtificatus eſt habet qdẽ gloriã ex opibus ve
niẽtẽ: ſed nõ illã quę apud deũ eſt. Aut certũ
eſt Abrahã apud ſolũ deũ habere gloriã. Con-
ſequens ergo eſt vt nõ ex opib⁹ ſed ex fide iu-
B ſtificatus ſit. Nõ aũt putes q; ſi qs habeat talẽ
fidẽ: ex qua iuſtificatus habeat gloriam apud
deũ: poſſit ſimul cum ea habere & iiuſtitiam.
Nulla eñ pars eſt fidei ſimul cũ infidelitate.
Nulla iuſtitiæ cũ iniqtate coĩo: ſicut nec luci
cũ tenebris põt eſſe ſocietas. Si eñ q credit q;
Ieſus eſt Chriſtus: ex deo natus eſt: & q ex deo
natus eſt: nõ peccat: manifeſtũ eſt qa q credit
Ieſu Chriſto nõ peccat: q; ſi peccat certum eſt
quia nõ credit ei. Indiciũ igit̃ fidei verę eſt vbi
nõ delinquit̃: ſicut econtra vbi delinquit̃ infi
delitatis indiciũ eſt. Propterea ergo & in alio
loco ſcripturæ dicit̃ de Abrahã: q ex opibus fi
dei iuſtificat⁹ ſit: quia certum eſt eũ q vere cre
dit opus fidei & iuſtitiæ opari & totius boni-
tatis: & capacẽ fieri vtriuſq; gloriæ: tam ei⁹ q̃
apud deũ eſt in occulto: q̃ etiã eius quæ palã
eſt: & nõ ſolũ apud deũ eſt. His ita pro virib⁹
explanatis: etiã illud pteruẽdũ minime videt̃
q; patrẽ noſtrũ ſecũdũ carnẽ noĩauit Abrahã.
Gentiũ eteñ pater Abrahã ſecũdũ fidem nõ
ſecũdũ carnẽ videt̃. Nã ipſius qdẽ aplĩ põt &
ſecũdũ carnẽ dici. Ex genere eñ iſraelitico ẽt
ſecũdũ carnẽ patrẽ noĩare Abrahã. Cæterę ve
ro gẽtes in ſpũ eũ patrẽ: nõ in carne noĩabũt:
niſi vtpote in locis ita anguſtis ad allegorię in
telligẽtiæ latitudinẽ cõuertamur: vbi pater ſe
cundum carnẽ accipi põt is q doctrinæ carna
lis id eſt legis ſecũdũ literã pria elemẽta tradi
derit: & magiſter in diuina lege primæ iſtitu-
tionis extiterit. Q autẽ magiſtri etiã patres C
appellent̃: & aplus Paulus dicit: qa in Chriſto
Ieſu per euãgelium ego vos genui. Sed & tu q
legis ex diuinis voluminib⁹: ipſe tibi teſtimo
nia i hoc aſpiciẽtia cõgregato. Addit̃ in cõſe-
quẽtibus. Credidit Abrahã deo: & reputatũ
eſt illi ad iuſtitiã. Hic ſermo ex libris Geneſis
ſumit̃: ex eo loco vbi non Abram: ſed Abrahã
dicit ad deũ quoniã nõ dediſti mihi ſemẽ: hic
vernaculus me⁹ hęreditabit me! Et dixit dñs
ad eũ. Nõ erit hæres tuus iſte: ſed q exierit de
te hic erit hęres tuus. Et eduxit (inqt) foras:
& dixit ad eũ. Reſpice ad cœlũ & numera ſtel
las: ſi potueris dinumerare eas. & ait ad eum.
Sic erit ſemẽ tuũ: & credidit deo: & reputatũ
eſt ei ad iuſtitiã. Latius loca ipſa exempli de li-
bro Geneſi repetiuimus: vt quæ iuſtificatiõis
huius cauſa fuerit noſceremus. Vñ & acrius
intẽdẽdũ eſt: an ob hoc ſolum q; dãdũ ſibi cre-
didit filiũ: & ex eo ꝓgeniẽ ad multitudinẽ ſy-
derũ ꝓpagãdã: dicit̃ qa reputata eſt fides eius
ad iuſtitiã: an pro hoc & ꝓ oĩbus quæ iam an
te crediderat. Neq; eñ putãdum q; abſq; fide
fuerit illud vt exiret de terra ſua: & de cogna
tione patris ſui: & veniret in terram quã ei de
monſtrauerat deus: vel illud cũ ſeparato a ſe
Loth dicit ad eũ dñs: Aſpice oculis tuis: & vi
de ex hoc loco in quo ſtas: & intuere ad ſeptẽ-
triõnẽ & meridianũ & ad occidentem atq; ad
oriẽtem: quia omnẽ terrã hanc quã vides: tibi
dabo eã & ſemini tuo inæternum. Sed & illud
quis dicat abſq; fide factũ: q; veniens Abrahã
habitauit apđ quercũ mãbre in Ebron / & ædi
ficauit ibi altare dño! Quo autem & illud nõ
erat fidei opus cum Melchiſedech benedixit
Abrahã & ait: Benedict⁹ Abrahã deo excelſo
qui creauit cœlũ & terrã: & benedictus deus
excelſus: q tradidit inimicos eius in manibus
eius! Ex qbus oĩbus colligit̃: q; in his ſingulis D
fides qdẽ fuerit Abrahę ſed ex parte. In eo aũt
vbi dicit̃: qa fides ei reputata eſt ad iuſtitiam:
fides pfecta declarat̃. Sicut eñ ſciẽtiã & pphe
tiam ex parte dicit eſſe aplus: et rurſum dicit
eſſe perfectã in eo: cũ ſcribit ex parte ſcim⁹ &
ex parte prophetamus: Cũ venerit autem qđ

perfectũ eſt: deſtruentur ea quę ex parte ſunt:
ita & fidẽ poſſumus intelligere eſſe aliquando
ex parte & aliqñ perſpectã. Vt aũt quod dici-
mus aliis adhuc ſcripturæ ſanctæ teſtimoniis
muniatur: audi in euãgelio ad dominũ dicen
tes apoſtolos. Dñe auge nobis fidẽ. Nõne per
hæc euidẽter oſtendũt habere ſe quidẽ fidem:
ſed talẽ quæ egeat augmento? Sed & ipſe apo-
ſtolus Paulus cũ dicit: Si habeã omnẽ fidẽ ita
vt mõtes transferã: omnẽ cũ dicit: ex partibꝰ
totã docet eẽ cõpoſitã. Neq; eñ omne poteſt
noĩari vbi aut qualitatis aut quãtitatis diuer
ſitas eſt. Videtur ergo etiam in p̄ſenti loco cũ
fides multæ Abrahæ præceſſerint per ſingula
quęq; quę ex parte ſuperius memorauimus: ĩ
hoc nũc vniuerſa fides eiꝰ eſſe collecta: & ita
ei ad iuſtitiã reputata. Iam ſane conſyderabis
ſicut de fide dictũ ẽ: quia reputatũ eſt ei ad iu
ſtitiã: ita & de aliis virtutibus dici poſſit: q̄a
(verbi gratia) miſericordia vnicuiq; reputa
ri põt ad iuſtitiã: aut ſapiẽtia: aut ſciẽtia: aut
mãſuetudo: & humilitas: vel certe ſi omni cre
E dẽti fides ad iuſtitiam reputetur. Sed cum ad
ſcripturas redeo: nõ oĩbus credẽtibꝰ inuenio
ꝙ fides ad iuſtitiã reputet̃. Deniq; ſcriptũ eſt
de filiis Iſrael: quia crediderunt deo & famulo
eius Moyſi: nec tñ addit̃ qđ de Abraham ſcri-
ptũ eſt: quia reputatum eſt illi ad iuſtitiã. Ob
hoc arbitror ꝙ nõ illis erat ſicut in Abraham
docuimus ex multis partibus fidei in vnũ coa
ceruata perfectio: q̃ mereret̃ ad iuſtitiã repu-
tari. Qđ aũt dicit: Ei vero ꝗ operat̃ merces nõ
imputat̃ ſecũdũ gratiã: ſed ſecũdũ debitum:
credẽti aũt in eũ ꝗ iuſtificat impiũ reputatur
fides ad iuſtitiã: videt̃ oſtẽdere quaſi in fide ꝗ
dẽ gratia ſit iuſtificãtis: in opere vero iuſtitiæ
tribuentis. Sed ego cũ cõſydero ſermonis emi
nẽtiã: ꝙ dicit operãti ſecũdũ debitum reddi:
vix mihi ſuadeo ꝙ poſſit vllũ opus eẽ qđ ex de
bito remuneratiõnẽ dei depoſcat: cũ etiã hoc
ipm̃ ꝙ agere aliq̄d poſſumus vel cogitare vel
proloqui: ipſius dono & largitione faciamus.
Qđ ergo erit debitũ illius: cuius gratia nos p̃
F ceſſit? Et ideo vidẽdũ magis eſt: ne forte qđ di
xit: Ei autẽ ꝗ operat̃ merces ſecũdũ debitũ re-
putabitur: ſiniſtri magis operis intelligẽdum
ſit debitũ. Debita eñ peccata dici ĩ diuinis vo
luminibus frequenter inuenies: vt ipſe domi-
nus in oratiõe nos docuit dicere: Dimitte no
bis debita noſtra ſicut & nos dimittimus de-
bitoribus noſtris. Et iterũ cum dicit ipſe dñs:
Cuidã patrifamilias erãt duo debitores: vnus
debebat denarios quingẽtos: & alius quinqua
ginta: & hoc de peccatis dici ipſe interpreta-
tus eſt. Ne forte ergo & ĩ hoc loco mercedem

operis quæ ſecundũ debitũ redditur: ad hunc
ſenſum quẽ ſupra diximꝰ Apoſtolus traxerit
de his qui ita operãtur ſicut & Cain operatus
eſt terram. & ſicut alibi dicit. Diſcedite a me
operarii iniquitatis. quibus vtiq; quaſi debi-
ta pœna pro mercede iniquitatis exoluitur.
Vñ idẽ apoſtolꝰ in alio loco. Stipẽdia (ĩquit)
peccati mors. Et nõ addidit vt ſimiliter dice-
ret: Stipẽdia aũt iuſtitiæ vita æterna: ſed ait.
Gratia autẽ dei vita ęterna: vt ſtipẽdiũ qđ vti
q; debito & mercedi ſimile eſt: retributionem
pœnę eſſe doceret & mortis: vitã vero æternã
ſoli gratiæ cõſignaret. Secũdũ hũc ſenſum &
illud qđ in euãgelio ſcribit̃: Qua mẽſura mẽſi
fueritis: eadẽ remetiet̃ vobis: de ſiniſtris ope-
ribus accipiẽdũ puto. Neq; eñ gratię ſuæ mẽ
ſurã ſtatuit deus: cũ ſcriptũ ſit. Nõ eñ ad mẽ
ſurã dat deus ſpiritũ. Si ergo hæc putãtur re G
cte diſcuſſa: cõſequẽter vtiq; ea quæ cohærẽt
videbũtur ĩtelligenda: vt operãti q̄dẽ op̄a ini
quitatis: merces ſecũdũ peccati debitũ repen-
datur. Credẽti vero in eũ ꝗ iuſtificat impiũ: fi
des ad iuſtitiã reputet̃. Si quidẽ bene memini
mus ſuꝑiora: in q̄bus oſtẽdimus nõ ei ꝗ ex par
te: ſed ꝗ ex integro & ꝗ ꝑfecte credit: fidẽ poſſe
ad iuſtitiã reputari: q̃ fides tãta eſt vt iuſtifi-
cet etiã eũ ꝗ impius fuerit: vt vltra iam nõ ſit
impius: ſicut ille latro qui pẽdebat in cruce &
blaſphemabat: ſed ſit ſicut ille qui cõfitebat̃ &
dicebat: dñe Ieſu memento mei cũ veneris in
regnũ tuũ. Poſt hæc velut ad firmationem ſer
monis ſui quẽ dixerat: Ei aũt ꝗ nõ operat̃: cre
dit aũt ĩ eũ qui iuſtificat impiũ: reputat̃ fides
ad iuſtitiã: aſſumit teſtimoniũ de pſalmis &
dicit: Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hoĩs
cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus.
Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: & reli-
qua: vſq; ad peccatũ: videns per hos ſermones
conſequẽter approbari poſſe ꝙ reputet̃ homi
ni iuſtitia ſine operibꝰ. Vnde mihi videt̃ hoc
intellexiſſe apoſtolus: q̄a impoſſibile ſit in ho-
mine cui iam per ætatẽ diſcernẽdi de bono &
malo ineſt intellectus: neq; iniuſtitiã ineſſe: ne
q; iuſtitiam. Qđ ſi ita eſt: ſine altero e duobus
inueniri anima non poteſt: & cũ eſſe deſierit a
malis: ꝙ iam ĩueniat̃ in bonis. In malis autem
nõ eſt illa anima: cuius remiſſę ſunt iniquita-
tes: & cuius tecta ſunt peccata: & cui non ĩpu
tabit dñs peccatũ: conueniẽs ergo vt ſit in bo
nis. Cõpetẽter igit̃ ad remiſſionẽ iniquitatũ H
& obiectionẽ peccatorũ: & aliq̄d qđ non impu
tat dñs peccatũ: dicit apl'us ꝙ homini iuſtitia
reputet̃: licet nõdũ opera iuſtitię egerit: ſed ꝓ
eo tãtũ ꝙ credidit in eũ: qui iuſtificat impiũ.
Initiũ nãq; iuſtificari a deo / fides ẽ: qui credit

in iuſtificantē.Et hæc fides cū iuſtificata fue-
rit:tanq̃ radix imbre ſuſcepto hęret in animę
ſolo: vt cū ꝑ legē dei excoli cœperit:ſurgāt in
ea rami qui fructus operum ferant. Non ergo
ex operibꝰ radix iuſtitię:ſed ex radice iuſtitię
fructus operū creſcit:illa ſcilicet radice iuſti-
tiæ:qua deꝰ accepto fert iuſtitiā ſine operibꝰ.
Vnde ꝓpterea puto & Dauid trigeſimo pri-
mo pſalmo:quē ſuperſcripſit intellectus Da-
uid:dediſſe iſtud initium:admonēs per ipſam
ſuperſcriptionē altiorē debere reqri intellectū
in his quæ dicturus erat:quia beati quorū re-
mittūtur iniquitates: de qbꝰ prout potuimꝰ
diximus:cū de pſalmis per ordinē dictaremꝰ.
Sed permouet nos ordinis ipſius differētia:ꝙ
primo dixit.Beati quorū remiſſæ ſunt iniqui
tates.Secūdo:Quoꝝ tecta ſunt peccata.Ter-
tio:Cui non imputabit dn̄s peccatū.Et vide ſi
forte poteſt iſte ordo in anima vna eademq; in
telligi:vt qa initiū ē cōuerſionis animæ mala
derelinquere:ꝑ hoc iniqtatū remiſſionem me
reatur accipere.Cū autē cœperit bona facere:
velut ſingula quæq; q̃ ꝑceſſerant mala bonis
recētibus obtegēs & abūdantiorē numerū bo
norū introducēs q̃ prius fuerat maloꝝ:tegere
peccata dicat̃.Vbi vero iam ad ꝑfectū venerit
ita vt oīs de ea malitiæ radix penitꝰ amputet̃
eouſq; vt nullū in ea veſtigiū poſſit iueniri ne
quitię:vbi iā ſumma ꝑfectę beatitudinis ꝓmit
tatur:tū nullū poſſit dn̄s imputare peccatū.
Iniqtas ſane a peccato hāc habet differētiā:ꝙ
iniqtas in his dicit̃ q̃ cōtra legem cōmittunt̃.
Vn̄ & græcus ſermo ανομιαν appellat iniqta
tē:hoc eſt qđ cōmittit̃.Peccatum vero etiā il-
lud dici poteſt:ſi contra q̃ natura docet & cō-
ſciētia arguit: delinquatur.

Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantū
manet:an etiam in præputio? Dicimus enim
quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.
Quomodo ergo reputata eſt?In circunciſiōe:
an in præputio?Non in circunciſione: ſed in ꝑ
putio:& ſignum accepit circunciſionis ſigna-
culum iuſtitiæ fidei:quę eſt in prępputio:vt ſit
pater oīm credentium per ꝑputium:vt repu-
tetur & illis ad iuſtitiam:& ſit pater circunci
ſionis non his tantum qui ſunt ex circūciſiōe:
ſed & illis qui ſectātur veſtigia eius quæ eſt in
præputio fidei patris noſtri Abrahæ.

A ¶Cū dixiſſet ſuperius:quia credidit Abrahā
deo:& reputatū eſt ei ad iuſtitiam: & huiuſce
modi fides quid haberet beatitudinis oſtēdiſ
ſet ex his quæ in trigeſimo ſeptimo ſcripta ſūt
pſalmo:quia ita credenti non reputaret domi
nus peccatū:proponit interrogationē ex cuiꝰ
reſponſione doceatur:& ex ipſa temporum ra
tione:ꝙ beatitudo iuſtificationis Abrahæ nō
in circūciſione:ſed adhuc in præputio poſito
data eſt.Q; ſi Abraham cū eſſet adhuc in prę
putio ex fide iuſtificatus eſt:poteſt & omnis q
credit deo iuſtificari per fidem etiam ſi ſit in
ꝑputio:& pertinere etiam ad ipſum hæc bea-
titudo quæ dicit.Beatus cui non imputauit
dominꝰ peccatū.Oſtēdit ergo qa nō cuilibet
dn̄s nō imputet peccatū:ſed ei qui crediderit
propter fidē ſuam peccata non reputet.Sicut
enim Abrahæ reputata eſt fides ad iuſtitiam:
ita & omni credenti cum fides ad iuſtitiam re
putatur:peccata vtiq; non imputantur.Neq;
enim de iuſtis dicit: quia reputet̃ eis fides ad
iuſtitiam.Q; ſi ita putetur:quid videbit̃ gra
tia iuſto reputari iuſtitia ad iuſtitiā? Sed vti-
q; illi dicit fidem reputatam eſſe ad iuſtitiam:
qui anteq̃ haberet hanc fidem:iuſtitiā non ha
bebat:& iſte eſt vtiq; beatus:cui deus accepto
fert iuſtitiam ſine operibus: & cui nō imputa
tur peccatum:cui etiā remiſſæ ſunt iniquita
tes:& obtecta ſiqua antea fuerant peccata. Si
mul autē & edocet nos diligētius intendere le
ctioni:cum tam vigilanter ea quę ſcripta ſunt
de Abraham:quia reputata eſt ei fides ad iu-
ſtitiam:vult a nobis conſyderari etiam quādo
reputata ſit:quo & temporis ratio in his quæ
ſcripta ſunt colligatur:vtrum ne in prępputio
Abrahæ cū iſta dicta ſunt:an tranſiret iam ad
circūciſionē: & ait.Quomodo ergo reputata
eſt fides eius ad iuſtitiam?cum eſſet in circun
ciſione:an cū eſſet in præputio?Si enim fuiſſet
id tēporis in circūciſione:videretur vtiq; a fi-
dei huiꝰ gratia excluſum eſſe præputiū.Nūc B
vero oſtēdit:ꝙ in prępputio adhuc poſito repu
tata eſt fides ad iuſtitiam:& ideo pronuntiet:
quia cū Abraham in præputio poſitus ꝑ fidē
iuſtificatus ſit:ſine dubio prīceps & pater me
rito dicitur omniū credētiū ꝑ præputiū. Q;
vero poſt fidē quæ fuit in prępputio accepit cir
cūciſionē:cōſequēter cauſam qua circunciſio
ei data fuerit:exponit.Vt eſſet (iquit) ſigna-
culum fidei eius quā habuit in præputio poſi
tus:vt per hoc pater fieret etiam eorum qui ī
circūciſione naſcūtur:ſi tamē ad illam fidem
pertineāt quæ in præputio poſitū iuſtificauit
Abraham.Efficitur ergo vtriuſq; generis pa
ter:his qui ſunt in præputio per fidem: & his
q ſunt in circūciſione per carnē:& poſt circūci
ſionē generat primo Iſaac:atq; ab ipſo auſpi-
catur ogdoadis initiū:id eſt octaui diei.In ipō
cōſecrantur prima myſteria:& exinde incipit
poſteritas Abrahę duplici currere ſacramēto
Sicut eñ fides natura ſui aliud eſſe intelligi-
tur:& aliud iuſtitia quę ei per fidem reputata

eſt:ita & alia eius eſſe in præputio:alia in circũciſione poſteritas. Nam eos qui incircũciſi ſunt/ipſos eſſe lapides puto de quib⁹ poſſe dicitur deus ſuſcitare filios Abrahæ.in quibus C & illud cõpletur qđ ſcriptũ eſt.Quia benedicẽtur in te oẽs tribus terrę. Sed repetamus ad huc qđ dicit: Et ſignũ accepit circũciſionis ſignaculũ iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio:ac profundã in his Pauli ſapiẽtiam contemplemur. Fortaſſis enim aliquibus eũdẽ ſermonẽ ſecundo dicere videatur:id eſt ſignaculũ. Sed mihi vterq; ſermo multã inter ſe videtur habere differẽtiã. Signũ nãq; dicitur:cũ per hoc qđ videtur aliud aliquid ĩdicatur: ſicut cum verbi gratia dicit dominus in euangelio. Generatio hæc ſignũ quærit:& ſignũ nõ dabitur ei niſi ſignũ Ionæ prophetę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:ita & filiũ hominis oportet eſſe in corde terræ tribus diebus & tribus noctib⁹. Hoc eſt ergo ſignũ vbi Ionas videbatur: & Chriſt⁹ intelligebatur. Similiter & de ipſo domino in euangelio dicitur. Ecce hic poſitus eſt in ruinam:& ĩ reſurrectionẽ multorũ:& in ſignum cui cõtradicetur. Contradicebatur eñ ſigno in quo Chriſtus venerat: quia aliud in eo videbatur:& aliud intelligebatur. Caro cernebatur:& deus credebatur. Sic ergo accipit & Abraham ſignũ: & qđ eſſet ſignũ in cõſequẽtibus dicit. Circũciſionẽ inquit. Quę circũciſio eſſet ſignaculũ iuſtitiæ fidei quã habuit ante q̃ circũcideretur. Bene ergo circunciſionẽ ſignũ appellauit in Abraham:quia & ipſa aliud videbatur:& aliud intelligebať: & oſtẽdit qa iam tũc carnalis illa circũciſio ſignũ erat ſpiritalis circũciſionis:quæ nõ in carne ſuſcipiť: D ſed in corde. Qđ vero dixit ſignaculũ:ita ĩtelligi puto. Signaculũ dicič cũ alicui rei ſeruandæ pro tẽpore cuſtodia imponiť:qđ nemo ali⁹ niſi ipſe qui impreſſit debeat reſignare. Per iſtud ergo ſignaculum vt exponit apoſtol⁹ iuſtitia fidei quã in pręputio poſitus Abraham accipere meruit: indicatur & pater eſſe multarum gẽtiũ. Qđ tũc credimus reſignandum cum plenitudo gentium introierit: & omnis Iſrael ſaluabitur. Tũc enim fiet qđ dicit apoſtolus: nõ ſolũ gẽtium:ſed etiã circũciſionis per fidẽ pater Abraham. Et adhuc aperti⁹ de ſigno & ſignaculo diſſeramus. Cũ ſignũ ſit ſicut dixim⁹ vbi indicatur aliqd per hoc qđ videtur:ſignaculũ vero vbi cõcludiť pro tẽpore aliquid & nõ patet: poteſt etiã ita intelligi q; myſteria quæ in patriarchis & lege adumbrãtur huiuſmodi erãt quę & ſignis ĩdicãda eſſent:& ſignaculis obſeruanda. Q2 ergo ſignis indicanda erant his qui credebant ex gẽtibus:ſignũ cepiſſe dicitur Abraham. Q2 vero his qui ex circunciſione non erant credituri obſeruanda erãt & obtegẽda:ſignaculũ dicitur accepiſſe. Quod ſignaculũ illo vtiq; in tẽpore deſignabitur:cũ in nouiſſimis diebus poſtq̃ plenitudo (vt diximus) gentiũ introierit:omnis Iſrael ſaluus fiet. Idcirco deniq; an- E te Abraham iuſtificatus in fide dũ adhuc eſſet ĩcircũciſus:& poſtea circũciditur: vt oſtẽderetur primo pater futurus multarum gentium:& poſtea eorũ qui ex circunciſione creditui ſunt. Neq; enim hi qui ſecũdũ carnem naſcuntur ex Abraham filii Abraham dicẽdi ſunt:niſi fidẽ & opera habeãt Abrahę. Inde deniq; & dominus in euangelio dicit ad Iudęos: qui ſe iactabãt filios eſſe Abrahæ. Si filii Abrahæ eſſetis:opera vtiq; Abrahæ faceretis. Vis autẽ ex veteri ſcriptura perdoceri:q; filius qs dicitur nõ tantũ eius de cuius carnali ſemine deſcẽdit:ſed eius cuius actus imitatur & opera:audi Danielẽ quid dicat ad vnũ ex illis ſenioribus quos arguit adulterii. Semẽ (inqt) Chanaam & nõ Iuda ſpecies ſeduxit te:& concupiſcẽtia euertit cor tuũ. Vides eũ qui carnaliter de genere Iuda deſcenderat negari filium eſſe Iuda:ſed Chanaam: ei⁹ ſcilicet cuius act⁹ & opera ſequebatur. Ita ergo & hi q de Abrahę ſemine ſecundum carnẽ genus ducunt nõ dicuntur filii Abrahæ:ſi eius non habent fidem. Sic deniq; & propheta dicit ad eos. Pater tuus Amorreus & mater tua Cæthea. Quibus vtiq; non eos neceſſitudo generis:ſed morũ ſimilitudo iungebat. Vt eſſet ergo (inqt) pater omniũ credẽtiũ per p̃putiũ: vt reputetur illi ad iuſtitiam: & pater circũciſionis nõ his tantũ qui ſunt ex circunciſione:ſed & illis qui ſequũtur veſtigia eius quæ eſt ĩ præputio fidei patris noſtri Abrahæ. In quo euidenter ex vtroq; populo ſicut ſuperius diximus pronũtiat nõ carnis originẽ:ſed nobilitatem fidei requirẽdã. De circũciſionis aũt ſacramẽto latius iam in ſuperioribus dixim⁹:ſed & in aliis F pluribus locis quæ pro re & pro tẽpore occurrere viſa ſunt expoſuimus. Sed diligẽtẽ lectorẽ quẽ iota vnũ:aut apex de lege nõ præterit: ne illud quidẽ latere debet:quia hoc qđ apoſtolus dixit: Reputata eſt Abrahæ fides ei⁹ ad iuſtitiã:illo tẽpore cũ de eo ſcriptũ eſt:qa crediderit deo & reputatũ ſit ei ad iuſtitiã:nõdũ Abrahã vocabať:ſed Abram erat nomẽ eius. Adhuc eñ incircũciſus manebat/vt interpretatur apl's. De quo aliqbus forte videbiť error in exemplarib⁹ haberi:q; facile Abraham pro Abram ſcribi potuerit. Sed qa hæc æſtimatio

potius incerta eſt q̃ firma approbatio:nos cō=
pendioſius reſpōdeamus: ꝙ obſeruās apl's ſen
tentiā dei qua dixit:Iam nō Abram ſed Abra=
ham erit nomē tuū: appellauit nunc eū nō vt
in loco Geneſis ſcriptū eſt:ſed vt de eo pronū=
tiauerat deus.Q̃d enim diuinitus ſancit:ob=
ſeruari in poſterum cōuenit.Hec prout potui
mus in locis tā arduis & tā difficilibus ꝓbata
ſi quis forte animi noſtri ſtudium conſyderet
amplecti poterit.Si vero īfirmitatē ſenſus no=
ſtri notare velit:veniā petimus: & ei qui meli
us de his diſſerere vel explanare potuerit:libē
ter cedimus.Nos vero ad ea quę ſequūtur ſe=
gni licet greſſu conuertimus pedem.

Non enim per legē promiſſio Abrahę:aut
ſemini eius vt hęres eſſet mundi:ſed p iu=
ſtitiam fidei.

A ¶Hoc in loco mihi videt̃ de lege Moyſi apl'us
diſputare:& aſſerere ꝙ ꝓmiſſio quæ facta eſt
ad Abraham vt hæreditatē mūdi:id eſt terræ
totius acciperet ipē vel ſemē ei⁹:nō ex Moyſi
lege conſtaret. Ante eū q̃ Moyſes legiſlator
exiſteret:viſus eſt(inqt)dn̄s Abrahę:& dixit
ad eū.Exi de:terra tua & de cognatiōe tua:&
de domo pr̄is tui:& veni in terrā quā tibi oſtē
dero:& faciā te in gētē magnā:& benedicā te:
& magnificabo nomē tuū: & eris benedictus.
Et benedicam benedicentes te: & maledicam
maledicentes te: & benedicentur in te oēs tri=
bus terræ. Q̃d ergo dicit benedicentur in te
oēs tribus terræ:hoc eſt hęredē factū eē totius
mūdi.Quę vtiq; ꝓmiſſio ad Abraham antea
facta eſt:q̃ per Moyſen de legis obſeruātia mā
daretur.Sic ergo non eſt ex lege ꝓmiſſio Abra
ham neq; ſemini eius:vt hæres ſit mundi:ſed
per iuſtitiam fidei.Et eſt iſta iuſtitia fidei:de q̃
in ſuperioribus dixit (vt ſæpe iam diximus)
q̄a credidit Abrahā deo:& reputatū eſt illi ad
iuſtitiam.Nec īmerito:legis enim obſeruātia
pœnā tātūmodo effugit:fidei vero meritum/
ſpem repromiſſionis expectat:& præceptū ſer
uis ponitur: fides quęrit̃ ab amicis.Sed & ſi ſe
cūdū ea quę in ſuperioribus diſſeruim⁹:de le=
ge naturali Paulus hoc dicere intelligat̃: non
erit cōtrarium rationibus ſuperius redditis.
Q̃uis enim lex naturæ de bono & malo teſti=
monium reddat ſecūdum iudiciū conſciētiæ:
tamen legi fidei non poteſt adęquari:quia deo
credidit Abraham: & iuſtificari meruit: atq;
amicus dei appellari.

Si enim qui ex lege hæredes ſunt: exinani=
ta eſt fides:abolita eſt promiſſio: lex em̄ iram
operatur.Vbi aūt non eſt lex:nec p̄uaricatio.
B ¶Si inquit nō ex lege ꝓmiſſio data eſt Abra=
hę:vt hęres eſſet mūdi:ſed per fidem quę ei ad
iuſtitiam reputata eſt:conſeqnens ſine dubio
erit:vt omnes qui ſperant ſibi a deo iuſtitiam
reputandā:nō per legē: ſed p fidem ſperēt. Et
vt hoc euidētius oſtēderet addidit. Si(inqt)
hi qui ex lege ſunt ipſi hæredes erūt repromiſ
ſionis illius:quā per fidem meruit Abraham:
euacuabit̃ illud ꝙ ex fide iuſtificatus eſt Abra
ham.Cum vtiq; ſi ex lege futura eſſet hæredi
tas:oportuerit & Abraham legē prius imple
re:& ita hęreditatem iuſtitię promereri.Et vt
oſtendat nullo modo hoc ita fieri potuiſſe di=
cit ꝙ lex iram operatur. Vbi aūt ira eſt:hære=
ditas nō eſt.& addidit. Vbi aūt nō eſt lex nec
præuaricatio.Sed repetamus paulum & vi C
deamus de qua lege iſta dicātur.In ſuperiori=
bus quidē vbi dicit:Si enim qui ex lege hi hæ
redes ſunt:exinanita eſt fides & euacuata eſt
promiſſio:poteſt & ad Moyſi legē & ad natu=
ralē referri. Certum ē enim ꝙ ſi ex lege Moyſi
præſtatur hæreditas:vt euacuet̃ illud q̃d ſcri
bitur Abraham fidei credulitate meruiſſe: &
rurſum ſi ad naturalē legē cōuertat̃ intelligē
tia hæc:dici poteſt:ſi ſufficere potuiſſet lex na
turalis ad fidē: ſuꝑfluū videretur q̃d dictū
eſt ad Abraham. Exi de terra tua:& de cogna
tione tua:& de domo patris tui:& veni in ter
ram quam oſtendero tibi:vt quid enim exiret
de terra ſua:& de domo ſua:ſi ei lex ſufficeret
naturalis:quā vtiq; & in terra ſua poſitus ha=
bere:& cuſtodire potuiſſet!Sed nūc velut illa
minus ſufficiēte iubetur legē fidei ſequi:qua=
ſi nec hæres eſſe mūdi:ipſe vel ſemen eius:nec
amicus dei poterat appellari. Sic ergo poteſt
ab vtraq; lege ſubtractum:ad ſolam fidei legē
reſpicere:q̃d dicit.Si enim qui ex lege ſunt hæ
redes: exinanita eſt fides & euacuata eſt pro=
miſſio.Iam vero in hoc loco vbi dicit: Lex em̄ D
iram operatur:diligentius intuendum eſt ad
quam legem reſpicere videat̃ hic ſermo. Sed
& illud quod ſequitur:vbi enim nō eſt lex:nec
præuaricatio.Sed prius q̃ a nobis plenior ex=
planatio requiratur:ad illa breuiter reſpōdea
mus: quę de hoc loco hæretici nobis ſolent ob
tendere.Aiunt enim. Ecce quomodo apoſto=
lus dicit quia lex Moyſi iram operatur:vbi ve
ro lex illa nō fuerit:ibi nec præuaricatio erit.
Requiramus ergo ab eis.Si vbi lex eſt & præ=
uaricatio erit tranſgreſſæ legis:Ergo vbi & fi
des eſt:tranſgreſſæ fidei præuaricatio erit.Si
enim præuaricator efficitur qui declinat a fi=
de:& ſi præuaricationi illi q̃ in lege eſt lex ipſa
in cauſa eſt:vt etiam pręuaricationi huic q̃ in
fide eſt:fides in cauſa eſſe creditur.Si vero ab=
ſurdū eſt dicere quia fides in cauſa eſt:vt quis
præuaricetur a fide: & ſi nō acceſſiſſet ad fidē

præuaricator fidei nõ fuiſſet:ita abſurdũ erit preuaricationẽ legis ex eo accipere: ꝙ ſuſcepe rit quis obſeruantiam legis. Sed & illud adde mus:quid diceret nobis de his qui ãte legem Moyſi in præuaricatione facti ſunt? Si em̃ nul lus ante Moyſen præuaricator extitit: nemo condemnatus eſt:nemo punitus. Quid dice- ret de Sodomitis? Quid de his qui in diluuio condemnati ſunt? Quid de Cain? Quid de ip ſo Adam? Quid de Eua reſpondebunt? De qua apoſtolus dicit. Mulier autem ſeducta in præuaricatione facta eſt. Si ſine lege Moyſi nõ eſt præuaricatio: vnde Adam: vnde Eua: præ- uaricatores ab apoſtolo nominãtur? Verũ vt etiam in ſuperioribus ſæpe iam diximꝰ: diuer ſas in hac epiſtola leges apoſtolus introducit & nunc de lege Moyſi loquitur: nunc legem ſi dei nominat: ſicut cum dicit. Vbi eſt gloria- tio tua? Excluſa eſt. Per quã legem? Operum? Non. ſed per legem fidei. Inducit præterea & alias leges: de quibus dicit. Condelector enim legi dei ſecũdum interiorẽ hominem. Video autẽ aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ: & captiuum me ducẽtẽ in le gẽ peccati. & ita de vna ad alterã legẽ tranſit: vt niſi ſenſus vigilans & intentus ſit deprehẽ

E dere eum & ſequi vix poſſit. Videndum eſt er- go ne forte illa lex quę eſt in membris meis: & captiuos nos ducit in legẽ peccati: ipſa ſit lex quam apoſtolus iram dicit operari. Operatur enim ſine dubio iram ei: quẽ captiuũ duxerit in lege peccati. Vbi autem lex iſta non fuerit certũ eſt ꝙ ibi nec præuaricatio erit. Qui ve- ro ſub iſta lege fuerint: conſequenter nec hæ- redes erũt. Q̃ ſi de lege Moyſi commemorari quis velit & dicere quia iram operatur: pro eo fortaſſis ſolo hoc poterit affirmare ꝙ peccan- tem in ſe aut lapidari continuo: aut cremari ignibus iubet: vel ſi quod aliud peccantibus decernitur in lege ſupplicium: vt pœna ipſa q̃ peccãti infertur ex lege: ira nunc ab apoſtolo nominata eſſe videatur. Similiter & de præ- uaricatione: vt nõ omnem præuaricationem generaliter in hoc loco aſtruat appellatã: ſed eius qui in lege poſitus deliquerit: vt grauius delictum videatur eius qui per legem prohi- betur & peccat: q̃ eius q nulla fuerit lege com monitus. Sed & illud videndum eſt: ꝙ non di

F xit apoſtolus ꝙ vbi lex fuerit ibi & preuarica tio: ſed ait. Vbi autem non eſt lex nec præua- ricatio. In quo oſtendit ꝙ præuaricatio qdem eſſe omnino non poſſit: niſi lex fuerit: non ta- mẽ ſi lex ſit omni genere etiam præuaricatio erit. Põt em̃ fieri vt ſit lex & præuaricatio nõ ſit: non poteſt tamẽ fieri vt præuaricatio ſit: vbi lex non eſt. Nam & ſi Moyſi legẽ ponamus continuo omnes qui ſub Moyſi lege vixerunt in preuaricatione facti ſunt. Alioquin ſimul & prophetas & omnes iuſtos videmur inuol- uere: niſi forte dicat aliquis iuſtos omnes & prophetas nõ tam ſub lege q̃ ſub fide vixiſſe. Peccatores vero & iniuſtos legis vinculis fuiſ ſe conſtrictos: ſicut & apoſtolus dicit: quia iu ſto lex non eſt poſita: ſed iniuſtis & non ſubdi tis: impiis: & peccatoribus: ſceleſtis: & ꝓpha- nis: patricidis: & matricidis: homicidis: forni catoribus: maſculorum concubitoribus: pla- giatoribus: mẽdacibꝰ: piuris: & ſiquid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur. Q̃ ſi talibꝰ lex po ſita eſt: non tibi multo meliores illi videbũtur de quibus dicit. Cũ enim gẽtes quæ legẽ non habẽt: naturaliter quę legis ſunt faciũt: huiuſ modi legẽ nõ habẽtes: ipſi ſibi ſunt lex: q oſten dunt opus legis ſcriptum in cordibꝰ ſuis teſti monium reddẽte eis conſcientia. Et ſtatuamꝰ ante oculos ſi videtur duos aliquos (Verbi gratia) qui cum maſculis non petierint con- cubitum muliebrẽ: vnũ ex his præcepto legis prohibitum: cuius ſi metũ non habuiſſet for- taſſe feciſſet: & alium qui proprię mentis iu- dicio huiuſcemodi contagionem cogitatio- nes quidẽ ſuas adire nõ permiſerit: nõne mul to illũ prẽferas qui nulla legis interminatiõe deterritus immunẽ ſe a flagitii contaminatio ne ſeruauit? Similiter etiã de cæteris peccatis ſi habeatur examẽ. Et ideo ſiue Moyſi lex intel ligatur: ſiue etiã quæ in noſtris membris eſt: & irã operat̃: non poſſunt q ex ipſa ſunt hære des eſſe: ſed illi q ſunt ex lege fidei. Fidei aũt il lius: ex qua iuſtificatus eſt Abraham. Sed for G taſſe requirat aliquis quomodo non & q ſub le- ge Moyſi eſt: ſub lege fidei eẽ videat̃: cum ſcri ptũ ſit in Exodo. Credidit autẽ populus deo & Moyſi famulo eius. Et iterum in euangelio dominus dicat. Si crederetis Moyſi: credere- tis vtiq̃ & mihi: De me enim ille ſcripſit. Vi- debitur enim ſicut de ſe dixit: quia q credit in me: credit & in eũ q miſit me: ita & de Moyſe dicere: ꝙ ſi crederetis Moyſi: crederetis vtiq̃ & mihi. Ad qđ reſpõdebimus quia illud qđ di ctum eſt in deſerto: credidit populus deo: & Moyſi famulo eius: narratio eſt: qua oſtendit ꝙ miniſteriũ Moyſi quo ſigna & mirabilia mi niſtrauit: populus credidit deo. In hoc verbo vbi dicit: Si crederetis Moyſi crederetis vtiq̃ mihi: arguit infidelitatẽ eorũ: q dũ ipſi nõ cre dũt: oſtẽdũt ſe nec Moyſi literis credere: in q- bus de aduentu Chriſti prophetali ſermone cõprehenſum eſt. Vbi vero dicit: qui credit in me: credit in eum qui miſit me: ſpem credẽ-

tium eleuat vſq; ad deum patrē: vt ſicut qui videt filiū vidiſſe ſe ſciat & patrē: ita cum credit filio: credidiſſe ſciat & patri.

Ideo ex fide: vt ſecūdū gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini: non ei qui ex lege eſt tātū: ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ: q eſt pater omnium noſtrum: ſicut ſcriptū eſt: quia patrem multarum gentium poſui te ante deū: cui credidiſti: qui viuificat mortuos: & vocat ea quę non ſunt: tanq̄ ea quæ ſunt.

¶In ſuperioribus diſtinctionem dedit mercedis & gratię: dicens: mercedē rem debiti eſſe: gratiam autem nulli⁹ eſſe debiti: ſed beniuolētiæ beneficium. Et in p̄ſenti ergo loco oſtendere volens deum hæreditatem promiſſionum non ex debito: ſed per gratiam dare: dicit quia hæreditas a deo his qui credunt non ex mercedis debito: ſed fidei munere concedatur. Sicut enim (vt exempli cauſa dixerim) hoc q̄ ſubſiſtimus non poteſt intelligi quia ex operis noſtri mercede ſubſiſtam⁹: ſed euidenter dei munus eſſe q̄ ſumus: & gratia conditoris: qui eſſe nos voluit: ita & ſi hæreditatem promiſſionum dei capiamus: diuinæ gratiæ eſt non alicuius debiti aut operis merces. Q; ſi forte videatur hoc ipſum qđ dicitur ex fide: non eſſe gratis: quippe ſi offerenda ſit fides: pri⁹ ab homine ita & a deo gratia promerēda: Audi quomodo in aliis etiam de hoc idem apoſtolus docet: etenim vbi enumerat dona ſpirit⁹: quę dicit ſecundum menſuram fidei credētibus dari: ibi inter cætera etiam donum fidei aſſerit per ſpiritum ſanctum tribui. Poſt multa nam q̄ ita etiam de hoc dicit: Alii fides in eodem ſpiritu: vt oſtēdat q̄ etiam fides per gratiam datur. Sed & alibi idem apoſtolus docet dicēs quia a deo vobis datum eſt non ſolum vt credatis in Chriſtum: ſed etiam vt patiamini p̄ illo. Inuenis hoc deſignari & in euangeliis: vbi apoſtoli intelligentes: q̄ ea quæ ex homine eſt fides / eſſe non poteſt perfecta: ni addita fuerit etiam ea quæ ex deo eſt: dicunt ad Saluatorē. Auge nobis fidem. Ex quibus omnibus apertiſſime comprobatur quod hic dicit apoſtol⁹. Ideo ex fide: vt ſecundum gratiam firma ſit p̄miſſio: quia etiam fides ipſa qua credere videmur deo: dono in nobis gratiæ confirmatur. Hæc autem eſt gratia quam īuenire ſicut theſaurum magnum meretur ſiquis beatus eſt. Hanc inuenit Noe: & ideo ſcriptum eſt de eo. Hoc autem inuenit gratiam in conſpectu domini dei. Hanc inuenerat gratiā & Moyſes: & ideo dicebat ad deū: Si inueni gratiam in conſpectu tuo. Inuenimus tamen aliquos ſanctorum nō ſolū in cōſpectu domini dei inueniſſe gratiam: ſed etiam in conſpectu hominū. Deniq; de beato Ioſeph ſcriptum eſt: Et īuenit Ioſeph gratiam in conſpectu domini ſui. Sed iſta gratia quæ in conſpectu hominū inuenit: deo largiente conceditur. Sic enim ſcriptum ē de eodem Ioſeph: Et erat domin⁹ cum Ioſeph: & infudit ſuper eum miſericordiam: & dedit illi gratiam in cōſpectu principis carceris. Amplius adhuc aliquid de huiuſmodi gratia ī diuinis literis memoratur de beata Heſter. Sic enim ait. Quia erat Heſter inueniēs gratiam apud omnes qui videbant eam. Paulo poſt dicit ſcriptura. Inuenit gratiam Heſter ſup oēs cæteras virgines: & impoſuit ei rex diadema muliebre. Hoc autem non arbitror importune & de ſcripturis ſanctis requiſiuimus ad cōfirmationem apoſtolici dicti: in quo de fide & gratia diſputat. Ait ergo. Ideo ex fide vt ſecūdum gratiam firma ſit p̄miſſio. Sed & hoc notandum eſt qđ ait: Ideo ex fide vt ſecūdū gratiā firma ſit promiſſio: quaſi oſtendere volens q̄ ſi ex lege eſſet & non ex gratia promiſſio: firma nō eſſet: nunc autē idcirco firma ſit: q̄a nō ex lege ſed per gratiā. In quo ego puto q̄ tale aliquid intelligi velit: quia quę ex lege ſunt extra nos ſunt: quæ autē per gratiam: intra nos habent. Verbi cauſa. Quæ ī lege ſcripta ſunt calamo & atramento in membranis vel chartulis ſcripta ſunt. Quæ autē ex gratia deſcendunt: per ſpiritū dei in corde noſtro deſcripta ſunt: ſicut idem ipſe apoſtolus miniſter huius gratiæ in aliis deſignat: & dicit. Epiſtola noſtra vos eſtis inſcripta nō atramento ſed ſpiritu dei viui: non in tabulis lapideis ſed in tabulis cordis carnalib⁹. Ideo vt mihi videt firmiora dicit ea quæ per gratiā q̄ ea quæ ex lege ſūt quia illa extra nos ſunt: & hæc intra nos. Et illa in fragili materia cōſiſtūt: ita vt facile poſſint exoleſcere. Hęc vero dei ſpiritu inſcripta: & in animæ penetralibus impreſſa: firmitatē perpetuitatis obtinent. Talibus ergo literis promiſſionis inſcribitur anima: quę fidem ſuam deo velut cæris obtulerit præparatis: vt ī his dei gratia dignāter poſſit inſcribi. & ideo huiuſmodi fides reputatur ad iuſtitiam: quę capax gratiæ cœleſtis extiterit. Hoc autē contingit ſemini Abrahæ: non ei tantum qđ ex lege eſt: ſed ei quod ex fide eſt. Multo eñ Abrahæ nobilior ex fide eſt: q̄ ex carne ſucceſſio: q̄a non ex carne ſed ex fide iuſtificatus eſſe memoratur. Si enim non ex fide: ſed ex ſemine danda ſucceſſio eſt: cōueniēs erit & Iſmaheli poſteritatem: & eos qui ex Cęthura deſcendunt ad promiſſionum ſacramenta perduci. Qđ vtiq; non recipitur: ſed ſola legis ac fidei poſteri-

D tas introducitur. Verum non nos prætereat apoſtoli in hoc loco nutabuuda quædã & ambigue prolata locutio. Quod enim dixit vt firma ſit promiſſio omni ſemini: non ei qui ex lege eſt tantum: ſed ei qui ex fide eſt: ſi ita intelligatur quaſi aliud ex lege ſemen & aliud ex fide dixerit: vt tanq̃ ab vtroq; ſemine promiſſio debeat expectari: inuenitur contraria dicere his quæ ſuperius ſcripſit: cum ait. Non enim hi qui ex lege/hæredes ſunt. Item alibi. Arbitramur enim iuſtificari hominẽ per fidem ſine operibus legis. Et rursũ. Si enim qui ex lege hæredes ſunt: euacuata eſt fides. Etẽ ſi ex fide iuſtificatur homo ſine operibus legis: & hæredes non fuerint hi qui ex lege ſunt: quomodo non contrarium videbitur ꝙ in hoc loco dicit firmam eſſe promiſſionem per gratiã non ei tantum ſemini qđ ex lege eſt: ſed ei qđ ex fide eſt: & cum in ſuperioribus eos qui ex lege ſunt repuliſſe videatur: hic eos quomodo exæquat his quos ex fide ſperare gratiam dicit! Sed mihi videt̃ qđ dicit: omni ſemini non ei quod ex lege eſt tãtũ: ſed & ei qđ ex fide eſt: legem hic(ſicut ſæpe iam diximus) indicare naturalem: & hoc afferere ꝙ non his qui ex lege naturali ſolum veniũt firma ſit promiſſio: ſed & his q ex fide legi acciderint naturali eã fidẽ quã habuit Abraham pater noſter: vt nõ duos populos: vnum ex fide: & alium ex lege indicare videatur: ſed vnum atq; eundem qui non ſolum ex lege naturali qua omnes homines vtuntur: ſed ex fide cuius Abrahã auctor extitit: placeat deo. Quo ſcilicet oſtendat ꝙ ſi quis habeat integra omnia quæ lex edocet naturalis: & in nullo eum peccati conſcientia reprehendat: non tamen habeat etiam fidei gratiam: non poſſe eum iuſtificari. Fides enim eſt quæ ad iuſtitiam reputatur. Et hoc modo habita diſtinctio reddit intelligẽtiam planiorẽ: atq; ea quæ contraria putantur conſona eſſe: & ſibi inuicem concordantia deprehendẽtur.

E De diuerſitate aũt legũ qđ in hac p̃cipue epiſtola apoſtolus ſæpe etiam latenter & ſubito ab alia ad aliam legem ſermonis ordinem mutet: frequenter oſtendimus: & eadem iterare ſuperfluum eſt. Bene autem nõ de Abraham dixit pater omnium: ſed ait pater omnium veſtrum: id eſt non qui ex lege deſcendimus: ſed qui ex fide a lege ſuccedim⁹. Et quia omnium qui huiuſmodi ſunt pater eſt: merito promiſſionis diuinæ ſententiam in conſequentibus poſuit dicens. Sicut ſcriptum eſt quia patrem multarum gẽtium poſui te ante eum cui credidit deum. Si ergo pater futurus eſſe promittitur multarum gentium: non immerito pater & eorum qui ex gentibus & eorum qui ex circũciſione veniunt nominatur. Et recte addidit ex ſua interpretatione Apoſtolus: ante eum cui credidit deum: hoc eſt pater poſitus eſt multarum gentium ante ipſum deum cui credidit. Cuius promiſſiones & a quo ſignaculum fidei in circũciſione ſuſcepit. Quomodo ergo circunciſio patrem ſibi proprie defendit ipſe deus qui eam circunciſionem dedit: multarum eum gẽtium poſuerit patrem! Qz ſi aliquis hoc ad Iſmahelis poſteritatem voluerit Cethurę conuertere: occurrit ei quod ſcriptum eſt quia benedicentur in te omnes trib⁹ terræ. Hoc etiam in euangelio Baptiſta dicebat: quia potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Addidit autem in ſubſequentibus. Qui viuificat mortuos & vocat ea q̃ nõ ſũt tanq̃ ea quæ ſunt. Mortuos hic ſecundum animæ peccatũ intelligimus: quoniam anima(inquit)quæ peccat morietur. Sicut enim in morte corporali pereũt ſenſus: & nec quis vltra corpus: neq; auditũ: neq; odoratũ: aut guſtũ recipit: vel tactum: ita & q ſpiritales ſenſus in anima perdiderit: vt nõ videat deum: neq; audiat verbũ dei: neq; ſuauem odorem capiat Chriſti: neq; guſtet bonum dei verbum: neq; manus eius pertractent de verbo vitæ: huiuſmodi homines merito mortui appellantur. Tales inuenit nos aduẽtus Chriſti: ſed viuificauit per gratiam ſuam: ſicut & alibi dicit idem apoſtolus. Et nos cum mortui eſſem⁹ delictis & peccatis noſtris: ſimul cum illo reſuſcitauit nos. Vis autem tibi & de ſcripturis propheticis approbari: ꝙ omnes q idola colunt: & confidunt in eis: mortui ſunt! Audi Dauid quomodo dicit. Simulacra gẽtium argentum & aurum opera manuum hominum. Os habent/& non loquentur: oculos habent: & non videbunt: aures habent/& nõ audient. Et poſt aliquanta. Similes(inquit)fiãt eis qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Vides mortuos eſſe: & ſimiles ſimulacris effectos eos: qui colunt ea & qui confidunt in eis. Vnde diligenti⁹: ītueamur ſi forte ſicut hi qui colunt idola & confidunt in eis ſimiles eis fieri dicuntur: ita & hi qui verum deum colunt: & confidunt in eo ſimiles ei fiant. Et hoc eſt fortaſſis: ꝙ in initiis homo cum præpoſitum fuiſſet vt ad imaginem & ſimilitudinem dei fieret: ad imaginem quidem factus eſt: ſimilitudo autem dilata eſt ob hoc vt prius cõfideret in deo: & ita fieret ſimilis ei: & ipſe audiret quia ſimilis ei fiet omnis qui confidit in eo. Hæc per exceſſum quẽdam ſociauim⁹ his quæ de mortis genere diſſeruimus: vt ma-

niſeſtius fieret: quibus modis deus viuificat
A mortuos. Sed & quod in conſequentibus dicit.
Et vocat quæ nõ ſunt tãq̃ ea quæ ſunt: quomo
do intelligi debeat videamus. Frequenter & in
aliis expoſuimus: ꝙ deus ſolus eſt qui dicit:
Ego ſum qui ſum. Et vna eſt illa dei ſubſtantia
quæ ſemper eſt. Cui ſi quis ſe adiunxerit: vnus
fit cum eo ſpiritus: & per illum qui ſemper eſt
etiã ipſe eſſe dicitur. Qui vero longe eſt ab eo
nec participiũ eius ſumit: nec eſſe quidem dici
tur: ſicut eramus nos gentes priuſq̃ ad agni-
tionem veritatis diuinæ veniremus: & ideo di
citur deus vocare ea quę non ſunt / tãq̃ ea quæ
ſunt. Inter eos enim qui ſunt: id eſt qui partici
pationem habẽt eius q eſt: Abraham: & Iſaac:
& Iacob: & cæteri ſancti numerantur. Q ſi gẽ
tes credendo in fidem veniunt Abrahæ: conſe
quenter pronuntiat apoſtolus: ꝙ deus vocaue
rit ea quæ non ſunt: tanq̃ ea quę ſunt. Poteſt ta
men etiã illud aduerti: vt in hoc loco erga lau-
des dei apoſtolus latius videatur effuſus: & ini
tium primæ eius creaturæ cum admiratione
memoraſſe: cum ex nihilo eſſe fecit vniuerſa: &
ea quæ non erant virtute potentiæ ſuæ tanq̃
quæ eſſent & ſubſiſterent euocauit: & ita ei in
creãdo nihil fuiſſe difficile: vt cum nihil exiſte
rent: & omnia ſubito vocata ita affuiſſe tanq̃
B quæ ſemper extiterint. Q ſi quis nobis obii-
ciat illum apoſtoli ſermonẽ: quẽ ad Corinthi-
os ſcribit vbi dicit: quia contemptibilia mũdi
elegit deus quę nõ ſunt: vt ea quæ ſunt deſtru
antur: vt non glorietur oĩs caro coram deo: &
dicit ſecundũ hanc expoſitionẽ non cõuenire:
vt deſtrui dicantur quæ ſunt: cum ea quę non
ſunt / vocata ſunt: dicemus ad hæc: quia in illo
loco alios dixit eos qui ſunt: & alios in hoc capi
te ĩ epiſtola ad Romanos. Declarauit enim ad
Corinthios qa de his diceret quos ſupra enu-
merauerat. Dixit eñ ſuperiꝰ. Videte eñ voca
tionẽ veſtrã fratres: qa nõ multi ſapiẽtes inter
vos ſecundum carnem: nõ multi potentes: nõ
multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi ele-
git deus: vt confundat ſapientes: & infirma
mundi elegit deus: vt confundat fortia. Sicut
ergo ſtulta mundi elegiſſe dicit deum: hoc eſt
gentes vt confunderet ſapientes ſine dubio
Iudæos: et infirma mundi: vt confundat for-
tia: eodem ordine in hoc loco dicit: & de his
quæ non ſunt: vt ea quæ ſunt deſtruat. Et non
eſſe gentes: eſſe autem Iudæos oſtendit: id eſt
qui in lege erant: ſed legem non implebant: vt
deſtruerentur / & iudicarentur illi qui non
erant in lege: & Abrahę fidei credulitatis me-
rito iungerent. Quod autem dixit: vt confun-
dat ſapientes: non ꝙ vere ſapientes eſſent: alio
quin nunq̃ confunderet deus eos q ſecundum
dei ſapientiam ſapiẽtes ſunt: ſed illos dicit qui
ſe putant eſſe ſapiẽtes & nõ ſunt: ſicut & alibi
dicit. Vbi ſapiens: vbi ſcriba: vbi conquiſitor
huius ſæculi? Nõne ſtultam fecit deus ſapien-
tiam huius mundi? Huius mundi ergo pœnu
riam ſenſus: ſed ſecũdum illud qđ dictum eſt.
Qui vult ſapiens eſſe: ſtultus fiat in hoc mun-
do vt ſit ſapiens apud deum: quia ſapientia hu
ius mundi ſtultitia eſt apud deum.

Qui contra ſpem in ſpem credidit: vt fieret
pater multarum gentiũ: ſecundum ꝙ dictum
eſt ei: ſic erit ſemen tuũ ſicut ſtella cœli / & are-
na maris: & non infirmatus eſt a fide: nec cõſy
derauit corpus ſuum emortuum: cum fere cẽ
tum eſſet annorum: & emortuam vuluã Sar-
ræ: in repromiſſione etiam dei non hæſitauit
diffidentia: ſed confortatus eſt fide dans glo-
riam deo: & pleniſſime ſciens: quia quæcunq;
promiſit deus potens eſt & facere. Ideo & repu
tatum eſt illi ad iuſtitiam.

¶ Videtur mihi ꝙ dixit apoſtolus cõtra ſpem C
aſpexiſſe: quod & in Geneſi refertur Abram di
xiſſe ad dominum. Dominator domine qđ mi
hi dabis? Ego autẽ dimittor ſine filiis. Hic aũt
filiꝰ manet vernaculę meæ Damaſcus Eliezer:
& addidit Abram. Quoniam mihi non dedi-
ſti ſemen: hic vernaculus meus hæres meus
erit. Ex quibus vtiq; verbis Abram de filiis ſuſ
cipiendis intelligit deſperaſſe. Quod vero di-
xit: In ſpem credidit: datam rurſus ei ſpem opi
nor inde collegit vbi ſcriptum eſt: & vox domi
ni facta eſt ad eũ dicens: nõ eſt hic hæres tuus:
ſed qui exierit de te ipſe erit hæres tuus. Edu-
xit aũt eum foras & dixit illi. Reſpice ad cœlũ:
& numera ſtellas ſi poteris dinumerare eas: &
ait ad eum. Sic erit ſemen tuum. Et credidit
deo: & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Ex his er
go verbis deſperatio prius: & poſtmodũ data
ei ſpes de promiſſionibꝰ declaratur. Cui qa cre
didit: ſcribit de hoc quod nũc proponit apoſto
lus: quia reputatũ eſt ei ad iuſtitiã. Merito au-
tem & more ſibi ſolito vbi de fide tractat apo-
ſtolus: coniungit & ſpem: ſciens fidei ſpem in
ſeparabiliter cohærere: ſicut & ĩ epiſtola ad he
bræos idem docet dicens. Eſt autẽ fides ſperan
darum rerum ſubſtantia: indiciũ non apparẽ-
tium. Et iterum in hac eadẽ ad Romanos epi-
ſtola in poſterioribus dicit. Spe autẽ ſalui facti
ſumus. Spes aũt quæ videtur non eſt ſpes. Qđ
enim videt quis quid ſperat? Si vero quod non
videmus ſperamus: per patientiã expectamus.
Q ſi ſpe ſalui facti ſumus: hoc idem eſt quod
alibi dicit: quia per fidem ſaluati ſumus: & fi-
des tua te ſaluam fecit: & ſecundũ fidem tuam

contingat tibi.Quæ vtiq; illis dicunt qui cre-
dentes in Ieſu ſpem geſſerunt ab eo ſe poſſe cu
rari.Sicut autē Abrahā cōtra ſpem in ſpe cre-
didit:ita omnes q per fidem filii ſunt Abraham
contra ſpem in ſpe credunt:de ſingulis quibuſ
q; quæ credūt:ſiue de reſurrectione mortuoꝝ:
ſiue de hæreditate regni cœlorum. Hæc enim
quantum ad naturā humanam ſpectat:contra
D ſpem videtur.Quantū autē ad potentiā dei in
ſpe credunt:exemplo Abraham credētis: quia
quæcunq; promiſit deus potens eſt & facere:ſi
tamen his qui credunt maneat fides/ſpes/cha-
ritas.Et puto q; prima ſalutis initia: & ipſa fun
damenta fides eſt.Profectus vero & augmenta
ædificii ſpes eſt.Perfectio autem & culmen to-
tius operis charitas.& ideo maior omniū dici-
tur charitas. Igitur Abraham contra ſpem in
ſpe credidit:vt pater fieret multarum gentiū:
quæ futuræ eſſent ſicut ſtellę cœli:nō ſolū mul
titudine:ſed & claritate .Cuiq; promittenti fi
deliter credens:non inquit infirmatus eſt fide.
Quod dicit:nō infirmatus eſt fide:oſtēdere mi
hi videtur eſſe quandam infirmitatem in fide.
Qꝫ ſi eſt infirmitas:eſt ſine dubio & ſanitas:ſi-
cut & in aliis oſtendit:cum dicit. Increpa illos
acriter:vt ſani ſint in fide. Beatus ergo eſt qui
non infirmatur in fide.Si vero quis īfirmetur:
curam ei⁹ deſcribit apoſtolus cum dicit.Infir-
mantē autē in fide aſſumite nō in diſceptatio-
nibus cogitationū.Nam alius credit māduca-
re ſe oīa.Qui autem infirmus eſt:holera mādu
cet.Per qđ vtiq; deſignat verbi holera præben
da eſſe ei qui infirmat in fide:ne plena fidei do-
ctrina cunctantib⁹ in ea & quodāmodo ægro
tantibus ingeratur.Sana autē fides dicit quę p
fecta eſt:& cui nihil deeſt:& ipſa eſt quæ credit
manducare omnia:id eſt quę capere poteſt oīa.
Quam qui habet:ſpiritalis appellat:& diiudi-
cat oīa:& in nullo ſermone ſcādalizari poteſt.
Vnde euidenter apparet eſſe augmēta quædā
& profectus in fide: & aliquos habere partem
fidei exiguam:alios magnam:alios vero habe-
re omnē fidem. Vnde & apoſtol⁹ dicebat.Si ha
beam oēm fidem ita vt mōtes transferā. Sed &
in euangeliis diſcipuli dicunt ad dominū qua
ſi quibus nōdum plena ineſſet fides: Auge no-
bis fidem.Cōſydera ſane ſi ſecundū ea quæ de
E fide dicimus etiā de charitatis augmētis ſimi-
liter poſſimus intelligere.Ita vt dicamus & de
charitate:ſicut ille dixit: Si habeam omnē fidē
ſi habeā omnē charitatē:& illū habere omnem
charitatē:quia omia ille habuerit quę propria
charitatis ſunt:ſicut dicit apoſtolus.Charitas
patiens eſt:benigna eſt:non inflatur:non æmu
latur:non ambitioſa eſt:non perperam agit:nō
irritatur:omnia tolerat:oīa credit:omnia ſpe-
rat:oīa ſuſtinet:& cætera his ſimilia.Quę ſi qs
habeat:recte mihi videtur dicere q; habeat om
nem charitatem . Quæ charitas ſine dubio ex
his ſingulis ab apoſtolo ſupra memoratis par-
tibus conſtat.Similiter aūt & de miſericordia
& pietate : cæteriſq; virtutibus arbitror dici
poſſe.Et forte per hæc ſingula:ſicut de fide di-
ctum eſt : quia fides reputata eſt ad iuſtitiam:
ita & de charitate dici poteſt:quia reputata eſt
ei charitas ad iuſtitiam:aut pietas:aut miſeri-
cordia.Sed videamus iam ea quæ conſequun- F
tur.Et non (inquit) infirmatus in fide:nec cō
ſyderauit ſuum corpus emortuum:cū fere cē-
tum annorū eſſet:& emortuā vuluam Sarræ.
In repromiſſione etiā dei nō hæſitauit diffidē-
tia:ſed confortatus eſt fide . Quantū quidē ad
ſimplicē pertinet intellectū euidentem protu-
lit rationem:q; Abraham cū audiret ſibi a deo
ſobolem repromitti:non reſpexit ad emortuas
centenarii corporis vires:de quo vtiq; nequaq̄
ſperari poterat vlla ſucceſſio:ſed potentiam p
mittentis intuitus nihil difficile eſſe credidit
in his quæ promittebat omnipotens:ſed dedit
(inquit) gloriā deo . Intelligens ſolius dei eſſe
munus: vbi humanę fœcūditatis iura ceſſaue
rant.Merito igitur dedit gloriā deo:qui natu
ræ fuerat deſertus auxiliis. Hæc vt dixi quan-
tum ad ſimplicē intelligentiam pertinet / ſuffi
cienter dicta videbuntur.Si vero quis obiiciat G
nobis : quomodo poterit Abraham in centena
rio annorū numero poſitus emortui corporis
dici:qui poſteaq̄ ſuſcepiſſet Iſaac ; & defuncta
eſſet Sarra:quę cum nonagenaria / conceperat
& vixerat annis centū vigintiſeptē:poſtea etiā
q̄ annorum quadraginta factus Iſaac accepit
Rebeccam:poſt omnia iſta ſcribit: Et apponēs
Abrahā accepit vxorē cui nomen Cethura: &
peperit ei Zamram: & Ieſan:et Madan:et Ma
dian:et Ieſboch:et Sue: quomodo ergo videbi
tur emortui corporis:qui multo ſenior effect⁹
q̄ tunc erat vxorē acceperit:et ſeptem liberos
potuit procreare?Quas obiectiones vt decēter
poſſimus excludere:expoſitiones emortui cor
poris illo trāſferimus:vt dicamus Abrahā nō
infirmitate ætatis emortuū:ſed ſecundū illam
virtutē quā ſancti in ſemetipſis primo implen
tes etiā cęteros habere monent:et dicunt.Mor
tificate mēbra veſtra quę ſunt ſuper terrā.Nā
et abſurdū puto ſi hoc bonū quod in ſe Paulus
habuit.neq; eīm aliis imperaret qđ ipſe non fe-
cerat.Si iquam hoc bonum qđ Paulus habuit:
Abrahā tātū patriarchā:quē etiā ſuū patrem
dicit apoſtol⁹: nō credam⁹ habuiſſe? Fuit ergo
etiā in illo mortificatio iſta membroꝝ.Non in

citabatur luxuria:non vrebatur libidine:ſicut
illi de quibus apoſtolus dicit. Melius eſt nube
re q̄ vri. Hoc idem erat & in Sarra: quia defe
cerunt Sarrę fieri muliebria. Non em̄ erat in il
la laſciuia muliebris:aut incõtinentiæ diſſolu
tio:neq; in vſum libidinis præcipitabant̄ inui
ti:ſed vbi audiunt tantam poſteritatis ſpem &
ſobolis ſuæ gloriã cœlo & ſyderibus exæquan
dam:vbi hæc audiũt nõ aſpiciũt ad ꝓpria bo
na:ad cõtinentiæ gratiã:ad membrorũ morti
ficationẽ:ſed hæc oĩa quæ ſibi lucra ducebant
arbitrantur detrimẽta:vt Chriſtũ lucrifaciãt.
A Sed fortaſſis erraſſe me credis:ꝙ cum de poſte
ritate Abraham & ſeminis eius dicerem:non
debuerim de Chriſto dicere. Non erramus:ſed
cum apoſtolo loquimur. Ipſe enim hęc de Chri
ſto dicta eſſe interpretatur cum dicit. Scriptũ
eſt. Tibi dabo terram hanc & ſemini tuo. Non
dixit:& ſeminibus:tanq̄ in multis:ſed ſemini
tuo tanq̄ in vno qui eſt Chriſtus. Vides ergo
quomodo nos apoſtolꝰ docet ſic dominum lo
cutum eſſe ad Abraham:vt ĩ ſemine ſuo Chri
ſtum intelligeres debere ſentiri:& ob hoc puto
ꝙ adiecerit apoſtolus:& dixerit:dans gloriam
deo. Non enim tantam gloriam Abraham po
tuiſſet offerre de natiuitate Iſaac:quantam da
re potuit gloriam deo:ſi ĩtellexit Chriſtum de
ſuo emortuo iam & vitiis defæcato corpore
naſciturum. Sed & tu ſi mortifices mẽbra tua
quæ ſunt ſuper terram:ſi abiecto omni feruore
libidinis emortuum ſerues:& nullis obnoxiũ
vitiis corpus:potes etiam tu fructus ex eo opti
mos generare. Potes generare Iſaac:qđ eſt gau
dium:& hic eſt primus ſpiritus fructus. Poteſt
ſemen tuum:& opera tua aſcendere ad cœlum
& effici opera lucis:& ſtellarũ fulgori ſplendo
riq; conferri:vt cum dies reſurrectionis affue
rit:tanq̄ ſtella differas in claritate. Amplius
adhuc dico. Potes ſi tam purus mẽte:tam ſan
ctus corpore:tam immaculatus actibꝰ fueris:
etiã ipſum generare Chriſtũ:ſecũdũ illũ q dice
bat. Filioli mei quos iterũ parturio donec for
metur Chriſtus in vobis. & ſicut ipſe de ſe dñs
dicit. Qui fecerit volũtatem patris mei qui in
cœlis eſt:ipſe meus frater:ſoror:& mater eſt.
Quę ergo erit mater Ieſu:niſi cuiꝰ vulua emor
tua eſt:vt ita demum parturiat filios caſtitatis
ſicut & mulier de qua dicit apoſtolus:Salua au
tem erit per filiorum generationem:ſi perman
ſerit in fide & caſtitate? Vnde etiam pro his cõ
uenienter additum puto:Et reputatũ eſt ei ad
iuſtitiam. Quomodo enim non ad iuſtitiam re
putaretur ei:qui non ſolum in fide ſed & in om
nibus virtutibus perfectionem tenebat?

Non eſt autem ſcriptum propter ipſum tã
tum:ꝙ reputatum eſt ei ad iuſtitiam:ſed & ꝓ
pter nos:quibus reputabitur credentibꝰ in eũ
qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ a
mortuis:qui traditꝰ eſt propter delicta noſtra
& reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã.

¶Hoc in loco quod dicit:Nõ propter ipſum tã B
tum:intelligendum eſt de ipõ:& iterum qđ di
cit:ſed & propter nos:hoc eſt & de nobis. Mani
feſtum nãq; eſt:quia hoc qđ dicitur:Credidit
Abraham deo:& reputatũ eſt illi ad iuſtitiam:
non propterea Moyſes ſcripſit vt Abraham le
geret:qui vtiq; olim fuerat defunctus:ſed vt
nos profectũ fidei ex huiuſmodi lectione pare
mus:intelligentes quia ſi nos ita credamꝰ deo:
vt ille credidit:etiam nobis reputabit̄ fides ad
iuſtitiã:credentibus in eum qui ſuſcitauit Ie
ſum dominũ noſtrũ a mortuis. Vellem ſane re C
quirere quid eſt quod in hoc loco apoſtolus de
um nominans q credidit:& cui Abraham cre
didit:nõ dixit credentibꝰ in deũ excelſum:vel
credentibus in eũ qui fecit cœlũ & terrã:vel in
eum qui fecit angelos:cæteraſq; cœleſtis glo
rię virtutes:ſed ait qui ſuſcitauit dominum Ie
ſum a mortuis. Qua ergo de cauſa ad cõpara
tionem fidei Abrahæ titulus iſte reſurrectiõis
dñi aſſumitur requiramus. Nunquid Abrahã
in eum qui crediderat:ſuſcitauit dominum Ie
ſum a mortuis:cũ Ieſus tunc nõdum fuiſſet re
ſuſcitatus a mortuis? Vellem ergo cõſyderare
quid viſum ſit Paulo promittẽti nobis:quia ſi
cut Abrahæ reputata eſt credenti fides ad iu
ſtitiam:ita & nobis reputabit̄ credẽtibus in eũ
qui ſuſcitauit Ieſum dominum noſtrũ a mor
tuis. In quo ego pro paruitate ſenſus mei illud
aduerto:ꝙ multo ſit magnificentius in laudi
bus dei reſuſcitaſſe Ieſum dominum noſtrum
a mortuis q̄ feciſſe cœlũ:& terrã:creaſſe ange
los:& cœleſtes condidiſſe virtutes. Illud enim
fuit facere quæ nõ erant:hoc autẽ reparare qđ
perierat. Illud fuit nondum deiecta inſtituere:
hoc autẽ deiecta reſtituere. Illud deniq; iuſſio
ne:hoc paſſione perfectum eſt. Sed huius tanti
tãq; magnifici myſterii in fide Abrahã forma
& imago ꝓceſſerat. Ille em̄ crediderat cũ offer
re vnicũ iuberet̄:quia & a mortuis eũ ſuſcita
re potẽs eſſet deus:crediderat etiã ꝙ nõ illi tan
tum Iſaac res tũc gereretur:ſed & ſemini eius/
qui eſt Chriſtus/plena ſacramẽti veritas ſerua
retur. Inde deniq; gaudens vnicũ offerebat:qa
in eo non interitũ poſteritatis:ſed reparationẽ
mũdi:& innouationẽ totius creaturæ:quę per
reſurrectionẽ domini reſtituta eſt:cogitabat.
et idem dicit dominꝰ de eo. Quia Abraham pa
ter veſter exultauit vt videret diem meum:&
vidit:& gauiſus eſt. Hoc ergo competenter vi

debitur habita comparatio fidei Abraham & eorum qui credūt in eum: qui ſuſcitauit dominum Ieſum: quia qđ ille futurū credidit: a nobis creditur factum. Simul & illud oſtenditur: quod hæreticis non placet: quia deus cui credidit Abraham: & fidem eius dei iuſtitiam reputauit: ipſe eſt qui & dominum Ieſum reſuſcitauit a mortuis: nec relinquit̃ locus vt alius deus legis: alius dñi noſtri Ieſu Chriſti pater intelli-
D gatur. Sed adhuc requiramus: cū ſint q̃pluri- ma quæ Chriſtus eſſe dicitur: nam & ſapientia / & virtus / & iuſtitia / & verbū / & veritas / & vita ipſe appellatur: cur potiſſimū de reſurrectione eius in fide nunc apoſtolus faciat mentionem. Dicit ĩ aliis idem apoſtolus: quia cum Chriſto coexcitauit nos deus: & ſimul cū ipſo ſedere fecit in cœleſtibus. Hoc eſt ergo quod admonet. Si creditis Chriſtū ſurrexiſſe a mortuis: credite etiam voſmetipſos cū ipo pariter ſurrexiſſe: & ſi creditis qa ſedet ad dexterā patris in cœlis: etiā voſmetipſos credite iam non in terrenis: ſed in cœleſtib⁹ collocatos: et ſi creditis vos Chriſto commortuos: credite quia & conuiuetis ei: et ſi creditis quia Chriſtus mortuus eſt peccato: & viuit deo: etiā vos mortui eſtote peccato: & viuite deo. & hoc eſt quod authoritate apoſtolica proteſtatur: & dicit. Si cō ſurrexiſtis cum Chriſto: quę ſurſum ſunt quęrite: vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quę ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſuper terrā. Quia q̇ hęc agit: hic ſe oſtēdit credere in eū qui ſuſcitauit Ieſum dominum noſtrum a mortuis. Et huic vere fides reputatur ad iuſtitiā. Neq; em̃ poſſibile eſt: vt habenti in ſe aliquid iniuſtitię: poſſit iuſtitia reputari: etiam ſi credat in eum: qui ſuſcitauit dominū Ieſum a mortuis. Iniuſtitia nanq; cū iuſtitia nihil poteſt habere commune: ſicut nec lux cum tenebris: nec vita cū morte. Ita ergo & credentib⁹ quidem Chriſto: nec tamen deponentibus veterē hoīem cū actibus ſuis iniuſtis: fides reputari nō pōt ad iuſtitiam. Simili autē modo poſſumus dicere: quia ſicut iniuſto nō poteſt iuſtitia reputari: ita nec impudico impudicitia: nec iniquo æq̄tas: nec auaro liberalitas: nec impio pietas reputari poteſt: donec vetuſta vitiorum indumenta non abiicit: & nouū ſe induat hoīem qui ſecundū deū creatus eſt: & renouat̃ in agnitione dei ad imaginē ei⁹ qui creauit eū. Propterea em̃ & in
E ſequētibus adiungit & dicit de dño Ieſu. Qui traditus eſt propter peccata noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram: vt oſtendat quia ea pro q̄bus Chriſtus traditus eſt: etiam nos abhorrere debeamus: & abiicere. Si enim propter peccata noſtra traditū eum credimus quomodo non alienum nobis & inimicū ducitur omne peccatum: ꝓ quo redemptor noſter traditus memorat̃ in mortem? Nā ſi nobis aliqua rurſum ſocietas cū peccato: aut amicitia fiat: oſtendimus q̄ nihili ducamus mortē chriſti Ieſu: amplectentes & ſequentes ea quę ille expugnauit & vicit. Idq; totum ſimul connectēs apoſtolus tanq̃ corpus ipſum peccati indumētum veteris hominis appellauit: qđ deponēdū ſuadet his qui credunt ei: qui ſuſcitauit dominum Ieſum a mortuis: vt abiecto indumento iniuſtitiæ induāt ſe dominum Ieſum: quod eſt verum iuſtitiæ indumentū: vt merito credentibus fides ad iuſtitiam reputetur. Tradit⁹ eſt ergo ꝑpter peccata noſtra: & reſurrexit ꝑpter iuſtificationē noſtrā. Etem̃ ſi ſurrexim⁹ Chriſto: qui eſt iuſtitia: & in nouitate vitæ ambulamus: & ſecundū iuſtitiā viuimus: ſurrexit nobis Chriſtus ad iuſtificationē noſtram. Si vero nōdum depoſuimus veterē hominē cū actibus ſuis: ſed ĩ iniuſtitia viuim⁹: audeo dicere q̄ nōdum reſurrexit nobis Chriſtus ad iuſtificationem: nec traditus eſt ꝑpter peccata noſtra. Si enim hoc credo quomodo illud amo pro quo ille pertulit mortē? Si hęc credo: q̄ ille ad iuſtificationem meam ſurrexit: quomodo iniuſtitia placet? Iuſtificat ergo eos Chriſtus tantummodo qui nouam vitā exemplo reſurrectionis ipſius ſuſceperunt: & vetuſta iniuſtitiæ atq; iniquitatis indumenta / velut cauſam mortis / abiiciunt. Sed illud vellē requirere: ſi pro hoc ſolo E dicit apoſtolus: quia nō ꝑpter Abrahā ſcriptū eſt: ſed ꝑpter nos: quod dixit: Credidit Abraham deo & reputatū eſt illi ad iuſtitiā: putaſne q̄ ſolus hic ſermo ex omnibus quæ dicūtur de Abrahā nō ſolū ꝑpter illū ſed & ꝑpter nos ſcriptus eſt? An & alia aliqua videbunt̃ nō ſolū propter illū ſed & ꝑpter nos ſcripta? An certe omnia quę dicunt̃ de ipſo ſolo: ſed & pro nobis dicunt̃? Et non ſolū de Abrahā: ſed vide ne forte hæc eadem etiā de Iſaac ſimiliter accipienda ſint: vt quę de ipſo ſcripta ſunt: nō ipm̄ ſolū ſed et nos aſpiciāt? Similiter et de Iacob: et cæteris patriarchis. Nā q̃ ratio videbit̃ vt de Abrahā q̄dē q̃ ſcripta ſunt: etiā ad nos ꝑtinere dicant̃: non autē ſimili forma etiā de Iſaac: et de Iacob et de Iuda: vel de Ioſeph et cæteris? Qꝫ ſi nihil rationis videbitur: cur de vno patriarcha hoc ita accipi debeat: et non etiā de cæteris: conſequens erit vt de oībus quæ ſcripta ſunt: non ſolum propter illos qui tunc erāt: ſed et propter nos conſcripta videant̃. In quod me præcipue ſuadet ita ſentire ille euangelii ſermo: in quo dñs et ſaluator noſter ad eos qui ſibi dixerunt quia pater noſter Abraham eſt: reſpondit. Si

ſemen Abrahæ eſſetis: opera vtiq; Abrahæ faceretis. Nūc aūt quęritis me occidere: hoīem q̄ veritatē locut⁹ ſum vobis: quā audiui a patre meo. Hoc Abrahā nō fecit. Per qđ vtiq; oſtendit: quia qui faciūt opera Abrahæ iſti ſunt filii Abrahæ: & ꝓpter illos ſcripta ſunt: q̄ de Abraham ſcripta ſunt. Hic aūt iam ſapientis viri & a deo illuminati eſt intueri/ & ꝓſpicere quomō vnūquodq; opus qđ de Abrahā ſcribit: i ſemet ipo videat expleri. Verbi gratia: qđ dictū eſt ad illū: Exi de terra tua & de cognatiōe tua: & de domo patris tui: & veni ad terrā quā tibi oſtendā: quomō & is q de ſemine Abrahę eſſe ex operib⁹ vult videri: his debeat obſequi: quę vtiq; ſunt non ꝓpter illū tantū ſcripta: ſed & ꝓpter eos q credūt ī eū: q ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dn̄m noſtrū a mortuis: & cum hæc impleuerit quomodo ſperare etiā illud quod ſubiungitur debeat: id eſt et faciat te in gentē magnā: & benedicam te: & magnificabo nomen tuū: & eris benedictus: & benedicā benedicentes te: & maledicam maledicentes te: & benedicentur in te omnes tribus terræ. Et iterū cū dicit ſcriptura abiit autē Abrahā ſecundū ea quæ locutus eſt ei dn̄s: quomodo etiam hoc nō ſolum propter Abraham: ſed & propter nos ſcriptum videat̄: vt ambulemus ſecūdum oīa q̄ locutus eſt dn̄s: ſed & de Iſaac: vel de cæteris quæ ſimiliter ſcribuntur: quomodo etiā ad nos pertinere videātur. Nō eſt autē præſentis temporis oīa nos adducere in medium: & ſingula quæq; diſcutere: quo ordine etiā in nobis qui credim⁹ in eū: cui credidit Abrahā: quæ de Abraham: vel de cęteris ſanctis in ſcripturis diuinis dicta: vel facta ſunt: compleantur. Sed inquātū præſentis operis neceſſitas patitur: aperuimus viam: qua latius qui in ſcripturis exerceri deſyderat: poſſit incedere. Hactenus de ratione fidei eius: quę ad iuſtitiam reputata eſt: & diuerſarū legū obſeruantia: ac pręputii circūciſioniſq; diuerſitate: diſputationis ſermo cucurrerit: nūc iā qualiter hi qui ex fide: & non ex operibus iuſtificati ſunt informentur ab apoſtolo: videamus.

CAPVT. V.

Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus ad deū per dominū noſtrū Ieſum Chriſtū: per quē acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtā ī qua ſtam⁹: & gloriamur in ſpe glorię filioꝝ dei.

3 ℭ Apertiſſime em̄ per hæc quæ intellexit quid ſit ex fide & nō ex operibus iuſtificari ad pacē dei: quæ ſuperat omnē mentem: in qua & ſumma perfectionis conſiſtit: inuitat. Sed vt diligētius ſenſum perſpiciam⁹ apoſtoli: quid ſibi velit pacis nomen: & eius pacis quæ per dominū noſtrum Chriſtum eſt: perquiramus. Pax dicitur vbi nemo diffidet: nemo diſcordat: vbi nihil hoſtile: nihil barbarum gerit̄. Nos ergo qui aliquando fuimus inimici dei: ſequentes hoſtē & tyrannū diabolū: nunc ſi illius arma proiecimus: & ſignū Chriſti & crucis eius vexilla ſuſcepimus: pacem vtiq; habemus ad deum: ſed per dominū noſtrū Ieſum Chriſtum: q nos per hoſtiam ſanguinis ſui reconciliauit deo: ſicut ſcriptum eſt: Cum eſſemus inimici dei recōciliati ſumus deo. Si quis ergo habet pacem ad deum: & recōciliatus eſt per ſanguinē Chriſti vltra non cogitat ea quę inimica ſunt deo. Vis autem audire quæ ſunt iſta quæ inimica ſunt deo? Paulus ipſe te docet: qui ait. Sapientia carnis inimica eſt deo: legi em̄ dei nō eſt ſubiecta. Si ergo carnaliter ſapias: vel vitam tuam cupiditatibus carnis exponas: & affluentia delitiarum reſoluas: aut ſi de legis intellectu carnaliter: & non ſpiritaliter ſentias: & hæc aſſertionibus humana arte quæſitis: magis q̄ ſpiritali gratia & intellectu ſubtiliore defendas: per ſapientiam carnis inimicus efficeris deo. Nec ſolus hęc Paulus in ſuis literis ſcribit. Audi & Iacobum C fratrē dn̄i ſimilia proteſtantē: cū dicit. Qui voluerit amicus eſſe ſæculi huius: inimicus dei cōſtituetur. Sed & Ioannes pari ſpiritu atteſtatur. Filioli nolite amare ea quæ in mundo ſunt: quoniam omne qđ in mundo eſt: cōcupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorū: & ſuperbia vitæ: quæ nō eſt ex deo. Igit̄ in quo hæc ſunt: non poteſt habere pacē ad deum: ſed rurſum inimicitias ſuſcitat: illas pro quib⁹ ſoluendis Chriſtus aduenit. ſicut & idem apoſtolus dicit de Chriſto. Ipſe eſt em̄ pax noſtra: qui fecit vtraq; vnum: & mediū parietem ſepis ſoluēs inimicitias in carne ſua: legē mādatorum in decretis euacuans: vt duos cōderet in ſemet ipſo in vno nouo homine faciens pacem. Qꝫ ſi Chriſtus aduenit: vt inimicitias ſolueret: pacē faceret: ac diffidentes nos propter ſepē malitię quā peccando texuimus recōciliaret deo peccati ſepe reſoluta: qui iterum ad peccata conuertitur ſine dubio rurſus inimicitias reparat & ſepem diſſenſionis intexit: & per hæc opus Chriſti ſoluit: & crucem paſſionis eius euacuat. Sed nos iuſtificati ex fide pacem habeamus ad deum per dominū noſtrū Ieſum Chriſtum Habeamus pacem vt vltra nō aduerſetur caro ſpiritui: nec legi dei obſiſtat a lege membrorū. Non ſit in nobis eſt & non: ſed vnum dicamus omnes: eadem ſapiamus. Nec intra noſmetipſos: nec extrinſecus adinuicem habeatur vlla diſſenſio: & tunc pacem habemus ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Illud D enim certiſſime ſciendum eſt quia omnis ī quo

eſt malitię vitium: nunq̄ poteſt habere pacem. Dum em̄ ſemper cogitat quomodo lædat proximum ſuū: dum ſemper nocendi artes requirit: nunq̄ mens eius in pace conſiſtit. Q; ſi requiras a me quomodo iuſtus poteſt habere pacem: q impugnatur a diabolo: q tentationum bella ſuſtentat: ego ipſum magis ſupra omnes cæteros habere dixerim pacem. Vide em̄ Apoſtolus q̄ obſeruanter ſcribat. Non dixit: iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus: & ſiluit: ſed adiungit: pacem habeamus ad deum: ſciēs quia bellum contra diabolum pacem patrat ad deum: & tunc magis in pacem dei veniemus: quando aduerſum diabolum perſiſtimus contra peccata: & quando aduerſum carnis vitia dimicamus. Deniq; & Iacobus apoſtolus ita dicit. Reſiſtite diabolo: & fugiet a vobis. Appropinquate deo: & appropinquabit vobis. Vides & ipſum ita ſenſiſſe ꝙ tunc appropiet deo quādo reſiſtitur diabolo. Pacem habeamus ergo ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. & addidit. Per quem & acceſſum habemus in gratiam iſtam in qua ſtamus. Quomodo acceſſum habemus ad gratiam per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum: ipſe ſaluator dicit.

E Ego ſum oſtium: & nemo venit ad patrem niſi per me. Per ipſum ergo quia oſtium eſt: acceſſum habemus ad gratiam. Sed videamus quale eſt oſtium: vt ſciamus quales eſſe debeant: q intrent per ipſum: & acceſſum habeant ad gratiam. Iſtud oſtium veritas eſt: & per oſtium veritatis non poſſunt introire mendaces. Et rurſum iſtud oſtium iuſtitia eſt. Et per oſtium iuſtitiæ non ingrediuntur iniuſti. Iſtud oſtiū dicit. Diſcite a me quia mitis ſum: & humilis corde. Per oſtium ergo humilitatis & manſuetudinis: nec iracundus ingreditur: nec ſuperbus. Si quis itaq; eſt qui ſecundum apoſtoli verbum: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum acceſſum vult habere in gratiā domini: in qua Paulus et ſi qui ſunt ſimiles ei ſtare ſe dicit. Oportet enim ab his omnibus quæ ſupra memorauimus eſſe purgatum. Alioquin non patietur hoc oſtium ītroire eos per ſe: qui ea quæ a ſe aliena ſunt gerunt: ſed cōtinuo clauditur: & tranſire per ſe non ſinit diſſimiles ſibi. Hoc nimirum eſt quod & illis quinq; inſipientibus virginibus accidit: quæ quoniam oleum bonorum operum in vaſculis ſuis non collegerant venientes poſt moras / clauſum oſtium inuenerunt. Nec enim poterant inſipientes animę per oſtium introire ſapientiæ: & acceſſum habere in gratiam iſtam. Bene autem apoſtolus Paulus in gratia ſtare ſe dicit: q & alibi dixit. Abundantius autē q̄ omnes illi laboraui. Non autē ego: ſed gratia dei mecum. Vnde ſi quis eſt alius qui laboret abundantius: & qui glorietur ī infirmitatibus: qui in periculis ſæpe verſetur: periculis maris: periculis latronum: periculis in falſis fratribus: & in his omnibus ſtet ſemper in fide: iſte ſimiliter ſtare dicitur in gratia. Sed F & quod ſequitur: & gloriamur ī ſpe glorię dei: quale ſit videamus. Mouet me cur non dixerit gloriari ſe in gloria dei: ſed in ſpe gloriæ dei: in quo deeſſe quidem aliquid elocutionis videtur ita vt ſubaudiri debeat: in ſpe videndæ gloriæ dei. Edocet autem nos per hæc: ſicut & alibi ipſe dicit: quia quæ ſperantur æterna ſunt: quæ autem videntur temporalia. Nam vidiſſe dicitur & Moyſes gloriam dei: vidiſſe dicit̄ & populus in conſecratione domus domini gloriā dei Iſrael. Sed de huiuſmodi gloria quæ videri potuit auſus eſt Paulus: qui erat myſteriorum dei gnarus pronuntiare: ꝙ illa gloria deſtruetur quæ etiam in vultu Moyſi videbatur: hæc autem gloria quæ ſperatur: de qua dicit: in ſpe gloriæ dei: nunq̄ deſtruetur. Eſt enim talis de qua idem apoſtolus dicit loquens de Chriſto. Qui eſt (inquit) ſplendor gloriæ: & figura expreſſa ſubſtantiæ eius. Huius ergo gloriæ videndæ ſpem gerunt hi de quibus dictum eſt. Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt: tūc cum iam aufugerit dolor: & triſtitia & gemitus: & cū ea quæ in ſpeculo nunc vidētur: & æuignate: deſtruētur: & manebunt illa quæ ſunt facie ad faciem. Q; ſicui forte videbitur huic expoſitioni noſtræ illud econtra- G rio obiici poſſe: qđ ipſe apoſtolus dicit: Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes eadē imagine reformemur a gloria ī gloriā: tā q̄ a dn̄i ſpiritu: & dicit quomodo adhuc ſpem gloriæ gerit: qui reuelata iam facie ſpeculari ſe dicit gloriam dn̄i: & a gloria in gloriā reformari: vide ſi poſſumus hoc modo ſoluere quod obiectū eſt. Differentias mihi videtur apoſtolus oſtēdere gloriarum: & aliam fuiſſe gloriā: quæ Moyſi miniſterio reuelata eſt: de qua iam in ſuperioribus diximꝰ: aliam fuiſſe quæ in aduentu carnali ſaluatoris miniſtrata eſt: de qua dicit & Ioannes in euangelio. Et vidimus gloriam eius: gloriam tanq̄ vnigeniti a patre / plenum gratiæ & veritatis. De qua gloria nō poſſumus dicere ꝙ ipſa ſit q̄ ſperatur. Illa vero gloria quæ ſperanda eſt: de qua iam in pręſenti loco dicit apoſtolus: Gloriari in ſpe glorię dei: poteſt ipſa intelligi de qua ſaluator dicit in euangelio. Cum venerit filius hominis in gloriam patris: et ſanctorum angelorū. Q; aūt dixit patris et ſanctorū angelorū: nō ꝙ dei pr̄is et angelorū vnā eſſe gloriam dicat: ſed hoc mihi vide

tur oſtendere: ꝙ iſtæ gloriæ quæ vel per Moyſen prioribus: vel nobis per aduentum carnis Chriſti delatę ſunt: nõ fuerũt angelorũ: ſed hominum. hoībus em̃ miniſtratæ ſunt: & fuerũt eius menſuræ quas capere homĩes poſſent. Illa vero in qua filius hoīs ad iudicium mundi venturus eſt gloria patris: tanta erit quę a ſolis angelis capi poſſit. Si vero etiam ſanctorum aliq capaces illius gloriæ extiterint: illi nimirum erunt de quibus dicitur: quia erunt ſicut angeli dei. Et hoc modo recte de futura gloria quæ ſperanda eſt dictũ videtur: ꝙ filius hoīs veniet in gloria patris & ſanctorum angelorum: id eſt quia nõ iam hoĩes terreni: ſed ſancti angeli capere mereantur. Pro capacitate etem̃ mẽtium
A deus etiã diſpenſat magnitudines gloriarum. Sed ſicut iſtam gloriam: quã vidiſſe ſe apoſtoli in euangeliis dicũt: gloriã tanq̃ vnigeniti a patre: plenũ gratiæ & veritatis: nec credere qs nec capere potuit: niſi & illa gloria quæ p Moyſen in lege miniſtrata eſt viam tenuiſſet intelligentię: ſicut conteſtatur ille qui dicebat ad Nathanahel. Quem ſcripſit Moyſes & prophetæ inuenim⁹ Ieſum a Nazareth. In quo vtiqꝫ oſtẽdit: quia ex lege & prophetis illuminati huius gloriæ quæ erat tanq̃ vnigeniti a patre lumen aſpexerint. Ita & qđ apoſtolus dixit: quia reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes eadẽ imagine transformamur a gloria in gloriam: tãq̃ a dñi ſpiritu: intelligi debeat: Qꝫ & qui iſtam gloriã vnigeniti reuelata facie: hoc eſt plenam fidei ĩtelligentię contempletur: eadem imagine: qua de lege venit ad euangelia: & ad carnalem ſaluatoris aduentum: illuminato per fidem cordis intuitu: in ſecũdũ nihilominus glorię aduẽtum aciem mentis intendat: & a gloria pręſenti ad futurã quę ſperatur gloriã transformet. Vnde arbitror nec poſſe quempiã: nec mereri futurę illius glorię fieri capacem: niſi iam hinc vſum & meditationem quandã eius accipiat: ſecundũ ꝙ apoſtolus dicit in ſpeculo: & in ænigmate contuendo: vt ex hac imagine meditationis aſſiduę: quã in carne poſit⁹ de diuĩa gloria gerit: paratior ad capacitatẽ verę illius gloriæ per virtutem ſancti ſpiritus transferatur.

Non ſolũ autẽ ſed & gloriamur in tribulationibus: ſcientes quia tribulatio patientiam operatur: patientia vero probationẽ: probatio autẽ ſpem. Spes autẽ nõ confundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

B ¶ Primus ſtatim ſermo capituli huius ambiguitatis aliquid continet. Non enim habet in conſequẽtibus aliquid ad quod referri debeat quod dixit: non ſolum autem. Vnde vide ſi poſſumus hoc modo ambiguitatem elocutionis abſoluere. Quoniam in ſuperioribus multa nobis per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ præſtita eſſe perdocuit: vt cum dicit iuſtificatos nos eſſe ex fide per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: & per ipſum acceſſum habere ĩ gratiam iſtam: per ipſum etiam gloriari in ſpe gloriæ dei: ad hæc omnia quę dicta ſunt: referri debere puto: Non ſolum autem hæc. Non ſolum autem quæ ſupra dixi: ſed & hoc ꝙ gloriamur in tribulationib⁹ noſtris per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum habemus. Cęteris enim in tribulatione triſtantibus: nos gratiæ ipſius virtute roborati in tribulationib⁹ gloriamur. Didicimus nanqꝫ nouam ex eruditione ipſius diſciplinam: vt per tribulationes bonum patientiæ capiamus. Habentes vero patientiæ bonũ probabiles iudicemur: & per patientiam multarum tribulationum probati / ſpem futuræ a deo remunerationis habeam⁹. Quæ ſpes quia certa & vera eſt: non confundit ſperantes. Fidem nanqꝫ & ſpem conſeqtur charitas dei: quę eſt omnium maxima: & nõ ſolum replet mentẽ noſtram: ſed & abundat: ac diffunditur in cordibus noſtris: pro eo ꝙ non humana a nobis arte quæritur: ſed per gratiam ſancti ſpiritus inundatur. Hęc ſecundum ſermonis ipſius vel literæ conſequentiam ad apertionem apoſtolici eloquii explanata ſint. Nunc iam quid interior ſenſus contineat: requiramus. Et primo videamus de gloriatione quid dixit. Gloriam in tribulationib⁹ noſtris. Sermo etiam gloriationis interdum laudabiliter in ſcripturis: ĩterdũ culpabiliter ponitur. Etenim cum dicit Hieremias: Hæc dicit dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: nec fortis in fortitudine ſua: neqꝫ glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur: intelligere & cognoſcere me: quia ego ſum dominus: qui ſtatuo miſericordiam: & iudicium: & iuſtitiam ſuper terram: In vno eodemqꝫ capitulo gloriationem & laudabiliter: & culpabiliter poſuit. Nam ſiquis (inquit) gloriatur vel in ſapientia ſua: vel in fortitudine: vel in diuitiis: culpabiliter gloriatur. Siquis vero ĩ agnoſcendo dominum gloriatur: & in intellectu iudiciorum eius: & miſericordiæ: & iuſtitiæ: laudabiliter gloriatur. Cũ ergo ſermo iſte ad vtrũ ꝙ reſpiciat: requirendum nobis eſt in quibus recta gloriatio: & in quibus minus recta gloriatio ſit. Quod ita demum poterimus agnoſcere: ſi naturas rerum competenti diſtinctione teneamus. Quod autem dicimus tale eſt. Omnia quæ ſunt / vel aguntur: aut bona ſunt: D aut mala: aut indifferentia. De quibus q̃uis la

tior haberi debeat diſputatio: tamen quãtum
ad præſentẽ locum ſufficit proferemus. Bona
illa certũ eſt proprie dici quæ ad virtutes ani-
mi pertinẽt: & mala ea ſola definiri quæ ad ma
litiã ſpectant: & contra legem dei aguntur. Cæ
tera vero indifferẽtia eſſe: id eſt neq; bona: nec
quæ ad virtutem animi pertinẽt: neq; mala no
minanda: vt ſunt diuitiæ: ſpecies corporis: &
fortitudo: vel proceritas: atq; ea quæ corporis
vſibus ſeruiunt. Si qs igitur diſtinctionem di-
uerſitatis huius ignorat: & gloriat̃ in his quæ
non ſunt vere bona: nec ad virtutẽ animi per-
tinẽt: culpabiliter gloriatur. Paulus vero q in
his erat peritiſſimus: cum dixiſſet: quia gloria
mur in tribulationibus noſtris: ne forte puta-
retur in rebus indifferẽtibus: & mediis gloria
ri: reddit cõtinuo rationẽ: & oſtendit ꝙ gloria
tio ſua: quã in tribulationibus habet: ad virtu
tes animi pertineat. Dicit eñ. Quia tribulatio
pro qua glorior patientiã operat̃: patientia ve-
ro probationẽ: probatio vero ſpem. Spes vero
non confundit: quia charitas dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris ꝑ ſpiritũ ſanctũ. Et in his edo
cet: ꝙ per ſuccedẽtes ſibi virtutes gloriatio tri
bulationũ vſq; ad ſancti ſpiritus cultum aſcen
dat. ſicut & alibi dicit. Qui gloriatur in domio
glorietur. Neq; ergo in ſapientia propria: neq;
in fortitudine: neq; in diuitiis: ſed in ſolo deo
E conuenit gloriari. Sed fortaſſe dices: Nũquid
non ſapientia ad virtutes animi ſpectat: & cur
culpabile dicitur in ſapientia gloriari? Vide er
go q̃ aſtutus eſt ſcripturæ ſermo: qui impolit⁹
videtur: & agreſtis. Non dixit nõ gloriet̃ ſapi-
ens in ſapiẽtia: & ſiluit: ſed ait non gloriet̃ ſapi
ens in ſapientia ſua. Qui eñ in ſua: & nõ in dei
ſapientia gloriat̃: culpabiliter gloriat̃: quia &
alibi dicit propheta. Væh iis q ſapientes ſunt
apud ſemetipſos: & in conſpectu ſuo eruditi.
Dei ergo ſapientia eſt deum cognoſcere: & in-
telligere miſericordiã eius: & iudiciũ: & iuſti-
tiam quã fecit ſuper terram: ĩ quo q gloriatur:
in dño gloriat̃. Humana vero ſapientia nõ po-
teſt ſcire & intelligere dominum: neq; agnoſce
re iudicia: & miſericordiã: & iuſtitiã eius: quã
fecit ſuper terrã: & ideo indifferẽs eſt: & media
Poteſt eñ fieri: vt ex hac humana ſapiẽtia eru-
ditus qs ad intelligentiam diuinæ ſapientię pa
ratior veniat: & in hac exercitatus ad illam ca
F pacior fiat. Simili modo qui vtitur cęteris quę
media eſſe diximus: fortitudine duntaxat: vel
diuitiis. Quæ dum media ſunt: hoc eſt dũ non
in opere dei quis fortis eſt: neq; ĩ miſericordiis
pauperum diues: gloriari neq; in fortitudine:
neq; in diuitiis debet. Si vero iſta quæ media
ſunt ad animi virtutem: & ad fructũ boni ope-
ris conuertantur: gloriatione digna efficiun-
tur: ſicut rurſum ſi ad malum opus conferant̃
vt per diuitias quis opprimat pauperem: & per
fortitudinem proſternat infirmũ: iam non hęc
media: ſed mala eſſe putant̃. Idcirco igitur na-
tura ſui indifferentia & media dicunt̃: quia &
ad malũ opus ſociata mala dici poſſunt: & bo-
nis operib⁹ iuncta: bona appellari. Sine hac ve
ro inclinatione ad alterum e duobus: qui ea bo
na dicunt imperiti & ignari rationabilium de
finitionum/appellationumq; credendi ſunt.
Abuſiue tamẽ, & fabrum dicimus ſapientẽ: &
gubernatorẽ: & architectũ: & mulierẽ texendi
ſapientẽ nominamus. Quod ergo in præſenti G
capitulo apoſtolus dicit: qa tribulatio patien-
tiam operatur: ſi patientiã vnam eſſe ex animi
virtutibus conſtat: tribulatio ſine dubio quæ
virtutes animi parit: neq; mala: neq; indiffe-
rens: ſed bona appellanda eſt. Interim aũt ſicut
(ſupra diximus) patiẽtia virtus animi dicen-
da eſt: vt per patientiã dicat probationẽ noſtri
fieri: & per probationem ſpem dari. Quæ vtiq;
quoniã in deo ſita eſt: q virtutum omnium pa
ter eſt: non confundit ſperantẽ. Simul eñ cum
ſpe & charitatis abundantiam tenet: quæ pri-
mo loco qa maior omniũ eſt charitas ſpiritui
copulatur. Qꝫ ſi quis nobis occurrat: & dicat
medium eſſe & indifferens tribulationẽ: quo-
niam qdem inuenimus etiam malos/& impios
tribulari: & non cõtinuo quia tribulãtur pro
malis actibus ſuis: virtus animi tribulatio eo-
rum reputanda eſt: Vide ſi poſſumus hoc mo
do reſpondere: ꝙ tribulatio qdem proprie ſan
ctorum eſt: impiorum aũt & iniuſtorũ tribula
tio flagella appellant̃. Deniq; in pſalmo ſic di-
cit. Multæ tribulationes iuſtorũ. De iſtis autẽ
ait: Multa flagella peccatoꝝ. Et fortaſſis ꝑpter
ea tribulatio: et anguſtia ad ſanctos pertinent:
quia ipſi ſunt q arctam viam et anguſtam ince
dunt: et ꝑpterea tribulati dicunt̃. Quod etiã
in ipſo domino q vera eſt via quam ſancti ince
dũt: intellexiſſe apoſtolos arbitror cũ ad eum
dicerent. Turbę te cõprimũt/et coarctant ma
giſter. Tribulationes ergo iuſtorũ: non ſolum H
eas debemus accipere: quæ extrinſecus veni-
unt ex iſtis rebus quas indifferẽtes vel medias
ſupra diximus: id eſt vel damnis: vel languori
bus: vel ex quolibet corporis circuitu: ſed et
in eo ꝙ etiam in requie poſiti ſemetipſos af-
fligunt/et atterũt reſiſtendo volũtatibus ſuis:
refrænando libidinem: coercendo licentiam: et
omnia quæ ad bonũ continẽtiæ pertinẽt profli
gando: ſecundum hunc ipſum qui dixit. Mace
ro corpus meum: et ſeruituti ſubiicio: ne forte
cum aliis prædicauero ipſe reprobus efficiar.

et hoc modo iuſtorũ tribulatio non poteſt in=
differẽs dici:ſed aperte bona:per quã bona vir
tutis implentur.Iniuſti vero etiã ſi tribulenť:
ꝙ magis a ſcriptura flagella diximus appella=
ri:quoniã nihil ĩ his ipſis flagellis & correptio
nibus ſecundũ virtutẽ animi gerunt:nihil ad
patientiã ducunt:nec ꝓbationẽ per patientiã
ſperant:Idcirco ĩ illis nõ tribulatio quę ad hęc
bona ꝑuenit: ſed flagella vt ſcriptura voluit:
nominãda ſunt:etiã ſi abuſiue aliquãdo & ſu=
per iniuſtos dici tribulationis nomen ĩuenias.
Vt autẽ ſcias quia iuſtorũ tribulatio nõ angu
ſtat animi virtutẽ: ſed potius dilatat: audi &
ipſe Paulus Corinthiis ſcribẽs:quoniã iſta di=
ſtinguat.Dicit eñ ita.In omĩbus tribulationẽ
patimur:ſed non anguſtiamur:deiicimur:ſed
nõ perimus.Vides quoniã ſe tribulationẽ pa=
ti:non ĩ vno:ſed in oĩbus dicit:hoc eſt & in his
quę forinſecus accidunt:& ab aliis inferũtur:
et in his quæ ipſe intra ſemetipſum pro corpo
ris continẽtia:& optimarum ĩſtitutionũ labo
ribus perfert.& propterea dicit:quia in oĩbus
tribulationem patimur:ſed nõ anguſtiamur.
Neqꝫ eñ anguſtiari poteſt qui virtutibus di=
latatur.Et vt adhuc qđ dicimus hoc modo cla
rius fiat:ipſe Paulus ſcribit in conſequẽtibus.
Scio humiliari.Scio & abundare: & ĩ omnib⁹:
et ad omnia imbutus ſum:& ſaturari: & eſuri
re:& abundare:& pœnuriã pati.Igitur ſi verũ
illud qđ ſuperius dixit: in omnibus tribulatio
nem patimur: certum eſt hoc ab eo indicari:
quia & cũ pœnuriã patitur: tribulatur: & cũ
abũdat nihilominus tribulať.Tribulatur au=
tem in pœnuria:quia deeſt.In abundantia ve=
ro:quia ſemetipſum refrenat: ne per abundan
tiã reſoluať:vel ne minus competẽter ea quæ
videntur abundare diſpenſet.Sic & cũ eſurit:
et cũ ſaturatur:& cũ perſecutiones patitur:&
cum ĩ requie degit. Atqꝫ hoc modo qui in his
omnibus tribulatur: recte in tribulationibus
ſuis gloriatur. Ex quibus ſine dubio naſcitur
patientia: quæ probabilis effecta pariat ſpem:
quę cum charitati cõiuncta ſit:ſpiritui ſancto
conſocietur.Qđ autẽ dixit charitas dei diffu
ſa eſt in cordibus noſtris: diligentius conſyde
randum eſt: ĩ quorum Cordibus dei charitas
diffundatur.Ego puto ꝙ ĩ illorum qui iã non
habẽt ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore:ſed
illorum:in quibus perfecta charitas foras mit=
tit timorem:& quibus ſpiritus adoptionis da
tur:qui clamet ĩ cordibus eorum abba pater.
Nõ eſt ergo cuiuſcũqꝫ hominis niſi perfecti: &
talis qualis erat Paulus: ĩ cuius corde diffun=
datur charitas dei per ſpiritum ſanctum. Sed
et illud mihi cõſyderandũ videtur:vtrum ne
hic charitatem illam dicat qua nos diligimus
deum:an illam qua diligimur a deo:diffuſam
eſſe per ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris.
Et ſi quidem illa charitas qua deum diligim⁹
intelligatur:ſermo iſte aſſertione non ĩdiget.
Si vero quia dixit effuſam eſſe dei charitatem
in cordibus noſtris:iſta potius intelligenda ſit
qua diligimur a deo:certum eſt ꝙ velut ſum=
mum & maximum donum ſancti ſpiritus cha
ritatẽ ponat:ꝙ velut munere prius ſuſcepto
a deo per hoc ipſum diligere poſſimus deum:
ꝙ diligimur a deo.Nam & ipſe Paulus nomi=
nat ſpiritum charitatis:& deus charitas dici=
tur:& Chriſtus fili⁹ charitatis appellatur.Qꝫ
ſi & ſpiritus charitatis: & filius charitatis: &
deus charitatis inuenitur: certũ eſt ꝙ ex vno
paternę deitatis fonte:& filius ĩtelligẽdus eſt:
et ſpiritus ſanctus: ex cuius abundãtia etiam
ſanctorum cordibus ad participationem capi
endam diuinæ naturæ(ſicut Petrus apoſto=
lus edocuit)abundantia charitatis infundi=
tur: vt per iſtud ſancti ſpiritus donum com=
pleatur ille ſermo:quem dominus dixit.Sicut
tu pater ĩ me & ego in te:vt & iſti ĩ nobis vnũ
ſint.diuinæ ſcilicet naturæ participes effecti:
in abũdantia charitatis per ſpiritum ſanctum
miniſtrare.

Vt quid eñ Chriſtus cum adhuc eſſemus
infirmi ſecundum tempus:& pro impiis mor
tuus eſt? Vix eñ pro iuſto quis moritur. Nã
pro bono forſitan quis audeat mori?

¶Plenius volẽs virtutes charitatis oſtendere
quam infuſam in cordibus noſtris dixerat per C
ſpiritum ſanctum:quibus hoc cauſis intellige
re debemus/expoſuit.Edocemur nos ꝙ Chri=
ſtus non pro piis:ſed pro impiis mortuus eſt.
Impii nãqꝫ eramus anteq̃ conuerteremur ad
deum:& Chriſtus vtiqꝫ mortem pro nobis an
teq̃ crederemus:excepit. Qđ proculdubio nõ
feciſſet:niſi nimiam erga nos habuiſſet: & abũ
dãtiſſimam charitatẽ:vel ipſe dominus noſter
Ieſus Chriſtus moriendo pro impiis:vel deus
pater vnigenitũ ſuum pro impiorũ redẽptio=
ne tradendo.Cũ eñ vix aliquis pro iuſto mo=
riatur:& dubitet vnuſquiſqꝫ mortem ſubire:
etiam ſi mortis iuſta ſit cauſa:quantus eſt hic:
et charitas eius erga nos quanta penſanda eſt:
qui ſecũdum illud tempus: quo paſſus eſt pro
impiis & iniuſtis:mortem perpeti nõ refugit?
In quo vtiqꝫ ſummę illius diuinę bonitatis in=
dicium eſt.Niſi eñ eſſet hic ex illa veniẽs ſub=
ſtantia:& illius patris filius:de quo dictum eſt
quia nemo bonus niſi vnus deus pater: tãtam
vtiqꝫ erga nos bonitatem non potuiſſet oſten=
dere.Vnde quia ex hoc tantæ bonitatis indi=

cio ipſe eſſe hic agnoſcitur bonus: pro hoc bo-
no forſitan quis & audeat mori. Cum enim co
gnouerit vnuſquiſq; tãtam erga ſe bonitatem
Chriſti: charitatẽq; eius habuerit in corde dif
fuſam: nõ ſolum mori pro hoc bono: ſed & au-
daciter mori deſyderabit. Qđ reb9 ipſis & ope
ribus ſępe videmus impleri: cum hi ĩ quorum
cordibus abundãter diffuſa eſt charitas Chri
ſti: ſponte etiã & cũ omni audacitate ſemetip-
ſos perſecutorib9 offerũt: & nomẽ Chriſti au-
diente mũdo corã angelis & hoĩbus confiten-
tur: vt nõ ſolum iniuriã pati pro nomine eius
ſed & mortẽ pro hoc bono ſubire audeant: q̃-
D uis pro iuſto quis perfert? Eſt enĩ amor vitę hu
ius tãtus: vt etiam cũ iuſta cauſa mortis adue
nerit / vix vnuſquiſq; mortẽ patiẽter accipiat.
Iuſta aũt cauſa mortis videt̃ cũ naturę legi de
fertur: & q̃uis iuſtũ ſit cõditioni mortalitatis
vix tamẽ amplectit̃ animus naturę legibus ce
dere. Vix ergo pro iuſto quis moritur. Nã pro
bono audet quis mori: & audacter occumbit:
pręcipue ſi ĩtellexit: quia cũ adhuc ſecundum
tẽpus ĩpii eſſemus & infirmi: ipſe prior pro no
bis mortuus eſt: & quomodo non qui hæc ſibi
ab illo pręſtita prius eſſe cognoſcit: mortẽ quã
ille malis impẽdit: hic bono reddet? Arguitur
autẽ illorũ error: qui hũc locum ĩterpretandũ
putarũt: vt qđ dixit: vix enĩ pro iuſto quis mo
ritur: de deo legis quẽ iuſtũ nõ etiam bonũ di
cunt ĩtelligi debere cõfirmẽt: bonũ autẽ Chri
ſtũ tanq̃ boni patris filiũ aſſeuerent. Sed quid
agent? quia ĩuenimus & in lege martyres mul
tos: legant Machabęorũ libros: vbi cũ omni in
ſtantia beata mater cũ ſeptẽ filiis martyrium
ſuſcepit: quiq; nõ ſolũ martyriũ patienter ex-
cipiũt: verũ & contumelias ingerũt in tyran-
num: & videant ſi verũ eſt qđ dicunt: quia vix
pro iuſto quis morit̃. Videant tres pueros in
camino ignis ardẽtis cũ omni fiducia pro fidei
libertate coniectos: & dicant: q̃a vix pro iuſto
quis moritur. Sola ergo mors eſt pro deo: quæ
cum omni audacia ſuſcipit̃. Oĩs autẽ reliqua
mors vix toleratur / vix ſubitur etiã ſi iuſta ſit:
et humanæ conditionis legi condeſcendat.

Commẽdat autẽ charitatẽ ſuam deus ĩ no
bis: quoniam ſi dũ adhuc peccatores eſſemus
Chriſtus pro nobis ſecũdũ tempus mortuus
eſt: multomagis nũc ergo iuſtificati in ſangui
ne ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.

¶Cum dixiſſet in ſuperioribus: quia Chriſtus
E ſecũdum tempus adhuc pro impiis mortuus
eſt: nunc oſtendere ex hoc vult dei charitatis
erga homines magnitudinẽ. Quia ſi erga im-
pios & peccatores tanta exiſtit: vt pro ſalute
horum vnicum filium daret: quantomagis er
ga conuerſos / & emendatos: & vt ipſe ait ſuo
ſanguine redemptos largior: & diffuſior erit?
Non puto ſane ꝙ otioſa ſit apud Paulũ varie-
tas iſta verborũ: ꝙ aliquãdo infirmos: aliquan
do impios: aliquando peccatores nominat: pro
quibus Chriſtũ mortuum dicit. Et q̃uis ĩperi
tum ſe fateatur in ſermone: non tamen arbi-
tror: ꝙ in his ille per ĩperitiam: ſed potius pro-
fundam ſcientiam variauerit. Per hæc namq;
nomina omne peccati colligit̃ genus. Aut enĩ
ignorans deum quis & volens ſeruare manda
tũ vincitur fragilitate carnis: & illecebris præ
ſentis vitæ decipitur: & infirmus appellatur:
aut ſciens voleſq; contemnit mandatũ: & odit
diſciplinam dei: ac proiicit ſermones eius poſt
ſe: & peccator nominatur. Atq; ita Paulus qui
ſe imperitum (vt ita diximus) ſermone profi-
tetur: ĩ tribus his diuerſitatibus vniuerſa pro
quibus Chriſtus prædicatur: & mortuus eſ-
ſe commemoratur: complexus eſt. Qꝫ ſi inter-
dũ etiam ii qui ſub lege ſunt & deũ colere vi-
dẽtur: impii in ſcripturis diuinis nominãtur:
idcirco ꝙ relinquẽtes deũ patrum ſuorũ deos
gẽtium colunt. Qꝫ vero Paulus ſe cum pecca-
toribus numerat: qui in aliis dicit: nos natura
Iudęi & non ex gentibus peccatores: humilita
tis eius eſt virtus. Imitatur enĩ illum qui cum
peccatum non feciſſet: peccatum pro nobis fa-
ctus eſt: & cum deus eſſet: inter homines con-
uerſatus eſt. Commendat ergo ſuam charita-
tem deus in nobis. hic commendat vel confir-
mat intelligitur: vel amabilem facit pro bene-
ficiis præſtitis. Qꝫ enĩ Chriſtus cũ adhuc pec- F
catores eſſemus pro nobis mortuus eſt: ſpẽ no
bis dat: ꝙ multo magis nos a peccato purga-
tos & iuſtificatos ab ira quæ imminet peccato
ribus ſaluabit per ipſum: & qui alienos & ini-
micos ita dilexit: vt pro nobis ad mortem da-
ret vnicum ſuum: multo magis ſuis effectis:
et reconciliatis ſibi: ęternam ſalutem donabit.
Quomodo autẽ Chriſtus pro nobis mortuus
ſit: & quomodo cum ſit agnus dei: tulerit pec-
catum mundi: & ĩfirmitates noſtras portaue-
rit: & ꝓ nobis doluerit: ſæpe a nobis dicta ſunt
in aliis locis: vbi adhibuimus & ea quæ in ſæ-
cularibus hiſtoriis feruntur: ꝙ etiam apud ip
ſos nonnulli peſtilentias: vel turbines: aliaq; G
his ſimilia perhibentur morti ſe obiiciendo re
puliſſe: & patriam vel gentem ſuam imminen
tis cladis excidio liberaſſe. Quæ quidem q̃ ve-
re ſcripta ſunt: vel quid rationis habeant: ſi ve
ra ſunt: dei eſt noſſe ſolius. Nullus tamen ipſo
rum de quibus iſta narrantur: ne ficto quidem
ſermone totius mundi peccata abſoluiſſe per-
hibetur: niſi Ieſus ſolus: qui cum eſſet ĩ forma

dei non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit: & ſecundum voluntatem patris forma ſerui ſuſcepta / obtulit victimam pro vniuerſo mundo: tradens ſanguinē ſuum principi huius mundi: ſecundum ſapientiam: quā nemo principum huius mundi cognouit. Si enim cognouiſſent: nunq̄ dominū maieſtatis crucifixiſſent: nec ſanguis ille quem ſitierant: non tam ſitim q̄ vires eorū extingueret: regnumq; deſtrueret: nec accideret eis illud qđ dominus ī euangelio dicit. Ecce nunc princeps huius mundi iudicatus eſt. Et illud. Ecce videbam ſathanam ſicut fulgur cadētem de cœlo. Multo ergo (inquit) magis iuſtificati nunc in ſanguine eius, ſalui erimus ab ira per ipſum. In ſuperioribus quidem dixerat: Iuſtificati igitur ex fide pacē habeamus ad deum: & nunc dicit: Multo magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Ex quo oſtēdit: ꝙ neq; fides noſtra ſine ſanguine Chriſti: neq; ſanguis Chriſti nos ſine fide noſtra iuſtificat. Ex vtroq; tamē multo magis ſanguis Chriſti q̄ fides noſtra iuſtificat. Et ideo mihi videtur cum in ſuperioribus ſimpliciter dixerit iuſtificati ex fide: hic addidiſſe multo magis ergo nunc iuſtificati in ſanguine eius: vt doceret: quia ab ira ventura etiam ſi fides noſtra nos ſaluet: etiam ſi opera iuſtitiæ: ſuper hæc tamen omnia multomagis ſanguis Chriſti ſaluos nos faciet ab ira ventura. Ira vero dei quomodo ītelligi debeat: ī ſecūdi a nobis pſalmi expoſitiōe plenius dictū eſt: et quomodo poſſit impleri qđ ſcriptum eſt: vt ſalui efficiamur fugientes ab ira ventura. Et iram quidem fugientes: ita vt non nos cōprehendat: ſectantes vero iuſtitiam: pietatem: fidem: charitatem: patientiam: māſuetudinem: et cætera his ſimilia. Iſta itaq; eſt: cui traditur vnuſquiſq; pro menſura & merito peccatorū deo tamen ſecundum ꝙ ſcriptū eſt in ſeptuageſimo ſeptimo pſalmo non accēdēte omnem iram ſuam. Quis eñ̄ ſufferre poſſit ſi omnem iram aduerſum peccatores accenderet dominus: cum terribile ſit illud qđ in cantico Moyſi pronuntiatur: vbi dicit, Quia ignis accēſus eſt ex furore meo: ardebit vſq; ad infernum inferiorem: Comedet terram: & naſcentia eius: conflagrabit fundamenta montium? Intuere ergo quia ignis iſte qui de ira vel de furore domini accenditur: terram & infernum inferiorem comedit: & opera terrena conſumit: conflagrat etiam non excelſa montium: ſed fundamenta, id eſt non ſublimes animas, neq; cœleſtes ſenſus: ſed humi atq; in terrā deiectos: vel etiam in profundum terræ, vt ſunt montium fundamenta demerſos. Paululum ergo etiam de terra oportuit differi: vt apertius noſceretur: a q̄bus nos malis Chriſti ſanguis eripuit.

Si eñ̄ cum inimici eſſemus: reconciliati ſumus deo per mortē filii eius: multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autem: ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quē nunc reconciliationem accepimus.

¶ Quod dicit, Cū inimici eſſemus / reconciliati ſumus deo: euidenter oſtendit nos eſſe aliquam ſubſtantiam: quę ſecundum diffinitionem Marcionis: vel Valentini naturaliter inimica ſit deo: alioquin ſi qđ inimicum eſt: naturæ eſſet / & non voluntatis: reconciliationem vtiq; non haberet. Vbi autem ex inimico quis amicus efficitur: certū eſt ꝙ dū ea opera agit quæ non amat deus: inimicus eſt dei, & vnuſquiſq; tam grauis efficitur / & tā odibilis inimicus: quantū multiplicauerit opera inimicitiis digna. Sunt ergo menſuræ & gradus quidā in his peccatorum qualitate / vel quantitate diſtincti: q inimici ſunt deo. Vnde & ille q ſupra oēs peccauit: a Paulo vltimus inimicus deſtruendus eſſe memoratꝰ. Verſa autem vice et ordine etiam eos qui reconciliati ſunt per mortem filii eius, inimicos haberi certum eſt: et eſſe aliquem ita amicum: ſicut Moyſes amicus dei appellatus eſt: eſſe quoq; alios de q̄bus dicit Saluator: Iam non dicam vos ſeruos: ſed amicos. Credo autem eſſe adhuc magis familiares aliquos in cœleſtibus amicos apud deū: vel illos qui ſemper vident faciem dei: vel eos qui ſemper adſtant in conſpectu altiſſimi: vt ſicut ſupra diximus eſſe quendam nouiſſimum inimicum: ita & ibi pro virtutum meritis habeantur aliqui ſummi amici. Cū ergo ita hæc ſint: neſcio ſi is qui adhuc in his operibus quæ odit deus: & pro quibus inimicitiæ ſunt inter deū & homines: reconciliatus deo per ſanguinem Chriſti merito dicatur. Quomodo enim reconciliatus eſt: qui cauſam inimici ſecū gerit? Paulus ergo merito de ſe: & ſibi ſimilibus dicit: quia cū inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per ſanguinem filii eius. Grandis pudor eſt: vbi talis reconciliatio facta eſt: vbi inimicitias inter deū & homines, non ſermo peccatoris, ſed ſanguis interceſſoris abſoluit: iterū nos conuerti ad inimicitias: & agere ea quę odit ille: quem nobis, niſi effuſio ſanguinis ſacri recōciliauerat nemo. Plenius autem etiam ad Epheſios ipſe Paulus ſcribēs de ratione reconciliationis & inimicitia ac profuſione ſanguinis Chriſti commemorat: quæ ſi his iungamus, aperire locum pręſentis capituli facilius B C

poſſūt. Ait ergo ita. Propter ꝙ memores eſtis
vos qui aliquando gentes in carne dicebamini
præputium ab ea quæ dicitur circunciſio in
carne manu facta: quoniam eratis illo tempo-
re ſine Chriſto alienati a conuerſatione Iſrael:
et peregrini promiſſionis teſtamētorum eius:
ſpem non habentes: & ſine deo in hoc mundo.
D Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquan-
do eratis longe: facti eſtis prope in ſanguine
Chriſti. Ipſe eſt eñ pax noſtra: qui fecit vtraqꝫ
vnum: & medium parietem maceriæ ſoluens
inimicitias in carne ſua: legem mandatorum
in decretis euacuans: vt duos conderet in ſe-
metipſo: in vno nouo homine faciens pacem,
vt reconciliaret vtroſqꝫ ī corpore deo, per cru
cem interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et
veniens euangelizauit pacem nobis qui lon-
ge: & pacem iis qui prope: quoniam per ipſum
habemus acceſſum vtriqꝫ ī vno ſpiritu ad pa-
trem. Sed præcipue in his illud ad patrem ob
ſerua: ꝙ Chriſtus medium parietem maceriæ
ſoluit in carne ſua: id eſt inimicitiam: & ꝙ re-
cōciliauit vtroſqꝫ in vno corpore deo per cru-
E cem: & ꝙ interfecit inimicitiam in cruce. In
quo non ſine cauſa mihi Paulus ſecundo vide
tur inimicitiam nominaſſe: & in vno quidem
dixiſſe ꝙ ſoluerit inimicitiam Chriſti in car-
ne: in ſecundo vero interfeciſſe eam in cruce.
Soluere namqꝫ mihi videtur in his qui adhuc
certamen gerunt aduerſus peccatum: & repu
gnant ei pro viribus. Interficere vero ī his qui
peccatum iam nequaꝗ̄ omnino recipiunt: ſed
omni ex parte membra ſua mortificauerunt
peccato. Ex quibus erat & ille ꝗ dicebat, Chri-
ſto crucifixus ſum: viuo autem iam non ego:
viuit vero in me Chriſtus. Hoc ergo modo
etiam Chriſtus occidit inimicitiam in carne
ſua: cum morte ſuſcepta exemplum dedit ho-
minibus vſqꝫ ad mortem reſiſtere aduerſum
peccatum: & ita demum reſoluta inimicitia in
carne ſua: reconciliauit per ſanguinem ſuum
homines deo: eos dūtaxat qui inuiolatum re-
conciliationis fœdus vltra non peccādo cuſto
diunt. Igitur mors eius mortem inimicitię de
dit ei qui erat inter nos: & deum: & reconcilia
tionis initium. Reſurrectio autem ipſius: & vi
ta ſalutē credētibus contulit: ſicut & alibi apo
ſtolus dicit de Chriſto. Qđ enim mortuus eſt
peccato, mortuus eſt ſemel. Qđ autem viuit,
viuit deo. Peccato mortuus dicitur, non ſuo.
Neqꝫ eñ peccatum fecit: ſed ipſi peccato mor-
tuus: id eſt velut morte ſua peccato ipſi intu-
lit mortem. Viuere autem dicitur deo: vt &
F nos non nobis: neqꝫ noſtræ voluntati: ſed deo
viuamus; vt ita demum in vita ipſius ſalui eſ
ſe poſſimus, ſecundum eū qui dixit. Viuo au-
tem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.
Quod vero ſimiliter vt ī ſuperioribus poſuit:
Non ſolum autem: ſed & gloriamur in deo: &
nihil addidit ad non ſolum autem: ſimiliter vt
ſuperiora intelligēdum eſt de his dictum quæ
ſupra comprehenſa ſunt. i. pro nō ſolum cum
inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per
mortem filii eius: & non ſolum in vita ipſius
ſalui erimus: ſed & nunc gloriamur ī deo, per
dominum noſtrum Ieſum Chriſtū: per quē re
conciliationem accepimus. Nunc autem ſine
cauſa addidit nunc: cum potuiſſet dicere: per
quem reconciliationē accepimus. Sed vt oſten
deret gloriationē nobis non ſolum in futuro:
ſed & in p̄ſenti datā: de agnitione dei: & emē-
datione vitæ: & errorum correctione: ſicut &
in aliis: item Apoſtolus dicit. Spem habentes:
& præſentis vitæ & futurę. Pręſentis ꝙ hone-
ſtior & emendatior eſt: futuræ ꝙ æterna eſt.

Incipit Liber Quintus.

PRopterea ſicut per vnū ho-
minē peccatū in hūc mūdū
ītrauit: & per peccatū mors
et ſic in oēs hoīes mors per-
tranſiit: in quo oēs peccaue
rūt. Vſqꝫ ad legem eñ pec-
catū in hoc mūdo. Peccatū
autem non imputabatur: cū lex non eſſet. Sed
regnauit mors ab Adam vſqꝫ ad Moſen: etiam
in eos qui peccauerunt: in ſimilitudinem præ
uaricationis Adæ qui eſt forma futuri.

¶Poſteaꝗ̄ edocuit differentiā fidei & legis &
eorū qui per fidem iuſtificantur: atqꝫ eorū qui
promiſſiones: quę ad patres factæ fuerunt: nō
poſſunt ſperare per legem: Cumqꝫ aperuiſſet
arcani ſecreta myſterii: ꝙ cum īimici eſſemus
deo: per mortem filii eius reconciliati ſumus:
nunc & cauſas: vel cur inimici fuerimus: vel
cur morte filii dei indiguerit iſta recōciliatio
conſequēter exponit. Vt intuentes quāta no-
bis pręſtiterit Ieſus: īmo pro nobis quanta per
tulerit: radicatiore erga eum fide: & inſepara-
bili charitate teneamur. Ideo ergo licet non
vſquequaqꝫ patefactum: indicat tamen nobis
& alterius ſecreti rationem dicens. Propterea
ſicut per vnum hominem mors introiuit in
hunc mundum &c. Sed priuſꝗ̄ ad explanatio-
nē totius capituli veniamus: pauca de ea quæ
videtur in conſequentibus ipſius eloquii de-
fectu: dicenda ſunt. Vbi enim dicitur: pro-
pterea ſicut neceſſarium videtur: ꝙ addi de-

beat adímpletio quædam:vt dicatur ita:vt il-
lud/vel illud:vt & ipſe in nonnullis aliis locis
ſcribit. Verbi gratia:cum dicit. Sicut enim in
Adam oẽs moriunt̃:ita & in Chriſto oẽs viui-
ficabũtur. Hic aũt cũ dixerit:ſicut per vnũ ho
minẽ peccatũ introiuit in hunc mundũ:& per
peccatũ mors:& ita ĩ om̃es hoĩes pertrãſiit:nõ
retulit vt diceret(verbi cauſa)ita & per vnũ
hominẽ iuſtitia introiuit ĩ hunc mundum: &
per iuſtitiã vita:& ſic in omnes hoĩes vita per-
tranſiit:in qua omnes viuificati ſunt: hoc em̃
videbatur̃ propoſiti eloquii ſenſus expetere:ſe
cũdum ea quæ in aliis ipſe proloquitur. Neq̧
em̃ multum differt illud qđ alibi dicit. Sicut
em̃ in Adam omnes moriuntur:& qđ hic dici
tur:Propterea ſicut per vnum hominem pec-
catũ in hunc mundum introiuit:& per pecca-
tũ mors:& ita ĩ omnes homines pertranſiit: in
quo oẽs peccauerũt. Et iterũ quod dixit:Ita in
Chriſto oẽs viuificabuntur:nihil differt ab eo
ſenſu:quẽ deeſſe elocutioni dixiſſet intellectui
legẽtis relictũ. Sed mihi videt̃ Paulus q dicit:
quia ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt;q idoneos nos
fecit miniſtros noui teſtamẽti: & qui iterũ di-
cit, Aut documentũ quæritis eius qui ĩ me lo
quitur Chriſtus:nõ per hęc defectũ paſſus elo
quii,ſed proſpexiſſe aliqd vtilitatis:quo etiam
ſi intelligi deberẽt ea quæ deeſſe elocutioni,&
ſubintelligẽda diximus:tamẽ propter negligẽ
tiores quoſq̧ ſi forte reſolui poſſent:ſi audirẽt
ꝙ ſicut mors in omnes hoĩes per peccatũ:ita &
in omnes hoĩes pertranſiit vita per Chriſtum:
conſyderauit palam hęc dici : & publice nõ de
bere:ſimul & illud oſtendens ꝙ etiã ſi per vnũ
hominẽ iuſtitia introiuit ĩ hunc mundum: &
per iuſtitiã vita in oẽs hoĩes pertranſiuit:tunc
non hoc in pręſenti ſtatim cõtingere, nec otio
ſis accidere:ſed his qui multo labore & ſudo-
re potuerint quę occulta ſunt quęrere: pulſa-
re quę clauſa ſunt:deſyderare quę abſcondita
ſunt. Deniq̧ & in eo capitulo: qđ pro ſimilitu
dine horũ dictorũ in medio adduximus:id eſt
Sicut em̃ in Adam oẽs moriũtur: nõ dixit:ita
et in Chriſto oẽs viuificati ſunt:aut viuifican
tur:ſed viuificabuntur : vt oſtẽderet quidem
præſens tẽpus eſſe laboris & operis:in quo per
bonã cõuerſationẽ merita cõquirãtur. futurũ
vero eſſe in quo viuificabunt̃ hi qui in præſen
ti vita Chriſto cõmoriunt̃. Sicut & alibi idem
dicit apoſtolus. Si em̃ cõmorimur:& cõuiue-
mus. Et ideo etiam in pręſenti loco diſſimulat
exequi:& adimplere ſermone ea quæ ſenſu &
conſequẽtia videntur intelligi. Alius fortaſſe
dicit:qa hoc videtur deeſſe ĩ his quę ſupra di-
ximus:ſecũdum elocutionis ordinẽ tarde qui

dem:ſed in poſterioribus reddit̃:vbi dicit. Sed
nõ ſicut delictũ:ita & donatio. Si em̃ vnius de
licto mortui ſunt multi : multo magis gratia
dei:& donum gratia vnius hoĩs Ieſu Chriſti ĩ
plures abũdauit:& aſſerit ex his completa eſſe
quę defuiſſe in ſupioribus videbant̃:nec mul-
tũ intereſſe ꝙ ibi ĩ omnes homines dixerit per
tranſiſſe peccatũ : hic vero donũ & gratiam Ie
ſu Chriſti in plures abundaſſe: cũ & oẽs hoĩes
plures eſſe ĩtelligantur : & plures oẽs intelligi
nõ videatur abſurdũ:maxime cũ in ſubſequẽ-
tibus dicat apertius. Sicut per vnius delictum
in oẽs hoĩes in cõdemnationẽ: ita & per vnius
iuſtitiã in oẽs hoĩes ad iuſtificationẽ vitæ. Et
vt euidẽtius oſtenderet om̃es hoĩes/& multos
homines idem eſſe:addidit his: Sicut em̃ per
inobedientiam vnius hoĩs peccatores cõſtitu-
ti ſunt multi: ita & per vnius obedientiã iuſti
cõſtituẽtur multi. Et qđ ſuperius oẽs dixerat
hoĩes,hic eodem ſenſu multos nominauit. Ni
ſi ſiquis dicat:ꝙ magis pmiſcere & cõfundere
volens apoſtolus id qđ ſuperius aperuerat: ne
(vt diximus)diſſolueret:ac relaxaret audien-
tes:eos quos ante oẽs dixerat:hic plures nomi
nauit:vt & illud qđ omnes dixit,ad eos tantũ
modo traheretur,q donũ Chriſti gratię cõſe-
cuti ſunt:qui tamẽ nõ pauci : ſed plures ſunt.
Etenim moris eſt apoſtolo Paulo:cum de beni
gnitate dei,& ineffabili ei9 bonitate aliqua pa
tefecerit,rurſum ꝓpter negligẽtiores quoſq̧
auditores paululũ velut exaſperare quę dixit:
et metũ aliquẽ remiſſioribus intẽtare: vt cum
de fine omniũ Corinthiis diſputans ait. Sicut
em̃ in Adam oẽs moriuntur : ita & in Chriſto
oẽs viuificabuntur. & paulopoſt. Deinde finis
cũ tradiderit regnũ deo/& patri:& cętera. Pro
quibus verẽs nequis diuitias bonitatis dei: &
patientiæ:& longanimitatis contẽnens ſecun
dũ duritiam ſuã:& cor impœnitẽs theſauriza
ret ſibi iram ĩ die iuſti iudicii dei:addidit poſt
illa quæ de fide dixerat, Nolite ſeduci. Corrũ-
punt mores bonos colloquia mala. Expergiſci
mini iuſti:& nolite peccare. Ignorantiam em̃
dei quidam habẽt:ad cõfuſionem vobis dico.
Ait ergo tanq̃ prudẽs diſpenſator verbi: & cũ
venerit ad ea loca:ĩ quibus de dei bonitate di-
cendum eſt,propter ſegniores, quoſq̧ & occul
tius hæc & obſcurius profert: ne forte(vt di-
ximus)diuitias bonitatis eius & patientiæ &
longanimitatis contẽnant: & irã ſibi theſauri
zent ĩ die irę:in quã neceſſe eſt incurrere oẽm
qui huiuſmodi geſta theſaurizauit:etiã ſi poſt
hæc iudęus quis fiat. Sed & quod ait: Vſq̧ ad D
legẽ autẽ peccatũ in hoc mũdo : peccatũ autẽ
nõ imputat̃ cũ lex nõ eſt:hoc videt̃ oſtendere:

de:etiam ſi vnius diei fuerit vita eius. Sed iſta mors peccati quæ ĩ oẽs pertranſiit: cũ veniſſet ad Ieſum: & tentaſſet eũ perforare aculeo ſuo: aculeus tum mortis repulſus eſt & cõfractus. Vita eñ erat: & mors neceſſario exterminabatur a vita. & tũc ad eã dicit. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? Idcirco eñ quia oẽs vicerat: hic dicitur ad eã. Vbi eſt mors victoria tua? Sed & ꝙ peccatũ quidẽ nõ dixit in oẽs hoĩes: ſed in mundũ introiſſe: Mortem vero nõ in mundũ: ſed in oẽs hoĩes: & nõ introiſſe: ſed pertrãſiſſe: nõ puto ꝙ fruſtra hac E diuerſitate vſus ſit Paulus. Arbitror ꝙ mũdũ hic terrenos quoſqꝫ: & ĩ terrena cõuerſatione permanẽtes deſignet: hoĩes vero eos dicat qui iam ſe incipiũt agnoſcere: & ſcire ꝙ ad imaginẽ dei facti ſunt. In illos ergo q mundus appellantur: id eſt terrenos: intraſſe dicit peccatũ: & nuſq̃ eius exitum ponit. In eos vero quos iam homines vult intelligi: dicit pertranſiſſe peccatũ: id eſt fuiſſe qdem: ſed per pœnitẽtiam conuerſionis depulſum eſſe: & pertranſiſſe: nec vltra in eis ſtetiſſe. Vnde apparet in literis Pauli: ne vnam qdem ſyllabã vacuam ſentiri debe F re myſteriis. Videamus nunc quomodo dictũ eſt: Vſqꝫ ad legem eñ peccatum ĩ hoc mundo. Peccatum autẽ non imputatur: cũ lex nõ eſt. Hoc in loco ſecundũ eam ſimilitudinẽ quã ſupra expoſuimus: videtur mihi Paulus per aliũ aditum ingreſſus: & per alium egreſſus. Quis eñ ſequi poteſt eũ per iſtũ aditũ quo pluribus videtur ingreſſus: vt de lege Moyſi dicere intelligatur: quia vſqꝫ ad legem peccatum ĩ hoc mundo: Peccatũ autẽ non imputabat cum lex nõ eſſet: quaſi ante legem peccatum nõ fuerit: et nemo peccauerit: nec peccatũ fuerit illi peccatum: anteq̃ lex Moyſi daretur: cum legam⁹ et Cain & Lamech reputatũ eſſe peccatum: & ne per ſingulos immoremur intãtum pro peccatis hominum exacerbatũ eſſe deum: vt diluuium mundo introduceret & diceret: Delebo omnẽ carnẽ quæ ſuper terrã eſt: & rurſum Sodomitas igneus imber & ſulphurea flãma vaſtauerit? Quomodo ergo vel in huiuſcemodi peccatis dici poteſt non fuiſſe peccatum: vel in vindictis talibus negabitur reputatũ eſſe peccatũ? Et ideo occultiore aditu digreſſus nobis requirendus eſt Pauli: in eo qđ dicit: vſqꝫ ad legem eñ peccatum in hoc mundo. Peccatũ nõ imputatur: cũ lex non eſt. Inueniemus eum in poſterioribus huius epiſtolæ dicentẽ hoc mo G do. Sine lege eñ peccatũ mortuum erat. Ego autẽ viuebam ſine lege aliquãdo. In quo vnus mihi atqꝫ idem ſenſus videtur vtriuſqꝫ capituli. Qđ eñ hic deerat in ſermone: ibi adimpleuit. Vſqꝫ ad legem eñ peccatum in hoc mundo: deeſt mortuum. Qđ ibi euidentius expreſſit. Si ergo etiam hic iungamus iſtum ſermonẽ: & dicamus: vſqꝫ ad legẽ eñ peccatum erat in hoc mundo mortuum: Peccatum autẽ non imputatur cũ lex non eſt: vide q̃ integre ſtare poterit ſenſus. Sed & illud ſæpe iã diximus in hac epiſtola Paulum de multis qdem legibus: ſed de naturali lege frequentius diſputare: qđ et ĩ hoc loco pręcipue deprehenditur. Vſqꝫ ad legem eñ naturalem quæ certo ætatis tẽpore vbi rationis capax eſſe quis cœperit: & iuſti iniuſtiqꝫ: ęqui & iniqui habere diſcrimẽ: tũc peccatum qđ prius ĩtra hominẽ: velut mortuum habebatur: reuiuiſcere dicitur: pro eo qđ eſt: cum intrinſecus lex quæ vetat/ratio oſtendat non eſſe facienda. Sed vt apertius intelligatur H qđ dicimus: euidenti vtamur exemplo. Scriptum eſt qui percuſſerit patrem vel matrem morte moriatur. Et qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Puer ergo paruulus quatuor fere: aut quinqꝫ annorũ (ſicut fieri ſolet) indignatus percutiat patrẽ aut matrem: quãtum ad pręceptũ mãdati ſpectat: mori debet. Sed quia lex ĩ illo nondũ eſt naturalis: quæ eũ doceat non debere iniuriã facere patri aut matri: vel ſciat ĩ hoc crimẽ impietatis admitti: & eſt qdem ſpecies peccati qđ facit: matrẽ eñ percutit: vel maledicit: ſed mortuũ eſt in eo peccatũ: quia per abſentiã naturalis legis: q̃ in eo nondũ eſt: peccatũ ei nõ poteſt reputari. Nondũ eſt eñ intra eum ratio tanta quę eum doceat hoc qđ facit/fieri nõ debere: & ideo etiã a parẽtibus non ſolum non reputatur ad culpam: ſed ad gratiam iucunditatemqꝫ ſuſcipit. Et hoc modo conſequenter (vt ego arbitror) intelligi poteſt: qđ apoſtolus dicit: vſqꝫ ad legẽ eñ peccatum in hoc mundo: vt ſubaudiatur mortuum. Peccatum autẽ non imputatur: cũ lex non eſſet. Conuenit eñ ſecundum hanc expoſitionẽ etiam illud qđ dicit apoſtolus. Ego autẽ viuebã ſine lege aliquando. Nam quomodo Paulus ſine lege Moyſi inuenitur aliquando vixiſſe: cum ipſe de ſe dicat: quia hebręus ex hebręis ſit: & octaua die circũciſus/ſtatim a natiuitate in Moyſi legis obſeruantia fuerit? Sed conſtat eum aliquando: hoc eſt in puerili ætate: anteq̃ rationis capax fieret: ſine naturali lege vixiſſe. Nondũ eñ ei in illa ętate inerat iuſti: iniuſtiqꝫ diſtinctio: nec recti/prauiqꝫ patebat examen. Qđ de naturali lege dici ĩ ſequẽtibus euidenter oſtẽdit: cum dicit. Sed vbi venit I mandatũ peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: per qđ declarat: illius ętatis peccata fuiſſe quidẽ: ſed mortua habita: quia nõ repu

tabantur ad culpam. Vbi vero(inquit)cœpi
ſcire:quid agẽdũ ſit:quid cauẽdũ:& mandatũ
legis intra me vigẽtis accipere: tunc in me re-
uixit peccatũ:qđ prius per abſentiã legis mor
tuum videbat. Et ego(inquit)mortuus ſum.
Cœpit em̃ mihi iã reputari peccatũ. Sed hæc
Baſilides nõ aduertens de lege naturali debe-
re intelligi:ad ineptas & impias fabulas ſermo
nem apoſtolicũ traxit ĩ Pythagoricũ dogma:
id eſt ꝙ animę in alia atqꝫ alia corpora trãſfun
dantur: ex hoc apoſtoli dicto conatur aſtrue-
re. Dixit enim(inquit)apoſtolus: quia ego vi
uebã ſine lege aliquãdo: hoc eſt anteq̃ in iſtud
corpus venirẽ/in eã ſpeciem corporis vixi quę
ſub lege nõ eſſet:pecudis ſcilicet vel auis. Sed
nõ reſpexit ad id qđ ſequitur:id eſt. Sed vbi ve
nit mandatũ peccatũ reuixit. Non enim dixit
ſe veniſſe ad mandatũ: ſed aduenisse mãdatũ:
& peccatum non dixit non fuiſſe in ſe:ſed mor
tuum fuiſſe & reuixiſſe. In quo vtiqꝫ oſtẽdit ꝙ
de vna eadẽqꝫ vita ſua vtrũqꝫ loqueretur. Ve
rum Baſilides & ſiqui cum ipſo hoc ſentiunt
in ſua impietate relinquãtur:nos autem apo-
ſtoli ſenſum ſecũdum pietatẽ eccleſiaſtici do-
gmatis aduertamus. Sed & hoc ipſum qđ di-
cit:peccatum erat in hoc mundo: & non dixit
in hominibus:cũ vtiqꝫ ſint in mundo & pecu-
des. & cætera animalia: & arbores ex quibuſ-
cũqꝫ hic mundus conſtat:nec tamen in his cre
ditur eſſe peccatum:quale ſit requiramus. Vi
detur mihi ꝙ hic homines illos ſentiat qui iã
rationis capaces ſunt & naturalibus legibꝰ pa
rent:Illam vero ętatẽ quę nondũ ad capacita-
tem rationis acceſſit:non tam homines q̃ mũ-
dum appellauerit:pro eo ꝙ partes quidẽ mun
di ſint:nondũ tamen in hoc venerint vt ima-
ginem in ſe dei: ad quã homo factus eſſe dici-
tur:capacitate rationis expreſſerint. Sed & il-
lud velim/niſi plꝰ iuſto curioſum videtur/in
quirere:ne forte ſecũdũ eos qui Moyſi legẽ in
his intelligi volũt:per hoc qđ dicit:peccatum
autẽ non imputabatur cũ lex nõ eſſet: Videat
etiã diabolꝰ & angeli eius abſolui:ſi vbi lex nõ
eſt peccatũ nõ reputatur. Et quomodo ante le
gem Moyſi: vel ſerpens condemnatus eſt:vel
inuidia diaboli mors introiuit in orbem terra
rum? Quomodo etiam qđ Iudas apoſtolus in
epiſtola catholica dicit: poterit explanari? Ait
enim ita. Angelos quoqꝫ qui non ſeruauerunt
principatũ ſuũ: ſed dereliquerũt domicilium
ſuũ: in iudiciũ magni diei ęternis vinculis cõ
ſtrictos ſub caligine reſeruauit. Ex quibus om
nibus magis ac magis conſtat de ea lege hæc
apoſtolũ dicere:quã vnuſquiſqꝫ hominũ: ſiue
etiã angelorũ:diuina quadã diſpenſatione vel
munere intra ſe naturaliter gerit. Cuius tãta
vis eſt:& tãta potẽtia: vt etiã angelos arguat
nec perſonã vllius dignitatis excipiat: & ipſa
fecerit hoc qđ ſuperius apoſtolus Iudas dicit:
vt angeli qui nõ ſeruauerũt prĩcipatũ ſuũ ſed
dereliquerũt domiciliũ ſuũ ad iudiciũ magni
diei æternis aſtricti vinculis ſeruarentur. Ipſa
eſt lex quę etiã diabolũ & angelos eius in ignẽ
æternũ:qui eis pręparatus eſt:pertrahit. Et ſi-
cut certũ eſt quia neqꝫ illi angeli æternis aſtri
cti vinculis ad iudiciũ ſeruarẽtur: neqꝫ iſti in
ignẽ ęternũ qui eis pręparatꝰ eſt mitterent ni-
ſi quia poſitã ſibi a deo legem nõ ſeruauerũt:
neqꝫ ad iudiciũ venirẽt niſi cõtra legẽ aliquid
cõmiſiſſent: ita certũ videt qa ſi cuſtodiſſent
poſitã ſibi legem:neqꝫ iſti in ignẽ æternũ:neqꝫ
illi ſub æterna caliginis vincula decidiſſent.
Supereſt etiã illud: vt pro viribus diſcutiamꝰ C
quomodo dictũ ſit:Sed regnauit mors ab Adã
vſqꝫ ad Moyſen etiã in eos qui peccauerunt in
ſimilitudinẽ pręuaricationis Adę: qui eſt for-
ma futuri. Tertio nũc apoſtolus de morte cõ-
memorat. Primo ait ꝙ per peccatum mors in-
troiuit in hũc mundũ. Secundo in omnes ho-
mines(inquit)mors pertranſiit. Nũc vero re-
gnauit(inquit)mors ab Adam vſqꝫ ad Moy-
ſen. Et ſciens eſſe per hęc ſingula aliquas diffe
rẽtias:quoniã qdẽ introierit:& quoniã regna
uerit:indicauit. Tũc(inqt)ĩtroiuit:cũ primꝰ
homo deliqt. & quomodo introierit dixit. Pec
catũ inquit. Et nunc regni eiꝰ tẽpus ab Adam
vſqꝫ ad Moyſen deſignat. Quãdo aũt pertrãſ-
ierit: non oſtendit. Videtur ergo mihi in his
deſcribere apoſtolus velut tyrãni alicuius in-
greſſum:qui voluerit regnũ legitimi regis in-
uadere: & primo quidẽ fauces ipſas & aditus
regni occupauerit præuaricatione cuſtodis:
tũc deinde cunctorũ animos ad ſe inclinare tẽ
tauerit:& maxima ex parte potuerit:& ita in-
debitũ ſibi vendicauerit regnũ. Hoc ergo per
tyrannidẽ regnante mittitur dux electus a re
ge legitimo Moyſes:qui occupatos ab eo po-
pulos ad ciuilis imperii iura reuocaret: & ve-
ri regis vti legibus edoceret. Ille tunc tyrãnus
id eſt mors peccati:quæ per præuaricationem
primi cuſtodis irrepſerat: regnabat ſuper om
nes illos qui ad eũ ſimili(vt ille primus)præ-
uaricatione declinauerunt. Sed iſte legitimi
principis dux agit omnia quatinus aliquos ex
peccati & mortis regno diripiat: & obtineat
tandem:vt vnam gentem & ſi quis ſe huic vo
luit ſociare conuerteret: & ex præcepto regis
primi ſacrificia inſtituit:quibꝰ certa ſolẽnita-
te oblatis diceret:& remittet ei peccatũ. Et ita
demum ex parte aliqua homines cœperũt de

regno peccati mortiſq; liberari. Nam tyrãnus ille qui dicit mors: ab Adam qui primus præuaricatione ſui ĩgreſſum ei dederat vt in oẽs homines pertranſiret: regnabat vſq; ad Moyſen iuſtum: quẽ diximus ducem: qui miſſus a deo omniũ rege regnũ eius cœpit infringere:

D et ſub legẽ iuſti principis reuocare. Regnauit ergo mors ab Adam vſq; ad Moyſen ſecundũ eam ſpeciẽ quã ſupra poſuimus: non ſuper oẽs ſed in eos qui peccauerũt in ſimilitudinẽ præuaricationis Adę. Nam introiuit quidẽ mors in mũdum: & in omnes pertranſiit: non tamẽ in omnes regnauit. Aliud eſt enim pertranſire: & aliud regnare. Peccatum enim pertrãſiit etiã iuſtos: & leui quadã eos contagione perſtrinxit. In præuaricatorib9 vero id eſt his qui ſe ei tota mente ac deuotione ſubiiciunt: regnum tenet: & omni poteſtate dominatur. Regnauit ergo mors ab Adam: qui primus trãſitum peccato in hoc mũdo pręuaricando patefecit: vſq; ad Moyſen: id eſt vſq; ad legem. Per legem enim purificatio peccatorũ cœpit aperiri: & ex parte aliqua tyrãnidi eius obſiſti per hoſtias: per expiationes varias: per ſacrificia: per pręcepta. Sed quoniã tãta eius erat dominatio quæ vires legis excederet: mittuntur in auxiliũ regis prophetæ. Sed & ipſi pręuidẽtes ſupra vires ſuas eſſe tyranni potẽtiam: aduentum pręſentiãq; ipſius regis exorant: clamantes ad deum. Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuã. Et iterum. Inclina cælos tuos / & deſcende. Et rurſum. Exurge domine fer opẽ nobis. Affuit ergo Ieſus Chriſtus filius dei: & in quo lex infirmabatur per carnem: deus filiũ ſuũ mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati / de peccato dãnauit peccatum in carne. Et mũdum quidem reconciliauit deo: exuit autem principatus et poteſtates tyranni triumphans eas in ſemet

E ipſo. Verum in hęc per exceſſum quendã prolapſi videmur: ſed ad propoſitum redeamus. Igitur mors peccati regnauit ab Adã vſq; ad Moyſen: id eſt vſq; ad aduẽtũ Chriſti. Moyſes eñ lex appellat: & lex (ſicut ſcriptum eſt) vſq; ad Ioannis baptiſmũ habuit locũ: ex quo cœpit Ieſus regnũ dei pędicare. Qz autem excepit certos quoſq; in quib9 mors regnauerit: cũ dicit: Regnauit mors in eos etiam qui nõ peccauerũt in ſimilitudinẽ pręuaricationis Adę: non mihi videtur dici abſq; myſterii alicuius indicatione. Forte ergo fuerunt aliqui vſq; ad illud tẽpus: quo ſub lege velut ſub pædagogo homines habebantur: qui tale aliquid egerint qđ Adam in paradiſo egiſſe deſcribitur: & cõtigiſſe ex ligno ſciendi bonũ & malum: & erubuiſſe nuditatẽ ſuã: atq; ab habitatione paradiſi decidiſſe. Aut magis ſimpliciter accipiendũ videtur: & ſimilitudo p̃uaricationis Adæ abſq; aliqua diſcuſſione recipienda: vt hoc ſermone omnes qui ex Adam præuaricatore nati ſunt indicari videantur: & habere in ſemetipſis ſimilitudinẽ præuaricationis eius non ſolũ ex ſemine: ſed ex inſtitutione ſuſcepta. Oẽs enim qui in hoc mundo naſcũtur: non ſolũ nutriuntur a parẽtibus: ſed & imbuũtur: & non ſolũ ſunt filii peccatorũ: ſed & diſcipuli. Vbi vero ętas adoleuerit: & agẽdi quę ſentit libertas acceſſerit: ibi iam aut pergit quis in viã patrum ſuorũ: ſicut de nõnullis regibus ſcribit: aut certe incedit in viã domini dei ſui. Deniq;

F & de Abel tale aliquid mihi indicari videtur in eo qđ ſcriptũ eſt. Obtulit aũt poſt dies Abel hoſtiã deo ex primogenitis ouiũ: & ex adipib9 earum. Qđ ergo dixit poſt dies: hoc oſtendit quia primis quidẽ vitæ ſuę dieb9 paternę pręuaricationis inſtitutionibus tenebatur. Poſt illos vero dies vbi reſipuit: vbi reſpexit ad deũ naturæ lege cõmonitus: dicitur tunc obtuliſſe hoſtiã deo. Poteſt ergo vel hoc modo locus iſte ſimpliciter exponi: vel occultatũ in eo qđ dicit in ſimilitudinẽ pręuaricationis Adæ ſacramentũ / & prope ineffabiliter reconditum / ſubtili quadã linea intelligẽtiæ colligi: vt ſi qs ponat mortẽ: hãc quæ regnaſſe dicat ab Adã vſq; ad Moyſen: id eſt vſq; ad legis finẽ: & principium Chriſti: illã de qua in propheta ſcribit tanq̃ ex perſona domini dicentis: de manu inferni eripiã eos: & de morte liberabit eos. Aut certe q; ſint excepti aliqui: & occultiore myſterio deſignati: qui ad ſimilitudinem pręuaricationis Adæ peccaſſe memorantur: in quos ſolos regnauerit mors. Si vero vt in nõnullis ex

G emplaribus habetur: etiã in eos qui nõ peccauerunt in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ mors iſta: id eſt quę in inferno animas detinebat regnaſſe dicatur: intelligimus & ſanctos quoſq; ſub iſta morte: etiã ſi nõ peccãdi at certe moriẽdi lege decidiſſe. Chriſtũ vero idcirco in infernũ deſcẽdiſſe: nõ ſolũ vt ipſe non teneretur a morte: ſed vt & eos qui inibi non tã pręuaricationis vt dixim9 crimine: q̃ moriẽdi cõditione habebãtur: abſolueret: ſicut ſcriptũ eſt quia mlta corpora ſanctorũ dormiẽtiũ ſurrexerunt cũ illo: & ingreſſi ſunt in ſanctã ciuitatem. In quo prophetę dicta cõplẽtur: qui ait de Chriſto. Aſcendẽs in altum captiuã duxit captiuitatẽ. Et hoc modo per reſurrectionem ſuam mortis quidẽ iam regna deſtruxit. Vnde & captiuitatẽ ſcribitur liberaſſe. Ipſum vero inimicũ & tyrãnum cuius regna diſſoluũtur: audi quando dicat apoſtolus deſtruendũ.

Nouiſſimꝰ (inquit) inimicus deſtruet mors.
Regnũ vero iam mortis deſtructũ eſt: & capti
uitas quę ſub ea tenebat abducta eſt. Sed quia
ipſe inimicus & tyrãnus adhuc in nouiſſimo
et in fine ſeculi deſtruẽdus: idcirco etiã nũc vi
demus eũ non tã regnare q̃ latrocinari. Et de-
pulſum regno: per deſerta & auia circũeuntẽ
quærere ſibi infideliũ manũ. & ideo clamabat
apoſtolus. Non ergo regnet peccatũ in veſtro
mortali corpore ad obediẽdũ deſideriis eius.
Verũ nos contenti perſtrinxiſſe paucis ea quę
apoſtolus obiecta eſſe voluit: ſequẽtia requira
mus. Addidit poſt hæc. Qui eſt forma futuri.
Qđ quidẽ ambiguũ mihi videt: vtrum ex eo
tẽpore quo hæc ſcribebat apoſtolus: Adã futu
ri forma dicitur: qđ eſt ſeculi venturi: an a ſe-
metipſo id eſt ab Adã futuri vt in Chriſto ac-
cipiatur: qđ tẽpus apoſtolo hæc ſcribẽti futu-
rum nõ erat: ſed pręteritũ. Quis & in alio lo-
co cũ de Adam & Eua loqueret idem apoſto-
lus dixerit: Myſteriũ hoc magnũ eſt. Ego autẽ
dico in Chriſto & eccleſia. In quo videtur hoc
magis nobis ad intelligendũ dediſſe ꝙ forma
futuri dicat Adam in eo ꝙ aduenit Chriſtus
ad eccleſiã ſibi ſociandã. Neſcio ſane quomo-
do quis poſſit & pręuaricationẽ eius & pecca-
tum: & hoc ꝙ mors per ipſum in oẽs hoĩes per
trãſiit: in forma Chriſti coaptare: niſi forte ex
cõtrariis: vt idem apoſtolus in ſuperioribꝰ ex
ponit: cũ dicit. Sicut enim p vnũ hoĩem mors:
ita & per vnũ reſurrectio mortuorũ. Et iterũ:
Sicut enim per inobediẽtiã vnius hominis pec
catores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius
obedientiã iuſti cõſtituẽtur multi. Si vero in-
telligamus apoſtolum a ſuis tẽporibus quibꝰ
hęc ſcribebat: dixiſſe Adam futuri eſſe formã:
ita magis intelligit ꝙ ſicut in hoc ſeculo mors
regnauit per vnũ Adam: & mortale effectum
eſt omne hominũ genus: ita & in futuro ſæcu
lo vita regnabit per Chriſtũ: & immortalitate
donabitur omne hominũ genus. Similiter au
tem vt in hoc ambiguũ diximus eſſe ſermonẽ
quo ait: Qui eſt forma futuri: inueniemꝰ ad Co
loſſenſes ambigue ſcriptũ: vbi dicit. Non ergo
vos iudicet quiſq̃ in cibo: aut in potu: aut in
parte diei feſti: aut neomeniis: aut ſabbatis: q̃
ſunt vmbra futurorũ. Et item alibi idem apo-
ſtolus dicit: Vmbrã enim habet lex bonorũ fu
turorũ. In quibus vtiq̃ ſimilis diſputatio eſt
vtrũ cibus & potus: & feſti dies: neomeniæ: et
ſabbata: ita habeãt vmbrã futurorũ: vt in ad-
uentũ Chriſti veritas vmbræ ipſius adimple-
ta ſit: aut in futuro ſæculo ſit implẽda. Sed et
totam legem ꝙ dicit apoſtolus vmbrã habere
futurorũ bonorum: vtrum in aduẽtu Chriſti
an in futuro ſæculo vmbrę iſtius explenda ſit
veritas: incertũ eſt: quia in alio loco ſcribit eſſe
de his quę ſub lege ſũt qđ formę & vmbrę de-
ſeruiat cæleſtium. Qui ergo vult aſtruere: ꝙ C
in aduẽtu Chriſti iſta cõpleta ſint: cibi & po-
tus rationes cõfirmabit expletas in eo: vbi Pe-
trus per viſionẽ vidit in lintheo omne genus
animaliũ deponi: & audiuit vocẽ: qđ deus mũ
dauit tu ne cõmune dixeris. Quod ad diuer-
ſos vtiq̃ hominũ mores refertur. Et poculũ di
cit eſſe calicẽ noui teſtamẽti. Diem quoq̃ feſtũ
probabit: vbi paſcha noſtrũ immolatꝰ eſt Chri
ſtus: & diem feſtũ celebramus nõ in fermento
veteri: ſed in azimis ſynceritatis / & veritatis.
Similiter & neomenias hoc eſt nouos menſes
fieri oſtẽdet p Chriſtũ ſolem iuſtitię: & apoſto
los eius. Sed & ſabbata obſeruari docebit: non
portando onera peccati: ſed ſtando vnũquẽq̃
ſtabiliter in loco ſuo: non accẽdentẽ ignem: de
quo per prophetã dicitur. Ite in lumine ignis
veſtri: & flãmę: quã accendiſtis vobis. Alius ve
ro qui formas iſtas & vmbrã legis ad futurũ
ſęculũ transfert: & miniſteriorũ cęleſtium has
eſſe ducit imagines in illa cęleſti Hieruſalẽ cõ
plendas: de cibo & potu conabitur aſſignare
ſecundũ ea quę dñs dicit. Donec bibã illud no
uum vobiſcũ in regno patris mei. Sed & idem
feſtũ dicit ſecũdũ prophetę dictũ. Quid facie-
tis in die ſolẽnitatis: & ĩ die feſto domini? Neo
meniã vero id eſt nouos mẽſes in illis æternis
annis requiret: de quibus dicit propheta. Me-
moratus ſum annos ęternos & meditatꝰ ſum.
Et iterũ in cãtico Deuteronomii. Recordami
ni dies æternos. & de ſabbato dicit. Relinque-
tur ergo ſabbatiſmus populo dei: & aſtruet:
quia ſicut hęc ſingula formã futuri ſæculi te-
nẽt: ita poteſt etiã Adã de quo dicitur qui eſt
forma futuri: cõferri ad futuri ſæculi rationẽ.
Et ꝓpterea cũ pręmiſſum eſſet de his qui pec-
cauerant in ſimilitudinẽ pręuaricationis Adę
additum eſt: qui eſt forma futuri.

Sed non ſicut delictũ ita & donum. Si enim
vnius delicto multi mortui ſunt: multo ma-
gis gratia dei & donum in gratia vnius homi
nis Ieſu Chriſti in plures abundauit: & non ſi
cut per vnum peccatum: ita & donum. Nam
iudicium quidem ex vno in condemnatio-
nem: gratia autem ex multis delictis in iuſti-
ficationem.

¶ Cum in ſuperioribus dixiſſet apoſtolus de D
Adam qui eſt forma futuri: videns quia requi
ri poſſet: quia ſi Adam forma Chriſti eſt: ergo
& in eo quo peccauit neceſſe eſt vt formã Chri
ſti habuerit: & in eo quo regnauit mors ab
Adam vſq̃ ad Moyſen: hoc autem de Chriſto

ſentire videbaꝉ abſurdũ:continuo ſubiungit: ſed nõ ſicut delictũ ita & donum: & incipit ex hoc ſermone veluti ſemetipm̃ explanare quomodo formã Chriſti dixerit eſſe Adã. Si enim (inquit) vnius delicto multi mortui ſunt: in Adã videlicet: multo magis gratia dei & donũ in gratia vnius hoĩs Ieſu Chriſti in plures abũdabit: id eſt ſi vno peccãte locũ mors inueniens in plures potuit diffundi: multo magis gratia dei: quæ in Chriſto eſt: copioſius & latius abũdabit: q̃ mors Adam in plures diffundatur. & intantũ nõ eſt eadem cõditio delicti: quę & doni: vt cũ iudiciũ habitũ ſit de Adam: ex vno ipſo delinquẽte: cõdẽnatio in oẽs hoĩes venerit: ecõtrario vero per Chriſtũ ex multis delictis qbus omne genus hominũ tenebaꝉ: iuſtificatio data ſit in oẽs: vt ſicut mors per vnũ regnauerat in delictis: ita & per vnius obediẽtiã vita regnaret per iuſtitiã. Igiꝉ nõ ſine ꝓfunda arte dicẽdi apoſtol⁹ formã Chriſti eſſe Adã poſuit: quę ſit ꝑ gen⁹ ſimilis: ꝑ ſpeciẽ cõtraria. Per genus nãq; ſimilis eſt forma in eo: ꝙ ſicut ab vno Adã in plures hoĩes diffundiꝉ: ita & ab vno Chriſto in plures hoĩes diffundaꝉ. Per ſpeciem vero cõtraria: ꝙ ex Adã præuaricatione cœpta peccatores conſtituti ſunt multi: Chriſti vero obedientia iuſti conſtituentur multi. Quia ergo quaten⁹ forma Chriſti fuerit Adã ſiue in ſimilib⁹: ſiue in cõtrariis: ſecundũ rationẽ eloquii ipſius explanatũ eſt: nũc etiã q̃ interior ſenſus apoſtoli indicet in his: vel poti⁹ cõ-
E tegat videamus. Et q̃uis periculoſum videatur ea quæ occultius in apoſtoli ſcriptis poſita ſunt patefacere: tamẽ qua ex parte poſſibile eſt indicia q̃dã ex his diuinę bonitatis colligere nõ puto abſurdũ videri. Propoſuit apoſtol⁹ oſtẽdere qd humano generi intulerit primus Adã qui fact⁹ eſt in animã viuã: qd etiã ſecundus Adã qui eſt in ſpiritũ viuificãtẽ. Ex illius (inqt) præuaricatiõe peccatũ apparuit: & per peccatũ mors ingreſſa eſt ĩ oẽs hoĩes: immo vt ſeruemus Pauli literas moderationẽ ſuã quã in præſenti loco tenuit in multos hoĩes mors pertrãſiit. Per obediẽtiã vero Chriſti iuſtificatio: & per iuſtificationem vita multo magis in plures abũdabit. Et oſtẽdere vult ꝙ multo ſit fortior vita: q̃ mors: & iuſtitia q̃ peccatũ. & ꝑ hoc edocere qa ſi ita ꝑ peccatũ mors regnare in omnib⁹ potuit: accipiens ex vnius hominis inobediẽtia initiũ: quãto potẽtius & dignius per Iuſtitiã vita regnabit: initiũ accipiens per vnius obediẽtiam Chriſti? Chriſtus inquã ad hoc opus non conditionis neceſſitate: ſed ſola miſeratione permotus acceſſit. In forma enim dei erat: & vidẽs vnius hominis delicto mortem regnare per populos: creaturę ſuę nõ obliuiſcitur: nec rapinã ducit eſſe ſe ęqualem deo: hoc eſt non ſibi magni aliquid deputat ꝙ ipſe quidẽ ęqualis deo: & vnũ cum patre eſt: opus vero ſuũ depaſcitur mors vnius hominis ingreſſa delicto. Exinaniuit igitur ſeipſum de F
æqualitate & forma dei: & ſerui ſuſcepit formã: & fit homo: ad quẽ tẽtandũ auderet quidem venire ille qui regnabat in omnib⁹: ſed intrare nõ poſſet. Mortẽ tamẽ iſtã cõmunẽ ſuſcepit cum illam peccati quę regnabat in omnib⁹ nõ receperit: vt ſicut per hominẽ mors: ita & per hominẽ fieret reſurrectio mortuorũ. & ſicut vni⁹ delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia dei & donum: & gratia vnius Ieſu Chriſti in plures abũdaret. Non autẽ abſq; ꝓfunda ſapiẽtia quã Paul⁹ inter perfectos loqui ſe dicit: in hoc loco ſermones ſuos moderatus eſt: & ꝙ alibi oẽs dixerat: hic multos vel plures appellauit: vbi comparatione diffuſi in oẽs homines peccati: & mortis ab Adam: facit & iuſtificationis ac vitæ a Chriſto: & ne forte ſi abſolute ꝓnũtiaret: quia pari ratione atq; eodẽ ordine quo ab Adam in oẽs homines mors diffuſa peccati eſt: etiã iuſtificatio & vita quę a Chriſto eſt / in oẽs homines diffunditur: reſoluerentur auditores: & ſegniores fierent erga obſeruãtiã / certi de ſecuritate vitæ: quæ in omnes homines ꝑ Chriſti gratiã traderef. Et G
ideo imprimit ſermonẽ: & nõ oẽs hoĩes (ſicut ſolet in cæteris) ponit: ſed multos q vnius delicto peccatores conſtituti ſunt: & rurſum in gratia dei donũ per vnũ hominẽ Ieſum Chriſtum: nõ in oẽs: ſed in plures aſſerit abundare. quo & negligentiores metu ſuſpẽdat ac ſollicitos faciat: & perfectioribus diuinę bonitatis ſecreta nõ claudat. Bene autẽ quia plures poſuit ad quos donum gratię pertinet: q̃ eos qui vnius delicto cõſtituti ſunt peccatores. in quo arbitror quidẽ aliqd & latentis eſſe myſterii: quia & alibi mortẽ dicit regnaſſe ab Adã vſq; ad Moyſen: nõ in oẽs: ſed in eos tantũ qui ſecũdum ſimilitudinẽ pręuaricationis Adę peccauerunt. Tamẽ & ſimpliciore intellectu poteſt videri ideo plures dictos: quia q̃uis q ex Adã peccatores facti ſunt / multi ſint: tamẽ per gratiã Chriſti viuificantur: ideo plures dicti ſint: quia etiã ille ipſe ex quo in cæteros mors peccati diffuſa eſt: addiꝉ numero eorũ: eo ꝙ cum oĩbus quos ipſe fecerat ſub delicto etiam ipſe ſalueꝉ: ſicut de ſapientia diciꝉ. Hæc (inqt) illũ qui prim⁹ factus eſt patrẽ mũdi cũ ſolus eſſet creatus cuſtodiuit & liberauit eũ de peccato ſuo. Quę eſt aũt hęc ſapiẽtia quę primũ hominẽ liberauit de peccato ſuo: niſi Chriſtus: qui

eſt dei virtus & dei ſapientia? Sic ergo plures Chriſtus reducit ad vitam: q̄ Adam duxit ad mortē: quia etiā ipſum Adam qui cęteris cauſa extitit mortis: Chriſtꝰ reuocauit ad vitam vt verū ſit illud quod in cōſequētibus ſcribit apoſtolus: quia primus gratiam in oēs homines iuſtificatione vitæ. Homo autē eſt etiam Adā. Ergo & in ipſum iuſtificatio vitæ ꝑueniet. Sed dices fortaſſe ſi vno peccante in oēs homines mors ꝑtrāſiit: & rurſus vnius iuſtitia in oēs hoīes iuſtificatio vitę ꝑuenit: neq; vt moreretur aliqd nobis geſtū eſt: neq; vt viuamus: ſed eſt mortis quidē cauſa Adam: vitę autē Chriſtus. Diximus quidē iā & in ſuperioribus: ꝙ parētes non ſolū generāt filios: ſed & imbuūt: & qui naſcūtur: nō ſolū filii parētibꝰ ſed & diſcipuli fiūt: & nō tā natura vrgentur in mortē peccati q̄ diſcipulatu. Nā verbi cauſa ſi quis a deo recedens idola colat: nōne cōtinuo etiā filios ſi genuerit docebit venerari et ſacrificia offerre dæmoniis? Hoc ſecūdū Adā facit: & in his regnat mors ab Adam hoc eſt a natiuitate: quæ ad legis tempus qd ad diſcretionē recti: prauiq; operis veniens capax Chriſti gratiæ effici poteſt: & ibi reliquit Adam & quieuit: vel genuit: vel docuit in mortē: & ſequitur Chriſtū: qui eum & docet: & gignit ad vitā. Vis autē ſcire quia non ſolū natiuitatis: ſed & doctrinæ eſt: in quo mors regnauit ab Adā: diſce hoc ex contrariis. etenim dn̄s Ieſus Chriſtus cū veniſſet quę perperā geſta fuerāt emēdare: pro eo ꝙ in mortē generaret: illa quę ex Adam veniebat prima natiuitas introduxit ſecundā natiuitatē: quā regenerationē appellauit: per quā ſine dubio vitiū primę natiuitatis aboleret. Et ſicut generationi ſubſtituit: ita & doctrinę ſubſtituit aliam doctrinā: mittens etenim ad hoc opus diſcipulos ſuos: non dixit tantū: Ite baptizate omnes gētes: ſed ait: Ite docete oēs gētes: baptizantes eos in nomine patris: & filii: & ſpiritus ſancti. Sciens ergo vtrūq; eſſe in culpa: vtrūq; remediū dedit: vt generatio mortalis regeneratiōe baptiſmi mutaretur: & impietatē doctrina pietatis excluderet. Nūc ergo nihil peccātibus nobis mors regnauit in nobis: ſicut rurſum nō otioſis nobis: & nihil agentibus vita regnabit in nobis. Sed initiū quidē vitę datur a Chriſto: nō inuitis: ſed credētibus: & ꝑuenitur ad perfectionē vitæ perfectione virtutū: ſicut in mortē dudū prævaricationis ſimilitudine: & vitiorum expletione peruentū eſt. Et q̄uis tanq̄ prudēs diſpenſator verbi dei Apoſtolus Paulus occulta hæc in literis ſuis eſſe voluerit: & obtecta: inſeruit tamē: nec ſiluit: in eo vbi dicit. Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen in eos qui peccauerūt in ſimilitudinē pręuaricatiōis Adę. Vides ne vt a peccato nullū Paulꝰ excuſet? Sed & peccati genus deſignat: ſimilitudinē pręuaricationis Adę in vnoquoq; cōſtituens: licet vbi quādo aut quomodo ab vnoquoq; ſimilitudo iſta pręuaricationis admiſſa ſit: totū nō credidit apertius proloqui. Sed qui eruditus eſt ex lege domini ſcit intelligere obſcurū ſermonē dictaq; ſapientium & ęnigmata. Ideo etiā deniq; de ſalute quę in Chriſto: occultius loquitur. Et cum dixiſſet: Sicut enim in Adā omnes moriunt̃: nō dixit ita & in Chriſto oēs viuificātur: ſed viuificabuntur. Et rurſum cū dixiſſet: Sicut enim vniꝰ peccato mors regnauit per vnū: ita & per vnius iuſtificationē non dixit regnat vita: ſed regnabit vita per vnū Ieſum Chriſtū. Sicut eñ vt dixi ſcriptū eſſe qa fidelis ſpiritu celat negotia. Et item alibi. Qꝫ magna multitudo dulcedinis tuæ dn̄e quam abſcondiſti timentibus te. Si enim interroges D quādo vita regnabit ꝑ Ieſum Chriſtū: & quādo iuſtitia eius in oēs hoīes in iuſtificationem vitæ efficiet: quādo in oēs iſta beatitudo perueniet: ipſius dn̄i Ieſu Chriſti ſermonibus diſce: quibꝰ dicit ad diſcipulos. Audiſtis hęc oīa? Dicunt ei: etiā domine. Ait eis: Beati eſtis ſi feceritis ea. Tunc ergo beati erimus cū verbum dei: non ſolū audire: & intelligere: ſed & facere poſſimus. Quis enim ꝓmittatur exeundū eſſe quādoq; de carcere: tamē deſignat̃ nō inde exiri poſſe: niſi reddat vnuſquiſq; etiā nouiſſimū quadrantē. Qꝫ ſi etiā quadrātis (quæ eſt minima peccati pœna) pœna non remittit̃ niſi in carcere vt ꝑ ſupplicia luatur: quomodo quis ſpe īpunitatis reſoluet̃: aut donū gratiæ peccādi libertatē putabis? Igitur ex vno quidē Adā cœpit in hoc mundo regnare peccatū: et regnauit in eos qui ſecuti ſunt ꝑuaricationis Adę ſimilitudinē: & ideo iudiciū ex vno in cōdemnationē: & rurſum ꝑ vnū dominū noſtrū Ieſum Chriſtū gratia regnare cœpit ꝑ iuſtitiā quę & regnabit in oībus qui obediūt ei: & cuſtodiunt verba eius. Et per hæc ex multis delictis veniūt ad iuſtificationem vitę.

Si enim vnius delicto mors regnauit ꝑ vnū multomagis qui abundantiam gratię & donationis iuſtitiæ accipientes erūt in vita: regnabunt per Ieſum Chriſtum.

¶ Si eſſet ſicut delictum ita & donum: dixiſſet E vtiq; apoſtolus: quia ſicut vnius delicto mors regnauit per vnū: ita & per vnius iuſtitiā vita regnabit per vnū Ieſum Chriſtū. Nūc autem dicit quia mors quidē vnius delicto regnauit per vnū: oēs aūt abūdantiā gratię: & dona iu-

ſtitię accipiunt: vt nõ ſolũ vltra non regnet in
eis mors(qđ & ipſum vtiq; nõ paruę eſſet gra
tię)ſed & alia duo eis conferuntur bona. Vnũ
ꝙ pro morte vita in eis regnat Chriſtus Ieſus:
aliud ꝙ etiã ipſi regnabũt ꝑ vnũ Ieſum Chri-
ſtum. Cũ ergo neceſſaria hæc in eos veniãt bo
na.i.vt regnũ mortis effugiant: & pro morte
regnet in eis vita: immo & vt ipſi regnẽt in vi
ta ꝑ vnũ Ieſum Chriſtũ: manifeſtũ eſt quomo-
do nõ ſit ita delictũ ſicut & donũ: & quomodo
dicat̃ multo magis gratia dei: & donum ĩ gra
tia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abun
dabit. Et illud. Gratia autẽ ex multis delictis
in iuſtificationẽ. Sed & hoc in præſenti qđ di-
cit: Multo magis abundabit gratia & donũ iu
ſtitiæ accipitur in vita: regnabit per vnum Ie
ſum Chriſtũ dominũ noſtrũ. Quod ergo ait:
Vnius delicto mors regnauit per vnũ: oſtẽdit
quia per delictum morti regnũ datur: nec po-
teſt regnare in aliquo: niſi ius regni accipiat
ex delicto. Per qđ indicari videtur: ꝙ cũ libe-
ra a deo creata ſit anima: ipſa ſe in ſeruitutem
redigat per delictũ: & velut chirographa im-
mortalitatis ſuæ/quæ a creatore ſuo accepe-
rat/morti tradat. Anima enim quę peccat ipa
morietur. Ipſa deniq; anima clamat per ꝓphe
tam dicẽs. In puluerem mortis deduxiſti me.
Qđ vtiq; ei niſi ex delicto non potuiſſet acci-
dere. Vnde euidẽter apparet eã per delictum
chirographa ſui cõſcripſiſſe cũ morte: vt & li
bertate immortalitatis amiſſa iugũ peccati: &
F regnũ mortis exciperet. Volẽs igit̃ apoſtolus
oſtẽdere quãto maiora per Chriſtũ aĩa recipit
ꝙ̃ amiſerat per Adam: frequentat iſtos ſermo-
nes: vt dicat: multo magis & abũdãtia gratiæ
et dona iuſtitię regnabit per vnũ Ieſum Chri-
ſtũ. Quę oĩa vtiq; declarãt multo abundãtio-
ra eſſe dona ꝙ̃ damna. Sed require: iſti quos di
cit regnaturos in vita per Ieſum Chriſtũ: ſup
quos regnabũt. Videtur mihi ꝙ ſicut mortis
regnum in eos oſtẽdit fuiſſe quos ſibi peccãdo
fecit obnoxios: ita & eorũ qui abũdãtiã & do-
na iuſtitiæ accipiũt: & per vnũ Ieſum Chriſtũ
regnaturi dicũtur: regnũ oſtẽdat futurũ ſup
illos qui eis in eruditionem regni dei ſubditi
fuerint: & vt ita dicã qui ſapientię: & iuſtitiæ:
ac vitę quę in eis eſt: & ſuper quã regnãt: capa
ces fuerint inuẽti. Vnde & nõ otioſe videtur
mihi apoſtolꝰ: qui ĩ cęteris locis dixerat: Quia
in oẽs homines mors pertranſiit. Et iterum. In
plures abundauit. Et iterũ. Ex multis delictis
in iuſtificationem: Hoc in loco neq; oẽs: neq;
multos: neq; plures poſuiſſe: ſciens ad paucos
pertinere iſtius beatitudinis ſummã: qui abũ-
dantiã gratiæ: & dona iuſtitiæ accipientes in
vita regnant per vnũ Ieſum Chriſtũ. Ipſius au
tem mortis hoc deſcribitur regnũ: quę in aliis
dicitur inimicus eſſe Chriſti vltimus vel no-
uiſſimus deſtruẽdus. Deſtruet̃ aũt in eo vt vl
tra nõ regnet. Q; ſi nõ regnat: certũ eſt iã nec
delictum futurũ eſſe: in quo ſolo mortis eſt re
gnũ: tũc ſine dubio cũ ad eam dicitur: Vbi eſt
mors aculeus tuus? Quoniã quidẽ vt ipſe apo
ſtolus dicit aculeus mortis peccatum eſt. Vir
tus autẽ peccati lex. Reſtat ergo tũc neq; legẽ
futuram: ſi quidẽ peccati virtus ipſa dicatur:
vt peccati virtute ſublata: merito poſſit & re-
gnum mortis aboleri. Sed hęc in exceſſu nunc
dicta ſint: ſuis eñ in locis opportunius requi-
rẽtur. Velim tamẽ percõtari: quãtũ qdẽ mor- G
tẽ regnũ vſq; ad pręſentiã Chriſti: qui eſt vita
diximus tenuiſſe. Veniſſe vero Chriſtũ dicit
Apoſtolus nõ ſolũ ad mortẽ deſtruẽdã: ſed et
ad illũ ipm: qui habebat mortis imperiũ.i.dia
bolũ: hoc eſt anteꝙ̃ illud fiat qđ ſcriptum eſt.
Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo & patri.
Quis regnat? Si eñ dicamus id qđ conſequẽs
videtur: quia vita regnat morte deſtructa: po
teſt nobis occurri quomodo ergo peccatur: &
manifeſtũ eſt mortẽ regnare per peccatum. Si
vero dicamꝰ in quibuſdã regnare Chriſtum:
hoc eſt vitã: & ĩ quibuſdã mortẽ: vbi inuenie
mus in quibꝰ ita regnũ ſit vitę vt regnũ mor-
tis in eis nõ habeat poteſtatẽ: hoc eſt qui peni-
tus abſq; peccato? ſint quę mihi vident̃ magis
ad futurũ pertinere regnũ: & ibi hæc eſſe com
plenda vbi dicitur: quia ſit deus oĩa in oĩbus.
Idcirco eñ & in oratione dominica dicere do-
cemur. Adueniat regnũ tuũ: quaſi qđ nondũ
aduenerit: & ipſe dñs in initio ꝑdicationis ſuę
nõ dicit: venit regnum cælorũ: ſed appropin-
quabit regnũ cælorũ. Pręſens vero tẽpus non
tã regni dixerim videri ꝙ̃ belli: per qđ bellũ fu
turum regnũ quæratur. Quis hoc ipſo belli
tẽpore quia iam ex aliqua parte regnũ mortis
infringitur: & paulatim deſtruitur: qđ prius
in oẽs homines fuerat dilatatũ: Chriſtꝰ regna
re dicatur ſecundũ illud qđ ſcriptũ eſt. Opor-
tet enim eũ regnare donec ponat omnes ini-
micos eius ſub pedibꝰ eius. Et item alibi dicit.
Nunc autẽ necdũ videmus ſubiecta eſſe om-
nia. Vnde apparet quia hoc qđ dicit: Oportet
eũ regnare: pro regnũ parare poſuerit. Certũ
eſt enim quia pugnãdum eſt & alligandus eſt
fortis: & ſic vaſa eius diripienda ſunt. Et ideo
etiam ipſe Saluator dicit. Nõ veni pacẽ mitte
re: ſed gladiũ. Tãdiu vero pugnãdũ eſt ab his
qui regnare volunt in vita per Ieſum Chriſtũ:
donec nouiſſimꝰ inimicus deſtruat̃ mors. Sed
et de abũdantia gratię: & donis iuſtitię ſcien- H

dū eſt:quia ad iſtud regnū qđ diximus præpa rari per bellū:non venit aliquis qui vnā gratiā cōſecut⁹ eſt:hoc eſt q in vno aliquo opere placuerit: ſed abūdātia gratię requiritur:ſecūdū eū qui dicit: Abūdātius autē ꝙ omnes illi laborauí. Non autē ego. Sed gratia dei mecum. Similia quoq; etiā iis quos imbuit precatur cū dicit. Gratia vobis & pax multiplicetur. Multiplicatur ergo gratia & abundat: ſic & ſermo noſter ſemp in gratia ſale ſit conditus: & opus noſtrū cū gratia humilitatis & ſimplicitatis fiat: & omnia quæ agimus ad gloriam dei agamus. Similiter etiā de dono iuſtitiæ accipiendū. Nihil enim ſine iuſtitia agere debet qui iuſtificatur a Chriſto: ſecundum eum qui dicit: Beati qui cuſtodiūt iudiciū & faciunt iuſtitiā in omni tēpore: & ſecundū ꝙ ſapientia pronūtiat dicens: Quia et ſi perfect⁹ ſit quis in filiis hominū: ſi nō adſit iuſtitia: a deo in nihilū reputabitur. & hoc modo qui habuerit abūdantiam gratiæ & dona iuſtitiæ: in vita regnabit per vnum Ieſum Chriſtum.

Itaq; ſicut per vni⁹ delictū in oēs homines in condemnationē: ita & per vnius iuſtitiā in omnes homines in iuſtificationem vitę.

Clam & ſuperius diximus ꝙ per delictū Adæ velut aditus quidam datus eſt: quo in oēs homines vel peccatū: vel mors peccati: vel condemnatio perueniret. Ecōtrario ergo Chriſt⁹ aditus iuſtificationis aperuit: per quē vita ingrederetur ad homines. & ideo dicebat de ſemetipſo. Ego ſum oſtiū. Per me ſi quis ingreſſus fuerit ſaluabitur. Sed de his iā in ſuperioribus ſatis dictū. Illud tamen obſeruādum eſt ꝙ nō dixit in omnes homines in cōdemnationem mortis: ſed tantūmodo in cōdemnationē quo. ſ. in omnibus probet multo abundantius donum eſſe ꝙ delictū. Quomodo ſane vel quæ cōdemnatio in oēs homines venerit: videndū eſt: & ſufficere forſitan poteſt ſecundū ſimplicem expoſitionē: vt dicamus cōdēnationē eſſe delicti cōmunē hāc mortē: quę oībus venit / et veniet etiā ſi iuſti videant. Q; ſi forte aliquis obiiciat de Enoch & Helia qui trāſlati ſunt ne viderēt mortem: in hoc modo excuſabitur ꝙ nō cōtinuo falſa videātur ea quæ de oībus dicūtur: ſi aliqua diſpēſatio dei in vno vel duobus hominib⁹ facta eſt. Sed & illud quis cōpetēter (vt arbitror) proferet in loco: quia cum deliquiſſet Adam ſcriptū eſt ꝙ eiecit eū dominus de paradiſo: & cōſtituit eū in terra hac cōtra paradiſum delitiarū: & hæc fuit delicti ei⁹ cōdemnatio: quæ in omnes homines ſine dubio peruenit. Omnes enim in loco hoc humiliationis & in conualle fletus effecti ſunt: ſiue ꝙ in lumbis Adæ fuerūt omnes: qui ex eo naſcuntur cum ipſo pariter eiecti ſunt: ſiue alio quolibet modo inenarrabili & ſoli deo cognito vnuſquiſq; de paradiſo truſus videtur excepiſſe condemnationē. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi: ita & per vnius obediētiā iuſti conſtituētur multi. Poteſt quidē fieri vt ſecūdum ea quę in ſuperioribus obſeruauimus: Paulus volēs myſteria ſecrētiora cōtegere: quos alibi omnes dixerat: alibi multos ponat: ne forte ſi dixiſſet per vnius inobedientiā peccatores factos eſſe oēs: & neceſſario ſubiūxiſſet ita: & per vnius obedientiā iuſti cōſtituētur oēs: videretur ex huiuſmodi ꝑmiſſionis ſecuritate reſoluere animos eorū: quibus expedit eſſe ſub metu: & ideo nos fidelis & prudētis in verbo dei diſpenſatoris conſiliū ſeruantes pro eo magis ſatiſfacere debemus: quomodo per vnius inobedientiam nō oēs: ſed multi ſunt peccatores facti. Nā per vnius obedientiā quomodo non oēs ſed multi conſtituātur / difficultatē nō habebit intelligētiæ ſecūdū illud qđ dñs dicit in euāgelio. Multi enim veniēt ab oriente & occidente: & recūbent cum Abraham / & Iſaac / et Iacob in regno dei: & nō dixit omnes venient. Peccatores autē quomodo multi & nō oēs videantur: cū idē Apoſtolus dicat ꝙ oēs peccauerūt? Debemus oſtēdere: aliud eſſe peccaſſe: aliud peccatorē eſſe. Peccator dicit is qui multa delinquēdo in cōſuetudinē & (vt ita dicā) ſtudium peccandi iam venit: ſicut econtrario iuſtus non dicitur is qui ſemel aut bis aliquid iuſtitiæ fecerit: ſed ille qui ſemper iuſte agendo in vſu & cōſuetudine iuſtitiā habet. Nā ſi quis in cæteris fere omnib⁹ iniuſtus ſit: ſemel autē aut bis aliquid iuſti operis egerit: iſte quidem in eo opere in quo iuſtitiam tenuit iuſte egiſſe dicitur: non tamē ex hoc iuſtus appellabitur. Ita & iuſtus peccaſſe quidē dicit ſi aliqd cōmiſerit aliquādo qđ non licet: nō tamen ex hoc peccator appellabitur qui peccandi vſum et cōſuetudinē non tenet: ſicut & medicus ille non dicit: qui aut leuiter ruptę capitis cuti ſcit imponere araneā: aut qui tumorē vulneris aqua calida fouerit: ꝗuis etiā hoc medicina eſſe videat. Sed ille dicit medicus q vſum et ſtudiū ac diſciplinā habet medendi. Ex quibus omnibus puto ſufficienter oſtēdi ꝙ aliud eſt peccare: aliud peccatorē eſſe. Omnes enim poteſt fieri vt peccauerint: etiā ſi ſancti fuerit quia nemo mūdus a ſorde: ne ſi vnius diei fuerit vita ei⁹. Quis enim eſt qui nō aut in facto: aut in verbo: aut qui cautiſſimus certe eſt: vel in cogitatione peccauerit? Et ideo vt dixi pec- C

caſſe quidē oēs merito dicētur. Peccatores aūt facti non oēs ſed multi. Simili quoq; forma: & iuſti multi habebūtur nō oēs: etiā ſi omnes iuſti aliquid operis agūt. Bene autē ab apoſtolo etiā tēporū ratio cuſtoditur. Nam cū multos cōſtitutos eſſe peccatores ad pręteritū retulerit: iuſtos conſtituēdos eſſe multos ad futurū trāſtulit tempus: ſciens ſine dubio ꝙ proceſſu prædicationis euangelicæ iuſtorū multitudo maior accreſceret. Q; autē iuſti multi fuerint etiā ante Saluatoris aduētum idem dominus teſtatur in euāgelio cū dicit. Multi prophetæ
D et iuſti cupierunt videre quæ videtis. Sed aliter hic multos dicit Saluator iuſtos: & aliter apoſtolus poſuit. Nam Saluator apoſtolorum numerū aſpiciens ad ipſorū cōparationē multos dixit iuſtos & prophetas. In præſenti vero loco Apoſtolus multos ad omniū qui in hoc mūdo nati ſunt & naſcētur comparationē intelligendus eſt reuocaſſe. Igitur per vnius inobedientiam peccatores cōſtituti ſunt multi: ſecūdū eam obſeruantiā multi peccatores intelligēdi quā ſupra de peccāte & peccatore ꝑtulimus. Q; ſi quis nobis obiiciat illud qđ de ſe ipſo dicit apoſtolus: quia Chriſtus Ieſus venit in hoc mūdo peccatores ſaluos facere: quorum prim⁹ ego ſum: quaſi etiā ſe peccatorem dicere videatur: dicemus ꝙ aliud eſt ex perſona ſcripturę: vel prophetæ: vel domini aliquē peccatorē deſignari: aliud eſt iuſtū ipſum ſui fieri accuſatorē: & humiliare ſemetipſum vt exaltetur a deo. Quis Paulus in eo quod dicit perſecutū ſe eſſe eccleſiā dei: & expugnaſſe eam: & traxiſſe viros ac mulieres: & in vincula conieciſſe: licet ignorantia fecerit & miſericordiam conſecutus ſit: tamen cum hæc faceret non immerito fortaſſis peccatorē ſe dici
E debuiſſe fateatur. Vt autē diſtinctionis huius quā dedimus inter peccare & peccatorem euidenter adhuc ratio clareſcat: vide Cain: qui cum manifeſte peccator ſit: fecit tamē aliquid rectum propter qđ dominus ad eū dixit: ſi recte offeras. Et Pharao cum dicit: Dominus iuſtus: ego autē & populus meus impii: iuſtum aliquid fecit: ſed non ex hoc iuſtus dicitur. Et multa huiuſmodi in ſcripturis diuinis inuenies: ex quibus & iuſtū peccaſſe aliquid: & peccatorem iuſti aliquid egiſſe deprehendis. Nec tunc iuſtū quia in aliquo peccauerit peccatorem dictū: aut peccatorē qui aliquid iuſte egerit: iuſtum inuenies appellatū. Verū ne illud quidem intentū prætereat auditorem: ꝙ vbi inobedientiā vnius dicit: addidit hominis: per quem peccatores conſtituti ſunt multi. Hic enim per quem iuſti fiūt: ſine dubio ipſa iuſtitia eſt: ſicut & idē apoſtolus dicit de Chriſto. Qui factus eſt nobis iuſtitia a deo. Dedit ergo Adam peccatoribus formā per inobediētiam: Chriſtus vero econtrario iuſtis formā per obedientiam poſuit: ſicut & alibi ſcriptū eſt: Obediſti autem ex corde in eam formā doctrinę in quā traditi eſtis. Propterea enim & ipſe obediens factus eſt vſq; ad mortē: vt qui inobediētię formā ſequentes cōſtituti ſunt peccatores: obedientiā Chriſti imitātes ſalui fiant.

Lex autem ſubintrauit: vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum: ſuperabundauit & gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita gratia regnet per iuſtitiā in vitam æternam: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

¶ Si quidem anteq̄ lex per Moyſen daretur nemo peccaſſet: volentes accuſare legem ex his apoſtolicis verbis Marcion & cæteri hæretici occaſionem capere videntur: tanq̄ hæc fuerit cauſa datę legis: vt peccatum qđ ante legem non fuerat abundaret. Sed neſcio quod tēpus inueniatur vacuū peccatis ante legem. Quando interficiebat Cain Abel: & terram fraterno ſanguine polluebat: ita vt diceret ad eū deus: Maledicta terra quæ aperuit os ſuum vt ſuſciperet ſanguinē fratris tui: non abundabat peccatum? Abundabat plane: & quidem cū et homines abundarent: vel tunc cum dicebat Lamech occidi virū in vulnere meo & iuuenem in liuore meo. Et de Cain quidem iudicatum eſt ſepties: de Lamech vero ſeptuagieſſepties. Noe vero temporibus intantū abundauit delictum: vt videns (inquit) deus quia multiplicatæ ſunt malitię hominū ſuper terrā: & omnis homo cor ſuū diligenter appoſuit in malitia omnibus diebus vitæ ſuæ: recogitauit dominus quia fecerat hominē ſuper terrā: & pœnituit ĩ corde ſuo: & dixit. Deleam hominem quem feci a facie terræ: ab homine vſq; ad pecus: & a reptilibus vſq; ad aues cæli: quoniam pœnitet me ꝙ fecerim eos. Et iterū: cum dicitur. Corrupta eſt terra in conſpectu dñi: & repleta eſt terra iniqtatibus. Et vidit deus terrā et erat corrupta valde: q̄a corruperat oīs caro viam ſuā ſuper terrā. Quis ergo ita ſtolidus qui in his omnibus neget abundaſſe peccatū? Vel certe cū de Sodomitis dicit a deo: Deſcendi vt viderem ſi ſecūdum clamorē Sodomitarum cōſummātur iniquitates eorū: vel circūſteterunt domū Loth: impudicitię ſuæ ſcelus etiā in angelos moliētes. Aut tūc fortaſſe non abūdabat peccatū: cū Pharao affligebat filios Iſrael in luto & latere: & natos eorū necari volebat in flumine? Et vtiq; nondum Moyſi lex

ſubintrauerat:cũ hęc tanta peccatorum labes
diffundebať in terra.Ex qbus colligiť:hęreti-
cos quos ſupra diximus: vel ſiqs q cũ illis hæc
de Moyſi lege dicta ſuſcipiũt:ne leuiter qdem
A apoſtolicũ ſenſum potuiſſe cõtingere. Magis
ergo illud in hoc loco debet ĩtelligi eſſe (vt ſę
pe iã dixim⁹)legẽ naturę quę ſcripta eſt nõ in
tabulis lapideis: ſed in tabulis cordis carnali-
bus:nõ atramẽto:ſed ſpũ dei viui.Quæ lex ab
illo:q ab initio creauit hoĩem:ita in principa-
li cordis eius aſcripta eſt:vt opportuno tẽpo-
re:cũ iã paginę ipſę mẽtis adoleuerint: vel po
tius vt ſcriptura nominauit: vbi tabulæ cor-
dis carnales cœperint augmẽto tãto apiri:dif
fundi incipiat per interna cõſciẽtię:& repleri
rationibus ſenſus. Tũc ergo aduerſum ꝓcepta
q̄ ex huiuſmodi lege naturaliter ſuggerunť:
volũtas carnis exurgit:& alia ſuggerit deſide
ria:& hoc ē qđ ait Apoſtol⁹:legẽ in mẽbris po
ſitã reſiſtentẽ legi mentis.Hanc ergo nũc legẽ
mẽbroꝝ poſuiſſe in hoc loco videt Apoſtolus
quã ſubintraſſe dicit:vt abũdaret peccatum.
Nã & ipẽ ſermo quo vſus eſt:pleniſſime mihi
B videtur hęc q̄ dicim⁹ indicare. Aliud nãqꝫ eſt
intrare:aliud ſubintrare:ſicut eſt aliud duce-
re:& aliud ſubducere:aliud trahere:& ſubtra
here.Subintrare nãqꝫ hoc ĩdicat: cũ alio ĩgreſ
ſo ſub obtẽtu alius ĩgrediť.In qua ratiõe/quã
ſupra expoſuimus/ euidẽter oſtẽdiť:ꝙ ſub ob
tẽtu legis naturalis:quã legem mẽtis noĩauit
Apoſtolus:q̄ legi dei cõſentit: orta ſit lex mẽ-
broꝝ:q̄ deſyderia carnis ſuggerẽs:& captiuũ
hominẽ ducẽs libidini : ac voluptatibus inq-
natũ facit in eo abũdare peccatũ. Sic ergo lex
ſubintrauit:vt abũdaret delictũ:ſed vbi abun
dauit inquit peccatũ ſuperabundauit gratia.
Sicut in ſuperioribus docuim⁹: vbi per ſingu
la queqꝫ cõparationẽ facit eoꝝ quę ex pręuari
catione Adã accidiſſe videnť aduerſa: & mul
ta maiora oſtẽdit eſſe: q̄ per gratiã Chriſti ad
mediũ collata ſunt: & in pñti loco cũ dixiſſet
abũdaſſe peccatũ : ſermõe digniſſimo vſus eſt
qđ abũdãtiam vinceret: & ſupabũdãtiã pone
ret.Superabũdauit aũt gratia Chriſti ĩ eo:vt
nõ ſolum a pręteritis peccatis abſolueret ho-
C minem:verũ etiã cõmuniret a futuris. Siqdẽ
duo quædam regna oſtẽdit in homine:vnum
quo peccatũ in morte regnauit:aliud quo gra
tia ſup iuſtitiã regnet in vita.Gratia ergo eſt
quæ de regno ſuo:id ē de mẽbris noſtris pctm̃
eiecit & expulit:cũ quo neceſſariũ etiã mors
pariter excluſa eſt:vt ita demũ regnum ſibi in
nobis gratia p iuſtitiã vẽdicaret: & vbi mors
fuerat ęterna vita conſiſteret. hoc autẽ eſt qđ
& alibi idem apoſtolus dicit.Nõ ergo iam re-
gnet peccatũ in veſtro mortali corpore.& idẽ
alibi.Sicut eñ exhibuiſtis membra veſtra ar-
ma iniqtatis peccato: ita nunc exhibete mẽ-
bra veſtra arma iuſtitię deo.Eſt ergo grandis
ſuperabũdantia ex eo ꝙ vbi peccatum fuit: &
mors:ibi nũc eſt gratia/& iuſtitia/& vita ęter
na.Et hęc oĩa ſunt quidem ſupra cætera per
dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum.Poteſt aũt D
fieri : vt ſicut hęc oĩa bona dicit exiſtere per
dominũ:ita & illa mala intelligi voluerit exti
tiſſe per diabolum:ſed ſiluiſſe de auctoris eoꝝ
nomine: vt ſuperabundantiam gratiæ in ho-
minibus aſſignaſſet. Nam ſicut Chriſtus vnũ
quidem eſt per ſubſtãtiam : multis autem vir
tutibus:& operatiõibus deſignatur: & gratia
ipſe eſſe intelligitur:ſicut iuſtitia:ſicut pax:ſi
cut vita:ſicut veritas:ſicut verbum:ita fortaſ
ſis & diabolus in multis:vel in diuerſis ſigni-
ficationibus ſępe poteſt intelligi.Nam & pec-
catũ qđ regnare diciť/ipſe putãd⁹ eſt:& mors
ipẽ credendus eſt:de quo dicitur: Quia & no
uiſſima inimica deſtruetur mors. Sed & pdi-
tio ipſa intelligitur ſecundũ illud qđ dictum
eſt a propheta.Perditio factus es:& non ſubſi-
ſtes in ęternum tẽpus. Sed & qđ dicit Apoſto
lus:Nõ ergo regnet peccatum in veſtro mor
tali corpore:puto ꝙ magis de ipſo dictum ſit.
Ipſe enim auctor peccati & mortis:& perditio
nis:& conſequenter ab inuentis rebus auctor
inuenti nominatur. Nõ ergo poteſt fieri: vt ſi
ne rege aliquando ſit anima. Sed hoc prouidẽ
dum eſt: vt Chriſtum regẽ habeat: cui⁹ iugũ
ſuaue eſt & onus leue:& nõ diabolum/ cuius
regnũ graue eſt.Iniquitas eñ eſt:quę ſedet ſu
per talentũ plũbi.Chriſtus aũt vbi regnat:ibi
ſuperabũdat gratia & iuſtitia in vita ęterna.

CAPITVLVM.VI.

Quid ergo dicem⁹? Permane
bim⁹ in peccato: vt gr̃a abũ
det? Abſit. Qui enim mor-
tui ſumus peccato:quomo-
do adhuc viuemus in eo?
¶Quoniam ſupius dixerat
quia vbi abundauit pecca- E
tum ſuperabundauit & gratia:naſcentem ex
hoc queſtionem nũc ſibi ipſe proponit:quia ſi
abundantia peccati gratiæ ſuperabundantiã
parit:ergo peccandum eſt:vt gratia plus abũ
det.Sed abſolutionem etiam queſtionis oſten
dit cum dicit:Abſit:& continuo ſubiecit ra-
tionem:mortuos dicens eſſe peccato eos in q-
bus abundauerit gratia.Certum eſt aũt mor-
tuum/peccatorem eſſe non poſſe.Non ergo p

manere poterit in peccato qui mortuus ē pec
cato. Verum hæc vt apertius clareſcāt:requi
ramus quid eſt viuere peccato:& quid eſt mo
ri peccato. Sicut deo viuere dicitur is qui ſe-
cundum voluntatem dei viuit: ita & peccato
ſiue iuſtitię.Nā oīs qui facit pctm̄ ſeru⁹ ē pec
cati:ad hoc reſpicit:q̄uis etiam nō adiecerit
oīs q fecerit iuſtitiā ſeru⁹ eſt iuſtitiæ.Qđ for
taſſis putet alius idcirco ſubrelictū vt q̄ſi ex
cōſequētib⁹ debeat intelligi.Mihi tn̄ videť cō
ſulto nō additū.Neq; em̄ cōueniebat dici:qa
oīs q facit iuſtitiā ſeruus eſt iuſtitię.Nā & de
us ipſe facit iuſtitiā:& nō idcirco ſeruus iuſti
tię dici poteſt:ſed iuſt⁹ dn̄s.Non ergo ita oīs
qui facit iuſtitiā ſeruus eſt iuſtitię:vt oīs qui
facit pctm̄ ſeruus eſt peccati.Nam & ipſe dia
bol⁹ ſine dubio ſeruus eſt peccati. Quippe qa
diſceſſit a ſeruitute iuſtitię:& ī cōſpectu omi
potētis dn̄i rebellauit.propter qđ apoſtata ap
pellat⁹ eſt.Cōſtat ergo ex his eſſe ſeruos quib⁹
Paul⁹ dicit:qa cui exhibetis vos ſeruos ad obe
diētiā:ſerui eſtis cui obediſtis:ſiue pctī:ſiue iu
ſtitię:qa ſpōte.Nā ipſi nos exhibem⁹ nullo co
gēte vel peccato ſeruire:vel iuſtitiæ p̄ obediē
tiā noſtrā:& ideo ſemp horū meminiſſe debe
mus:ne inanes q̄relas in peccati excuſatione
ꝓferam⁹:qđ diabol⁹ fecit:vt peccatorem aut
naturę neceſſitas:aut fatalis cōditio:aut cur=
ſus aſtrorū efficiat.Sed audi aptā Pauli ſentē
tiā:qua dicit.Cui vos exhibetis ſeruos ad obe
diētiā:ſerui eſtis cui obediſtis:ſiue peccati:ſi
ue iuſtitię.Poſt hęc:Gratias(inqt) deo:quia
E fuiſtis ſerui peccati:obediſtis aūt ex corde in
eā formā doctrinæ in qua traditi eſtis.Videť
hæc ad eos dicere:de quoꝝ vita ꝑfectuq; prę
ſumit:& de qb⁹ iā ſuperi⁹ dixerat.Gratias ago
deo per Ieſum Chriſtū pro oīb⁹ vobis:quia fi=
des veſtra nuntiať in vniuerſo mundo.Tunc
deinde & illud oſtēdit:ꝙ oēs hoīes primo ſer
uiant pctō.ſic em̄ ſcriptū eſt:quia nō eſt iuſt⁹
ſup terrā qui faciat bonū:& nō peccet.Primo
em̄ neceſſe eſt ī omi hoīe illud cōpleri:qđ ſcri
ptū eſt:ſed vbi venit mandatū:pctm̄ reuixit.
Hoc vero qđ ſequiť ad paucos dicit:& eos q
emēdāt:Gratias autē deo qa fuiſtis ſerui pctī
obediſtis autē ex corde in eā formā doctrinæ
in qua traditi eſtis.Serui ergo oēs fuim⁹ pec=
cati.Sed vbi tradita eſt nobis forma doctrinę
et huic nō vtcūq; neq; ſolis verbis:ſed ex cor
de:& aīo:ex tota deuotiōe elegim⁹ obedire:li
beramur a ſeruitute pctī:& efficimur ſerui iu
ſtitię.Vnde vereor ne forte plures ſim⁹ qui vi
deamur ſuſcepiſſe formā doctrinę iuſtitię:&
verbis qdē vel ꝓfeſſiōe iuſtitię videamur obe
dire:corde vero obediam⁹ pctō:carnis adhuc
vitiis in nobis dominātib⁹.Et ideo ante oīa in
digem⁹ illa de qua ſuperi⁹ docuit mortificati
one mēbrorū.Quā autē dixit formā doctrinę F
in qua traditi eſtis:requirēdū puto quomodo
vnuſquiſq; tradať.Inuenim⁹ nāq; qa eos qui
nō probant deū habere in notitiā:tradat de⁹
ſecundū deſyderia cordis eorum in immūdi=
tiam:vt cōtumeliis afficiant corpora ſua ī ſe
metipſis:& alios qui cōmutauerūt gloriā in=
corruptibilis dei:tradat in paſſiones ignomi
nię:de qb⁹ in locis ſuis prout potuimus dixi
m⁹.Et hic ergo qui ſemetipſos exhibēt ſeruos
per obediētiā iuſtitię de⁹ tradidit vt inſtituan
tur & imbuātur ſecundū formā iuſtitiæ do=
ctrinæ.Mouet me etiā hoc ꝙ nō dixit obediē
tię ex corde doctrinę in q̄ traditi eſtis:ſed for
mā doctrinę poſuit.Nec puto ꝙ vnū eē ſenſe
rit apoſtol⁹ doctrinā:& formā doctrīę.Sed mi
hi videtur ꝙ formā doctrinę min⁹ eſſe ſcierit
q̄ ipſam doctrinā.Et nūc quidē in pręſenti vi
ta dum in hoc corpore ſum⁹:& aggrauat ter
renum hoc habitaculū ſenſum multa cogitā
tem:formā doctrinę habem⁹ nō ipſam doctri
nam:ſicut idē apoſtol⁹ in aliis dicit.Nūc aūt
videmus per ſpeculū in ænigmate. Ipſa autē
doctrina ſit:de qua dicit.Tūc aūt videbimus
facie ad faciē.Vnde & in præſenti vita puto
ꝙ formā atq; vmbrā virtutū tenere poſſim⁹:
ipſas vero virtutes tūc cum venerint illa quę
ꝑfecta ſunt.Et ideo iuſtus magis(vt mihi vi=
detur)in vmbra virtutū:q̄ in ipſis virtutib⁹
vixit.& ob hoc fortaſſis Hieremias in lamēta
tiōib⁹ dicit.Spūs vult⁹ noſtri chriſt⁹ dn̄s cui
diximus in vmbra eius viuem⁹ in gentibus.
Q; ſi Chriſtus eſt iuſtitia:& ſapiētia:& veri=
tas:& dicim⁹ in vmbra eius viuem⁹ in gētib⁹
ergo in vmbra iuſtitię:& in vmbra ſapientię:
et in vmbra veritatis viuimus:etiā ſi iuſti &
ſapientes & veritatis amatores eſſe videamur
Propterea ergo dicit.Si quis ſe putat cogno= G
uiſſe:nōdū cognouit:queādmodū oporteat
ſcire.Fortaſſis etiā eſſe ipm verbū dei ſecūdū
hoc ꝙ verbū caro factū ē:& habitauit ī nobis:
aliter in pręſenti vitę ſtatu:aliter cū venerit
qđ perfectū eſt cognoſceť.Et aliter nunc ī for
ma ſerui:tūc vero aliter in forma dei:& in pa
tris ęqualitate ſentieť.Pro qb⁹ oīb⁹:vel in for
ma doctrinę:vt apoſtolus dicit:& nōdum in
ipſa doctrina:vel in vmbra Chriſti:vt Hiere
mias noīauit:& nōdū ī ipſo Chriſto viuere vi
demur īter gētes.Liberati autē a peccato ſer=
ui autē facti eſtis iuſtitiæ.Expoſitio ē ī his eo
rū q̄ ſupius dixit:ſi em̄ vltra nō ſeruiatis pec=
cato:certū eſt qa liberati ab eo ſerui facti eſtis
iuſtitiæ.Sed reqrit quis eſt q liberet a pctō:ſi H
ne dubio veritatis agnitio.Sic em̄ dicebat Ie

ſus ad Iudæos:q crediderāt ei. Si crediderit[verbo meo agnoſcetis veritatē & veritas libe rabit vos. Veritas ē ergo q̄ liberat a pctō: & veritatis agnitio. Certū eſt aūt q̄ oīs qui libe ratus fuerit a pctō:iuſtitiæ ſeruiat. Qđ aūt dicim⁹ iuſtitię ſeruiat:qm̄ iuſtitia vna eſt ex virtutū choro:ſimile eſt vt dicerem⁹:qa ſi qs liberat⁹eſt a pctō:ſeruietveritati:& ſeruiet ſa piētiæ:ſeruiet pudicitię:prudētię: & pietati. Sic em̄ ego audio & illđ qđ dictū eſt. Aperi te mihi portas iuſtitię:& igreſſus in eas cōfi tebor dño. Non em̄ ſoli⁹ iuſtitię portas ingre ditur q confiteri vult dño:ſed & veritatis:& ſapientię:& pietatis:& pudicitię. Omniū nā q̄ vna eſt aula virtutū:cui⁹ ſibi iuſtitiæ noīe Pauli ianuas poſtulat aperiri.

Humanū dico:propter infirmitatē carnis veſtræ. Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſerui re immūditiæ:& iniquitati ad iniquitatem: ita nūc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationem.

A ¶Pudorē quēdam p hoc incutit apoſtol⁹ au ditorib⁹:vt hoc ſaltem obſequii depēdant iu ſtitię:& ſanctificationi:qđ prius īmūditiæ:& iniqtati detulerāt. Quid ergo tā humanum: hoc ē qd tā leue: qd tā ſine onere:& qđ nulla rōne pr̄ſus poſſit īfirmitatis excuſari? Sicut (inqt)exhibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire iniqtati ita nunc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſti tię in ſanctificationē. Ingloriosum quidē eſt: vt ita qs virtutib⁹ ſicut vitiis ſeruiat. Multo em̄ ampli⁹:& multo intēti⁹honorāda iuſtitia eſt. Sed & ego(iqt)hūane & cōmuniter ago: eadē poſtulo:ſilia reqro. Dudū currebāt pe des veſtri ad dęmonū tēpla:nūc aūt cōcurrāt ad eccleſiā dei. Currebāt pri⁹ad effundendū: nūc aūt a d liberādū ſanguinē currant. Protē debātur manus priusvt aliena diriperēt:nūc protēdanť vt p̄pria largianť. Circūſpiciebāt prius oculi mulierē:aut alienū aliqd ad cōcu piſcendū:nunc circūſpiciāt pauperes debiles egenos ad miſerandum. Aures delectabātur auditu vano vel bonorū derogationib⁹: nūc conuertantur ad audiendumverbum dei:ad explanationem legis:& ad capiendam ſapien tiam:& diſciplinā. Lingua quę cōuitiis male dictis & turpiloquiis aſſueta:nunc conuerta tur ad benedicēdum dominum in omni tēpo re:ſermonem ſanū proferat & honeſtū vt det gratiā audiētib⁹:&veritatē loquatur cum p ximo ſuo. Sed quid opus eſt hęc ſingula pſeq: cum pateat etiam tibi vniuſcuiuſq membri miniſteriū qđ exhibuit vitiis aptare virtuti bus: & actum quem exhibuit immunditiæ ad caſtitatē nunc: ſanctificationeq̄ cōuerte re? Videť ſane hic iuſtitiā pro omnib⁹ ſimul virtutibus nominaſſe:ſicut ecōtrario iniqta tem pro omnibus ſimulvitiis poſuiſſe. Addit ſane iuſtitię ſāctificationē:quo videlicet caſti tatis ptē:& generaliter cū cæteris:& p ſemet ipſam ſpecialiter cōmēdaret. Sed & illud aſpi ce: q̄ vbiq̄ p hęc arbitrii libertatē deſignat: et oñdit vnūquēq̄ habere in ſua poteſtate:vt quę ante iniqtati ad iniqtatē ſeruitia depen debāt:hæc cōuerſa in melius p̄poſitū iuſtitię ſanctificationiq̄ depēdant. Qđ vtiq̄ fieri nō poſſet:ſi neceſſitas naturę(vt qbuſdā videť) repugnaret:aut aſtrorū curſus obſiſteret.

Cū em̄ ſerui eſſetis peccati:liberi fuiſtis iu ſtitiæ. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis: in qbus nūc erubeſcitis? Nā finis illorū mors eſt. Nūc vero liberati a peccato:ſerui aūt facti deo: habetis fructum veſtrum in ſanctificati onē:finem vero vitam æternam.

¶Q̄ quis peccati ſeruus ſit:ſufficienter iam in ſuperioribus dictū eſt:cū exponerem⁹ illū locū. Neſcitis qa cui exhibetis vos ſeruos ad obediēdū:ſerui eſtis ei⁹ cui obediſtis:ſiue pec cati:ſiue iuſtitię? Cū ergo qs peccato ſeruit:iu ſtitiæ liber eſt:hoc eſt alien⁹a iuſtitia. hic em̄ liberū:alienū dicit:& recte quidē. Nemo em̄ pōt & peccato ſimul:& iuſtitię ſeruire: ſicut ſaluator dixit:qa nemo pōt duobus dñis ſer uire. Sed de his pleniſſime ſupra dixim⁹. Illđ ſane notādū eſt:eē & libertatem culpabilē:& laudabilē ſeruitutē. Nam liberꝫ eſſe iuſtitiæ crimen eſt:ſeruū vero eſſe laudabile. Qđ aūt dicit iuſtitiæ ſeruū fieri:ſimul intellige & ſa piētiæ:& pietati:& pudicitię:& oīb⁹ vna vir tutibus:ſicut econtrario qui peccat:ſeruus ē ſimul & cōcupiſcētię malæ:& iræ:& furoris: et impudicitię:& rapinę:& oīb⁹ ſimul vitiis: ac ſcelerib⁹ ſeruit. Vnde noſmetipſos diſcute re ſemp debemus per ſingula quæ gerim⁹:& in vnoquoq̄ actu cōſyderare:cuinā ſeruiam⁹ peccato ne ad iniqtatē:an iuſtitię in ſanctifica tionē? Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis ī qbus nūc erubeſcitis? Nā finis illoꝝ mors eſt. Fructū & bonorū & malorū eē docet ſcriptu ra diuina:vt ipſe ſaluator in euangeliis dicit. Aut facite arborem bonam & fructum ei⁹bo num:aut facite arborem malam:& fructū ei⁹ malum. Nō poteſt arbor bona fructum malū facere:neq̄ arbor mala fructū bonū facere. In quib⁹ p̄poſitum & volūtas hominis arbor di ci videť vel bona vel mala:fruct⁹ vero ei⁹ ope ra. Si quis igitur cōuertat animū & p̄poſitū ad iuſtitiā:erubeſcit ſine dubio:& ipſe ſe no tat de priorib⁹geſtis q̄ egit poſit⁹ſub peccato qa finis illorū mors eſt. Sed reqro quæ mors?

B

C

certũ ẽ nõ iſta cõmunis. Nõ em̃ qs poſt mortẽ conuertit̃ ad iuſtitiã: vl' ꝑ malis geſtis ꝑteritis erubeſcit. Quid ergo eſt? Nũqdnã mortẽ peccati dicere videt̃? Qm̃ aĩa quæ peccat: ipſa morieẽ. An illud magis poteſt intelligi ꝙ iſtam mortẽ dicit: qua cũ Chriſto pctõ morimur: & vitiis ac ſceleribꝰ finẽ damus: vt poſt hæc dixiſſe videat̃: quia finis illorũ mors eſt?
D Nũc vero liberati a peccato: ſerui autẽ facti deo habetis fructũ veſtrũ in ſanctificationẽ: finem vero vitam æternã. fructus fructibꝰ cõparat. Et peccati quidẽ fructus pro qbus nũc hoc eſt poſtea q̃ liberati a peccato ſerui aũt facti deo ſancti erubeſcũt: ꝓnuntiat morte finiri: fructus vero iuſtitię q ſunt in ſanctificationẽ: finẽ dicit accipere vitã ęternã. In quo illd primo non eſt omittendũ: ꝙ fructus qdẽ eos pro qu bus nõ erubeſcimꝰ in quo ſint noluit noiare. Eorum vero fructũ qui liberati ſunt a peccato: & ſerui facti ſunt deo: dicit eſſe in ſanctificationẽ. Bonorum etiam frequẽtiꝰ q̃ malorum habẽda memoria eſt. Qd aũt prius de malis fructibus & fine eorum: poſtea vero de fructibus qui in ſanctificatiõe ſunt: & de fine eorũ qui eſt vita ęterna memorauit: vide quia ſimile eſt hoc dicto ꝓphetico illi quo ait. Ego occidam & ego viuere faciam. Et iteꝝ: Percutiã: & ego ſanabo. & rurſum in Iob. Ipſe dolere facit: & remediũ dat: percutit: & manꝰ eius ſanat. Quę oĩa illuc aſpiciũt: ꝙ ante moriẽdũ eſt cũ Chriſto: & ita cõuiuẽdũ: & ante cõpatiendũ: & ita cõregnandum. Niſi em̃ prius per pœnitentiã moriamur pctõ: non poſſumꝰ per
E iuſtitiã viuere deo. Sed & hoc quia ſuperiꝰ dixerit: liberati aũt a peccato: ſerui facti eſtis iuſtitię: nunc autẽ cum ſimiliter dixerit: liberati aũt a peccato: nõ ſimiliter dixit: ſerui facti eſtis iuſtitię: ſed ſerui facti eſtis deo: nõ ẽ otioſa diſtinctio. Per hoc em̃ oſtẽdit: ꝙ poſteaq̃ qs liberatꝰ a pctõ fuerit: ſeruire debet prio iuſtitię: & oibꝰ virtutibꝰ ſil': vt ĩde ꝑ ꝓfectũ aſcendat ad hoc: vt ſeruus fiat deo: quis & ſeruire iuſtitię ſeruire deo ſit. Chriſtꝰ eſt em̃ iuſtitia: et ſeruire Chriſto: ſeruire deo eſt. Eſt tamẽ ordo profectuũ: & ſunt ꝓfectibꝰ vel virtutibus gradus: & idcirco dicitur Chriſtꝰ regnare ꝑfecto ſcdm hoc ꝙ iuſtitia eſt: donec ĩ vnoquoꝗ cõpleat̃ plenitudo virtutũ. Vbi vero menſura fuerit perfectiõis expleta: tũc dicit̃ tradere regnũ deo: & patri: vt iã ſit deus oĩa in omnibꝰ. Sed & illud adhuc obſeruandum puto: quoniã collationẽ diximus fructuũ maloꝝ: & fructuum bonorũ feciſſe apoſtolũ: ꝙ ibi qdẽ vbi de malis fructibꝰ dicebat nõ dixit fructũ veſtrũ habuiſtis in qbus nunc erubeſcitis: ſed dixit: quem ergo fructũ habuiſtis. Vbi vero de bõis fructibꝰ dicit addit veſtrũ. Sic em̃ ſcribit. Habetis fructũ veſtrũ in ſanctificationẽ.
F ꝑ qd indicare mihi videt̃ ꝙ fructus malꝰ fructus erubeſcẽdꝰ & pœnitendꝰ non eſt noſter fructus. Nõ em̃ malã in nobis arborẽ deꝰ plãtauit: q̃ fructꝰ malos ꝓferret: ſicut & ipſe dicit ꝑ prophetã. Ego te plãtaui vitẽ fructiferã totam veracẽ: quomodo cõuerſa es in amaritudinem vitis alienę? Fructus ergo malos etiã ſi afferamus: nõ ſunt noſtri: ſed alieni. i. peccati: fructꝰ vero bonos ſi afferamꝰ in ſanctificatione: nři ſunt fructus. Iſtos em̃ fructꝰ vt afferret humana natura: a cõditore ſuſcepit. Nã illi alieni ſũt ĩ nobis nõ ſeminati a deo. Vis aũt ſcire: quia dñs nõ ſeminat malos fructus? Audi in euãgelio dicẽtẽ. Nõne bonũ ſemẽ ſeminauimꝰ in agro? Vnde ergo habet zizania? & reſpõdentes dixerũt: inimicus homo hoc fecit. Et adhuc vis ampliꝰ diſcere: qa iſti carnis fructꝰ nõ ſunt noſtri: ſed alieni: Ipſe etiã in euãgelio dñs dicit. Si in alieno fideles nõ fuiſtis: qd veſtrũ eſt quis dabit vobis? Sic ergo ꝓfundę ratiõis myſterio in malo quidẽ fructu apoſtolus nõ addidit veſtrũ. De bono aũt dicit: habetis fructũ veſtrũ ĩ ſanctificationẽ. Qꝫ autẽ perfectiores dicat hos quos ſeruire deo nominat q̃ illos quos primo ſeruire iuſtitię dixerat: etiã ex hoc ꝓbatur ꝙ horũ fructũ in ſctĩficatione poſuit: qui intelligi poſſint hi eſſe q ſe caſtitati: & cõtinentię deuouerũt. Illi autẽ quos ſeruos dixit eẽ iuſtitię: poſſunt etiã hi videri qui in cõiugiis poſiti iuſtitiæ tñ & oibꝰ virtutibꝰ operã ꝑbẽt. De vita aũt ęterna q̃uis
G & in aliis locis ſæpe a nobis dictũ ſit: tñ & in præſenti breuiter perſtringendũ eſt: ꝙ ęternitas ĩ ſcripturis aliquãdo pro eo ponat̃ vt finẽ neſciat: aliquãdo vero: vt in pręſenti quidẽ ſęculo finem nõ habeat: habeat tamẽ ĩ futuro. Aliquãdo tẽporis alicuius: vel etiã vitæ vniꝰ hominis ęternitas ſpatiũ appellatur: vt eſt illd ĩ lege ſcriptũ de ſeruo hebręo. Si dilexerit (inqt) vxorẽ ſuã: & filios ſuos: & ꝑmanere voluerit in ſeruitute ꝑpter ipſam: ſubula (inqt) pertũdens aurem in poſte: & erit tibi ſeruꝰ in ęternum. Aeternũ hic ſine dubio tempꝰ vitæ hoĩs poſuit. & iteꝝ in Eccleſiaſte dicitur. Generatio vadit: & generatio venit: terra autem ſtat in ęternũ. Hic ęternũ pręſentis ſęculi tp̃s oſtendit. Vbi vero dicit vitã æternã: ad illud aſpiciẽdũ eſt qd ipſe ſaluator dicit. Hęc ẽ aũt vita ęterna: vt cognoſcãt te ſolum verũ deum et quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Et iteꝝ. Ego ſũ via: & veritas: & vita. Et ipſe apoſtolus dicit ĩ aliis qa rapiemur in nubibꝰ obuiam Chriſto

in aera:& ſic ſemp cū dn̄o erimus.Sicut ergo
ſemp cū dn̄o finē non habet:ita vita æterna
nullum finem habere credenda eſt.

Stipendia em̄ peccati mors.Gratia autē dei
in vita æterna in Chriſto Ieſu domino nr̄o.

A ¶Simile ē hoc qđ dixit ſtipēdia pcī mors:illi
qđ ſuperiꝰ dixerat:finis aūt illoꝝ mors. Quo
rū aūt illoꝝ?ſine dubio ꝑ qbꝰ nunc erubeſci
tis:quorū fructꝰ ne noīare dignū.Et iterū.gr̄a
autē dei in Chriſto Ieſu dn̄o nr̄o:ſimile eſt illi
qđ dixit:habetis fructū veſtrū in ſanctificatio
nē:finem vero vitam æternam.Bene autem
metaphorā.i.figurā militię ex initio ꝓpoſitā
ſeruat:vt militātibꝰ ſub peccati rege:imo po
tius tyrānidi eiꝰ parētibꝰ ſtipēdia debita mor
tē dicat exolui.Deū vero nō erat dignū mili
tibꝰ ſuis ſtipēdia q̄ſi debitū aliqđ dare:ſed do
nū & gr̄am q̄ eſt vita ęterna in xp̄o Ieſu dn̄o
nr̄o.Ego nō puto etiā hoc vacuū eē:ꝙ ad vi
tā ęternā addidit:ī Chriſto Ieſu.dn̄o nr̄o: ſed
ꝗa fortaſſis ſcire voluit aliđ eſſe vitā ęternā
ſolū:& aliđ vitā ęternā ī Chriſto Ieſu.Illi em̄
q̄ ſurgēt in cōfuſionem & opprobriū ſempi
ternū:habēt qđ ē vitā ęternā nō tñ in Chriſto
Ieſu:ſed in cōfuſione: & opprobrio ęterno.Iu
ſti aūt q̄ ſurgēt in vitā ęternā:in Chriſto Ieſu
B habebūt vitā ęternā.Peccatū vero militibꝰ ſu
is in qbꝰ regnat ſtipēdia digna largiť mortē.
Mortē aūt dicimꝰ nō hāc corpalē: ſed illā de
qua ſcriptū eſt:ꝗa aīa q̄ peccat ipſa morieť.Et
ꝗuis de diuerſitate mortis a nobis ſæpe iā di
ctū ſit:tñ ꝗa pręſens admonuit locus:apertiꝰ
eadē repetere:& in vnū q̄ ſparſim ſunt dicta
colligere:neq; mihi pigrū ſit:nec legētibꝰ one
roſum.Mors quidē in ſcripturis vnū qdē no
mē eſt:ſed multa ſignificat.Etenim ſeparatio
corporis ab aīa mors noīať.Sed hęc neq; ma
la:neq; bona dici poteſt. Eſt em̄ media q̄ dici
tur indifferens.i.cōis.Et rurſus ſeparatio aīę
a deo mors appellatur:quę p pctm̄ venit.Hęc
aperte mala eſt:quę & peccati ſtipēdiū noīať:
hanc mortē deus nō fecit:neq; lętatur in pdi
tione viuorū.Inuidia diaboli mors introiuit
in orbē terrarū.Et ipſe iterum auctor mortis
huius diabolus mors appellať:& ipſe eſt qui
dicitur inimicus Chriſti nouiſſimus deſtruē
dꝰ.Sed & īferni locꝰ ī quo aīę detinebāť a mor
te:etiam ipſa mors appellatur.Dicitur etiā il
la mors laudabilis qua peccato quis moriť &
Chriſto conſepeliť:per quā emēdatio fit ani
mę & vita ęterna conqritur.Cū ergo tāta dif
C ferentia in hoc vno nomīe mortis habeatur:
ſi audias deum dicentem:ego occidam & ego
viuere faciā:intelligere debes q̄ ſit mors quā
dicit īferre deū:illa ſine dubio q̄ cōferat vitā
.i.vt moriať qs peccato & viuat deo.Cū occi
deret eos inqrebāt eum. Apertiſſime docens
ꝗa deꝰ quē occidit:propterea occidit vt pec
cato moriať & q̄rat deū.Sic ego audio illđ qđ
ſcriptū eſt:quia occidit deus Her filiū Iudæ
quoniam malignus erat:& ſi quid aliud hu
iuſmodi de deo legimꝰ ſcriptū.Sic & apoſto
lus peccatorē tradebat in interitū carnis: vt
ſpiritum faceret ſaluum:hoc eſt vt morereť
peccato:& viueret deo.Et in p̄ſenti igitur lo
co ſtipēdia quæ dat peccatum mors eſſe dicū
tur.Nō iſta mors quæ ſeparat corpus ab aīa:
ſed illa qua ſeparatur aīma per peccatū a deo
& rurſū nos ī morte Chriſti dicimur baptiza
ri: in illa ſine dubio:qua peccato mortuꝰ eſt ſe
mel vt & nos ſeparemur a peccato & viuamꝰ
deo.Tali nāq; morte qui moriť iuſtificatꝰ eſſe
diciť a peccato.Sic ergo habēda eſt diſtinctio
ꝙ deus etiā ſi occidere dicať & morti tradere
talis quædam ſit mors quæ a deo datur vt cō
ferat vitam.Nihil em̄ mali datur a bono deo
licet triſte ſit:licet doloris plenū:proſpectu ta
mē medēdi & cōtēplatione ſanitatis inferť:
vt aīaꝫ quā ſeparauerat a deo illecebra & dul
cedo pcī:ſeueritatis auſteritas ſeparet a pctō.
E cōtrario vero peccatū qcqd dederit:qcqd cō
tulerit:etiā ſtipendia largiať:animę mors eſt.

CAP.VII.

An ignoratis fratres(ſciētibꝰ enim legem
loquor)ꝗa lex dominatur in homine: quāto
tp̄e viuit?Nam quę ſub viro eſt mulier viuē
te viro alligata eſt legi.Si autem mortuꝰ fue
rit vir eiꝰ ſoluta eſt a lege viri.Igitur viuēte
viro cognominabiť adultera ſi fuerit cū alio
viro.Si autem mortuus fuerit vir eiꝰ liberata
eſt a lege vt nō ſit adultera ſi fuerit cum alio
viro.Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis
legi p corpꝰ Chriſti:vt ſitis alteriꝰ q̄ ex mor
tuis reſurrexit:vt fructificetis deo.Cum em̄
eſſemꝰ in carne:paſſiones peccati quę per legē
erant operabantur in mēbris noſtris vt fructi
ficarent morti.Nunc autē abſoluti ſumꝰ a le
ge mortis in qua detinebamur: ita vt ſeruiamꝰ
in nouitate ſp̄us & nō in vetuſtate literæ.

¶Latius in ſupiore de fide & lege differens p D
oīa pręferendā eſſe oſtendit fidē eorū dūtaxat
qui credūt in eū qui ſuſcitauit dn̄m nr̄m Ieſū
a mortuis.Poſt hæc q̄lis etiā eoꝝ cōuerſio de
beret eē ſubiūgit.In qbꝰ & de pctō Adā ac iu
ſtitia chriſti diſſeruit:ſ; & de virtute ac liber
tate q̄ vł iuſtitię qs ſeruit:& liber ē a pctō:vel
pctō ſuit:& iuſtitię liber ē diſputauit.Nūc er
go pꝰ exceſſū quēdā latius redit denuo ad tra
ctatū legis & Chriſti:talia q̄dā ī p̄nti differēs
loco:q̄ paululū repetēs ſcđm lr̄æ conſequētiā

pri⁹ aperire tẽtabim⁹. Tũc etiã pro virib⁹ qd
vnuſquiſq; ſermo virtutis habeat requiram⁹
Loquor (inqt) vobis qui ſcientiã legis habetis
& ſcitis ſenſum eius nõ eſſe in vetuſtate lite
rę: ſed in ſpũs nouitate: hoc eſt ſcientib⁹. legẽ
loquor: & appello vos propter huius legis ſci
D entiã fratres: & dico. Nũqd ignoratis: qa lex
vnicuiq; mãcipato: & ſeruiẽti ſibi dñatur: ſi
cut vir iunctę mulieri: & ſicut in oĩ vita ſua
dominat̃ mulieri legib⁹ ſibi cõiunctę: ita & ho
mini qui ſub lege eſt q̃diu viuit: & valet: dña
tur lex. Sed ſicut vir cui legib⁹ ſubiuncta fue
rat mulier ſi accidat mori: libera efficit̃ muli
er: & a viri poteſtate reſoluitur: ita & is q ſub
lege eſt: ſi accidat legẽ mori: ab opib⁹ legis li
ber efficit̃: & ſicut mulier quæ priorib⁹ viri le
gibus abſoluta eſt habet libertatẽ vt alio viro
iungat̃: ita & is qui ſub poteſtate legis vixit
vbi mortuã videt literã habet poteſtatẽ viuẽ
ti verbo: tanq̃ viro ſociari. Si vero viuẽtẽ ad
huc priorem virũ voluerit mulier reliquere
& alii ſociari: adultera ſine dubio appellabit̃.
Qđ ſimili forma etiã i eũ cadit qui legẽ vt vi
rum deſerit: & alii iungit̃. Hęc autẽ ſcientib⁹
(vt dixi) legẽ loquor fratres: vt intelligatis
quia & vos legẽ tanq̃ mortuã reliqſtis. Mors
aũt illi⁹ p aduentũ Chriſti & aſſumptionem
corporis eius: p qđ vos effecti eſtis. i. iũcti alio
viro: illi. ſ. q a mortuis reſurrexit & vltra mor
tem nõ recipit: quẽ recipit prior ille vir. i. lex
Vos ergo nunc facti eſtis ei⁹ viri q a mortuis
reſurrexit ſponſa: & ideo ſcđm voluntatẽ ip
ſius viuere debetis: qa iam nõ ſum⁹ in carne:
ſed in ſpiritu etiã ſi aliqñ in carne poſiti pec
cati & carnis paſſiõib⁹ vrgebamur. Quę paſ
ſiones p occaſionẽ legis in mẽbris noſtris fru
ctificabant: non deo ſed morti: illi morti quã
deus nõ fecit. Nũc ergo ſicut cũ morit̃ vir li
bera eſt: & abſoluta mulier a lege viri: ita &
nos liberi facti ſum⁹ a lege q̃ videbat̃ nobis do
minari tanq̃ vir. Cui legi ſine dubio etiã nos
mortui ſumus: & alieni a cõditione eius i qua
detinebamur: vt poſt hæc iam ſeruiamus nõ
in vetuſtate literę ſicut prius: ſed in nouitate
ſpũs. Quem ſpiritũ a ſponſo noſtro tanq̃ nu
ptiale pign⁹ accepim⁹: ſicut & alibi dicit: qui
dedit nobis pign⁹ ſpiritũ. Hic eſt ordo eloquẽ
E tiæ: hæc apoſtolici cõpago ſermonis. Sed nũc
repetentes q̃ dicta ſunt diſcutiamus per ſin
gula. Aut ignoratis (inquit) fratres: ſcientib⁹
enim legẽ loquor: quia lex dñat̃ homini quã
to tẽpore viuit? Hyperbatõ ſtatim in pricipio
habet qđ ita redditur. Aut ignoratis fratres
quia lex dñatur in hoĩe quanto tẽpore viuit?
et poſt hæc reddit̃ illud qđ i medio inſertũ ẽ:
Sciẽtib⁹ em̃ legem loquor. Qđ autẽ dixit ſci
entib⁹ legẽ loquor: ſimile eſt illi qđ paulopoſt
dicit. Scimus aũt qm̃ lex ſpiritalis eſt. Legẽ ve
ro ſpiritalẽ nõ ſolum Paulus ſciebat: ſed & hi
qui ab ipſo imbuebant̃. Qui tamen ſpiritales
erant: de quib⁹ dicit. Spiritalis aũt examinat
oĩa. Nã de Galathis nõ poſſũ ꝓnũtiare ꝙ ſci
ant legem ſpiritalẽ eſſe: de quib⁹ dicit. O inſẽ
ſati Galathę. Niſi forte tũc ſcierint cũ ſpiritu
cœperãt: ſed nõ pmãſerũt i hac ſciẽtia: qa car
ne cõſũmati ſunt. Apoſtoloꝝ vero doctrina &
eorum qui ab ipſis inſtruebantur ad docẽdũ
talis erat: quæ docet hoĩes ſeruire legi nõ i ve
tuſtate literę: ſed in nouitate ſpũs. Qđ nõ ſo
lũ apoſtolos: ſed & ꝓphetas: & ſiqui erãt tũc
ſapiẽtes i populo ſenſiſſe arbitror: qa lex ſpiri
talis eſt: licet multitudinis cauſa etiã carnalẽ
viderent̃ obſeruantiã cuſtodire. Nec miꝝ: cũ
& ipſe Paul⁹ dicat: quia fact⁹ ſum Iudęis tãq̃
Iudæus: vt Iudæos lucrifacerẽ. Ita ergo mlti
in populo priori ꝑficiebant in ſcientia ſpirita
li: & videbãt gloriã verbi dei: ſicut Eſaias ſcri
bit̃ vidiſſe gloriã filii dei: vt teſtat̃ Ioãnes cũ
dicit. Hoc aũt dicit Eſaias ꝙ vidit gloriã ei⁹.
Scientibus em̃ legem loquor. Paulo idẽ ſciẽti
bus quæ ſit in lege vetuſtas literę: & nouitas
ſpiritus: quia q bene ſcit nouit ſine dubio: qa
lex ita dñat̃ homini q̃diu viuit: ſicut vir mu
lieri: & ſicut morte viri liberatur mulier a le
gę cõiugii: & ſociãdi viro alii accipit liberta
tẽ: ita & aĩa cui⁹ vir lex eſt: cũ vetuſtatẽ literę
in lege dꝑhenderit: qa qđ veteraſcit ꝓpe ex
terminiũ ẽ: veluti mortua ſibi lege ſcđm lite
ram libertatẽ accipit nubẽdi alii viro qui eſt
ſpiritus legis. ſpirit⁹ autẽ dñs eſt. Qđ aũt di F
xit: Lex dñat̃ homini quãto tẽpore viuit: non
ad hominẽ: ſed ad legẽ refertur. hoc em̃ & in
cõſequẽtib⁹ indicat: vbi dicit: Viuẽte viro al
ligata eſt legi: & ipſum exẽplũ qđ aſſumptũ
eſt plenius idem ordo declarat: legẽ em̃ in lo
co viri poſuit: & de ipſa dicit: Si autẽ mortu⁹
fuerit vir ſoluta eſt a lege viri. Quæ tamẽ ſi
de apoſtolis: vel de his qui ex circũciſiõe cre
diderũt dicta intelligant̃: nil cõmouebit̃ quæ
ſtiõis. Clarũ nãq; eſt ꝙ hic legem velut virũ
dicit: ſub cui⁹ poteſtate viuebant. Sed vbi ve
nit plenitudo tẽporum: lex infirmari cœpit i
carne: & infirmitatẽ mors cõſecuta eſt: & ſiq
ſub poteſtate hui⁹ viri vixerant: tanq̃ mulier
ſpiritui nubent Chriſto credentes. Hi vero q
ex gentib⁹ crediderũt: dño crediderũt: & nõ
videntur ſub huius viri. i. ſub legis vixiſſe po
teſtate: nec habuiſſe virũ legis ſermonẽ. Te
ſtimoniũ autẽ huius rei id eſt: ꝙ hi q ex circũ
ciſiõe ſunt ſub viro fuerint: hi autẽ q ex gẽti

b⁹ ſine viro: Eſaias declarat dicẽs: Lætare ſteri
lis quę nõ paris: erũpe: & clama quæ nõ partu
ris: qm̃ multi filii deſertæ magis q̃ eius q̃ ha=
bet virũ. Multos filios dicẽs deſertæ magis q̃
eius quę habet virũ: ꝙ multo plures ex genti=
bus: q̃ ex circũciſione crediderũt. Et oſtẽdit eã
quę habet virũ: ſynagogam quæ habet legem:
deſertã vero: & vagã: ac ſine vlla poteſtate le=
gis viuentẽ: multitudinẽ gentiũ: quę & ſterilis
erat: nullius legitimi verbi ꝓferẽs germẽ. Po=
nitur ergo in his ab apoſtolo homo qui ſub le=
ge viuit, tãq̃ mulier quæ ſub viro eſt. Virũ au
tem ponit ſermonẽ legis: quẽ tamẽ virũ mor=
A talẽ dicit: qui eſt ſcd̃m literam ſermo legis. Sed
is quomodo ſit mortuus: ꝓuidẽdum eſt. Poteſt
quidem in hoc videri mortu⁹: cũ ſpiritalis ĩtel
ligẽtia excludit vel interimit corporalem: &
oſtendit refugiendã eſſe occidentẽ literã: & ſe
quendum viuificãtem ſpũm. Sed & hoc modo
mortuus eſſe hic vir euidẽtius probabiť: etem̃
donec lex vmbram gerebat futurorũ bonorũ
& inhiabãt in terrena: cœleſtis culturæ typus
& imago gerebať: & altare manebat: & ſacer=
dotium: ſermo legis litera videbať. Nondum
em̃ introierat in ſancta nõ manufacta Chriſt⁹
nec acceſſerat ad velamen ĩteri⁹. Qđ ad hebrę
os ſcribens apl's carnẽ Chriſti eſſe interpreta=
tur. Vbi vero verbum caro factũ eſt: & habita
uit in nobis: a præſentia eius lex cũ tẽplo: & al=
tari: atq; oĩb⁹ quę ibi gerebanť: euerſa eſt. Tũc
mortu⁹ eſt vir ei⁹. i. ſcd̃m lr̃am lex. Aut nõ iu=
re dicit ĩ hac pte mortu⁹ ſermo legis: cui nul=
la ſacrificia: nullũ ſacerdotiũ: nulla leuitici or
dinis deſerũť miniſteria: homicidã punire non
poteſt: nec adulterũ lapidare: hæc em̃ ſibi ven=
dicat Romanorũ poteſtas: & dubitas adhuc ſi
mortua ſit literæ lex? Ter in anno apparere do
mino oĩs maſculus nõ aſcendit. Ouis in feſtiui=
tate paſchę ea in ciuitate quã elegiſſe putatur
dñs de⁹ nulla iugulať. Manipuli primitiarum
nulla celebrať oblatio. Nulla lepra: nulla peco=
ris ĩmunditia. Dubitari põt in his oĩb⁹ mortuã
eſſe literã legis? Cũ ergo claruerit per hæc oĩa
mortuum eſſe virum priorẽ: nulla ꝑuaricatio
eſt Chriſto tanq̃ viro alteri ſociari: ſicut mulie
ri crimen non eſt ſi viro priore defuncto ſuſci=
piat ſecũda cõnubia. & propterea dicit. Igiť vi
uente viro cognominabiť adultera ſi fuerit cũ
alio viro. Vt oſtẽdat qa & aĩa hoĩs ſi iam venit
ad Chriſtũ: & Chriſto velut ſecũdo viro ſocia
ta eſt: nullo genere viuere ei debet vetuſtas li=
terę: quę eſt quaſi prior vir. Ne forte ſi illũ ha=
beat in ſe viuẽtẽ: efficiať adultera: q̃ ita adhuc
ſecundo ſociata eſt/vt ei viueret prior. Hoc eſt
qđ per aliã figurã: & in ſupiorib⁹ dixit: qa mori
prius oportet: & ita cõſepeliri Chriſto. Deniq;
etiã hic addit in poſteriorib⁹. Itaq; fratres mei
& vos mortui eſtis legi per corp⁹ Chriſti: vt ſi
tis alterius qui ex mortuis reſurrexit: vt fructi
ficemus deo. Vides qũo figurarũ diuerſitas vi
deatur: ad vnũ tamẽ ſenſum cuncta reuocanť.
Nã & ꝙ legẽ nobis mortuam dicit: hoc idem li
bet ĩtelligi ꝙ & ſic nos mortui ſum⁹ legi p cor
pus Chriſti: in quo corpe iniqtates noſtras tu
lit: & peccata nr̃a portauit: & in quo exuit prĩ
cipatũ & poteſtatẽ triumphãs eos in ſemetipo
Feſtinãdũ eſt ergo ad has nuptias ſcdas: q̃ bea=
tiores ſũt multo q̃ primę. Et vide ſi forte iã tũc
lex tale neſcio qd adũbrabat ĩ eo cũ iuberet vt
mulier mortuo priore viro de quo ſemẽ nõ ſuſ
ceperat fratri eius nuberet: Frater em̃ videť le
gis lr̃ę/ſcd̃m ſpũm lex: vt de ipſo magis mulier
afferat fructũ. Sed hæc pleni⁹ in locis ſuis req
renť. Nunc aũt (vt diximus) pri⁹ moriendũ ẽ
legi lr̃ę vt ſic cõiũgi poſſem⁹ Chriſto q ex mor
tuis reſurrexit. Poteſt aũt fieri vt hoc nõ ſolũ
de lege Moyſi quę eſt ſcd̃m lr̃am ſentiať: ſed de
omni hoĩe: qm̃ certũ eſt ꝙ qbuſcũq; inſtitutis
qbuſcunq; morib⁹ agitur: quaſi ſub lege hac q̃
vtitur viuere credendus eſt. Cui vtiq; vel ipa
mori debet: vel ipe illi: ne forte ſub alio viro po
ſita aĩa ad Chriſtũ veniẽs/nõ tam nuptias ei⁹
adire q̃ adultera effici videať. Quippe ſi prio=
ris adhuc viri legib⁹ viuit. Qđ tamẽ apl's alia
rurſum figura ad eũ ſenſum explanationis ad
ducit. ſubiũgit em̃. Cũ aũt eſſem⁹ in carne: vi= C
tia pctõrum quæ per legẽ erant operabanť in
mẽbris noſtris vt fructificarẽt morti. Nũc au
tem ſoluti ſumus a lege mortis: in qua detine=
bamur: ita vt ſeruiam⁹ in nouitate ſpũs: & nõ
in vetuſtate literæ. Apparet & in his vt in ſu=
perioribus per exemplũ cuiuſdã ſimilitudinis
Paulũ ex alio in aliud cõclaue ĩcertis: & occul
tis greſſib⁹ digredi. Cũ em̃ in ſuperiorib⁹ de le
ge literę diſputaſſet: qđ vtiq; ad eos videretur
tantũ qui ex circũciſione crediderant ptinere:
Nũc latẽti quadã cõuerſione carnis & vitioꝝ
diſcutit legẽ: ob id ſine dubio vt etiã ad cæte
ros hoĩes nõ eos ſolos q ex circũciſiõe ſunt, tra
ctatus iſte ptinere videreť. Ait ergo. Cũ ei eſſe
m⁹: in carne. Et qdẽ q̃tum ad rẽ ſpectat in car
ne vtiq; poſit⁹ iſta dicebat. Sed cũ in carne eẽ
mus: hoc eſt cũ ſcd̃m carnẽ viuerem⁹: vitia pec
cati quæ per legẽ erãt: operabanť in mẽbris no D
ſtris. Quænã lex iſta eſt per quã vitia pcti ope
ranť? Nũqd lex Moyſi etiã ſi ſecũdũ lr̃am obſer
uetur: vitia generat pctõrũ? Sed in apto eſt ꝙ
illam legẽ dicat mẽbrorũ: q̃ reſiſtit legi mẽtis
de qua & ante tractauimus: quomõ lex ſubin
troiuit vt abũdaret peccatũ. Ipſa ergo lex eſt q̃

&&&

facit in iis qui ſcdm carnẽ vixerit vitia pecca-
torũ abũdare vt fructificẽt morti. Ad hoc nã-
ꝗ eſt lex illa in mẽbris nr̃is vt reſiſtẽs aduerſus
legẽ mẽtis captiuos nos ducat peccato: & hos
fruct⁹ afferat morti. Nũc aũt ſoluti ſumus a le
ge ĩ qua mortui detinebamur. Ab hac ergo le
ge nũc ſoluti ſumus. Quãdo? Sine dubio qñ cũ
Chriſto mortui ſumus: & cõſepulti cũ eo ꝑ ba-
ptiſmũ: & crucifixi cũ ipſo. & ideo dicit ſoluti
ſumus a lege mortis. Niſi enim qs mortu⁹ fue
rit cũ Chriſto: ab iſta lege non ſoluitꝛ. Scio & in
aliis exẽplaribus ſcriptũ: a lege mortis ĩ qua de
tinebamur. Sed hoc id ẽ mortui: & veri⁹ eſt: &
E rectius. Qđ vero addit in cõcluſiõe Ita vt ſer-
uiamus in nouitate ſpũs: & non in vetuſtate li
terę: quod ſine dubio de lege lr̃ę dictũ videretꝛ:
hoc modo conſequẽter intelligi poterit. In car
ne quidẽ poſiti: & ſecũdũ carnẽ viuẽtes ꝓpter
peccatorũ vitia quæ lex illa quę erat in mẽbris
noſtris alebat vt fructificaret morti: non pote
ram⁹ ſeruire nouitati ſpũs dñi. Illa lex mẽbro
rũ viuebat in nobis: in modũ quo nos ſcdm illã
viuebam⁹. Vbi vero Chriſt⁹ ꝓ nobis mortu⁹
eſt: & nos cũ ipſo mortui ſumus peccato: liberi
ſumus per ipſum a lege peccati: in qua detine-
bamur: vt poſſimus ſeruire iã legi dei: ſeruire
aũt in nouitate ſpũs: nõ in vetuſtate lr̃æ. Non
eñ idcirco nos Chriſtus abſtraxit a lege pecca
ti: vt vetuſtati lr̃æ ſeruiam⁹. i. vt circunciſionẽ
recipiamus: & ſabbata vel cætera quę vetuſtas
legis literæ continet: ſed vt legẽ dei in ſpũs no
uitate ſeruemus. i. ex oĩb⁹ quę ĩ ea ſcripta ſunt
ſpiritualẽ ſenſum ſpiritu donãte capiamus: ſi
cut & idẽ apoſtolus in aliis dicit: quia velamen
poſitũ eſt in facie Moyſi. Cũ aũt cõuerſus fue-
rit qs ad dñm auferetur velamẽ. Dñs deus ſpi
rit⁹ eñ eſt. Vbi aũt ſpirit⁹ dñi ibi libertas. No
uitatẽ ſane ſpiritus: ſcio quoſdã intelligẽtes il
luc traxiſſe vbi dicerent nouum ſpũm eſſe: tãq̃
qui ante non fuerit: nec veteribus innotuerit:
& neſciunt ſe in hoc grauiſſime blaſphemare.
ipſe enim ſpiritus eſt in lege: ipe in euangelio:
Ipſe ſemper cum patre & filio eſt: & ſemp eſt &
erat & erit: ſicut pater & fili⁹. Nõ ergo ipe no
uus eſt: ſed credentes innouat cum eos a veteri
bus malis ad nouam vitã & nouam religionis
Chriſti obſeruantiam adducit: & ſpiritales ex
carnalibus facit.

Quid ergo dicemus? Lex peccatũ eſt? Abſit
Sed peccatũ non cognoui: niſi per legẽ. Nã cõ
cupiſcẽtiam neſciebã niſi lex diceret: Nõ cõcu-
piſces. Occaſione autẽ accepta: peccatũ per mã
datũ operatum eſt in me oẽm cõcupiſcẽtiam.
Sine lege enim peccatũ mortuũ erat. Ego autẽ
ſine lege viuebã aliquãdo. Sed cũ veniſſet man
datum: peccatũ reuixit. Ego autẽ mortu⁹ ſum
& inuentum eſt mihi mandatum qđ erat ad vi
tam hoc eſſe ad mortẽ: nã peccatum occaſione
accepta per mãdatum ſeduxit me: & per illud
occidit. Itaqꝫ lex quidẽ ſancta: & mãdatum ſan
ctum: & iuſtũ: & bonum. Qđ ergo bonũ eſt mi
hi factũ eſt mors? Abſit. Sed peccatũ: vt appa-
reat peccatum per bonũ operatũ eſt mihi mor
tem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum
per mandatum.

¶ In his locis poſitos crebro non neceſſe eſt de F
legum diuerſitatibus cõmonere. Hoc eñ vult
Paulus: qui ſub vno legis noĩe ſenſum de vno
ad alterum tacitis indiciis transfert: illo vt ar
bitramur ꝓpoſito: quo & ſcripturæ ꝓpheticæ
cõſtat: ne ea quæ inſpirata diuinitus ꝓlocutus
impolitis hoĩbus & minus adhuc vel fidei vel
ſtudii deferẽtibus in propatulo ponerẽtꝛ: & pe-
dibus (vt ita dixerim) cõculcãda traderẽtur.
Sed & ſcdm ea quę ſupra per quãdam ſimilitu
dinem dixim⁹ / myſteriũ regis ad paucos & oc
cultius perueniret. Ait itaqꝫ. Quid ergo dice-
mus? lex peccatũ eſt? Putaſti (inquit) me de le-
ge Moyſi dicere qa peccatũ eſt? Abſit: ad vtrũ-
ꝗ ſufficiat quia neqꝫ de lege Moyſi loquor: ne-
ꝗ de ipſa dico quia peccatũ eſt. Sed peccatum
nõ cognoui niſi per legẽ. Nam cõcupiſcẽtiam
neſciebã: niſi lex diceret: nõ cõcupiſces. Intelli-
ge (ĩquit) de qua lege loquar: ꝙ niſi eſſet: pec-
catum nemo cognoſceret. Nũquid Moyſi lex
eſt per quã Adam cognouit peccatũ ſuum &
abſcondit ſe a conſpectu dñi? Nunquid Moyſi
lex eſt per quã cognouit Chain peccatum ſuũ
& dixit: maius eſt peccatũ meũ q̃ vt reliquar?
Aut per quã Pharao cognouit peccatũ ſuũ &
dixit: dñs iuſtus eſt: ego autẽ & populus meus
impii? Qꝫ ſi hi oẽs & alii innumeri ante Moyſi
legẽ cognouerũt peccatũ ſuum: nõ erit ſine du
bio Moyſi lex de qua dicit apoſtolus: quia pec-
catum nõ cognoui niſi per legẽ: & de qua dice
bat: & concupiſcentiã neſciebã niſi lex diceret
nõ cõcupiſces. Sed & illa lex de qua frequẽter
dixim⁹: quæ in hoĩm cordibus ſcripta eſt non G
atramento ſed ſpiritu dei viui: & docet vnum
quẽqꝫ quid agendũ ſit: quid cauẽdũ: ipa eſt er-
go per quã cognoſcit homo peccatũ ſuũ. Aper
te hic legẽ naturalẽ dicit tãdiu ignorari a no-
bis: q̃diu ætatis ꝓceſſu nõ nouim⁹ inter bonũ
& malũ diſcernere: & a conſcientia noſtra au-
dierim⁹. loquitꝛ ei intra nos conſciẽtia: & dicit
nõ concupiſces. Sed quoniã nõ ſemper: nec ex
initio: vt naſcitur homo: lex iſta inuenitꝛ in ho-
mine: ſed aliquãdiu dũ ætas nõdũ patitur: ſine
hac lege viuitur: ſicut ipe Paulus fatetur cum
dicit: Ego autem viuebã ſine lege aliquãdo: In

illo tēpore quo ſine lege viximus cōcupiſcen-
tiā neſciebamus. Non dixit nō habebā: ſed di-
xit neſciebā. Tanq̄ quæ eſſet quidem: ignorare
tur tamē quia eſſet cōcupiſcentia. Vbi autem
venit ratio: & lex naturalis locū in nobis ꝓceſ-
ſu ætatis inuenit: docere nos cœpit quę eſſent
bona: & ꝓhibere a malis. Hoc ergo eſt dū dicit
non cōcupiſces: qđ ante neſciebam⁹ ab ipſa di-
dicimus malā eſſe cōcupiſcentiā: occaſione au
tem accepta pctm̄ per mandatum opatū eſt in
me oēm cōcupiſcentiā. Lex illa: de qua dicit: qa
cōcupiſcētiā neſciebā niſi lex diceret: nō cōcu-
piſces: ipſam etiā mādatū appellat cū ait. Quia
occaſiōe mādati huius quo cōcupiſcere ꝓhibe
mur peccatū vehemēter exarſit ī nobis & om-
nem operatum eſt ī nobis cōcupiſcētiam. Ideo
nāq; in quo cōcupiſcit caro aduerſus ſpiritum
.i. aduerſus legē quæ dicit nō concupiſces: etiā
aduerſat̄ ei: & certamē qđdā gerit: vt nō ſolū
cōcupiſcētię nō ſatiſfaciat: ſed etiā aduerſariū
vicat. Hęc eſt ergo occaſio quā dicit venire ex
mādato. Neſcio quo etenim pacto ea quæ ꝓhi
bentur ardētius deſyderant̄: & ideo mandatū
ſanctū: & iuſtū: & bonū ſit. Quod enim ꝓhibet
malū neceſſario bonū eſt. Dū prohibendo cōcu
piſcētiā magis eā prouocat & inflāmat: per bo
num mihi operatus eſt mortē. Indicat tn̄ Apo
ſtolus ī his ꝙ origo peccati ex cōcupiſcētia or
ta ſit: dum ꝓhibetur a lege ſiue Moyſi quæ di-
cit nō cōcupiſces: ſiue etiam vt ſupra expoſui
mus naturali: eo contētioſius qđ ꝓhibetur ex
A petitur. Sciendū ſane eſt: ꝙ concupiſcentia hic
culpabilis ponitur. Eſt autē & in multis lauda
bilis: ſicut ſupra dixim⁹. Sine lege enim pecca
tum mortuū eſt. Ego autē viuebā ſine lege ali-
quādo. Sed vbi venit mādatū: peccatum reui-
xit: Ego autem mortu⁹ ſum: & inuētū eſt mihi
mandatū qđ erat ad vitam: hoc eſſe ad mortē.
De his pene oībus iam in ſuperiorib⁹ plene tra
ctatum eſt. Vnde ne eadē ſæpius reuoluam⁹:
breuiter quę dicta ſunt: in memoriā reuocabi-
mus. Sine lege aūt peccatum mortuum eſſe in
nobis: hoc eſt anteq̄ per ætatē rationabilis ītra
nos ſenſus vigeret: oſtendimus. Cum etiam ex
emplum pueri percutientis patrē aut matrē
vel maledicētis adduximus. In quo ſecundum
legem quidem prohibentē percuti vel maledi-
ci patrē aut matrē pctm̄ fieri videt̄. Sed iſtud
peccatū mortuū eſſe dicitur: quia lex nondum
adeſt in puero: quæ eū doceat hoc qđ facit fieri
non licere. Sine hac autem lege & Paulum &
omnes hoīes certū eſt aliquādo vixiſſe: hoc eſt
in ætate puerili. Omnes enim ſimiliter per il-
lud tēpus nondum capaces huius naturalis le
gis exiſtunt. Nam vtiq; non videretur de hoc
Pauli eſſe profeſſio vera. Quomodo enim ſine
lege Moyſi probabit̄ Paulus aliquando vixiſſe
cum ipſe ſe hebręū ex hebręis & octaua die cir
cūciſum ſecūdum legis pręcepta fateatur? Sed
hoc modo quo dixim⁹ ſine lege naturali vixit
etiam ipſe aliquādo in pueritia. Quo ī tēpore
non dixit non fuiſſe in hoīe peccatum: ſed mor
tuū fuiſſe & reuixiſſe poſtmodū: vbi lex natu-
ralis aduenięns ꝓhibuit concupiſcentiam: cœ
pitq; lex veluti mortuum ſuſcitare peccatum.
Peccati namq; natura hęc eſt: ſi fiat qđ lex fieri
vetat. Reuiuiſcente ergo peccato ego (inquit) B
mortu⁹ ſum. Ego. quis? Anima ſine dubio quę
fecerat qđ lex fieri vetabat: Aīa enim quę pec-
cat ipſa morietur. Inuentum eſt ergo mādatum
qđ datum fuerat ad vitam aīę. ſ. vt eā doceret
opera vitæ: ceſſiſſe ei ad mortē: dū ꝓhibita non
tā refugit q̄ ardētius expetit. Mouet me tamē
quomodo dixerit in his peccatū mortuū reui
xiſſe. Videtur enim quia non poſſit dici mor-
tuum niſi qđ aliquādo vixerit & poſtmodū vi-
ta caruerit. Sed hoc ipm̄ qđ dixit reuixit: nō nu
per datā vitā: ſed priorē redditā docet. Ipſe em̄
ſermo reuixit / rurſū vixiſſe ſignificat. Si ergo
anima dicitur reuixiſſe peccato: quomodo de
hoc ſermone apl's ait: Ego autem viuebam ſine
lege aliquando? Reſpondent Pythagorizantes
hæretici qui docent aīas hoīm prius in pecu-
dibus: vel auibus: aut piſcibus fuiſſe: & ſic ad
hoīes fluxiſſe: ꝓpterea dixiſſe apoſtolū: Ego au
tem viuebam ſine lege aliquando: quaſi qui an
teq̄ in hoc corp⁹ veniret humanū: vixerit ī eo
ordine (verbi gratia) aut auiū: aut animalium
vbi lex nulla haberet̄. Quomodo (īqt) ad hoc
poterunt reſpondere: cū in aīa nō nuper exor-
tum: ſed qđ erat mortuū dicat reuixiſſe pecca
tum? & certum eſt ꝙ is qui reuiuiſcit: vixit ali
quādo? Nūq̄ ergo aīa in eo ordine fuiſſe videbi
tur vbi peccatum ſine lege nec fuiſſe potuit:
nec vixiſſe. Hæc aduerſum illos dicta ſunt qui
apoſtoli ſermonem ad dogma impiū trahunt:
Nos autē mortē hanc peccati beneficio dei da
tam dicim⁹ tēpore eo quo ſine lege viuerem⁹.
Qꝫ & ſi veniēte mandato qđ & ſanctū & iuſtū
& bonum eſt: reuiuiſcit in nobis peccatum: &
occidit nos: pctm̄ em̄ accepta occaſiōe per mā-
datum ſeduxit me: & per illud occidit: non eſt
accuſatio mādati per hæc qa occaſiōem qua oc
cidit me peccatū veniſſe dicit ex mandato: ſed
hæc eſt dicti huius cōſequētia. Lex dicitur quę
docet quid fieri debeat: quid caueri: & neceſſe
eſt illud vt caueri dicat & doceat: quale ſit: quo
p hoc caueri facili⁹ poſſit. Nemo em̄ poteſt vi-
tare qđ neſcit. Siquis ergo edoct⁹ per legē qua
le ſit illud qđ caueri debet nō tam caueat q̄ fa

ciat illud:occaſione qdē legis nō faciēdę rei ſci
entiam videbit̃ accepiſſe:ſed lex nō idcirco eū
docuerat:vt faceret: qđ nō debebat:& morere
tur:ſed vt nō faceret & viueret.Sic ergo pecca
tū occaſiōe accepta per mādatū ſeduxit me:&
per illud occidit.Aut certe q̄a frequēter dixit:
pctm̄ per mādatum ſeduxit me:& per illud oc
cidit: poteſt hic pctm̄ vel ip̄m auctorē dixiſſe
peccati:de quo ſcriptū eſt: Serpens ſeduxit me
vel etiā perſonā finxiſſe peccati:quæ viſa ſit ho
minē ſeduxiſſe occaſiōe mādati:vt ſuauē face-
ret cōcupiſcentiā:& anima dum ſuauitate cō
cupiſcētiæ delectat̃:præuaricādo per mādatū
qđ dicebat:Non concupiſces:moreret̃.Sed ne
hoc mandato legis aſcriberet;ꝙ occaſione præ
cepti ſeducta eſt aīa & occiſa:ſubiungit apoſto
lus & dicit.Itaq; lex quidē ſancta:& mādatum
ſanctū:& iuſtū:& bonū.Bonū nāq; eſt manda-
tum:& lex ſancta eſt.Bona em̄ præcipit:& bo-
C norū obſeruātiā mādat.Qđ ergo(inq̄t)bonū
eſt:mors mihi eſt? Abſit.Obiectionē refellit ne
ceſſario cōſurgētē: & dicit.Nō ꝙ bonū legis:
& mandatū mortē mihi intulerit: ſed pctm̄(i
quit)vt qđ īiquū ſit per bonū mihi ītulit mor
tē.Bonū nāq; ē mādatū ſi ſeruat̃:ſi vero nō ſer
uat̃ neceſſario erit illi malū q̄ ꝑdiderit bonū.
Fit ergo ip̄m pctm̄ ſupra modū peccator ex oc
caſione mādati.Dixim⁹ & ſupius ꝙ quaſi pſo-
nam finxerit pcti:& de ipſa dicat ſupra modū
peccatorē effectū ip̄m pctm̄(de cui⁹ pſona lo
quor)occaſiōe mādati.Minus em̄ pcti eſt ſi id
qđ nō ꝓhibet̃ admittas.Si vero vetita:& īter-
dicta cōmiſeris:ſupra modū vt ita dicā pecca-
tor es.Quia non ſolū cōmiſiſti qđ nō debuiſti:
ſed & p̄ceptū p̄uaricat⁹ es.Q₂ aūt dixim⁹ pec
catū peccator:maluim⁹ vitiū ſermonis recipe-
re q̄ ſenſum apl'i non integre exprimere.Quia
in latino ſmone anguſtauit nos nomē peccati:
qđ neutro genere declinat̃:in græco vero fœ-
mininū eſt:& ideo peccatorē ip̄m nos appella-
uimus.Nam ibi peccatrix appellari poteſt.

Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt:ego au-
tem carnalis ſum vęnūdatus ſub peccato.Qđ
enim operor ignoro.Nō enim qđ volo bonum
hoc ago:ſed qđ odi malum/illud facio.Si autē
qđ nolo illud facio conſentio legi quoniā bona
eſt.Nūc autē iam non ego operor illud: ſed qđ
habitat in me pctm̄.Scio enim quia non habi-
tat in me hoc eſt in carne mea bonū.Velle em̄
adiacet mihi.Perficere autē bonum non inue-
nio.Nō enim qđ volo facio bonū:ſed qđ nolo
malum hoc ago.Si enim qđ nolo facio:iam nō
ego operor illud: ſed qđ habitat in me pecca-
tum.Inuenio igitur legem volenti mihi bonū
facere:q̄a mihi malū adiacet.Condelector em̄
legi dei ſecūdum īteriorem hoīem.Video au-
tem aliam legem in mēbris meis repugnātem
legi mentis meę: & captiuātem me in lege pec
cati quæ eſt ī membris meis.Infelix ego homo
quis me liberabit de corpe mortis huius? Gr̄a
dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.
¶Sicui forte illa expoſitio quā de legum diuer D
ſitate tenebam⁹,violēter pręſumpta videatur
aduertat nunc in apoſtolo:quomodo non ſolū
legum:ſed & perſonarum diuerſitas introdu-
citur.Nā Paulus qui in aliis dixit: Nō enim ſe
cundum carnem viuimus:ſed ſecūdum carnē
militamus:in præſenti loco dicit ſe eſſe carna-
lem:& hic ſub pctō dicit ſe eſſe vænūdatū: qui
in alio dixit: Pretio empti eſtis: & iterū: Chri
ſt⁹ nos redemit:& rurſum in aliis dicit:Viuo
autē iam nō ego:viuit vero in me Chriſtus.&
iterum qui ait: Propter inhabitātē ſpiritū ei⁹
in nobis:nunc dicit/Quia nō habitat ī me hoc
eſt in carne mea bonū.Q₂ ſi nō inhabitat ī car
ne eius bonum:quomodo dicit quia corp⁹ no-
ſtrum tēplum eſt dei: & templū ſpirit⁹ ſancti?
Sed & certe in quibus cōfitet̃ a lege quę in mē-
bris ſuis eſt:& repugnat legi mentis ſuæ capti
uum duci ſe in lege pcti:quomodo apl'icæ con-
ueniūt dignitati:& Paulo pręcipue:ī quo Chri
ſtus & viuit:& loquitur? Sed colligam⁹ ex his
quomodo moris eſt ſcripturę diuinę:& pſonas
latēter: & res:& cauſas de q̄bus dicere videt̃ &
noīa cōmutare:immo potius eiſdē noib⁹ ī aliis
atq; aliis reb⁹ vti:vt in pręſenti loco ait apl'us.
Scimus em̄ quia lex ſpiritalis eſt.hic adhuc qđ
dixit:ſcimus quia lex ſpiritalis eſt:apl'ica aucto
ritate ꝓnuntiat.Nō enim ſcit legē ſpiritalē eē
qui carnalis eſt:& ſub pctō vęnūdat⁹ eſt: ſed q̄
habet ī ſe ſpiritū dei:ille ſcit q̄a ſpiritalis ē.Qđ
de Moyſi lege cōuenit dictū.Ipſa eſt nāq; quæ
his q̄ ſpirtaliter intelligunt/lex ſpiritalis eſt:&
ſpūs viuificās.Qui vero carnaliter:lex lr̄ę & li
tera occidēs eſſe memorat̃.Q₂ vero dicit:Ego
aūt carnalis ſum vęnundat⁹ ſub pctō: hic iam
tāq̄ doctor ecc'lię pſonā ī ſemetip̄m ſuſcipit īfir
morū.ꝓpter qđ & alibi dixit.Factus ſum infir
mis infirm⁹ vt infirmos lucrarer.Et hic ergo
infirmioribus q̄buſq;(id eſt carnalibus)& qui
ſub pctō vęnūdati ſunt efficitur Paulus carna
lis:& ſub pctō vęnūdatus:& loq̄tur ea quę illis
loqui moris eſt:vel excuſationis: vel incuſatio
nis obtentu.Ait ergo tanq̄ ex perſona illorum
loquēs.Ego autē carnalis ſum vænūdatus ſub
peccato:hoc eſt ſecundū carnē viuēs: & in pec
cati poteſtatē libidinis & cōcupiſcētiæ p̄tio re
dactus.Qđ em̄ operor ignoro.Non ei qđ volo
facio:ſed qđ odi hoc ago.Qđ ergo ait: q̄a igno
ro qđ operor:nō tam rē ipſam quā operat̃ quis

ignorat:licet carnalis ſit:ſed cauſam rei quam
A agit dicit̃ ignorare. Qđ em̃ dicit: Nõ ei qđ vo
lo ago:ſed qđ odi illud facio: oſtẽdit quia licet
carnalis ſit & ſub peccato vęnundat⁹ q hæc lo
qtur: tamẽ etiam reſiſtere aliquãtulũ vitiis co
netur:legis ſcilicet naturalis inſtinctu:ſed vin
cat̃ a vitiis & opprimat̃ in vitiis vt ſæpe acci-
dit. Verbi grã. Cũ ꝓponit qs patiẽter ferre iſti
gantẽ ſe:& ad vltimũ vicit̃ iracũdia: & patitur
hęc inuit⁹:iraſcit̃ ergo etiã cũ nolit iraſci:hoc
idẽ etiã timoris vitio accidere ſolet:vt contra
voluntatẽ qs metu & formidine terreat̃: hoc ĩ
elatiõe ſubiti vel inopinati honoris ſæpe cõti
git vt arrogantior qs fiat & tumidior q̃ vult.
Vicit̃ ergo in his ſingulis q nõdũ ſpiritalis eſt
etiã contra volũtatẽ:qa volũtas iſta nõdũ ita
fortis:& ita robuſta eſt:vt definiat apud ſe vſ-
qꝫ ad mortẽ pro veritate certandũ. Nec talis ẽ
qui dicat eſt eſt:nõ nõ:& ideo nõ poteſt opari
quæ vult ſed quæ nõ vult. Tamẽ ex ea parte q̃
nõ vult:malũ conſentit legi dei:qa bona eſt: q̃
ꝓhibet malũ:& in cõſonantiã quãdã ad legem
dei lex naturalis adducit̃:vt eadem velint atqꝫ
eadẽ nolint. Qꝫ ſi ſcđm voluntatem legi dei cõ
ſentimus:malũ ergo qđ facimus iã nõ nos ſed
pctm̃ qđ in nobis eſt opat̃: id eſt lex & volũtas
carnis:quæ captiuos nos ducit in lege pcti. Et
hic (id eſt Paul⁹ carnalis) dicit qa iã nõ ego ope
ror illud:ſed qđ habitat ĩ me pctm̃. Paul⁹ vero
B ſpiritalis ĩ aliis dicit: Quia abũdãti⁹ q̃ oĩs illi
laboraui. Nõ aũt ego: ſed grã dei mecũ. Vt er
go iſte labores ſuos nõ ſibi:ſed grę dei quę in ip
ſo opabat̃ aſcribit:ita & ille carnalis opa nõ bo
na non ſibi:ſed pctõ qđ in ſe habitat & opat̃:ad
numerat. Ideo ergo dicit. Nõ iam ego operor
illud ſed qđ habitat in me peccatum. Nõ eĩ ha
bitat ĩ me:hoc eſt carne mea:bonũ. Nondũ em̃
in eo Chriſtus inhabitat:neqꝫ corpus eius tem
plũ eſt ſpiritus ſancti. Veruntñ non vſquequa
qꝫ hic cuius perſona ꝓponit̃ alien⁹ eſt a bonis
ſed ꝓpoſito quidẽ & voluntate cœpit bona re-
quirere. Nõdũ tamẽ poteſt bona reb⁹ & opib⁹
obtinere. Eſt em̃ talis q̃dã infirmitas in his q ĩi
tia cõuerſionis accipiũt: vt cũ velint quidem
ſtatim facere oẽ qđ bonũ eſt:nõ ſtatim volunta
tem ſequat̃ effect⁹. Nã & mediator apđ ſemet
ipſum diſcernit (verbi cauſa) vt nõ iraſcat̃: &
hoc in volũtate definit:ſed qm̃ lõgo vſu & cõ-
ſuetudine diutina vitiũ in eo iracũdiæ dñatũ
eſt:obſiſtit etiã volũtati ac ꝓpoſito & ĩ ſolita ſi
bi rurſus itinera vis furoris erumpit. Similit
agit & libidinis vitium. Pari quoqꝫ cõſuetudi
nis morbo & mẽdaciũ ſurripit: formido deter
ret:& in his ſingulis iſte qui iam initia conuer
ſionis ceperat: cõpetenter dicit:quia velle ad
iacet mihi:pficere autẽ bonũ nõ inuenio. Non
enim qđ volo bonũ hoc ago:ſed qđ odi malũ il
lud facio. Qꝫ ſi iudicium de bono habet volun
tas:cõſuetudo autẽ carnaliũ vitiorũ (quæ lex C
carnis vel lex mẽbroꝝ appellata eſt) obſiſtit: &
ſurripit ex eo qđ bona volũtate gero: licet agã
mala:tñ qa inuitus ago, conſentio legi dei qm̃
bona eſt. Odi em̃ mala & cupio agere bona quę
lex iubet. Qꝫ ſi contra volũtatẽ mala ago:vict⁹
cõſuetudine vitiorũ vſuqꝫ peccandi:nõ iã ego
hoc eſt interior homo qđ bonũ volo hoc facio:
ſed qđ habitat in me peccatũ. Cõſuetudinẽ nã
qꝫ peccãdi pctm̃ noiauit. Inuenio igit̃ legẽ volẽ
ti mihi facere bonũ qa mihi malũ adiacet. Con
delector enim legi dei ſcđm interiorem hoĩem
Et in his vero (vt ſuperius cõmonuim⁹) nõ vi
dentur elocutiones integre explicari:ſed con-
iunctionũ vel abũdãtia:vel ꝓprietatibus impe
diri. Tali ergo quodã ordine legere debem⁹ vt
intellect⁹ lucidior fiat. Igit̃ quia malum mihi
adiacet:volens facere bonũ inuenio legẽ dei &
condelector ei ſcđm interiorẽ hominẽ. Per qđ
oſtendit:quia interior homo hoc eſt voluntas:
& propoſitũ:quo initiũ accipit conuerti ad do
minũ:legi dei cõſentit & delectatur in ea. Sed D
(vt ſuperius dixim⁹) nõ ſtatim vt volũtatem
quis habuerit cõuerti ad bona:etiam vſus bo-
ni operis ſubſecut⁹ eſt. Cita enim res eſt volun
tas:& ſine impedimẽto cõuertitur. Op⁹ vero
tardũ eſt:qa & vſum:& artẽ: & laborẽ reqrit
operandi. Quod vt euidẽtius fiat:vtamur etiã
ſimilitudine exẽpli. verbi gratia:vult qs ſapiẽs
fieri:nec tamẽ ſtatim vt voluit ſapiẽs effectus
eſt: ſed volũtas qdẽ prçceſſit:nec ſine volunta-
te aliqs ſapiens fieri põt:ſed tamen cũ volũtas
fuerit:adhibendus eſt labor:ſtudiũ: ſolicitudo
vigiliæ:doctrina: inſtitutio: & vix aliquando
vſu longo & meditatione cõtinua ſapiẽs effici
tur. Iſte ergo ab initio quidẽ ſtatim volũtatem
habuit vt eſſet ſapiens:ſed non ſtatim affuit ei
Legimus apud ipſum apłm Paulũ dona vł gratias ſancti ſpũs multos ſpũs noĩari cum dicit. Nunc autem quoniã ęmulatores eſtis ſpiritalium ad ædificationẽ eccleſiæ: quærite vt abundetis. & item alibi: Spũs ꝓphetaꝝ ꝓphetis ſubiecti ſunt. Subiectos dicẽs ꝓphetarũ: non quaſi meliori ĩferiores: ſed ꝑ eo ꝙ habẽs qs ꝓphetiæ ſpũm nõ inuitꝰ loqui cogit̃: vt illi qui hñt ſpũs immundos: ſed cũ vult & ratio poſtulat dicit: cũ vero dicere opportunum non videbit̃: ſilet bene ſciens qa tempus tacendi ſit & tempus loquendi. Et ideo nõ ad iniuriã dicit̃ qa ꝓphetis ſubiecti ſunt ſpiritus: ſed ad diſpẽſationẽ. ſicut & illud dictum accepimus a ſaluatore: qa tunc D & ipſe filius ſubiectus erit ei: qui ſibi ſubdidit omnia. Et hic enim ſubiectus nõ quaſi inferior dicitur. Quomodo enim inferior dici poteſt q filius & oĩa eſt quæ pater? om̃ia enim (inquit) pater tua mea ſunt. Sed in his quos pater ſubdit credẽtes in ſe: qm̃ in vnoquoqꝫ eorũ ſe eſſe dicit: & ſe ĩ eis dicit eſurire: & ſitire: & nudum eẽ: ſeqꝫ paſci in eis: & indui ꝓfitetur: idcirco & in illis ipſe dicitur eſſe. Sed hæc per exceſſum quẽdã dicta ſint: nũc aũt ad propoſitum redeamus. Dona ergo diuerſa ſpiritꝰ a Paulo multi ſpiritus appellantur. Horum autem multorum donorum quicquid eſt ſummũ & magnũ ſine dubio apoſtoli conſecuti ſunt: vt idonei eſſent (ſicut & ipſe Paulus dicit) miniſtri noui teſtamenti: & vt repleri poſſint euangelio ab Hieruſalem ĩ circuitu vſqꝫ ad Illyricũ: hoc qđ in eos p̃ cęteris ſublimius & præclariꝰ collatũ eſt ſancti ſpiritus donũ: merito primitias ſcti ſpũs appellauit. Et ideo dicit: Sed & nos ipſi. In quo ſpecialiter deſignare videt̃ apoſtolicam dignitatem. Nos ergo (inquit) ipſi hoc eſt apoſtoli primitias ſpiritus habentes: qui electi ſumus ad hoc vt primitias ſpũs accipemus: etiã ipſi intra nos gemimꝰ. Intantum (inquit) nulla creatura eſt quæ doloribus & gemitibꝰ vacet: vt etiã nos ipſi qui ſũma a ſpũ ſctõ/& electa dona percepimus: tantum expectantes adoptionem filiorum id eſt perfectionem eorum quos docere: & inſtituere miſſi ſumus: donec videamus eos intantum proficere: vt adoptari mereãtur in filios: neceſſario dolemus & gemimus. Donec nos ergo inquã qui ĩſtituimur ab aliis negligimꝰ: & moramur: & emendationis noſtræ tempus longius protelamꝰ: donec non inuiſibilia quærimus: ſed viſibilibus delectamur: dolores apoſtolis commouemus: ac luctum (vt ita dicam) vniuerſæ creaturæ & gemitus ſuſcitamus. Vniuerſa namqꝫ creatura congemiſcit & condolet duritiæ diſſimulatio

nis nr̃æ dãna ſuſpirãs. Ali⁹ hic nobis explana tionis ordo de primitiis ſpũs videt: ſi ꝓbandus occurrit. Adhuc addemus & tertiũ. Itẽ ipſe a poſtol⁹ dicit de dñ̃o Ieſu Chriſto: q̃a ſit primo
E genitus om̃is creaturæ. Ne forte ergo vbi ille primogenit⁹ dicit oĩs creaturæ: tali quadã ra tione etiam multorum ſpirituũ primitię dicat ſpũs ſanctus. Sit ergo iſte expoſitionis tertius modus. Probet aũt q legit: q̃d horũ magis ſen ſui cõueniat apoſtolico. Si vero q̃d dixit: & nõſ ipſi primitias ſpũs habẽtes: de oĩbus dictũ qui gratiã baptiſmi cõſecuti vident/accipias: ſpe rãdũ eſt illud q̃d idẽ apoſtolus dixit. Q̃ꝫ ſi pri mitię ſãctę: & maſſa: & ſi radix ſancta: & rami. Q̃d etſi ita ſit: tñ̃ ipſius maſſę in qua videt in dicari m̃ltitudo fideliũ primitiæ neceſſario vi debũtur in apl̃is collocatę. Sic eñ̃ ſcriptũ ẽ: q̃a in eccleſia poſuit deus primo apoſtolos: ſecun do ꝓphetas: tertio doctores. Iſti ergo q primo loco cõſtituti ſunt: cõpetẽter primitias ſancti ſpiritus gratiæ ſpiritalis habere credent. Nũc iam videam⁹ q̃uo adoptionẽ filiorũ expectare ſe dicat qui in ſuperiorib⁹ dixit: quia ipſe ſpũs teſtimonium reddit ſpiritui noſtro q̃a ſumus filii dei. Et iterum q̃uo redẽptionẽ corp̃is ſpat qui in aliis dicit. Chriſtus nos redemit. Sic (vt mihi videt) ipſe hoc eo ſermone q̃d in ſequẽti bus habet abſoluit. Ait enim. Spe ſalui facti ſu mus. Q̃ꝫ ergo filii ſum⁹: & ꝙ redẽpti ſum⁹: & ꝙ ſaluati ſumus: in ſpe conſiſtit. Nũc aũt vide mus per ſpeculũ: videmus in ænigmate p ſpe culum: & in ænigmate accipimus & adoptio nem & redẽptionẽ. Aduenit eñ̃ plenitudo tẽ porũ: & miſit deus filiũ ſuũ factũ ex muliere: fa ctum ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt redime ret: vt adoptionẽ filiorũ recipem⁹. Recepim⁹ ergo adoptionẽ: ſed iſtã quæ eſt p ſpeculum & in ænigmate. Cũ aũt venerint q̃ pfecta ſũt: tũc
F adoptionẽ facie ad faciẽ conſequemur. Q̃ꝫ aũt dixit redemptionẽ corp̃is nr̃i: ego arbitror ꝙ totius eccl̃ię indicet corpus: ſicut & alibi dicit Vos aũt eſtis corp⁹ chriſti & mẽbra ex p̃te. Oẽ ergo corp⁹ eccl̃ię redimẽdũ ſpat apoſtolus: nec putat poſſe dari q̃ pfecta ſunt ſingulis quibuſ ꝙ mẽbris: niſi vniuerſum corp⁹ in vnũ fuerit cõgregatũ. Põt aũt & ſic intelligi: vt redẽptio nẽ corp̃is noſtri dicat illã q̃ in reſurrectiõe fu tura eſt: cũ nõ ſolum aĩę: ſed & corpa aduenient añ tribunal Chriſti: vt reportet vnuſq̃ſq; pro pria corp̃is ꝓut geſſit. Et ſcd̃m illud q̃d dictũ ẽ Timete magis eũ q põt corp⁹ & animã pdere in gehẽnã. Et ideo dolẽdũ vnicuiq; eſt ĩ hoc ſę culo & gemendũ: ne forte p malos act⁹ & pſen tis vitę negligentiã nõ mereat redẽptionẽ cor poris ſui cõſeq: ſed inueniat cũ iſta ſententia q̃ corpus & aĩam gehẽnę ignib⁹ dãnet. Poſt hæc dicit: Spe aũt ſalui facti ſumus. Spes aũt q̃ vide tur nõ eſt ſpes. Sicut ſupi⁹ de creatura dixerat q̃a vanitati ſubiecta eſt: ꝓpter eũ q ſubiecit in ſpe: ita & hic de ſemetipſo vel quoſcũq; ſecum annumerari nouit: dicẽs: Spe eñ̃ ſalui facti ſu mus: ſicut & gemitib⁹ creaturę ſuos quoq; ge mitus ſociauit. Q̃uo aũt in ſpe ſit ſaluus: ſpes aũt nõ ſit ĩ his poſita: q̃ vident: ſed q̃ nõ videt: iã ſupius edocuimus. Illud ſolũ breuiter adde mus: ꝙ ex his ſermonib⁹ & ex illis in q̃bus di cit: nõ reſpiciẽtes ea q̃ videntur: ſed q̃ nõ vidẽ tur: edocet nos in futuris bonis nihil eorũ quę nũc videt vel videri poſſunt ſpare debere: etiã ſi cœlũ videas iſtud viſibile: etiã ſi terram. Au di de his: q̃a cælũ & terra præteribũt: viſibilia eñ̃ ſunt. Q̃d vides q̃d ſpas? Nihil ergo ꝓrſus ſpandũ eſt ĩ futuro: de his q̃ vident. Oculus eñ̃ nõ vidit: q̃ pparauit deus iis q diligũt eũ. Vi det aũt oculus cęlũ & terrã. Nõ ergo oportet hoc q̃d videt credi pparatũ eſſe a deo his q dili gũt eũ: ſed cęlũ q̃dẽ: imo poti⁹ cælos m̃lto emi nẽtiores & excelſiores q̃ eſt iſtud firmamẽtum q̃d videri oculis põt. Sed & terra ſpanda ẽ: nõ tñ̃ hęc q̃ arida dicitur: & oculis ſubiacet: ſed il la erit manſuetorũ terra quã oculus nõ vidit. Euidẽs eñ̃ eſt apl̃i ſñia: q̃ docet nõ viſibilia & corpalia ſpanda ĩ futuris: ſed ſpiritalia & æter na: q̃a q̃ vident tẽporalia ſunt & cũ tẽpore fini unt: Quæ aũt nõ videt ęterna ſunt. q̃ ſperãda apoſtolus docet. Idcirco nãq; & ipſa corp̃is nr̃i repatio ex corruptibili ĩcorruptibil̃: & ex mor tali ĩmortalis: & ex infirmitate in virtutẽ reſti tuit: & ex aĩali corpore corpus efficit ſpiritale vt cũ ſpiritale factũ fuerit: poſſit etiam inuiſi bilibus perfrui bonis: quæ bona in præſenti ſę culo non videntes/per ſpem ſperamus: per pa tientiam expectamus.

Similiter autem & ſpiritus adiuuat ĩfirmi tatem noſtrã. Nã q̃d oremus ſicut oportet ne ſcimus. Sed ipſe ſpũs ꝓ nobis interpellat gemi tibus inenarrabilibus. Qui aũt ſcrutat corda ſcit q̃d deſyderet ſpiritus: quia ſecundum deũ poſtulat pro ſanctis.

Cum in ſuperioribus dixiſſet: quia om̃is cre atura his qui in agone huius vitæ ſunt poſiti G congemiſceret & cõdoleret: hoc eſt conlabora ret: viresq; conferret: tum etiã ſeipſum Paul⁹ ac ſui ſimiles pferre gemit⁹ pro laborantibus memoraſſet: vt per hoc ſolaretur in certamie poſitos: cum viderent omnes ſanctos vniuer ſamq; creaturam affectu ſecum labores gemi tuſq; coniungere: addit nũc excelſius aliquid & ſublimius. Ne (inquit) parũ putetis ꝙ om nis nobiſcum congemiſcit & condolet creatu

ta. Ne parum videatur ꝙ nos ipſi gemimꝰ ꝓ
laboribus veſtris etiã diuinę ipſi naturæ erga
agones noſtros: nobiſcũ eñ (me quoq; cõiun=
go) ineſt quidã miſerationis affectus. Ipſe eñ
(inquit) ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã.
Deniq; quid adorare: quid a deo petere opor=
teat: ignoramus. Interdũ enim quæ contraria
ſaluti ſunt cupimus infirmitate cogente. Si=
cut enim quis in ęgritudine corporis poſitus
nõ ea quæ ſanitati cõducũt: ſed ea quæ p̃ſens
deſyderiũ ſuggeſſerit: poſcit a medico: ita &
nos in huius ſæculi infirmitate languẽtes in=
terdum a deo petimꝰ qđ nõ expedit nobis. De
niq; ego ipſe Paulus qui hæc loquor ad vos cũ
mihi propter ſublimitatẽ reuelationum ne ex
tollerer datus fuiſſet a domino angelus Satha
næ: qui me colaphizaret: ter dominũ rogaui:
vt diſcederet a me: neſciẽs quid orarẽ: & ideo
quia neſciebã ſecũdũ ꝙ oportet orare: me au=
diuit dominus, & dixit mihi. Sufficit tibi gra
tia mea: nã virtus infirmitate perficit. Si ergo
quid oremꝰ ſecũdum ꝙ oportet, neſcimꝰ: ſed
ipſe ſpiritus interpellat ꝓ nobis gemitibus in
enarrabilibus. Magnũ neſcio qđ Paulus in ge
A mitibus ſentit. Ecce eñ iã tertio gemitus po=
nit. Nã & creatura (inqt) ingemiſcit: & nos
ipſi gemimus: & ipſe ſpũs gemitibus interpel
lat deũ ꝓ ſanctis. Addidit ſane ĩ his gemitibꝰ
quos ꝑ ſpiritũ dicit deo offerri: ꝙ ſint inenar=
rabiles: hoc aũt neq; de totius creaturæ: neq;
de ſuis gemitibus dixit. Et vide ſi poſſumus ĩ
iſtis gemitibus multũ fiduciæ & libertatis in
cõſpectu dei intelligere: ꝙ oratio q̃ cũ dolore
& gemitu offert deo: accipiat fiduciam a ſpiri
tu ſancto aſcẽdẽdi ad deũ. Deniq; Adã cũ pec
caſſet ꝑdidit fiduciã: & abſcõdit ſe a facie dei.
Sanctus aũt Dauid dicit: Quia gemitus meꝰ
a te non eſt abſcõditus. Sed videamus qđ ẽ qđ
B dicit: Ipſe aũt ſpiritꝰ interpellat ꝓ nobis. Hoc
eñ & Ioannes Ieſum facere deſignat: cũ dicit.
Filioli hæc ſcribo vobis vt non peccetis. Si aũt
peccauerit aliqs noſtrum: aduocatũ habemꝰ
apud patrẽ iuſtũ Ieſum q interpellat ꝓ nobis:
& hic ſpiritus interpellat ꝓ nobis: Hoc aũt fa
cit ſpũs iuuãs infirmitatẽ noſtrã. Quę aũt ſit
infirmitas noſtra: ipſe dñs docet cũ dicit. Spi=
ritus prõptꝰ: caro aũt infirma. Igitur infirmi
tas noſtra ex carnis infirmitate deſcẽdit. Ipſa
eſt eñ q cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: & dũ cõ=
cupiſcẽtias ſuas ingerit: puritatẽ ſpũs ĩpedit
& ſynceritatẽ oratiõis offuſcat. Sed vbi vide=
rit ſpũs dei laborare ſpiritũ in aduerſando car
ni: & adherẽdo ſibi porrigit manũ: & adiuuat
infirmitatẽ eiꝰ: & velut ſi magiſter ſuſcipiens
ad rudimẽta diſcipulũ & ignorãtẽ penitꝰ lite
ras: vt eũ docere poſſit & inſtituere: neceſſe ha
bet inclinare ſe ad diſcipuli rudimenta: & ipſe
prius dicere nomen literæ: vt reſpõdẽdo diſci
pulus diſcat: Et fit quodãmodo magiſter in=
cipienti diſcipulo ſimilis: ea loquẽs: & ea medi
tans quę incipiẽs loqui debeat ac meditari. Ita
& ſanctus ſpiritus vbi oppugnationibus car=
nis ꝑturbari noſtrũ ſpiritũ viderit: & neſciẽtẽ
quid orare debeat: ſecũdũ ꝙ oportet: ipſe ve=
lut magiſter orationẽ p̃mittit: quã noſter ſpi=
ritus ſi tñ diſcipulus eẽ ſancti ſpũs deſyderat
proſequat. Ipſe gemitus offert: quibus noſter
ſpiritꝰ diſcat ingemiſcere: vt repropitiet ſibi
deũ. Si vero ſpũs qdẽ doceat: & noſter ſpũs id
eſt mens nr̃a nõ ſequat: ſuo vitio infructuoſa
ei fit magiſtri doctrina. Et iſtud Paulus ĩ my=
ſteriũ intra hominẽ geri ſciens: dicebat. Nã ſi
linguis loquar: ſpũs autẽ meus nõ oret: mens
mea ſine fructu eſt. ſpiritũ ſuũ dicens gratiam
ſancti ſpũs: q a deo oĩbus dat. Vñ & cohortãs
nos vt nõ habeamus infructuoſum hoc ſancti
ſpũs beneficiũ: addit & dicit. Quid ergo eſt?
Orabo ſpũ: orabo & mẽte Pſalmũ dicã ſpiritu
pſalmũ dicã & mẽte. Igit q̃uis hæc inenarrabi
lia eẽ Paulus ipſe ſignarit: & inenarrabilibus
gemitibꝰ gemere: tñ prout poſſibile nobis fu
it imaginẽ quãdã rerũ q diuinitus geruntur:
quaſq; ipſe obiectus ꝓfert: edidimus. Qui aũt C
ſpiritalis eſt examinet oĩa: & ſi quid his altius
inueſtigare potuerit habeat apud ſe. fidelis. n.
ſpiritu celat negotia. Admonẽdi tamen ſunt
qui proſperitatem ſibi præſentis vitæ: & ſani
tatem: vel diuitias: vel honores poſtulãt a deo
quia qđ orent ſecundum ꝙ expedit neſciunt.
Sæpe eñ fit vt ad damnũ animę vl' opprobriũ
eius ſempiternũ cõcedãtur præſentia hęc lu=
cra: & dignitas ſæcularis. Et ideo illud magis
tenẽdum eſt: qđ in oratione docuit dominus.
Fiat voluntas tua. Qui autẽ ſcrutatur corda
ſcit qđ deſyderet ſpiritus: qa deũ poſtulat pro
ſanctis. Oſtẽdit qdẽ deũ nõ tã verba noſtra in
oratione q̃ cor mẽtẽq; perpẽdere. Ipſe eñ eſt q
ſcrutatur corda & renes. Qđ aũt ſecundo di=
cit: quia ſpiritus interpellat: hoc eſt qđ edocet D
nõ minimã diſpẽſationẽ per ſpiritũ ſanctũ in
hominibus geri. Quis enim vnigenitus filiꝰ
dei pro ſalute humani generis incarnatus &
paſſus ſit: & morte ſua deſtruxerit mortẽ: &
reſurrectione reddiderit vitã: inſignius tamẽ
abſq; incarnatione magnifice geruntur etiam
per ſpiritũ ſanctum. Tamen ꝙ & ille pro ĩpiis
mortuus eſt: ſic enim & ipſe Paulus oſtẽdit cũ
dicit: Adhuc enim Chriſtus cum infirmi eſſe
mus ſecundum tempus pro impiis mortuus
eſt: ſanctus autem ſpiritus nõ pro impiis iam

interpellat:ſed pro ſanctis: & interpellat non
ſecũdũ carnem:ſed ſecundum deum. Chriſtꝰ
aũt nõ ſecũdũ deũ mortuus dicit̃:ſed ſecundũ
carnẽ. Ideo nõ verbis offerre dicitur ſpiritꝰ in
terpellationẽ pro ſanctis:ſed gemitibus:& nõ
cõmunibꝰ iſtis gemitibus:ſed inenarrabilibꝰ.
Quomodo em̃ enarrari poteſt:qđ ſpiritus dei
loquitur deo:cum interdũ nec ipſe quidẽ no-
ſter ſpiritus quod ſentit & intelligit ſermone
poſſit exponere!

*Scimus autẽ quia diligẽtibus deum oĩa co-
operant̃ in bonũ:his qui ſecũdũ ꝓpoſitũ voca
ti ſunt ſancti. Nam quos præſciuit & prędeſti
nauit conformes fieri imaginis filii ſui: vt ſit
ipſe primogenitus in multis fratribus.*

E ¶Si ſpiritus(inquit)interpellat ꝓ nobis ge-
mitibus inenarrabilibꝰ:& vniuerſa creatura
cõgemiſcit:& dolet vſq; nũc:quæ liberabit̃ tũ
demũ a ſeruitute corruptionis cũ libertas glo
riæ filioꝝ dei aduenerit:quõ nõ cõpetẽter ꝓ-
nũtiabit̃:ſcimus ꝙ diligẽtibus deũ oĩa coope-
rãtur in bonũ! Intantũ em̃ oĩa cooperant̃ & cõ
laborãt his:q diligũt deũ:vt & ipſe ſpiritꝰ ad-
iuuet:nec dedignet̃ diuina natura dux eẽ iti-
neris ad bonũ. Verũtñ ſi ſunt aliq habẽtes ſpi
ritũ ſeruitutis in timore:alii vero ſunt ſupio-
res his q ſpiritũ adoptiõis accipiũt:ex eo ꝙ nõ
iam timore deũ:ſed amore venerant̃:& ꝙ per
fecta ĩ eis charitas foras mittit timorẽ: Viden
dũ eſt ne forte nõ oĩa cooperentur in bonũ: iis
qui adhuc in ſpiritu permanẽt ſeruitutis:ſed
aliqua qdẽ etiã ipſis cooperent̃: nõ tñ omnia.
Et neſcio ſi ad ipſum bonũ: ſeu potius(vt ita
dixerim)ad ianuas boni perducant̃. His vero
qui diligũt deũ:& toto ei inhęrent charitatis
affectu(vt diximꝰ)collaborant,& iuuãt,atq;
aliqd ſui ſtudii conferũt:quatenus eos in ipſo
bono qđ nunq̃ poteſt ꝑmutationẽ recipere:cõ
ſtituant. Q; ſi alii ſunt q diligũt deũ: & alii q
ſpiritũ ſeruitutis accipiũt:vidẽdũ eſt ne forte
& hoc qđ dicit: His q ſecundũ ꝓpoſitũ vocati
ſunt:& quos pręſciuit,& prędeſtinauit cõfor
mes fieri imaginis filii ſui:nõ cõueniat illis q
in ſpiritu ſeruitutis ſunt. Poſſunt enim & illi
vocati quidem dici:nõ tamẽ ſecũdũ ꝓpoſitũ
vocati. Et pro eo ꝙ adhuc ĩ ſpiritu ſeruitutis
ſunt:non poſſunt ſtatui inter multos fratres
quorũ primogenitus ẽ filiꝰ charitatis:& ima-
go ĩuiſibilis dei:ac primogenitꝰ omnis creatu

F ræ. *Sed & hoc qđ dixit*:cõformes imaginis fi-
lii ſui:volo reqrere cuiꝰ formæ cõformes fieri
dicũtur. Legimus em̃ filiũ dei aliqñ in forma
dei:aliqñ in forma ſerui eſſe ꝓpoſitũ. Cui er-
go formę harũ duarũ cõformes dicat futuros
apl'us eos qui diligũt deũ:& quibus oĩa coope
rãtur in bonũ:nõ otioſi diſcriminis mihi vide
tur eſſe. Arbitror ergo ſecundũ ea quæ ĩ aliis
idẽ Paulꝰ deſignat:vbi dicit: Filioli mei quos
iterũ parturio:donec formet̃ Chriſtus in vo-
bis:formari in his q ad perfectionẽ tẽdũt Chri
ſtus dicat̃ ſecũdũ hoc ꝙ verbũ eſt vt in eis ver
bi dei ſynceritas ad purũ informet̃: & ſecũdũ
hoc ꝙ veritas eſt: & veritas in eis abſq; vlliꝰ fu
ci admixtione cõſiſtat:& ſecũdũ hoc ꝙ ſapien
tia eſt: vt ſapientia dei in eis illa quã inter per
fectos loquit̃ Paulꝰ, pura,& abſq; vllo erroris
diuerticulo cõſeruetur: *Sic* & ſecũdũ oĩa quæ
Chriſtus eſt,vel iuſtitia,vel ſanctificatio,vel
certe quæq; virtutes:ſi in eis forment̃ ad liqui
dũ:iſti videbunt̃ ad illã formã q̃ in forma dei
eſt conformes imaginis eſſe effecti. *Si* vero ad-
huc in initiis qs cõuerſet̃:initiũ autẽ ſapiẽtiæ
timor dicit̃:& in timore adhuc poſitus prima
cultus dei elemẽta ſuſcipiat ſecundũ formam
ſerui:quã ſuſcepit ad hoc vt rudibꝰ & ignaris
timorẽ dei doceret:cõformes fieri intelligẽdi
ſunt ii:q prima initia in dei timore ſuſcipiũt:
quia(inqt)quos præſciuit & p̃deſtinauit cõ
formes fieri imaginis filii ſui. Puto enim ꝙ ſi-
cut nõ de oĩbus dixit q prædeſtinati ſunt: ita
nec de oĩbus quos præſciit. Nõ em̃ ſecũdũ cõ G
munẽ vulgi opinionẽ putãdũ ẽ bona malaq;
præſcire deũ:ſed ſecũdũ ſcripturę ſanctæ con
ſuetudinẽ ſciendũ eſt. Obſeruet em̃ qui ſtudio
ſus eſt in ſcripturis ſicubi inuenit ſcripturam
dicere qa malos præſcierit deus:ſicut in p̃ſen-
ti loco de bonis manifeſte dicit:quia quos prę
ſciuit & p̃deſtinauit cõformes fieri imaginis
filii ſui. Si em̃ quos præſciuit hos & p̃deſtina-
uit cõformes eſſe imaginis filii ſui:nullus au-
tem malus cõformis poteſt imaginis eſſe filii
dei:manifeſtũ ẽ qa de bonis tm̃ dicit: præſciit
quos p̃deſtinauit conformes fieri imaginis fi-
lii ſui. Cæteros vero non mõ p̃ſcire:ſed neſcire
qdẽ dicit̃ deus. Nouit em̃ deꝰ eos q ſunt eius.
Ad eos aũt q nõ ſunt digni vt ſciãt̃ a deo: *Sal
uator dicit*. Diſcedite a me vos operarii iniq-
tatis quia nõ cognoui vos. *Sic* ergo & in hoc
præſenti loco quos pręſciuit deus:ip̃os & p̃de
ſtinauit cõformes fieri imaginis filii ſui. Cæte
ros autẽ:qui præſciri non dicũtur:nõ ꝙ aliqd
latere poſſit illã naturã quæ vbiq; eſt,& nuſq̃
deeſt:ſed quia omne qđ malũ eſt ſcientia eius
vel præſcientia habetur indignũ. Quos ergo
præſciit: & præſtinauit. *Sed* & hoc intuere ſi
præſcire & prædeſtinare dici poteſt deus de
his qui nondum ſunt. Vnde his qui ſunt qui
dem:nõdum tamẽ conformes ſunt imaginis
filii eius:& præſciẽtiã in hoc eſſe magis conue
nit:q̃ in eo qđ futurũ ſit:id qđ nondum eſt:in

hoc enim volũtas magis eſt ꝙ præſciẽtia cõdi toris. Nã pręſciẽtia in quo videbit: cum id qđ futurũ eſt pẽdeat in factoris arbitrio? Videbit fortaſſis ab attentis lectoribus etiã hoc reqri: cur non dixerit conformes filii ſui: ſed conformes imaginis filii ſui. Dicet eñ q excitat hæc quia ſicut ipſe filius q imago dei inuiſibilis dicitur quãtũ ad pſonã ſpecialis eſt ab illo cuius imago eſt: ita & hic quæ dicit imago filii eius alia debet eſſe cuius imago eſt. Et ꝗuis ardua hæc videant & difficilia: tñ vide ſi poſſumus illđ dicere quia ꝗuis omnis q ſe ad eã formam quã ſupra poſuim⁹ excoluerit: imago ſit dei: hoc ẽ imago filii dei: tñ ſpecialis ac ꝓpria imago ei⁹ quæ eum totũ atq; ex integro ſuſcepit: & in ſemetipſa formauit: ipſa aĩa Ieſu dicenda eſt: quæ ſe per oĩa verbo: ac ſapiẽtię dei ita cõaptauit: vt in nullo prorſus ab eius ſimilitudine decolor haberet: ita vt qcũq; ſũmã pfectionis: ac beatitudinis conſectatur: ad illius imaginem ac ſimilitudinẽ tendat: quę primo loco & ſup omnes cæteros filii dei imago eſt: ita vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: in his videlicet quorũ cõformatione filii dei imaginis primatum tenet.

Quos autẽ prædeſtinauit hos & vocauit: & quos vocauit hos & iuſtificauit. Quos aũt iuſtificauit illos & magnificauit.

¶Supra dixit quos præſciit hos prædeſtinauit: & nũc addit: quos aũt prædeſtinauit illos & vocauit: & quos vocauit hos & iuſtificauit Et ſi pręſciit & prædeſtinauit cõmuni opinione ſentiamus: videbit vtiq; q iuſtificatus eſt: propterea iuſtificatus eſſe: quia prædeſtinat⁹ eſt: & qui prædeſtinatus eſt ꝓpterea prædeſtinatus eſt, quia pręcognitus eſt. Et rurſum e cõtrario intelligis. Si qs aũt iuſtificat⁹ non eſt ideo non eſt iuſtificatus qa nõ eſt vocatus. Et quia non eſt vocatus ideo non eſt prædeſtinatus: & quia pręd eſtinatus nõ eſt: ideo nõ eſt ꝑ cognitus. Vide in quã abſurdã ſententiã decidãt hi: qui præſciẽtiã dei in hoc tãtũ accipiũt quaſi q & quæ poſtmodũ futura ſunt ante pręnoſcãt. Inuenit eñ ſecũdũ hæc poſtea quæ ſupra expoſuimus nõ præſciſſe deus quos nõ ꝑdeſtinauit. Et rurſum ſi ad cõmunẽ referat intelligentiã hoc qđ dicit: quia quos vocauit illos & iuſtificauit: ingentẽ feneſtrã patefaciemus iis q negãt eſſe in hoĩs poteſtate vt ſalu⁹ fiat. Aiunt eñ. Si deus quos præſciit illos & ꝑdeſtinauit: & quos prædeſtinauit illos & vocauit: & quos vocauit illos & iuſtificauit: nihil culpę habent ii qui non iuſtificantur: quia nec vocati ſunt: nec prædeſtinati: nec præcogniti. Cũ etiã illud aperte nobis aduerſat: ꝙ nõ oẽs qui vocant etiã iuſtificãtur. Nã & Iudas apl'us vocatus eſt: ſed non eſt iuſtificatus: quia & ſi iuſtificatũ eũ contẽdat aliquis eo ipſo quo vocatus eſt: nõ eſt certe glorificatus. Sed illi de qbus dicit apl'us: qa naufragauerũt a fide vocati qdẽ fuerunt: ſed nõ ſunt iuſtificati. Secũdum euãgelii parabolas illi ad quos miſſi fuerãt ſerui: & excuſauerunt ſe: vocati fuerũt ſed nõ ſunt iuſtificati: & ille q ingreſſus cõuiuiũ regis nõ habuit veſtẽ nuptialẽ: vocat⁹ eſt ſed nõ eſt iuſtificat⁹. Cũ ergo hęc ſingula ſic ſe habeant: quõ videbit verus eẽ ſermo apl'i quẽ vel de prænoſcẽdo: vel prædeſtinando: vel de vocãdo: vel etiam de iuſtificãdo memorauit? Sed ego ſecũdũ ea quæ ſupra expoſuim⁹ qũo noſcat vel prenoſcat deus: ad conſuetudinem ſcripturæ redeũdũ puto: quæ vernacula quadã appellatione in hoc ſermone id eſt in cognoſcendo vti ſolet: velut cum dicit: Et cognouit Adam vxorẽ ſuam: pro eo vt dicat admixtus ẽ vxori ſuę. Et iterum de Rebecca dicit. Virgo erat: vir nõ cognouerat eã. Sed & de filiis Leui dicitur: cum pręuaricatores punirẽt: quia nõ cognouerit vnuſquiſq; patrẽ ſuũ: aut matrẽ ſuã. In quo ſine dubio hoc oſtẽdit: qa nõ iũxit affectũ ſuũ: & amorẽ cũ pr̃e vel matre. Sed & multa ſecundũ hũc ſenſum in ſcripturis de cognoſcẽdo inuenies dicta: & ideo etiã in præſenti loco conſtat apoſtolũ ſecũdũ ſcripturę ſacrę cõſuetudinẽ poſuiſſe ſermonẽ cognoſcendi: vt illos oſtẽderet præcognitos a deo: in quibus ſciẽs quales eſſent: amorẽ ſuum deus affectũq; poſuiſſet: ſecũdũ etiã illud qđ ſcriptũ ẽ. Cognouit dñs eos q ſunt eius. Cum vtiq; quãtũ ad iſtã cõmunẽ ſciẽtiã ptinet: dñs non ſolũ eos q ſui ſunt: ſed & eos q errant a ſe: nõ ignoret. Sed cognouiſſe eos dicit: hoc eſt in dilectione habuiſſe: ſibiq; ſociaſſe. Ita ergo quos præſciuit deus: illos & prædeſtinauit: & quos pręd eſtinauit: illos vocauit: & quos vocauit illos & iuſtificauit. Supereſt nobis adhuc illi⁹ quæſtiõis abſolutio: quomodo quos vocauit illos & iuſtificauit: cũ ſecũdũ ea quę ſupra dixim⁹ conſtet multos eſſe vocatos: paucos autẽ electos. Sed videtur mihi eſſe quædã vocationis differentia ſecũdũ illud qđ in ſuperiori caplo expoſuimus: qa oẽs qdẽ vocati ſunt: nõ tamẽ oẽs ſecũdũ ꝓpoſitũ vocati ſunt. Nã hi q ſecundũ ꝓpoſitũ bonũ & bonã voluntatẽ quã circa dei cultũ gerũt vocant: ipſi ſunt q ſecũdũ propoſitũ vocati dicuntur: & iſti ſunt qui vocati iuſtificati ſunt. Bono eñ eorũ ꝓpoſito deerat ſola vocatio. Hi vero q nõ habent bonũ fixũq; propoſitũ: vel erga diuinum cultum: vł erga opus bonũ: vocantur quidem & ipſi: ne eis ex

cuſatio relinquatur:& hæc ipſi poſſint cauſa
te cũ iudicanť:qa & nos ſi vocati fuiſſem⁹ po-
tuiſſemus vtiqꝫ iuſtificari: & nõ ſolum iuſtifi
cari:ſed & glorificari.Ideo ergo vocanť qdē &
ipi:ſed qſi ſi in terra petroſa ſemineť ſemē:cito
quidē exoriť:increſcēte aũt tribulationũ ſole
quia nõ habēt altā radicē boni ꝓpoſiti: conti-
nuo areſcũt,& pereunt.& ipſi ſunt de qbus di
E cit apl'us:quia naufragauerũt a fide.Quos er
go vocauit:id ē quos ſecũdũ ꝓpoſitũ vocauit
boni:illos & iuſtificauit.Qꝫ ſi ſecũdũ ꝓpoſitũ
ad deũ referať:hoc eſt vt ſecũdũ dei propoſitũ
q ſciens in eis religioſam mentē:& ſalutis ineſ
ſe deſyderium vocati dicanť:nõ videbiť his q̃
expoſuimus etiā hoc eſſe cõtrariũ. Hoc ergo
pacto,neqꝫ in præſciētia dei,vel ſalutis, vel ꝑ
ditionis noſtrę cauſa cõſiſtit:neqꝫ iuſtificatio
ex ſola vocatione pendebit:neqꝫ glorificari de
noſtra penit⁹ poteſtate ſublatũ eſt.Nā & ſi cõ
muni intellectu de præſcientia ſentiamus:nõ
ꝓpterea erit aliqd:qa id ſcit de⁹ futurum : ſed
qa futurũ eſt ſciť a deo anteq̃ fiat.Nā et ſi (ver
bi gratia) fingimus deum non prænoſcere ali
qd futurum ſine dubio erat,ꝙ ita vt puto Iu
das proditor factus eſt:& hoc ita futurum ꝓ-
phetę ꝑdixerũt.Nõ ergo qa prophetæ ꝑdixe-
rũt,idcirco ꝓdidit Iudas:ſed quia futur⁹ eſſet
proditor,ea q̃ ille ex propoſiti ſui nequitia ge-
ſturus erat ꝑdixerunt ꝓphetæ:cũ vtiqꝫ Iudas
in poteſtate habuiſſet vt eſſet ſimilis Petro: &
Ioanni ſi voluiſſet:ſed elegit pecuniæ cupidi-
tatem magis q̃ apoſtolici conſortii gloriā. Et
hãc eius volũtatē futurā ꝓuidētes prophetæ
librorũ tradiderũt monumētis. Vt autē ſcias
nõ in ꝑſcientia dei vnicuiqꝫ ſalutis cãm poni:
ſed in ꝓpoſito & actibus ſuis:vide Paulũ verē
tem ne forte cũ aliis prædicauerit ipſe repro-
bus efficiať:macerare corpus ſuũ,& ſubiicere
ſeruituti hoc. Aduerſus eos qui nobis huiuſ-
modi quæſtione obiiciunt:etiā hęc poſſumus
dicere.Si quos præſciit illos & prædeſtinauit
nõ aũt oēs prædeſtinauit:ergo nõ oēs pręſciit
F & ſecũdũ eos erũt aliqua quæ ignoret deus.Si
vero prænoſcere ſecundum hoc accipiatur q̃
ſupra diximus,hoc eſt in affectum recipere ſi
biqꝫ ſociare:verum erit:quia ſicut non omnes
prædeſtinauit:ita neqꝫ omnes præcognouit.
Sic eñ & is dicitur nõ cognouiſſe peccatum.
Nunquidnā dicem⁹ quia neſcierit is quid eēt
peccatũ:id eſt quia neſcierit homicidiũ pecca
tũ eſſe : vel adulteriũ:vel furtũ:& his ſimilia?
An hoc eſt qđ diciť neſcire peccatũ:quia pec-
cato ſe nõ miſcuit:neqꝫ adhęſit ei peccatũ?Si-
cut & alibi ſcriptum eſt. Qui ſeruat mãdatũ
nõ cognoſcet malũ verbũ ; hoc eſt nõ recipiet
verbũ malũ:nõ credet:nõ audiet libēter:neqꝫ
admittet ingredi mētē ſuā. Quos ergo ſecun
dũ hũc modũ præſciit de⁹,illos & prædeſtina
uit:& quos prædeſtinauit illos & vocauit: ea
vocationis diſtinctione qua diximus: & quos
vocauit illos & iuſtificauit:& quos iuſtifica-
uit illos & glꝫificauit.De glorificatione poſſu
mus & in pſenti ſæculo illud intelligere quod
dicit apoſtolus.Nos autē omnes reuelata fa-
cie gloriā domini ſpeculantes eadem imagine
trāſformamur a gloria ī gloriā,tāq̃ a domini
ſpiritu.Eſt ergo & hęc gloria:quā iuſtificati q
ꝙ in præſenti vita pcipiunt.Eſt & illa quę ſpe
ratur in futuro:cũ corpus hoc humilitatis no
ſtræ ſeminať in cõtumelia & ſurget in gloria:
& ē alia gloria ſolis:alia gloria lunæ:alia glo-
ria ſtellarum:& ſtella a ſtella differt in gloria:
ita erit reſurrectio mortuorum.

Quid ergo dicemus ad hæc?Si deus ꝓ no-
bis,quis contra nos? Qui etiam proprio filio
ſuo non pepercit:ſed pro nobis omnibus tra-
didit illum.Quomodo non etiam cũ illo om-
nia nobis donauit?

❡Deus qũo ꝓ nobis ſit manifeſtum eſt ex his G
quæ ſupra expoſuit:id ē ꝙ ſpirit⁹ dei habitat
in nobis:vel ꝙ ſpiritu dei agimur:vel ꝙ ſpiri
tũ adoptionis accepim⁹: vł ꝙ ſum⁹ filii dei &
hæredes,& cohæredes Chriſti:vel ꝙ primiti
as ſpiritus accepimus:vel ꝙ ipē interpellat ꝓ
nobis gemitibus inenarrabilibus : vel ꝙ vni-
uerſa creatura nobis cõgemiſcit,& condolet:
vel ꝙ oīa nobis cooperanť in bonũ diligētib⁹
deũ:vel ꝙ ſecũdũ ꝓpoſitũ vocati ſumus: & ꝑ-
cogniti:& prædeſtinati:& iuſtificati: & glori
ficati.horũ enim omniũ veluti epilogũ faciēs
& ſimul oīa repetens ait.Quid ergo dicemus
ad hæc? hoc eſt,ad hæc oīa quæ ſupra dixim⁹.
Quia ſi ſic deus pro nobis eſt: vt hęc nobis cũ
cta conceſſerit:quis eē aduerſum nos poterit?
Non quo omnino nemīnē nobis eſſe dicat ad
uerſarium.Quomõ eñ ſtabit illud qđ dictũ ē
a Petro.Aduerſarius veſter diabolus ſicut leo
rugiens circuit quærens quē tranſuoret.Sed
hoc oſtendit:quia deo agente pro nobis cotē-
ptibilis,& nihili efficitur aduerſarius noſter.
Similiter autem & Dauid dicit.Dñs illumi-
natio mea:& ſaluator me⁹:quem timebo? Do
min⁹ ꝓtector vitæ meæ:a quo trepidabo?Nõ
ergo nullũ dicit eſſe quē metuat: & qui aduer
ſeť ei.Sed q̃uis (inquit) appropiēt ſup me vt
edant carnes meas : qui tribulant me inimici
mei:tamē dño defendēte vitā meā , infirmati
ſunt & ceciderunt.Dat ꝑterea indicium maxi
mũ īgētis erga nos amoris dei:q ītātũ (ī quit) H
nos dilexit:vt nec ꝓprio filio pepercerit:ſed ꝑ

nobis oībus ad paſſionē tradidit eū. Et vt maiore nos admiratiōe cōſtringeret: addidit ſermonē ingentis arcani conſciū dicens: quia ꝓprio filio nō pepercit. Dixerat enim ſuperius quia etiā nos qui ſpiritum adoptionis accipimus filii dei ſumus. Ne ergo cōmuni iſta appellatione filiorū vnū aliquē ex his tradidiſſe putaretur: qui in filios videbantur adſciti: addidit proprio filio: vt eū qui ſolus ex ipſo deo ineffabili natiuitate generatur, oſtēderet. Pro nobis ergo omnibus tradidit eū: nō illa traditione qua ſcriptū eſt: Tradet aūt frater fratrē in mortē: & parētes filios: ſed tradidiſſe eū dicitur hoc ipō ꝙ eū cū in forma dei eſſet paſſus eſt exinanire ſeipſum: & formā ſerui ſuſcipere & vſqꝫ ad mortem crucis peruenire: vt in ipſo omnib⁹ exēplū obediētię poneret: & viam reſurrectionis a mortuis aperiret. Pro omnibus ergo tradidit eū: non ſolū pro ſanctis: nō ſolū pro magnis: ſed & ꝓ minimis omnino q ſunt in eccleſia tradidit filiū ꝓprium pater: & ideo etiā ſi minimorū aliquē & infirmorū lædat qs percutiens eius infirmā cōſciētiā, in Chriſtū peccare dicit: quoniam qdē ſcandalizat aīam pro qua Chriſtus mortuus eſt. Quia ergo ꝓ
A omnib⁹ nobis tradidit filiū pater: nullus oīno nec minimus qdē q eſt in eccleſia cōtemnēd⁹ eſt, & ideo dñs ipſe dicebat. Siqs ſcādalizauerit vnū ex puſillis iſtis minimis: melius eſt molam aſinariā circa collū ei⁹ ligari & pręcipitari eū in mare: q̄ vt ſcandalizet vnū ex his. De⁹ ergo q nos pretioſos ꝓprii filii pro nobis pretioſum ſanguinē fundēdo fecit: quomodo nō cum ipſo omnia nobis dedit? Nihil eſt ſiue viſibilis, ſiue inuiſibilis creaturæ: quod filio poſſit adæquari. Nullo enim pacto creatori ſuo creatura poteſt conferri: & ſi creator ipſe donatus eſt nobis: quomodo non cum ipſo creatura nobis donabit? Quis ſermo hic dupliciter poſſit intelligi: id eſt ꝙ cū illo oīa donabit Nā & hoc poteſt videri: ꝙ ſi habem⁹ in nobis Chriſtū ſecūdū hoc ꝙ verbū: ſapiētia: & veritas: & iuſtitia: & pax eſt: & cætera oīa quæ de eo ſcripta ſunt: cū hac plenitudine virtutum oīa nobis donabunt: vt iā nō ī vnū ex oīb⁹ creaturis: & paruū terrę hunc locū: quē nūc videmus: habitare timeam⁹: ſed oīa q̄cūqꝫ creauit deus viſibilia, & inuiſibilia: occulta, & manifeſta: tēporalia, & æterna cū Chriſto p̄iter habeamus. Poteſt aūt & alio mō ſic intelligi: qđ dicit: cū ipō oīa nobis donauit: hoc eſt ipſi quidē vt hæredi: nobis vero vt cohęredib⁹ ei⁹ pariter cū ipſo perfrui vniuerſa dabit creatura.

Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat: Quis eſt q cōdemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: imo qui & reſurrexit: q eſt ad dexterā dei: q etiā interpellat ꝓ nobis.

¶ Videtur mihi qđ ait: Quis accuſabit aduer B
ſum electos dei? de diabolo dicere. Nullus eñ ita electus & ita magnus: quē ille non audeat accuſare: niſi ille ſolus q peccatū nō fecit: qui dicebat hæc. Nūc venit princeps hui⁹ mūdi, & in me nihil īuenit. Sed q̄uis ille exerat neqtiā ꝓpoſiti ſui deo iuſtificāte & delente ſicut nubē iniqtatē electorū ſuoꝝ: & ſicut caliginē peccata eoꝝ: & a prioribus delictis eos dealbāte vt niuē, & ſicut lanā cādidā faciēte: qd ꝓficiet accuſator? Sed & cū Chriſtus ꝓ eis mortuus ſit: imo poti⁹ a mortuis reſurrexerit: & ſtet a dextris patris: & interpellet ꝓ his: qs eos poterit cōdemnare? In ſuperioribus ſanct⁹ ſpūs interpellat ꝓ nobis (inqt) gemitibus inenarrabilibus. Hic Chriſtus Ieſus q mortu⁹ eſt, & reſurrexit: ipſe īterpellat ꝓ nobis. De⁹ q ꝓpriū filiū tradidit pro nobis: ipſe iuſtificat electos: quis erit vltra q audeat cōdēnare? Sed diligētius ītuere qūo apl'us nuſq̄ in ſermonib⁹ ſuis ab inſita ſibi cautela diſcedat. Non dixit: quis accuſabit aduerſum vocatos: ſed aduerſum electos. Niſi eñ fueris electus, niſi in oībus te exhibueris ꝓbabilē deo: habebis accuſatorē. Si eñ cauſa tua mala eſt: ſi te crimē tuū aſtringit: qd tibi ꝓderit aduocatus: etiā ſi Ieſus ſit qui interpellat? Ieſus eñ veritas eſt. Nō poteſt ergo ꝓ te veritas fallere. In quo tibi opitulabitur aduocatus? Ne accuſatoris calumniis inuoluaris: ne tibi p̄terita peccata quę tibi p baptiſmū deleta ſunt: īputent. Si vero poſt hæc iterum delinquas: nec vllis hæc pœnitētiæ lachrymis diluas: accuſatori tuo criminandi te materiā dabis: & q̄uis Ieſus interpellet ꝓ nobis: nō poteſt tñ dicere Ieſus tenebras lucē eſſe: neqꝫ amarū dulce. Si ergo vis vincere qđ iudicaris, fac qđ de iuſto ſcriptū eſt. Diſpone ſermones tuos in iudicio: ꝑpara opera tua ad exitum: memento nouiſſimorum tuorum, & nō peccabis. ne tibi cōtingat illud qđ de quodam ſcriptū eſt. Cū iudicat exeat cōdēnatus. Vide aūt qūo audias: quia Ieſus interpellat pro nobis. Ipſe eſt eñ de quo & alibi ſcriptū eſt: quia pater neminē iudicat: ſed omne iudicium dedit filio: & ſicut ipſe eſt hoſtia, & ſacerdos: & ipſe ē in forma ſerui: & in forma dei: ſic ipſe eſt aduocatus & iudex.

Quis ergo ſeparabit nos a charitate dei: tribulatio: an anguſtia: an fames: an nuditas: an periculū: an pſecutio: an gladius? ſicut ſcriptū eſt. Quia ꝓpter te mortificamur tota die ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſiōis. Sed in his oībus ſuperamus ꝓpter eum qui dilexit nos.

C ¶Pro his(inquit)oïbus quę ſupra enumera-
uimus:id eſt qa iam nõ ſumus in carne,ſed in
ſpiritu:& ꝙ ſpiritus dei habitat in nobis:& ꝙ
Chriſtus in nobis eſt:p quẽ corpus quidẽ mor
tuũ eſt ꝑpter peccatũ:ſpũs aũt viuit ꝑpter iu
ſtificationẽ:& ꝙ iã nõ ſumus debitores carni:
vt ſecundum carnẽ viuam⁹:qa ſpũ actus car-
nis mortificamus:& ꝙ per ſpiritũ adoptionis
filii effecti ſum⁹ dei:& ſi filii/etiã hæredes dei:
cohæredes aũt Chriſti:& ꝙ vniuerſa creatu-
ra congemiſcit nobis & condolet: reuelationẽ
filiorũ dei expectãs:& ꝙ diligẽtib⁹ nobis deũ
oïa cooperant̃ in bonũ:& ꝙ preſciit & ꝓdeſti-
nauit nos conformes imaginis filii ſui:qui ſe-
cũdũ ꝓpoſitũ vocati ſum⁹:cũ ꝓ his(inquit)
oïbus beneficiis quæ conſecuti ſumus fixi,&
radicati in charitate dei ſumus quis nos ab ea
poterit ſepare? Tribulatio ſi venerit: dicemus
ad deum,In tribulatione dilatati ſumus.An-
guſtia ſi fuerit mũdi:& ex neceſſitate corpo-
ris veniens:ſapiẽtiæ dei & ſcientiæ latitudinẽ
requirem⁹:in q̃ nos anguſtare non poteſt mũ
dus.Redeo enim ad ſcripturarũ diuinarũ am
pliſſimos campos:intellectũ verbi dei ſpirita-
lem requirã:& nulla me ĩ eo coarctabit angu-
ſtia.Per largiſſima enim ſpatia intelligentiæ
myſticæ,& ſpiritalis equitabo. Perſecutionẽ
ſi patiar:& confitear Chriſtũ corã hominibus
certus ſum ꝙ ille me cõfitebitur coram patre
meo qui in cœlis eſt.Fames ſi affuerit: turba-
re me non poteſt: Habeo eñ panẽ vitæ qui de
cœlo deſcendit:& reficit aïas eſurientes.Nec
aliquãdo poteſt panis iſte deficere. Eſt enim ꝑ
fectus & æternus.Me nuditas nõ cõfundit.In
dutus ſum eñ dominũ Ieſum Chriſtũ:& ha-
bitaculũ noſtrũ qđ de cœlo eſt ſuperindui ſpe
ro.Oportet eñ mortale hoc induere immor-
talitatẽ:& corruptibile hoc induere incorru-
ptionẽ.Periculũ eñ nõ timebo.Dñs illumina
tio mea,quẽ timebo?& domin⁹ defenſor vitæ
meæ,a quo trepidabo? Gladius terrenus ter-
rere me nõ poteſt:Habeo eñ mecũ gladiũ ſpi
ritus:qđ eſt verbũ dei:& mecũ eſt viuẽs,& ef-
ficax ſermo dei:qui eſt penetrabilior omni gla
dio vtrinq; acuto.Si ergo gladius mũdi vene-
rit ſuper ceruices noſtras:maiorẽ mihi ad deũ
cõciliat charitatẽ.Dicã nãq; ad eũ:qa ſcriptũ
eſt:Propter te mortificamur tota die:æſtima
tus ſum vt ouis occiſionis.Non eñ mihi ſuf-
ficit vna hora mori pro Chriſto,vel cruciari:
ſed tota die,hoc eſt omni vitæ meæ tempore.
Si eñ totã vitã meã in perſecutionibus & pi-
culis agã:dicã quia nõ ſunt condignę paſſio-
nes huius tẽporis ad futurã gloriã:quæ reue
labitur in nobis.Breue eſt eñ huius vitę tem
pus:exiguũ qđ in perſecutionibus ducimus.
Aeternũ vero & perpetuum qđ expectam⁹ in
gloria.Et ideo in his(inqt)oïbus ſuperamus
nõ noſtra virtute:ſed per eũ q nos dilexit.Dũ
enim in illius amore pendemus:ſenſum dolo-
ris nõ recipimus.Illius enim charitas qui nos
dilexit:& noſtrũ ad ſe rapuit affectũ:crucia-
tum corporis & dolorẽ ſentire nos non facit.
Ideo ergo in his omnib⁹ ſuperamus. Tale ali-
quid & in canticis ſponſa dicit ad verbũ:quia
vulnerata(inqt)charitate ego ſum.Ad hunc
ergo modum,& anima noſtra a Chriſto vul-
nere charitatis accepto etiam ſi tradat gladio
corpus:non ſentiet vulnera carnis pro vulne
re charitatis.

Certus ſum enim quia neq; mors:neq; vi-
ta:neq; angeli:neq; principat⁹:neq; virtutes:
neq; inſtãtia:neq; futura:neq; fortitudo:neq;
altitudo:neq; profundũ:neq; creatura alia po
terit nos ſeparare a charitate dei:q̃ eſt in Chri
ſto Ieſu domino noſtro.

¶Duos videtur ordines apl'us oſtẽdiſſe eorũ D
quæ hoïbus tentatiões ſuſcitare cõſueuerũt.
Et in his qdẽ quę prius diſſeruim⁹ humanarũ
tentationũ intelligitur ordo deſcriptus.De q
bus etiam Corinthiis dicebat:vtpote qui ma
iora ferre poterãt:Tẽtatio vos nõ apprehen-
dat niſi humana.Fidelis aũt deus qui non per
mittet vos tentari ſupra id qđ poteſtis.Nunc
vero in his ſermonibus quos habemus in ma-
nibus non humanas tentationes indicat:ſed
maiores humanis:& ideo puto ꝙ in priorib⁹
cũ enumeraſſet ſingula quæq;:ad vltimum di
xit.Sed in his oïbus ſuperamus.In his vero ſe
cũdi ordinis tentationibus non ita confidẽter
dicit:Superam⁹:ſed valde tenuiter ait:qa ni-
hil horum poterit nos ſepare a charitate dei:
quę eſt in Chriſto Ieſu.De humanis eñ tẽta-
tionibus tanq̃ paruis & leuibus cõfidẽter nos
eas ſupare ꝓnũtiat:illas vero ſupiores:& pl⁹
q̃ humanas etiã ſi ſupare & ꝓſternere nõ vale
mus:hoc eñ ſoli⁹ Chriſti opus eſt:qui exuit
principatus:& poteſtates triũphans eas in ſe-
metipſo:tñ adhuc victoriæ locus eſt:etiam ſi
oẽs in nos impugnationũ ſuaꝝ machinas tor
ſerit:quãdo a charitate tamẽ dei nos minime
ſeparamur.Sed iã tentem⁹ ſingula diſcutere, E
& qd de vnoquoq; ſermone apl'i ſentiendũ ſit
pro viribus aperire:q̃uis altiora cõtigiſſe vi-
deat̃ apl'us q̃ expoſitiõi vel noſtra ſufficit vir
tus:vl' ratio breuitatis admittit.Reqram⁹ tñ
ſi oïa iſta q̃ enumerauit apoſtol⁹:an quædã ex
ipſis(hoc eñ ſtudioſi quærũt)humanas ani-
mas a charitate dei ſeparare contẽdãt:& pro-
pterea moliantur in nos cuncta quæ patimur

videtur eñ poſſe quidē hæc agere vt a chari-
tate dei ſeparemur. Mors fortaſſis:& angeli:
& principatus:& virtutes aduerſantes nobis
ſine dubio:& pſentia quæ ſunt vtiq; lubrica,
& caduca:ſed & pfūdū poteſt ſimiliter intel
ligi. Vita aūt futura:& altitudo:& creatura
alia: qūo a dei charitate ſeparare nos conētur
nō otioſum videt exponere:niſi qs forte dicat
hyperbolice hoc apoſtolū dicere: hoc eſt nō ſo
lum per eā quæ accidere poſſunt:ſed ne per ea
quidē quæ euenire oīno non poſſunt:vllo pa-
cto a dei charitate deflectimur. Verbi cauſa:
vt ſi alia nobis daret vita q̄ hæc:illa quæ a deo
data eſt:aut ſi futurorū ſpes alia pmitteretur
nobis:vel altitudo:vel etiam creatura alia q̄ ē
illa quæ pro nobis cōgemiſcit & condolet: qđ
fieri vtiq; non poteſt:nec iſta qdem a charita-
te dei ſeparare nos poſſent. Eſt ergo hic vnus
A expoſitionis modus. Videamus tamē ne forte
poſſit etiā iſte intellect⁹ admitti. Mors quam
hic dicit:ille accipiēdus eſt quē ſupra expoſui
mus inimicū Chriſti deſtruēdū nouiſſimū di
ci. Qui vtiq; ppterea mors dicit:qa ſicut hæc
cōmunis mors animā ſeparat a corpore:ita a
charitate dei animā ſeparare & ille contēdit.
& hæc vtiq; eſt animæ mors. Poteſt ergo fieri
vt ſit & aliqua vita de parte illi⁹ q̄ cū ipo agit
vt nos a charitate ſeparet dei q̄ vita eſt pecca-
ti. Niſi eñ mala eſſet hęc vita:nū̄q̄ nos ſuade-
ret apl'us vt moreremur peccato: & in morte
Chriſti baptizaremur:& cōſepeliremur ei. Po
teſt ergo fieri vt hęc vita peccati ſit quę nos cu
pit ſeparare a charitate dei. Ego autē puto q;
& ſingula quæq; peccata habeant aliquā vitā
ſuā intra nos. Nā vnūquodq; vitiū/vita pecca
ti eſt. Quāto ergo plura intra nos vitia depre
hēdunt:tāto plures eē peccatorū vitę videbū
tur in nobis. & ppterea forte dictū ſit: qa me-
lior miſericordia tua ſuper vitas. Neq; angeli
neq; principatus,neq; virtutes. In promptu ē
angelos illos intelligere,qbus ignis æternus a
Saluatore cū diabolo dicit pparatus. Princi-
patus aūt & virtutes: illas ſine dubio aduer-
ſum quas nobis certamē eſt:vel illos principa
tus & poteſtates:de qbus dicit. Cū aūt deſtru
xerit oēm principatū & virtutem. Ex quib⁹ &
princeps huius mūdi appellat. Poſthæc neq;
præſentia(inqt)ſiue inſtātia. Pōt hoc de his
dictū videri:quos i aliis idē apl'us rectores mū
di hui⁹ tenebrarū noīauit: vel etiā q; pſentiū
rerū voluptas:& delectatio:& vana hui⁹ mun
di gloria ſtudeat nos a charitate dei deducere:
q̄ eſt in Chriſto Ieſu dño nr̄o. Poſthæc videa-
B mus q̄ ſint futura:q̄ volūt qdē:ſed nō poſſunt
Paulū & ſimilem ei⁹ ſeparare a charitate dei.

Dupliciter mihi etiam hoc intelligēdū videt.
Poſſunt eñ intelligi ab eo tpe quo hæc ſcribe
bat:vt hæc dicere videat. Siqua tentamēta:ſi
q̄ tribulatiōes ſupuenerint:a charitate dei me
ſeparare nō poterūt. Vel etiā futura intelligi
ea q̄ mūdū hūc excedētib⁹ excurſura ſunt: cū
princeps hui⁹ mūdi,aliæq; virtutes quæ ſub
ipſo ſunt retinere certabūt animā de corpore
pficiſcētē. ſed nō poterūt retinere eas,qbus ꝑ
fecta charitas q̄ eſt i Chriſto Ieſu,foras mittit
timorē. Videbat aūt hūc ſenſum affirmare &
illa ſcriptura q̄ dicit. Dū eñ ſumus in corpo-
re peregrinamur a dño. Cupimus autē magis
peregrinari a corpore,& adeſſe ad deū: & cō-
nitimur aūt ſiue abſentes,ſiue pſentes placerē
ei. abſentes nos dicēs in corpore poſitos: præ-
ſentes autem de corpore recedētes, & oſtēdit
q; ſtudeāt ſancti etiā de corpore recedētes pla
cere deo. Si ergo in eis pfecta ſit charitas: nec
vlla q̄ futura ſunt,in qbus placēdū eſt deo,po
terunt eos ab ipſa ſeparare:cū vtiq; non place
bunt deo hi q tā mobiles erūt in charitate dei
vt poſſint ab ea ſeparí. Hæc nobis duplici mō
dicta ſunt de futuris. Poteſt aūt fieri: vt ſit &
aliqs alius terti⁹ horū ſuperior:quē q inueſti-
gare potuerit dignū iudicet his pferre. Subiū C
git deide:Neq; virtutes. Species videt eē vna
ex pluribus rationabilib⁹ creaturis:nō in cor
pore mortali vitam ducens: ſed vt angeli:ex
alio tñ ordine q̄ ſunt angeli. Et ipę ergo virtu
tes habent certamen ſeparare nos a charitate
dei. ſed nec ipſæ(inqt)poterūt: ſi radicata ſit
& fundata. Similiter & altitudo, & profundū
impugnant nos. ſicut & Dauid dicit. Multi q
debellāt me de alto:ſine dubio cū a ſpiritibus
neqtiæ de cœleſtibus vrgeret. Et iterū. De ꝓ-
fundis clamaui ad te dñe. cū ab his q in infer-
no deputati ſūt: & gehēnæ ſpiritibus ipugna
ret. Sed nec hęc(inqt Paul⁹)ſepare nos pote-
rūt a charitate dei. Neq;(inqt) creatura alia.
Pōt itelligi aliā creaturā dixiſſe pter hāc quā
videm⁹. Eſt eñ alia nobis inuiſibilis. Nūc aūt
pōt & ſic accipi:pter illa q̄ ſuperius enumera
uimus:hoc eſt angelos:& virtutes: & ſiqua ē
alia creatura:ne ſingula p ſpecies enumerādo
lōgū ſermonē trahere videret & ſupfluū. Aut
& alio mō. Quoniā quidē ſciebat Paulus mul
tas & innumeras creaturas dei:quarū etiā nō
omnē,ſed ex pte ſcientiā ceperat:quarūq; ſpēs
& noīa in pſenti loco ignorent. De quib⁹ & in
aliis itē apl's dicit:ſaluatorē aſcēdiſſe ſup prin
cipatū,& poteſtatē,& virtutē,& dñationē,&
oē nomē qđ noīat,non ſolū in hoc ſæculo, ſed
etiā in futuro. Propterea ergo qm̄ ſcit hæc nō D
poſſe in pſenti ſæculo:ſed in futuro nominari

dixiſſe videbitur:Neqꝫ vlla creatura alia pote
rit nos ſeparare a charitate dei.Verũtñ oſten
dit Paulus ex his oĩbus ſalutis ſuæ cõfidẽtiã:
cũ iã neqꝫ angelis aduerſantibus: neqꝫ virtuti
bus impugnãtib⁹:neqꝫ pͥſentib⁹,neqꝫ futuris
ſibi oblectationibus:neqꝫ vlla prorſus creatu
ra aduerſãte a charitate dei ſe poſſe diuelli di
cit:nec ex vllo tot aduerſarioꝝ capere metũ:
vt verũ oſtẽderet ꝙ pfecta charitas foris iã mi
ſit timorẽ.Habuit em̃ aliquãdo ipſe metũ:& ti
muit ne forte caderet:& iſte q modo cœleſtiũ
virtutũ aduerſum ſe ſi cõmoueãt bella nõ me
tuit:aliquãdo carnẽ ſuam vel metuit: & ex ea
conſurgẽtes inſidias formidauit: qñ dicebat
ſcribẽs ad Corinthios.Macero corpus meũ &
in ſeruitutẽ ſubiicio:ne forte cum aliis pͥdica-
uerim ipſe reprobus efficiar.Et ideo præ cęte
ris oĩbus carnis inſidiæ formidãdę ſunt:& ille
qui de nobis procedit hoſtis cauẽd⁹ eſt ipſe do
nec in tãtũ profectũ veniat anima:vt dulcedi
ne charitatis dei aſtricta corporis blandimen
ta & carnis illecebras abhorreſcat:vnus cum
deo ſpiritus facta.

CAP.IX.

VEritatem dico in Chri-
ſto:nõ mẽtior:teſtimo-
niũ mihi pͥhibente con-
ſciẽtia mea ĩ ſpũ ſancto:
quoniã triſtitia eſt mi-
hi magna & cõtinu⁹ do
lor cordi meo. Optabã
em̃ ego ipſe anathema eẽ
a Chriſto ꝓ fratrib⁹ meis: q ſunt cognati mei
ſecũdũ carnẽ:q ſunt Iſraelitę:quorũ adoptio ẽ
filiorũ,& gloria, & teſtamẽtũ,& legiſlatio,&
obſequiũ,& promiſſa:quorũ patres: ex qbus
eſt Chriſt⁹ ſecũdũ carnẽ:qui eſt ſuper oĩa de⁹
benedictus in ſæcula ſæculorum.Amen.
E ¶Videns Paulus ꝙ ſi ſecũdum ea in qbus ſu
pra expoſuit nulla in cœleſtibus vel terreſtri
bus:pͥſentibus vl' futuris aduerſantibus ſibi:
creatura poſſit a Chriſti charitate ſeparare:
cõtrariũ & incredibile videreť,qđ nũc dicere
proponebat:optare ſe a Chriſto quẽ tã inſepa
rabiliter diligebat,anathema fieri hoc eſt alie
nũ effici:& mẽdacii notã ſubire videreť: ſatiſ
factionem pͥmittit:vt nequaq̃ de ei⁹ ſermone
dubiteť:& dicit.Veritatẽ dico in Chriſto: nõ
mẽtior:teſtimoniũ mihi perhibẽte conſciẽtia
mea in ſpiritu ſancto.Sed videamus quare di
xerit.Veritatẽ dico in Chriſto:quaſi oſtẽdens
eſſe aliquã veritatẽ q̃ nõ ſit in Chriſto. Et vi-
de ſi poſſumus tali quodã mõ veritatẽ q̃ eſt in
Chriſto,ab ea q̃ nõ eſt in Chriſto diſtinguere:
quia & alibi idẽ apl's dicit.Eſt veritas Chriſti
in me,qa nõ mẽtior.Veritas ergo Chriſti eſſe
credẽda eſt ibi:vbi & reliquæ virtutes q̃ Chri
ſtus,eſſe deſcribunť:id eſt vbi iuſtitia:vbi pax
vbi eſt verbũ dei:vbi eſt & veritas Chriſti.Eſt
aũt veritas & in iniuſtitia:vt ſi (verbi cauſa)
dicam⁹:dęmoniũ illud phytonis qđ in actib⁹
aploꝝ referť in ancilla quadã habitaſſe & cla-
maſſe poſt aplos:qa hi ſerui ſummi dei ſunt:q
annũtiãt hoĩb⁹ viã dei:erat veritas in his ver
bis.Verũ em̃ erat qđ dicebať:ſed non erat iſta
veritas in Chriſto:& ꝓpterea conuerſus ad eã
Paulus dixit.Obmuteſce,& exi ab ea.Sed & il
lud veritas erat quod dixit Cayphas.Expedit
vobis vt vnus moriať homo ꝓ populo:& non
vniuerſa gens pereat.ſed tñ iſta veritas nõ fu
it in Chriſto.& ideo aplus ad diſtĩctionẽ veri-
tatis eius q̃ extra Chriſtũ eſt:ſe dicit in Chri-
ſto loqui veritatem.Sed & hoc qđ dicit. Teſti
moniũ mihi perhibẽte cõſciẽtia ĩ ſpiritu ſan- F
cto:ſimilẽ mihi habere videť intelligẽtiã.Red
dit em̃ teſtimoniũ cõſciẽtia etiã gẽtib⁹ ſecun
dũ ꝙ ĩ ſupiorib⁹ idẽ aplus ait.Teſtimoniũ red
dẽte eis cõſciẽtia,& ĩter ſe ĩuicẽ cogitationũ
accuſantiũ,aut etiã defendentiũ.In illis ergo
in qbus cogitatiões ſuæ habẽt aliqd qđ accu-
ſent:& cõſciẽtia ad teſtimoniũ venit:non põt
dici ꝓ quot malis actibus ĩ ſpũ ſãcto cõſciẽtia
teſtimoniũ reddat.In aplo vero vbi iã cogita-
tio nõ habet qđ accuſet:recte cõſciẽtia in ſpũ
ſancto teſtimoniũ reddit. Vide tamen magni
tudinẽ pectoris apoſtolici:a dei charitate non
poteſt ſepari. Qđ loquor,in Chriſto loquor:
quod in conſcientia habet in ſpiritu ſancto cõ
tinetur.Qui quæſo cœli:qui throni:quæ am
pliſſimæ virtutum cœleſtium mentes:tã am
plis ſedibus totam poterunt capere trinitatẽ?
Quoniam (inquit) triſtitia eſt mihi magna &
continuus dolor cordi meo.Eſto habeas triſti
tiam: eſto dolorem capias de perditione fra-
trum tuorum:qui ſunt cognati ſecũdum car
nem. Nũquid eouſqꝫ:vt optes anathema fieri
a Chriſto?& quid tibi prodeſt illorum ſalus ſi
tu a ſalute ſepareris?& cur ſaluabis alios ſi ip-
ſe pereas?Nũquid ita eſt?Sed ego didici a ma
giſtro,& domino meo:quia qui vult animam
ſuã ſaluam facere,perdet eã:& qui perdiderit
eam,inueniet eã. Quid ergo mirũ ſi apoſtol⁹ G
pro fratribus ſuis anathema fieri velit:q ſciat
eum qui in forma erat dei exinaniſſe ſe de ea:
ac ſuſcepiſſe formã ſerui,& factũ eſſe pro no-
bis maledictũ? Quid ergo mirũ ſi cũ domin⁹
pro ſeruis maledictũ ſit factũ: ſeruus pro fra-
tribus anathema fiat?Hæc autẽ arbitror ꝙ &
Moyſes cũ peccaſſet populus dicebat ad domi
num:Et nũc ſiquidem remitte eis peccatum:

remitte: ſin autem, dele me de libro vitæ quem ſcripſiſti. Quid ergo inferiorē vis Moyſi Paulum videri? Ille deleri ſe petit de libro vitæ pro fratribus ſuis: Paulus non debet aptare anathe
A ma eſſe pro fratribus ſuis? Sed fortaſſe dicat aliquis: quia Moyſes hoc offerens ſalutem populo meruit impetrare. Paulus vero optat quidē ſed non eſt auditus. Quid ſi oſtendam tibi magis Paulum auditum eſſe q̃ Moyſen? Omnes enim illi qui per Moyſen exierant ceciderunt ī deſerto. Poſteri vero eorum: qui terram repromiſſionis acceperūt: etiam nunc iactantur ab ea exules: & extorres. Paulus vero audi quid dicat de Iſrael. Nolo vos (inquit) fratres ignorare myſterium: hoc quia cæcitas ex parte Iſraeli contingit: donec plenitudo gentium ſubintra
B ret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Vides ergo quia exauditus eſt Paulus: & q̃a ſe obtulit anathema: ſalutem meruit fratribus. Et ideo mihi videtur illa omnia præmiſiſſe: ꝙ nulla vis poſſit eum a charitate dei diuellere: vt cū ſe offert anathema pro fratribus ſuis non lapſum eius paſſibilem iudices: ſed ſicut ille qui inſeparabilis eſt a patre per naturam: & immortalis in mortem venit: & in inferno deſcēdit: ita & iſte imitando magiſtrum cum ſeparari a Chriſti charitate nō poſſit: a Chriſto anathema fiat ꝓ fratribus ſuis: deuotione vtiq; non prędaricatione. Q; aūt cognati ſecundū carnē ſint Paulo Iſraelitæ: expoſitione nō indiget. Quorū (inquit) adoptio filiorum. Adoptati eñ ſunt filii Iſrael a deo tunc cum diuideret excelſus gentes: & diſpergeret filios Adam ſecundū numerū angelorū: & facta eſt portio domini Iacob funiculus hæreditatis eius Iſrael. Iſta eſt ergo adoptio filiorum: & gloriæ teſtamentum: & legiſ
C latio. De gloria datę legis ſæpe iam dictum eſt: ſicut & ipſe apoſtolus dicit. Si enim quod euacuatꝰ per gloriam hoc eſt vetꝰ teſtamentū: multo magis qđ manet in gloria eſt: euangelii ſcilicet prædicatio. Sed ꝙ dicit teſtamentum & legiſlatio: vnū fortaſſe dicere videatur. Lex enim quæ lata eſt: ipſa etiam teſtamentum appellatꝰ. Sed ego hanc eſſe diſtinctionem puto: ꝙ legiſlatio quidem fuerit vna: & ſemel habita ꝑ Moyſen. Teſtamenta frequenter ſtatuta ſunt. Quoties enim peccauerūt: & abiecti ſunt: toties exhæredati videntur. Et rurſum: quoties repropitiatus eſt deus: reuocauit eos: & in hæreditatem ſuæ poſſeſſionis adduxit: toties reparaſſe teſtamento: & hęredes eos ſcripſiſſe credendus eſt. Et obſequiū & promiſſiones. Obſequiū ſacerdotalia dicit officia. Promiſſiones quæ patribus factæ ſunt: & ſperantur dandæ his qui ꝑ fidem filii dicuntur Abrahæ. Certum eſt tñ ꝙ etiā ſecundū carnē ex ipſo genere: hoc eſt Iſraelitico fuerint: non ſolum patres: ſed & Chriſtꝰ ſicut per prophetam dicitur. Væh illis quia caro mea ex ipſis eſt. Cur autē væh illis? Quia natus eſt Ieſus in ruinam & in reſurrectionē multorum: & quia ab illis quorum caro erat repudiatus eſt: & a gentibus a quibus ignorabatur ſuſceptus eſt: ſicut & per Dauid dicit. Populꝰ quē nō cognoui ſeruiuit mihi. Ex ipſis ergo eſt & Chriſtus ſecundū carnē: q eſt ſuper oīa bene dictus deus in ſęcula. Chriſtū aliud ſecūdū carnē eſſe & aliud ſecūdū ſpiritū iā & ī priorībꝰ huius epiſtolę partibus deſignauit: vbi dicit. Qui D
factus eſt ex ſemine Dauid ſecūdū carnē: q prædeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecūdū ſpiritū ſanctificationis. Et quō ſecūdū ſpiritū filius dei ſit: & ſecūdū carnē filiꝰ Dauid: pleniꝰ ꝑ viribꝰ expoſuimꝰ. Quē ergo ibi ſecūdū ſpiritū filiū dixit: hic ꝓcedēte doctrinæ ordine ꝓficientibus vtpote auditoribꝰ, deū qui eſt ſup oīa bē nedictus ipm̄ eſſe pronūtiat. Et miror quomō quidam legentes qđ idem apoſtolus in aliis dicit: Vnus deus pater ex quo omnia: & vnus dominus IeſusChriſtus: per quem omnia: negent filium dei deum debere profiteri: ne duos deos dicere videantur. Et quid de hoc loco apoſtoli facient: in quo aperte Chriſtus ſuper omnia deus eſſe perſcribitur? Sed non aduertūt qui hæc ita ſentiunt: ꝙ ſicut dñm Ieſum Chriſtū nō ita vnū eſſe deum dixit: vt ex hoc deus pater non dñs dicatur: ita & deum patrem non dixit ita eſſe vnum deum: vt deus filius non credatur. Vera eſt enim ſcriptura quę dicit. Scitote quoniā dñs ipſe eſt deus. Vnus aūt vterq; eſt deus quia non eſt aliud filio diuinitatis initiū q̃ pater: ſed ipſius vnius paterni fontis (ſicut ſapiētia dicit) puriſſima eſt emanatio filius. Eſt ergo Chriſtus deus ſuper oīa. Quæ omnia? illa ſine dubio quę & paulo ante diximꝰ: ſuper principatus: & poteſtates: & virtutes: & omne nomen qđ nominatꝰ: non ſolum in hoc ſæculo: ſed etiam in futuro. Qui autē ſuper omnes eſt: ſuper ſe neminem habet. Non eñ poſt patrē ipſe: ſed de patre. Hoc aūt (id eſt ſapientia dei) etiā de ſancto ſpū intelligi dedit: vbi dicit. Spiritus domini repleuit orbē terrarū. Et qui continet omnia ſcientiam habet vocis. Si ergo filius dei ſuper omnes dicitꝰ et ſpūs ſanctus cōtinere oīa memoratur: deus autē pater eſt ex quo omina: euidenter oſtenditur natura trinitatis: & ſubſtantia vna: quæ eſt ſuper omnia.

Non autē ꝙ exciderit verbū dei. Non enim omnes qui ex Iſrael: hi ſunt Iſraelitæ: neq; qui ſemē ſunt Abrahæ: omnes filii. ſed in Iſaac vocabitꝰ tibi ſemē: id eſt nō q filii carnis hi filii dei?

E ſed q filii ſunt ꝓmiſſionis æſtimant̃ in ſemine.

¶Quoniam ſupradixerat pro fratribus ſuiſq ſunt cognati ſecũdum carnem: qui ſunt Iſraelitæ: optare ſe anathema fieri: quorum eſſe adoptio filiorum: & legiſlatio: & promiſſio: de his nunc dicit: quia verbum dei nõ excidit: hoc eſt promiſſio quæ ex eis facta eſt, nõ euanuit. Qui enim verus fuerit Iſrael: non ex carnali genere tantum de Abraham genus ducens. Non em̃ qui filii carnis ſunt: hi filii ſunt dei: ſed qui ſecũdum repromiſſionem fidei de Abraham deſcendit ipſe etiã dei promiſſa conſequitur. Nã de genere Iſrael multi ſunt: ſed non omnes Iſrael appellantur. Iſrael namq; deum videndo nominatus eſt. Sic & ipſe Iacob dicit: Vidi dominum facie ad faciẽ: & ſalua facta eſt anima mea Ergo quia vidit deum: Iſrael appellat⁹ eſt. Qui vero non videt eum qui dixit: qui me videt: videt & patrem: Iſrael non poteſt dici. Nec quia ſemẽ ſunt Abrahę: omnes etiam filii ſunt. Hæc diſcretio iam tunc deſignabatur in Abraham cum ei multos filios habenti: quos apoſtolus filios carnis appellat: in ſolo Iſaac qui erat repromiſſionis filius: ſeminis ſui poſteritas poneretur. Et nunc ergo qui ſecundum Iſaac repromiſſionis filii ſunt: id eſt fidei illius per quam promiſſionem Abraham meruit futuræ hæreditatis accipere: ipſi tantum deputantur in ſemen: & ipſis hæreditatis ſucceſſio declaratur.

Promiſſionis enim verbum hoc eſt: Secũdũ hoc tempus veniam: & erit Sarræ filius. Nõ ſolum autem illa: ſed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri. Cum enim nondum nati fuiſſent: aut aliqd boni egiſſent: aut mali: vt ſecundum electionem propoſitum dei maneret: non ex operibus: ſed ex vocante: dictũ eſt ei. Quia maior ſeruiet minori. ſicut ſcriptũ eſt. Iacob dilexi: Eſau autem odio habui.

F ¶Propoſuit apoſtol⁹ perſequi: ꝙ licet repudiatus ſit populus Iſrael per infidelitatem: non tamen promiſſiones dei quæ erga eos habitæ fuerant: deciderunt & fruſtratę ſunt: docetq; ꝙ cũ multi filii fuerint Abrahę: in ſolo Iſaac facta eſt repromiſſio. Non enim (inquit) qui filii carnis ſunt: hi filii ſunt dei. Et contendit oſtendere: quomodo Iſaac non ſit filius carnis: ſed ſit filius dei: & redit ad ea quę de ipſo in Geneſi ſcripta ſunt. Promiſſionis (inquit) verbũ hoc eſt. Ad hoc tempus veniam: & erit Sarræ filius. Nõ ergo (inquit) per ordinem natiuitatis carnalis Iſaac naſcitur: quippe cum & Abraham emortuo iam corpore haberetur: & vulua Sarræ eſſet iam emortua (ſicut ſupradictum eſt) ſed per virtutem ei⁹ qui dixit: Ad hoc tempus veniam & erit Sarræ filius. Merito igitur non carnis: ſed filius dei dicitur: qui ex aduentu & ſermone naſcitur dei. Hæc ergo (inquit) ratio non ſolũ de Iſaac: ſed & de Iacob recipienda eſt. Nam & Rebecca (inquit) non ſolum ſecundũ carnalis natiuitatis ordinem protulit partum Cum em̃ ex vno concubitu Iſaac geminos concepiſſet: nondum partu editi: neq; vllis actibus puerorum boni malive inter homines habitis erga Iacob diuĩa habetur dilectio: & dicit̃ quia maior ſeruiet maiori: & Iacob dilexi: Eſau autẽ odio habui. Cur autẽ ita ſint, docet: Vt ſecundum electionem (inquit) propoſitum dei maneat: non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt. hoc eſt vt nõ qui filii carnis: ſed qui filii dei ſunt: ipſi deputentur in ſemẽ. Sicut enim ibi ex multis filiis carnis Iſaac eligitur a deo: qui adoptetur in filios dei: ita & hic ex duob⁹ minor eligitur Iacob: qui adoptetur in filios dei. & ſic verum ſit ꝙ promiſſiones dei non in filiis carnis: ſed in filiis dei cõſtet. Sed hæc omnia eo ſpectãt: vt illud probet apoſtolus: ꝙ ſi vel Iſaac vel Iacob pro his meritis electi fuiſſent ad ea quæ ĩ carne poſiti quæſierant: & per opera carnis iuſtificari meruiſſent: poſſet vtiq; meriti eorum gratia ad poſteritatem carnis quoq; & ſanguinis pertinere. Nunc vero cum electio eorũ non ex operibus facta ſit: ſed ex propoſito dei: ex vocantis arbitrio: promiſſionis gratia nõ in filiis carnis impletur: ſed in filiis dei: hoc eſt qui ſimiliter vt ipſi ex propoſito dei eligantur: & adoptentur in filios. Completur namq; etiam in his illud quod ſupra expoſuim⁹: quia quos pręſciuit illos & prędeſtinauit: & quos prędeſtinauit: illos & vocauit: & quos vocauit: illos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit: illos & glorificauit. Quæcũq; autem ex his ſermonibus ſupra expoſuimus: eadem etiam ad pręſentis loci diſpenſationem ſatis abundeq; ſufficiunt: ne iterato faſtidium legentibus generemus.

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Moyſi enim dicit. Miſerebor cui miſertus ſum: & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. Igitur non volentis neq; currentis: ſed miſerẽtis eſt dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te: vt oſtendam in te virtutem: & annuntietur nomen meum in vniuerſa terra. Ergo cuius vult miſeretur: & quem vult indurat. Dicitis itaq; mihi. Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtet?

G ¶Legentem hæc meminiſſe attentius conuenit ſimilitudinis illius: quã in ſuperioribus libris de apoſtolici ſermonis diſpẽſatione poſuimus: vt tanq̃ regię cuiuſdam domus quę multiplicibus ingreſſibus: egreſſibuſq; diſtincta:

& ex vno in aliud conclaue ita tranſeat: vt vix
ingredientis indicia: aut egredie͂tis appareant
ita etiã Paulũ diuinorum ſecreta paululũ qui
dem ſubaperiente͂ videri: nõ tamen plane aper
teq; pandente͂. Deniq; cũ pro his quæ ſuperius
dixerat de Iſaac & Iacob ꝙ per electione͂ & ex ꝓ
poſito dei anteq̃ aliquid operis boni malive geſ
ſiſſent deus dixerat: vel de illo, ad hoc tempus
veniam & erit Sarræ filius: vel de hoc: Iacob di
lexi: Eſau aute͂ odio habui: cum in pręſenti ca-
pitulo introduxiſſet aliquam perſonam: velut
contradicentem ſibi & quæſtionem mouente͂:
& diceret. Nunquid iniquitas eſt apud deum?
Sed non volentis neq; currentis: ſed miſericor-
diæ dei eſt. Et ſi Pharaone͂ ꝓpterea elegit: vt in
ipſo potentiã ſuæ virtutis oſtenderet: & ſi ipſe
cui vult miſeretur: & que͂ vult indurat: vt qd
de hoĩbus (inquit) quæritur? & cur qui peccat
culpatur: cum talis de vnoquoq; ipſius volun
tas habeatur? Hæc ergo & his ſimilia commo-
uenti: atq; in huius ſe myſterii cubiculum pro
teruius & importunius ingere͂ti: cum increpa
tione digniſſimæ exclamationis occurrit: & di
cit. O homo tu quis es qui contra reſpondeas
deo? Quaſi diceret. Tu quis es qui te in aulam
regis immergis: & interioris cubiculi auſus es
ſecreta penetrare? Idcirco igitur & nos in tali-
bus ſuſpenſo pede tanq̃ in aula regia poſiti pau
ca ſermone/plura ſilentio tranſeamus: ipſo no
bis Paulo apoſtolo magiſtro & duce huius iti-
neris facto. Igitur ex perſona contradicentis ſi
bi dicit apoſtolus. Nũquid iniquitas eſt apud
deum? & ſtatim in initiis reſpondit. Abſit. vt
ad omnia cætera quæ ex perſona contradicen-
tis obiicienda ſunt: ab apoſtolo ſemꝑ reſponde
A ri videatur: abſit. Iſte ergo qui contradicit vtit̃
& Moyſi verbis q̃bus dicit ad eũ dominꝰ. Miſe
rebor cui miſerebor: & miſericordiam præſta-
bo cui miſerebor. Quod ſi eſt (inquit) non er-
go volentis neq; curre͂tis ſalus: ſed eius cui mi
ſeretur. Nam Pharaoni (inquit) dicitur quia
ad hoc ipſum te ſuſcitaui: vt oſte͂dã in te virtu
tem meã: & vt annuntie͂ nomen meũ in vniuer
ſa terra. Vt ex hoc videatur oſtendi: quia ſi ad
hoc electus eſt Pharao: vt per eũ virtus dei ho-
minibus declaret̃: non fuit in eius poteſtate ꝙ
periit. & addidit poſt oĩa. Ergo ſi cui vult miſe
retur: & quem vult obdurat: hoc eſt (inquit)
quod aſſeueras: tu qui contradicis: q̃a ſine cau
ſa conqueritur & arguit hoĩes deus. Si em̃ ipſe
quem vult eligit: & quem vult abiicit: volũta-
ti illius quis reſiſtet: per quem oĩa? Illud ſine du
bio contradictio iſta molitur: ꝙ in hoĩe nõ ſit li
bertas arbitrii: nec habeat vnuſquiſq; poteſta-
tem ſui: vt ſaluetur aut pereat. De q̃bus pleni-
us quidem a nobis ĩ eode͂ libello vbi de arbitrii
libertate diſſeruimus: pro viribꝰ ſingula quęq;
diſcuſſa ſunt: quę ad inſtructionem ſatis ſupq;
ſufficiant. Paucis tame͂ etiam nunc de his: quę B
ibi dicta ſunt admonebimus. Quod dixit non
volentis neq; currentis: ſed miſerentis eſt dei:
ita accipitur ſicut Dauid dicit in pſalmo. Niſi
dñs ædificauerit domũ: inuanũ laborauerũt q̃
ædificant eã. Niſi dñs cuſtodierit ciuitate͂ fru
ſtra vigilat qui cuſtodit eam. In quo oſte͂dit nõ
ꝙ is qui domum ædificat nihil agat: & otioſus
ſit: & ita eam ædificet dominus: ſed ipſe quide͂
quãtum eſt in homine vim ſollicitudinis & la-
boris expe͂dat: ſic vt obſtaculis omnibꝰ amotis
opus perueniat ad perfectum. Cum ergo ꝑ hæc
doceat̃ ꝙ homo quide͂ labore͂ impendat & ſolli
citudine͂: deus aũt ſucceſſum operi tribuat: &
effectum: pium & religioſum eſt ideo & bonũ
quod in ſe eſt operis ſumma deo magis q̃ homi
ni putare. Sic & cum Paulus plãtabat: & Apol
lo rigabat: deus dare dicitur incrementum &
additur. Itaq; neq; qui plãtat: neq; qui rigat eſt
aliquid: ſed qui incrementum dat deus. Ita er-
go etiam in præſenti loco poſſumus dicere. Ita
q; neq; qui currit eſt aliquid: neq; qui vult: ſed
qui effectum dat deus. Qui enim vult: & q̃ cur
rit: hęc videntur eſſe: quod eſt ille qui plantat:
& eum qui rigat nihil dicit eſſe apoſtolus: non
ꝙ nihil agant: ſed ꝙ ad comparationem dei q̃
incrementum dat operi vel effectum: illi nihil
eſſe ducant̃. Sed & hoc qd̃ dicit̃ ad Pharaonem C
quia ad hoc ipſum te ſuſcitaui: vt oſtendam in
te virtutem meã: quale ſit videamus. Certũ eſt
deum non ſolum ſcire vniuſcuiuſq; ꝓpoſitũ ac
voluntate͂: ſed & pręſcire. Sciens aũt & pręno-
ſcens: tanq̃ bonus diſpenſator: et iuſtus: vniuſ
cuiuſq; motibus et ꝓpoſito vtitur ad ea opera
perficienda quæ vniuſcuiuſq; animus ac volũ
tas eligit. Velut ſi verbi gratia dicamꝰ: pater-
familias ſiq̃s ſit ſapiens et iuſtus et habe͂s mul
ta ſeruitia: nonne quãta fieri ſagacitate põt cõ
templabit̃: quoꝝ ex his animꝰ aptus ſit ad rus
colendum: et ipſos ruri deputabit? Cuius vero
ad negotiandũ: cuius etiam nutrie͂di pecoris:
cuius vero ad miniſteriũ: et obſeruãdi cubicu
li ſui aptum probat ingeniũ: et ita vnumque͂q;
competentibus officiis, vtpote ſapiens man-
cipabit? Verũ quoniã non latet eũ ſiue paterſa
milias: ſiue rex iſte ſit: ꝙ neceſſe ſit interdũ re-
bellare ſubiectos et diſciplinę iura corrumpere
et ob hoc correctioni ac verberibus indigere:
Neceſſe eſt ergo vt eligat ex omnibus apta ad
hoc ingenia: ſiqua illa ſunt atrocius incitata: q̃
ſuis quidem motibus ferantur: eme͂dationem
tame͂ delinque͂tibus neceſſariã conferãt. Pona

mus ergo vel patremfamilias iſtum:vel regem
vidiſſe tempus:quo emendari debuiſſent hi q̄
cōtra mores ac diſciplinam multa cōmiſerunt
& elegiſſe duriſſimum aliquē:& his ipſis qui
corripēdi ſunt multo duriorē:qui pro ſceleri-
bus ſuis iam non ſit dignus emendatione:ſed
morte. Volens ergo interitum eius ad emēda
tionem proficere cæterorum:mittēs eum ad il
los quos morte eius corrigi cupit:& dicit ei q̄a
ad hoc ipſum te ſuſcitaui vt oſtēdā in te virtu
tem meam:& vt annuntiem nomē meū in vni-
uerſa terra. Vide em̄ quia non dixit:q̄a ad hoc
ipſum te feci. Alioquin ad conditorem referri
videret̄ culpa:ſed ait ad hoc ipſum te ſuſcitaui
hoc eſt vt per animi tui malitiā quā tibi infru-
nite & ſine dei timore viuēdo queſiſti:& ī alios
irrogetur vtilis & fructuoſa correctio:& in te
ipſum ad poſteritatis exemplum famoſiſſimus
C cōferat̄ interitus. Qđ aūt dicit: Cui vult miſe
retur:& quē vult indurat:ex his quę in Exodo
ſcripta ſunt videtur aſſumere. Ibi enim dicit.
Indurabo cor Pharaonis vt ne dimittat popu
lum. Indurabat̄ cor Pharaonis hoc modo. No-
luit deus ſubitam:& plenam dare in eum vin-
dictam. Quis em̄ eſſent conſummatę malitię:
tamen per patientiam ſuam nec ipſi facultatē
conuerſionis excluſerat:& ideo primo leuiori-
bus:tum etiam paulatim ingraueſcentibus in
eū verberibus vtebat̄. Sed quod deus gerebat p̄
patentiam:ex hoc ille indurabat̄ ad cōtemptū
maiorem ſibi iram recondens:ita vt ad ipſum
dici cōueniat illud quod ſcribit apoſtolus. An
diuitias bonitatis & longanimitatis contem-
nis:ignorans quoniam patientia dei ad pœni-
tentiam te adducit? Secundū duritiā autē tuā
& cor impœnitēs theſaurizas tibi ipſi iram in
die iræ. Non ergo quem vult deus indurat:ſed
qui patiēter obtemperare noluerit:induratur.
Superfluum ergo eſt quod dicis tu qui apoſto-
lo aduerſaris. Quid ergo adhuc quæritur? Vo
luntati em̄ eius quis reſiſtit? Voluntati quidē
dei certum eſt ꝙ nullus obſiſtat:ſed voluntatē
eius iuſtam rectamq; eſſe ſcire nos conuenit.
Attende quid dicit. Vt boni enim aut mali ſi-
mus noſtræ voluntatis eſt. Malus autem ad cu
iuſmodi verbera:& bonus ad cuiuſmodi glo-
riam deſtinetur:voluntatis eſt dei.

O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Nū
quid dicit figmentum ei qui ſe finxit. Quid me
feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus lu
ti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in
honorem:aliud vero in contumeliam?

D ¶Legimus in euāgelio qui proterue & infideli
ter requirebant a dn̄o in qua poteſtate hęc face
ret quæ faciebat:& quis ei dediſſet hanc pote-
ſtatem:ne reſpōſione quidem dignos habitos.
Similiter quoq; & in præſenti loco motum vi-
demus apoſtolum aduerſum inſolētes queſtio
nes,per ea quæ reſpondet proponentis contu-
maciam confudiſſe. Ait enim. O homo tu quis
es q̄ contra reſpōdeas deo? Hoc eſt enim homo
apud deū quod apud figulū lutū. Et ſicut ſer-
uus neq̄ ſi forte videbitur domino fieri debere
aliquod opus:qđ & rationis & vtilitatis plenū
ſit:ille aūt operari nolens quæ dn̄s iubet:& diſ-
cutere incipiat:& requirere a domino vt quid
hoc opus fieri iubes? Cui prodeſt? Cui neceſſa-
rium eſt? Contumacis ergo quę erit tam digna
reſponſio:niſi vt dicatur ei. Tu quis es qui con
tra reſpōdeas dn̄o? Ita placet:ita dn̄o videtur.
Non puto autem ꝙ ſi fidelis ſeruus & prudens
interroget:volens intelligere:& admirans ſa-
pientiam dn̄i:ꝙ dicatur ei. Tu quis es? Deniq;
cum Daniel propheta voluntatem dn̄i deſyde
raſſet agnoſcere:vnde & vir deſyderioꝝ appel
latus eſt:non ei dictū:tu quis es:ſed miſſus eſt
angelus:q eū de omnibus diſpenſationibꝰ dei
& iudiciis edoceret:Et nos ergo ſi aliquid ſecre
ti dei & reconditi deſyderamꝰ agnoſcere:ſi de
ſyderiorum et non contemptionū viri ſumus:
occultius in diuinis literis inſerta dei iudicia
fideliter & humiliter requiramus. Propterea
nāq; & dominus dicebat. Scrutamini ſcriptu-
ras. Sciens hæc non ab his qui in aliis negotiis
occupati tranſitorie vel audiūt:vel legunt:ſed
his qui recto & ſimplici corde/iugi labore/con
tinuiſq; vigiliis altius ſcripturas diuinas ſcru
tantur aperiri,ex quibus me nō eſſe bene noui.
Siquis tn̄ ſit qui ita quærat īueniet. Verum &
nos pro viribus ad ea quæ habent̄ in manibus
cōuertamur. Nunqd dicit figulus ei (inquit) E
qui ſe finxit:& reliqua vſq; ad cōtumeliam. Et
apud Hieremiā ꝓphetā tale aliquid legimus:
vbi iubetur a deo introire in domū figuli & vi
dere eū fingentē:vtq; vas collapſum de mani-
bus ſuis/recolligēs rurſum finxit illud ſecūdū
voluntatem ſuam. Et factus eſt (inquit) ſermo
dn̄i ad eū dicens. Nunquid ego non poſſum fa
cere domū Iſrael ſicut figulus iſte? Et ſapientia
dicit. Vaſa figuli probat fornax:& hoīes iuſtos
tentatio. Habet ergo noſtri deus poteſtatem:ſi
cut & figulus luti:vt faciat ex maſſa eadem va
ſa ad honorē:& vaſa ad contumeliam. Tibi er-
go q̄ inſolēter reſpondes deo:hæc audiſſe ſuffi
ciat. Qui vero opera dei ſapienter in diſpenſa-
tionibus eius deſyderat cōtueri:audiat in alio
loco de his ipſis Paulum diuinorū ſecretorum
cōſcium diſputantem. In domo aūt magna nō
ſunt (inquit) tantūmodo vaſa aurea & argen
tea:ſed & lignea:et fictilia:et alia quidem ad

honorē: alia aūt ad contumeliam. Si ergo quis
emūdauerit ſemetipſum ab his erit vas ad ho-
norem ſanctificatum: & vtilis domio ad omne
opus bonum paratum. Audi Paulum in his: in
quibus non habuit proteruum contradictorē
quomodo vaſorum diuerſitates aperuit. Nam
ibi vbi auditor non erat dignus: ſed contradi-
ctor erat: ſola fictilia vaſa commemorat. Hic au
tem & aurea dicit eſſe: & argentea: & lignea: &
fictilia: & alia quidem eſſe ad honorem: alia ve-
ro ad contumeliam. Similiter & hic memora-
uit rationē quare alia ad honorem: alia vero ad
cōtumeliam fiant: ibi ſiluit: hic aperuit. Si eñ
A quis emūdauerit ſemetipſum (inquit) ab his
ſine dubio peccati ſordib⁹ erit ad honorem vas
ſanctificatum: & vtilis dño ad omne opus bo-
num paratum. Reſtat igitur vt qui ſe nō emū
dauerit: nec per pœnitentiam peccati maculā
abluerit: ſit vas ad contumeliam. Qđ et ſi auxe-
rit malitiam: & cōuerti per duritiā mentis: &
cor impœnitēs omnino contēpſerit: erit iā nō
ſolum vas contumeliæ: ſed & vas iræ. Ita ergo
rationē quam ibi indigne poſcentibus claudit
hic digne deſyderantibus pandit: per quā etiā
illud quod pauloante de Iacob & Eſau propo-
nit apertius explanatꝰ. Vt enim Iacob eſſet vas
ad honorē ſanctificatū: & vtilis dño ad omne
opus bonum paratum: anima ei⁹ emūdauerat
ſemetipſam: & videns deus puritatem eius: po
teſtatem eius habens ex eadem maſſa facere ali
ud vas ad honorem: aliud ad contumeliam: Ia
cob quidē qui (vt diximus) emundauit ſemet
ipſum: fecit vas ad honorē: Eſau vero cui⁹ ani
mam non ita puram nec ita ſimplicē vidit: ex
eadem maſſa fecit vas ad cōtumeliam. Vt aūt
ſcias ꝙ ꝓ puritate & ſimplicitate animæ Iacob
factus fuerit ad honorem vas: audi quale ei di-
uina ſcriptura ſimplicitatis teſtimonium per-
hibet. Et erat (inquit) Iacob homo ſimplex
habitans domum. Ideo ergo apoſtolus dicit de
eis. Quia priuſq̄ naſcerentꝰ dicitur de eis: Iacob
dilexi: Eſau autem odio habui.

Qđ ſi volens deus oſtendere iram: & notam
facere potentiam: ſuſtinet in multa patiētia va
ſa irę apta in interitum: vt oſtenderet diuitias
gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ: quæ prępara
uit in gloriam. Quos & vocauit non ſolum ex
Iudæis: ſed etiam ex gentibus: ſicut in Oſee di
cit: Vocabo non plebem meam plebem meam:
& non dilectam dilectam: & non miſericordiā
conſecutam: miſericordiam conſecutā: & erit
in loco vbi dictum eſt eis non plebs mea vos: ibi
vocabuntur filii dei viui.

B ¶Sæpe de incompoſitis elocutionibus apoſto
li defectibuſq; earū cōmonuimus: qđ & in præ
ſenti loco nihilominus inuenitꝰ. Non enim red-
ditur ad aliquid hoc qđ ait in principio capitu
li: ꝙ ſi volens deus: (verbi cauſa) vt & in aliis
ipſe dixit: ꝙ ſi primitiæ ſanctę & maſſæ: hic ni-
hil tale reddit: ſed quaſi vagam cōiunctionem
iſtam reliquit. Quæ etiā ſi non aſſumatꝰ: lucidi
or abſq; ea dabitur intellectus. Verbi cauſa: vt
ita legamus. Volens deus oſtēdere iram: & no
tam facere potentiam ſuam: ſuſtinet in multa
patientia vaſa iræ apta in perditionē: vt notas
faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericor-
diæ. In quo hoc videtur intelligi: quia dū ſuſti
net deus & patienter fert incredulos: & infide-
les: notam facit hoībus & patientiam: & poten
tiam ſuam. Patientiā: dum diu ſuſtinet: ſi forte
reſipiſcant: & cōuertantꝰ. Potentiā: dū aliquan
do punit: & flagitia non vſquequaq; inulta de
relinquit. Et rurſum in vaſis miſericordię: hoc
eſt qui ſemetipſos emundauerunt ab omni ſor
de peccati: ex qua mūdus nō eſt quiſq̄: etiam ſi
vnius diei fuerit vita eius ſuper terrā: notas fa
cit diuitias gloriæ ſuæ: quæ vaſa nō irrationa-
bili aliqua: aut fortuita gratia: ſed cū ea ſupra-
dictis ſordibus ſe expurgauerāt: pręparauit in
gloriam. Quod aūt ſubiungit: Quos & voca- C
uit: pro eo vt ſi dixiſſet: ſicut nos quos vocauit
non ſolum ex Iudæis: ſed etiam ex gentibus.
Superiora enim quaſi de Pharaone qui fuit vas
iræ: & de filiis Iſrael qui erant vaſa miſericor-
diæ ꝓſecutus videtur. Hic ergo quod ſubiun-
git: Quos et vocauit: nos non ſolum ex Iudæis
ſed etiā ex gentibus ſimilitudinē videtur aſſu
mere. Hoc eſt (vt ita dictum videatur) ſicut et
nos ſumus vaſa miſericordię quos vocauit: nō
ſolum ex Iudæis: ſed etiam ex gentibus. Hæc
quantum ad ipſius apoſtolici ſermonis ordinē
explanationemq; verborum pertinet/dicta ſint
nunc breuiter repetentes aliqua etiā de intelle
ctu interiore requiramus. Quomodo ergo de-
us notam faciet iram ſuam? Per vaſa (inqt) irę
aptata ad perditionē. Obſtupeſco ego intra me
metipſum ſancti ſpiritus cōſiliū in diuinis vo-
luminibus contuens. Nam iram quidē dei quę
eſt a natura eius extranea: notā fieri hominib⁹
dicit: ſicut præſens hic apoſtoli indicat locus.
Bonitatem vero eius/et dulcedinem: qđ natu
ræ eius eſt proprium: abſcondi memorat/et oc
cultari: ſicut Dauid dicit. Qđ magna multitu
do dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti
timentibus te. Quid ergo cauſę dicemus ꝙ de D
us iram manifeſtat hoib⁹: et dulcedinem celat?
Scit ſine dubio fragile eſſe hominum genus: et
ad lapſum procliue per negligentiā: quibus ex
pediat magis eſſe ſub metu iræ: q̄ ſpe benigni-
tatis dei et dulcedinis relaxari: ſicut et ſapien

tia dei dicit.Qui parcit baculo:odit filiũ ſuũ.
Si eñ percuſſerit eum virga:non morietur:ani
mam autem eius ſaluam faciet a morte. Notã
ergo facit potentiam ſuam deus: dum impios
caſtigat & corripit:vt ſecundũ ſcripturę ſentẽ
tiã dũ flagellat̃ peſtilẽs: innocens aſtutior fiat.
Notas autẽ facit diuitias etiã gloriæ ſuæ in va
ſis miſericordiæ quæ præparauit in gloriã. In
noteſcũt diuitię dei dum erga eos qui inter ho
mines ſpernunt̃ & humiles ſunt miſericordia
eius oſtendit̃:qui nõ in diuitiis ſuis nec in po
tentia:ſed in dño ſperant.Sicut tũc Hebræorũ
gens deſperata inter hoĩes:& abiecta a deo mi
ſericordiam cõſecuta eſt:ita & nunc populus
gẽtiũ qui ſpernebatur:& deſperabatur ab his:
qui in circunciſione gloriant̃:miſericordiã cõ
ſecutus eſt.Sed illud eſt qđ acrius debemus in
tendere:quia & illi conſecuti ſunt miſericor
diam: & plebs dei appellati ſunt:& dilecti dei
fuerunt.Sed quoniã obſeruare acceptã gratiã
neſcierũt,dicitur ad eos in quibus mœchabat̃
commemoratio Iſrael:Dimiſi eam:dedi ei libel
lum repudii in manus ſuas.& item alibi. Facti
eſtis mihi in ſatietatẽ:iam non dimittã ꝑccata
veſtra.& per Hieremiã dñs dicit.Sicut ſpelun
ca hienæ facta eſt mihi hæreditas mea.Ne for
te etiã nos qui nõ ſumus plebs dei:ſed per di
uitias gloriæ ſuæ vocauit nos plebẽ ſuã: & qa
non fuimus dilecti:ſed facti ſumus dilecti & fi
lii dei viui:ſi non vt filii dei & filii lucis ambu
lemus:ſi nõ,vt plebs dei, ita agamus:vt viden
tes hoĩes opera noſtra bona magnificent patrẽ
noſtrum qui in cœlis eſt:verendũ eſt ne illũ ſer
monẽ incurramus apoſtoli quo ait. Si enim de
us naturalibus ramis non pepercit:nec tibi par
cet.Teſtimonium ſane hoc qđ de Oſee aſſumit
apoſtolus:quantũ ad locũ ipſius ꝓphetæ perti
net:non videtur de gentibus:ſed de ipſo Iſrael
E dici.Sed vt in ſuperioribus diximus: ex ſimili
Paulus ſumit exemplum:vt oſtẽdat quia ſicut
illis quondam cũ abiecti eſſent & deſperati:di
ctum eſt primo:vos non populus meus:& ego
non ſum veſter deus:& addidit poſt hęc:& erit
in loco in quo dictũ eſt non mea plebs vos: vo
cabuntur & ipſi filii dei viui:ita(ĩquit) & nos
quos vocauit:non ſolum ex Iudæis:ſed etiã ex
gentibus: q ante nõ eramus plebs eius:nũc ple
bẽ ſuã vocauit:& nõ dilectã,dilectã: & in loco
vbi dictũ eſt nobis: nõ plebs mea vos:ibi voca
bimur filii dei viui.Sed fortaſſis requirãt a no
bis hi qui ex circunciſione ſunt:& dicant. Vbi
enim dictum eſt ad vos:quia nõ ſitis plebs dei
vos:vt ibi vocemini filii dei viui:aſſerent enim
ꝙ deus hæc in Iudæa locutus eſt: in ipſa enim
tantũmodo notus eſt deus:& nihil hęc ad nos
ſpectent:quia lex ad eos qui in lege ſunt loqui
tur.Immo ego oſtendam locum multo dignio
rem vbi deum loqui & decuit & poſſibile fuit.
Neq; eñ conſequenter deus loqui in montibꝰ:
& rupibus:& quibuſcunq; terrenis locis dicit̃:
ſed in mente hoĩs loquitur deus:in ſenſu ratio
nabili:& in principali cordis. Et vbi cum alie
ni & indigni a deo actus cõſcientia redarguẽte
culpant̃:ibi inquã pronuntiat̃: ibi dicitur ad
ſingulos quoſq;:quia nõ plebs mea vos. Si ve
ro emũdet ſe quis ab his & purificet: & pax dei
quæ exuperat omnem mentem cor eius inci
piat cuſtodire:ibi hoc eſt in cordis ſecreto paci
ficus effectus filius dei conſcientia aſtipulante
vocabitur.

Eſaias autem clamat pro Iſrael. Si fuerit nu
merus filiorum Iſrael tanq̃ arena maris: reli
quiæ ſaluæ fient.verbum enim conſummãs &
abbreuians in æquitate.

¶Poſt ea quæ per dei ſapientiã loquitur Paulꝰ F
inter perfectos ſecreta:& abſcõdita diuinæ diſ
penſationis: expoſuit & oſtendit qua ratione
quoue ordine vel iram deus oſtendat in vaſis
iræ: vel diuitias gloriæ ſuæ in vaſis miſericor
dię.Et docuit ꝙ vas irę fiat vnuſquiſq; ex eo ꝙ
per duritiã ſuã & cor impœnitens theſaurizat
ſibi iram. Vaſa aũt miſericordiæ ſunt hi qui ſe
emundauerũt ab his:& ad omne opus bonum
præparauerũt.Nũc(vt hęc ipſa maiore autho
ritate cõfirmet)etiã in ꝓphetis docet hæc eſſe
ſcripta.Eſaias(inquit)clamat pro Iſrael.Si fue
rit numerus filiorum Iſrael tanq̃ arena maris
reliquiæ ſaluæ fient. Prouidens etenim de fu
turis ꝓpheta videbat ꝙ plurimi ex Iſrael: & hi
maxime q arenæ maris cõparant̃ per duritiam
ſuam:& cor impœnitens futuri erant vaſa iræ
aptata ad perditionẽ nõ credẽtes vitæ ſuæ:ſed
dominũ maieſtatis crucifigentes.Si ergo(in
quit)fuerint tanq̃ arena maris: reliquiæ ſaluę
fient. Illi qui non ſaluantur tanq̃ arena maris
ſunt.Reliquiæ vero quæ ſaluę fient tanq̃ ſtel
læ cœli ſunt. Vtraſq; eñ promiſſiones quæ ad
Abraham factæ ſunt continet ſermo.Erit(in
quit)ſememtuũ ſicut arena maris: et ſicut ſtel
lę cœli.et hoc eſt quod dicit. Verbum enim cõ
ſummans et abbreuians in ęquitate.

Quia verbum breuiatum faciet dominus
ſuper terram.

¶Verbum breuiatum:vbi multi vocati ſunt G
pauci autẽ electi.Poſſumus autẽ et totius do
ctrinæ verbũ dicere breuiatũ: vt qđ prius lex
et prophetę continebant in latitudine præce
ptorũ: veniẽs dñs pronuntiaret:et diceret.Di
liges dominum deum tuũ ex toto corde tuo:
ex totis viribus tuis: et ex tota anima tua :et

proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis pendet omis lex & prophetæ. In quo euidenter prophetas & legem duobus his ſermonib⁹ breuiauit. Poteſt verbum breuiatum dici fides ſymboli quæ credentibus traditur: in qua totius myſterii ſumma paucis nexa ſermonibus continetur.

Et ſicut prædixit Eſaias. Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ: ſicut Sodoma facti eſſemus: & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſem⁹.

A ¶Quod ſemẽ Eſaias a dño dicit derelictum? Illud ſine dubio quod idem apoſtolus exponit in aliis cum dicit ad Abrahã dictũ eſſe. Tibi dabo terrã hanc: & ſemini tuo. Non dixit & ſeminibus: quaſi in multis: ſed ſemini tuo: tãꝗ in vno quod eſt Chriſtus. Non ergo eſt aliud quod dicit Eſaias. Niſi dñs reliquiſſet nobis ſemẽ: id eſt niſi dediſſet nobis Chriſtũ: vt ex nobis naſceretur: ſicut Sodoma fuiſſemus: quantum ad impietatis magnitudinẽ ſpectat: niſi quia & grauiſſimũ aliquid apud Iſraelitas geſtũ eſt. Nam Sodomitæ in hoſpites inceſti referunt̃ & impudici. Populus vero Iſrael in eum ſacrilegus extitit: qui cum domin⁹ maieſtatis ſit: pater eorũ & dici voluit & eſſe. Niſi ergo ſemen iſtud dominus reliquiſſet: per qd̃ reliquiæ ſaluæ fierẽt & vaſa miſericordiæ ſaluarentur: interiſſet populus ille vt Sodoma. Et tamẽ nõ otioſe Eſaias ſemen noĩauit qd̃ relictũ eſt. Semen nãqꝫ dicit̃ qd̃ ſeminat̃ in terra: & fructũ multiplicem reddit: docens per hæc etiã Chriſtũ ſeminandũ eẽ id eſt ſepeliendũ in terra: & inde reſurgẽtẽ fructũ plurimũ totius eccleſię multitudinis prolaturũ: ſicut & ipſe dominus dicit. Niſi granum frumenti in terram ceciderit: & mortuum fuerit: fructum non affert: ſi autem mortuum fuerit: fructum plurimum affert.

Quid ergo dicemus ꝙ gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam: apprehenderunt iuſtitiã: iuſtitia autem quæ ex fide eſt.

¶Videatur fortaſſis hoc cõtrariũ eſſe illis de q
B bus ſupradiximus: vel ꝙ vnuſquiſqꝫ emundet ſe & expurget: vt fiat vas vtile: & vas miſericordiæ: vel illis quæ in ſuperioribus diſſeruimus: ꝙ naturali lege: in qua ſine dubio eſt: & iuſtitia vtantur etiam gentes. Quomodo ergo hic dicit gentes quæ non ſectabant̃ iuſtitiam: cõprehendiſſe iuſtitiã? Vide ergo ſi hoc modo poſſumus reſpõdere: aliud ſectari: aliud inſectari habere. Sectari dicitur ille qui per doctrinam/& lectionem multam aſſequi aliquid cupit. Vnde & a ſectando ſectæ appellatæ ſunt huiuſmodi doctrinæ quæ hominũ traditione diſcũtur. Gẽtes vero quia legem tabulis vel libris ſic ſcriptam nõ habuerunt: nõ dicunt̃ ſectatæ eſſe iuſtitiam. Habuerunt tamẽ inſita: quæ lex eos naturalis edocuit. Idcirco ergo proximi fuerunt iuſtitiæ ei quæ ex fide eſt: id eſt Chriſto.

Iſrael vero ſectando legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit.

¶Et hic locus ſicut ſupra obſeruãd⁹. Dixim⁹ C
ẽm in vno eodemqꝫ verſiculo diuerſe noĩari leges. Certum eſt ẽm ꝙ Iſrael ſectabat̃ legem iuſtitiæ ſecundũ literam: ſed in legẽ nõ ꝑuenit. Quam legem? Sine dubio ſpiritus. Neqꝫ enim hoc diceret apoſtolus: quia legem quam ſectabatur: & quam tenebat: & quã habebat: in hãc non ꝑuenerit. Reddit ergo rationem: cur in legem Iſrael non potuerit ꝑuenire.

Quare? Quia nõ ex fide: ſed quaſi ex opib⁹.

¶De fide Chriſti & operibus legis abunde in D
initiis huius epiſtolæ diſſeruimus: & ideo ne eadem ſæpius iteremus: pręſentem locum paucis ipſius apoſtoli ſermonibus explicemus: quibus dicit. Ignorantes enim dei iuſtitiam & ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitię dei non ſunt ſubiecti: finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Quia ergo legem ſectabantur: non ſecundum opera iuſtitiæ dei: ſed ſecundũ opera ſuæ iuſtitiæ. Idcirco

Offenderunt enim in lapidem offenſionis: ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in Sion lapidem offenſionis & petram ſcãdali: & omnis qui crediderit in eum non confundetur.

¶Sciendũ aũt eſt: ꝙ in Eſaia propheta hoc teſti E
moniũ ita ſcriptum ſit. Ecce ego mittam ĩ fundamẽta Sion lapidẽ pretioſum electum: angularẽ: præclarũ in fundamẽta eius: & qui crediderit in eum nõ erubeſcet: apoſtolũ aũt lapidẽ offenſionis & petrã ſcandali de alio loco ipſius Eſaiæ prophetæ huic teſtimonio inſeruiſſe: in quo ita ſcriptum eſt: & nõ tanꝗ lapidi offenſionis occurretis ei: neqꝫ vt lapidi ruinę: & ex vtroqꝫ loco excerpentẽ quæ aſſertionibus cõmoda videbantur aptaſſe. Verũtamen dñs Ieſus quẽ plurimis: ſed ſalutaribus & bonis noĩbus compellari inuenimus: mirũ fortaſſe videat̃ cur in hoc loco quẽ de Eſaia ꝓpheta ſumpſit apoſtol⁹ lapis offenſionis & petra ſcãdali noĩetur: cum vtiqꝫ bono dño & pr̃is bono filio quęcũqꝫ ſalutaria vident̃ aptanda ſint: vt pax: iuſtitia: & veritas: & oſtiũ quo intrat̃ ad patrẽ: & paſtor: & leo de tribu Iuda: vel catulus leonis q excitat̃ a ſomno: vel ſc̃ificatio: vel redẽptio: & cætera huiuſmodi ꝗ dignationi eius cõuenire videantur. Sed vide ſi poſſum⁹ etiã lapidẽ offenſionis & petrã ſcandali oſtẽdere: quatin⁹ ei cõpetenter poſſit aptari. Offenſio et ſcandalũ vnũ prope atqꝫ idem ſignificãt. Scandalũ etẽm dicit̃ cũ in via obiex aliquis inuenit̃: qui greſſum ince-

dentis vel ſcandentis impediat. Inde ergo ſcandalum tractum eſt. Quia igitur hi qui erant in Sion vias nõ bonas incedentes: iter perditionis concito pede currebant: malis ſuis fauentes inuicem: ſicut propheta dicit: quia laudatur peccator vſq; benedicetur. Veniens ergo domin⁹ & ſaluator noſter arguere cœpit vias eorum: & dicere. Væh vobis ſcribæ & phariſſæi. Et iterum. Væh vobis diuitibus. & iterum. Vęh tibi Hieruſalem: quæ occidis prophetas: & lapidas miſſos ad te. Sed & multa his ſimilia dicens & arguens eos impedire cœpit vias perditionis eorum: & effectus eſt eis lapis offenſiõis & petra ſcandali non ſinens eos ingredi viam latam quæ ducit ad mortem. Sic deniq; & in Oſee propheta ſcriptum eſt de his qui peccati iter incedunt. Propter hoc (inquit) ecce ego ſepiam viam eius ſpinis: & obſtruã viam eius: & ſemitam ſuam non inueniet. Ponamus ergo iterum ſi videtur ĩ medio ipſum Paulum: qui acceptis quondam epiſtolis a ſacerdotibus Damaſcum pergebat: vt omnes viros ac mulieres Chriſto credẽtes vinctos perduceret Hieruſalem. Cum autem ageret iſtud iter peccati: occurrit ei dominus Ieſus in via: & ad tempus eũ cęcitate percuſſit: & factus eſt illi quantum ad ipſum propoſitum ſpectat quo illuc pergebat lapis offenſionis & petra ſcandali: vt illud iter peccati: quod tenebat: explere non poſſet. Sed conuerſus credidit ei qui viam ſuam excluſerat: & quibuſdam ſentibus comminationis obſtruxerat: & credens in eum non erubeſcet.

Incipit Liber Octauus. Caput. X.

E Ratres voluntas quidẽ cordis mei: & obſecratio apud deum fit pro illis in ſalutẽ. Et reliqua vſq; Nõ ſũt ſubiecti. ℂ Et ex initio & præcedente textu epiſtolæ diximus Paulum nunc pro gentibus: nunc etiam pro Iſrael facere ſermonem. Quia ergo in his quę nuper expoſita ſunt multis teſtimoniis aduerſum Iſrael vſus eſt prophetarum: ita vt proferret de Eſaia: niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen ſicut Sodoma facti eſſemus: & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. & iterum. Si fuerit numerus filiorũ Iſrael tanq̃ arena maris: reliquiæ ſaluæ fient: Et hic addit quia Iſrael ſectans legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit. Propterea nũc conſolari rurſus populum ſuum volens: & per hoc inuitare ad fidem: dicit. Fratres volũtas quidem cordis mei & obſecratio apud deum fit ꝓ illis ad ſalutem: & cauſam cur voluntas ſua: & obſecratio pro illis habeatur oſtendit dicens.

Teſtimoniũ perhibeo illis ꝙ æmulationem quidẽ dei habeant: ſed non ſecundũ ſcientiam. ℂ Quis (inquit) tot & tantis inuoluti ſunt peccatorum ſuorum malis: tamen ineffabilis zelus & æmulatio dei / hæc me commouit cauſa: vt obſecratio fieret pro ipſis ad deum: vt vel in fine aliquando perueniant ad ſalutem. Habent enim zelum dei: ſed non ſecundum ſcientiam. Et probat quomodo non ſecundũ ſcientia m zelum dei habent dicens.

Ignorantes enim dei iuſtitiam: & ſuam quęrentes ſtatuere: iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. ℂ Nõ multũ ergo prodeſt habere zelum dei: & non habere ſcientiã dei. Deniq; Iudęi putantes zelum ſe dei habere ſacrilegi extiterunt in filiũ dei: quia nõ ſecundũ ſciẽtiam zelati ſunt: ſicut Phinees filius Eleazari: qui ſecũdũ ſcientiã zelatus ĩteremit Madianitidem pariter & Iſraelitam fornicantẽ cũ ea: & ſicut Helias qui dixit: Zelans zelatus ſum oĩpotẽti deo Iſrael q̃a dereliquerunt pactũ dñi filii Iſrael. Prophetas tuos occiderũt: et altaria tua ſubuerterunt. Et ſicut Mathathias: de quo in primo libro Machabæorũ ſcriptũ eſt: q̃a zelatus eſt in lege dei: et intremuerunt renes eius: et accẽdit furor eius ſecũdum iudiciũ. Horũ omniũ zelus et æmulatio ſecundũ ſcientiã fuit. Iudæorũ vero zelus non erat ſecundũ ſcientiã: Idcirco quia ignorantes dei iuſtitiã ꝓpriã conabant̃: id eſt quæ hominibus iuſtitia videbat̃: implere: cũ vtiq; ipſos magis iuſtitiæ dei qui eſt Chriſtus cõuenit obedire. Sed vide nunc ne forte nõ illis ſolis dici ſermo iſte videatur: qui zelum dei habent: ſed nõ ſecundũ ſcientiã. Similiter enim poteſt dicere apoſtolus et de aliis: quia teſtimonium ꝑhibeo eis: ꝙ timorẽ dei habeant: ſed nõ ſecundũ ſcientiam: et de aliis qui charitatem dei habent: ſed non ſecundũ ſcientiã. Si em̃ habeat quis affectum erga deum: ignorat aũt quia charitas patiẽs eſt: debet eſſe benigna: non inuidẽs: nõ perperã agẽs: nõ inflata: nõ ambitioſa: nõ quęrens quæ ſua ſunt. Hæc et his ſimilia ſi in charitate non habeat: ſed in ſolo affectu diligat deũ: cõpetenter et ad ipſum dicetur: q̃a charitatẽ dei habet: ſed non ſecundũ ſcientiã. Similiter aũt dici põt et de alio: q̃a fidẽ dei habet: ſed non ſecũdũ ſcientiã: ſi ignoret q̃a fides ſine operib⁹ mortua eſt: et q̃a fides dei nõ in ſolis verbis eſt: quæ interdũ ab alio cõpoſita vel ſcripta diſcuntur: ſed in affectu mentis. Talẽ quondã habuit illa quæ dixit: ſi tetigero fimbriã veſtimẽti ei⁹ ſalua ero. Siq̃s ergo nõ ita habeat fidẽ vt ex actibus ſuis bonis cui credit oſtendat: põt et ad ipſum dici q̃a fidẽ dei habet: ſed nõ ſecundũ ſciẽtiam. Poteſt et de alio dici q̃a charitatẽ dei ha-

bet ſed nõ ſecundũ ſcientiã. Quippe ſi ab ho-
minibꝰ laudari vult. Et alius abſtinens dici po
teſt: ſed nõ ſecundũ ſcientiam: ſi ꝓpterea ieiu
nat vt hoĩbus placeat. & ſic ꝑ ſingula quæ-
qꝫ quæ gerimus: niſi ſciẽtiã & intellectum ge-
ramus: poteſt ad nos dici: quia habemus zelũ
boni operis: ſed nõ ſecundũ ſcientiam: & ideo
danda eſt p̃cipue opera ſciẽtiæ: ne res nobis in
feliciter accidat: vt in fide poſiti fruſtremur a
fide: zelum habentes bonoꝝ decidamus a bo-
nis. Vis aũt ſcire qͣ poteſt qui ſcientiã nõ ha-
bet euaneſcere in fide? Audi ipſum Paulũ qui
buſdã dicentẽ: Niſi ſine cauſa crediſtis. Acci
dit ergo ſine cauſa crediđiſſe: his qui ſcientiæ
operam nõ dant: vt in eo qđ crediderũt etiam
A intellectũ veritatis accipiãt. Deniqꝫ & apoſto
li hanc eſſe differentiã fidei ſimpliciter tradi-
tæ: & fidei quę eſt ſecundũ ſcientiã ꝑuiden-
tes: dicebant ad ſaluatorẽ. Auge nobis fidem:
hoc eſt: vt habẽtes eam fidem quæ nõ eſt ſecũ-
dum ſcientiã: habeamus eam quę eſt ſecundũ
ſciẽtiã. Intantum iudęis teſtimoniũ perhibet
Paulus ꝙ æmulationẽ dei habeant: licet non
ſecundũ ſciẽtiã: tamen qͣ vtcũqꝫ habẽt æmu-
lationẽ dei: cauſam dederũt apoſtolo qua obſe
crationẽ ꝓ illis offerret deo. Melius eñ eſt ha
bere zelum dei: licet nõ ſecundũ ſcientiam: q̃
penitus nõ habere. Qui enim habet ſicut ſcri
ptum eſt dabitur ei vel in nouiſſimis cũ om̃is
Iſrael ſaluus fiet. Qui aũt nõ habet: etiam qđ
habet auferetur ab eo.

Finis eñ legis Chriſtus ad iuſtitiã om̃i cre
denti. Moyſes eñ ſcribit: quia iuſtitiã: quæ ex
lege eſt qui fecerit homo viuet in ea. Quæ au
tẽ ex fide ẽ iuſtitia: ſic dicit. Ne dixeris in cor
de tuo. Quis aſcẽdet in cælũ? id eſt Chriſtum
deducere. Aut qs deſcendet in abyſſum? hoc
eſt Chriſtum a mortuis reuocare. Sed quid di
cit ſcriptura.

B ¶ Finis eñ legis Chriſtus: hoc eſt ꝑfectio le-
gis & iuſtitia Chriſtꝰ eſt: ſed credẽtibus. Non
credẽtes vero qui nõ habẽt Chriſtũ: ꝑfectio-
nem nõ habẽt legis: & idcirco: nec ad iuſtitiã
poterũt peruenire. Moyſes eñ ſcribit: qͣ iu-
ſtitia quę ex lege eſt: qui fecerit homo viuet in
ea. Quæ aũt ex fide eſt iuſtitia: ſic dicit. Iam &
in ſupioribus apoſtolus duarũ iuſtitiarũ fece-
rat mentionẽ vbi dicit: quia ignorans dei iu-
ſtitiã: ſuã iuſtitiã ſtatuere quærebat Iſrael: &
hic nunc duas iterũ iuſtitias dicit: vnam quæ
ex lege eſt: & aliam quę ex fide eſt. Sed mihi vi
detur illam quã ſupiꝰ dixit ignorari ab Iſrael
dei iuſtitiã: ipſa ſit iuſtitia hęc quę ex fide eſt.
Illa vero de qua dicit ſuã iuſtitiã volentes ſta
tuere: ipſa ſit de qua & hic Moyſi verbis inſi-
nuat: quia iuſtitiam quæ ex lege eſt: ꝗ fecerit
homo viuet in ea. Sed vide iuſtitiarũ differen
tiam: pariter & vitarũ. Illa eñ iuſtitia dei: id ẽ
Chriſtus ꝗ factus ẽ nobis iuſtitia a deo: & pax:
vide quomodo dicit. Hæc eſt autem vita ęter
na: vt cognoſcãt te ſolum verũ deũ & quẽ mi
ſiſti Ieſum Chriſtũ. Hæc ergo iuſtitia nõ tan-
tum vitam p̃bet: ſed ęternam vitã. Illa vero le
gis iuſtitia ꝗ fecerit homo non dixit in ęternũ
ſed tantummodo viuet in ea: ꝙ finis legis (vt
apl'us dicit) Chriſtus eſt: nec ipſa q̃ ex lege eſt
iuſtitia ſine Chriſto adimpleri poterit ꝗ finẽ
legis nõ ſuſcipit Chriſtũ. Hęc ergo quæ ex fi-
de eſt iuſtitia: qđ eſt Chriſtus: tanq̃ viuens &
ſubſiſtẽs hęc (inquit) dicit. Ne dixeris in cor-
de tuo qs aſcẽdit in cęlũ? hoc eſt Chriſtũ dedu
cere: aut qs deſcẽdit ĩ abyſſum? hoc ẽ Chriſtũ
a mortuis reuocare. Nec mireris ꝙ cũ Chriſtꝰ
ipſe ſit iuſtitia: quaſi de alio ita de ſe hęc dice-
re videat̃. In multis eñ locis inuenies ſaluato
rem quaſi de alio ita de ſe loq: vt in euangelio
dicit: & ſtatuet oues a dextris hœdos autem
a ſiniſtris: & dicet his qui a dextris ſunt: & ite
rum ꝗ a ſiniſtris ſunt ea quę ſcripta ſunt. Qđ C
ergo ait: ne dixeris in corde tuo: qs aſcẽdit in
cælũ: aut quis deſcendit in abyſſum: exceptis
his quę media interſerit: hoc eſt Chriſtum de
ducere: vel a mortuis reducere: ſi ꝓpe eſt ver-
bum in ore tuo & in corde tuo ex Deuterono
mio videt̃ aſſumptũ: vbi hoc modo ſcriptum
eſt. Mandatũ hoc qđ ego mãdo tibi hodie nõ
eſt ſuperexaltatũ a te: neqꝫ longe a te. Non eſt
in cælo vt dicas. Quis aſcẽdet nobis in cęlum
& accipiet nobis illud: vt audiẽtes faciamꝰ il-
lud? Neqꝫ trãſmare eſt vt dicamꝰ. Quis trãſi-
bit nobis trãs mare: & accipiet illud: vt audiẽ
tes faciamus illud? Iuxta te eſt verbũ valde in
ore tuo: & in corde tuo: & in manibus tuis vt
facias illud. Cũ ergo hęc a Deuteronomio aſ-
ſumpta ſint: & apl'us ſcribat: quia iuſtitia quę
ex fide eſt ipſa hęc dicit: quę eſt Chriſtus: ordi
ne pio quæ in Deuteronomio dicuntur apo-
ſtolus a Chriſto dicta eſſe pronuntiat. Ipſe eſt
ergo ꝗ dixit. Mandatum hoc quod ego do vo
bis hodie nõ eſt ſuperexaltatum neqꝫ longe: &
cætera quæ ſequunt̃. Quid ergo eſt qđ ꝑ hoc
apoſtolus docet? ne. ſ. dicamus in corde noſtro
& putemus ꝙ Chriſtus in alio loco continet̃:
& nõ vbiqꝫ eſt ac ꝑ oĩa ipſe diffunditur: qͥp-
pe qui cum eſſet in terris: dicebat quia eſſet &
in cælo. Sic eñ loquebatur ad apl'os ſuos. Ne
mo aſcendit in cælũ: niſi qui deſcendit de cæ-
lo filius hominis qui eſt in cęlo. Non dixit qui
fuit: ſed qui eſt in cęlo. Et rurſum ne putemus
eum eſſe in cælo tantũmodo: vacare autẽ eius

preſentia abyſſum: ideo iuſtitia quę ex fide eſt dicit. Ne dixeris in corde tuo quis aſcendit in cælum? & quaſi hoc ſimile ſit dicenti Chriſtũ deducere de cælo: ita addidit apoſtolus: hoc ẽ Chriſtum deducere. Et rurſum ſiqs mente & cogitatione deſcẽdat in abyſſum: putãs ibi tãtũ cõtineri Chriſtũ: quaſi ſimile ſit Chriſtum reuocare a mortuis: ita ſubiũgit: hoc eſt reducere Chriſtum a mortuis. Sed ita (inqt) debes ſentire de Chriſto tanq̃ de verbo: & veritate: & ſapiẽtia: & iuſtitia dei. Hęc aũt oĩa nõ in loco q̃rũt: ſed vbiq; adſunt. Neq; ab iferni locis euocantur: ſed mente ſola intellectuq; capiuntur. Tanq̃ verbum ergo & ſapientia.

Prope eſt verbũ in ore tuo & in corde tuo: & hoc eſt verbũ fidei: qđ p̄dicamus: quia ſi confitearis in ore tuo dominũ Ieſum: & credideris in corde tuo: ꝙ deꝰ ſuſcitauit eum a mortuis ſaluus eris. Corde em̃ credit̃ ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

D ¶Debemus etiã hoc ſcire ꝙ aliud eſt poſſibilitatẽ eſſe in aliquo: aliud efficaciã vel efficiẽtiã qđ gręci endelechiã & energiã vocant. Verbi cauſa. Paruulus nuper natus poſſibilitate rationabilis homo eſt. Poteſt em̃ eſſe rationabilis ſi adoleuerit: & poſſibilitate etiam faber & gubernator & grãmaticus dr̃. Poſſibile em̃ eſt vt hoꝝ aliqd ſit. Efficacia vero: vel efficientia hoc eſt vt re ipſa: atq; effectu: nihil eoꝝ eſt dũ eſt paruulus. Sed ſi cœperit vel ratiõis iam capax eẽ: vel aliqd fabri: vel artis: aut cuiuſlibet alterius efficere: tunc iam efficacia rationabilis dicit̃: vel faber: vel ſi qd aliud eſt: qđ effectu operis agit. Hoc ergo modo etiam Chriſtus q eſt verbũ dei poſſibilitate qdẽ iuxta nos: hoc eſt iuxta omnẽ hominem eẽ credendus eſt tãq̃ ratio paruulis. Efficacia vero in me eſſe dicitur cum in ore meo confeſſus fuero dominũ Ieſum: & in corde meo credidero ꝙ deꝰ illum ſuſcitauit a mortuis. Vis aũt ſcire quia adeſt vbiq;: & medius eſt etiam eorum qui ignorãt eum: & nõ confitent̃? Audi quomodo Ioannes baptiſta de eo hæc ipſa teſtatur. Mediꝰ veſtrũ ſtat quem vos neſcitis: q poſt me venit. Eſt ergo medius etiam inter eos qui eum neſciunt: ſed poſſibilitate eius medius eſt non efficacia. Poſſunt enim eũ capere: ſed nondum capiunt Efficacia vero vel efficiẽtia eſt inter illos medius quibus dicebat. Vbicũq; fuerint congregati duo: vel tres in noĩe meo in medio eorũ ſum. Iſti em̃ confitebantur in ore ſuo dominũ Ieſum: & credebant in corde ſuo ꝙ deus illum ſuſcitauit a mortuis. Alioquin abſurdum: ſi & inter eos qui in nomine eius congregãtur: medius eẽ dicitur: & inter eos qui eum neſciunt: niſi huiuſmodi differentia teneatur: ꝙ inter ignorantes: & nondum credentes poſſibilitate medius dicitur: inter credentes vero efficacia: id eſt rei ipſius & operis effectu. Verũ & illud obſerua quod ait. Quia ſi cõfitearis in ore tuo dominum Ieſum: & credideris in corde tuo: ꝙ deus ſuſcitauit illum a mortuis: ſaluus eris. Videbitur em̃ quibuſdã per hæc qa etiã ſi deſint alicui boni operis priuilegia: etiã ſi virtutibus operam non dederit: hoc ipſo tamen ꝙ credidit: non pereat ſed ſaluetur: & habeat ſalutem etiam ſi beatitudinis gloriã habere non potuerit. Sed vide ne magis illud intelligi debeat: ꝙ qui vero & non falſo confitet̃ ore dominum Ieſum: & corde credidit: pariter cõfiteatur ſe dominatui ſubiectũ eſſe ſapiẽtię / & iuſtitię / & veritatis / & omnibus q̃ Chriſtus eſt: nec ſibi vltra eſſe dominũ mãmonam id eſt neq; auaritiã ſibi vltra: neq; iniuſtitiam neq; impudicitiam: neq; mendaciũ dominari. Semel em̃ dominũ Ieſum Chriſtum confeſſus nulli horũ ſe ſeruire profitet̃. Sed & credẽs in corde ſuo ꝙ deus eũ ſuſcitauit a mortuis: certum eſt quia ſuſcitauit eum ad iuſtificationẽ ſui. Alioquin quid proderit ſcire me: & credere ꝙ Ieſum ſuſcitauit deus a mortuis: ſi in me ipſo nõ habeam eum ſuſcitatũ? Ergo ſi non in nouitate vitę ambulo: & vetuſtatis peccãdi cõſuetudinẽ fugio: nondũ mihi Chriſtus ſurrexit a mortuis. Ad hunc aũt ſenſum etiã ea cõueniunt: quę ſequuntur: quando ait.

Dicit em̃ ſcriptura: quia oĩs qui credit in eum non confundetur.

¶Hoc aũt apud Eſaiam ſcriptũ eſt. Qꝫ ſi omnis qui credit in eum non erubeſcit: erubeſcit autem oĩs qui peccat: ſicut Adam peccauit: & erubuit: & abſcõdit ſe: qui adhuc ruborẽ peccati incurrit: credere non videtur.

Non em̃ eſt diſtinctio Iudęi & gręci. Idem em̃ ipſe dñs omniũ diues in oẽs qui inuocant eum. Omnis em̃ quicunq; inuocauerit nomẽ domini ſaluus erit.

¶Quomodo nõ ſit diſtinctio in fide iudæi & E græci ſupra iam frequenter oſtendimus. Qꝫ autem idem ſit dominus omniũ ſecundũ hæc accipies quæ nuper edidimus: hoc eſt ſi iuſtitia nobis & veritas & ſanctificatio: & ſapiẽtia qđ totum eſt Chriſtus dñs: dominetur. Hæc ſunt eius diuitiæ: vtpote in quo theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi. Quas tamen diuitias nõ dixit largiri eũ omnibus hominibus: ſed omnibus quicũq; inuocauerint nomen eius. Sed & in hoc ſimilis videtur quęſtio vt in prioribus oboriri. Neq; enim omnes quicunq; inuocauerint nomen eius ſalui eſſe

poſſunt:etiã ſi non egerint opera inuocati no
minis digna:maxime cũ & ſapiẽtia dei in pro
uerbiis dicat.Erit eñ tempus cum inuocabi-
tis me:ego aũt non exaudiã vos. In quo vide-
tur mihi ſapiẽtia coarctare:& perurgere eos q
ſaluari volunt:vt citius inuocent ſapientiam
neq; morent̃:neq; differãt:ne forte cũ ſtatutũ
tempus acceptabileq; prẹterierit: in quo pœ-
nitendi facultas eſt:tarde hi poſthẹc inuocent
vbi pœnitentiæ locus nõ eſt:& tũc dicit quia
inuocabitis me:& ego nõ exaudiã vos.Sermo
tamen hic quẽ ponit apl'us:id eſt Quicũq; in-
uocauerit nomen dñi ſaluus erit: apud Iohel
prophetã hoc modo ſcriptus eſt: Et dabo pro
digia in cælo ſurſum:& ſigna ĩ terra deorſum
ſanguinẽ & ignem vaporem fumi. Sol cõuer
tetur in tenebras:& luna ĩ ſanguinem : anteq̃
veniat dies dñi magnus & nobilis: & omnis
quicunq; inuocauerit nomen dñi ſaluus erit.
Videtur mihi tamẽ grãde aliquid in ſcriptu-
ris diuinis ſub hoc inuocationis noĩe deſigna
ri.Nõ eſt de qualibuſcũq; viris:ſed ingẽtibus
& prẹcipuis. Scribitur eñ q̃ Enos prius ſpe-
rauit inuocare nomẽ dñi.& in pſalmis. Moy-
ſes & Aaron in ſacerdotib⁹ eius:& Samuel in
ter eos qui inuocãt nomen eius:& reliqua vſ-
q; Loquebatur ad eos.

Quomodo ergo inuocabũt in quẽ nõ credi-
derũt? Aut quomodo credẽt ei quẽ nõ audie-
runt?Quomodo vero audient ſine prædican-
te?Quomodo aũt p̃dicabũt niſi mittãt̃? Sicut
ſcriptum eſt.Q̃ ſpecioſi pedes euangelizãtiũ
pacem:euangelizantium bona.

A ¶Manifeſte apparet in his per hoc quod dicit:
Quomodo ergo inuocabũt in quẽ nõ credide
rũt?illud qd̃ ſuperius poſuit: de propheta di-
ctum:quia oñis quicunq; inuocauerit nomẽ
domini ſaluus erit.Subiungit.Quomodo er-
go inuocabũt in quẽ nõ crediderunt?Chriſto
enim iudæi nõ crediderũt:& ideo nec ĩuocãt
eũ cui non crediderũt. Sed & in principio epi
ſtolẹ quã ad Corĩthios ſcribit:vbi dicit:Cum
omnibus qui inuocant nomẽ dñi Ieſu Chriſti
in omni loco ipſorũ & noſtro: Eum cuius no-
men inuocat̃ deum Ieſum Chriſtũ eſſe p̄nun-
tiat. Si ergo & Enos/ & Moyſes/& Aaron/&
Samuel inuocabãt dominũ: & ip̃e exaudiebat
eos:ſine dubio Chriſtũ Ieſum dominum inuo
cabant:& ſi inuocare domini nomẽ:& adora-
re deum:vnum:atq; idem eſt ſicut inuocatur
Chriſt⁹:& adorãdus eſt Chriſtus:& ſicut offe
rimus deo patri primo omnium orationes:ita
& dño Ieſu Chriſto:& ſicut offerim⁹ poſtula-
tiones patri ita offerimus poſtulationes & fi-
lio:& ſicut offerimus gratiarũ actiones deo:
ita gratias offerim⁹ ſaluatori. Vnum namq;
vtriq; honorem deferẽdũ: id eſt deo patri & fi
lio:diuinus docet ſermo cum dicit:vt honori
ficent filium ſicut honorificãt patrem. Quod B
autẽ de epiſtola ad corinthios propoſuimus:
vbi apoſtolus primo quidem dicit de eccleſia
dei quẹ ẽ corintho: Sanctificatis in Chriſto Ie
ſu vocatis ſanctis:& poſthæc quaſi alteri⁹ gra
dus:& alterius ordinis: ita ſubiungit quoſdã
de quibus dicit: Cũ vniuerſis qui inuocãt no
men dñi Ieſu Chriſti in omni loco ipſoꝝ & no
ſtro:videbitur fortaſſis habere aliq̃d differen
tiæ.Q̃ illos quidem eccleſiam dei nominat &
ſanctificatos:& vocatos ſanctos.Iſtos aũt tan-
tum quia inuocãt nomẽ dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti.Et vide ne forte iſta diuerſitas tale aliquid
oſtendat:quale & præſens videt̃ habere capi-
tulum:in quo docet nõ poſſe inuocare nomen
domini:niſi prius credatur in Chriſtum. Cũ
aũt crediderit quis Chriſto:etiã ſi nondũ ſan
ctificatus ſit & eccleſiẹ corpori ſociatus:tamẽ
neceſſe eſt:vt iam inuocet eum cui credidit.
Chriſtus enim venit mundũ recõciliare deo:
& credẽtes ſibi offerre patri. Quos aũt offert
patri:ſpiritus ſuſcipit:vt ſanctificet eos:tanq̃
cæleſtis eccleſiæ primitiuorũ membra viuifi-
cet:atq; in ſoliditatẽ totius corporis perfectio
nemq; reſtituat:vt ita demum eccleſia dei nõ
habẽs maculã:aut rugam appellari mereãtur
Prius ergo q̃ ad gradũ iſtius perfectionis acce
dãt:tanq̃ mediatoris dei & hominũ inuocent
nomẽ dñi nr̃i Ieſu Chriſti.Poſtea vero q̃ ſpiri-
tus dei fuerit in corde eorum clamãs abba pa
ter:ipſe ſpiritus etiã eos nomen patris edocet
inuocare.Ideo ergo quomodo (inquit) inuo-
cabunt:in quẽ nõ crediderũt?& in hoc arctiſ-
ſima eos cõcluſione cõſtringit.Salus (inquit)
nõ eſt niſi inuocanti:nemo vero in[illegible]cat:q nõ C
credit.Ergo quia non creditis non inuocatis
& quia nõ inuocatis non ſaluamini. Sed quo-
modo credent ei quem non audierũt? Q̃ non
audierũt poſſumus ſic intelligere: quia vel ip
ſum in carne poſitũ:vel apoſtolos prædicãtes
de eo audire noluerũt.Sic eñ & ipſe dñs dicit
Qui vos audit me audit: & q vos ſpernit me
ſpernit.Poteſt autem & hoc intelligi:q; etiam
nũc & ſemper Chriſtus tanq̃ verbum & ratio
vnicuiq; loquat̃ in corde:& de pietate doceat
de iuſtitia ſuadeat:de caſtitate: de pudicitia:
& de oñibus ſimul virtutib⁹ p̄teſtetur: ſicut
& ipſe dicit.Oues meẹ vocẽ meã audient. Sic
deniq; & in corde Pauli loquebat̃:ita vt & ille
diceret.An expimentũ quæritis eius q in me
loq̃tur Chriſt⁹? Seq̃t:quomõ audiẽt ſine p̃di- D
cante?In hoc magis p̃dicantiũ ſermonẽ Chri-

ſtum oſtendit audire: in quibus ſecundum ea quæ ſupra diximus, Chriſtus loqui & docere mõſtrat. Quomõ aũt p̃dicabũt: niſi mittant? Difficultas mihi quędã in hoc ſermone videt exurgere. Si eñ ita intelligimus ꝙ propterea nõ prædicent qa nõ mittant: nullo aũt p̃dicãte nõ audient: nõ credẽtes aũt nõ inuocabũt: non inuocãtes nõ ſaluabuntur: Colligitur ex his: vt cauſa qua nõ ſunt ſaluati ad vitiũ redeat auctoris: q non miſerit prædicãtes. Sed magis ad illum nos q rectiorem intelligẽtiæ tramitem continet deflectamus: & qđ dixit quomodo prędicabũt niſi mittant: ſic accipiamus quaſi dicat apoſtolus: Nos præcones & prædicatores Chriſti nõ poſſum⁹ prædicare: nec annuntiandi nobis virtus illa ſubſiſteret: niſi adeſſet nobis ipſe qui miſit. Qꝫ ſi prædicantibus nobis audire non vultis: veſtra iam culpa eſt: & ſi audiẽtes nõ creditis: & nõ credẽtes nõ inuocatis: & non inuocantes ſalui eſſe nequitis. Quia ergo miſſi ſunt ad prædicationẽ: idcirco de his q ab ipſo miſſi ſunt ſcriptum eſt.
E Qꝫ ſpecioſi pedes euãgelizantiũ pacem: euangelizantium bona. Qꝫ pedes hic ſpecioſos non corporales: ſed ſpiritales dicat: puto ꝙ q̃uis amicus ſit quis literæ: negare nõ poſſit. Neqꝫ enim in id ridiculi deducet apoſtolicum ſenſum: vt euãgeliſtarũ pedes ꝙ corporeis oculis videri poſſint: putem ab eo decoros dici & ſpecioſos. Sed illi ſunt decori & ſpecioſi pedes qui ambulãt per viam vitę: ſecundũ illũ qui dixit Ego ſũ via. Intellige decoros & ſpecioſos euãgelizãtium pedes qui per talem viã merentur incedere. Iſti ſunt ergo pedes qbus & Paulus cucurriſſe curſum ſe dixit: ſed ſic cucurriſſe vt cõprehẽdat: id eſt animo quo tendit: & properatur ad cælum. Gratiſſ[ce] autẽ pedes iſtos eẽ firmauit: quos Ieſus diſcipulis lauat: & lintheo quo præcinct⁹ eſt tergit. Et q̃uis corporaliter ſpecie fuerit impletũ: tamen Petro hoc ſolum qđ fieri videbat non intelligẽti: & quaſi honoris cauſa ne ſibi ſeruo pedes lauaret dominus recuſanti audi q̃ p̃fundi myſterii p̃dit ſermo. Si te (inquit) nõ lauero nõ habebis partem mecum. Et iterum aliam ſimilẽ huic vocẽ tanq̃ de ſe credẽtis ſciẽtię profert theſaur⁹ & dicit. Quod ego feci vobis: neſcitis modo: ſcietis autẽ poſtea. & addidit. Quia ſicut ego dñs & magiſter laui veſtros pedes: & vos lauate pedes alterutrũ. Exemplũ enim dedi vobis. Videamus ergo quod ſit iſtud exemplũ: quo magiſtri diſcipulorum lauare debeant pedes: aut de qua aqua lauare. Siquis inueniat aquã viuam: & ſiquis accipiat bibere a Ieſu: & aqua illa fiat in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternã: iſte de hac aqua doctrinæ ſpiritalis poteſt lauare pedes diſcipulorum: & oẽs ex animo ipſorum immũditias: ſordeſqꝫ diluere: & hoc faciẽs datum a magiſtro implebit exemplum. Specioſi ergo ſunt pedes euangelizantium bona. De ipſis vt puto etiam pedibus in canticis canticorum ſponſa dicit ad verbum dei. Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos? & de ipſis nihilominus dicitur. Tibiæ tuæ ſicut colũnæ marmoreæ cum baſibus argenteis. Et fortaſſis quia hæc pulchritudo eſt in pedib⁹ euãgeliſtarum: propterea non vult eos dominus Ieſus calceamentis operiri: & occultare ſpeciẽ pulchram: ſed pręcepit eis neqꝫ calceamẽtum habere in via. Quæ autem bona ſunt quę euãgelizant: hoc eſt quæ annuntiant: videamus. Quis hoc ipſum quod dicit euangelizare: interpretetur bonum annuntiare: quæ ſunt tamen bona quæ bonis addidit regramus. Vnũ & verum bonum eſt deus: cuius imago bonitatis eius eſt filius: & ſpiritus ei⁹: qui dicitur bonus. Iſtud ergo vnum bonum: qa in deo patre & filio & ſpiritu ſancto eſt: bona nominauit: hoc eſt enim qđ annuntiant euangeliſtæ ſecũdũ præceptũ domini & ſaluatoris noſtri dicentis. Ite docete omnes gẽtes: baptizantes eos in nomine patris / & filii / & ſpirituſſancti. Hęc ſunt ergo euangelizantiũ bona. Sed quoniam & ipſe bonus nuntius dicitur & annuntiare de bonis: illa ſit ratio: ꝙ nõ ſolũ bona nũtiant: ſed & bene bona nuntiãt. Sũt eñ nõnulli q annuntiant qdem & prædicant de patre / & filio / & ſpiritu ſancto nõ ſyncere: non integre: vt ſunt oẽs hęretici: q patrem qdẽ & filiũ & ſpiritum ſanctum annũtiant: ſed non bene: nõ fideliter annũtiant. Aut eñ male ſeparant filium a patre: vt alterius naturæ patrem: alterius filiũ dicãt: aut male confundunt: vt ex tribus compoſitũ deum: vel trinæ tantummodo appellationis in eo eſſe vocabulum putent. Qui autem bene annũtiat bona: proprietates qdẽ patri & filio: & ſpiritui ſancto ſuas cuiqꝫ dabit. Nihil autem diuerſitatis eſſe confitebitur in natura vel in ſubſtãtia. Qui ergo ita annuntiãt euangelium: nõ ſolum bona annuntiant: ſed bene & integre annuntiãt bona. Exẽplũ vero de Eſaia videt aſſumptũ: ſed ibi propheta ad ipm dñm euãgelizãdi officiũ p̃tulit: ita eñ ait. Qm ipe q loqbar adſum: tanq̃ ora in mõtib⁹: vt pedes euãgelizãtiũ auditũ pacis vt euãgelizans bona. Verũ videt mihi Paul⁹: quia propheta dixerat: vt pedes euãgelizãtis auditum pacis: vt euangelizans bona: & hoc quaſi ex alterius comparatione memoraſſe: velut ſi diceret: ita adero: vt homo qui euan-

gelizat pacẽ:& euangelizat bona.Hoc autem faciunt apoſtoli:idcirco de ſemetipſis hoc dictum:hoc eſt de apoſtolis accepiſſe: ad quorũ comparationẽ futurũ & euãgelizaturũ bona per prophetas dixerat Chriſtus.

Sed non omẽs obediunt euangelio. Eſaias enim dicit:

A ¶Neq; em̃ oẽs ex gẽtibꝰ euãgelio crediderũt: neq; oẽs ex Iſrael.Plures tamen & multo plures ex gentibus q̃ ex Iſrael.Quod ergo ait apoſtolus quia Eſaias dixerit.

Domine quis credidit auditui noſtro.

¶Quis pro raro dictum eſt:& obſeruare debemus ꝙ ſermo hic in ſcripturis interdũ pro raro:interdũ oĩno ꝑ nullo ponit̃. Verbi gratia vt cũ dicit:Quis ſapiẽs& intelliget hęc:Quis aſcẽdet in mõtem dñi: & Quis eſt homo qui vult vitã:in his oĩbus rarum quẽq; ſignificat. Vbi vero dicit:Quis aſcẽdit in cęlum:hoc eſt Chriſtum deducere:vel qs deſcẽdit abyſſum: hoc eſt a mortuis reducere. Hic quis nullꝰ intelligit̃.Nullus eſt em̃ qui aſcendit in cælum Chriſtũ inde deducere.Nũc ergo dñe qs credidit auditui noſtro qđ dicit Eſaias:rarũ quẽ

B q; ſignificat.Scire nos tamen conuenit:ꝙ dñe quis credit auditui noſtro:in hebręis exẽplaribus domine non habetur:ſed iuxta interpretationẽ.lxx.ſeniorũ:ſic & apoſtolus hoc ꝓbãs quod apđ illos eſt: poſuit dñe. Videtur tamẽ Eſaias hęc ex ꝑſona apoſtolorũ ꝓphetare:qbus creditũ fuerat prędicationis officiũ: & ipſi cũ raritatẽ credentium pręcipue de populo Iſrael vident:ad dominũ dicũt.Domine quis credidit auditui noſtro.ſicut & illud ex perſona illorum dicitur.Quia annuntiamus ſicut puer ante ipſum:ſicut radix in terra ſitiẽti.Et ipſi ſunt nihilominus q dicũt:velut cum ipſo poſiti:& videntes eum in habitu humano:qa vidimus eum & non habebat ſpeciem neq; decorem:& reliqua.Sed ſi ad pſonas ipſorum ꝓphetarũ referantur hęc verba:quaſi qui apud dominũ conquerant̃:ꝙ iis qui de Chriſto prophetauerit: nemo aut admodum pauci ex populo crediderint:non videbit̃ alienũ. Aut nõ eſt putandum: quia Moyſes dicat ad dominũ Dñe nemo credidit auditui meo.Si em̃ crediſſent literis meis:crediſſent vtiq; & Chriſto.De ipſo enim ego ſcripſi.

Ergo fides ex auditu.Auditus autẽ ꝑ verbum Chriſti!

C ¶Hic verbũ Chriſti prędicationẽ de Chriſto ſignificat.Neq; enim illi ſoli crediderunt qui verbum ab ipſo domino loquente audierunt: ſed multo plures ſunt: qui aliis eum prædicãtibus audierunt:ſicut & ipſe dñs prædixerat loquens ad Thomã.Quia vidiſti me(inquit) crediſti:Beati q nõ viderũt & crediderunt. Omne ergo verbum qđ apoſtolus,& ſiqui alii ab ipſo accepta gratia de Chriſto prædicauerunt:verbũ Chriſti eẽ pronũtiat.Sed & in eccleſia ſiquis ſapiẽtiã quę ex deo eſt:& veritatẽ dei loquat̃:ſiquis viã dei quę Chriſtus eſt doceat:& iuſtitiam eius exponat: ſine dubio qđ loquitur verbum Chriſti eſt.

Sed dico.Nunquid nõ audierũt!Equidem in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ:& in fines orbis terræ verba eorum.

¶Hoc de pſalmo decimo octauo aſſumit̃: vbi ait.Nõ ſunt loquelę neq; ſermones: qbus non audiantur voces eorũ.In oẽm terrã exiuit ſonus eorum:& in fines orbis terræ verba eorũ. D
In quo pro linguarũ & varietate ſermonũ gẽtes ſine dubio ĩtelligunt̃:& dicitur qa apoſtolorũ Chriſti in omnẽ quidem terrã ſonus exierit:in fines vero orbis terræ nõ ſonus: ſed verba ꝑuenerint.Qđ ita intelligi poteſt: qa terram imperitos quoſq; & indocibiles hoĩes dicat: ad quos nõ verba in qbus ratio fidei cõtinetur:& explanatio ſapientiæ: ſed ſonus fidei communi & ſimplici prędicatione ꝑuenerit Finem vero orbis terrarũ eruditiores quoſq;: & prudẽtiores appellauerit. Finis .n.perfectionem indicat rerum.Ad hos ergo tales non ſonum vocis:ſed verba & rationẽ ꝑueniſſe ꝓnuntiat:quia vtiq; audientes ſermonem fidei etiã ſcrutari poſſunt:& ꝑquirere ſcripturas diuinas:vt cognoſcant eorum verborum quę eis ꝑ apoſtolos annuntiata ſunt veritatem. Et hãc eſſe in his differentiã ſciẽs apoſtolus: id eſt ĩ ſono & verbis:quodã loco ita dicit:Et ſermo meus:& prędicatio mea nõ ſunt in ſua ſoriis ſapiẽtię verbis: ſed in oſtẽſione ſpiritus & virtutis:vt oſtẽderet verbum quidem eſſe quo ꝑ virtutẽ ſpiritus ſapientia dei lucidius explanatur:Prædicationẽ vero hanc eſſe: pro pheta de qua dicit:quia in omnem terrã exiit ſonus eorum: in qua ſcilicet ſimplex annuntiatio fidei & ſimplicioribus quibuſq; ſufficiens.Sed & alibi de ſemetipſo dicit: qa ſit prædicator/& apoſtolꝰ/& magiſter gẽtiũ. In quo apoſtolus quidẽ generalis indicat nomẽ officii: qui nõ ſolũ prædicet:ſed & doceat.Prædicet quidẽ ſimplicẽ fidem:vt illis quibꝰ ait.Nihil em̃ aliud iudicaui me ſcire inter vos niſi Chriſtum Ieſum & hũc crucifixum. Docebat vero eos quibus dicebat. Sapientiã aũt loquimur inter ꝑfectos.In quibus oſtendit̃ ꝙ illis quidẽ ſonũ prędicationis intulit:his vero ſapientiam dei per verba diſſeruit.

Sed dico.Nunquid Iſrael non cognouit!

Primus Moyſes dixit. Ego ad ęmulationē vos adducam in nō gentē: in gentem inſipientem in iram vos mittam.

E ¶Videtur ea quę ſuperius dixit de gentib⁹ ꝑ locutus: nunc vero vt ſibi moris eſt etiā de Iſrael ſubiungere: & vult ꝙ inexcuſabilis ſit Iſrael teſtibus idoneis comprobare. Ipſe (inqt) Moyſes dicit ex pſona dei. Ego ad æmulationē vos adducā in nō gētē. de Chriſtianis ſine dubio dicens: qui a deo ad æmulationē prioris populi increduli: & contēptoris aſſumpti ſunt. Sed videať fortaiſſis gentē a deo fidei merito & deuotiōis electā / Moyſes iiurioſius cōpellaſſe: cū dicit in non gentem: ita nihili ducere: vt nec gentē eam appellare dignetur: aut & ſi appellet inſipiētes nominare. Sed nō eſt iniurioſus Moyſes: vtpote amicus dei: erga electos eius: nec cōtumelia videbiť in ſermone ſi ratio ſermonis appareat. Vnaqueq; gens (verbi cauſa) Aegyptiorū / aut ſyrorū / aut Moabitarum ꝓ eo ꝙ ꝓpriis terminis: & lingua: & habitu: & morib⁹: atq; īſtitutis diſcerniť: gens illa vel illa appellať: & neq; Syrii: ægyptii aliqñ dicunť: neq; Moabitæ: Idumęi appellātur: aut Arabes ſcythę. Chriſtiani vero nō eſt vna gēs ſed ex omnibus gētibus vnus populus. & ideo Moyſes pro ſummo honore nō gentē eā nominauit: qa nō erat vna gēs: ſed ſi ita dici poteſt omniū gentiū gentes. Verum excludi videbimur in his quę ſubſequunť vbi dicit: In gentē inſenſatam: in iram vos inducam: ꝙ & gentē eam & inſipientē nominauerit. Verum nec in hoc quidem famulus dñi Moyſes contumeliā facit populo dei: ſed pręuidebat in ſpiritu ꝙ ſi quis vult ſapiens eſſe in hoc mundo inſipiens fieri debet: vt ſit ſapiens apud deum: & qa nō cognouit mundus per ſapientiam deum: placuit deo per ſtultitiam prædicatiōis ſaluos facere credentes: quia per prędicationem crucis Chriſti: quæ eſt ſtultitia gentibus: cōgregabitur populus qui fiat in hoc mūdo ſtultus: vt vt ſit ſapiens apud deū. Iraſcantur ergo iudęi ꝙ ipſis excuſantib⁹ & refutantibus: ad conuiuium regis inuitatę ſunt gentes. nō aſpicientes ad ea quæ dudum de hoc myſterio

Eſaias autē audet & dicit. Inuentus ſum a non quęrentibus me: palam apparui his q me nō interrogabāt. Ad Iſrael aūt quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populū nō credentem: & contradicentem.

F ¶Sicut in ſuperioribus ſæpe oſtendimus apoſtolum Paulum / nunc de gentibus: nunc de Iſrael facere ſermonē: nec tamen euidēter & palam in mutationem declinare perſonæ: ita & Eſaias in his ſermonibus facit: quos ad exemplum apoſtolus protulit: & primas quidē partes: id eſt Inuētus ſum a non quærētibus me: palam apparui inter illos: qui non interrogabant me: ſine dubio de gentibus dicit: & vbi ille perſonā latenter immutat: apoſtolus euidētem diſtinctionē ſermonibus ſuis dedit in eo: qđ addidit. Ad Iſrael autem quid dicit? Et ſuperiora quidē ad gentes: ſequentia vero exponit ad Iſrael eſſe referēda: in quibus ait. Tota die expādi man⁹ meas ad populū nō credentē & cōtradicētē. Sed prio oīm qđ ait: Eſaias audet & dicit: videam⁹. Quid audet: vel q̄ hęc ꝓ G
phetę audacia? Si intēdamus verbis beati Stephani dicētis: Quem em̄ prophetarū nō perſecuti ſunt patres veſtri: q annuntiabant de aduentu iuſti: tunc Eſaiæ intelligimus audaciā qui perſecutiōibus & morte poſtpoſita auſus eſt tamen de aduentu iuſti prędicare: & ꝓ bono audet etiam mori. In quo tamen ſimul & illud oſtendiť: quia non vt aliqui putant: ꝓphetæ neſciebant quid dicerent: & quaſi alienato ſenſu ſuo prophetabant. Quod em̄ dicit apoſtol⁹ de Eſaia: quia audet & dicit: hoc indicat quia mortem contēnēs & perſecutiones: q̄ inferebantur: q̄uis ſciret ſibi imminere periculū audet tamen & prædicat verbum dei: ſicut & ipſe Paulus dicebat. Scio quia vincula & carceres manent me Hieroſolymis: ſed ego nō facio chariorem animam meam mihi. Si ergo & Eſaias ſciebat quidem ſecundum ſe eſſe interficiendum ab impiis: audet tamen: & ex perſona Chriſti dicit: Inuētus ſum a non quęrentibus me: certum eſt ꝙ gentes erant quæ Chriſtū nec q̄rere nouerant: nec de eo interrogare didicerant: inuenerūt tamē quē nō quęſierūt: quia ipē eos prior quęſiuit. Paſtor eſt enim bonus: & ouem q̄ perierat reqſiuit: & ſapiētia eſt quę drachmā ꝑditā quęſiuit: & quęrēs īuenit. Iudęi aūt vſq; adhuc quęrūt de Chriſto: & interrogāt ſcripturas de eo & nō inueniūt: quia crux eius eis eſt ſcandalū. & ideo dicit ad eos. Tota die expādi manus meas ad populū non credētē: ſed cōtradicentē. Hoc eſt cum penderet in cruce: illi nō ſolū inuenerūt eū: ſed inſuper dixerunt. Si fili⁹ dei es deſcēde nūc de cruce: & credimus tibi. Sed audi qd in ſapiētia Salomonis dicatur: qa nō inueniet ab his q ten H
tant eum: apparebit vero his q nō ſunt increduli ad eum. Sed ne hoc qdē a nobis conuenit ignorari: ꝙ in exēplarib⁹ hebręorum non habetur: & cōtradicētē. Apoſtolus aūt ſecut⁹ eſt lxx. iterpretū veritatem in ſuis ſcriptis: ſicut illi interpretati ſunt exponit.

CAPITVLVM. XI.

Dico igitur.

Nũquid repulit deus plebem ſuam? Abſit.

A ¶Quoniã ex his quę ſupra dicta ſunt videret forſitan populus iudęorũ repulſus eſſe a deo: nec aliquid ſpei gerere. Siquidem in ęmulatio nem induxerit eũ deus in nõ gentẽ: & in iram & in gentẽ inſenſatã: & manifeſtus ſit his qui eum nõ quærebãt: & inuentus ſit ab eo qui de eo nõ interrogabat. Propterea apl's volẽs iſta curare & oſtẽdere q̃tũ ſupſit ſalutis populo Iſ rael ſi credãt: & non idcirco repulſi ſunt: quia gẽs ſit Iſrael: ſed q̃a increduli fuerint: ait. Nõ repulit deus plebẽ ſuã quã præſciit. & vt hoc præſenti probaret exemplo ſubiungit.

Nam & ego Iſrael ita ſum ex ſemine Abra ham de tribu Beniamin.

B ¶Et tamen fidẽ Ieſu doceo: & annũtio quia ip ſe eſt Chriſtus. Q; ſi mihi non obfuit ꝙ ſum Iſraelita ex ſemine Abrahã: quo min⁹ Chriſto crederẽ: & ex fide eius iuſtificarer: Certum eſt enim q̃a nõ repulit deus plebẽ ſuã quã pręſci uit. Quomodo aũt illos quos pręſciuit & vo cauit: & quos vocauit illos & iuſtificauit: iam ſupradictũ eſt: ꝙ pręſcire deum nõ tantũ præ noſcere futura (q̃d nec dubitari poteſt) ſed ꝓ bare: & ſciẽtia ſua digna ducere in ſcripturis ponatur. Verum ne parũ videret ꝙ exemplo ſuo non eſſe repulſam plebẽ dei docebat apo ſtolus: validiora requirit exempla: & dicit.

An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura? Queadmodum interpellabat deũ aduerſum Iſrael? Domine prophetas tuos occiderũt alta ria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus: & quęrũt animam meam. Sed quid dicit diui num reſponſum.

¶In quibus docet ꝙ propheta aliquando zelo eſt repletus dei: cũ aliquãdo apud deum que relam populi pręuaricatoris exponeret: q̃ non ſolum ꝓphetas occidiſſet: & altaria ſubuertiſ ſet: verum & Heliam q̃ videbat ſolus ſupeſſe ꝓphetis dñi: conarent extinguere. Et hoc He lia apud deũ deplorãte: audi quid ad eum ora cula diuina reſpondeant.

Reliqui mihi ſeptem milia virorum q̃ non curuauerunt genua ſua ante Bahal.

¶Bahal idoli nomen eſt. Ad cuius cultũ po pulus ille relicta dei lege deciderat. Hæc ſunt quæ apoſtolus ad exemplũ temporis præſen tis adducit: & addit.

Sic igitur & in hoc tẽpore reliquiæ ſecun dũm electionem gratiæ dei ſaluę factę ſunt. Si aũt gratia: iã nõ ex operibus. Alioquin gratia iam non eſt gratia.

C ¶Oſtẽdendũ ergo nobis pro viribus eſt: quo modo ſicut factũ eſt ſub Helia vbi oẽm popu lum ꝓpheta ſimul putauerat refutatum: inue niuntur ſeptẽ milia viri: qui pmanſerãt in teſtamẽto dei. Sic factũ eſt etiã ĩ aduẽtu Chri ſti: & his tẽporibus q̃bus prædicabat Paulus. Et vide ſi poſſumus forte Ioannẽ baptiſtam: q̃ ſaluatoris ꝓceſſit aduentũ: ponere in loco He liæ: quãdoquidẽ & euãgeliſta tale ei teſtimo niũ ꝑhibet: quia in ſpiritu & virtute venerit Helię: & ipe dñs dixerit de eo: Et ſi vult[ſcire ipſe eſt Helias. Qui habet aures audiẽdi audi at. Hic ergo quia in ſpiritu & virtute venerat Helię: intantũ deſperauerat de populo illo: vt nõ eos diceret filios Abrahæ: ſed generationẽ viparum. & his adderet. Nolite dicere q̃a pa trem habemus Abrahã. Dico eñ vobis q̃a po tẽs eſt de⁹ de lapidib⁹ ſuſcitare filios Abrahã. Huic ergo iſta de populo conquirẽti reſpõde atur a dño ſaluatore noſtro. Ego ſcio quos ele gerim. & iterum. Oues meę: vocẽ meã audiũt & ego pręcedo eas: & ſequunt me meę. & iter: Habeo alias oues quæ nõ ſunt de hoc ouili: & illas oportet me adducere. Quid aũt & ipe nu merus ſeptem milia virorum indicet videa mus. Septim⁹ numerus ad requiem ptinet. D
Septima enim die requieuit deus. Audi ergo & Chriſtus credentes ſibi quomodo ad requi em inuitat: & dicit. Venite ad me omnes q̃ la boratis: & onerati eſtis: & inuenietis requiem animabus veſtris. Ad iſtũ ergo ſeptenariũ nu merũ ptinet oĩs: q̃ veniẽs ad Chriſtum depo ſuit onera peccati: & requiem ſalutis inuenit. Recte ergo apoſtol⁹ dicit: quia ſic & in hoc tẽ pore reliquiæ ſecundum electionẽ gratiæ ſal uæ factæ ſunt. Reliquias dicens eos qui ex cir cunciſione crediderunt: tam apoſtolos cũ qui buſſe quoq; annumerat: q̃ cęteros q̃ cum ipſis ſecuti ſunt fidem Ieſu Chriſti. Sed ꝙ dicit ſe cundum electionem gratię factas eſſe reliq̃as: hæc mihi videtur ſuperflua eſſe electionis ad iectio. Potuit enim dicere reliquiæ ꝑ gratiam ſaluæ factę ſunt. Sed oſtendit per hæc eſſe gra tiam & ſine electione: & cum electione. Nam omnes quidem q̃ per fidem ſaluantur: ſine du bio per gratiam ſaluantur. Qui autem per ele ctionem gratiæ ſaluantur: perfectiores animę mihi videntur oſtẽdi. Sicut eñ Iſrael dicitur omnis q̃ deſcendit de genere Iſrael: ille autem verus Iſrael eſt qui mẽte pura: corde ſyncero videt deũ. Et hoc accipe poſſumus ꝙ oẽs qui dem q̃ ad fidẽ veniũt Chriſti: ꝑ gratiã veniũt. Qui vero donũ gratię opibus virtutis & puri tate cordis exornãt: iſti nõ ſolũ per gratiã: ſed ꝑ electionem gratię ſaluari dicũtur a Chriſto. Deniq; & ipſe apl'us Paulus ſiquis eum in ver bis ſuis diligẽter obſuet: videt quomodo hu E
iuſmodi diſtinctiõibus vtit. Alibi ſecũdũ car

nem nominans Iſrael. Alibi ſup eo carnis omnino nõ faciens mentionẽ: ſicut in pręſenti loco. Vbi cũ diceret: quia nõ repulit deus plebẽ ſuam: & nobilitatẽ Iſraeliticæ animę vellet exponere ait. Nã & ego Iſraelita ſum. In ſecunda vero ad Corinthios vbi qbuſdã de Iſraelitico genere ſecundũ carnẽ gloriãtib⁹ cogit̃ reſpõdere: vide quid pręmiſit. Quæ loquor (inqt) nõ ſecundũ deum loquor: ſed quaſi in inſipiẽtia in hac ſubſtantia gloriãdi: qm̃ quidẽ multi gloriant̃ ſecundũ carnẽ: & ego gloriabor. & poſt aliquãta dicit. Hebręi ſunt & ego: Iſraelitæ ſunt & ego. Semen Abrahę ſunt & ego. Sic ergo vbi de Iſrael loquebat̃: illo interiore hoĩe talis eſt em̃ plebs illa quã pręſciit deus: & non repulit: nõ dicit ſecundũ carnẽ Iſrael. Ad eos vero qui carnis genere gloriabant̃ præmiſit: ꝙ de huiuſmodi gloriatione neq; ſecundũ deum loqueret̃: neq; in ſapiẽtia: ſed vt ipſe dicit in inſipiẽtia. Tales ergo ſunt reliquiæ quæ ſecũdũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. & addidit. Si aũt gratia: iã nõ ex opibus. Sciendum eſt quia opera q̃ Paulus repudiat: & frequẽter vituperat: nõ eſſe iuſtitiæ quæ mandant̃ in lege: ſed ea in qbus hi qui ſecundũ carnẽ legem cuſtodiũt & gloriant̃: id eſt vel circũciſio carnis: vel ſacrificiorũ ritus: vel obſeruatio ſabbatorũ & neomeniarũ. Hæc & huiuſmodi ſunt opera ex quibus dicit neminẽ potuiſſe ſaluari & de quibus in ipſo loco dicit: quia nõ ex operibus. Alioqn gratia: iam non eſt gratia. Si em̃ per hæc quis iuſtificat̃: nõ gratis iuſtificatur. Qui aũt ꝑ gratiã iuſtificat̃: iſta quidem opera ab eo minime quęruntur: ſed obſeruare debet ne accepta gratia inanis fiat ĩ eo. Sicut & Paulus dicit: Quia gratia eius in me vacua nõ fuit: ſed amplius q̃ oẽs illi laboraui. Et iterũ addidit tanq̃ memor gratiæ. Nõ ego (inqt) ſed gratia dei mecũ. Nõ facit ergo inanẽ gloriam ille qui digna ei opera ſubiungit: & gratię dei nõ exiſtit ingratus. Qui em̃ poſt cõſecutã gratiam peccat: ingratus fit ei qui præſtitit gratiam. Si aũt nõ inanẽ feceris gratiã: multiplicabitur tibi gratia: & tanq̃ mercedẽ boni operis gratiarũ multitudinẽ cõſequeris: ſicut & ipſe ſcribit: & Petrus in epiſtola ſua dicit. Gratia vobis & pax multiplicabitur in recognitione dei. & iterũ alibi. Vt boni diſpenſatores multiplicis gratiæ dei.

Quid ergo? qđ quęrebat Iſrael hoc nõ ẽ cõſecutus: electio aũt conſecuta eſt: cæteri vero excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt.

¶In his apl's Iſrael in duas diuidit partes: quarum vnã electionẽ vocat: quæ cõſecuta ſit qđ quęrebat. Aliã cęteros appellat: qui nõ ſolum conſecuti non ſunt qđ quærebãt: ſed excęcati ſunt ſpiritu cõpunctionis. Quibus etiam deũ dediſſe dicit oculos vt nõ videant: & aures vt nõ audiãt: vſq; in hodiernũ diem: hoc eſt vſq; ad conſummationẽ ſæculi. Sed quæſtio nobis mouet̃: quomodo de bono deo dictũ videatur ꝙ ipſe dederit oculos reſiduo Iſrael quib⁹ non videant: & aures qbus nõ audiant. Et vide ne forte hęc magis retributio ſit & merces incredulitatis ſecundũ ea q̃ in ſupioribus expoſuimus: vbi qa nõ ꝓbauerunt deũ habere in notitiã: tradidit eos de⁹ in reprobũ ſenſum: & hic em̃ oculos & aures cordis non corpis dicit: qa excæcati ſunt & nõ audiũt. Hi vtiq; qui Chriſtũ vidẽtes in corpore: & audiẽtes doctrinam: neq; credere operibus q̃ videbant: neq; verbo qđ audiebãt obedire voluerũt. Verũ de hac q̃ſtione ſufficiẽter nobis in primis huius epiſtolæ partibus dictũ eſt. Vbi vero ſcriptũ ſit hoc ipſum qđ dicit apoſtolus ſicut ſcriptum eſt:

Dedit illis deus ſpiritũ compũctionis: oculos vt non videant: aures vt nõ audiãt vſq; in hodiernum diem.

¶Ego hactenus inuenire nõ potui. Si quis vero diligẽtius q̃ nos intẽdit in ſcripturis diuinis: ſi inuenerit manifeſtet. Puto tñ hoc modo dixiſſe apoſtolũ: Cæteri vero excęcati ſũt: & ſicut ſcriptũ eſt de eis: dedit illis de⁹ ſpiritũ cõpunctionis: & ſuis verbis dicere videatur dediſſe eis ſpiritũ cõpunctionis ſecundũ ea quæ de cæcitate oculorum: & auditu aurium per Eſaiam dicta ſunt. Eſaias em̃ ita dicit. Vade: & dic populo huic: Auditu audietis: & nõ intelligetis: & vidẽtes videbitis: & nõ videbitis. Incraſſatũ eſt em̃ cor populi huius & auribus ſuis grauiter audierunt: & oculos ſuos clauſerunt: ne forte videant oculis: & auribus audiant: & corde intelligant: & cõuertantur: & ſanẽ eos. Hunc ergo ſenſum Eſaiæ videt̃ apoſtolus ſuis quidem ſermonibus protuliſſe: ſed ꝙ prophetę ſenſum dicebat: addidiſſe: ſicut ſcriptũ eſt. Similiter aũt & de his facit quę ꝑ *Dauid* dicta eſſe pronuntiat. G

Et Dauid dicit. Fiat mẽſa eoꝝ corã ipſis in laqueũ: & in captionẽ: & in ſcãdalũ: & in retributionẽ illis. Obſcurẽtur oculi eoꝝ ne videãt et dorſum eorum ſemper incurua.

¶Qđ. n. dicit: fiat mẽſa eoꝝ in laqueũ: et in captionẽ: et in ſcãdalũ: In captionẽ in pſalmo nõ habet̃ ſcriptũ: neq; in nr̃is. lxx. interpretũ exẽplaribus: neq; in hebręorũ. Et rurſum in pſalmo habet̃. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueũ. Apoſtol⁹ aũt nõ poſuit corã ipſis. Hæc de ſermonũ ordine et aſſumptorũ teſtimoniorũ qualitate memorauimus: vt oſtẽdamus ꝑ H

ſingula:ꝙ auctoritas apoſtoli nequaꝗ̃ Hebrę
orū exēplaribus fidē facit:nec verbis ſemper
interpretatū ſeruet:ſed ſcripturarū ſenſum
verbis qb⁹ cōpetit explicat.Nūc ergo videa-
mus quomodo ꝓpoſiti capituli ſenſus debe-
at explicari.Cęcitatē cordis: qa reliqu⁹ Iſrael
hoc eſt q non credit : excæcatus eſt : duobus
propheticis teſtimoniis ꝓbat:vel qđ de Eſaia
vel qđ ex Dauid videt̃ aſſumptū:& in vtroq;
quodāmō idē ſenſus exponit̃.Nā & hic oculi
eis dant̃:qbus nō videāt:&aures qbus nō au
diāt:& illic optat̃ vt corā ipſis mēſa eoꝝ fiat
in laqueū:& in captionē:& in retributionē:&
in ſcandalū &vt obſcurent̃ oculi eorum ne vi
deāt:& quomō hęc digne credant̃ dici:& ma
xime ex perſona Chriſti in pſalmo:non otioſe
videt̃ oſtēdere.Vide ergo ſi hoc modo poſſu-
mus explicare qđ quęrit̃.Sicut oculis corpo-
ris vtit̃ vnuſqſq; ad videndum ſiue bona:ſiue
mala:& ĩ poteſtate habet:vel eleuare oculos
ad cęlū:& per id qđ videt cōditorē eius agno
ſcere:& collaudare creatorem:vel cōferre ad
ſpectacula circi:vel theatri: vel quarumlibet
ſordidarū oblectamēta viſionū:qbus aut libi
dinē:aut rapacitatē:vel alia quęq; vitia amās
inflāmetur:ita mihi intelligo animę etiā ocu
los:qbus alii vtunt̃ qdē vt verbū dei & doctri
nā veritatis agnoſcāt:ac ſapientiæ eius quoti
die capiāt ꝓfectū:Alii vero vtunt̃ his oculis
in cōtrariū exercentes.ſ.ſemetipſos:quotidie
ingrētes quomō dogmata veritatis īfringāt:
et fidē Chriſti quātū ipſis videt̃ impugnent.
Ponamus ergo aliquē orare pro his q perſpi-
caces & argumētoſi ſunt in falſa ſciētia: & di
cere.Det illis deus oculos vt nō videant per-
uerſi ſenſus acumina:& aures:vt nō audiant
mendacii.ſ.magiſtros:& obſcurent̃ oculi eoꝝ
ne videant.Non tibi videtur amplectend⁹ is
qui hęc optat eis per quæ eoꝝ peccata minuā
tur?Multo em̄ melius eſt nō ſapere:q̃ male ſa
pere.Non inquā tibi videtur: ꝙ Marcion qui
aduerſum creatorē deū blaſphema ſcripta cō
poſuit:vel Baſilides:vel Valētinus:vel cæte-
ri doctores prauorū dogmatū beati fuiſſent:
ſi nullos qb⁹ malis ſapiētes erant cordis ocu-
los habuiſſēt?De his & Eſaias dicit.Vęh ſcri
bētibus.Scribētes em̄ nequitiā ſcribūt.Simi-
liter aūt & pro his qui male docēt:& mala lo
quūtur:orat Dauid in pſalmis:& dicit.Muta
efficiantur labia iniqua:quæ loquuntur ad-
uerſus iuſtū ſcelus in ſuperbia & cōtemptu.
Ergo & de his Iſrael dicitur.Obſcurent̃ oculi
eorū ne videant:& det illis deus oculos:vt nō
videant.Hæc quantū ad oculoꝝ cæcitatem
pertinent:quæ male viuenti incredulo Iſrael
tanꝗ̃ pro remedio quodā dari a deo videtur
dicta ſunt.Nunc etiā de menſa quæ in laqueū A
et in captionē:& in ſcandalū:& in retributio
nem eis fieri dicitur:videam⁹.Sed primo ad
eos pauca dicenda ſunt qui allegorias in ſcri-
pturis diuinis refutant:& irridere ſolent eos
qui nō in omnib⁹ ſequunt̃ hiſtoricū ſenſum.
Dicant ergo nobis ſi mēſam hic Iudęorū illā
dicit propheta in qua prādere vel cœnare ſo
lent:vt ipſa eis fiat in laqueum:vt capiat eos:
vel ſi ipſa mēſa efficiatur eis in retributionē:
vt ab ipſa pro his quæ deliquerūt recipiāt vl
tionē:vel quomodo eis in ſcandalum fit:expo
nāt.Qꝫ ſi de his ſingulis explicare nō valēt:&
riſum ſuū ĩ cōfuſionē viderit verſum:tūc no
biſcū pariter veniāt:& requirant de ſcripturis
diuinis ꝗliter mēſa hęc Iſrael poſſit intelligi.
Nobis igitur pro captu ſenſus noſtri ita vide
tur:ꝙ oēs ſcripturę quę ante aduētū dn̄i erāt
apud Iſrael(primis em̄ illis credita ſunt elo-
quia dn̄i)& omne qđ appellat̃ vetus teſtamē
tū,mēſa eſt Iſrael.In qua mēſa ſi quis volebat
edere verbū dei:appoſitis ſibi legis & prophe
tarū ſermonibus paſcebatur:& hāc puto eſſe
mēſam de qua dicit Salomon.Si ſederis cœ-
nare ad mēſam potētis:diligēter ĩtellige quæ
apponunt̃ tibi:& mitte manū tuā ſciēs quia
talia te parare oportet.Sed & Saluator vbi di
cit:Cū māducaueritis:& biberitis ad mēſam
meā:quid aliud mēſam eius intelligim⁹: niſi
vbi dignos:& eos q cape poſſunt verbū ſapiē
tię:& reꝝ ſcientiā docere?Hoc & in ꝓuerbiis
Salomon de ſapiētia ꝓteſtat̃ dicēs.Sapientia
ędificauit ſibi domū:& ſuppoſuit ſeptē colū
nas:immolauit victimas ſuas:miſcuit in cra
tera vinū ſuū:& parauit mēſam ſuā.Omnis
ergo ſcriptura menſa eſt ſapiētiæ.Sed videa- B
mus quomodo hāc menſam orat Dauid fieri
Iſraeliticis incredulis in conſpectu eoꝝ in la-
queū:& in ſcandalū:& in captionē:& in retri
butionē.Fit eis in laqueū ſcriptura diuīa: cū
legunt ea quę de Chriſto ꝓphetata ſunt.Hic
ędificabit ciuitatē meā:& captiuitatē popu
li mei cōuertet:& dicūt nō eſſe hæc ſub Ieſu
cōpleta.Neq; em̄ ædificauit(vt aiūt)ciuita-
tem dei:neq; captiuitatem popl̄i reuocauit.
Sed hæc dicūt:quia ſedētes ad mēſam poten
tis nō faciūt illud quod ammonuit Salomon
ꝙ intelligibiliter intelligāt quæ appoſita ſūt
eis.Nō em̄ viſibiliter hęc:ſed intelligibiliter
hoc eſt ſpiritaliter:facturus eſt Chriſtus: &
prophetatus eſt Chriſtus.Nā ædificauit vere
ciuitatē dei:ſed ex lapidibus viuis: in quibus
ſuſcitauit filios Abrahę:ex ipſis ædificauit ec
cleſiam dei:vt cōuertat captiuitatē populi:

eorū quos in peccatis captos diabolus detine bat. Illis ergo nō ita intelligētibus, mēſa hæc ſcripturę diuinę facta eſt ĩ laqueū: & ĩ captio nē. Poteſt aūt & illa captio mēſę huius videri qua dn̄s eos cepit cū dixit ad eos. Quid vobis videtur de Chriſto cuius filius eſt? At illi reſpōderūt. Dauid. Et dn̄s. Quomodo (inqt) Dauid vocat eum dn̄m dicēs. Dixit dn̄s dn̄o meo? & nō potuerūt ei reſpondere verbū. Fit aūt & ĩ retributionē eis hęc mēſa: vt breuiter dicā: ſecūdū verbū dn̄i quo ait. Putatis ꝙ ego accuſem vos apud patrē? Eſt qui accuſet vos Moyſes. Et ſecūdū illud quod apoſtolꝰ dicit. Quicūq; per legē peccauerūt: per legē iudicabūtur. Fit aūt & ĩ ſcādalū mēſa hæc hoc mō. Ex ſcripturis didicerāt Iudęi: qa Chriſtꝰ manet in æternū: Ieſum vero vidētes in carne: & nō ſolū in carne: ſed etiā in morte: & mortem crucis: ſcandalizabanť in eū neſciēres qa paſſus eſt ex infirmitate carnis: ſed viuit ex virtute dei. Hæc ergo ſingula qa nō intelligibiliter acceperūt: quę appoſita ſunt eis ad mēſam potētis: ſcandalizati ſunt: & ipſa mēſa ſcripturarū diuinaꝝ facta eſt in ſcandalū eis: & obſcurati ſunt oculi eoꝝ ſecundū ea quæ ſupra diximus: & dorſum eoꝝ curuatū eſt ſemper. Neq; eñ deberēt vltra cælū aſpicere q in creatorē cęli peccauerūt: & in dominum maieſtatis. Sed & vnicuiq; noſtrū verēdū ē: ne forte hęc diuinoꝝ mēſa verboꝝ: ad quā videmur cōſediſſe: vt cibū verbi dei ꝓ poſſibilitate ſumamus: fiat in laqueū: vel in retributionē: vel in ſcandalū: ſi nō intelligibiliter: & vt dignū eſt mundos ex ea: & puros: ac ſpiritales cibos ſapiētię capiamꝰ: etiā illud pariter obſeruātes ne immūdis & ſordidis veſtimētis. i. corpore ac corde polluto ad mēſam ſapiētiæ conſideamus: per ſpeciē futuri in cælis cōuiuii: iā nūc meditātes per cōuerſionē & pœnitētiā indumēta quotidie mūdiora & nuptialia pręparemus: qbꝰ vtētes aulā ſapientię thalamos filii regis intrare mereamur.

Dico ergo: nūquid ſic offenderūt vt caderēt? Abſit. Sed illoꝝ delicto ſalus eſt gētibus: vt illos æmulenť. Qꝫ ſi delictū illorū diuitiæ ſunt mūdi: & dimminutio eoꝝ diuitię gētiū: quanto magis plenitudo eorum?

C ¶Cū expoſuiſſet apl's ea in qbus repudiatus eſt Iſrael: & introductæ ſunt gētes: & enumeraſſet etiā ꝓphetas q de cęcitate ipſorū: & laqueo: & retributione ſcandali ꝑdixerāt: ne rurſum gētibus inſultādi cauſas & elationis materiā ꝑberet: ipm Iſraelis lapſum dicit talē fuiſſe: vt nō illi caderēt: ſed vt delicto ſuo ſalutē gētibus darēt. & ait. Dico ergo. Nunqd ſic offēderūt vt caderēt? Abſit. Sed illoꝝ delicto: ſalus gētibus. Et quomō ex illoꝝ delicto ſalus gētibus deť: oſtēdit. Hoc eſt vt cōuerſionē gētiū vidētes: & teſtamētū dei, qđ ipſi priꝰ acceperant, illis traditū: & legem ac ꝓphetas apud eos maiore & digniore haberi obſeruātia: zelū capiāt etiā ipſi in nouiſſimis ſaltem tēporibus: & ſicut nūc illorū lapſus ſalutē gētibus dedit: ita gētiū fides & cōuerſatio Iſraeli æmulationem cōuerſionis cōferat & ſalutis. Obſeruādū tñ̄ eſt: ꝙ aliud ponit offēdere ac delinquere: & aliud cadere. & offenſioni qdem vel delicto remediū ponit: cecidiſſe autē eos quaſi deſperatio in hoc ſit aliqua: nō recipit. Dicit eñ. Nunqd ſic offenderunt: vt caderēt? Abſit. Sed illoꝝ delicto ſalus gētibꝰ. Et eſt mirū quomodo in tot & talibus quę de eis oīs epiſtolę textus exponit: cecidiſſe tñ̄ eos neget apoſtolus. Sed videť mihi ꝙ Paulus cadēdi differētias bene nouerit: & aliud ſciat eſſe cadere: ſecūdū illud qđ ſcriptū eſt. Septies cadit iuſtus: & reſurgit. Et iterū. Noli mihi inſultare inimica mea: qa cecidi: & reſurgā. & ſecūdū ꝙ Hieremias dicit. Nunqd q cadit nō adiiciet vt reſurgat: aut qui auerſus eſt non reuerteť? Sed & Iob de ſemetipſo dicit. Tempore cōſtituto paratus eſt ei cadere ſub aliis: et donū eius diripi ab alienis. & in quarto Regnorū libro ſcriptū eſt. Cecidit Ezechias ab elatione cordis ſui. Et oēs hi caſus de qbus in ſupradictis ſermonibus ſcripturā ꝓnūtiaſſe memorauimus: habēt vtiq; reſurrectionē: & euerſio eorū habet cōuerſionē. In pſenti vero capitulo: quaſi ſciēs apl's: qa ſi cecidiſſent reſurgere oīno non poſſent: ita negat eos cecidiſſe: & valde excuſat in eo qđ dicit. Nūquid ſic offenderūt vt caderēt? Abſit. Ne forte ergo ad aliū caſum reſpiciēs apl's Iſrael excuſet et abneget cecidiſſe illū: de quo dicebat dn̄s: et ſaluator noſter: quia videbā Sathanā ſicut fulgur cecidiſſe de cælo. Sed & illum de quo Eſaias dicit. Quomō cecidit de cælo Lucifer q mane oriebať. Hunc ergo talē caſum negat cecidiſſe Iſrael. Illorū eñ vel in fine ſæculi cōuerſio erit tūc cū plenitudo gētium ſubintrauerit: & oīs Iſrael ſaluus fiet. Iſtius autem qui de cælo cecidiſſe dr̄: nec in fine ſęculi erit vlla cōuerſio. Hūc ergo caſum quē ſuperius diximus. i. in quo q cadit non adiiciet vt reſurgat: ſimilē eſſe huic quā in ipſo loco offenſionē nominat apl's aduertamus: & qđ delictum appellat. Qđ mihi tale videť eſſe. Siquādo iuſtus in vno aliquo victus (Verbi cauſa) vel in fragilitate carnis: vel alio quolibet delicto ceciderit: nō tamē ideo ab omni legis obſeruan D

tia ceciderit: ſed iuſtitiã teneat: miſericordiã
colat: fidem: pietatẽ: manſuetudinem ſeruet:
et legem dei non negligat meditari. De hoc
poſſumus dicere: quia nũquid ſic offendit: vt
caderet? Abſit. Quia Iſraelitę q̃uis redempto
rem ſuũ negauerunt: & eos qui ab ipſo miſſi
ſunt lapidauerunt: & perſecuti ſint: tamẽ ha-
bent adhuc aliquid reſidui. Eſt apud illos me
ditatio legis: licet non credentes: nec intelli-
gant. Eſt apud illos & æmulatio dei: licet nõ
ſecũdũ ſcientiã. Et propterea dicit apoſtolus
quia non ſic offenderũt vt caderẽt: hoc eſt vt
ab omni legis dei obſeruãtia: vel meditatio-
ne declinarẽt. Et huiuſmodi caſum delictum
nominauit. Illorum (inquit) delicto ſalus gen
tibus. Propterea ergo Dauid ſciẽs huiuſmo-
di eſſe delicta: in quibus qui ceciderit non re-
ſurget: nec in cõſummatione ſęculi: dicebat:
Delicta ſiue lapſus quis ĩtelligit? Sequit̃ poſt
A hęc. Qꝫ ſi delictum illorum diuitiæ mundi:
et dimminutio eorum diuitiæ gentiũ: quãto
magis plenitudo eorum? Cõſydera in his dei
ſapientiam: quomodo apud eũ nec ipſa qui-
dem delicta: & lapſus inutilitati cedũt. Sed
cum vnuſquiſqꝫ ex propoſiti ſui libertate de-
linquat: diſpẽſatio diuinę ſapientiæ hoc ipſo
in quo illi damno ſuæ negligentiæ pau peres
fiunt: alios diuites facit: etenim cum diuide-
ret deus gẽtes: & diſpergeret filios Adam: ſta
tuit terminos gentium: & reliqua vſqꝫ hære-
ditas eius Iſrael. Illis autem angelis quibus
pars gentium diſtributa: ſeducentibus quo-
dammodo ſingulos quoſqꝫ de parte domini
ac deprauantibus: fecerunt eos offendere: ita
vt diceret dominus per prophetam. Facta eſt
mihi portio mea deſyderabilis in execratiõe.
Neceſſarium fuit vt illa repudiata, eſſet alia
pars domini ſuper terrã: quę gloriam: & teſta
mentũ: & legiſlationẽ: & obſequia cultus dei
(quę omnia diuitię erãt ꝑtes domini) ſuſcipe
ret: & pars domini pro illa parte quæ offende
rat vocaretur. Idcirco delictũ illoꝝ fiunt di-
uitiæ mũdi. Nũc enim iam nõ vna Hebręoꝝ
gens: ſed totus mundus pars domini effecta
eſt. Sic enim ipſe Saluator dicit. Quia ego ve
ni nõ vt iudicem mũdũ: ſed vt ſaluetur mun
dus per me. Et ne ambiguũ videretur mundi
nomen: quoniã quidẽ ſæpe ad cœlũ & terram
ſæpe ad ſolã terrã: interdũ vero ad omnes ho-
mines mũdi appellatio refertur: idcirco repe
tit apoſtolus: & manifeſtiꝰ in quo dixerit mũ
dũ deſignat. Ait eñ. Hæc dimminutio eorũ
B diuitiæ gentiũ. Qđ eñ illis qui offenderũt
dimminutũ eſt: & ablatũ: ad diuitias gẽtium
collatum eſt: qui per fidẽ pars domini effecta

ſunt hæreditas eius. Bñ autẽ ad dimminutio
nẽ reddidit plenitudinẽ: & nõ ſine profundo
quodã ſenſu populũ Iſrael Paulus plenitudi-
nẽ vocat: in quo ego pro viribus meis tale ali-
quid intelligo. Nũc quidẽ donec omnes gen-
tes veniũt ad ſalutẽ: cõgregantur diuitię dei
ex credentiũ multitudine: ſed donec Iſrael in
ĩcredulitate perſiſtit nõdũ plenitudo portio
nis domini dicitur eſſe cõpleta. Deeſt eñ ad
integrũ populus Iſrael. Cum vero plenitudo
gentiũ ſubintrauerit: & Iſrael ĩ nouiſſimo tẽ
pore ꝑ fidem venerit ad ſalutẽ: ipſe erit popu
lus qui prior quidẽ fuerat: ſed nouiſſimus ve
niẽs ipſam quodãmodo hęreditatis & portio
nis domini plenitudinẽ cõpleat. Et ideo pleni
tudo appellatur: quia qđ deerat in portione
dei: in nouiſſimis ĩpe cõplebit. & ita omnipo
tẽtis & boni dei diſpenſatio delicta alioꝝ fru
ctuoſa aliis efficit: ſicut in præſenti delicta Iſ
rael diuitias mũdi facit: & imminutionẽ eoꝝ
diuitias gẽtiũ. Iam ſane fiet ex gentiũ delictis
quę neceſſario delinquũt ta le aliquid: omniũ
enim diſpenſator: & aliquibus ex eis diuitias
confert: ne hoc quaſi ſpiritale ſolius Iſrael fu-
iſſe videatur: ſed æquitas apud iuſtũ & bonũ
deũ ſuper omnibꝰ habeatur: etiã tu qui legis
apud temetipſum iſta require.

Vobis enim dico gentibus. Q̃diu quidẽ
ego ſum gẽtium apoſtolus miniſterium meũ
honorificabo: ſi quo modo ad æmulandum
prouocem carnem meam: & ſaluos faciam
aliquos ex illis. Si enim amiſſio eorum recõ-
ciliatio eſt mundi quæ eſt aſſumptio niſi vi-
ta ex mortuis?

¶Sicut ſępe obſeruauimus in hac epiſto- C
la Pauli: aliquãdo pro Iudęis: aliquando ꝓ gẽ
tibus: interdũ vero ad alterum horum: vel ad
vtrũqꝫ facere ſermonẽ: ſicut cũ dicebat. Si au
tẽ tu Iudęus cognominaris: quaſi ad Iudęũ lo
quẽs. Et iterum. Iudęo primũ & græco: quaſi
ad vtrũqꝫ. Nunc vero aperte ad gẽtes: hoc eſt
ad eos maxime qui in vrbe Roma ex gẽtibus
crediderunt dicit. Vobis enim dico gẽtibus.
Quid ergo dicat gentibus videamus. Q̃diu
quidem ego ſum (inquit) gentium apoſtolus
miniſterium meum illuſtrabo: ſi quo modo ĩ
æmulationem immittam carnẽ meam: & ſal
uos faciam aliquos ex illis. Dicet aliquis. Qđ
ait: q̃diu ſum gentium apoſtolus, hoc vide-
tur oſtendere: ꝙ non ſemper erit gentiũ apo-
ſtolus: ſed completo miniſterio aliorum quo
rũlibet apoſtolus ſit futurus. Sed quantum
et ex ipſius ſermonibus: & ex rerum geſtarũ
ratione colligitur: q̃diu in hoc mũdo fuit per
manſiſſe in fide & veritate gẽtium apoſtolus

comprobatur.Quid ergo dicemus? Nunqd
nam tanq̃ ſeruus bonus & fidelis:qui in pau
ca fuerit fidelis:ſciebat ſe ſuper multa conſti
tuendum & apoſtolum futurum etiam poſt
exitum ſuū:nō ſolum gentium:ſed & Iſraeli
tarum:& aliorum fortaſſis inuiſibiliū ibi vbi
benedicunt ſpiritus & animę iuſtorum domi
nū: hymnū dicūt:& ſuperexaltant eum in ſæ
cula? An poti9 ſimpliciter debemus accipere
q̄diu ego ſum gentium apoſtolus:ſicut & do
minus ad apoſtolos dicit:Ecce ego vobiſcum
ſum omnibus diebus vſq; ad cōſummationē
ſęculi:nō ꝙ dicat ſe poſt conſummationē ſæ
culi nō futurꝝ cū eis:ſed vt oſtēderet ſe nunq̃
ab eis diſceſſurꝝ vſq; ad cōſummationē ſæcu
D li.Dicat ita & apoſtolus:Q̄diu ego ſum apo
ſtol9:dixiſſe pro ſemper:& ſine fine.Quæ aūt
ex vtraq; recipi debeat expoſitio: relinquim9
legentis arbitrio.Igitur q̄diu eſt gentiū apo
ſtolus Paulus:miniſteriū ſuū illuſtrare ſe di
cit:& quid tā dignū q̃ vt vnuſqſq; miniſteriū
qd̄ per dei prouidētiā ſuſcepit exornet? Exor
nat aūt:& illuſtrat miniſteriū:qui bene mini
ſtrat:ſicut econtrario dehoneſtat miniſteriū
ſuū:& notabile facit:qui negligenter & indi
gne miniſtrauerit. Verbi cauſa.In miniſterio
eccleſię diaconus(īquit)qui bene miniſtraue
rit bonū gradū ſibi acquirit:& multā fidutiā
in fide Ieſu Chriſti.Si aūt non bene miniſtra
uerit:hoc eſt ſi nō ſe talē exhibuerit qualem
deſcribit Apoſtolus:grauē:nō bilinguē: non
multo vino deditū:nō turpis lucri appetito
rē:ſed habētē myſteriū fidei in cōſciētia pura
nō iam bonū gradū: ſed malā ſibi pœnā conq
rit:tanq̃ qui cōtumeliā fecerit diuio miniſte
rio.Similiter aūt & q presbyterii gradū ſuſce
pit in eccleſia:ſatagat illuſtrare miniſteriū pſ
byterii.Ad ipm em̄ pertinent & illa q̄ de preſ
byteris ad Titū ſcribit apoſtolus:& ea q̄ Eſa
ias ſcribit cū dicit.Ipſe dn̄s in iudicio veniet
cū presbyteris populi:& cū principib9 ei9 iu
dicabit. & addit. Vos aūt vt qd ſuccēditis vi
neā meā? & direptio pauperꝝ in domibus ve
ſtris eſt? Vt qd iniuriā facitis populo meo:&
perſonas pauperꝝ cōfunditis? Secūdū hæc au
tē & epiſcopus illuſtrat miniſteriū ſuū in epi
ſcopatu:ſi ſit ſecūdū ꝙ deſcribit apoſtolus ir
reprehēſibilis:vigilās:prudēs:ornatus:hoſpi
talis:doctor:nō vinolētus:non percuſſor: ſed
modeſtus:nō litigioſus:nō auarus:domū ſuā
bene regēs:filios habēs in obſequio cū omni
grauitate:nō elatus ſuperbia:ne in iudiciū in
cidat diaboli.Qui talis ē:illuſtrat miniſteriū
epiſcopatus ſui:vt ipſe audiat.Euge ſerue bo
ne & fidelis:quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſu
pra multa te cōſtituā.Similiter aūt & vidua
ſi permaneat in orationib9 die ac nocte:& ob
ſecrationibus:illuſtrat miniſteriū viduitatis
ſuæ.Si vero ſit talis qualis apl's notat:otioſa:
verboſa:& nō ſolū verboſa:ſed & curioſa: lo
quēs quę nō oportet:ſed in delitiis degēs:vi
uēs mortua:hęc dehonorauit: & non illuſtra
uit miniſteriū viduitatis ſuæ.Eodē mō etiā
virgo cōſecrata deo:non illuſtrat miniſteriū
virginitatis ſuæ:nec illuſtrat lampadē ſuam
ſed econtrario lumen eius extinguit:& effici
tur vna de inſipientibus virginibus.Hæc ea
dem in eccleſia vnuſquiſq; poſitus apud ſe
metipſum reputet:vt in quocunq; loco ſtat:
ſiue in clero:ſiue in plebe:illuſtret miniſteriū
ſuū fidei:& tales faciat actus ſuos: vt vidētes
homines opera eius bona magnificent patrē:
qui in cælis eſt.Hoc enim faciebat Paulus do
cendo gentes:quorum erat apoſtolus : & in
ſtruendo infirmos alere:paruulos lacte alen
do:robuſtis fortiorem verbi cibū prębēdo:er
rantes:& in fide titubātes:ac velut in abortū
quendam redactos:materno affectu rurſum
parturiendo donec Chriſtus formetur in eis.
Et per hæc omnia illuſtrando miniſteriū apo
ſtolatus ſui:in æmulationē fidei & zelū bonæ
conuerſationis adducebat carnē.i.ſecundum
carnē cognatos: vt ſi nō omnes:aliquos tamē
ſaluos faceret ex illis.Sic ergo dū peruigilem
curā:& iugē ſollicitudinē erga doctrinā gen
tiū gerit:& cōuerſationē eorꝝ ac vitam valde
probabilem facit:vidētes hæc Iſraelitę q erāt
cognati eius ſecundū carnē/ad imitādos eos
qui proficiūt in fide dei inuitat:& prouocat:
et eſt gloria miniſterii eius cū ex eruditione
etiā illis profectus acceſſerit.Si enim amiſſio E
eorū recōciliatio eſt mūdi:quę eſt aſſumptio:
niſi vita ex mortuis? Hoc mihi oſtēdere i his
ſermonibus videt apoſtolus: ꝙ abiecto Iſrael
et ad gētes neceſſario prędicatione tranſlata
mūdus recōciliatus eſt deo:ſecūdū ꝙ ſcriptū
eſt:Quia deus erat in Chriſto mundū recōci
liās ſibi:nō reputās illis delicta ipſorꝝ.Et iterꝝ
ſicut Paul9 dicit.Qui poſuit in nobis verbū
reconciliationis.per qd̄ verbū dicebat.Roga
mus pro Chriſto recōciliamini deo.Sic ergo
(inquit)Iſraeliticæ gētis huius abiectio recō
ciliationē pſtitit mūdo:& ſi tāta fuit erga gē
tes iſta gratia:quæ ſublata ab ea vniuerſum
mūdū deo recōciliare ſufficeret:quantū pu
tas tūc merebitur mūdus cū etiā gens iſta re
conciliari merebitur deo.Et quid illud ſit qd̄
ex recōciliatione Iſrael mūdus acquirat:bre
uiter oſtēdit dicēs: Vita ex mortuis. Tūc em̄
erit aſſumptio Iſrael quādo iā mortui vitam

recipient:& mundus ex corruptibili incorru
ptibilis fiet:& mortales immortalitate dona
bũtur.Abſurdũ nãq; videretur ſicut offen-
ſio ipſorũ reconciliationẽ mundo donauerit:
aſſumptio ipſorum non maius aliquid mũdo
et pręſtantius largiretur.

Q; ſi delibatio ſãcta eſt:& maſſa:& ſi radix
ſancta:& rami.Q; ſi ex ramis aliqui fracti ſũt
tu autem cũ oleaſter eſſes: inſertus es in illis
et ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus
es:noli gloriari aduerſus ramos.Q; ſi gloria
ris:non tu radicem portas:ſed radix te.Dicis
ergo fracti ſunt rami:ego iſerar:bene propter
incredulitatem fracti ſunt.Tu autẽ fide ſtas.
Noli altum ſapere:ſed time.Si enim deus na-
turalib[9] ramis non pepercit:ne forte nec tibi
parcat.Vide ergo bonitatem & ſeueritatem
dei:In eos quidem qui ceciderunt ſeueritatẽ
in te autem bonitatem dei:ſi permanſeris in
bonitate.Alioquin & tu excideris.Sed & illi
ſi non permanſerint in incredulitate inſeren-
tur.Potens eſt enim deus iterum inſerere il-
los.Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro:
et contra naturam inſertus es in bonã oliuã:
quanto magis hi ſecundum naturam inſerẽ-
tur ſuę oliuę!

A ¶Neſcio quõo qui de ſchola Valentini/&
Baſilidis veniũt hæc ita a Paulo dicta nõ au-
diẽtes,putẽt eſſe naturã animarũ: quæ ſemꝑ
ſalua ſit:& nũq̃ pereat:& aliã quæ ſemp ꝑeat:
et nũq̃ ſaluet̃:cũ Paulus apte dicat fractos eſ-
ſe ramos bonæ oliuæ: ꝓpter incredulitatem
ſuam:& ibi ſeueritatis indiguiſſe vindicta:&
rurſus oleaſtri ramos:quæ apud illos natura
perdita ponitur:inſertos eſſe radici pinguis
oliuę.Sed illis per hęc facilis reſponſio.Nihil-
ominus autẽ etiã nobis quivnã eſſe naturam
immo oĩm rationabilium dicimus:& ad ſalu
tem ęqualiter habilẽ:& ad perditionẽ:ſi negli
gat:occurri põt & dici. Quomodo ergo Pau
lus oliuã bonam:& oleaſtrũ ponit?cũ vtiq; ſci
ret eſſe naturã vnã omniũ:diuerſi generis ar
borũ nõ introduxiſſet exẽplũ.Dicendũ ergo
ad hæc.Sicut omnis materia corporalis cum
ſine dubio vnius naturæ ſit:per accidẽtes ſibi
qualitates diuerſas ſpecies profert:vel corpo
rũ:vel arborũ:vel hęrbarũ:ita & cũ omniũ ra
tionabiliũ vna natura ſit:arbitrii æqualiter li
bertate donata:vniuſcuiuſq; ꝓprii motus ex
arbitrii poteſtate prolati: vel ad virtutẽ:vel
ad libidinem ſubiectã ſibi animã perducentes
vel in bonæ eã:vel in malę arboris formãt ſpe
ciẽ.Vt aut bona dicat̃ arbor:ſi per arbitrii po
teſtatẽ delegerit bona:aut mala dicat̃ ſi elege
rit mala:& ſic vnuſquiſq; ſecundum propoſi
ta ſui mot[9] aut bona oliua:ſi iter virtutis in
cedat:aut ſi cõtraria ſectetur:oleaſter nomi-
nabitũr.Inde deniq; & dñs in euangelio dice
bat.Aut facite arborẽ malã:& fructũ eius ma
lũ:aut facite arborẽ bonã:& fructũ eius bonũ.
Vt oñderet arborẽ bonã:vel malã non naſci:
ſed fieri.Iam vero ſi accidit aliqd ad arbitrii
libertatẽ:qđ extrinſecus vel ad mala ꝓuocet:
vel hortet̃ ad bona:per ineffabiles quaſdã di-
uinę prouidẽtiæ diſpẽſationes in nullo conſe
quentiã ꝓpoſitæ abſolutionis offendit.habet
eñ in ſemetipſo natura rationabilis vigentẽ:
(et hęc arbitrii)libertatẽ: q̃ vel obedire ſi ve
lit:ꝓuocãti:vel ſi nolit ſpernere poſſit hortan B
tẽ.Qđ autẽ dixim[9]:q; materię corporali acci
dẽtes extrinſecus qualitates reddunt ſpecies
diuerſas:aliquas quidẽ ad multũ tẽpus ꝑma-
nẽtes:aliquas ad breue:nõnullas vero nõ ſo-
lum annis exiguis:ſed interdũ etiã menſibus
aut die bus paucis vix durãtes:ita intelligit̃.
Verbi cauſa:Species cœli:& ſolis:ac lunæ: vl'
aſtrorũ talibus quibuſdã formatæ ſunt quali
tatibus quæ vſq; ad ſæculi finẽ ꝑdurare ſuffi
ciãt:& vſq̃quo liberentur a ſeruitute corru-
ptionis in libertatẽ gloriæ filioꝝ dei.Aliæ ve
ro ſunt terrenorũ corporũ qualitates:& in ip
ſis multa differẽtia.Nõnulloꝝ eñ animaliũ
corpora:vel arboꝝ:vel auiũ multis admodũ
poſſunt durare tẽporibus.Aliorũ vero pau-
cis:aut valde exiguis. Q; ſi hæc bene intelle-
xiſti:trãſeamus nũc ab exẽplis corporeæ qua-
litatis ad naturæ rationabilis qualitatẽ:& vi
de quomõ aliæ quidẽ in qualitatibus beatitu
dinis ſęcula multa ꝑdurãt:& aliæ qualitates
ꝑfidiæ vel malitię nihilominus ſęcula multa
cõſumũt.Aliæ ex ipſis paruo tempore:vel in
virtutibus:vel in malitiis manent: aliæ ꝑexi
guo:aliæ admodum breui.Quoꝝ per ſingu-
la notitiam nos quidẽ homines:vtpote corru
ptibiles:corporis pondere ꝑ̃grauati:ꝑexigu-
am aut etiã nullã capere poſſumus.Qui ve-
ro ſcrutat̃ omnia etiam alta dei/ſpiritus ſan-
ctus vniuerſa nouit:& nota facit:cui ipſe vo
luerit reuelare.In his etenim ꝑ̃cipue.i.in diſ-
penſatione rationabilis naturæ apoſtolicum
illud dicendum eſt.O altitudo diuitiaꝝ ſa-
pientiæ:& ſcientiæ dei:q̃ incomprehenſibilia
ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles viæ eius.
Sic ergo vnuſquiſq; ex arbitrii poteſtate:aut
bona oliua:aut oleaſter efficitur: aut Iſraeli-
tici generis:aut alterius culpabilis gentis:vt
dicatur de eo:quia alienati ſunt peccatores
a vulua:errauerunt ab vtero:locuti ſunt fal-
ſa:ita vt ſint ꝑegrini teſtamẽtoꝝ:& hoſpites
ꝓmiſſionum dei.Et alii in deum iactantur ex

C vtero:& dicũt:In te iactatus ſum ex vtero:de
ventre matris meę deus meus es tu.Sed quo
niã(vt diximus)permanet ſemp naturę huic
libertas arbitrii;poſſibile eſt vt cũ ſit qs Iſrae
liticę gẽtis:& bonę oliuę ramus:decidat in in
credulitatẽ:& frangatur.& rurſus alius q ele
gerat genus eſſe culpabilis: & peccatricis:&
per hoc ramus oleaſtri dicebatur:ſi conuerta
tur ad fidẽ(habet em̃ in ſe arbitrii libertatẽ:
qua cõuerti poſſit ad fidẽ boni)inſeritur bo-
nę oliuę per fidẽ:& efficit ſocius radicis & pĩ
guedinis oliuæ.Radicem vero hãc alii Abra
ham nominant:alii Seth:alii aliquẽ vnum ex
patribus bonæ mẽtis ponunt.Ego aũt radicẽ
aliã quæ ſancta ſit:& ſanctas primitias neſcio
niſi dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ.Ipſe eſt em̃
primitię omniũ:vel delibatio:vt in præſenti
loco habemus apoſtoli:ſecũdũ id qđ alibi dici
tur de eo.Qui eſt primogenitus omnis crea-
turę.Huic nãq; radici omnis qui ſaluatur in
ſeritur:& ex hac delibatione ſancta oĩs maſſa
humani generis ſanctificatur.Etvere ſicut ra
dix ſancta manentibus in ſe ramis ſanctitatis
pinguedinẽ præbet:dũ per ſpiritũ ſuũ ſanctũ
adhęrẽtes ſibi viuificat:verbo excolit: ſapien
tia floridos reddit:& in omniũ virtutũ pleni
tudine afferre fruct⁹ vberes facit:ita vt & ipa
dicat de eis.Ego autẽ ſicut oliua fructifera in
domo dei.Etenim ſi rami qui fracti ſunt pro-
pter incredulitatẽ fracti ſunt:& qui ſtant:fi-
de ſtant;quis alius erit in quo ſtant niſi Ieſus
Chriſtus?& quis eſt alius a quo per increduli
tatem fracti ſunt:niſi ipſe cui nõ crediderũt?
Semper ergo quicunq; aduenę ad fidẽ:vel ad
conuerſationẽ Iſraelveniebant:Chriſto q erat
verus Iſrael inſerebantur.Præcipue tamẽ ex
tempore aduentus eius multus oleaſter in
ſertus huic radici:vel ramis eius apoſtolis.ſ.
et prophetis dei:vt qui inſeruntur eis:ſocii fi
D ant radicis & pĩguedinis Chriſti.Poſthęc do
cet nos apoſtolus:non extolli aduerſus radi-
cem fractos ramos Iſraelitas:neq; ĩſultare eis
quia non nos radicẽ portamus:ſed radix nos.
Non em̃ habemus qđ non accepimus.Si au-
tem accepimus:quid gloriamur quaſi nõ ac-
ceperimus?Cum deinde quaſi quibuſdam im
pudentibus inſultantibus & dicentibus.Sed
fracti ſunt rami.Bene propter incredulitatẽ
fracti ſũt:vt ego inſererer qui credebam. hos
ergo reprimens apoſtolus dicit. Illi quidem
per incredulitatem fracti ſunt:& tu inſertus
es per fidem:& in fide ſtans.Sed memento:qa
omnis qui ſe exaltat humiliabitur:& ideo no
li ſuperba ſapere:noli alta: & elata proloqui.
Quis enim in radice ſtes:& bene ſtes: time-
to tamen videns:quia & alii quibus inſultas
ibi ſteterunt:vbi tu ſtas:& cum ibi non eſſes
ad oliuæ huius radicem aliũde trãſlatus es:
et poſſibile ẽ etiã te peccare.Nam hoc ipſum
q; ſuperbis & exaltaris iã peccas:& ſcito quo
niam ſi deus naturalibus ramis non pepercit
nec tibi parcet. Poſthæc vero qui ſuperbit:&
inſultat lapſis:altiorib⁹ ab apoſtolo ſenſibus
humilitatis imbuitur:& dicit ad eũ.Tu qui
hæc dicis:vide bonitatem & ſeueritatem dei
& cũ vides ſeueritatem eius erga fractos ra-
mos:metuẽdum tibi eſt:ne forte & tu dũ ſu-
perbis & inſultas lapſis:ſeueritatẽ dei quę pec
catores perurget incurras ipſe peccando.Bo-
nitas enim eius permanet in his qui in bonita
te permanſerint.Alioquin eodẽ ordine & tu
ſi in bonitate nõ mãſeris excideris:& illi ſi in
incredulitate nõ pmanſerint inſerẽtur. Deo
enim non eſt impoſſibile iterum inſerere illos
ſi recedãt ab incredulitate per quã fracti ſũt.
Quandoquidem facilius videtur propriæ ar
boris ramos radici ſuę reddere q̃ inſerere alie
nos. Q; autẽ dixit ex naturali oleaſtro:& ite
rum:ſecundum naturam inſerẽtur ſuę oliuæ E
naturam oliuę vel oleaſtri ſecundũ hoc debe
mus accipere qđ ſupra expoſuimus. Arbitrii
libertas naturã fecerit vnicuiq; vel oleaſtri:
vel bonæ oliuæ.Obſeruãdũ ſane eſt:q; hi qui-
dem qui ex propria oliua deciderũt fracti di-
cunt.Hivero qui ex oleaſtro inſeruntur:ſi ite
rum peccauerint non frangendi:qđ vtiq; eẽt
leuius:ſed excidendi appellantur.In quo ve-
hementior profecto dei ſeueritas indicatur:
ſi poſteaq̃ cum eſſet oleaſter:& ex peccatorũ
ſylua collectus ad radicem fidei ac ſanctitatis
adductus eſt:rurſus amaros malitię proferat
ſuccos.Sed ne hoc quidem lateat nos in hoc
loco:q; nõ eo ordine Apoſtolus oliuę:& olea-
ſtri ſimilitudinem poſuit: quo apud agrico-
las habetur.Illi enim magis oliuam oleaſtro
inſerere:& non oliuæ oleaſtrum ſolent. Pau-
lus vero apoſtolica auctoritate ordine com-
mutato res magis cauſis/q̃ cauſas rebus apta
uit.

Nolovos ignorare fratres myſterium hoc
vt non ſitis apud voſmetipſos ſapiẽtes: quia
cęcitas ex parte cõtingit in Iſrael: donec ple-
nitudo gẽtium intraret:& ſic omnis Iſrael ſal
uus fieret.ſicut ſcriptum eſt. Veniet ex Sion
qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob:
et hoc illis a me teſtamentum cum abſtulero
peccata eorum.

¶Adhuc eos qui ex gentibus crediderant
quaſi elatos & ſuperbientes aduerſus ramos F
qui fracti ſunt:putantes q; nõ dei bonitate:&

ineffabili diſpenſatione ſapiētię eius:ſed ſuis meritis cōſecuti ſunt:vt illis defractis ipſi cū eſſent oleaſtri insererentur in bonam oliuam dicit.Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc:vt non ſitis apud voſmetipſos ſapientes. Quia inſultare lapſis:& gloriari aduerſus ramos qui fracti ſunt:nō ſit per dei ſapientiam ſed per humanam culpabilem:& ignorantem myſterium dei.Qui enim ſecūdum deum ſapit in beneficiis dei:non inſultat abiectis: ſed cum timore gratias agit miſericordię largiētis. Eſt ergo myſteriū qđ ignorabaſ ab iis q inſultabant huiuſmodi:quomodo in diſperſione filiorum Adam cæteris quibuſq; gentibus ſecundum numerū angelorum diſtributis propria quædam pars dei facta ſit Iſrael:ſicut in aliis:& ſicut oportet in his ipſis paulo ſuperius memorauimus:ad quos & repromiſſio bonorum:& teſtamenta:& legiſlatio facta eſt.Manēte ergo parte domini ī ſtatu ſuo:poſſibile nō erat nos qui eram⁹ gētes introire in hæreditatem dei:& in ſceptri eius iura ſuccedere.Idcirco igitur patitur deus ex parte: id eſt nō omnib⁹:ſed aliquib⁹ ex Iſrael fieri cęcitatem:ab illis ſine dubio angelis obtentu inuidiæ & æmulationis illatam: qui cæterarū gētiū ſortiti fuerant principatū.Paſſus eſt ergo deus:& cū poſſit prohibere noluit: vt pro iis qui cęcitate decepti.i. cordis obtuſione ꝑ lapſi ſunt ipſorum qui iſtos deceperāt portionem ſuā deus faceret:vt quodāmodo in eo ipſo quo cœperāt caperētur.Aduertētes enim ad ſe per peccati illecebras dei plebē:locū fecerunt gētibus ingrediēdi in hęreditatem dei: deo cū ipſis cōmuni quodā & ęquiſſimo iure habēte iudiciū:vt donet illi plebē dei quā ī cęcitatis captiuitate detineret:q̄ſi ad vicem eorū quos ab initio ex portione dei:& ſegregata eius hęreditate ſubtraxerāt:gentiū numerus redderetur.Cū vero plenitudo gentium fuiſſet expleta:& æmulatione ſalutis eorum cœpiſſet Iſrael diſcutere a ſemetipſo cæcitatē cordis:& eleuatis oculis ſuis Chriſtū verū lumen aſpicere: ita ſecūdū præcedētes ꝓphetias ſalutē quā ob cęcatus amiſerat Iſrael quęreret inſtigat⁹ dicens apud ſemetipſum illud ꝓpheticū: Reuertar ad virꝝ meū priorē:quo niā melius mihi erat anteq̄ modo.Q₂ autem hęc illis ꝓmiſſa ſint per prophetias:in multis quidē propheticis voluminib⁹ inuenit̃.Ponemus tamē ꝙ ſufficiat ad pręſens vnū de Hieremia teſtimoniū:ita cōtinēs. Si exaltet̃ cælū in excelſum:& terra humiliet̃ deorſum: ego nō reprobabo genus Iſrael pro omnib⁹ quæ fecerunt.Si ergo ꝑ eo vt introiret gentiū plenitudo:cæcitas facta eſt in Iſrael pro omnib⁹ quæ fecerūt:ſine dubio cū ingreſſa fuerit gentiū plenitudo cæcitas ceſſabit.Q₂ ſi vis(iqt) apoſtolus ſcire quomō etiā poſt cæcitatē ſaluādus ſit Iſrael:audi quomō ſcriptū ſit. Veniet ex Sion qui liberetur:& auertet impietatē ab Iacob:& hoc illis a me teſtamētum:cū abſtulero peccata eorū.Sciendū ſane eſt ꝙ ī ꝓpheta Eſaia:vnde teſtimoniū iſtud Paulus aſſumit:ꝓ eo qđ dixit apoſtolus:veniet ex Sion ſcriptū eſt:Veniet ꝓpter Sion.Et qđ ait hic: Cū abſtulero peccata eoꝝ: ibi oīno ſcriptum non eſt:ſed nec apud Hebręos qdē. Apoſtoli tamē auctoritate ſumptū eſt.Interim veniēs dn̄s ex Sion liberet:& auertat impietates ab Iacob.Auertit aūt impietates ab eo ſecundū illud qđ ſcriptū eſt:qa deleuit dn̄s ſordes filiorū & filiarum Sion:& ſanguinē mūdauit de medio eius ſpiritu iudicii:& ſpiritu vltionis et hoc ita fieri teſtamentū erat ei a deo:vt ſic ab eis auerterent̃ īpietates:& auferrēt̃ peccata.Quis aūt ſit iſte oīs Iſrael q ſalu⁹ fiet: vel quæ erit iſta plenitudo etiā gētiū:deus ſolus nouerit:& vnigenitus eius:& ſi qui forte amici eius ſunt:ad quos dicat.Iā nō dicā vos ſeruos:ſed amicos:quia nota vobis feci oīa quæ audiui a patre.Hoc tamē pōt etiā noſtro ſenſui occurrere:ꝙ ſicut Iſrael q̄diu ꝑmanet ſecūdū carnē Iſrael:& nō etiā ſecūdū ſpiritū fact⁹ fuerit Iſraelita verus:mēte vidēs deū:ꝑtingere nō pōt ad ſalutē:ita nec gētes qdē oēs oīno ſaluari poſſunt:niſi quę intra plenitudinē fuerint repertę:quęcūq; illa eſt quæ ab apoſtolo noīatur.Ita ergo myſteriū dei ineffabili quadā ſapiētię eius diſpēſatiōe tractatur:vt etiā cum ſibi anima ſortē malorū ipſa cōſciuerit: ille qui nouerit vniuerſa diſponere: abiectionē eius:& pœnā:aliorum faciat ſalutē.Sed & illud videtur mihi in loco diligētius cōtuendū:ꝙ cęcitatē iſtā nō dicit omni Iſrael contigiſſe:ſed ex parte.Reliquię eñ ſecūdum electionē gratię ſaluæ factę ſunt.De quibus reliquis: & Eſaias prophetauerat dicēs.Niſi dn̄s Saboth reliquiſſet nobis ſemen. Iſtæ ergo reliquię in beatitudine cōferūt̃ cū plenitudine gentium.Cæteri vero qui excęcati ſunt ex Iſrael cōferuntur his gētibus quę nō potuerūt ad plenitudinem peruenire.Si ergo quæ inueniuntur in ſermonib⁹ prophetarum de repromiſſionibus ſcripta beatitudinem cōtinētia ſi ad Iſrael & reliquias iſtas quæ electæ ſunt ꝑtinent:ſi de gentib⁹ ad plenitudinem ſpectāt. Siqua vero triſtia ſi quidem de Iſrael dicuntur:ad illos ſine dubio reliquos qui excæcati ſunt referunt̃.Si vero de gentibus illos pro

A

B

fecto qui ſunt extra plenitudinem ſtringunt. Omia tamẽ finis perurget: & eos quidẽ q beati ſunt: ſiue illi ex Iſrael: ſiue & ex gẽtibus veniant præſentis temporis euãgelicæ doctrinę ſermo purificat: vt ſint tales ſicut erãt illi ad quos dominus dicebat. Ecce iam vos mundi eſtis: propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Qui vero verbi dei & doctrinæ euãgelicę purificationes ſpreuerit: triſtibus & pœnalibus purificationibus ſemetipm̃ reſeruat: vt ignis gehennę in cruciatibus purget: quẽ nec apoſtolica doctrina: nec euangelicus ſermo purgauit. Secundũ illud quod ſcriptũ eſt. Et purificabo te igni ad purificationem. Verum hęc ipſa purgatio quæ per pœnã ignis adhibetur quantis temporibus: quãtiſve ſęculis de peccatoribus exigat cruciatus: ſolus ſcire poteſt ille cui pater omne iudiciũ tradidit. Qui ita diligit creaturam ſuam: vt pro ipſa euacuauerit ſemetipſu3 de dei forma: & ſerui formã ſuſceperit: humiliãs ſemetipſum vſq; ad mortem: volens omnes homines ſaluos fieri: & ad agnitionẽ veritatis venire. Verũtamẽ meminiſſe ſemper debem9: q; præſentẽ locũ apoſtoli quaſi myſteriũ habere voluit: quo.ſ. huiuſmodi ſenſus fideles quiq; & perfecti intra ſemetipſos velut myſteriũ dei ſilentio tegant: nec paſſim imperfectis & minus capacibus p̱ferant. Myſteriũ regis (ait ſcriptura) celare bonum eſt.

Secundum euangelium quidem inimici propter vos: ſecũdum electionem autem chariſſimi propter patres: ſine pœnitentia enim ſunt dona: & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos nõ credidiſtis deo: nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem eorum: ita & iſti non crediderunt in veſtram miſericordiam: vt & ipſi miſericordiam conſequantur.

C ❡Eadem proſequẽs adhuc de Iſrael & gentibus apoſtolus: & ramis eius oleaſtri q inſultabunt ramis oliuę fractis imputans etiã hęc addit: quia Iſrael ſecundũ euangeliũ quidem inimicus fact9 eſt deo: quia nõ credidit Chriſto. Quantũ autẽ ſpectat ad honorificentiam patrũ electus eſt: & chariſſim9 habetur apud deum. Semel autem donata electione ſemini patrum & dilectione conceſſa ſeruat ſine dubio deus dona: & vocationẽ ſuam erga ſemen eorũ: quorũ meritis id aliquãdo largitus eſt. Nec pœnitudo incurrit in deũ etiã ſi min9 digni videantur exiſtere hi erga quos promiſſa patribus beneficia cõferunt. Verũ (vt ſæpe cõmonuim9) etiã in pręſenti loco illa eſt obſeruanda diſtinctio: q; Iſrael quidẽ qui inimicus eſt deo: ille dicatur q clamat de Chriſto: Tolle tolle crucifige eũ. Quomõ em̃ nõ dicãtur inimici deo: qui vel tũc: vel etiã nũc dixerint iſta: vel dicant: Sed qđ dicit: propter vos quorũ ſaluti.ſ. inuidẽtes p̱hibẽt apoſtolos gẽtibus loqui: & perſequẽtes eos qui annũtiant Chriſtũ. Secũdũ reliquias vero quæ ſaluandę dicuntur: in quibus electio credentiũ ſecuta eſt ex Iſrael: chariſſimi ſunt propter patres. Quorũ.ſ. fidẽ ſequẽtes: credũt in eũ qui ſuſcitauit Ieſũ a mortuis. Et ſecũdũ hoc erga huiuſmodi ſemen ſine pœnitentia ſunt dona: & vocatio dei. Poſthęc vero latentes & profundiores incredulitatis eorũ aperit cauſas: & dicit. Quia ſicut vos gẽtes quondã non credebatis deo: nec tamen idcirco penitus reliquit vos deus: ſed aliquando ad vltimũ miſericordiã cõſecuti eſtis. Occaſio tamẽ in vos cõferẽdę miſericordię: populi Iſrael incredulitas extitit: ita etiã hi qui nũc de populo Iſrael non crediderũt: & pro incredulitate ſua derelicti ſunt: vt ad vos dei miſericordia flecteret: non vſquequaq; relinquentur in incredulitate ſua: ſed cum plenitudinis gẽtium fuerit impleta diſp̱enſatio: etiam ipſi miſericordiam conſequentur. In quo volens apoſtolus bonitatem dei oſtendere: quia incredulitatem illorũ ſalutem facit: & inquit.

Concluſit enim deus oĩa in incredulitate: vt omnium miſereatur.

❡Non quo ipſe eis iniecerit ĩcredulitatis propoſitũ: ſed ex ipſorũ incredulitatis p̱poſito credẽdi aditũ aliis qui prius increduli fuerant: patefecit. In his autẽ poſitus locis Paulus: & altius intuens huiuſmodi cauſas: qũo deus malũ propoſitũ nõ continuo reſecet: & excidat: ſed cõpatitur: & reſeruat: proſpiciẽs quia aliqd boni in aliis facturus ſit per alteri9 propoſitũ mali: ab his opinor de qbus loquebatur: retulit oculos cordis ſui ad ipſam malitiæ originem: q; eã ex initio in his quib9 oborta eſt quicunq; illi ſunt pullulantem: & arbitrii libertatẽ creſcẽtem vtile non iudicauerit reſecare: ſed permiſerit eos vti propoſito ſuo: ſciens & proſpiciens q; multorum profectus & vtilitas ex malitię illorũ occaſione cõſurget. Et intantũ apud deũ virtuti locus eſt vt & malitiæ op9 q̃uis illi p̱niciosa ſit: de quo procedit: beneficiũ tamẽ pręſtare diſpẽſet ei: cui agones cõmouet: cũ fuerit ſupata. Cõſyderãs ergo ſanct9 apl's tãtæ eſſe bonitatis dei diuitias: & tm̃ diuinę ſapiẽtiæ opus erga rationabiles agi naturas: & qa tãtũ deus diues eſt in miſericordia: & diues in oẽs q inuocant eũ: & tãtę eſt bonitatis: & patiẽtiæ: & lõgani D

mitatis repẽte interioribus eã cordis oculis in
tuens, imméſitatéq; earũ proſpiciens, ſtupore
ſimul & pauore percuſſus exclamat & dicit.

O altitudo diuitiarũ ſapientię & ſciẽtię dei:
q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: & in-
ueſtigabiles viæ eius.

¶ Vnde.n.humanę mẽtis ſenſus ita poſſit opi
nari: vt ſeruata vnicuiq; arbitrii libertate, alte
rius malitię opus vertat̃ alteri ad ſalutẽ: & vin
cẽti ſe malitia palmã cõferret: quę vtẽti ſe per-
niciem p̃bet? His ergo generali q̃tũ videt̃ apo-
ſtolus ratione pſpectis exclamat & dicit: qa tã
ta eſt altitudo diuitiarũ dei: & ſapientię ei⁹ tã
ta eſt altitudo: & ſcientię nihilominus tãta eſt
altitudo. Omnia em̃ hęc altitudinis ſermo de
ſeruit: vt ſcrutari iudicia eius, qbus vnãquãq;
animã atq; oẽm naturã rationabilẽ diſpenſat:
nemo ſufficiat: nec vias dñi quibus prouiden
tia ĩcedit inueſtigare aliquis poſſit. Aliquis au
tẽ dicimus nõ ſolũ hominũ: ſed & totius crea-
turę. Neq; em̃ inſcrutabilia iudicia: inueſtiga
biles vię eius dicerent̃: niſi quia nulla eſt crea-
tura q̃ vel ĩueſtigare valeat vel ſcrutari. Solus
eſt em̃ filius qui nouerit patrẽ: & ſolus eſt ſpi-
ritus ſanctus q ſcrutatur omnia etiã altitudi-
nẽ dei. & ideo hãc altitudinẽ dei quã & inſcru
tabilẽ dicit: & inueſtigabilẽ: creaturę omni in-
ſcrutabilẽ & inueſtigabilẽ dicit. De filio vero:
et ſpiritu ſancto dicere iſta nõ poterat: quia fi
lius ĩ euãgelio dicit ad patrem. Pater oĩa mea
tua ſunt & tua mea. & de ſpũ ſancto ipſe Pau-
lus p̃nuntiat dicẽs. Nemo.n.ſcit hoĩm q̃ ſunt
hoĩs: niſi ſpũs hoĩs qui ĩ ipſo eſt. Ita & q̃ in deo
ſunt: nemo cognouit: niſi ſpũs dñi. Vides ergo
q; Paulus in pſenti capitulo in his quę dicit:

Quis.n.cognouit ſenſum dñi: aut qs cõſilia
ri⁹ ei⁹ fuit: aut qs prior dedit illi & retribuet̃ ei?

¶ De creaturis dicat: naturã vero trinitatis ex
cipiat. Quippe cui nihil ſit cũ creatura cõmu-
ne: niſi beneficẽtię opus. Sed & qđ ait: qs illi cõ
ſiliarius fuit? nõ quaſi minus ipẽ ſufficiẽs cõſi
lio indigeret alterius: ſed cõſilii participẽ nul
lã quidẽ in creaturis eſſe p̃nũtiat. Cõſiliũ vero
ſapienti neceſſario ĩ ſapiẽtia ſua eſt qdẽ Chri-
ſtus, & ĩ ſanctitate qdẽ ſpũs ſanctus. Simili au
tẽ modo & quis prior dedit illi: & retribuet̃ ei:
intelligendũ eſt. Nemo em̃ aliquid factori ſuo
prior cõtulit. Quippe cũ etiam hoc ipſum qđ
eſt: vnuſquiſq; a conditore ſuſceperit.

Quoniã ex ipõ / & per ipm / & ĩ ipſo ſunt oĩa.

¶ Vides quomodo ĩ vltimis oſtẽdit: q; ĩ oĩbus
quę ſupradixit ſegregauerit myſteriũ trinita
tis. Sicut em̃ in preſenti loco qđ ait, quoniã ex
ipſo & per ipſum & ĩ ipſo ſunt oĩa: cõuenit il-
lis dictis quæ idẽ apoſtolus ĩ aliis memorat lo-
cis cũ dicit: Vnus de⁹ pater ex quo oĩa: & vn⁹
dñs noſter Ieſus Chriſtus per quẽ oĩa: & iterũ
ſpũ dei dicit reuelari oĩa: & p̃ hęc deſignat ĩ oĩ
bus eſſe p̃uidẽtiã trinitatis: ita & cũ dicit alti-
tudo diuitiarũ patrẽ ex quo oĩa dicit eſſe ſigni
ficar, & ſapiẽtię altitudinẽ Chriſtũ: q̃ eſt ſapiẽ
tia eius. Oſtẽdit & ſciẽtię altitudinẽ ſpũm ſan
ctũ, qui etiã alta dei nouit. Verũtamẽ qđ dicit
ex ipſo: hoc ipm qđ ſumus indicat. Per ipſum
autẽ: q; per eius p̃uidentiã diſpẽſamur ĩ vita.
In ipſo vero: q; perfectio oĩm & finis ĩ ipſo erit:
tũc cũ erit deus oĩa in oĩbus. Et tũc ipſi gloria
in ſęcula Amẽ. In ſęcula p̃pter hoc q; perfectio
oĩs nõ intra vnũ ſęculũ cõcludit̃: ſed in multa
protẽditur, & vix aliquãdo adimplẽda ſperat̃.
Iungit autẽ & amẽ: vt intelligamus per illum
ad iſtam beatitudinẽ veniendũ: de quo ſcriptũ
eſt in apocalipſi, Hæc dicit qui eſt Amen.

¶ Incipit Liber Nonus.

CVm per oẽm textũ epl'ę in ſu
periorib⁹ docuiſſet Apl's quo D
modo a Iudęis ad gẽtes: a cir
cũciſiõe ad fidẽ: a lr̃a ad ſpm̃
ab vmbra: ad veritatẽ: ab ob
ſeruãtia carnali: ad obſeruã-
tiã ſpiritalẽ: religio ſumma
trãſlata ſit: & hęc ita futura p̃pheticis oſtẽdiſ-
ſet vocib⁹ deſignata: iã nũc ſpiritalis huius ob
ſeruãtię: ad quã cultus dei ritũ docuit eẽ trãſ
latũ: aggredit̃ mores: & ĩſtituta ſancire & ait.

CAPITVLVM. XII.

OBſecro itaq; vos fratres per miſericor
diam dei.

¶ Quoniã (inqt) oſtẽdimus a ſacrifi-
ciis carnalib⁹ recedendũ ſecundũ q; & p̃pheta
dicit, Hoſtiã & oblationes noluiſti: nec placita
ſunt tibi: nũc ait, doceo vos qbus hoſtiis dele-
ctet̃ deus. Et hęc doceo non quaſi ĩperãs: nihil
em̃ proficit legis ĩperium: ſed quaſi q officium
ſuſceperim recõciliandi vos deo. Obſecro vos
fratres: & obſecro nõ per potẽtiã: ſed per miſe-
ricordiã dei. Quia em̃ (ſicut ſupra oſtẽdi) oẽs
cõcluſi ſunt ſub peccato: nũc iam non in meri
tis: ſed in miſericordia dei ſalus humana con-
ſiſtit. Quid autem eſt qđ vos obſecro?

Vt exhibeatis corpora vr̃a hoſtiã viuẽtẽ / ſan
ctã / deo placentẽ / rationabilẽ obſequiũ veſtrũ.

¶ Obſequiũ hic cultũ dicit. Qui cult⁹ quoniã E
dudũ in pecudũ mutorũ corporib⁹ cõſiſtebat:
nũc (inqt) in corpore rationabilis hoĩs offerat̃
et corpora magis veſtra q̃ pecudũ fiant ſacrifi
ciũ deo, atq; ĩ ſacris altaribus collocent̃. Hi em̃
qui mẽbra ſua mortificãt ab incẽtiuo libidinis
& furoris: & actus corporis ſui deo placitos ha

bēt:hoſtiā viuentē ſanctā deo placētem rationabiliter offerūt:& legē ſacrificiorū quę in Leuitico lata eſt ſecundū ſpiritalē intelligētiā cōplēt. Verbi cauſa. Vt ibi offerebāt vitulū primo ī loco:vel ſecundo arietē:aut tertio hircū: aut quarto turtures:vel etiā pullos colūbarū: vt ī his vniuſcuiuſq; aīa purificaret pro qualitate geſtorū:hęc nūc ī ſuo corpore vnuſquiſq; purificās:& ſpiritali ſenſu diſcernēs:rationabili obſequio viuentē hoſtiā obtulit deo. De quibus ſingulis cū in libro Leuitici aliqua diceremus:pro virib⁹ explanare tētauimus: quomodo vnuſqſq; rationabili obſequio cult⁹ dei:ſi ſuperbiā corporis ſui vīcat:īmolet vitulū. Si iracūdiā ſuperet:arietē iugulet. Si libidinē vindicat:ī holocauſtū offerat hircū. Si vagos & lubricos cogitationū reſecet volatus: colūbas & turtures īmolauerit. Sed hęc(vt dixi)ſiqs ſcire dignū putat: ibi latius diſſerta repiet. Nūc F aūt Paulus obſecrat credētes ī Chriſto:vt corpora ſua exhibeāt hoſtiā viuentē ſanctam deo placētē. Viuētē dicit hoſtiā:q̄ vitā hoc ē Chriſtū in ſe gerit:& dicit:Mortē Ieſu ī corpore noſtro circūferim⁹:vt & vita Ieſu Chriſti ī corpore noſtro manifeſtet̄. Sāctā dicit:ī qua ſpūs ſanctus habitat:ſecūdū q̄ ī alio loco dicit:Aut neſcitis qa tēplū dei eſtis,& ſpūs ſanctus habitat in vobis? Placētē deo:vtpote a vitiis & pccatis ſeparatā. Hęc aūt oīa rationabilis cult⁹ eſt dei. Poteſt eñ pro tali cultu reddi ratio & oſtēdi: quia dignū eſt deo tales hoſtias īmolare. Arietes aūt/& hircos/& vitulos īmortali & īcorporeo deo offerri nulla ratio recta & hōeſta ſuſcipiet. Hęc ergo ita fieri & ita colere deū eos qui Chriſto crediderūt:nō ſolū docet apl's:ſed obſecrat per mīam dei:vt oñdat p hoc hūano generi(qm̄ pcliue eſt ad delictum)huiuſcemodi hoſtias dei miſeratione puiſas: qbus ſi vnq̄ lapſus acciderit: p rationabile obſequiū & hoſtias eo modo quo ſupra diximus/īmolatas reparari poſſit aīa:ac reſtitui ad ſalutē. Qꝫ autē multę ſunt mīę dei deſignat Paulus ī ſecunda ad Corinthios dicēs. Benedictus de⁹: & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti:pater mīarū. Audi deū ſicut Chriſti pater eſt:& ſapientię pater eſt: & iuſtitię pater eſt(q̄ oīa Chriſtus eſt)ita eſſe miſericordiarū patrē. Ergo Chriſtus ſicut & cætera oīa:& mīa eſt. Ipſe eſt miſericordię multæ nō vna:hoc eſt ſicut theſauri ſapientię & ſcientiæ ī ipſo ſunt:ſed ſunt abſconditi:ita & miſericordię theſaurus in ipſo eſt:ſed eſt abſconditus. Ne forte ſi ad ſubitū:& ante tēpus pferat̄ faciat me(& ſiquis mihi ſimilis in deſidia eſſe voluerit)negligētem. Videbit̄ ergo pręcipue hoſtia viuēs:& ſancta:& deo placēs corpus eſſe incontaminatū. Verū quoniā videmus nōnullos ſanctoꝝ/aliquos etiā apoſtolorū habuiſſe cōiugia:nō vſquequaq; poſſum⁹ de ſola virginitate ſentire: q̄uis in huiuſcemodi hoſtiis habere prius ordinem poſſit. ſicut in lege alia erat hoſtia ſacerdotis:alia principis:alia ſynagogę:& alia vnius animę. Et q̄uis ī eccleſia prima poſt apoſtolos hoſtia martyrū, ſecūda virginū videatur, tertia cōtinentiū: puto tamen q̄ neq; illi q in cōiugiis poſiti ſunt:& ex cōſenſu ad tēpus vacāt orationi:velut nazareorum vota ſoluētes:ſi ī ceteris ſancte agāt & iuſte:negādi ſunt corpora ſua exhibere poſſe hoſtiam viuentem:ſanctam:deo placentē. Nec rurſum corpora virginū vel continētium:ſi aut ſuperbię macula:aut auaritię ſordibus:aut linguæ maledicæ: vel mēdacii immunditia polluant̄ hoſtiam ſanctā & deo placētem putanda ſunt ex ſola virginitate corporis obtuliſſe. Quia in lege hoſtia cum offerretur inſpiciebatur a ſacerdote diligentius:non ſolum ſi ex mundis eſſet animalibus:ſed ne aut in oculo haberet vitium:aut in auribus:aut in pedibus: ne claudum:ne luſcum:ne euulſum diuino admoueretur altari. Sic ergo per omnia membra diſcutitur:& pertractatur hoſtia viuens:ſancta:deo placens:quæ rationabiliter offerenda eſt.

Et nolite conformari huic ſęculo.

¶Sciēdū eſt q̄ ī gręco habet:Vt pbetis quę ſit H volūtas dei bona:& beneplacita:& pfecta. Sed nos quia vnus ī vtroq; poteſt ſenſus videri cōſuetudinē ſeqmur latinorū. Nolite(inqt)conformari huic ſæculo. In quo oſtēdit eſſe quandam formā huius ſæculi: & aliam eſſe ſæculi futuri:& ſiqui ſunt q amāt pręſens ſæculū: & ea q̄ ſunt ī hoc mūdo:ſecūdū formā ſęculi præſentis aptātur. Qui vero non reſpiciūt ea q̄ vidētur:ſed quę nō vidētur:& ęterna ſunt:trāſformātur & renouantur ad futuri ſæculi formā. Et inde fit:vt nō agnoſcat eos hic mūdus: ſed odio habeat & perſequat̄: ſed agnoſcāt iſtā formā angeli dei:q ſunt de illo ſæculo vēturo. Et ſimile mihi videt̄ eſſe hoc/dicto illi quo ait. Sicut portauimus imaginē terreni, portemus et imaginē cœleſtis. Vide ne forte cū venerit ira in cor tuū:conformē te facias huic ſæculo. Similiter & cōcupiſcentia mala:& auaritia:& cætera qbus pręſens ſæculum delectatur:formā tibi pręſentis ſęculi imponāt. Si vero econtrario: manſuetudo:patientia: lenitas: continentia:fides:veritas:cętereq; virtutes habitēt in ſenſu tuo:conformē te futuri ſæculi facient et ita pulchram animæ tuæ ſpeciem reddent: vt verbum dei qd̄ deſpondit eam ſibi in miſericordia & fide, dicat ad eam. Tota es formoſa

amica mea,& macula non eſt in te.Intende au tem diligentius qđ ait.

Sed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.

¶Vt oſtēdat formā qdē culpabilē.prius.n.for mā malitię habuit oīs aīa.Sed adhortať ex hoc ſermo apoſtolicus:vt illa abiecta ad ſingularũ virtutũ ſpeciē reformemur,& ita demũ poſſi= mus reuelato vultu cordis dñi gloriā ſpecula ri ab huiuſmodi imagine trāſformati.Quō au tē ī hoc trāſformemur ipe docet dicēs. In reno uatione ſenſus noſtri.Renouať autē ſenſus no ſter per exercitia ſapiētię:& meditationē verbi dei,& legis ei⁹ intelligētiā ſpiritalē:& quantũ quis quotidie ex ſcripturarũ ꝓficit lectiōe:q̄to altius ītellect⁹ incedit:tāto ſemp nou⁹ mag[& quotidie nouior efficiť.Neſcio aũt ſi pōt reno uari ſenſu q piger eſt erga ſcripturas diuinas: et ītelligētię ſpiritalis exercitia:qb⁹ poſſit non ſolũ intelligere q̄ ſcripta ſunt verũ ea applica= re aptius & manifeſtare diligētius.Pōt tñ fieri vt nō oīs ſenſus ī hoc poſſit renouari:vt agni= tione ſcientię dilateť. Poteſt em̄ renouari ſen= ſus ad iuſtitiā:ad cōtinētiam:ad miſericordiā fidē:patientiā.Sed vide qđ in ſequētibus huic renouationi ſenſus adiungat apoſtolus.

Vt probetis quæ ſit voluntas dei:qđ bonũ et beneplacitum/& perfectum.

¶Et vtiq; niſi ad oēs renouat⁹ ſit ſenſus:& to= tus dei ſapientia illuminatus:ꝓbare nō pōt:q̄ ſit volũtas dei.In multis em̄ putať eſſe volun= tas dei:& nō eſt.In quo is vtiq; q ſenſum nō ha bet renouatũ errat:& fallit. Eſt aũt re vera nō cuiuſq; ſenſus,ſed valde renouati,&(vt ita di cā)ad dei iā imaginē reformati ꝓbare ī ſingu= lis qbuſq; q̄ agimus:q̄ loquimur:q̄ cogitamus ſi ſit volũtas dei:& nihil omnino vel agere:vel dicere:vel cogitare qđ volũtati dei nō ſenſerit cōuenire.Quę ſit(inqt)volũtas dei:qđ bonũ: et beneplacitũ:& perfectũ.Nō poteſt aliud vel le deus:niſi qđ bonũ eſt:& vtiq; qđ bonũ eſt & perfectũ:ſine dubio hoc deo placet. Si vero ſe= cundũ hoc qđ diximus apud græcos haberi.i. vt ꝓbetis q̄ ſit volũtas dei bona & beneplacita et pfecta:Poteſt qdem idē(qđ ſupra diximus) videri:q; oīs volũtas dei bona ſit/& beneplaci= ta/& pfecta.Poteſt autē & tale aliqd in his ſer monib⁹ ſentiri:quia dei qdem volũtas ſemper bona eſt:ſed nō ſemp eius bona volũtate diſpē ſari meremur:neq; beneplacita/& pfecta. Ver bi cauſa.Vt vngereť Saul ī regē,fuit qdem vo lũtas dei:ſed nō beneplacita:neq; perfecta.Ira= ſcēs em̄ populo,qui refutauerat deũ habere ſu per ſe regē,regē eis hominē iuſſit inſtitui. Sed et propheta ex perſona dei dicit. Dimiſi eos ſe cũdum deſideria cordis eorũ:vt irent ī cupidi tatibus ſuis. Sic ergo aliquādo fit volũtas dei in his qbus cōcupiſcimus & deſideramus.Sed et q renouat⁹ eſt ſenſu ꝓbare debet: ſi volũtas dei hęc bona eſt bñplacita:atq; pfecta: & nō ta lis q̄ magis deſyderiis noſtris īdulgeat q̄ vtili tatib⁹ cōſulat.Sed iā ad ſequētia cōuertamur.

Dico em̄ per gratiā quæ data eſt mihi om= nibus qui ſunt inter vos.

¶Sciendũ primo eſt:quia vbi nos habemus oī bus q ſunt īter vos:ī gręco habeť omni qui eſt inter vos.Qui ſermo vtiq; ad eos indicat ver= bũ fieri:qui cũ ante nō fuerint:nũc eſſe cœpe= rint. Deus em̄(vt dicit apoſtolus)vocat q̄ nō ſunt tanq̄ q̄ ſunt.Nō ſunt autē hi q participes nō ſunt eius q vere eſt:q dixit ad Moyſen.Hęc dices filiis Iſrael:q eſt miſit me ad vos.Qđ er= go ait Paulus.Dico em̄ omnibus q ſunt inter vos:vel vt ī græcis haberi dicimus:omni q eſt in vobis:ſimile eſt ac ſi diceret. Dico em̄ omni bus:qui ī deo eſt:nō plus ſapere q̄ oportet ſape re.Verũtamen vidēdũ eſt:quia Paulus(ſicut et in aliis dicit)nō in ſuaſoriis ſapientię carna lis verbis,ſed per gratiā quę ſibi data eſt loqui tur.Eſt em̄ multa differētia per gratiā loquen tis:& per humanā ſapiētiam. Deniq; ex rebus ipis ſępe cōpertũ eſt:nōnullos eloquētes & eru ditos viros nō ſolũ in ſermone: ſed & in ſenſi= bus præpotētes: cũ multa ī eccleſiis dixerit:& ingētem plauſum laudis acceperint:neminem tamē auditorũ ex his quę dicta ſunt cōpũctio nē cordis accipere,nec proficere ad fidē:nec ad timorē dei ex recordatiōe eorũ quę dicta ſunt incitari:ſed ſuauitate quadā/& delectatiōe ſo la auribus capta diſcediť. Sæpe autē viros nō magnę eloquētię:nec cōpoſitioni ſermonis ſtu dētes:verbis ſimplicibus & incompoſitis mul tos infideliũ ad fidē conuertere:ſuperbos incli nare ad humilitatē:peccātibus ſtimulũ cōuer ſionis infigere.Et hoc vtiq; ſigni eſt ſicut ī pręſenti apoſtolus dicit:per gratiā loqui quę data eſt ei.Ego autē puto:nō ſolũ in verbo dei eccle ſiam docētibus adeſſe gratiā:ſi talis ſit ſermo: qualem ſupra diximus:q auditorē nō tam de= lectet:q̄ ſtimulet:& ad profectũ aliquem virtu tis adducat:ſed & in omnibus fere quę aguť in vita ita eſſe deprehēdet. Eſt em̄ aliquis q & qđ agit:& qđ loquitur:habet gratiā:& alius q interdũ & prudētius loquitur: & diligentius ac laborioſius agit: neq; ī verbis:neq; in geſtis ſuis inuenit gratiam. Deniq;(ſicut & in aliis iam ſcriptũ eſſe diximus)quia & Ioſeph inue= nit gratiam in conſpectu principis carceris: & Heſter inuenit gratiam apud regem.Repperi mus autē in quodam ſecretiore libello ſcriptũ quaſi angelum quēdam gratię:qui etiā voca=

bulum ex gratia traheret. Anahel.n.dicit:qđ
eſt interpretatū gratia dei. Hoc ergo ſcriptu-
ra illa continebat:ꝙ miſſus eſſet a domino iſte
angelus ad Heſter : vt ei gratiam daret apud
regem.Sic ergo alia virtus eſt ſermonis: q per
gratiam dicitur:& alia vis doctrinæ quæ po-
teſtas vocaṫ.Alius ſermo eſt ex eruditione cō
muni: qui q̃uis lautus ſit:& ante cōpoſitus:ta
men ſi nō per gratiā vel dicitur:vel ſcribiṫ:de
lectare fortaſſis poteſt legentē:adducere autē
ad profectū nō poteſt auditorē. Paulus igitur
nō ſolū iſta quę dicit per gratiā dicit:ſed & au
ditoribus ſuis p̄catur gratiā dari:& nō ſolum
gratiā:ſed & multitudinē gratię. Sic em̄ ſcri-
bit:Gratia vobis multiplicetᷣ. Et ī omnibꝰ epi
ſtolis ſuis dicit:Gratia vobis:& pax.Sedvidea
mus quidē ꝙ per gratiam quę data eſt ſibi apo
ſtolus dicit,Omnibꝰqui ſunt inter Romanos.

Non plus ſapere q̃ oportet ſapere:ſed ſape-
re ad ſobrietatem.

E ℭVidetur adhuc ad ſuperbientes ramos olea
ſtri:& inſultantes qdem bonę oliuę:etiam hūc
aptare ſermonē:& dicere eis nō debere plus ſa
pere q̃ oportet ſapere.qđ ſimile eſt illi ſermoni
quē dixit.Noli ſuperbe ſapere q̃ oportet.Scien
dum tamen eſt:ꝙ & cæteri eruditi viri vtun-
tur hac diffinitione:vt naturā vel cauſam pec
cati in eo ponant : ſi addatur aliquid virtuti-
bus:aut minuatur.Verbi gratia. Iuſtitia vir-
tus eſt. Et ſiquid minus aliquis facit q̃ iuſti-
tia patitur:ſine dubio iniuſtus eſt.Siquisvero
ſub ſpecie iuſtitiæ erga vindictas nimius fiat:
et ſęuius agat:in vltionis crudelitatem ex iu-
ſtitia deuolutus eſt. Vnde & Salomon dicit.
Noli fieri ī multo iuſtus. Similiter & libertas
ſi intra tēperantiam ſuam ſit virtus eſt : ſi mi-
nus habet,timiditas:ſi amplius, temeritas no
minatur.Pari modo & prudētia ſi in ſua men
ſura ſit,virtus eſt:ſi minꝰ habeat,imprudētia:
ſi plus q̃ oportet,malitia appellaṫ. Inde puto ꝙ
et ſerpens ī paradiſo prudētior dictus ſit cęte-
ris beſtiis:hoc eſt excedēs prudētię mēſurā: &
in partes malitię ꝓlapſus.Inde & filii huiꝰſęcu
li prudētiores dicūtur q̃ filii lucis.Plus em̄ ſa-
piūt q̃ oportet ſapere.& ſic ī ſingulis quibuſqꝫ
virtutibꝰ poteſt aliquis plus ſapere q̃ oportet.
Poteſt aliquis etiam in caſtitate plus ſapere q̃
oportet ſapere:vt ſunt illi qui attendunt ſpiri
tibus ſeductoribus:& doctrinis dęmoniorū in
hypocriſim falſa loquētium:cauteriatā habē-
tes cōſ.ientiam ſuā:ꝓhibentiū nubere:& abſti
nere a cibis:quos deus creauit.Iſti plus ſapiūt
de caſtitate q̃ oportet.Minus aūt ſapit q̃ opor
tet luxurioſus & inceſtus.Ego autē dico ꝙ hę
retici plus ſapiūt de Chriſto q̃ oportet ſapere:
qui negant eū filium dei creatoris eſſe:ſed alte
rius neſcio cuius melioris dei. Sed & illi plus
de Chriſto ſapiunt q̃ oportet ſapere:qui negāt
eum ī carne veniſſe: & natum eſſe de virgine:
ſed cęleſte ei corpus aſſignāt.In his ergo omni
bus Paulus nos vult nō plus ſapere q̃ oportet
ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatē.Qđ in gręco di
citur ſophroſine:ī noſtris codicibus hoc eſt in
ſcripturis diuinis ſobrietas a maioribus inter
pretatū eſt.Ab aliis tamē eruditis viris tēperā
tia ponitur. Quę tēperātia vna ex quatuor ge
neralibus virtutibus habeṫ.Et ī hoc loco ergo
melius apoſtoli dicta lucerent ſi haberemus &
nos ſcriptum ſecundum gręci ſermonis virtu
tē:Sed ſapere ad temperantiam. Id eſt:vt ī om
nibus quę agimus:vel quę loquimur: vel quæ
ſentimus:temperātiam teneamus. In iis enim
quæ ſupra enumerauimus:neqꝫ amplius:neqꝫ
minus fieri debere:ſed modum ſeruare:nouit
ſola temperantia.Poſt hæc ait.

Et vnicuiqꝫ ſicut deꝰ diuiſit mēſurā fidei.
ℭHoc eſt vt ſciat vnuſquiſqꝫ:& intelligat q̃ in F
eo ſit mēſura gratię dei: quā cōſequi meruit ꝑ
fidē.Interdū em̄ accidit:vt quis a deo ſapiat in
opere charitatis:aut vt ſapiat ī officio viſitādi
aut erga miſericordias pauperū: aut circa de-
bilium curā:aut erga viduarū & pupillorum
defenſionē:aut erga hoſpitalitatis ſollicitudi-
nē.hęc ergo ſingula diuiſit vnicuiqꝫ deus ſecū
dū menſurā fidei.Sed ſi is qui accipit gratiam
vt de vno aliquo horū ſaperet : & non ītelligit
menſuram gratiæ ſibi datę:ſed velit ſapere de
ſapientia dei:de verbo doctrinę:de profundio
ris ſciētię ratione:in quo gratiā nonaccepit:&
non tā diſcerevelit:q̃ docere quę neſcit:iſte cū
minus ſapiat plus vult ſapere q̃ oportet. Non
em̄ ſapit ad tēperantiā : vt cuſtodiat vnicuiqꝫ
ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Verum vt
euidentius adhuc apoſtolus deſignaret: intro
ducit exemplum & dicit.

Sicut em̄ in vno corpore multa mēbra ha-
bemus:omnia autē mēbra non eūdē actum ha
bent:ita multivnum corpus ſumus ī Chriſto:
ſinguli autem alter alterius membra.

ℭOrdinatiſſime per hęc cōponēs om̄e corpus
eccleſię:vt ſicut mēbra corporis ſingula quęqꝫ G
ꝓprios habēt actus: & officiis ſuis vnūquodqꝫ
deſeruit:nec tn̄ poſſibile eſt:vt nō cōſenſu mu
tuo ſibi inuicē cedāt:ita inqt & ī eccleſia q̃ eſt
corpus Chriſti,diuerſos ſinguli habemꝰactus
Verbi gr̄a.Alius ſtudiū om̄e erga ſapiētiā dei
et doctrinā verbi adhibet:& in meditatione le
gis diuinæ die ac nocte ꝑſiſtit:& eſt magni hu
ius corporis oculus. Alius(vt ſupra diximꝰ)
erga miniſteriū fratrū:& indigētium curā : &

eſt ſancti huius corporis manus. Alius ſtudio ſus auditor verbi dei: & auris ē corporis. Ali⁹ ad viſendos decūbentes: & requirēdos tribulātes: & poſitos ī neceſſitatibus eruendos eſt impiger: pes ſine dubio eccleſiaſtici corporis appellatur. Et ita inueniesvnūquēq; pro poſſe erga vnū aliquod officium ſpiritale operā dare, cętera vero ſequētia habere. Neq; em̄ hoc dicimus ꝙ vnū ſufficere debeat: ſed ſecundū formā propoſiti exēpli. Sicut (verbi gratia) oculus ſpiritale officiū habet: vt videat. Verūtamē eſt ex omnibus: & ī omnibus mēbris: & cū ſingulis agit oīa: & cū ipſo ſingula quęq; agūt oīa. Ita & qui per gratiā fidei vnū aliquod bonū ſpiritale meruit, illud qdem principaliter adminiſtrat, in om̄ibus vero actibus ſocius cū cęteris habetur & particeps. Quomodo autē corpus iſtud in Chriſto ſit. i. in veritate: & ſapientia: & iuſtitia: & ſanctificatione: quę om̄ia Chriſtus eſt: ſępe iā dixim⁹. Iā vero ſi ī hoc corpore (verbi gratia) vt ſit aliquis oculus: qđ eſt in corpore totū nobilius: vel manus qđ ſequēti loco haberi poteſt: aut auris: aut lingua: aut cętera quęq; quę videnť honeſtiora eſſe: & rurſus: vt ſit aliqđ aliud mēbrū ex his quę videnť inhoneſtiora eſſe: ipſe aliquid cauſæ pſtitit: an dei volūtate abſq; vllis omnino cauſis ille illud vel illud cōſtitutus ſit mēbrū: ſupra noſtrā intelligentiā eſſe puto. Verū ne hi q naturas diuerſas afferūt animarū: & a diuerſis cōditoribus inſtitutas locū confirmādi dogmatis ſui inuenire videantur: ea quæ nobis in ſuperioribus de vaſis honoris: & vaſis contumeliæ diſſerta ſunt: etiam pręſenti ſufficiant loco. Nūq̄ em̄ concedēdum eſt: vt ſiue in præſenti: ſiue in præteritis: ſiue etiam in futuris ſæculis, nō ita vnūquēq; diſpenſet diuina prouidentia: vt vniuſcuiuſq; meritū arbitrii libertate collectū materiam prębeat diſpenſanti. Iuſtus eſt enim deus, & iniuſtitia non eſt apud eum.

Habētes donatiōes ſecūdū gratiā q̄ data eſt nobis differētes ſiue ꝓphetiā ſecundū rationē fidei: ſiue miniſteriū in miniſtrādo: ſiue q docet in doctrina: qui exhortatur in exhortādo. ¶ Cū dixiſſet ſingulos quoſq; credentiū membra eſſe vni⁹ corporis Chriſti: nūc quaſi diuerſorū mēbrorū diuerſitatē operis dinumerat. Verbi gratia. Velut oculo viſum: ita menti q̄ eſt interior oculus: prophetię aſſignat officiū: et alii tanq̄ manui miniſteriū aſcribit: alii tanq̄ linguę doctrinā tribuit. Similiter etiā cætera. Illud quoq; qđ nobis in ſuperioribus ambiguum videbať abſoluit: vbi q̄rebamus: vtrum vnūquodq; membrū ad honeſta: vel minus honeſta corporis officia aliquid ex ſe cauſę pbendo venerit: an nullis ex cauſis: ſed ſola dei volūtate honeſtū: vel minus honeſtū eſſe mēbrū vnicuiq; delegatū ſit. Qđ ergo ibi min⁹ nobis clarum fuit, hic apoſtolus euidēter aperuit dicēs: ſiue ꝓphetia, ſiue miniſteriū, ſiue reliq̄ dona gratiarū ſecūdū rationē fidei dari. q̄uis ſermo iſte, hoc eſt rationē fidei, apud latinos minus ꝓprie trāſlatus videať. Analogia em̄ ī gręco, nō tam ratio q̄ mēſura cōpetēs dici poteſt: vt qa vno nō poteſt: duob⁹ ſermonib⁹ explicetur. Secūdū ergo fidei mēſurā vnicuiq; diuerſitates dari ꝓnūtiat gratiarū: vt (verbi cauſa) accepta quis gratia illud vel illud mēbrum in Chriſti corpore fiat. Et hic qdem mēſurā fidei cauſam capiendarū poſuit gratiarū: ad Corinthios vero ſcribēs ait. Vnicuiq; autē dať manifeſtatio ſpūs ad id qđ expedit. & poſt pauca addit. Oīa aūt operať vnus: atq; idē ſpūs diuidēs vnicuiq; prout vult. Vnde mihi videť tam ad Romanos q̄ ad Corinthios ſcribēs, tres capiendos gratię modos docere: vt ex nobis in eo agi aliq̄d oſtēdat: plurimū tn̄ in dei largitione cōſiſtere. Ponit ergo & mēſurā fidei eſſe: per quā quis gratiā capit. Ponit & ad qđ expedit & ſpiritū diuidere prout vult. Vt ergo ī nobis tāta fides inueniať: quanta poſſit ſublimior gratia promereri: noſtri operis videť & ſtudii. Vt aūt ad id deť qđ expedit: & vtile ſit accipiēti: dei iudiciū eſt: vel omnino ſi dari velit ī ipſo eſt. Ideo et ī aliis idē apoſtolus dicit. Nūc autē deus poſuit ī corpore vnūquodq; mēbrū: ꝓut voluit. C
Voluit aūt deus ſecūdū rationē fidei mēſurā quę eſt ī nobis: vel voluit ad id qđ expedit: niſi forte & ita aliquis hoc velit ītelligere. De⁹ poſuit ī corpore vnūquodq; mēbrū: prout voluit vt voluit ad mēbrū magis referať, hoc eſt ꝓut voluit, prout elegit, prout operā dedit: ne videať de homine arbitrii poteſtas auferri. Verūtamē ex hoc qđ ait dari gratiā ad id qđ expedit, poteſt fieri vt & ſi ſit ī aliquo mēſura fidei tātoq; excellentiorē gratiam mereatur accipere: ſi ſanctus ſpiritus futura proſpiciens expedire accipienti non iudicet: neceſſario diuidit vnicuiq;: prout vult & expedit. Deniq; nōnullos videmus accepiſſe gratiam doctrinę vel exhortationis ad plebē: & ex hoc ipſo elatos: atq; in ſuperbiam verſos in iudicium incidiſſe diaboli. Alios accepiſſe quidē gratiam, ſed negligentia animi & vitæ deſidia corrupiſſe. Vnde erat ille qui acceptū denarium in ſudario colligauit: nec operari ex eo aliquid voluit. Propterea deniq; & apoſtolus ſcribit ad chariſſimū ſibi filiū dicēs: Noli negligere gratiā quæ in te eſt: tanq̄ ſciens poſſe gratiā per negligentiam deperire. Qđ autem dixit ſecundum ra-

tionem vel mēſuram fidei: puto iam plene ī ſuperiorib⁹ expoſitū: quę ſit fides quę a nobis requiratur: & quę ſit quę a deo per gratiā datur ſecūdū hoc qđ idē apoſtolus dicit: Alii fides in eodē ſpiritu. & itē vbi ad dn̄m dicūt, Auge nobis fidē. Q̄ꝫ fides qdem quæ ſperat: & credat: et abſq; vlla dubitatiōe cōfidat: ī nobis eſt. Ratio vero fidei ipſius & ſcientia & profectus eorū intellectus qua credimus: donat̄ a deo. Sed et illud ī hoc loco nō omittamus: qđ videt̄ ſecretioris eſſe myſterii. Si em̄ in pręſenti ſeculo
D dat deus vnicuiq; gratiā ſecūdum mēſurā fidei: ſine dubio & in futuro dabit vnicuiq; gratiā pro mēſura meritorū: et ſi in p̄ſenti ſæculo talis eſt diſpēſatio dei: talis erit etiam ī futuro quomodo nō in pręteritis ſæculis quæ fuerūt ante nos ſimilis dei diſpenſatio erga omnē rationabilē creaturā fuiſſe crederet̄? Sed iā videamus q̄ ſunt dona q̄ enumerat ſecūdum gratiā data: ꝓphetia inqt eſt: miniſteriū: & doctrina: et exhortatio: & tributio: hoc eſt præſtatio: & pręeſſe: & miſereri. his iūgit charitatē & cętera. De qbus dicet fortaſſe aliquis. Si hæc omīa per gratiā dat: nō erit ī culpa ſiquis nō prophetet: aut nō miniſtret: aut nō doceat: aut nō exhortetur: aut nō tribuat: aut nō pręſit: aut nō miſereatur: aut non diligat: quia horū omniū gratiā nō accepit. Sed ad hęc dicem⁹: ſicut eſt fides quā docuimus eſſe in nobis: & rurſus eſt fides q̄ per gratiā dat̄: ſicut ſupra diximus ſcriptū eē: Alii fides ī eodē ſpiritu: ita etiā in vno quoq; horū q̄ ſupra enumerauimus a deo per gratiā dari, etiā & ī nobis aliqd: ad cuius vnuſquiſq; mēſurā: vl' rationē gratię ꝓmeret̄. Neq; em̄ de ſola ſapiētia accipiēdū illud qđ ſcriptū eſt: qa ſi ſit aliqs ꝓfectus ī filiis hoīm: ſi deſit ei ſapiētia q̄ ex deo eſt: ad nihilū deputabit̄. Eodē nāq; modo poſſumus dicere etiā ſi ſit aliqs ꝓfectus ī filiis hoīm: ſi deſit ei fides: q̄ ex deo eſt: in nihilū reputabit̄: ita et ſi ꝓfectus ſit ī doctrina quis: & deſit ei doctrina gratiæ: quæ ex deo eſt in nihilū reputabit̄. Et ita ī omnibus quę enumerata ſunt, eſt quędā perfectio inter filios hominū: quā labore & ſtudiis ꝓpriis aſſequunt̄: ſiue ī ſapientia: ſiue ī doctrina: ſiue in aliis officiis. Quę tamen ſi non habeant gratiam a deo datam nihil erūt. Quia ſi deſit eis gratia ſpiritus: nec mēbra eſſe corporis Chriſti poſſunt.
E Sed in his q̄ritur ſi pōt eſſe aliqua in nobis: vel ex nobis prophetiæ ſpecies quæ nō totum habeat ex deo: ſed aliquātulum ex humanis ſtudiis capiat. Hoc qdem apud cæteros valde impoſſibile videbitur: apud Paulum tamen euidenter probatur dicētem, æmulamini autem dona maiora: magis autem vt prophetetis. In quo quis ęmulatur ī miniſterium: & doctrinā et exhortationē: & cętera: per hoc ꝙ adhibet erga hęc ſtudium & laborem: ita & erga prophetiam fieri debere oſtēdit apoſtolus. Vnde prophetia intelligenda eſt hæc: quā docet apoſtolus nō illam eſſe per quā dicit: Hæc dicit dn̄s: illa enim vſq; ad Ioannem: ſed illā de qua idem apoſtolus ait. Qui ꝓphetat omnibus loquitur ad ędificationem & exhortationem & conſolationem. Prophetia autē dicitur apud Paulum cum quis loquitur hominibus ad ędificationē et cum loquitur ad exhortationem & conſolationem. Et ideo adhibere ſtudium ad huiuſcemodi prophetiam poſſibile nobis eſt: & in noſtra poteſtate: vt nobis ī dei opere ſudantibus ſecūdum rationem & menſuram fidei. Si hæc facimus addet & illam quę ex deo eſt prophetiam. Eſt autē ſecūdum apoſtolum etiam alia ſpecies ꝓphetię: quā dicit. Si vero prophetetis intret autem quis īfidelis: vel idiota: arguitur ab omnibus: iudicat̄ ab omnib⁹: occulta quoq; cordis eius manifeſta ſunt: & tunc cadens ī faciem pronuntiabit quia vere deus ī nobis eſt. Sicut em̄ ſpiritus dei omnia ſcrutatur: ita & verbū dei omnia quę in occulto ſunt perſcrutatur. Maxime cū verbum viuēs ſit & efficax: et penetrabilius omni gladio vtrinq; acuto: penetrans vſq; ad diuiſionem animæ: & ſpiritus cōpagum quoq; & medullarum. Etenim cum oramus ī eccleſia: & ſermo tractatur: tūc vniuſcuiuſq; intra ſemetipſum conſcientia ſtimulatur recognoſcēte ex his quę dicuntur propria peccata recordante ſiqua forte in occulto commiſerit. Interdum autem exiſtimatio ipſa prudentium: vel ex vultu: vel ex moribus: vel ex motu vniuſcuiuſq; colligentium prophetiæ ſpeciem tenet. Hæc nobis de prophetiæ gratia dicta ſint. Poſt hęc ſequitur. Siue miniſterium in miniſtrādo. Poſſumus hęc omnia ad illā reuocare regulam: quę ſuperius dicta eſt: hęc eſt F
Non plus ſapere q̄ oportet ſapere. vt verbi cauſa dicamus: Non debere eum qui miniſtrat in miniſtrando plus ſapere q̄ oportet: & qui docet ī doctrina nō plus ſapere/q̄ oportet: & qui exhortatur in exhortando non plus ſapere/q̄ oportet ſapere. Multi enim accepto miniſterio vel accepta doctrina plus ſapuerūt q̄ oportet ſapere: & elati in arrogantiam: vel ī delitiis reſoluti: pręcipites corruerunt. Qui exhortatur in exhortādo: ſpecies eſt doctrinę & verbi: quo afflictę animę ſcripturarū diuinarū prudēter aptatis: & ī vnū collectis ſermonib⁹ releuant̄. Accidit em̄ ſępe aīę tribulationum nimietate deſperatio. Nec facile reparari: aut refici qbuſcūq; verbis poteſt: q̄uis polita illa ſint & plau-

ſibilia. Si vero ſermo habẽs virtutẽ gratiæ dei fuerit adhibitus: tũc cor eius penetrat: & cõſolatiõnẽ pbet: ac ſpem reuocat deſperatiõe ſubmota: ſecundũ ꝙ per prophetã dictũ eſt a dño. Sacerdotes loquimini in corde Hieruſalem.

Qui tribuit ĩ ſimplicitate. Qui præeſt ĩ ſolicitudine. Qui miſeretur in hylaritate.

¶ Qui tribuit & pręſtat indigẽtibus: oportet inquit in ſimplicitate cordis hęc facere: hoc eſt ne videatur quidem indigentibus bene facere corde vero laudẽ quęrat ab hominib9. Non eſt ergo ſimplicitas ſi aliud agi videatur in manibus: & aliud quęratur ĩ corde. Qui aũt præeſt fratribus: vel qui pręeſt eccleſię: ĩ ſolicitudine eſſe debet: non humanarũ cauſarum: nec ſæcularium rerum. Hęc eñ ſolicitudo aliena debet eſſe ab his qui eccleſię pręſunt. Sed talem recipiant ſolicitudinẽ qualẽ apoſtolus dicit. Concurſus ĩ me quotidianus ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur & ego nõ vror? Qui ergo præeſt eccleſiis: talẽ ſolicitudinẽ habere debet: & illam aliam ſęcularem omnino habere non debet. Qui miſeret in hylaritate. Videtur fortaſſis vnum atq; idem eſſe qđ ſupra dixerat: qui tribuit in ſimplicitate: & hoc eſt qui miſeretur ĩ hylaritate. Sed mihi videtur vnũ fortaſſe opus eſſe: nõ tamẽ operis ipſius vnus affectus. Aliud eſt eñ dare indigenti: & aliud affectu miſericordię cum indigenti partiri. & ideo non vult in tali opere eſſe triſtitiam. Qui eñ erogat pecuniam ſuam: ſi infidelis ſit & recepturum ſe deſperet: neceſſario tãq̃ qui eam perdiderit: contriſtatur. Qui vero cum fide & ſpe hoc agit: ĩ hylaritate & lætitia agit: certus et ꝙ parua hęc quę pro mandato dei expendit indigentibus: ſibi opes cœleſtium diuitiarum inſuper autem & æternam conferant vitam.

Charitas ſine ſimulatione.

¶ Ego puto ꝙ omnis charitas quæ non eſt ſecundũ deum, ſimulata ſit: & vera nõ ſit. Etenim creator animę deus idcirco ei cũ cęteris virtutibus etiam affectum charitatis inſeruit: vt diligat deũ: & ea q̃ vult deus. Cũ ergo hoc opus aĩa dedit charitati: quicũq; aliquid aliud dilexit q̃ deũ & quæ deo placent: charitas in eo ficta & ſimulata dicenda eſt. Sed & ſiquis proximũ ſuũ diligat: & cũ errantem eũ viderit non commoneat: non corrigat: ſimulata iſta charitas dicẽda eſt. Et ideo nihil habere adulatoriũ nihil fucatũ charitas debet: ſicut & alibi idem apoſtolus dicit. Charitas de corde puro: & cõſcientia bona: & fide non ficta.

Odientes malum: adhærentes bono.

¶ Mirũ fortaſſe ſi quidẽ inter cętera bona virtutum aſſumitur etiam odium: & tanq̃ neceſſario ab apoſtolo ponitur. Vnde certum eſt in eſſe animę odii affectum: eſt eñ laudabile odiſſe vitia: odiſſe peccata. Niſi enim quis odio habeat vitia: non poteſt amare: nec cõſeruare virtutes. Verbi gratia. Siquis pudicitiam cuſtodire proponat: non poteſt eam tuto ſeruare: niſi odium quoddam & execrationẽ aduerſum impudicitiam ſumat. Difficilis enim & valde difficilis eſt illa continentia: vbi deſyderatur illud a quo abſtinetur: & cupiditas animi ſolo metu futuri iudicii refrẽnatur. Periculoſa hęc valde periculoſa ſunt: niſi ſecũdum conſilium apoſtoli odientes malum: & peccata: & quodã modo aduerſum ea odiorum bella peragẽtes: adhæreamus bono. Obſeruandum etiam hoc ꝙ ſicut ĩ aliis dicit qui adhæret domino vnus ſpiritus eſt: ita & hic dicit: adhæreamus bono ſine dubio vt contingat nobis vnum eſſe cum bono.

Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes.

¶ Hoc eſt mandatum: vt diligamus inuicẽ: ſicut & deus dilexit nos. Cũ ſit primũ poſt primum: Primum nãq; eſt diligere deum: & inter homines iterum hoc primũ eſt: vt inuicem diligamus: Neſcio quomodo quaſi vltimum & minus neceſſarium ĩter homines ſpernitur: & odium qđ nobis inſitum eſſe diximus ad hoc: vt mala odio habeamus: præpoſtero ordine exercemus in bonis: & vitia carnis ac peccata diligentes fratrem odio habemus. Nec aliter accidit odiſſe nos quẽ non oportet: niſi quia diligimus quæ nõ oportet. Si eñ putas aliquẽ impium eſſe: & ideo non iudicas eum diligẽdum audi ꝙ Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Aut ſi quia peccator eſt frater tuus: ideo eũ nõ putas diligendũ: audi quia Chriſtus in hũc mundum venit peccatores ſaluos facere. Si vero iuſtus eſt: multo magis dilectiõe dignus eſt. Dominus enim diligit iuſtos.

Honore inuicem præuenientes.

¶ Hoc eſt qđ & dñs docuit: cũ notaret ſcribas et Phariſęos prima ſibi loca in conuiuiis vendicantes. & docet: vt cũ vocatus fueris ad cœnam: in nouiſſimo recumbas.

Solicitudine non pigri.

¶ Superius eũ qui præeſt in ſolicitudine debere eſſe cõmonuit: nunc vero omnibus dat hoc in cõmune mãdatum: nequis noſtrum audiat a domino Serue male & piger.

Spiritu feruentes.

¶ Et hoc integrũ ſpectat. Vult eñ: vt nos qui ſub lege ſpiritus viuimus: nihil remiſſum: nihil tepidum habeamus in nobis: ſed cũ feruore ſpiritus: & calore fidei cuncta peragamus.

Domino ſeruientes.

¶Ille domino ſeruit: qui poteſt dicere. Nobis vnus dominꝰ Ieſus Chriſtus: per quem omnia et nos per ipſum. Nec vltra ea aut libido: aut auaritia: aut inanis gloria dominatur. Scio autem in nonnullis latinorum exemplaribus haberi. Tēpori ſeruientes. qđ mihi videtur incōuenienter inſertum: niſi quis forte ita dictum putet: vt in aliis idem apoſtolus ait. Tēpus breue eſt: ſupereſt vt qui habent tanq̄ non habentes ſint: veluti illud dictum eſt: redimentes tēpus quoniam dies mali ſunt.

Spe gaudentes: in tribulatione patientes.

E ¶Spe gaudet qui non reſpicit ea quę videntur: ſed ea quæ nō videnť expectat: & qui ſcit quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā: quæ reuelabitur in nobis. Idem ipſe & in tribulatione patiens erit: q̄a tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio vero ſpem. ſi tamen ſermonē qui ſubſequitur impleamus: id eſt.

Orationi inſtantes.

¶In quo eñ nō ſufficit humana fragilitas: auxilium dei orationibus implorandum eſt.

Vſibus ſanctorum communicantes.

¶Memini in latinis exemplaribus magis haberi memoriis ſanctorum cōmunicantes. Verū nos: nec conſuetudinē turbamus: nec veritati pręiudicamus: Maxime cum vtrūq̨ cōueniat ædificationi. Nam vſibus ſanctorum honeſte et decenter non quaſi ſtipem indigētibus pręberę: ſed cēſum noſtrū cū ipſis quodāmodo habere cōmunem: & meminiſſe ſanctorū ſiue in collectis ſolēnibꝰ: ſiue pro eo: vt ex recordatione eorū proficiamus: aptū: & cōueniens videť.

Hoſpitalitatem ſectantes.

¶Q̄ȝ digne hoſpitalitatem ſectantis magnificentiam vno ſermone comprehendit. Dicens enim ſectandam eſſe hoſpitalitatem: nō illud ſolum oſtendit: vt venientē ad nos hoſpitem ſuſcipiamus: ſed & requiramus: & ſolliciti ſimus: & ſectemur. Ac perquiramꝰ vbiq̨ hoſpites: ne forte in plateis ſedeant: ne extra tectum iaceant. Recordare Loth: & inuenies ꝙ non illū hoſpites: ſed ipſe quæſierit hoſpites. & hoc erat hoſpitalitatem ſectari.

Benedicite perſequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.

¶Moralem locum latius apoſtolus exequens
G actus: mentē: propoſitū: os quoq̨ ipſum diſcipulorum: linguamq̨ componit. Non vult credentes Chriſto de ore ſuo proferre maledictū: ſed bene loqui: bene dicere: bene precari: vt ex hoc & boni dñi ſerui: & boni magiſtri credanť eſſe diſcipuli. Sciendū tamen eſt: ꝙ ſermo hic benedictionis in ſcripturis diuerſe poſitus inuenitur. Nā & deus benedicere: vel hoīes: vel cætera quæ creauit: inuenitur. Item hoīes vel cæteræ creaturæ deū benedicere iubētur. Sed dei quidē benedictio aliquid muneris ſemper his qui ab eo benedicuntur impartit: homines vero deum benedicere pro eo qđ eſt laudare:
et gratias referre: dicunť. Hic tamē apoſtolus A
benedicite & nolite maledicere: quaſi cum prouocamur ab inimicis: vel cū inſtigamur iniuriis: monet ne pro maledictis maledicta reddamus: ſed faciamus qđ ipſe de ſemetipſo ſcribit vbi dicit: Maledicimur ſed benedicimus.

Gaudere cū gaudētibus: flere cū flentibus.

¶Habēda eſt etiā hic cōpetens & apta diſtin- H
ctio. Non eñ quibuſcunq̨ gaudiis chriſtianorū gaudia ſocianda ſunt: nec quibuſcunq̨ flētibus lachrymæ noſtræ iungendæ ſunt. Non eñ ſi videam gaudere aliquē ſuper queſtu pecuniæ: aut poſſeſſionū latitudine: aut ſæcularis honoris eminentia: congratulari debeo talibus: q̄ ſciam ꝙ huiuſmodi gaudia luctus ſequantur & lachrymę. Intantū non eſt gaudendū de talibꝰ: vt dñs diſcipulis ſuis: ne inde quidē gaudere cōceſſerit: ꝙ dęmonia ſibi videbāt eſſe ſubiecta: ſed ait eis. Nolite gaudere ꝙ dæmonia vobis ſubiecta ſunt: ſed gaudete inquit quia nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ. Et nos igitur ſi videamus ab aliquo tale opus geri: qđ in cœlo ſcribi dignum ſit: ſiue iuſtitię opus: ſiue charitatis: ſiue pacis: vel miſericordię: & ita geſtū: vt in libro vitæ referri mereatur: debemus gaudere cū talibus. Sed & ſi quē videamus ab errore cōuerſum: & relictis ignorantię tenebris ad lucē veritatis veniſſe: remiſſionē peccatorū & gratiā ſancti ſpūs meruiſſe: debemus gaudere cū talibꝰ. Similiter autē flere cū flentibus, nō cū illis q̄ flēt mortuos ſuos iubemur: aut q̄ flēt dāna ſęcularia: ſciētes quia huius ſęculi triſtitia mortē operať. Non ſunt ergo iungēdę lachrymæ cū talibus: ſed cū illis flendum eſt: de quibus dicit dñs. Beati q̄ flent quoniā ipſi cōſolabūtur. Siqui flent pro peccatis ſuis: ſiquis poſt delictū conuertiť ad pœnitētiam: & errorem ſuum lachrymis lauat. Siquis ingemiſcit etiam in habitaculo iſto poſitus: & ad Chriſtū redire deſyderat: & ſecūdū deſyderium lachrymarū profuſione lauatur: iungamus cū talibus lachrymas noſtras: & gemitus ſociemus. Triſtitia quæ ſecundū deum eſt: ſalutē ſtabilem operatur per pœnitentiam.

Idipſum inuicem ſentientes.

¶Sermo iſte nō natura ſui: ſed īterp̄tatiōe ob I
ſcurior factꝰ eſt. hoc eſt. n. qđ dicit: vt ita de fratre ſentiamus: vt de nobis ipſis: & ita velimus

proximo:ſicut & nobis volum⁹. Vt in euāgelio dn̄s dicit. Quę vultis vt faciāt vobis hoīes: eadem & vos facite illis.

Nō alta ſapiētes: ſed humilib⁹ cōſentiētes.

¶Superbiam ſup omnia refugiēdā docet. hoc em̄ beneplacitum eſt deo. Et merito ſupbia fugienda eſt: cū ſcriptū ſit: qa initiū diſcedendi a deo ſupbia eſt. Vnde ap̄ſus in vno ſermone inſtitutionē humilitatis cōmendat. Conſentire enim humilibus: amare humiles: atq; inclinare ſe ad eos: hoc eſt cōſueſcere, imitari eum qui cū in forma dei eſſet: formam ſerui ſuſcepit: et humiliauit ſe vſq; ad mortem.

Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos.

¶Qui ſibiipſi prudēs eſſe videt: hic cū arrogātia ſtult⁹ eſt. Nec poteſt verā ſapientiā dei ſcire: qui ſuā ſtultitiā quaſi ſapientiā colit. Deniq; in ſuperiorib⁹ hāc fuiſſe incredulitatis cauſam Iudæis ipſe Paulus edocuit: dicens de eis. Quia ignorātes dei iuſtitiā: & ſuā iuſtitiā quęrētes ſtatuere: iuſtitię dei nō ſunt ſubiecti. Sic ergo & qui apud ſemetipſum ſapiēs eſt: nō poteſt eſſe ſapiens apud deum.

Nulli malum pro malo reddentes.

¶Si malum inferre peccare eſt: & reddere malū nō vt qbuſdā videt iuſtū eſt: ſed ſimile peccatū eſt aut (vt ego arbitror) etiā graui⁹. Nā ille qui malū prior intulit nō ſentit malū eſſe qđ fecit. Qui autē reddidit malū: eo ipſo quo ad vlciſcendū eſt mot⁹ cōfeſſus eſt ſenſiſſe malū eſſe qđ reddidit. Et ideo reſpiciēdū eſt ſemper ad eum qui dixit. Mihi vindictā & ego retribuam: dicit dominus.

Prouidentes bona nō tantū coram deo ſed etiam coram omnibus hominibus.

¶Corā hoībus: cōtraria erit illa apoſtoli ipſius ſententia quæ dicit. Ego ſi hominibus placere vellem Chriſti ſeruus nō eſſem. Sed qui vitæ ſuę ac morū atq; actuū tenet librā: vt nō poſſit ab vllo hominū reprehēdi: iſte bona corā omnibus hoībus prouidet. Sed & hoc aduertam⁹ quomodo nō dixit apoſtolus hominib⁹ placeamus: ſed vt ꝓuideamus bona coram omnibus hominibus: hoc eſt agimus nos bona corā omnibus hominibus ſiue illis placeant quæ bona ſunt ſiue non placeant.

Si poſſibile eſt: qđ ex vobis eſt: cū omnibus hominibus pacem habentes.

B ¶Sciēs apoſtol⁹ pacē inter quos pax habet nō ex vna parte ſed ex vtraq; cōſtare: ne nos alterius animus ſi forte īpacatus euenerit a bono pacis impedire videret: moderatiſſimū dedit pręceptū: vt inter inimicos noſter anim⁹ ſemp ſit parat⁹ ad pacē: & diſcordiæ culpa nō penes nos ſit: ſed penes alterū cōſtet. Sed fortaſſe dicat aliquis. Quomodo poteſt fieri vt pacē cū oībus hominib⁹ habeamus? & qđ faciemus de ſcriptura quę dicit: furem videbas & cōcurrebas cū eo: & cū adulteris portionē tuam ponebas? Ideo ergo apoſtol⁹ bene addidit: qđ ex vobis eſt. hoc eſt qđ ꝓpoſito veſtro & fidei veſtrę cōuenit. Cū malis em̄ habere pacē & ſocietatē: fidei veſtrę ꝓpoſitoq; non conuenit. q̄uis & alio in loco poſſit haberi diſtictio. Aliud eſt em̄ hoīes amare: aliud crimina diligere. Qui hoīes amat: amat creaturā dei. Qui crimina diligit: diaboli ſectator inuenit. Qui ergo pfecti ſūt: hoc ipm̄ qđ oderīt crimina: hoīes amāt et odio habētes in eis illud qđ peccāt: illud qđ deus creauit amare non deſinunt.

Non vos vindicātes chariſſimi: ſed date locum iræ. Scriptum eſt em̄. Mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus.

¶Hi qui ſeipſos nō vīdicāt: quomodo irę locū dēt dupliciter mihi videt intelligi. Nā & hoc ipo q (verbi cauſa) manum manu nō referūt: aut cōuitio cōuitiū nō reddūt: irę illius qui fecit iniuriā ptrāſeūdi & euaneſcēdi locū dederūt. Nemo em̄ ita rabid⁹ inueniet: qui illa iniuria ſi vicē nō recipiat iterū ſęuiat: ſed quaſi effuſo ac digeſto furore neceſſario miteſcit. Eſt ergo & grāde lucrū vbi & peccātis multitudo cōpeſcit peccatorū: & iniurię paſſio patiētia ꝓbabilis fit apud deū. Eſt autē & hoc modo iræ locū dare: quādo ꝓ his quę inferunt iniuriis q peccāt ſcd̄m ipſius Pauli ſentētiā irā ſibi theſaurizāt in die irę. Tūc cū reddet de⁹ vnicuiq; ſecūdū opera ſua. Si ergo noſmetipſos vīdicemus: nō eſt magnū qđ ꝓ iniuria ſuſcepta reddim⁹. Verbi cauſa: aut palmā ꝓ palma: aut ſaxum ꝓ ſaxo: aut ꝓ cōtumelia ſermonis nihilo min⁹ cōtumeliā. Si vero ſeruem⁹ ea vindictę dei: in eo qui lęſit nos locū dam⁹ irę. Illi ſine dubio: quā ſibi ipſe ſuis malis actibus theſaurizat quę de eo ī iudicio dei multo grauiores q̄ nos inferre poſſumus exigat pœnas. C

Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum: ſi ſitierit potū da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.

¶Hęc quidem & dn̄s in euāgeliis pręcipit. Et q̄uis in ꝓpatulo ſit intellect⁹ iſte: quo ſcd̄m ea quę ſupra diximus inquātum inimicis & lędētibus nō ſolum vicē nō reddimus ſed & bona pręſtamus: intantū pœnas eorū in dei iudicio cumulamus. Eſt enim vere iuſta dānatio ſi arguātur ante dn̄m his intuliſſe mala a qb⁹ perceperint bona. Tamē videam⁹ ne forte digni⁹ aliquid mādati huius cōtineat intellectus. Dicit em̄ & hieremias ꝓpheta ad peccatricē filiā Babylonis. Habes carbones ignis: ſede ſup eos D

hi erũt tibi in adiutoriũ. Fortaſſis ergo & iſti carbones ignis q̃ cõgregant̃ ſup̱ caput inimici ad adiutoriũ ipſius cõgregant̃. Poteſt eñ fieri vt amens ferus & barbarus inimicus: ſi ſentiat beneficiũ noſtrũ: ſi humanitatẽ: ſi affectũ: ſi pietatẽ videat: cõpũctionẽ cordis capiat: cõmiſſi pœnitudinem gerat: & ex hoc ignis ĩ eo quidã ſuccẽdat̃: qui eũ ꝓ cõmiſſo cõſciẽtię torqueat: & adurat: & iſti erunt carbones ignis q̃ ſup̱ caput eiꝰ ex noſtro miſericordię & pietatis opere congregant̃. Caput vero principale cordis appellat̃: & merito caput dicit̃: cuiꝰ intellectu & prudẽtia mẽbra regunt̃ vniuerſa.

Noli vinci a malo: ſed vince in bono malũ.

E ¶ Vincit̃ a malo qui malis ꝓuocatꝰ reddit malum. In bono aũt vincit malũ qui acceptis malis reſtituit bona. Certũ eſt eñ hãc eẽ mali naturam: vt ex ſimilibꝰ ſuis augeat̃ & creſcat. Sicut ignis: ſi ignẽ iungas: ſicut noctis tenebræ: ſi aeris nubilũ ſocietur. Bonũ vero ſi adhibeas exterminat̃ malũ. Cõtraria nãq; cõtrariis perimũtur. Sicut per aquã ignis extinguit̃: & p̱ lucem tenebræ fugãtur. Sed fortaſſe dicat aliq̃s: Paulum p̱ imperitiã ſermonis a ꝓpoſito deciſſe: Propoſuit eñ loqui de bonis gratiarũ q̃ per ſpiritũ ſanctũ dãtur: & q̃dẽ q̃d ait ſiue prophetię: ſiue miniſteriũ: ſiue doctrĩa: ſiue exhortatio: poſſunt hæc ad dona ſpiritalia ꝑtinere. Fortaſſis & hęc q̃ ſequunt̃: qui tribuit ĩ ſimplicitate: qui præeſt ĩ ſolicitudine: qui miſeret̃ in hylaritate: ſuperioribus poſſunt adiũgi. Ea vero quæ poſt hęc enumerat: vt ſit charitas ſine ſimulatiõe: odientes malũ: adhærẽtes bono: et charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes: & honore inuicẽ pręueniẽtes: & cętera huiuſmodi p̄cepta potiꝰ dicat eẽ q̃ dona. Sed cõſideremꝰ diligẽtius ne forte q̃m quidẽ in his oĩbus moralem locũ tractare inſtituit: nõ ſolũ in fide veritatis ſtabilẽ, verũ & immobilẽ in moribꝰ ornatũ facere chriſtianũ: adeo ad munera gratiarũ etiã moralia præcepta cõiungit: vt oſtẽdat chriſtianis etiã hęc per gratiam dari dei. Sunt eñ & nõnulli gẽtiliũ cõpoſitis moribus & honeſtis inſtitutis: qui tamẽ hoc ipm̃ q̃d habent: non ad deũ referunt: nec ab ipſo ſibi datã gratiam cõfitentur: ſed aut ꝓprię induſtriæ aſcribunt: aut ſuper magiſtris inſtitutoribus gloriantur. Nobis autẽ oſtẽdit apoſtolꝰ: omne q̃d bonũ eſt / a deo eſſe: & p̱ ſpiritum ſanctũ dari. ſicut & Iacobus apoſtolꝰ dicit. Omne datũ bonum: & omne donũ perfectũ deſurſum eſt deſcendens a patre luminũ: vt qui gloriat̃ in domino glorietur. Videamus ergo nũc quid in conſequentibus dicat Apoſtolus.

CAP. XIII.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

F ¶ Videtur mihi ĩ hoc valde laudabiliter aĩam noĩaſſe: quã ſubiacere poteſtatibꝰ iubet. Nunq̃ eñ dixiſſet: oĩs ſpũs ſubiacet poteſtati: ſed oĩs aĩa. De qua differẽtia ſępe iã diximus: q; interdũ per aĩam: interdũ per carnẽ: interdũ p̱ ſpiritũ: homo noĩat̃. Sed cũ parte meliori nominãdus eſt: qua ſi q̃s ſpiritalis intelligi debeat ſpũs dicit̃. Quãdo ab inferiore: aĩa. Cũ vero a deteriore noĩat̃, caro dicit̃. & horũ teſtimonia de ſcripturis ſępe ꝓtulimus. Nunc ergo q̃m pręcepta credẽtibꝰ ponit Apoſtolꝰ: et vult nos quietẽ quãtũ in nobis eſt p̄ſentis vitę paceq; ſeruare. Et ſi quidẽ tales ſimus qui coniuncti dño vnus cũ eo ſpiritus ſimus: domino dicimur eſſe ſubiecti. Si vero nõdũ tales ſumꝰ ſed cõmunis adhuc aĩa eſt ĩ nobis quæ habeat aliq̃d huius mundi: quę ſit in aliq̃bus alligata negotiis: huic pręcepta apoſtolus ponit: & dicit: vt ſubiecta ſit poteſtatibꝰ mundi. Quia et dñs dixit: vt hi qui habent in ſe ſupſcriptionẽ Cæſaris reddãt Cæſari quæ ſunt Cęſaris. Petrus & Ioannes nihil habebãt q̃d Cęſari redderẽt. Dicit enim Petrus: aurũ & argẽtũ nõ habeo. Qui hoc nõ habet nec Cęſari habet quod reddat: nec vnde ſublimioribꝰ ſubiaceat poteſtatibꝰ. Qui vero habet aut pecuniã: aut poſſeſſiões: aut aliq̃d in ſęculo: audiat. Oĩs aĩa poteſtatibus ſublimioribus ſubiaceat.

Non eſt poteſtas niſi a deo.

G ¶ Dicet fortaſſe aliq̃s. Quid ergo & illa poteſtas quę ſeruos dei pſequitur: fidẽ impugnat: religionẽ ſubuertit: a deo eſt? Ad hoc breuiter reſpõdebimꝰ. Nemo eſt qui neſciat q; & viſus nobis a deo donatꝰ eſt & auditus & ſenſus. Cũ ergo hęc a deo ĩ poteſtate noſtra ſint: tamẽ vti viſu vel ad bona vel ad mala poſſumꝰ. Similiter & auditu: & motu manuũ: & cogitatiõe ſenſus. Et ĩ hoc iuſtũ iudiciũ dei ẽ: q; his quos ad vſus ille bonos dedit: nos abutimur ad impia & ĩiqua miniſteria. Ita ergo & poteſtas oĩs a deo data eſt ad vindictã quidẽ malorũ: laudẽ vero bonorũ: ſicut idẽ apoſtolꝰ in ſubſequẽtibus dicit. Erit aũt iuſtũ iudiciũ dei erga eos q̃ acceptã poteſtatẽ ſc̃dm ſuas ĩpietates & nõ ſecundũ diuinas tẽperãt leges. & ideo dicit.

Itaq; qui reſiſtit poteſtati: dei ordinatiõi reſiſtit: q̃ autẽ reſiſtũt ipſi ſibi dãnationẽ acq̃rũt.

¶ Nõ hic de illis poteſtatibꝰ dicit quę pſecutiones inferũt fidei. Ibi eñ dicendũ eſt: deo oportet obtẽperare magis q̃ hominibus. ſed de iſtis cõmunibus dicit quę nõ ſunt timori boni operis ſed mali. Quibus vtiq; qui reſiſtit: ipſe ſibi dãnationẽ ꝓ geſtorũ ſuoꝝ qualitate cõquirit.

Vis autē non timere poteſtatē? bonū fac: & habebis laudē ex illa. Deus eñ miniſter eſt tibi in bonū. Si autē male feceris: time: nō eñ ſine cauſa gladiū portat. dei eñ miniſter eſt vindex in ira ei qui qđ malum eſt agit.

¶Mouet me in his ſermonibꝰ Paulus: ꝙ poteſtatē ſeculi & iudiciū mundi dei miniſteriū dicit: & hoc non ſemel ſed ſecūdo & tertio repetit. Velim ergo reqrere quomodo vindex mūdi dei miniſter ſit. Inuenimꝰ ſcriptū in actibus apłorū: quia cōueniētes in vnū apłi ſtatuerūt decreta quę obſeruare deberemꝰ nos: q ex gētibus credimus Chriſto: in qbus hęc cōtinētur. Apoſtoli & p̄ſbyteri fratribꝰ q ſūt Antiochię & Syrię & Cilicię oībus qui ex gētibꝰ crediderūt ſalutē. Qm̄ quidē audiuimꝰ quoſdā exiſſe a nobis & ꝑturbare vos: qbus nō mādauimus. Et poſt aliquāta addit. Placuit aūt ſancto ſpūi et nobis nihil amplius ſuperponi vobis ponderis: præter ea q̄ neceſſaria ſunt: vt abſtineatis vos ab his quæ idolis īmolant: & ſanguine: & ſuffocatis: & fornicatiōe: a quibus cuſtodiētes voſmetipſos bene agetis. Valete. In his ergo p̄ceptis in qbus dicit nihil amplīꝰ imponēdū eē oneris his qui ex gētibus credūt: niſi vt abſtineāt ſe ab his quæ idolis immolātur & ſanguine & ſuffocatis & fornicatiōe: neqꝫ homicidiū prohibet: neqꝫ adulteriū: neqꝫ furtū: neqꝫ maſculorum cōcubitus: neqꝫ cætera crimina: quę diuinis & humanis legibꝰ puniunt. Qꝫ ſi illa ſola quę ſupra memoraui: obſeruāda dicit eſſe chriſtianis: videbit eis de cęteris dediſſe licentiā. ſed vide ordinationē ſpūs ſancti. Qm̄ qdē cętera crimina ſæculi legibꝰ iudicant: & ſuperfluū videbat ea nūc diuina lege ꝓhibere: quæ ſufficienter humana lege plectunt: illa ſola de quibꝰ nihil humana lex dixerat: religioni videbatur cōuenire decernere. Ex quo apparet iudices mūdi partē maximā dei legis īplere. Oīa eñ crimina quę vīdicari vult deus: nō ꝑ antiſtites & principes eccleſiarū ſed ꝑ mūdi iudices voluit vindicari. & hoc ſciēs Paulus: recte eū miniſtrū dei noīat & iudicē in eū qui qđ malū eſt agit. Et hoc qđ dicit de poteſtate: Fac
3 qđ bonū eſt & habebis laudē ex ea: altius mihi reqrendū videt. Nō eñ cōſuetudo eſt poteſtatibus ſæculi laudare hos qui nō fuerint criminoſi. Nā ꝑcantes quidē puniūt: nō peccātes vero laudare eis mos nullus eſt. Sed videamꝰ ne forte Paulus etiā cū moralia videt docere: inſerere ſemp etiā de myſteriis aliqd nō omittat. Etenim ſciens ꝙ oēs qui ī lege peccauerūt: ꝑ legē iudicabunt: vnūquēqꝫ autē in iudicio illa lex ſine dubio arguet ſcđm ꝙ vixit. Oſtēdimus autē ſanctū ſpiritū in multis humanę legi locū dediſſe. Certū eſt eñ quia ī die iudicii habebit etiā ex iſtis legibꝰ laudē apud deū is q nihil cōtra ſtatutas cōmiſerit leges: cū dicet ei a dño. Euge ſerue bone & fidelis: ſupra pauca fuiſti fidelis: ſup multa te cōſtituā. Sciendū tamen ꝙ iuſto lex nō eſt poſita: ſed iniuſtis: & nō ſubditis: ſceleſtis: homicidis: cōtaminatis: ꝑiuris: & cęteris qui hmōi ſunt. Ipi eñ ſunt q timēt legē. Qui autē facit bonū: hoc eſt q nō metu legis ſed amore boni facit qđ bonū eſt: iſte iā nō ſub lege literę ſed ſub lege ſpiritꝰ viuit.

Ideoqꝫ neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram: ſed etiā propter cōſcientiā. Ideo enim & tributa penditis. Miniſtri eñ dei ſunt in hoc ipſum inſtantes.

¶Ordinat quidē ꝑ hęc Paulꝰ eccleſiā dei: vt C
nihil aduerſi principibꝰ & poteſtatibꝰ ſęculi gerens ꝑ quietē & tranqllitatē vitę / opꝰ iuſtitię et pietatis exerceat. Si eñ ponamꝰ (verbi gratia) credētes Chriſto poteſtatibꝰ ſęculi nō eſſe ſubiectos: tributa non reddere: nec vectigalia pēſitare: nulli timorē: nulli honorem deferre: nōne ꝑ hæc rectorū & pricipū merito ī ſemetipſos arma cōuerterēt: & ꝑſecutores qdē ſuos excuſabiles: ſemetipſos vero culpabiles redderent? Nō eñ iā fidei ſed cōtumacię cauſa īpugnari viderent: & eē eis cauſa qdē mortis: meritū vero mortis indignū. Hęc ergo Paulꝰ ꝑ immēſam ſapientiā prouidens dicit.

Reddite ergo oībus debita. Cui tributum: tributū. Cui vectigal: vectigal. Cui timorē: timorem. Cui honorem: honorē. Nemini quicq̄ debeatis niſi vt inuicem diligatis.

¶Puto tamē ꝙ etiā hęc Paulus non abſqꝫ ſoli- D
tis ſermonū ſuorū ꝓferat ſacramētis. Etenim oēm creaturā oēſqꝫ ſpūs ſiue recti ſiue etiā praui maliqꝫ propoſiti deo miniſtrare & exhibere vnūquēqꝫ ad qđ aptū ſe p̄buerit, miniſteriū: in ſupioribus iā docuimꝰ. De oībus eñ ſimul ꝓnūtiauit apoſtolꝰ vbi dixit. Nōne oēs ſunt miniſteriales ſpūs in miniſterio miſſi ꝓpter eos q hęreditatē capiūt ſalutis? Miniſtrant ergo oēs ſpūs hoīm vitę: vnuſqſqꝫ tamē (vt diximus) ꝓ dignitate & merito ſui. Et illi miniſtri dicunt quorū miniſteria quēadmodū ꝑtinet peraguntur. Vnde & apoſtolꝰ qui dixerat de ſe qa mihi mūdꝰ crucifixꝰ eſt & ego mūdo: ait etiā hoc Nos autē nō ſpiritū huiꝰ mūdi accepimꝰ: ſed ſpiritū qui ex deo eſt. Qui autē adhuc de mūdo eſt: & ea ſapit quę mūdi ſunt: & quæ carnis ſunt qrit: neceſſario ſubiectꝰ eſt miniſtris mūdi. Subiectus autē ꝓpter irā: quā ſibi theſaurizauit ex pctīs. & hoc mihi videtur dicere. Ideo neceſſitate ſubiecti: nō ſolū ꝓpter irā ſed & ꝓpter cōſcientiā. Conſciētiæ quoqꝫ qs ſubditur

cū habet in ſe quod accuſetur a cōſciētia. His ergo etiā tributa quædā pendimus: dū adhuc ſecūdum carnē viuim⁹: & quę carnis ſunt cogitam⁹. Nā ſi vineā domini colam⁹ & vitē verā qui eſt Chriſt⁹ exerceam⁹ in nobis: de iſta vinea nō miniſtris ſęculi pendem⁹ tributa: ſed ipſi domino fructus in tēpore reddem⁹: ſecūdū ꝙ ipſe ſaluator in euāgeliis dicit: quia colonis malis tollet vineā: & dabit eā aliis colonis qui
E reddāt ei fructū in tempore. Sed & hoc ipſum quod dicit: reddite omnib⁹ debita cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: ab eo qđ in ſequētibus additur: cui timorē timorē: cui honorē honorē: diuerſum mihi videt̃: & ad eos quidē quos ſupra dixim⁹ miniſtros pertinere tributa & vectigalia. Exigūt em̄ a nobis tributa terrę noſtrę & vectigalia negotiationis noſtrę. Et quid dico de nobis? Exoluit tributū etiā dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ in carne poſit⁹: qđ idcirco ſe dicit exoluere: nō ꝙ debitor ſit: ſed ne ſcandalizet eos. Q; ſi ille qui nihil habebat in ſe cęſaris: & in quo princeps hui⁹ mūdi veniēs nō inueniet qcq̄ de ſuo: cū liber eſſet: ſoluit tamē tributū: (Venit em̄ & in mortē vt eſſet & inter mortuos liber) quāto magis nos neceſſe eſt iſta tributa carnis expēdere: & negotiationis noſtrę? Si tamē negotiamur margaritas regni cælorum per diuerſas tētationes exigentibus nos ſpiritibus vectigalia pēſitare. Timorē vero & honorē ad illū potius referre debemus qui dicit ꝑ ꝓphetam. Nōne dn̄m & patrē vocatis me? Et ſi dn̄s ſum ego: vbi eſt timor me⁹? Et ſi pater ſum: vbi eſt amor meus: & honor? Poſteriora ſane quæ addidit vt nemini quicq̄ debeam⁹: certū eſt ad miniſtros referri: quibus debitor quis efficitur cū peccauerit. Debitum enim peccatū eſſe in multis frequēter oſtendimus. Vult ergo Paulus peccati quidem omne debitū ſolui: nec remanere apud nos oīno debitū peccati. Permanere tamē & nunq̄ ceſſare a nobis debitū charitatis. hoc em̄ & quotidie ſoluere & ſemꝑ debere expedit nobis. Deniq; quātę virtutis ſit charitas ī cōſequētib⁹ ponit.

Qui em̄ diligit ꝓximū legē impleuit. Nam nō adulterabis: nō occides: nō furtū facies: nō falſum teſtimoniū dices: non concupiſces: & ſi qđ eſt aliud mandatū: in hoc verbo reſtauraẗ. Diliges proximū tuum ſicut teipſum.

¶ Et ad vltimū rationē tāti præcepti breuiter colligens ait.

Dilectio proximi malū non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

F ¶ Supra dixerat: quia qui diligit proximū legē impleuit: & quia difficile videbaẗ quomodo poſſit quis oēm legē vno ſermone cōplere: pleniſſimā reddit rationē dicēs: Dilectio ꝓximi malū nō operaẗ: & ideo plenitudo legis eſt dilectio. Pone enim per ſingula mandata legis dilectionem: & vide q̄ facile cuncta cōplētur. Nūquid qui diligit proximū occidere eum poteſt? Certū eſt ꝙ nemo quē diligit interficiat. Eſt ergo dilectio per quā impleatur mandatū qđ pręcipitur: Non occides. Iterum qui proximū ſuum diligit: in vxorē eius adulterium cōmittit? Nunq̄ profecto. Si ergo diligas proximum nec adulteriū cōmittes. Similiter & qui diligit proximū: quæ eius ſunt nō furatur: & qui diligit proximū: falſum aduerſus eū teſtimoniū nō dicit. Similiter & cętera mādata legis: ſi ſit erga proximū dilectio: abſq; aliquo labore ſeruātur. Puto etiā ꝙ & ī hoc voluit nos G
aliqd cōpendioſius docere. Nā ſi diligētius requiras quis ſit ꝓximus noſter: diſces in euangelio illū eſſe proximū noſtrū qui venit & iacētes nos vulneratos a latronib⁹ & nudatos a dęmonibus iumēto corporis ſui ſuppoſuit: & ad ſtabulū eccleſię detulit: & ſtabulario pro cura noſtra & diligētia vel ipſi Paulo vel omni qui eccleſiæ præeſt duos denarios noui ac veteris teſtamēti ad noſtrę curę cōceſſit expēſas. Nūc ergo proximū ſi diligamus: oēm legem & vniuerſa mādata ipſius cōplem⁹. finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiā omni credēti. Nec fieri vllo pacto poteſt: vt qui ex toto corde: ex totis viribus ſuis diligit Chriſtū: faciat aliquid qđ nō placeat Chriſto. Illū em̄ qui diligit: nō ſolū nō occidit qđ ꝓhibet lex: ſed nec iraſcitur fratri ſuo: quia ita delectaẗ illo quē diligit: & nō ſolū nō facit adulteriū: ſed nec mulierē reſpicit ad concupiſcendū: ſed dicit ad ipſum magis. Cōcupiſcit & deficit aīa mea in deū viuū. Qui diligit Chriſtū quomodo de furto cogitat: qui etiā ſua oīa quęcunq; habet reliquit vt ſequaẗ Chriſtū? Qui Chriſtū diligit quādo falſum teſtimoniū dicit: cū ſciat ipm̄ quem diligit falſo teſtimonio perditū? Neceſſario aūt qui diligit Chriſtū diligit & proximū ſuū. Hoc enim ſolo iudicio Chriſti eſſe diſcipulus deſignatur ſi charitatē cum ꝓximis habeat. Certū eſt em̄ ꝙ qui non diligit proximū neſciat Chriſtum.

Et hoc ſcientes tēpus: quoniā hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc autē propior eſt noſtra ſalus q̄ cum credidim⁹. Nox præceſſit: dies autem appropiquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarū & induamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus.

¶ Cū poſt illas diſſertiones quas vel de gētib⁹ H
vel de iudęis apoſtol⁹ proſecut⁹ eſt: introduxiſſet etiā moralē locū: quo magis auditores incitet ad cōuerſionē: introducit modo ꝑ vrgentē

tẽporis rationẽ: qđ eſt in rebus oĩbus ſummũ. Nemo em̃ ita ſomnolẽt⁹ & piger eſt: quẽ adueniẽtis diei non excitet claritas: & cui ſol oculis infuſus nõ aperiat aſpectũ. Eſt ergo etiã aĩæ ſomnus quidã. Si enim ſunt ei (vt ſæpe iã diximus) ꝓprii oculi: & aures ꝓprię: & man⁹ proprię: & pedes: quę ſingula nõ tã mẽbra corporalia ineſſe ei q̃ virtutes qbus ad vnũqdq; mouetur & incitat̃ reputãdę ſunt: accidit ſine dubio ei ſcđm oculos ſuos etiã ſomn⁹. Si em̃ non agat tẽpore opportuno quę dei ſũt: ſed deſideriis torpeſcat: merito dormire dicitur. Idcirco igit̃ Paulus p̃co Chriſti circuiens mũdũ ĩ ſomno deſidiæ poſitũ: annũtiat adeſſe iã lucẽ & tẽpus eſſe vt ſurgat̃ e ſomno noctẽq; hoc eſt tẽp⁹ illud quo ignorãtia hoĩbus dominata eſt proceſſiſſe: & ꝓximãte iuſtitię ſolis aduẽtu / rareſcẽtib⁹ tenebris / imminere iã agnitiõis diem: Atq; ideo clamat expergiſcendũ eſſe: ne per ſegnitiem qs noctẽ patiat̃ in luce: & abiiciẽda eẽ opera tenebrarũ: atq; arma lucis induẽda. Opera tenebrarũ ſunt act⁹ illi qui a deo alieni ſũt. Arma vero lucis aſſumptio virtutũ. Et ſicut dixim⁹ dedecoroſum eſſe die iã ꝑurgẽte dormire: mľto eſt dedecoroſi⁹ tẽpore diei & lucis opera gerere tenebrarũ. Verũ ſciẽdũ eſt: aduẽtum lucis huius & diei duplici modo accipiẽdum: & generalem oĩbus: & vnicuiq; ſpecialẽ. Generalis oĩbus aderit lux & dies cũ futuri ſęculi tẽpus aduenerit. Ad cui⁹ cõparationẽ pręſentis huius mũdi ſpatiũ tenebrę appellãtur. Qđ tẽpus labeſcẽtibus quotidie dieb⁹ appropiat: & ſpatia quę p̃teritis augent̃: futuris ſine dubio minuunt̃: & ideo ꝓpior noſtra ſal⁹ q̃ cũ credidim⁹: & quotidie fit ꝓpior. ſicut & dominus cũ cõſũmationis ſęculi ſigna diſtingueret dixit. Cũ autẽ videritis hæc oĩa: leuate capita veſtra: qm̃ appropinquat redẽptio veſtra. Fit autẽ & ꝑ ſingulos dies hui⁹ aduẽtus nobis: & ſi Chriſt⁹ in corde fit: diẽ nobis facit. Si ignorãtias noſtras ſciẽtiæ ratio fuget: & indignos act⁹ declinãtes pia quęq; & honeſta ſectemur: in luce ſum⁹ poſiti: & quaſi in die honeſte ambulamus. Quę ſunt autẽ opera tenebrarũ quę abiiciẽda ſunt: cõſequẽter enumerat & dicit.

Non in comeſſationibus & ebrietatibus: nõ in cubilibus & impudicitiis: non in contentione & ęmulatione.

¶ Iſta ſunt opera tenebrarũ: quę & carnis opera appellant̃: in his qui carnẽ ſuã luxurię & impudicitiæ nõ ſanctitati neq; dño mancipanrũt. Comeſſatiões enim hoc eſt inhoneſta ac luxurioſa cõuiuia: quibus neceſſario comes eſt turpiſſima temulẽtia: quid aliud ſubſequent̃ niſi cubilia ĩpudicitiæ? A fœdis cubitatiõibus cubilia appellata ſunt: quũ non tã rationalib⁹ videantur hoĩbus q̃ feris & beluis cõuenire. Nõ in cõtentione & æmulatione. Illa quę ſupra dixi carnis ſunt vitia: hęc iam & animi: q̃uis oĩa carnis opera dicant̃: & opera tenebrarũ. Quia reuera cõtentio & ęmulatio in malis eorũ eſt: qui ſecũdũ carnẽ viuũt: & qui in tenebris ambulãt. Qui autẽ in luce eſt: & ſicut in die honeſte ambulat: nihil per cõtentionẽ & inanẽ gloriã gerit. Hoc ergo modo abiicit qs (qđ ait ſupra) opera tenebraꝝ. Qđ vero dixit: Induam⁹ arma lucis: quomõ debeat fieri nũc exponit̃.

Sed induimini dominũ Ieſum Chriſtum: & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

¶ Frequẽter diximus Chriſtũ ſapientiã eſſe: & iuſtitiã: & ſanctificationẽ: & veritatẽ: & oẽs ſimul virtutes. Quas vtiq; q aſſumpſerit: Chriſtum dicit̃ induiſſe. Si em̃ hęc oĩa Chriſtus: neceſſario qui hęc habet: habet Chriſtũ. Qui habet carnis curã in cõcupiſcẽtiis: nõ facit. Moderatione ſollicita apoſtol⁹ vtit̃: nõ ꝑ oĩa carnis curã negat habẽdã. Certũ eſt em̃ ꝙ in neceſſariis habẽda eſt: in delitiis vero & luxuria atq; omni cõcupiſcẽtia: ꝑnitus excludenda. C

CAP.XIIII.

Infirmũ autẽ ĩ fide aſſumite: nõ in diſceptationib⁹ cogitationũ: alius em̃ credit mãducare ſe oĩa: qui autẽ infirm⁹ eſt holus mãducet.

¶ Et in ſuperioribus de fidei firmitate mentionem fecit apoſtolus vbi ait de Abrahã: cũ fere centum annorũ eſſet: nõ infirmat⁹ eſt fide. De qua infirmitate fidei in illis locis quæ occurrere potuerũt: expoſuim⁹. Sed & nũc de infirmitate in fide cõmemorat: quem in eo dicit infirmũ: quia nõ credit mãducare oĩa: ſed tam exigua eſt fides eius: vt ſola holera cõpetentẽ ſibi eſſe exiſtimet cibũ. Quia poteſt qdẽ videri dictum ad eos qui ex gẽtibus crediderũt: extollẽtes ſe ĩ libertatem fidei: qua nihil cõmune aut immũdũ eſſe credunt aduerſus eos qui ex circũciſione crediderunt: obſeruãtes adhuc ſecũdum traditionẽ legis ciborũ differẽtiã: vt eos reprimere videatur & monere: ne inſultẽt eis quib⁹ lõga cõſuetudo in obſeruãdis cibis diſcretionẽ adhuc aliquã & cũctationem mouebat. Iubet ergo eũ qui ita in hac fide infirmus eſt, aſſumi magis & nõ abiici: nec quaſi infidelem iudicari. Aliud eſt em̃ infidelẽ eſſe: aliud infirmari in fide. Nã infidelis dicit̃ qui nõ habet fidem. Infirmus autẽ in fide qui dubitat in parte aliqua fidei. Cõponens igitur apoſtolus in pace corda dicit. D

Is qui manducat: non mãducantẽ non ſpernat: & qui non mãducat mãducantẽ non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit.

E ℭQuo.ſ.per hęc nulla eſſet inter credẽtes cibo
rũ cauſa diſſenſio.Sed videt̃ hęc Paulus ꝓfun
diore magis ſenſu elocutus. Neq; eñ ex circũ
ciſiõe veniẽtibus de edendis holeribꝰ lex aliqd
mãdauerat:vt ipſis cõuenire videatur qđ ait.
Qui autẽ infirmꝰ eſt holera manducet. Vnde
cõſtat eũ de cibo verbi iſta tractare: & infirmũ
dicere in fide eũ qui nõ ita pfectꝰ eſt ſenſibus:
vt poſſit oẽm cibũ verbi dei ſumere.ſicut & ip
ſe apoſtolꝰ in aliis dicit.Perfectorũ autẽ eſt ci⸗
bus ſolidus:eorũ qui pro poſſibilitate ſumẽdi
exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni
et mali.& iterũ ad alios dicit: Lac vobis potũ
dedi nõ eſcam. Nõdũ eñ poteratis.Et nunqd
ita inepti erimꝰ vt putemꝰ apoſtolũ q miſſus
eſt prędicare verbũ dei:lac portaſſe ſecũ qđ co
rinthiis potũ daret? Sed manifeſtũ eſt hæc eũ
de qualitate verbi ꝓloqui: & ꝓpterea dicere.
Si qs infirmior eſt ſenſibꝰ: & nõ eſt ita pfectę fi
dei:vt de ſecretioribꝰ myſteriis capiat verbũ:
nõ debere eũ p ea q̃ intelligere nõ poteſt diſce
ptationibus cogitationũ moueri.Alius eñ in
quit credit mãducare omnia.Nõ per hęc Pau
lus ad omnia comedẽda diſcipulos hortatur:
nec gulę & gurgitis eſt magiſter.Sed de illis ſi
ne dubio dicit:quorum fides pfecta eſt:& nul⸗
lis ĩ verbo dei diſcretionibꝰ ĩpedita. Quos idẽ
apoſtolꝰ in aliis ſpiritales appellat cũ dicit.Spi
ritalis autẽ examinat oĩa. Ipſe eſt ergo de quo
hic dicit:Alius aũt credit mãducare oĩa. De⸗
niq; & apoſtolis anteq̃ ſpm̃ ſanctũ acciperẽt di
cebatur a dño.Mľta adhuc habeo quæ loquar
de vobis:ſed nõ poteſtis illa audire modo. Ve
niet autẽ paracletus ſpũs veritatis: ipe vos do
cebit oĩa.Iſta ſunt ergo oĩa quæ credit̃ mãdu⸗
care is qui ꝓ fidei pfectiõe p grãm ſancti ſpũs
capax verbi ſecretioris extiterit.Habet tamen
et infirmꝰ qđ ſumat ex verbo dei:& eſt ſpecies
quędã verbi quam hic apľs holera appellauit:
quę audiẽtis ſenſum non tam robuſtũ reddat
et fortẽ q̃ ſuſtẽtet & interire non ſinat.In mul
tis etenim de interioribꝰ aĩæ ſenſibꝰ ſcriptura
diuina quaſi de exterioribꝰ corporis loquitur
mẽbris:& ſicut ſępe docuimꝰ interiorẽ hoĩem
videre vľ audire vel ãbulare noĩari:ita & nũc
ipſe interior homo aut oẽm cibũ poſſe dicitur
percipere ſi pfectus eſt:aut ſi infirmꝰ eſt holera
F manducare. Sed vt perfectorũ & imperfecto⸗
rum in eccleſia cõcordiam:& imperfectorum
tanq̃ inhoneſtorũ in corpore mẽbrorum hone
ſtorũq; componat:nec habeat̃ in eis vlla diſſen
ſio:dicit. Qui mãducat:nõ manducãtem non
ſpernat: & qui nõ mãducat:mãducantẽ nõ iu
dicet.hoc eſt qđ alibi dicit.Quia nõ poteſt di⸗
cere oculus manui:nõ es mihi neceſſaria:& ca
put pedibꝰ:nõ deſidero operã veſtrã.Sed mul⸗
tomagis corporis mẽbra q̃ vident̃ inhoneſtio⸗
ra eſſe:neceſſaria ſunt.Et his ergo quorũ fides
tãta eſt vt oĩa poſſint mãducare:& omnẽ ver⸗
bi ſpeciẽ capere:ne ſuperbiãt & ſpernãt eos qui
inferiores ſunt pręcipit: & rurſum his qui in⸗
capaces ſunt pfectioris doctrinę mãdat:ne iu⸗
dicẽt eos quorũ ſenſus capacior eſt & intelle⸗
ctus eminẽtior.Solent eñ puerſo ordine ĩperi
ti peritos iudicare:& deſides ſtudioſos. Inter⸗
dũ tamẽ & hi qui ſciẽtię aliqua initia ceperint
inflant̃ & extollũtur aduerſus eos qui vident̃
minus capaces eſſe.Idcirco igitur increpatiõe
apoſtolicę auctoritatis Paulus vtriuſq; partis
inſolentiam reprimens dicit.

Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruum? Suo
domino ſtat:aut cadit.

ℭQđ dicit ſtat aut cadit:ſcđm ſenſum eius G
quẽ increpabat dicit. Nã & ĩperitior ſi videat
quẽpiam ꝓfundius aliqd qđ ipſe capere nõ po
teſt ſentiẽtẽ: cecidiſſe eũ iudicat a fidei ſtatu:
& rurſum qui inflant̃ ex ſciẽtia & nõ cũ chari
tate:ſicut Paulus cõmonet:ſimiliter de ĩperi⸗
tioribꝰ quibuſq; opinant̃. & ideo poteſtatẽ fra
tri iudicandi fratris exemit. Bene autẽ alienũ
ſeruũ ait: quia dñs dicit. Vos autẽ oẽs fratres
eſtis.Oẽs hoc eſt vniuerſa creatura: & vnꝰ ſo⸗
lus dñs Ieſus Chriſtus: qui eſt dñs oĩm: diues
in oĩbus. Simul & bonitatẽ dei ineffabilẽ ma⸗
nifeſtat: cũ dicit de eo qui cecidiſſe videt̃ etiã
ſi vere ceciderit:quia potẽs eſt eñ deus ſtatue
re illũ. Dominus enim erigit eliſos.

Nam alius iudicat diem inter diem. Alius
autem iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſq; in ſuo
ſenſu abundet.

ℭDiximus ſuperius ſcđm literę apoſtolicę cõ H
ſequentiã videri hic de ciborũ continẽtia: vel
de libertate tractari:qm̃ vocatio quidẽ quæ in
Chriſto eſt nihil cõmune aut immũdũ ponit
in cibis:ſed cõtinẽtię ratio ſuadet etiã a licitis
abſtinere. Nõ eñ (vt & ipſe in aliis dicit) quia
oĩa licẽt idcirco etiã oĩa expediũt:vel oĩa ædifi
cant.Ipſa tamẽ abſtinẽtię ratio diuerſa eſt pro
voto & ꝓpoſito vouẽtis.Alius nãq; hoc iudi⸗
cat:& ita apud animũ ſuum decernit: vt oẽm
diem hoc eſt cõtinuũ vitæ ſuę tẽpus exigat in
abſtinẽtia.Alius vero tẽpus aliqđ velut voti⸗
ua ꝓfeſſione decernit.In quo ſiue vt iugẽ ſiue
vt tẽporalẽ ſuſcipiat cõtinentiã:vniuſcuiuſq;
ſenſibꝰ dat liberã facultatẽ. Vtrũq; tñ acceptũ
fieri apud dñm pollicet̃: & ꝓpterea ſubiũgit.

Qui capit diem:domino ſapit:& qui mãdu
cat domino mãducat.Gratias enim agit deo:
et qui non manducat domino nõ manducat:
et gratias agit deo.

¶Gratię deo ab vtroq; referunt. Ab illo ꝓ fructu cõtinẽtię: ab hoc vero ꝓ libertate veſcẽdi. Sed qm̃ (vt in anterioribꝰ oſtẽdimꝰ) ꝓfundior inuenitur apoſtoli ſenſus q̃ ciborũ carnaliũ ratio cõtinet: in ſpiritali expoſitiõe ſcd̃m ea q̃ ſupra diſſeruimꝰ de his quorũ alius oẽm diẽ aliꝰ vero alternos iudicat dies: poſſumꝰ illud ſentire: ꝙ in ſcripturis diuinis vnũqđq; capitulũ in quo dogma pietatis & fidei cõtinet̃ dies dicat̃. Vere em̃ dies eſt q illuminat mentẽ: qui ignorãtię tenebras fugat: q Chriſtũ qui ſol eſt iuſtitię habet in ſe. Siqs ergo ſit qui ita diuinis literis operã impẽdat ac ſtudiũ: vt oẽm diẽ: & oẽm ſenſum ſcripturę diuinę diſcutiat & diiudicet: ita vt nõ eũ trãſeat de lege iota vnũ vel vnus apex: hic oẽm diẽ videbit̃ iudicare. Qui aũt nõ eſt tãtus ingenio: alternos.i.paucos ex multis capiat ſenſus: & ſi nõ q ad plenitudinẽ ſciẽtię ſufficiãt: at certe q ad ſummã fidei ſatiſ ſiũt. Vterq; ergo ſcd̃m apoſtolicũ ſenſũ & cõſiliũ gr̃as agit deo: ille q ſapit oẽm diẽ: & q manducat oĩa.i.qui agnoſcit & intelligit oĩa: & ille qui licet nõ oĩa mãducet & nõ vniuerſorũ intelligẽtiã capiat: breui tamẽ fidei cõfeſſiõe ſaluat̃. Et ideo etiã nõ mãducãs oĩa: nec oĩm ſciẽtiã ſumẽs: agere tamẽ etiã ipſe gr̃as dicit̃ deo.

Nemo enim noſtrum ſibi viuit: & nemo ſibi moritur.

¶Quid ſit viuere ĩ Chriſto: & qd ſit ĩ Chriſto mori: dictũ ſæpe a nobis eſt in huiꝰ epiſtolę expoſitione: & ꝑcipue in eo loco vbi explanare tẽtauimꝰ ſermonẽ apoſtoli quo ait. Si autẽ mortui ſumꝰ cũ Chriſto: credimꝰ qa & cõuiuemꝰ ei. Si ergo meminimꝰ quę in hoc loco dicta ſũt ex ipſis etiã ꝓpoſitus in p̃ſenti ſermone apoſtolus aptior & lucidior fiet: quomodo nemo noſtrũ ſibi viuat & nemo ſibi moriat̃. Non enim vnuſqſq; ipſe ſibi dat: ſed a Chriſto ſumit mortis exẽplũ: q ſolo pctõ mortuꝰ eſt: vt & ipſe imitatiõe eiꝰ poſſit alienꝰ & mortuꝰ effici a pctõ. Sed & vitę exẽplũ nõ ipſi ex nobis habemꝰ: ſed ex Chriſti reſurrectiõe ſuſcipimꝰ: vt idẽ apl̃us dicit: Vt ſicut Chriſtꝰ reſurrexit a mortuis ꝑ gl̃iam patris: ita & nos ĩ nouitate vitę ambulemus. Nouitas ergo vitæ qua in Chriſto ꝑ fidẽ reſurrectiõis eius viuimus dño reputat̃: quia nõ a nobis: ſed ab ipſo ſumit exordium.

Et ideo ſiue em̃ viuimus dño viuimus: ſiue morimur dño morimur. Siue igitur viuimus ſiue morimur domini ſumus.

¶Mortẽ etenim appellat illã: qua Chriſto (vt diximus) cõſepulti & in morte ipſiꝰ baptizati peccato mortui ſumus: & vitã qua alieni effecti ab hoc mũdo: & vt ipſe ait ex mortuis viuẽtes: nõ nobis.i.nõ carni viuimꝰ ſed deo: ſcd̃m ea quę in ſubſequentibus iungit.

In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt & viuorũ & mortuorũ dominetur.

¶Mortuũ dicit eẽ Chriſtũ diſpẽſatiõe ſine dubio paſſiõis. Vixiſſe autẽ per ſacramẽtũ reſurrectiõis. Vnde & nobis primo paſſiõis & mortificatiõis: poſt etiã reſurrectiõis & vitæ nouitatis reliqt exẽplũ. Sed moueat aliquẽ fortaſſis qđ dicit apoſtolꝰ: idcirco mortuũ eſſe & vixiſſe vt mortuorũ & viuorũ dñetur: quaſi qui hoc dederit ĩtelligẽdũ ꝙ niſi mortuus fuiſſet mortuoꝝ dñatũ nõ habuiſſet: & niſi poſt mortem rurſus vixiſſet nõ tenuiſſet dominationẽ viuorũ. Sed ad hęc ita reſpõdẽdũ puto. Duobus ex modis cõſtat in omnẽ creaturã Chriſti dñatio. Vno: per quẽ vt creator oĩm & poteſtatem gerẽs vniuerſorũ vi maieſtatis & potẽtiæ neceſſitate habet cætera ſubiecta: per quẽ modum nõ ſolũ bonis & ſanctis mẽtibꝰ ac ſpiritibus dñat̃: verũ & nequã & refugis & his quos ſcriptura diuina malignos ãgelos appellauit. Idcirco igit̃ & oĩtenẽs: & oĩpotẽs dicitur ſcd̃m ꝙ Ioãnes deſignat in apocalipſi dicẽs. Hæc dicit qui eſt & qui erat & qui vẽturꝰ eſt oĩpotẽs. Hic ergo vnus eſt modus quo Chriſtꝰ oĩbꝰ dominat̃. Alius vero eſt: quo tanq̃ bonus & boni patris filius nõ vult rationabiles ſpũs ad obediẽtiã legis ſuę violẽter inflectere: ſed expectat vt ſpõte veniãt: vt volũtate & non neceſſitate bonum quęrãt: & docẽdo magis q̃ imperãdo: inuitãdo potius q̃ extorquẽdo ꝑſuadeat. Inde deniq; eſt: ꝙ vſq; ad mortẽ dignat̃ accedere: vt exemplũ obedientię & moriẽdi formã volentibus peccato emori & vitiis derelinquat. Et propter hoc in p̃ſenti loco apl̃s ſcribit: idcirco eũ mortuũ eſſe & vixiſſe vt & viuorũ et mortuorũ dominet̃. Viuorũ profecto illorũ qui reſurrectionis eius exẽplo nouam & cęleſtem in terris exigũt vitã. Mortuorũ ſine dubio qui mortificationẽ Chriſti in corpore ſuo circũferũt: et mortificãt mẽbra ſua quę ſunt ſuꝑ terram. Q; ſi hęc ita ſe habent:

Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuum? Aut tu quare ſpernis fratrem tuum?

¶Cũ ſiue mortificatio ſit in te carnis & vitiorum: nõ ex te orta ſit: ſed Chriſti morte donata: ſiue tibi nouitas vitę eſt & ĩ terris ambulas cõuerſationẽ habẽs in cælis: id Chriſti reſurrectione merueris? Bene aũt vtriuſq; vitii notã vernacula appellatiõe ſignauit illi dicẽs: quare ſpernis: & huic quare iudicas fratrẽ tuũ? Solẽt em̃ hi qui aliquãtulũ vidẽtur ꝓfeciſſe: ſpernere & nihili ducere eos qui altioris intelligẽtiæ minus capaces ſunt. Ecõtrario autẽ imperiti & indocibiles iudicare hoc eſt condemna-

re & incuſare eos qui altiora & ꝓfundiora per
quirũt: quę ipi capere aut ſequi nõ poſſunt. Et
ideo apoſtolus reſecare volens culpã ex vtraq;
parte naſcentẽ: illis qdẽ præcipit: ne inferiores
ſpernãt atq; deſpiciant: his vero ne ſuperiores
ſe iudicẽt: cũ peritiã nõ habeãt iudicãdi. Qꝛ-
uis vtrũq; reprehẽdat: & eũ qui ſpernit fratrẽ
inferiorẽ: & eũ qui iudicat ſuperiorẽ: tamẽ vt
oſtẽderet illũ grauiꝰ in iudicãdo q̃ hũc in ſper
nẽdo fratrem peccare: omiſſa ſpretionis culpa
pręſumptionem iudicandi fratris exaggerat.
et ideo in conſequentibus iungit.

Oẽs enim ante tribunal Chriſti ſtabimus.
ſcriptũ eſt em̃: viuo ego dicit dñs: qm̃ mihi fle
ctetur omne genu: & oĩs lingua cõfitebit̃ deo.
F ¶Aſſumẽs apoſtolꝰ cauſas ex his in quibꝰ non
recte iudicant qui iudicãt fratres recti & iuſti
introducit diuini iudicii formã & ait. Oẽs em̃
nos ſtare oportet ante tribunal dei. Quo. ſ. no
uerit is q iudicat fratrẽ: tamẽ ſe crimẽ elatio-
nis incurrere: vt tribunal dei ſibi videat̃ aſſu-
mere: & vnigeniti iudiciũ pręuenire. Verũ qd
ſibi velit hoc ipm̃ ꝙ apoſtolꝰ tribunal dei me-
morat: & quomodo intelligendũ ſit videamꝰ.
Non ſolũ in hoc loco ſed & ad corinthios ſcri-
bens: tribunalis facit nihilominus mẽtionem
vbi ait. Propter qđ ſtudemus ſiue pręſentes: ſi
ue abſentes placere illi. Oẽs manifeſtari opor-
tet ante tribunal Chriſti: vt recipiat vnuſqſq;
per corpꝰ prout geſſit: ſiue bonũ ſiue malum.
Sed apud Danielẽ prophetã inuenimus talia
quædã de iudicandi ſpecie deſcripta. Videbã
(inquit) & ecce ſedes poſita erat: & vetuſtꝰ die
rum ſedebat: & indumentũ eius ſicut nix can
didum: & capilli capitis eius ſicut lana mũda.
Thronꝰ eius flãma ignis: rotę eius ignis accen
ſus: fluuiꝰ igneꝰ currebat ante ipm̃. Millies mi
lia miniſtrabant ei: & decies milia: dena milia
aſſiſtebãt ei: & ante eũ iudiciũ conſtitutũ & li
bri aperti ſunt. In duodecimo quoq; propheta
rum libro: ſub myſterio dicit̃ quia ĩ valle Ioſa
phat dñs populũ ſuũ iudicet. Ipſam autẽ val-
lẽ Ioſaphat paulopoſt vallẽ iudicii noĩat. Sed
de iis nũc ſingulis: quę ſimilitudinis cauſa ꝓ-
G tulimꝰ: differere longũ videt̃. Ea tamẽ quæ ad
corinthios ſcripſiſſe apoſtolũ diximꝰ: cõferen-
tes cũ pſenti loco vel cęteris quę apud ꝓphetã
ſcripta memorauimꝰ declarari videmus ex oĩ
bus certiſſime futurũ eſſe iudiciũ dei: cuiꝰ ſpe
cies vt notior hominibꝰ fieret: iudicãdi forma
ex iis quę ĩter hoĩes gerunt̃ aſſumpta eſt: quo
ſcilicet noſceremus: qa ſicut iudex iſte terrenꝰ
celſiorẽ quẽdã locũ qđ tribunal appellat̃ aſcẽ-
dit: vt ex eo altior & eminẽtior cęteris qui iu-
dicãdi ſunt fiat: ne conſpectui eius lateant: vel
malorũ ſupplicia: vel allegationes innocẽtiũ:
intelligamꝰ & iudicẽ oĩm Chriſtum natura et
maieſtate cæteris eminẽtẽ introſpicere corda:
et conſcientiã ſingulorũ: manifeſtare occulta:
et obtecta reuelare: vt & bonis actibꝰ laudem
tribuat: & mali pœnã quã merentur accipiat.
Qꝛ ſi manet futurũ iudiciũ dei: & tale iudiciũ
in quo nõ ſolũ vnuſqſq; recipiet pro actibꝰ: ſed
pro oĩ otioſo verbo reddet̃ ratio ſcđm ſentẽtiã
dñi: cognitiõeſq; malæ cõfutabunt̃ redarguẽ
te cõſciẽtia: & in oĩbus vnuſqſq; noſtrũ pro ſe
rationẽ reddet deo: Nõ ergo ampliꝰ inuicẽ iu-
dicemus. Nudabit̃ em̃ vniuerſæ (vt ego arbi-
tror) creaturæ rationabili cor noſtrũ: & reue-
labunt̃ occulta vel etiã manifeſtabunt̃. Eſt em̃
differẽtia. Vident̃ em̃ ea qdẽ quæ reuelant̃ ad
malos pertinere: de quibꝰ dicit̃. In igne em̃ re-
uelabit̃. Ea vero quæ manifeſtant̃ ad bonos. et
ideo dicit̃. Oẽ em̃ qđ manifeſtat̃ lux eſt: & tan
q̃ libri qdã deſcripti: vel tabulę inciſę cõtinen
tes literas actuũ cogitationũq; noſtrarũ ab oĩ
(vt diximꝰ) creatura rationabili relegent̃. Et
hoc eſt qđ arbitror indicari ꝑ Danielẽ vbi di-
cit: & libri apti ſunt: qui. ſ. in corde nũc iuolu-
ti ſunt & obtecti cõtinẽtes quędã ſcripta q̃ ge
rimus: et notis qbuſdã cõſciẽtię ſulcati: nec ta
mẽ vlli niſi ſolo deo cogniti. Iſti ergo libri aĩæ
noſtrę vel hęc cordis noſtri paginę aperient̃ in
cõſpectu throni flãmei: & rotarũ ignis arden-
tis: & fluminis ignei ac percurrẽtis ante vetu
ſtũ dierũ. Videbũt hęc: legẽt etiã angeli & mil
lies milia angelorum illa & decies milia mini-
ſtrorũ: & ita criminũ noſtrorũ: in qbꝰ nũc vnũ
ſaltẽ teſtẽ pati cõfundimur: cęleſtiũ tũc virtu
tũ teſtes cateruas ĩnumerabiles patiemur. Cũ
autẽ Paulus dicat: quia oẽs ſtabimꝰ ante tribu
nal dei: & ſe cõſociet qui ſtabũt ante tribunal
dei: quiſnã eſt qui ſemetipm̃ ita decipiat & fal
lat: vt ad iudiciũ Chriſti & ad tribunal cogni
tionis eiꝰ nõ putet ſe eſſe vẽturũ! Aut manife
ſtãdũ ſe nõ putet̃ ĩ his quæ ſiue recte: ſiue etiã
minꝰ recte cõmiſerit! Qꝛ vero in pręſenti qui-
dem loco tribunal dei: ad corinthios vero tri- H
bunal Chriſti poſuit: ego quidẽ puto nullã eſ-
ſe differẽtiã quo minus vnũ atq; idẽ tribunal
Chriſti & tribunal dei noĩet̃: ſcđm ꝙ ipe ſalua
tor ĩ euãgelio dicit. Oĩa quæ habet pater, mea
ſunt. & iterum. Pater oĩa mea tua ſunt & tua
mea. Siquis tantũ putat ĩ ſermonibꝰ Pauli: qa
nulla in eius literis otioſa vel ſyllaba eſt: cau-
ſas veritatis huius eſſe requirẽdas: poterit for
taſſis tale aliqd dicere. Chriſti vocabulũ quan
tum ad ꝓprietatẽ appellationis ipſiꝰ pertinet
verbi in carne poſiti & mundũ deo recõcilian
tis indiciũ eſt: ſicut & idẽ Paulꝰ dicit qa deus

quia deus erat in Christo mũdũ recõcilians ſi
bi.Sed recõciliationis huius ſpatia cõuerſiõis
noſtrę dilatio & emẽdatiõis negligẽtia diſten
dit & lõgiora cõſtituit:& donec vacuet omĩs
pricipatꝰ & poteſtates: & ponat inimicos ſub
pedibꝰ ſuis:ac nouiſſimũ iimicũ deſtruat mor
tẽ:ita eũ regnare oportet: vt miniſterium ſuſ
ceptæ in carne diſpẽſatiõis exerceat: & bonos
qdẽ manifeſtet:culpabiles aũt accipiãt vnuſqſ
ꝙ ſcd̃m opera ſua. Vbi ergo tradiderit regnũ
deo & patri.i.cõuerſos oẽs:& emẽdatos obtu
lerit deo: & ad ĩtegrũ myſteriũ mundi recõ-
ciliatiõis expleuerit:tũc ait ante tribunal dei
ſtare oẽs:vt impleat̃ hoc qd̃ ſequit̃. Viuo ego
dicit dñs:quia mihi flectet̃ omne genu: & con
fitebit̃ oĩs lĩgua deo. Flectet aũt genu oĩs cre-
atura deo in noĩe Ieſu p quẽ recõciliata eſt ei
ſcd̃m ꝙ idẽ apl'us dicit: quia in noĩe Ieſu omẽ
genu flectet̃ cæleſtiũ terreſtriũ & ĩfernorum.
Flectere ſane genu:& oẽm lĩguã cõfiteri deo:
de Eſaię ꝓphetę ſermonibus aſſumpſit Apo-
ſtolus. Qd̃ tñ nõ eſt carnaliter accipiendum
vt putemus etiam cæleſtia q̃ dicit genu flecte
re, carnalibꝰ mẽbris hęc facere. Verbi cauſa:
vt putet̃ vel ſol:vel luna:vel ſtellæ:vel etiã an
geli:& quæcũꝙ ſunt quæ cæleſtia nominant̃
corporalibꝰ inflexa genibus adorare: aut etiã
lingua carnali & tali mẽbro q̃li nos hoĩes loq
mur:putẽtur cõfiteri deo:de qbus dicit̃:quia
ſint ſpũs:& ignis ſecũdũ ꝙ ꝓpheta dicit. Qui
facit angelos ſuos ſpũs:& miniſtros ſuos ignẽ
vrentẽ. Et quæ genua in ſpiritibus eſſe credũ
tur:aut quæ linguæ in ignis ſpecie requiren-
tur? Sed genu flectere:ſubiecta eẽ cũcta:& cul
A tui dei obedire declarat. ❡Mouet me adhuc
ex his q̃ de ep'la ad Corinthios aſſumpſimus
vbi dicit:vt recipiat vnuſquiſꝙ ꝓpria corpo
ris prout geſſit ſiue bona/ ſiue mala: vtrũ qa
in oĩbus hoĩbus neceſſe eſt eſſe aliquid boni
& eſſe aliqd mali:nec vllum in bonis inueniri
qui non aliquid habuerit & mali:vel iterũ ali
quẽ in malis qui nõ habuerit aliqd & boni: ꝓ
pter ſcripturã quę dicit: Spũs eñ incorrupti
bilis in hoĩbus eſt:propterea dixerit vt vnuſ-
quiſꝙ & pro bonis ſuis bona:& pro malis reci
piet mala:an bonos illos dicat quibꝰ nihil ma
li aſcribendũ ſit: & illos malos quibus boni ni
hil oĩno debeat̃. Sed ſi hoc nouiſſimũ putemꝰ
videbimur contra euidentẽ venire rationem.
Nullꝰ eñ (vt dixi) ita bonus inuenietur:cui nõ
aliquid inſitum ſit mali:vt ex multorum ſan-
ctorum perfacile colligi videt̃ exẽplis: & rur-
ſus nemo eſt peſſimorũ:etiã ſi ipſe Iudas poni
tur q ſuper impietatẽ impius fuit: vt non ali-
quid etiã ipſe boni habuiſſe videat̃. Nam vt il
la omittam:q̃ cum apl'is poſitus quaſi vnus ex
ipſis gerebat:q̃uis & ibi iam bonis miſceret &
mala:erat eñ pecunię cupidꝰ:tñ hoc ipſum ꝙ
pœnitentia ductus reportauit.xxx. argẽteos
ad ſacerdotes & dixit:Peccaui tradẽs ſangui-
nẽ iuſtũ:fuit aliqd boni. Ex quibꝰ oĩbꝰ videt̃
mihi: qa nõ põt vnus atꝗ idẽ bona ſimul reci
pere & mala. Neꝗ eñ ſimul aut in paradiſum
qs:aut in regna cælorũ: aut in gehennã mitti
põt. ❡Rñdemus in illis tãtũmodo rationẽ vi
tę bonę nõ haberi in qbꝰ valde prępõderãt ma
la:& in illis rationẽ mali nõ accipi in qbꝰ præ
põderãt bona:& in qbus malorũ veſtigia pœ
nitẽtia cõuerſionis aboleuit. Vt aũt ad ꝓpoſi
ti capituli finẽ cõcluſionẽꝗ redeamus: cũ in-
quit tanta ſit apud deũ:& apud Chriſtũ eius
iudicii veritas:tãta futurę examinatiõis inda
go:non ergo amplius iudicemus inuicem.

*Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendi
culum fratri vel ſcandalum.*

❡Hoc iudicate.i.hoc ſtatuite: ne per obſeruã B
tiam ciborũ offenſionẽ fratribus vel ſcandala
generetis. De offenſione vel ſcandalo iam ſu-
pra diximus:ꝙ ſcandalũ ſit cũ in via qua ince
dit̃ aliqd ĩuenit̃ obiectũ:in quo offendant̃ ſcã
dẽtiũ:vel incedẽtiũ pedes. hoc eſt ergo qd̃ pa-
tiunt̃ hi qui viam fidei nuper ingreſſi priorũ
vel cõtentionibus/vel negligentiis/ vel con-
tẽptu/ & elatiõibꝰ offendunt̃: atꝗ exẽplis eo
rum repercuſſi auertuntur a fide.

*Scio & cõfido in dño Ieſu:quia nihil eſt cõ
mune per ſeipſum:niſi ei q exiſtimat qd com-
mune eſſe,illi cõmune eſt.*

❡Diximꝰ & in aliis: ꝙ in ſcripturis ſanctis ver C
nacula quadã appellatione qd̃ ſanctũ vel mũ-
dũ nõ ẽ cõmune nominet̃. Quæ tñ appellatio
in nouo teſtamento frequẽtius:in veteri vero
nõ recordor ſicubi noĩata ẽ:vt in euãgeliis ſal
uator dicit:Quia de corde ꝓcedũt cogitatões
malę/homicidia/fornicatiões/adulteria/fur-
ta & falſa teſtimonia/ & iſta ſunt q̃ coinqnant
hoĩem. Nõ lotis aũt manibus mãducare non
cõmunicãt hoĩem. q̃uis in nõnullis exempla-
ribus latini pro cõmunicãt coinquinãt poſue
rint:& licet eadem iſtic ſit proprietas: tamen
ſermo cõmunicãt habet. Sed & in actibꝰ apo-
ſtolorum dñs dicit ad Petrum. Qd̃ deus mũ
dauit:tu ne commune dixeris. Puto ergo in-
de vſum huiꝰ ſermonis aſſumptũ:vt qa (ver
bi gratia) vaſa tẽpli miniſterio ſegregata:va-
ſa ſine dubio domini appellabãtur:ad horum
autem diffinitionẽ reliqua vaſa cõmunia di-
cebantur:ita & ad ciborum diſtinctionem eo
rum quos quaſi mũdos:& ſecũdum legẽ eden
dos ſcriptura ſegregauit:reliqui oẽs cõmu

nes appellati ſunt. Sed iudęi vī verbi dei igno
rātes: vñ cōmunis diceret homo: quem cōmu
nem appellabāt: ſermonis vſum ſine ſignifica-
tionis ītelligētia tenuerūt. Neqꝫ cibi quos de⁹
creauit aut ignorāter aut ſimpliciter ſumpti
cōmunē facere hoīem poterāt & immūdū: ſed
mens illa hoīs quę deo ſoli ſegregata eſt, meri
to munda appellaṫ. Quę vero aliena a deo eſt:
qm̄ non ab vno ſpiritu immūdo: ſed a plurib⁹
poſſidetur: idcirco talis homo cōmunis appel
laṫ: quaſi qui multorū vel vitioꝝ: vel dęmonū
ſeruus. ſcd̄m illū qui interrogat qd̄ tibi nomē
eſt? Reſpondit legio. Multi em̄ ſumus. Et ſecū
dū illud qd̄ a ſaluatore dicíṫ: qa cū exierit ſpi-
ritus immūdus ab hoīe: circuit loca arida q̄-
rens requiē: & nō inueniēs redit: & inueniens
domū vacantem & ſcopis mūdatā: aſſumit ſe
cū alios ſeptē ſpūs neqores ſe: & intrant in eū.
Et ſine dubio iſte talis cōmunis dṙ eoꝝ: vide-
licet ſeruus effectus omniū ſpirituū maligno
rum q habitant in eo. Merito ergo ſciēs ſermo
nis hui⁹ hāc eſſe rationē Paulus, dicit. Scio &
cōfido in domino Ieſu: quia nihil eſt cōmune
p ſeipſum. Nihil eī in creaturis de natura ſui
D immūdū eſt. Oīa nāqꝫ a bono deo creata bona
eſſe cōſtat & munda. Sed ei (inqt) q exiſtimat
aliqd eſſe cōmune: ipſi cōmune eſt: hoc eſt qui
intētione cordis immūdū aliqd cogitat: & ob
ſeruantiā diuerſitatis admittit: ſicut & in cō
ſequētibus. Qui aūt diſcernit ſi māducauerit
dānat⁹ eſt: qa nō eſt ex fide. Omne em̄ qd̄ non
eſt ex fide, peccatū eſt. Nec tamen in his diſtin
ctionē legis excluſit: vt abſolute diceret: nihil
eſſe cōmune aut immūdū eorū quę lex diffini
uit immūda. Præmiſit enim cauſas cur per ſe
metipſum nihil cōmune dicaṫ. Scio (inqt) &
cōfido in dn̄o. In dn̄o ergo Ieſu nihil cōmune
p ſemetipſum: hoc eſt natura ſui dicíṫ: ſed illis
(inqt) qui exiſtimāt: & qui putāt aliqd eē cō-
mune: ipſis cōmune eſt. Et ne mireris ꝙ cogi
tatio mentis cibū qui natura ſui cōmunis vel
pollutus nō eſt, faciat pollutū: cū ecōtrario ci
bū vere pollutū (vere em̄ pollutus eſt q idolis
immolaṫ) ſimplicitas mētis: & in cogitatione
nulla ſcrupuloſitas iniecta, om̄i ſuſpitione cō
taminationis abſoluat. Et rurſus etiā ſi mun-
dus ſit cibus: ſuſpitionē tamē aliqs patiaṫ qua
ſi ꝙ idolis immolatus ſit: pollui dicíṫ pro con
ſcientiæ ſcrupulo.

¶Si enim ꝓpter cibū frater tuus ſcandalizaṫ:
vel cōtriſtaṫ: nō iā ſecūdū charitatē ambulas.
Noli cibo tuo illum perdere: pro quo Chriſt⁹
mortuus eſt.

¶Cū em̄ definiſſet apl'ico dogmate p Chriſtū
E Ieſum nihil cōmune aut immūdū natura ſui
putādū: & dediſſet erga vſus ciboꝝ fidelib⁹ q
buſqꝫ abſolutiſſimā libertatē: rurſus ad ædifi
cationē fraterni amoris licētiā reſecat liberta
tis & dicit: Etſi cōmune nihil ē: & vſus oīm ci
borū licēter admittiṫ: tamē tu ſi ꝓpter cibum
quē licite putas ſumēdū, fratrē tuū q nōdum
ſciētiæ hui⁹ capax eſt ſcādalizas: iā nō ſecūdū
charitatē ābulas: nec affectū ī te fraterni amo
ris oſtēdis. Quid. n. lęderis: ſi vt fratrē tuū nō
contriſtes etiam a licitis abſtineas? Tibi enim
abſtinere a licitis crimē nullum ē: illi vero in
quibus diſcernit & putat nō licere, cōtamina
bilis vſus eſt. Qui enim diſcernit: ſi manduca
uerit, dānatus eſt. Qd̄ ſi facias tu: vtiqꝫ fratrē
tuū pdis ꝓ quo Chriſtus mortuus eſt: & tu ei
cauſas pditionis acqris. Magnificētius autem
idē Paul⁹ de his ad Coloſſenſes ſcribens dicit.
Nemo itaqꝫ vos iudicet in eſca / aut in potu /
aut in pte diei feſti / aut neomeniis / aut ſabba
to q̄ ſunt vmbra futurorū: corp⁹ autē Chriſti.
Nemo vos ſeducat: volēs in humilitate cor-
dis & religione angelorū q̄ nō vidit: extollēs
ſe fruſtra inflaṫ ſenſu carnis ſuę: & nō tenēs ca
put. & p⁹ pauca. Si ergo mortui eſtis cū Chri
ſto ab elemētis mūdi: qd adhuc tanq̄ viuētes
in hoc mūdo decernitis: Ne tetigeritis: ne gu
ſtaueritis: ne attaminaueritis? quę ſunt oīa in
corruptionē ipſo vſu ſecūdū p̄cepta & doctri
nas hoīm: quę ſunt rationē qdē habētia ſapiē-
tię in obſeruantia religionis: & humilitate p
vexationē corporis: nō in honore aliquo ad ſa
turitatē carnis. de qbus p ſingula diſſerere nō
eſt pręſentis operis. De his em̄ q̄ ad Romanos
ſcribit apl'us conamur exponere: hoc eſt tātū
qd̄ etiā p̄ſenti aſſeriṫ exēplo: ne in cibo vel po
tu vel in huiuſmodi obſeruātiis: q̄ apud iudę
os velut angelorum religio putaṫ: iudicemur
ab aliquo. Extollunt em̄ ſe in his quæ videnṫ:
& inflati ſunt de viſibilibus rebus. Quę tamē
elatio nō eſt ſecūdū ſapientiā ſpūs: ſed ſecūdū
ſenſum carnis. Non autē de carnalibus rebus
præceptū eſt: Ne tetigeritis / ne attaminaueri
tis / ne guſtaueritis. Hæc em̄ oīa: hoc eſt carna
lia, aduerſum hūc corruptibilē data ſunt: & q̄
poteſt eſſe in corruptione obſeruātia purita-
tis? Sed cū lex hæc de rationabilibus p̄cepit q̄ F
ſi immūda ſunt vere tangēda nō ſunt neqꝫ gu
ſtāda: ne pticipes nos faciāt peccati: & immun
ditię ſuæ: p̄cepta hoīm & doctrinæ relinquen
tes hūc ſpiritalē ſenſum ad carnalia hęc & cor
poralia trāſtulerūt: quę ratione ſapiētię habēt
in obſeruatione religionis & humilitate cor-
poris: nō tātū vero occaſiōe huiuſmodi obſer
uātię honorabilis apd̄ hoīes & carnis delitiæ
requiranṫ: dum pro paucorū abſtinētia multi

cibi regnunt & electi. Vera autem obſeruãtia
eſt vbi ita ſumit cibus & ita arguunt oĩa : vt
non de talib⁹ dicat quorũ de⁹ vẽter eſt. Abſti-
nere cõuenit ab omni cibo quẽ cõcupiſcẽtia:
& libido pręſumit: quẽ delitię parant: & lux⁹
excogitat. Videndũ ſane eſt nõ ſolũ quali: ſed
quãto cibo: & quo in tẽpe: & q̃ parco vtamur
Sic eñ oĩa mũdis mũda fiunt. Contaminatis
aũt (vt dicit apl's) & infidelib⁹ nihil mũdũ. In
quo oſtedit: qa etiã ea quæ apud iudæos mun
da noĩant in cibis: ſiqs cõtaminat⁹ ſit & infide
lis : mũda ei eẽ nõ poſſunt. Cõſequẽs igit erit
vt ſi ea q̃ munda ſunt cõtaminatis immunda
efficiant: & ea quę dicũt immũda: ſanctis, ac fi
delibus mũda fiant. Sanctificant eñ p verbũ:
& orationem: quia oĩs creatura dei bona: & ni
hil abiiciendũ qđ cum gratiarũ actione perci
pit. Per orationẽ aũt nõ cuiuſcunq; ſanctificã
tur: ſed eorũ q leuant puras manus ſine ira: &
A diſceptatiõe. Vis aũt magnificenti⁹ adhuc de
mũdis: & immũdis: ꝙ nõ de corporib⁹: ſed de
animis dicant & mẽtib⁹? Audi ipſi⁹ dñi & ſal
uatoris in euãgelio ſentẽtiã dicẽtis. Nõ quæ
in os intrãt coinqnãt hoĩem: ſed quę ex ore p
cedũt: qm̃ intus de corde exeũt cogitationes
malę/homicidia/adulteria &c. Cogitatio er-
go eſt & mẽs nõ recte ſentiẽs q̃ polluit hoĩem
nõ ciborũ qualitas: quæ cuiuſcunq; modi fue
rit: pari eodemq; exitu vſum corruptionis ex
pleuit. Et nihil mirũ ſi ſanct⁹ cibũ quẽ ſumit
verbo dei & oratione ſanctificat: cũ etiã ipſa q
bus induit ſancta ſint veſtimẽta. Sudaria deni
q; Pauli & ſemicinctia tãtũ ex ipſius puritate
ſanctificatiõis acceperãt: vt ęgris adhibita fu-
garẽt morbos: & redderẽt ſanitatẽ. Nã de Pe-
tro qd dicã: cuius etiã vmbra corporis tãtum
ſanctificatiõis gerebat: vt quoſcũq; pteriẽs nõ
ipẽ: ſed ſola eius vmbra tetigiſſet: cõtinuo ab
omni ægritudine leuarent? Sed paulo lati⁹ ex
ceſſimus de mũdis cibis: & cõmunib⁹ differẽ-
tes: vt Apl'i ſenſum quãtũ poſſibile eſt cõſyde
rarem⁹ excelſius. Sed memores ꝓpoſitæ breui
tatis : ĩ his noni voluminis cõcluſiõe facta: de
cimi eiuſdem aggrediamur exordium.

¶ Incipit Liber Decimus.

NOn ergo blaſphemet bonũ
nomen. Nõ enim regnũ dei
eſt eſca: & pot⁹: ſed iuſtitia:
& pax : & gaudiũ in ſpiritu
ſancto.

¶ Requiro quõ blaſphema-
B ri poſſit bonũ noſtrũ nomẽ? Bonũ eſt ſpiritali
ter legẽ intelligere: impia & inepta hæretico-
rũ vel falſæ philoſophiæ ſtudentiũ dogmata:
tanq̃ immũdos cibos pollutoſq; vitare: hoc ei
eſt qđ ſpiritali lege ſancitur. Tñ ſiquis iudęis
(verbi cauſa) aut ex his qui Seueriani: Tatia
niq; appellant velit Chriſto credere: putet tñ
nõ parũ ineſſe momẽti in obſeruãtia cõtinen
tię vel eorũ ciborũ qui lege ꝓhibent: vel quos
quaſi caſtitati aduerſantes æſtimant nõnulli
etiã ſcripturarum auctoritate declinãdos: hu
iuſmodi hoĩem ſi purgeas ad cõmunes hoĩm
cibos: nec dicas eũ aliter poſſe ſaluari: vel ad fi
dem Chriſti & grãm puenire niſi ſumptis his
quos refugit cibis: tũc vere bonũ ſpiritalis ſen
tẽtiæ blaſphemat: putãte eo quẽ purges hanc
apud nos haberi fidẽ: vt ſaluũ fieri nullũ cre-
damus: niſi q ſuillis veſcat carnibus : vel aliis
huiuſmodi cõmunib⁹: & indifferẽtibus cibis.
Addit aũt his. Nõ enim regnũ dei eſca & po- C
tus eſt: ſed iuſtitia: & pax & gaudiũ in ſpiritu
ſancto. In quo iterũ vehemẽter admiror ſapiẽ
tiã Pauli: qui præſentis tẽporis culpas futuri
ſacramenti auctoritate cõpeſcit: & vt eccleſię
formã ſtatuat: regni cęloꝝ myſteriũ ꝓdit. Ait
ergo. Quid opus eſt tãtopere ꝓ cibis & eſcarũ
qualitatib⁹ fraternã pacẽ: charitateq; turbare
cũ regnũ dei ꝓpter qđ laboramus: & currim⁹
neq; p eſcas cõſtet: neq; p potũ: ſed aliena hæc
ſunt a regno dei: & ab illa cõuerſatione futu-
ra? Ibi eñ ſicut neq; nubent: neq; nubẽtur: ſed
ſunt ſicut ãgeli dei : ſic neq; eſcã/neq; potũ ſu
mẽt: ſed ſunt ſicut angeli dei. Igit abſolutiſſi-
mo & euidẽti dogmate: ab Apl'i ſnĩa termina
tũ ẽ: ĩ regno dei neq; eſcas carnales: neq; potũ
habere locũ: ſed iuſtitiã & pacẽ in ſpũ ſctõ: &
ideo hortat vt in illis nos exerceam⁹ & illa bo
na iã hic hẽre meditemur: atq; illã ſubſtantiã
poſſidere : q̃ nobiſcũ trãſferri poſſit ad regna
cęlorũ. Pacẽ ergo & iuſtitiã: & ſiqua huiuſmo
di ſunt: q p ſpiritũ ſanctũ cõgrunt: ipſa nobis
erũt cibus & ſubſtantia in regno dei: & ideo p
hęc docet nõ eſcaꝝ corporaliũ rationes q̃ nul
lę erũt in futuro: ſed virtutũ curã gerẽdã quę
nobiſcũ & in pſenti vita: & in futura pmane-
ant in regno dei. Et ideo dicit quia

Qui eñ in hoc ſeruit Chriſto: placet deo &
probatus eſt hominibus.

¶ Hoc eſt qđ de ipſo in aliis dicit. Sicut & ego
inqt p oĩa hominib⁹ placeo: nõ quęrens qđ mi D
hi vtile ſit: ſed qđ multis. Ideo eñ cũ eſſet apo
ſtol⁹ Chriſti: fiebat iudęis iudę⁹: ſine dubio vt
placẽs iudæis ſaluaret eos: et his qui ſine lege
erãt fiebat et ipſe ſine lege: vt placẽs eis ſaluos
faceret eos. Placere aũt dicit ita hoĩb⁹ nõ obſe
ctando vitia: ſed infirmitates eorũ per patien
tiam ſuſtentãdo. Sed ne illud qdẽ otioſe præ-

teream⁹ qđ ait. Nā q in hoc eſt: in ſpiritu ſan- cto ſeruit: placet deo ꝓbat⁹ hoīb⁹. In ſpū ſācto Chriſto ſeruire ſcđm hoc dicit qđ & alibi ait. Nemo dicit dñm Ieſum niſi in ſpū ſancto. Ser uit aūt Chriſto in ſpū ipſe Paulus: qa accepta gr̃a ſancti ſpūs ſeruit verbo dei: ſeruit ſapiētię ſeruit iuſtitię: & oībus ſimul virtutib⁹ q̃ Chri ſtus eē memoranť. Et ideo placere in his dici- tur deo: q implet volūtatē dei: ſecundū verbū qđ ipſe ꝓnūtiauit dicēs. Hic eſt filius me⁹ di- lectus in quo mihi bene cōplacui: ipſum audi te. Qui audit deū & ſeruit Chriſto in quo cō placuit de⁹: placet deo: & ꝓbatus eſt hoībus.

Itaqꝫ quę pacis ſunt ſectemur: & quę ędifica tiōis ſunt inuicem, cuſtodiamus. Noli ꝓpter cibum ſoluere opus dei.

E ¶ Supra dixit hoſpitalitatē ſectantes: & hic ſi militer quę pacis inqt ſunt ſectemur: & q̃ ædi ficatiōis inuicē cuſtodiam⁹: & ſicut ibi oſtēdi mus q̃liter ſectāda ſit hoſpitalitas: ita & hic q̃ liter pax ſectāda ſit intelligam⁹: qa Dauid ſili ter dicit. Inquire pacē & ſectare eā. Licet in la tinis codicib⁹ habeať: ſequere eā: ſectare tñ eti am ibi ſcriptū eſt. In quo mihi hoc videť oſten di: qm̃ qdē a multis inqete: & inſolēter agēti- bus turbata pax & effugata velut ſubterfugit ab hoībus. Ecōtrario ab his q Chriſtū didece rūt: & ipſi ſeruiūt: etiā fugitās cē ſectanda eſt: & modis oībus reuocāda. Sectať aūt pacē qui ea qb⁹ pax cōſtare pōt, etiā cū labore ſuo, cū dāno, cū opprobrio quoqꝫ, et ſi ita neceſſe ſit etiā cū pͥculo vitę fameqꝫ cuſtodit. hic em̃ nō ſolū pacē, verū ædificationē ad inuicē ſeruat. Aedificať em̃ is qui viderit te non quæ tibi ſo li: ſed q̃ aliis expediūt requirentē: & ſic creſcit ędificiū dei: ac tēplū dei ex lapidibus viuis, & per cōſtructionem charitatis aſſurgit: & ideo addit: Noli ꝓpter cibum ſoluere opus dei. Sol uit em̃ op⁹ dei: & ædificiū deſtruit charitatis qui ꝓpter ciborum intemperantiam ſcanda- lum fratribus ponit.

Oīa quidē ſunt mūda: ſed malū eſt homini q per offendiculū māducat. Bonū eſt nō man ducare carnē: & nō bibere vinum: neqꝫ in quo frater tuus ſcandalizatur.

F ¶ Qđ dixit: Oīa qdē mūda: ſed malū eſt homi ni q ꝑ offendiculū manducat: ſimile eſt illi qđ ſupi⁹ dixit: qa nihil ꝑ ſeipſum cōmune: niſi ei q exiſtimat qd cōmune eē illi cōmune eſt. Igiť ſecūdū naturā ſui & ratiōnē creaturę cūcta q̃ a deo facta ſunt oīa munda ſunt: & īmūdū vel qđ cōmune diciť nihil eſt. Duas tñ cauſas po ſuit: qb⁹ vel q̃ mūda ſunt: immūda fiant: vel q̃ bona ſunt, mala. Ait em̃ in præſenti qdē loco. Sed malū eſt homini q offenſionē manducat. Qđ ergo natura ſui bonū ē: ex offenſione effi ciť malū. i. in eo qđ offendiť ſup te vtēre his ci bis ī qb⁹ ille ſcādalū patiť. Alia vero cauſa eſt qua cōmune & immūdū efficiť qđ natura ſui immūdum nō eſt: ſi exiſtimet qs, & apđ ſe ita habeat ꝙ cōe ſit. Illi ergo ipſi tātūmodo q hoc exiſtimat: ita cōe efficiť & īmundū. Quib⁹ eui dēter apl's docet nō in rebus, vel in ſubſtātiis ſed in actib⁹: & cogitatiōibus min⁹ rectis im- mūditiā pollutionēqꝫ cōſiſtere. Quis Moyſi lex q̃dā mūda: & q̃dā imunda ſignauerit. In q bus diſtinctiōes q̃ſdā ponere voluit: vt popu- l⁹ q ſub lege cēſebať: diſcerni ꝑ huiuſmodi ob ſeruātias a cęter[gētib⁹ videreť. Et q̃diu qdē ꝑpl'us ille ſanct⁹: & ſegregat⁹ a cęteris nationi bus habebať: etiā diſcretio de mūdis & immū dis neceſſaria videbať: q̃ ſegregaret: & ſecer- neret ſpecialē populū dei a natiōib⁹: q̃s igno- rātia dei & idolorū cultus faciebat immūdas: vbi vero ianua fidei gētib⁹ aperiť: & inuitanť oēs ad deū: oſtēdūť Petro oīa quadrupedia & repētia & volatilia expoſita in lintheo qđ cœ lit⁹ fuerat deductū: & dr̃ ei. Surge Petre: occi de & māduca. Cūqꝫ legalis obſeruātię memor rñdiſſet ad dñm & dixiſſet: Abſit dñe: qa nū- q̃ cōmune aut immundū introiuit in os meū cæleſti ſentētia ꝓnūtiať: qđ deus mūdauit: tu ne cōmune dixeris. Vbi ergo oēs gētes agni- tiōe fidei a cōtaminatiōe mūdanť: ibi & oīs ci bus verbo dñi & orōne purgať: & ob hoc apl's dicit: qa oīa mūda ſunt tātū: vt illud viteť qđ in ſequētib⁹ ponit: ne ꝑ offenſionē fratris man ducāti rurſum fiat immūda q̃ mūda ſunt. Iā G vero qđ ſubiūgit: Bonū ē nō māducare carnē & non bibere vinū: niſi addidiſſet: neqꝫ in quo frater tu⁹ offendať: cōtrariū fortaſſis priorib⁹ videreť. Māducare eĩ carnē: & nō māducare vel bibere vinū: aut nō bibere: neqꝫ malū, neqꝫ bonū, ſed mediū haberi docuit & indifferens. Pōt em̃ nō māducare carnē & nō bibere vinū etiā malus hō & a fide alien⁹: vt ſępe ēt nōnul los idoloꝝ cā facere hoc certū eſt: interdū etiā malarū artiū. Ferť talis quoqꝫ haberi obſerua tio hæreticoꝝ: & nō paucis obſeruare hęc mo ris eſt: & tñ nō cōtinuo dicim⁹ bonū eſt eis qa nō māducāt carnē: neqꝫ bibunt vinū. Sed illo plane mō quo in ſequētibus poſuit: in quo fra ter offendiť nō māducare carnē & non bibere vinū, nō iam mediū aut īdifferēs: ſed vere bo nū eſt. Bonū em̃ nō ponere offenſionem fratri vel ſcādalū. Propter hoc em̃ & in aliis dicit. Si ne offenſiōe eſtote: & iudęis: & gręcis: & eccle ſię dei: & ideo videāt ſi recte faciūt hi q quali- bet ex cauſa cōtinētes a carnib⁹ & vino cogūt oīmode deguſtare: quo ſcilicet per hæc ab eis

videat auferri ſuſpitio:qa ſupſtitioſe putant
ciborũ diſcretionibꝰ inhærere.Cõſyderet nã⸗
ꝙ apoſtolũ nõ dixiſſe:bonũ ẽ mãducare & bi⸗
re vinũ: ſed nõ mãducare carnẽ & non bibere
vinũ ſi in eo frater offendit.Noluit ergo vt ꝑ
his q mãducãdũ iudicant cogat ille ad mãdu
candũ qui in hoc offendit:ſed pro illo qui non
putat mãducãdũ abſtinere ꝑcipit etiam his q
manducandũ iudicãt.Verẽdũ nãqꝫ eſt ne for
te abrupto ſemel muro continẽtiæ:& accepta
licẽtia:in gulę ꝓcellam:ac ꝓfundũ luxurię de
cidat:& pariter ſubſequant naufragia caſtita
tis.Oĩa igit fieri oportet ob hoc ne deſtruat
opus dei:& ideo etiã mãducandũ eſt,ſi in hoc
frater ędificat:& nõ eſt manducandũ ſi ꝑ hoc
nõ creſcit opus dei:& bibẽdũ eſt ſi per hoc ꝓfi
cit frater ad fidẽ:& nõ eſt bibendũ,ſi ꝑ hoc fra
ter dãnum fidei:aut tu detrimẽtũ charitatis
incurras.Poſthæc dicit.

Tu fidem quã habes apud temetipſum,ha
be coram deo.

A ¶Fidẽ hic illã dicit qua credit qs manducare
oĩa: ſicut ſupra dixit.Aliꝰ credit mãducat oĩa
Ille ſine dubio q credit ꝙ in creaturis dei nihil
cõmune nihil immũdũ ſit. Sufficit tibi ĩquit
habere corã deo huiuſmodi fidẽ. Nõ tñ idcir
co cogẽdus eſt alius:vt oĩa manducet:q nõdũ
habet talẽ fidẽ:vt credat oĩa eſſe manducãda:
qđ aũt dixit:habes apud temetipſum:iactãtiã
reſecat:ne magis in oſtẽtatiõe ſit qđ credimꝰ:
q̃ ĩ virtute.Addidit,Habe corã deo:vt doce⸗
ret ſatiſagẽdũ nobis: non vt apud hoĩes fides
noſtra diffamet:ſed vt apud deũ ꝓbetur.Mul
tũ autẽ eſt habere corã deo ꝓbabilẽ fidẽ.Apđ
deum eñ etiã apoſtoloꝝ fides iudicat. Vnde
dicit ad Petrum,Modicæ fidei quare dubita⸗
ſti?Idcirco ergo vere magnus eſt q coram deo
habet probabilem fidem.

Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo
qđ probat.Qui aũt diſcernit:ſi mãducauerit
dãnatus eſt:quia non eſt ex fide.

B ¶Beatus qs dicit nõ ſolũ ſi faciat ea quæ com
petit:ſed et ſi non faciat ea quę non competit:
vt ille beatus dicit qui nõ abiit in cõſilio im⸗
piorũ:& ille nihilominꝰ beatus: q ambulat in
lege dñi.Ita & in pſenti loco Aplus beatꝰ ĩqt
qui nõ iudicat ſemetipſum in eo qđ ꝓbat.Sed
cuius opis ſit iſta beatitudo videamus.Multi
ſunt qui ꝓbãt aliqd boni facere.Verbi gratia
qui audiẽtes de pmiis caſtitatis probãt & ſta⸗
tuũt caſte viuere.Sed ꝓceſſu tẽporis vel ſur⸗
repẽte negligẽtia:vel ſuperãte libidine:id qđ
obſeruandũ ꝓbauerãt maculat & corrumpit
& eſt infelix iſte qui in eo qđ obſeruare decre⸗
uerat:victus ſemetipſum iudicat & cõdẽnat.
Beatus vero ille eſt q in eo qđ ꝓbat & ſtatuit:
ita pmanet fixus & ſtabilis: vt in nullo ſemet⸗
ipſum iudicet: in nullo rephẽdat. Hoc aũt in
obſeruãtia ciborũ ſcđm eã regulã quã ſuperiꝰ
texuit habendũ dicit:vt ſiqs eſt qui p ſcientiã
ſpiritalis legis ꝓbat oĩa manducanda:& oĩa
eſſe mũda:nõ rurſum iudicet ſemetipſum: &
dubitationẽ capiat vtrum ſumere debeat nec
ne.Quia q hoc modo diſcernit q dubitat vtrũ
vere mundũ ſit:an immũdũ qđ ſumit: iſte ex
ipſa animi ſui dubitatiõe cõſciẽtia vrgẽte dã
nat. Cauſam vero huiꝰ dãnationis exponit di
cens.Qm̃ nõ ex fide dicitur:ſed ex dubitatio
ne.& poſthæc generalem ſuper omniũ ſciẽtiã
exponit dicens.

Omne aũt qđ nõ eſt ex fide peccatum eſt.

¶In hoc ſermone credẽtiũ quorũdã negligen C
tes & deſides aĩos vinculo acriore cõſtringit:
vt nihil ſine fide agãt:nihil ſine fide dicãt:nec
abſqꝫ fide aliqd cogitẽt:qa ſiue qd geſſeris ſine
fide:ſiue locutus fueris:ſiue etiã cogitaueris:
peccas.hoc idẽ eſt qđ in aliis dicit.Siue mãdu
catis:ſiue bibitis:ſiue aliđ qd facitis: oĩa ad
gloriã dei facite.Sed reqrat aliqs ſi hæretici:q̃
faciunt qa ſecũdum hoc qđ credũt faciũt:ex fi
de facere credant.An quia fides apđ illos ma
la eſt:omne qđ faciũt peccatũ ſit ꝓnuntiandũ
qa nõ ſit ex fide.Et puto illoꝝ credulitatẽ ap⸗
pellari magis q̃ fidẽ.Sicut eñ pſeudoprophe⸗
tę falſo noĩe interdũ ꝓphetæ appellant: & fal⸗
ſa ſcientia ſciẽtia dicit:& falſa ſapiẽtia ſapien⸗
tia abuſiue noĩatur:ita & hęreticorum credu
litas:falſo noĩe fides appellat. Vnde videndũ
eſt ne forte etiã ſiqd boni operis apud illos ge
ri videt:quia nõ ſit ex fide,cõuertat in pecca⸗
tũ:ſicut de quodã dictũ eſt.Fiat oratio eius in
peccatũ.Eſt interdũ & caſtitas q̃ nõ eſt ex fide
eorũ dũtaxat q attẽdũt ſpiritibꝰ ſeductoribꝰ:
& doctrinis dęmoniorũ in hypocriſi falſa lo⸗
quentiũ: cauteriatã habentiũ cõſcientiã: ꝓhi
bẽtium nubere:& abſtinẽtiũ ſe a cibis quos de
us creauit.Eſt ergo & illa fides eorũ q circa fi
dẽ naufragauerũt.Eſt & falſa ſapientia:huius
ſcilicet mũdi:& principũ huius mũdi: quę de
ſtruetur.Sicut eñ pyratæ ſolẽt in mari in lo⸗
cis vadoſis occultiſqꝫ ſcopulis p obſcurum no
ctis lumẽ accẽdere:quo nauigantes ſub ſpe cõ
fugiendi ad portũ ſalutis: ad naufragia perdi
tionis inuitent:ita & iſtud lumẽ falſę ſapiẽtię
vel falſæ fidei:a principibꝰ mũdi & ſpiritibus
aeris huius accendit:nõ per qđ euadãt: ſed p
qđ pereãt hoĩes mũdi huiꝰ fluctus & vitæ pe
lagus nauigãtes. De his (vt opinor) pyratis
dicebat & Iob.Sagittę pyratarũ eiꝰ ſuper me
venerũt,Et ob hoc nimirum etiã ipſe Paulus

apoſtolus dicit:qa & ipſe ſathanas transfigurat ſe ſicut ãgelũ lucis. Propterea nauigãtes vitę huius vndas:nõ om̃i lumini.i.nõ om̃i ſapiẽtię credere debemus:ſed ſicut monet apl's probate ſpũs ꝙ ex deo ſunt. Et ideo debem⁹ indeſinẽter ꝑcari auxiliũ dñi: & ſperare ꝙ ipſe eripiet nos de laqueo venãtiũ:vt & nos dicam⁹:qa anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium:laqueus contritus eſt &c.

CAP. XV.

Debemus aũt nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere: & nõ nobis placere.

D ¶ Videtur in his Paulũ firmũ ſemetipſum ꝓnũtiare:ſicut in prima epiſtola ad Corinthios dicit:qa factus ſum infirmus:vt infirmos lucrarer. Et ibi em̃ nõ ſe dicit ĩfirmũ eſſe:ſed fieri infirmũ: & nõ vtiq; ſi infirmus fuiſſet fieri potuiſſet infirmus:ſed non ex hoc aſpicias eũ quaſi immemorẽ mãdati illius loci quo dicit. Laudet te ꝓxim⁹ tuus & nõ os tuũ:extraneus & nõ labia tua. Nõ ergo ꝓ laude ꝓpria: ſed ꝓ rerum cõſequẽtia firmũ ſemetipſum ꝓnũtiat Si em̃ ipſe humilitatis ſpecie ſe inter firmos vitaſſet enumerare:quis ex his qui aliorũ infirmitates portare deberẽt:auderet ſubire iſtud officii:vt quaſi firm⁹ ipſe fragilitates infirmorũ ferre niteret. Sed ideo cõmune facit iſtud officiũ:vt vnuſqſq; noſtrũ in quo poteſt etiã ſi nõ in om̃ibus tñ in quo videt firmior ꝓximo ſuo eſſe:portet infirmitatẽ ei⁹:ſicut & in aliis dicit. Inuicem onera veſtra portate. Sed videtur onera hic ꝓ corporeis neceſſitatib⁹ noîaſſe. Vt ſi qs in facultatibus opulẽtior eſt: onus paupꝛioris portet:& pœnuriam ſoletur abũdãtia:ĩ eo vero vbi dicit:vt firmiores ĩfirmorũ ſuſtineant infirmitates:non aliud intelligi poteſt q̃ vt in qbus alii ꝑ infirmitatem delinquũt:robuſtiores quiq; patiẽter ferãt: & non cõtinuo ſpernant eos: abiiciãt:obhorreſcãt:ſi forte in aliquo infirmitatis vitio vincunt:neq; ſpẽ purioris vitę,a cõuẽtu fratrũ & eccleſię ſocietate,depellãt. Qui em̃ hoc facit,nõ ẽ imitator illius de quo Eſaias dicit. Ipſe infirmitates noſtras portat:& ꝓ nobis dolẽs:& nos putabamus eũ in dolore eſſe:& plaga: & in afflictione. Q; ſi Chriſtus portat infirmitates noſtras:& de⁹ patiẽter fert delicta noſtra:quomodo & nos eorũ qui paulo infirmiores vident: nequaq̃ delicta & negligẽtias toleramus? Hoc enim nimirum ipſum Chriſtũ auertere eſt ab hoc affectu ne portare velit infirmitates nr̃as Nemo enim ita perfectus eſt:qui ap d deũ: in aliquo nõ inueniat infirm⁹ & porte t a Chriſto:& ideo magis in hoc decet itidem cõpati inuicẽ & condolere:ſicut & in aliis ſcribit. Donãtes vobis inuicẽ delicta veſtra:ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. Hoc aũt nõ idcirco pręcipit:vt delinquẽtes nutriat:& indulgentia largiore infirmãtes diſſoluat:ſed ſciẽs qm̃ ſi portetur infirm⁹: aut erubeſcit diuti⁹ portari:& corrigit vitiũ deliquẽdi:aut ſi emẽdare ſe nõ valet:erit certe fructus iſte portantis eũ: ſi nõ ꝓficit in peius:nec ſemetipõ deterior efficit:ſicut illi de quib⁹ dicit Apoſtolus:Nequaq̃ aũt hoîes ſeductores ꝓficiẽt in peius ſeducẽtes & errãtes. Debemus aũt ad id ꝙ ĩfirmitates portam⁹ infirmoꝝ:addere etiã vt nõ nobis ipſis placeam⁹: ſed ꝓximo in bonõ tãtũ ad ædificationẽ. Philautię vitiũ:id eſt ſibi ipſi placẽdi:& ĩ aliis culpat ꝓpheta cũ dicit. Vęh his q apud ſemetipſos ſapiẽtes ſunt in conſpectu ſuo eruditi. Similiter ergo & in hoc poſſumus dicere. Vęh his qui ſibimetipſis placent & in conſpectu ſuo boni videntur. Oportet.n. in conſpectu dei primo placere:ſecũdo etiã ꝓximis. Sicut primo eſt diligere dñm deũ & ſecũdo proximũ:ita & primo placere deo:ſecundo etiam proximis. Sed fortaſſe dicat aliquis cõtraria ſibi Paulũ dicere in eo ꝙ iubet nos ꝓximis placere:quia in aliis dixerit: Ego ſi hominib⁹ placerem,Chriſti ſeruus nõ eſſem. Et vtiq; huic ſentẽtię videt eẽ cõtrariũ:vt vnuſquiſq; ꝓximo ſuo placeat:qđ in aliis dicit: ſicut & ego per oîa hominibus placeo non quærẽs qđ mihi vtile eſt:ſed qđ multis: vt ſalui fiant. Dicẽdũ ergo ad hæc qa aliud eſt ſtudium habere placẽdi hoîbus:vt laudẽ ab eis quęrãt: & aliud habere placẽdi ſtudiũ hoîbus in eo vt vita ſua irreprehenſibilis ſit apud oẽs:& ꝓficiant ex eo oẽs q vel vidẽt talẽ vel audiũt. Ibi ergo nõ eſt placẽdũ hoîbus vbi cõtra deũ:cõtra honeſtatẽ:cõtra religionẽ eſt in quo placeat: & ideo dicit:qui ſi hominib⁹ placerẽ:hoc eſt incredulis et infidelibus iudęis: Chriſti ſeruus non eſſem. Si em̃ voluiſſet Paulus placere iudęis:Damaſcũ cum epl'is miſſus traxiſſet vtiq; viros ac mulieres vinctos Hieroſolymã: et viſioni delatæ ſibi in via cæleſtiq; vitę minime credidiſſet. Sed et ſiqs nos aliud agere exigit cõtra iuſtitiam:contra ſanctitatem:cõtra regulam Chriſtianam:et niſi hoc agam⁹ odia et inimicitias minitetur:tũc oportet nos meminiſſe huius ſermonis q dicit:quia ſi hominibus placere vellem Chriſti ſeruus nõ eſſem Cum autem dicit. E

Vnuſquiſq; veſtrum proximo placeat.

¶ Neceſſaria diſtinctio ſociat:q̃ in quo placendum ſit ꝓximo,euidẽter oſtendit cũ dicit.

In bonum ad ędificationem.

¶Cũ ergo bene agimus:& bene docemus:placemus ꝓximo:& ędificam⁹ eũ. Nõ eñ gloriã ab hoĩbus quęrẽdã monet:ſed ędificationẽ de actu & ſermone nr̃o,ꝓximis dãdã. Sicut & in eo qđ dicit ſaluator.Luceat lux veſtra coram hoĩbus:vt vidẽtes opa veſtra bona,glorificẽt patrẽ veſtrũ q in cælis eſt. Per qđ nõ vtiq; ad q̃rendã ab hoĩbus gl'iam diſcipulos adhortat̃ ſed vt recte honeſteq; viuẽtes ad ędificationẽ vidẽtib⁹ placeãt:& glorificet̃ de⁹ qui hoĩb⁹ viam emẽdationis & ſalutis aperuit.

Nã & Chriſtus nõ ſibi placuit:ſed ſicut ſcriptum eſt:improperia improperãtium tibi ceciderunt ſuper me.

A ¶In hoc videt̃ oſtẽdere:quia & Chriſtus nõ ſibi placẽs nec rapinã arbitrãs eẽ ſe æqualẽ deo ſemetipſum exinaniuit:ſed volẽs hoĩbus placere:hoc eſt hoĩes ſaluare : ĩproperia ĩproperãtiũ ptulit:ſicut ſcriptũ eſt:Improperia improperantiũ ceciderũt ſup me.Qđ euidẽtius fiet ſi ea q̃ ſunt ſcripta in euãgelio reqramus:quomodo vt ꝓdeſſet hoĩbus:& ſaluos faceret eos cũ peccatoribus & publicanis mãducabat : & bibebat:& ad hęc improperãtes iudęi dicebãt Quare cũ publicanis & peccatorib⁹ mãducat magiſter veſter? Vel iterũ cũ peccatricẽ mulierẽ nõ ꝓhibebat cõtigere pedes ſuos:& lachrymis rigare:vel capillis detergere:& myrrha p ungere:& p hoc improperãtes & exprobrãtes iudęi dicebãt:qa ſi hic ꝓpheta eẽt ſciret vtiq; quę & qualis eſt mulier quę tãgit eũ:quia peccatrix eſt.Q; ſi reqras cur exẽplũ qđ de pſalmo ita habeat quaſi improperia q̃ improperentur deo,deciderit ſup Chriſtũ:ita poſſum⁹ explanare.Quia ſicut dixit:Qui me recipit:recipit eũ q me miſit:ita & hoc accipi poteſt:quia q mihi ĩproperat:ĩproperat ei q miſit me.Exẽplũ eĩ qđ aſſumpſit,in ſexageſimo pſalmo hoc modo ſcriptũ eſt.Alienus fact⁹ ſum fratribus meis &c.vſq; ceciderunt ſuper me.

Quęcunq; enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

B ¶Simile ẽ hoc illi qđ ipſe in aliis dicit. Scripta ſunt autẽ ꝓpter nos in quos fines ſęculorũ deuenerũt.Q; ſi reqrit̃ quomodo ꝓpter nos ſcripta ſint:vide qa ꝓpter nos ſcriptũ eſt:nõ obturabis os boui triturãti:nõ eñ de bob⁹ cura eſt deo:ſed de nobis dicit:& ꝓpter nos ſcriptũ eſt quia Abrahã duos filios habuit:vnũ de ancilla & vnũ de libera:vt nos ſciam⁹ qa ſunt allegorica:& hęc ſũt duo teſtamẽta. Propter nos & illud ſcriptũ eſt qa populus mãna mãducauit in deſerto:& bibit aquã de petra:vt nos intelligeremus: qa ſpiritalẽ eſcã mãducauerũt: & ſpiritalẽ potũ biberũt:bibẽtes de ſequẽti petra:q̃ petra erat Chriſt⁹.Hæc atq; alia huiuſmodi erãt myſteria:quę occulta ſũt tẽporib⁹ æternis:manifeſtata aũt nũc p ſcripturas propheticas:& aduentũ dñi & ſaluatoris nr̃i Ieſu Chriſti.Sed vt adhuc manifeſti⁹ fiat quomodo quę ſcripta ſunt ꝓpter nos ſcripta ſunt:de priori populo dicit ꝓpheta:qa aure audietis: & nõ audietis:& vidẽtes videbitis:& nõ intelligetis.De nobis aũt dicit̃:qa qbus nõ eſt nuntiatũ de eo videbũt:& q non audierũt intelligẽt.Cõſydera ergo ex hoc propter qđ ſcripta ſunt:videlicet vt ſcripta videant̃.Quæ ei ſcribũt: ſine dubio ꝓpter eos ſcribunt̃ q viſuri & & intellecturi ſunt:nõ ꝓpter eos qui neq; viſuri,neq; intellecturi dicunt̃. Qui aũt intelligunt q̃ ſcripta ſunt:illud ſine dubio inueniẽt: quod conſequenter adiungitur.

Vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarũ ſpem habeamus.

¶Cõſolationẽ nãq; ex ſcripturis non ille q neq; credit,neq; intelligit: ſed ille qui & credit, & intelligit,capit.

De⁹ aũt patiẽtię & conſolatiõis det vobis id ipm̃ ſapere in alterutrũ ſcđm Ieſum Chriſtũ. C

¶Si patiẽtia virt⁹ eſt:oĩs aũt virt⁹ a deo eſt:& patiẽtia a deo eſt.Cũ ergo dicit de⁹ patientiæ: hoc eſt qđ videt̃ oſtẽdi:qa deus cũ his eſt q habẽt virtutẽ patiẽtię in ſe:ſicut cũ dicit̃ de⁹ iuſtus:oſtẽdit̃ in his eſſe de⁹ qui ſeruãt iuſtitiã. ſimiliter & de⁹ veritatis & deus patiẽtię intelligit̃.Sed & de⁹ cõſolatiõis cũ dicit̃:cũ illis eẽ oſtẽdit̃ deus q ex diuinis ſcripturis p intelligẽtiã ſpiritalẽ cõſolationẽ ſpũs capiũt. Deus aũt patiẽtię & cõſolatiõis det vobis(inqt) id ipſum ſapere ĩ alterutrũ ſcđm Ieſum Chriſtũ In hoc Paul⁹ patriarcharũ more & ꝓphetarũ quoꝝ benedictiões ſcripturę referunt̃: bñdictiones tribuit Romãis:exorãs eis dari a deo vt id ipm̃ ſapiãt in alterutrũ . Grã dei eſt bñdictio iſta:vt vnũ ſapiãt oẽs atq; ſentiãt: & ſicut ſibi ita vnuſq̃ſq; velit ꝓxĩo ſuo. Vis aũt ſcire quãtũ vnanimitatis grã valet? Saluator in euãgeliis ꝓnũtiat:qa ſi duo vel tres in vnũ cõſenſerint:de oĩ re quacũq; petierint fiet eis:& iterũ de ſemetipſo dicit:qa vbi fuerit duo vl' tres cõgregati in noĩe meo:hoc eſt vnũ atq; idem ſentiẽtes in noĩe Ieſu Chriſti:ero in medio eorum. Vis & aliud accipere exẽplũ : quomodo vnũ ſentiẽtibus Chriſt⁹ medius fiat? Vide in actibus apoſtolorũ quomodo poſt aſcenſionẽ dñi:cũ eleuaſſent(ĩqt)duodecim apl'i cũ cęteris vocẽ:& vnanimiter oraſſent:mot⁹ eſt loc⁹ in quo ſtabãt:& p̃ſentiã ſancti ſpũs meruerũt Vt aũt adhuc quãta ſit vnanimitatis virt⁹& D quãta grã clari⁹ fiat:nõ puto abſurdũ videri ſi

ea etiã quę nobis in veteri teſtamẽto a prib⁹ rationabiliter tradita ſunt: his ſcilicet qui ex hebręis ad Chriſti fidẽ venerũt: in mediũ ꝓferamus. Aiebant ergo hi illos filios Chore quoꝝ noĩa in Exodo iuenim⁹: id eſt Aſſir qui interpretaẽ eruditio: & Helchana q ĩ lingua nr̃a diciẽ poſſeſſio dei: & Abiaſaph q ĩ latino ſermone idicat congregationẽ pr̃is: cũ pr̃ eoꝝ Chore peccaſſet vna cũ Dathan / & Abiron / & oĩb⁹ q cõſenſerũt eis: & diuinę vltiõis in eos pararet̃ excidiũ: iſtos ſegregaſſe ſe ab actu nefario: & ab impia cõſpiratione ſeq̃ſtratos: vnanimiter ad deũ p̃cem pœnitẽtiæ ꝓfudiſſe: atq̃ exauditos a deo nõ ſolũ veniã pœnę: ſed & prophetiæ gr̃am meruiſſe: & hoc quoq̧ eis a deo poſcentib⁹ eẽ p̄ſtitũ: ne qđ triſte aut exitiabile ꝓphetare iuberent̃: & ob hoc oẽs pſalmos qcũ ꝙ noĩb⁹ eoꝝ attitulati referũt̃, nihil triſte aduerſus pc̃tõres aut aſpere cõtinere. Hoc aũt ꝓtulimus: vt quãta ſit vnanimitatis virtus: & vnũ ſentire: atq̃ vnũ inuicẽ ſapere: magnificẽtius noſceret̃. Ego etiã illud ꝙ Paulus in quibuſdã ep̃lis alioꝝ vocabula ſecũ iũgit: & dicit Paul⁹ & Soſthenes frater: & alibi Paul⁹ & Syluanus & Timotheus: puto nõ inaniter factũ: ſed ꝑ hoc oñdit: qa duob⁹ vel tribus in vno poſitis ſpũs ſanct⁹ vnũ de eis ſenſum atq̃ vnum elicuerit ſermonẽ: vt q eccleſiã docere cupiebant vnũ dicere, atq̃ vnũ ſapere: ipſi ſe prius vnũ dicere: atq̃ vnũ ſapere demonſtrarent.

Et vno ore honorificetis deũ & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.

F ¶ Vnũ nãq̧ os dicit̃ vbi vn⁹ atq̃ idẽ ꝑ diuerſorũ ora ſenſus & ſermo ꝓcedit. Bene aũt apoſtolus vbi ait: idipſum ſapere in alterutrũ: addidit: ſcđm Ieſum Chriſtũ. Poſſet eñ fieri vt in malitia aliq vnanimiter cõſentirẽt: & vnũ ſaperẽt ĩ peius. ob hoc ergo addidit ſcđm Ieſum Chriſtũ. Qui aũt ſcđm Ieſum Chriſtũ ſapit: ſine dubio oẽ qđ bonũ eſt ſapit. Poſthæc addit.

Propter qđ ſuſcipite inuicẽ: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos: in honorem dei.

¶ Qđ dicit, ſuſcipite inuicẽ: ad illud referẽdũ eſt qđ primo ꝓpoſuerat: vbi occaſiõe mũdoꝝ vel immũdorũ ciboꝝ diuerſa ſentiẽtes ab iuicẽ diſcrepabãt. & ait. Suſcipite inuicẽ ſicut & Chriſt⁹ ſuſcepit vos: q nullius ĩmũditias horruit: nec reputauit alicui delicta ſua. Nihil ei de ĩmũditia aĩaliũ iudicetis: ſicut nec ille immũditias credẽtiũ reputauit. Et q in ſupioribus dixerat: q autẽ mãducat nõ mãducãtẽ nõ iudicet: de⁹ eñ illũ aſſũpſit: hic dicit ꝙ Chriſtus ſuſcepit vos: vt oſtẽderet vnũ atq̃ idẽ eẽ a deo ſuſcipi & a Chriſto. Addit & hoc: ꝙ honor ſit dei ſuſcipi a Chriſto. Quos eñ ſuſcipit Chriſt⁹: docet eos ita agere debere: vt vidẽtes hoĩes opa eoꝝ bona, glorificẽt pr̃eꝫ q ĩ cælis ẽ.

Dico eñ Ieſum Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circũciſionis propter veritatem dei ad cõfirmãdas promiſſiones patrum.

¶ Quomodo Chriſtus miniſter fuerit circunciſionis ad ſtabiliẽdas ꝓmiſſiões patrũ: dupli ci modo itelligi poteſt. Siue ꝓ eo ꝙ circũciſionem in carne ſua ſuſcepit ipſe: vt manifeſtiſſime noſceret̃ ꝙ ex ſemine Abrahã veniens: cui ꝓmiſerat de⁹: qa in ſemĩe tuo benedicent̃ oẽs gẽtes: cõpleret in ſemetipſo q̃ patribus fuerãt repromiſſa: & vt ꝑ hoc ſcđm ꝓpoſitum toti⁹ epiſtolę ordinẽ, quo nũc eos q ex circũciſione crediderãt, nũc etiã eos q ex gẽtib⁹ aduerſum ſe inuicẽ ſupbiẽtes refrenat ac reprimit: doceret nõ eſſe penit⁹ iudicandos eos q in legis obſeruationib⁹ demorant̃: qñquidẽ Chriſt⁹ etiã in carne ſua circũciſionis miniſter fuiſſe dicatur: de qua idẽ Apoſtolus dicit. Nõ eñ qui in manifeſto iudęus eſt: neq̃ quę manifeſta eſt in carne, circũciſio: ſed q ĩ occulto iudæus eſt: & circũciſione cordis quę ſpũ non litera: cuius laus non ex hoĩbus: ſed ex deo eſt. Et ſcđm ꝙ idẽ Apoſtolus in aliis dicit. In quo etiã circũciſi eſtis circũciſione nõ manu facta in expoliatione corpis carnis: ſed in circũciſione corpis Chriſti cõſepulti ei ĩ baptiſmũ. Per huiuſmodi ergo circũciſionẽ certũ ẽ ꝓmiſſiones patrũ eſſe cõpletas. Quę aũt fuerint ꝓmiſſiões: ſubditis declarat exemplis quibus dicit.

G

Gentes autẽ ſup miſericordia honorare deũ ſicut ſcriptũ ẽ. Propterea cõfitebor tibi in gẽtibus & nomini tuo cantabo.

¶ Qđ ex decimooctauo pſalmo videt̃ aſſumptũ parua immutatiõe habita non ſenſus: ſed ſermonum. Ibi enim dicit: propterea confitebor tibi in gẽtibus domine: & pſallam nomini tuo. & qđ item ait: H

Lętamini gentes cum populo eius.

¶ Eiſdẽ verb[is] ĩ Deuteronomii cãtico ſcriptũ ẽ

Et iterum. Laudate vero oẽs gentes dñm: & magnificate eum omnes populi.

¶ In. cxvi. pſalmo legit̃ tantum: ꝙ ibi ꝑ magnificate collaudate poſitũ eſt. Vltimũ vero exẽplũ ipſe Paulus de Eſaia dicit aſſumptũ in cuius corpore ſcriptum eſt ita.

Et rurſus Eſaias ait: & erit ĩ die illa radix Ieſſe: & qui exurget regere gẽtes, in eo gẽtes ſperabunt. Et erit requies honor eius.

¶ Omiſſis autẽ in primis quidẽ duob⁹ ſermonib⁹. i. in die illa: & in vltimis & erit reges ei⁹ honor: cætera eiſdem verbis poſuit qbus. lxx. interpretes ediderunt. Vnde ſciendum eſt ꝙ in oĩbus pene Ap̃lus editionẽ. lxx. interpres

tum tenet:niſi qa forte ei quę exequit̃ aſſertio ni minus neceſſaria vident̃:aut ſiquãdo nõ tã verbis interpretũ q̃ ſenſibꝰ ſcripturę vti vult ſua enũtiatiõe prolatis. Hũc autẽ ſermonẽ de radice ieſſe meliꝰ quidẽ in explanatione ipſius ꝓphetę Eſaiæ viſum eſt diſſeruiſſe:in pręſenti tantũ loco dicit̃ qm̃ ieſſe interpretat̃ in nr̃a lingua,eſt mihi.In aduẽtu ergo Chriſti oĩs q credidit ei:cõueniẽter dixit eſt mihi.Ille enim de quo Moyſes dicit,qui eſt miſit me ad vos,ipſe eſt mihi: hoc eſt in ipm̃ credo qui nõ ex nihilo vt impiis placet; ſed qui eſt & ſemp eſt:& hoc ei nomẽ eſt: & ipe eſt qui ſurrexit ex radice ieſſe & in ipſo gẽtes ſperabũt.Pro qua miſericordia quã ab eo cõſecuti ſunt:is q ſemp erat naſceretur ex radice ieſſe ad ſalutẽ gẽtibꝰ dandã: pro hac inquã ſibi collata miſericordia gentes honorant & magnificant deum.

Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti.

¶Qui ſuperius dixerat ꝙ in Eſaia ſcriptũ eſt, Et ĩ eo gẽtes ſperabũt,gratãter adiecit: Deus autẽ ſpei:vt ſi ſcriptũ fuiſſet,in ipo gẽtes credẽt,adieciſſet ſine dubio,deꝰautẽ fidei:vt nũc a ſperãdo gẽtes deũ ſpei inuocat ſup eos q ſperãt in eũ:a quo eis benedictiõis munus precat̃ augeri.Eſt autem benedictio huiuſmodi vt repleant̃ omni gaudio & oĩ pace. Similiter autẽ et ꝓpheta dicit in quodã loco. Et erit in diebꝰ eiꝰ iuſtitia & multitudo pacis vſq; quo auferatur luna.Sed quia hęc de Chriſto dicunt̃: in illo recte poſſumꝰmultitudinẽ pacis aduertere ꝑ eo ꝙ pacificauit per ſanguinẽ crucis ſuæ nõ ſolũ quę in terra ſunt ſed etiã quę in cęlis ſunt in oĩbus.Quomodo poſſit impleri hoc qđ precat̃ apoſtolꝰ:vt impleant̃ omni gaudio & omni pace:difficile mihi videt̃ exponi: maxĩe cũ etiã ipſe apoſtolꝰin his quę ꝑ gratiã ſpiritꝰ ſancti cõſecutꝰ eſt,ex parte ſe dicat ſcire & ex parte ꝓphetare. Sed ego puto in eo poſſe habere credẽtes plenitudinẽ pacis cũ recõciliant̃ deo patri per fidẽ ſecũdũ verbũ Pauli dicẽtis,rogamus ꝓ Chriſto recõciliamini deo: & cũ in pace redeũt cũ filio dei ꝑ ſanguinẽ crucis eius:et cũ ſancto ſpiritui ſociant̃:cũ ſe emũdauerĩt ab omni inqnamẽto:& effecti fuerĩt vaſa ſancta: ita demũ qs repletꝰ videat̃ oĩ pace: ſi ĩ plenitudine crediderit trinitatis. Propter hoc deniq; ſubiũgit apoſtolꝰ & dicit,Repleat vos oĩ gaudio & pace ĩ credẽdo:vt abũdetis ſpe & virtute ſpiritꝰſancti.Si enim q credit virtute ſancti ſpiritus munit̃:certum eſt ꝙ plenitudinẽ gaudii ſemper habeat & plenitudinem pacis.

Certus ſum autẽ fratres & ego de vobis qm̃ & ipſi pleni eſtis dilectione:repleti omni ſcientia:ita vt poſſitis alterutrum monere.

¶Eadẽ ratiõe qua ſupra diximꝰ repleri oĩ gaudio & pace oĩ credẽtes: etiã hic plenos eẽ bonitate & omni ſciẽtia eos ad quos ſit ſermo cõfirmat.Similiter autẽ & corinthiis ſcribẽs dicit. In oĩbꝰ diuites facti eſtis ĩ illo in oĩ verbo & in oĩ ſciẽtia.Qui vt ſuperiꝰdiximꝰetiã de ſemetipſo ꝓnũtiat ꝙ nõ oẽm ſciẽtiã neq; oẽm ꝓphetiã habeat:ſed ex parte:de quo & in aliis qdẽ ſępe nos dixiſſe memini: & nũc nihilominꝰ dicemus:ꝙ Paulꝰ & ſiqui ſunt tales ad cõparationẽ cæterorũ ꝑfecti dicunt̃.Ad illã aũt ſummã ſciẽtiã: vel ad illã ꝑfectionẽ quę in cęleſtibꝰ eſt ordinibꝰ:nullꝰ poteſt iter hoĩes ꝑfectꝰ dici vel eſſe: vt ſi dicamꝰ in puerilibꝰ ſtudiis ad cõparationẽ illius q nup imbuit̃:& prima lr̃arũ ſuſcipit elemẽta:magiſter ipſe librarius appellat̃ ꝑfectus:ſed nõ eſt ita ꝑfectꝰ:vt ille qui grãmaticã docet. Ipe vero grãmaticꝰ q̃uis ꝑfectꝰ ſit: ſuperior eſt & tamẽ ꝑfectior rhetor:& his oĩbꝰ lõge eminẽtior philoſophicę doctrinę ꝑfectio. Cũq; ĩ his oĩbus ſit literatura doctrina: diuerſus tamẽ gradus ꝑfectiõis & magiſterii in vnoquoq; habet̃.Ita ergo põt fieri vt cũ Paulus dicit.Nõ quo iã aſſecutꝰ ſim aut ꝑfectꝰ ſim:ad illũ apicem cęleſtis ꝑfectiõis aſpiciẽs hęc videat̃ ſcribere.Cũ vero dicit:qcunq; ergo ꝑfecti ſentiamꝰ:ad humanę tantũ ꝑfectiõis reſpicit gradũ.Sic ergo & in pſenti loco ĩtelligẽdi ſunt vl' pace:vel gaudio: vel bonitate:vel ſciẽtia repleti:ſiue romani:ſiue corinthii:inquãtũ poſſibile eſt repleri eos q docent̃ ĩ eccl'ia & ſub ꝑfectis doctoribꝰagunt̃.Deſignat aũt & ſciẽtię ipſius mẽſurã cũ dicit:ita vt poſſitis & alios monere In quo oſtendit:qa in eo qđ dicit:vnuſqſq; debet etiã aliũ monere: & huiuſmodi cũ cõdiſcipulis habere colloquia qbus ſe moneant inuicẽ & ędificent. Poteſt em̃ cõferre plurimũ eruditiõis alterna collatio ſi cũ charitate habeat̃: et de ꝓfundioribꝰ qbuſq; vel obſcurioribꝰ expectet eruditorũ perfectorũq; ſentẽtiã. Secundũ ꝙ Moyſes dicit. Interroga patres tuos & annũtiabũt tibi,pſbyteros tuos & dicẽt tibi.

Audacius autẽ ſcripſi vobis ex parte tanq̃ cõmemorãs vos per grãm datã mihi a deo,vt ſim miniſtrãs Chriſto Ieſu in gentibus ſanctificans euangeliũ dei vt ſit oblatio gẽtium accepta ſanctificata in ſpiritu ſancto.

¶Tanq̃ qui cõſcius ſit ſibi in oĩ textu eplę: dũ ad eos ĩterdũ q ex circũciſiõe:interdũ vero ad eos q ex gẽtibꝰ crediderũt faceret verbũ:ꝙ nõ nulla etiã de ſecretioribꝰmyſteriis & ꝓfundioribꝰ cõtigerit & ſtudio reddẽdę ratiõis plura quę habebãtur ĩ occultis patefecerit:licet ĩ ſin

gulis diſpẽſatione verbi moderationẽ ſeruaue
rit: ex aliqua parte ĩdicãs: ex multa rurſũ par-
te cõtegẽs idcirco dicit. Audacius autẽ ſcripſi
vobis ex parte tãq̃ cõmemorãs vos per gratiã
quę data ẽ mihi. Audi aplm dicentẽ, Ex parte
ſcripſi. Vnde neq; nobis aliqs ſucceſeat: ſi my
ſteriorũ diuinoꝝ rationẽ explanare aliqñ non
valemus: cũ audiat eũ qui nobis hęc ipa tradi
dit: ex parte tradidiſſe. Neq; quiſq̃ ſub ſciẽtiæ
titulo ita inflat⁹ incedat, tãq̃ vniuerſa cogno
uerit: cũ ipſe Paulus a quo ſciẽtię nobis ſermo
tranſfuſus eſt: ex parte ſe dicat ſcribere: & ex
parte cognoſcere. Ego tamen arbitror ꝙ q̃uis
etiã ipſe Paul⁹ ex parte ſe ſcire fateaẽ: plura ta
mẽ & multo plura ſcierit q̃ ſcripſerit: tãq̃ qui
ipſe multa ſciret nec tamẽ auderet multa re-
ferre audaciã ſibi fuiſſe dicit: vt aliqua ſaltem
ſcripturę cõmitteret. Quod vero ait cõmemo
rans vos ꝑ gratiã datã mihi, indicat fuiſſe qdẽ
ſibi iam ſermonẽ de talib⁹: & diſſeruiſſe ſe ſępe
de myſteriis. Sed qm̃ q̃ ſolo ſermõe dicta ſunt
de facili poſſet ĩtercipere obliuio, ꝑ hęc inquit
pauca q̃ ſcripſi ꝑ gratiã datã mihi, illoꝝ vobis
memoriã reuoco: quę a me latius ſępe diſſerta
ſunt. De gratia autẽ quã ſibi datã Paul⁹ cõme
morat: ſupra iã dixim⁹. Quã gratiã ob hoc ſi-
bi datã dicit, vt ſim ĩqt miniſtrãs Chriſto Ie-
ſu in gẽtibus ſanctificãs euãgeliũ dei. Qđ nos
habem⁹ ſanctificãs euãgeliũ dei: gręci magni-
ficẽtius dicũt ιερουργουντα το ευαγγελιον
του θεου. qđ licet nõ plene, a nobis poſſit tamẽ
dici ſanctificãs euãgeliũ dei, ꝑ qđ oſtendiẽ ſan-
ctificale opus eſſe annũtiare euãgeliũ. Idcirco
deniq; ſubiũgit: Vt fiat oblatio gẽtiũ accepta
ſanctificata in ſpiritu ſancto. Sicut ergo põtifi
ces cũ offerebãt, neceſſario eis erat ꝓuidendũ
ne macula ineſſet hoſtiæ: ne vituperationis vi
tiũ: vt poſſit accepta deo eẽ & grata: ita & qui
euãgeliũ ſanctificat: & verbũ dei annũtiat: cu-
rare oĩmode debet: nequa in p̃dicãdo macula:
ne qđ in docẽdo vitiũ: nequa ĩ magiſterio cul-
pa naſcaẽ: ſed vt ita dixerim ſi fieri põt ſemet-
ipm primo ĩmolet: ſe primũ vitiis iugulet: et
ſua pri⁹ peccato mẽbra mortificet: vt nõ ſolũ
doctrina: ſed & vitę exẽplo diſcipulorũ ſalutẽ
oblationem ſuã acceptã faciat deo. Sãctificata
inquit in ſpiritu ſancto. Sãctificatiõis fons ſpi
ritus ſanct⁹ eſt: & ideo oblatio gẽtiũ quę Pau-
lo ſanctificãte offerẽ: nõ per obſeruantiã legis
ſed ꝑ ſpiritũ ſanctũ accepta dicitur fieri deo.

Habeo igitur gloriã in Chriſto Ieſu ad deũ
Nõ enim audeo aliquid loqui eorum: quæ per
me non efficit Chriſtus.

D ❡Vera quidẽ gloriatio ad deũ non eſt niſi illa
quę eſt in Chriſto Ieſu. Sine Chriſto autẽ glo-
riari in deo, tale eſt: quale ſiqs dicat poſſe ſe ha
bere gloriã apud deũ ſine iuſtitia: ſine ſapien-
tia: ſine veritate. Hęc oĩa Chriſt⁹ eſt: & ideo in
ſolo Chriſto vera eſt gloriatio ad deũ. Simile
eſt hęc illi qđ in aliis dicit. Qui autẽ gloriaẽ in
domino glorieẽ. Quomodo autẽ culpabilis ſit
gloriatio oĩs quæ extra Chriſtũ eſt: verbi cau-
ſa: in diuitiis & honoribus huius ſęculi vel ſa
piẽtia mũdi vel cęteris artib⁹, quę extra Chri-
ſtum ſunt, ſupra iã latius diſſeruimus. Scien-
dum ſane eſt ꝙ hic latini gloria pro gloriatio-
ne poſuerunt. Nõ enim inquit audeo aliquid
loqui eorum quę per me non efficit Chriſtus.

In obediẽtiã gentiũ verbo & factis per pote
ſtatẽ ſignorũ & ꝓdigiorũ in virtute ſpũs dei.

❡Quę loquor inquit nõ ſunt alieni operis ver E
ba: nec alienorũ geſtorũ laudator efficior: ſed
quæ ſcio Chriſtum per me effeciſſe hæc vobis
ſcribo: quę per obedientiã gentiũ verbo in me
et opere expleuit. Verbo prędicatiõis: opere ſi
gnorum & prodigiorũ. Quę autẽ ſit differen
tia inter ſigna & prodigia: in aliis iam dixim⁹:
et in pręſenti cõpẽdioſius explicabim⁹ loco. Si
gna appellanẽ in quibus cũ ſit aliquid mirabi-
le: indicatur quoq; aliqd futurũ. Prodigia ve-
ro in quib⁹ tantũmodo mirabile aliquid oſten
ditur. Signa vero & ꝓdigia quaſi quæ vtrũq;
cõtineant dicit. Scriptura tamẽ diuina inter-
dum tenet iſtas ꝓprietates: interdũ autẽ abu-
ſiue ꝓdigia pro ſignis & ſigna pro ꝓdigiis po
nit. Paulus ergo per poteſtatẽ ſignorũ & ꝓdi-
giorum: quæ tamẽ ſigna & ꝓdigia faciebat in
virtute ſãcti ſpũs: ab hieruſalẽ vſq; ad Illyricũ
impleuit euãgeliũ Chriſti. Moyſi & Aaron de
derat de⁹ poteſtatẽ ſignorũ & ꝓdigiorũ ſicut
ſcriptum eſt. Poſuit in eis verba ſignoꝝ ſuorũ
et prodigiorũ in terra cham: vt filios Iſrael ca
ſtigata ęgypto liberarẽt. Sed illi vix rarũq; ali
quem potuerũt ex ęgyptiorũ gẽte cõuertere.
Paulus accepta poteſtate ſignorũ & prodigio
rũ: non vnã gentẽ: aut duos: aut tres populos:
ſed oẽs ab hieruſalẽ vſq; ad Illyricũ natiões et
populos prędicatiõe verbi & operũ virtutũq;
potẽtia ad Chriſti ſacramenta conuertit.

Sic autẽ prædicaui euãgeliũ hoc nõ vbi no
minatus eſt Chriſtus: ne ſuper alienum funda
mentum ædificarem: ſicut ſcriptum eſt.

❡Sic autẽ prędicauit hoc euãgeliũ vt nõ alie- F
nis laboribus neq; alienę prędicationi addita-
mẽtũ ſui ſermonis inſereret ne ab alio poſitis
fidei fundamẽtis ipe ędificiũ prędicatiõis pro
prię ĩponeret, & alieni operis ſurripere gloriã
videretur. Obſeruãda hęc ſunt eccleſiarũ pri-
cipibus & rectorib⁹: & diligẽti intẽtiõe ſeruã-
da: vt neq; loqui aliqd videanẽ eorum quę per

ipſos non effecerit Chriſtus: neq; alienos labores & ſtudia decolorent. Loquitur autem quis ea q̃ per ſe nõ effecit Chriſtus hoc modo. Si loquatur de continentia: & doceat: cum ipſe continens non ſit: vel ſi loquatur de ſobrietate et de iuſtitia: vel de largiendis opibus: & contemnendis facultatibus pro regno dei: & ipſe qui docet hæc: nihil horũ effecerit. Et ideo formã ſui apoſtolus ponit, & dicit ea ſe loqui: & ea cęteris prędicare: quæ per ipſum Chriſtus prius impleuerit. Sed ſicut ſcriptum eſt inquit:

Quibus non eſt annuntiatũ de eo: videbunt et qui non audierunt intelligent.

¶ Obſeruauit ergo diligẽter apoſtolus: vt ſecũdũ propheticũ eloquiũ illis nũtiaret Chriſtũ: quibus a nullo fuerat nũtiatus: vt & illi de eo intelligerẽt: qui a nullo ante didiciſſent. & iſta (vt opinor) cauſa fuit: quę eũ frequẽter proponentẽ Romã pergere prohibebat ſicut dicit.

Propter qđ impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc.

¶ Non vt ĩ aliis dicit: impeditus a ſathana: ſed fundãdi eccleſias occupatione detentus: & in his locis fundãdi vbi nullum fidei pręceſſerat fundamentum. Exemplum autẽ de Eſaia ſumptum eſt: & iiſdẽ ex integro verbis qbus apud prophetam legitur poſitum.

Nunc vero vlterius locũ non habens in his regionibus, deſyderium autem habẽs veniendi ad vos iam ex multis pręcedentibus annis: cum in Hiſpaniam proficiſcar ſpero q; prętergrediens videam vos: & a vobis deducar illuc cum primo ex parte fruitus fuero vobis.

Liber ſeptimus ſic incipit: in ſex ſuperioribus libris ſacer Ambroſi par. iiii. Fo. LXXXV.
Liber octauus ſic incipit: Eo tandem nobis peruentum eſt: vt libros ſeptem iam abſoluerimus. parte. iiii. Fo. XCVII.

Primi libri Peri archon Capitula.

De deo caput primum. Fo. CXII.
De Chriſto caput ſecundum. Fo. CXIIII.
De ſpiritu ſancto caput tertium. Fo. CXVI.
De dimminutione vel lapſu caput quartum. Fo. CXVIII.
De rationabilibus naturis caput quintum. Fo. eodem.
De fine vel conſummatione caput ſextum. Fo. CXX.
De incorporeis & corporalibus caput ſeptimum. Fo. CXXI.
De angelis caput octauum. Fo. CXXII.

Libri ſecundi Capitula.

De initio mundi: & fine. Caput primum. Fo. CXXIII.
De perpetuitate corporeæ naturæ caput ſecundum. Fo. CXXIIII.
De initio mūdi & cauſis eius caput tertium. Fo. CXXIIII.
Q; vnus eſt deus legis: & prophetarum: & domini Ieſu Chriſti pater. Caput quartum. Folio. CXXVI.
De iuſto & bono caput quintum. Fo. CXXVII.
De incarnatione Chriſti. caput ſextū. Fo. CXXVIII.
De ſancto ſpiritu caput ſeptimum. Fo. CXXX.
De anima caput octauum. Fo. CXXX.
De mundo caput nonum. Fo. CXXXII.
De reſurrectione & iudicio caput decimum. Fo. CXXXIII.

De igne & pœnis inferni,caput vndecimum,Fo. CXXXIIII.
De repromiſſionibus,caput duodecimum,Fo. CXXXV.

Libri Tertij Capitula.

De libertate arbitrii,caput primum,Fo. CXXXVII.
De contrariis poteſtatibus,caput ſecundum,Fo. CXLII.
De triplici ſapientia,caput tertium,Fo. CXLV.
De humanis tentationibus,caput quartum,Fo. CXLVI.
Q₃ mundus ex tempore cœperit,caput quintum,Fo. CXLVII.
De conſummatione mundi,caput ſextum,Fo. CXLVIII.

Libri Quarti Peri archon Capitula.

Q₃ ſcripturæ diuinitus inſpiratę ſint,caput primum,Fo. CL.
Q₃ multi ſpiritualiter non intelligentes ſcripturas:in hæreſes declinarunt. caput ſecundum. Folio. CLI.
Anacephaleoſis de parte & filio & ſpiritu ſancto. Folio. CLVI.

Threni ſeu

Planctus Origenis tranſlatus a Hieronymo,Fo. CLVIII.

Tituli apologetici Pamphili pro Origene.

De deo patre omnipotente. Fo. CLXIII.
Quid ſit deus veteris & noui teſtamenti. Folio. CLXIII.
De deitate filii dei. Folio. CLXIIII.
De eo q non ſit pater anteq̃ filius:ſed coęternus ſit patri,Fo. CLXIIII.
Q₃ extra vllum initium eſt generatio filii dei. Fo. CLXIIII.
De coæternitate filii : & inſeparabilitate eius a patre. Fo.CLXIIII.
De ſpiritu ſancto. Folio. CLXIIII.
Q₃ eadem ſit conuertibilitas ſpiritus ſancti;quæ patris: & filii. Folio. CLXIIII.
Q₃ coæqualis ſit trinitas:& q ſpiritus ſanctus non ſit creatura. Folio. CLXV.
Q₃ ſi pater nouit initia omnium quæ ſunt & fines:ſic & filius:ſic & ſpiritus ſanctus ſciet omnia quæ impoſſibile eſt omni creaturæ cognoſcere. Fo. CLXV.
De incarnatione verbi dei. Folio. CLXVI.
Q₃ ex deo patre natus eſt filius: & vnius eſt cum patre ſubſtantiæ:alienus vero a ſubſtantiis creaturarum. Folio. CLXVI.
Q₃ non per prolationem natum dicat eſſe filium dei ſecundum Valentini impietatẽ. CLXVI.
Q₃ non purus homo:ſed diuinæ naturæ ſit Chriſtus. Fo. CLXVII.
Q₃ vnus ſit Chriſtus filius dei. Fo. CLXVIII.
Quomodo ſentiebat Origenes de reſurrectione. Fo. CLXIX.
De pœnis peccatorum. Fo. CLXX.
De animarum tranſmutatione. Fo. CLXXII.

Ruffini.

Liber Ruffini de adulteratione librorum Origenis. Fo. CLXXII.
Q₃ multa opera auctorum inſignium corrupta fuerunt ab hæreticis, Fo. CLXXIII. & ſequentibus.

Adamantii Origenis Pars Quarta.

ORIGENIS PROOEMIVM CONTRA CELSVM, ET IN FIDEI CHRISTIANAE DEFENSIONEM. LIBER. I.

A HOrtaris ſacer Am-
broſi vt Celſi (etſi
gẽtilis et philoſophi
hoīs) obiectiones
in Chriſtianā religi
onẽ oblatrãtis: pro
noſtro arbitrio refu
temus. Ipſe vero: et
ſi aſſiduis & magnis
vt tute noſti: labori
bus interpellor: qp-
pe qui ſacras literas oēs interp̄tandi ꝓuinciā
mihi deſumpſerim: haudquaq̃ tñ ꝓ maximis
tuis in me beneficiis: ad rẽ nõ min⁹ honeſtā q̃
neceſſariā hortãti tibi ſũ defuturus. Quis em̃
tā leuis philoſophi dicacitatis petulantiā tule
rit? qui ſuis tenebris q̄bus immergit̃ nihil con
tentus: vel aliis has ipſas vt ĩgerat enitat̃: q de
rerũ cõditore optime ſentiāt: & ei⁹ velit diſci-
plinā & inſtituta obſtrepẽdo peruertere: qui a
morte hoīes reuocauit ad vitam: & errãtibus
immortalitatis iter oſtẽdit? Em̃uero de rebus
humanis tā bene mereri poteſt q peſtiferos er-
rores ſuſtulerit: q̃ q pie docet, innocẽterq̃ vi-
uere. Tametſi illud dicere auſim: neminẽ vſpi
am inueniri q diuinis ſit literis apprime erudi
tus: & verā dei in Chriſto charitatẽ adeptus: q
delirantibus Celſi dictis: aut eius ſimilium vel
nutet, vel penitus moueatur. nõ em̃ a Chriſti
fide: vt veterum quõdā p̄dictionibus: ita ĩ po-
ſterũ re ipſa & miraculis aptius confirmata tā
leuiter quis defecerit. Quis em̃ (inquit apoſto
lus) a charitate dei nos ſeparabit? afflictio, an
anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas,
an periculũ, an gladius? Quantis olim plerīq̃
affecti ſuppliciis: q̃ miſeris modis excruciati:
in fide ſtabiles perſtitere? Sed cum infirmiores
ſint in eccleſia q̄dā: quos Paulus ſuſcipiendos
eſſe commonefacit: non ab re fuerit deliri hoīs
ineptias refutare: ne forte q recens ad verā illā
& diuinā ſe cõtulit diſciplinā: ſiue verborum
lenocinio quodam illectus: ſiue priſtina ſua: &
praua ad memoriā reuocata cõſuetudine: ad
vomitũ relabat̃. Non em̃ temere Paulus idem:
vt nihil ignarus: nõ mediocrem ineſſe philoſo
phis vim ſuadendi: q̄ppe q ꝓ veris poſſint falſa
plerũq̃ aſtruere. Videte (inq̄t) ne q̄s vos ꝑ
philoſophiā decipiat. Ipſe vero meliore condi-
tione futurũ exiſtimauerim q Celſi dicta per-
inde vana & anilia ita contẽpſerit: vt nihil oī-
no ducat his reſpondendum. Quid em̃ põt ad
uerſum nos ille afferre q̄d non ineptũ inuali-
dum & falſum eſſe coarguatur? præſertim cũ
deliramenta q̄dam inducat nec ratione ſubni
xa: nec prudenti ſaltem homine digna: q̄ vtiq̃
ſumus iuuante deo tam facile nos euerſuri: q̃
leuiter ille obiecit.

CElſus itaq̃ Chriſtianoꝝ reli B
gionẽ calumniaturus: hunc
in modũ ordit̃: Aitq̃ præter
prĩcipũ ſtatuta & leges: cõ-
uẽtus quoſdā inter ſe Chri-
ſtianos ſeorſum & clā factita
re: quoꝝ ꝑtim apti ſint & ĩ propatulo fiāt: vt q
legibus ꝑmittunt̃: partim cõtra principum iu
ra. Vult p̄terea mutuā illā Chriſtianorum cri
minari vel ex eo beniuolẽtiā: quam hi charita
tẽ appellāt: q̄a cõmuni periculo cõſtet: vt cui⁹
gratia nullum recuſent pro ſe inuicem ſubire
diſcrimen: tanq̃ cõiurationẽ aliquā charitas
ipſa p̄tẽdat. Hic deinceps cõmunẽ legẽ extol-
lit: vulgatioreq̃ & celebrẽ facit: & dignũ du-
cit cui pareāt oēs. Quocirca dicendum erit: ꝙ
quẽadmodũ quiſpiā: vbi ſe ad Scythas contu-
lerit: quibus leges nefariæ ſint: neq̃ ab his ſece
dẽdi ſit poſtea opportunitatẽ adept⁹: & idcir-
co viuere apud eos cogat̃: iure q̄dẽ ob verā &
priſtinā legẽ: vt quā exceſſiſſe ſit viſus: q̄a cum
Scythis verſet̃: ſi quos forte ſit interea nactus
ſecũ q ſentiāt: Scytharũ proculdubio leges ex
ceſſerit & ſuas tuebitur: ſic apud iudicẽ illum
gentiliũ leges: quę de ſimulacris & impiorum
deorũ multitudine ꝑmulta pręfiniunt: ꝓ Scy
tharũ inſtitutis habent̃: vl̕ pro re alia quauis:
q̃ Scythis ipſis nil ſit impietate inferior. Haud
quaq̃ igitur præter ſtatuta fuerit & leges: con
uẽtus pro veritate facere. vt em̃ tyranno toti-
us in ſe ciuitatis conſpirationem ꝓueniẽti: ne-
cẽ qui molirẽtur: iure id viderent̃ feciſſe: ſic &
Chriſtianæ fidei ſectatores: tyrānidẽ exercẽte
diabolo: q id nominis eſt apud hos ipſos ſorti-
tus: & mendaciſſimus eſt: in vnum coeunt p̄-
ter ipſius dæmonis inſtituta: vt hũc ipſum im
pugnẽt: & ſaluti ſint aliis: q̄bus poſſunt ꝑſua-
dere: vt ab eo deſciſcāt: tanq̃ Scytharũ ſiue ty
ranni lege. Deinde Chriſtianũ hoc dogma af- C
firmat a Barbaris cepiſſe ortum: hoc eſt a Iu-
dæis: vnde Chriſtiana hæc pẽdeat fides. Et re-
cte q̄dẽ nil hāc criminat̃: ꝙ deſumpta a Barba
ris ſit: q̄ppe quos laudet, aſſeratq̃ poſſe hos eẽ
& dogmatũ inuentores: addit tamen potiores
ſemper Græcos fuiſſe: Barbarorũ inuenta, vel
aſtruere, vel iudicare, vel ad virtutẽ eadẽ hæc
exercere. Atqui id mihi ex Celſi dictis offertur

quo & tutari Chriſtianā rem poſſim: & cōfir mare quæ noſtrę huic inſunt religioni & vera eſſe & certiora: ꝙ ex gentili quiſpiam ſchola & & diſciplina: vbi ſe ad Chriſtum cōtulerit: nō modo iudicet indubitata eſſe quæ credimus: ſed exercitatione & opere: Chriſtianæ doctrinæ aſtruat veritatē: & qđ mancum fortaſſe & mutilū pro gentiliū argumētis: & minus probabile videretur: hic ſuppleat: & plane confirmet veram hanc eſſe religionē. Dicēdum præterea: eſſe propriū quoddā huius doctrinæ argumentum: quemadmodū longe plurimū hęc diuinitatis participet: q̄ gentilis illa & dialectica: nimirum quā apoſtolus ſpiritus, & virtutis appellat oſtenſionem: ſpirit⁹ quidem ob ꝓphetias & vaticinia: quę ſatis poſſunt reddere certiorem: qui eas perlegerit: cuiuſmodi ſint quæ de Chriſto ſcribūtur: virtutis vero: ob admirandas Chriſti virtutes: quas etſi ex aliis multis aſtrui poſſit hunc operatum fuiſſe: ex eo tamen vel maxime: quia vel ad id temporis virtutum huiuſmodi in eis ſeruant̄ veſtigia: q pro verbi: hoc eſt Chriſti domini: voluntate:
D vitam hanc ducunt. Cæterū Chriſtianos ſeorſum facere & docere affirmat quæ ſe oblectēt: nec temere ait id hos factitare: vt q hoc pacto ī pendentis mortis pœnas propulſent: diſcrimē ꝙ cū diſcrimine confert: qđ olim fertur philoſophantibus cōtigiſſe nōnullis: vt Socrati. qđ tamen poterat & de Pythagora dici: & aliis ſapientiæ ſtudioſis. Ad hæc autem ſic reſpondēdū. Athenienſes eoꝝ ſtatim pœnituiſſe: quæ fuiſſent in Socratem machinati: nec vllum ei⁹ viri ob gratiam / exacerbati animi apud hos veſtigium reſediſſe. Nec ſec⁹ dici & de Pythagora poteſt: vbi hunc aduerſarii ſuſtulerunt: ſiqdem hui⁹ diſcipuli & ſectatores: qui & Pythagorei ſunt poſtea dicti: ad multum temporis ī Italia: quæ olim magna Græcia dicebat̄: qbus ſe addixerant ſtudia: conſeruata ad poſteros tranſmiſerūt. De Chriſtianis autem quid erit dicendum: quorum doctrinam vel Romanorum ſenatus: imperatoreſꝗ vt quiſꝗ ſucceſſerat: & milites ipſi & populus: & credētium neceſſarii: impugnando: tā acriter interpellarēt vt perinde victa iſtorum forte ſuccubuiſſet inſidiis: ni diuina virtute emergēs: ſuperior adeo euaſiſſet: vt terrarū orbē: etſi inſidias moliētem: peruicerit? Videamus etiā vt Chriſtianę
E huius doctrinę moralitatem Celſus carpere ſe arbitretur: cum cæteris philoſophis communem hanc facit: perinde nec elegans ſit, nec noua inſtructio. Nos vero aſſerturi id ſumus: ſi enim non omnes pro communi ſententia de moralitatis hac diſciplina: recte ſentirent: interclusa eſſet omnino iuſtum dei iudicium inducentibus: pro cōmiſſis facinoribus vl̄ recte factis ęquior retributio. Vnde nec mirū debet videri: eūdem deū: quę per prophetas & Saluatorem edocuit: in vniuerſorum animos diſſeminaſſe: vt in diuino iudicio ſit omnis homo inexcuſabilis: qui voluntatē habeat legis cordi inſcriptā. qđ ſane pręterdit ſcriptura: tametſi illudendo vt fabuloſam hanc ducant gētiles: perinde quia deū faciat mandata & legem propriis digitis exaraſſe: tradidiſſeꝗ Moyſi deferenda: nec ſecus & tabulas: quibus illa fuiſſent inſcripta: quæ poſtmodū ob eorum ſunt contritæ nequitiā: qui vitulū ſibi conflaſſent: tanq̄ quis diceret: abundantiora tunc ſcelera tabulas illas quo minus haberent intercluſiſſe: alteras vero quas Moyſes inciſiſſet iterato deum ſcripſiſſe: perinde propheticis dictis animam ipſam poſt priorem lapſum ad dei ſecundas inſcriptiones parantibus. Quę autē ad diuinū attinent cultū: etſi literis ſacris ꝓbētur: differendo tamē cōfirmat: nequaq̄ ſe arbitrari fabrorum manib⁹ deos effigiari: quia iniquū ſit quę per nequiſſimos quoſdam & ꝑditis moribus homines fabricētur: vt deos eē ducam⁹ cū ſæpe cōtingat, vt ad improborū quorundā
F nutū parētur. In ſequētibus vero id ipſum cū vellet cōmune philoſophis facere: vt non primū ſit a noſtris excogitatū: Heracliti dictum hūc in modū exponit. nō em̄ delirans qs pſuaſerit eis qui tēpla ingrediūtur: vt ad deos inanimatos accedant. Qua de re etiā dicendum erit: nil ſecus ac alii ſolēt: qui dū ad bonos mores inſtituūt: inſperſos eſſe humanis mētibus aſſerūt cogitatus: quorū inſtinctu Heraclit⁹: ſiue e gręcis, barbariſve ali⁹ quiſpiā: vt id confirmaret: pſenſerit. Nā & Perſas hoc ipm ſenſiſſe ait: & Herodotū inducit in ſua id hiſtoria enarrantē. Addemus & ipſi ſi lubet Zenonem quēpiam Cytięū: q in eo libro quē de re publica moderanda cōſcripſit: ſic inqt. Sacella autē ac tēpla cōſtruere nil erit neceſſe: ſacrum enim nihil eſt prorſus exiſtimandū: nec maioris qdē faciēdū: nec pro ſancto habendū: qđ ſtruxerint hoīes. Liquet igit̄ vl̄ de iſtiuſmodi dogmate & diſciplina: humanis in cordib⁹ diuinis ex ſcriptionibus exaratum ſat eſſe: & qbus ſit operibus incūbēdum. Proinde haudquaq̄ intelligo
G qua re impulſus inquiat Celſus dæmonū quorūdam appellatione & inuocationibus Chriſtianos videri res tantas moliri. Et vti videre videor: illud ſignificaturus hoc intulit: pinde acſi carminibus iſti / dæmones abigāt fugētꝗ. Sed aperte videt̄ Chriſtianā is calumniari doctrinā: quādoquidem nullis dæmonū inuoca-

tionibus: ſed Ieſu nomine nuncupato: & reb⁹ pronuntiatis quas ille optime geſſit: vti eſt hiſtoriæ proditũ: vim eã habere vident veri dei cultores: nimirũ qui vbi id egerit excedere ex hominibus dæmones cogunt: & tunc pcipue: cũ ex animi vero quodã affectu & integro quę dei ſunt proferunt. Eſt enim tãti momẽti Ieſu hoc nomen in dæmones inuocatum: vt ſi vl' p improbos nuncupetur: plurima peragat. Qđ edocens Ieſus ſic inquit: multi dicent mihi in die illa: in nomine tuo dęmones eiecim⁹: & virtutes operati ſumus. quod ſane dictum haud ſatis intelligo: ſciens ne an imprudens neglexerit Celſus. Arguit & in ſequẽtibus artis magicæ Ieſum: tanq̃ magicis quibuſdam præſtigiis faceret quæ feciſſe ſit viſus mirãda. Nam cum alios inquit Ieſus hic præuideret: q eiuſdem eſſent magicæ diſciplinæ cognitionẽ adepti: eadem illa quę ipſe faceret: quandoq; facturos: per iactantiamq; afferturos: vel dei ſe virtute hæc facere: a ſua republica hos plane eiecit. Et eũdem inſuper carpit q haudquaq̃ hos iure eiecerit: ſiquidem & ipe eiuſdem ſit criminis re⁹. Vnde & neceſſario illđ ſequi affirmat: ſi Ieſus hic non improbus ſit habendus qui talia factitet: nec alios eſſe idcirco nequitię noxã hanc ſubituros. Sed liquet ſane etſi minus coargui poſſe videntur quæ de Ieſu ſcribuntur: quemadmodum ille hæc geſſerit: quandoquidem conſtat & Chriſtianos: nullis carminum ſiue adinuentionibus, ſiue ſtudio: ſed in Ieſu dũtaxat hoc nomine: & dictis aliis p ſacra ſcriptione aſtruentibus fidem: miranda hæc facere. Verum quia Chriſtianum id dogma & ſub obſcurum Celſus & reconditum nũcupat: vel in hoc erit ipſe coarguẽdus: ſiquidem vniuerſo terrarum orbi: quod tenent Chriſtiani & pdicant: longe ſit notius: q̃ philoſophorum cõpoſita: vt cuiq; libitum eſt inſtituta. Quẽ em̃ latet integerrimam virginẽ Ieſum dominũ genuiſſe: qui & cruci ſuffixus ſit: & quod mltis: & vere creditum ẽ: in tertiũ diem ab inferis reſurrexit! Fuiſſeq; & iudiciũ illud futurum ita denũtiatum: vt allaturũ pro meritis ſit delinquentib⁹ pœnas: & dignaturum præmiis iuſtos! Qđ vtiq; reſurrectionis myſterium vbi cunctis innotuit: fama ac nomine: & cõcelebratur ſimul ab impiis & irridet. Quocirca aſtruere: & obſcurũ id dogmatis dicere: abſurdius eſt: eſſe autẽ quędã poſt exteriora & apparentia hæc: quę nequeant ad multos pertingere: non modo Chriſtianæ fuerit doctrinæ ppriũ: ſed philoſophię ſtudentiũ: vt apud quos dicta eſſent nonnulla: quæ in apertum edi fas eſſet: nonnulla vero vt arcana & minus vulgata:

A

B

quæ ſilentio premerentur. Erant & qui Pythagoram publice audirent docẽtem: & qui ſeorſum inſtruerentur: quæ digna nequaq̃ eſſent (vt dicere ipſe ſolebat) vt ad prophanas, & nõdum expiatas aures peruenirent. Cęterũ cum vniuerſa: ſiue apud Græcos, ſiue apud Barbaros, ſiue apud quoſuis hominum: quę p myſteriis & arcanis ducuntur: nil improbentur: fruſtra Celſus: vt fidei Chriſtianæ ignar⁹: hãc ipſam calumniatur & carpit. Videtur tamen cum his admodum conuenire: qui ſuo ſanguine aduſq; mortem teſtificati ſunt fidei veritatem: cum iquit: Neq; enim id dixerim oportere: qui dogma aliquod optimum teneat: vel ſi apud homines ſit vitæ periculum ſubiturus: vt ab eo deſciſcat: vel deſciuiſſe diſſimulet: vel vt inficias eat id optimum eẽ quod ante ſuſceperit: & improbando contemnat: & qui Chriſtianam ſapiant religionem: vt ſimulẽt hãc ſe nil penitus ſapere. & ſane affirmat haudquaq̃ eſſe in dogmate iam ſuſcepto diſſimulãdum: neq; id quidẽ vel deſerendum eſſe vel abnegandũ. Quocirca coarguendus eſt Celſus vanitatis & inconſtantiæ: vt q ſibimet deniq; aduerſetur: & temere permulta effundat: vt criminari nos queat: & ſui animi malignitatem explere: quandoqdẽ aliis eius ex ſcriptis deprehẽdatur Epicuręus eſſe. Nunc vero vt iuſtius videat Chriſtianã doctrinam calumniari: nil pr ſus quæ Epicurei ſunt profitet: quin ſimulans inquit: Enimuero melius quiddam q̃ terrena hæc ſint ineſſe homini dixerim: quod ſit deo ppinquius. Aitq; vniuerſos qui re hac probe valuerint: hoc eſt animo ipſo: hanc dei propinqtatem percupere: eũdemq; item & audire, & meminiſſe. Aduerte ergo quã aio pferat falſitatem: cum enim dixerit ſupra neceſſarium fore: vt qui optimum aliquod teneat dogma: vl' ſi vitæ diſcrimen: huius ſit gratia aditur⁹: ab eo nunq̃ deſciſcat: nec defectionis ſimulationẽ quoq̃ pacto ptendat: nec plane deneget quod ſemel admiſerit: nunc in cõtraria & ſibimet aduerſantia aperte prolabit. Nõ em̃ neſcius erat ſi ſe Epicurẽũ fateretur: fore vt ſuis dictis nil faceret fidẽ: quib⁹ eos incuſat q aliquam induxerint puidentiã: & rebus hiſce deũ pfecerint moderãdis. Enimuero duos quoſdam accepimus fuiſſe id Celſi nomen ſortitos: alterum & priorẽ Neronis temporibus: alterũ Adriani: q & poſterior fuit: & in Chriſtianã religionẽ inuectus eſt. Is itaq; Celſus eos hortatur q & rationẽ ſectãtur: & ducẽ nil rationis expertem: vt dogmata ipſa ſuſcipiãt: perinde longe fallatur qui his nõ aſſenſerit. Et qui ſecundũ ſe temere credunt: Mynargytarũ ſimillimos facit:

C

D

&aliorum quorũdam portẽta interp̃tãtium:
Myrtarũq; & Sabadiorum:vel cæterorũ quoſ
cunq; dixeris vatum:ſiue hecates:ſiue dei alte
rius ſacerdotis: ſiue quorũuis hominum qui
E dæmonũ ſimulachra prætulerint. Et quemad
modũ inquit ex his qui perditiſſimi ſunt: vbi
ſimpliciores quoſdam inuaſerint:quo libitum
fuerit traducunt:ita & inter Chriſtianos falla
ces ſunt quidã:qui alios ducẽt. Alii vero qui
eorũ quę credunt,nec reddita ratione,neq; ac=
cepta vſurpatũ id habeãt:nihil perquiras: ſed
dũtaxat credito: ſic tua te ſaluũ factura eſt fi=
des. Nec ſec⁹ & his illud in promptu fuerit:vt
prædicent:humanam hanc ſapientiã pro no=
xia eſſe habendam: & pro bona frugiq; ſtulti=
tiam. Ad quod reſpõdendũ:ſi enim omnes:re=
bus vniuerſis relictis quæ ſunt in vita:ſapien=
tiæ demũ ſtuderent:haudquaq̃ ad eam aliud
id præter:iter ſequẽdum his eſſet. Inuenietur
nãq; in Chriſtiana religione nõ minor certe q̃
in philoſophia (vt bona venia dixerim) eorũ
quæ credimus:perſcrutatio:quippe cũ copio=
ſior ſit in prophetis ænigmatum & recondito
rum dictoꝝ narratio:& in euangeliis parabo=
larum & ſimilitudinũ:rerũq; aliarum: quæ in
numeræ ſunt:ſub figuris & pronuntiatę & ge
ſtæ: commemoratio. Q̃ ſi fieri non poteſt:vt
omnes mortales, cæterarũ rerum cura omiſſa
ad philoſophandũ ſe conferant: cum ob vitæ
neceſſitates:tũ quia & fragiles ſint & perpau=
ci admodum philoſophiã attigerit: qđ aliud
iter poterit: vel breuius,vel rectius inueniri:
vt prodeſſe multis poſſim⁹:q̃ illud eſt quod Ie
ſus gentilib⁹,& tradidit,& demõſtrauit? Quę
rop̃terea de hac tãta credentiũ multitudine:
qui multiplicem adeo & abũdãtiorem nequi=
tiam:in qua prius volutabantur:depoſuerũt:
vtrum ne his magis conduxerit:quia nulla in
ueſtigata ratiõe:credẽdo repreſſi a vitiis ſint:
& caſtigatis morib⁹ redditi: & ob p̃ſumptam
credulitatem qua ſperent & luituros ſuppli=
cia peccatores: & honore afficiendos qui bo=
nis operibus inſudarunt: & hũc in modũ pro=
fecerint plurimum:an futurũ non antea ſit:vt
vel tenui cũ fide hi immutentur: q̃ ad conqui=
rendas ſe rationes cõtulerint? Liquet nimirũ
vniuerſos:pręter paucos quoſdã:non aliunde
maiora commoda accepturos:q̃ ex ſimplici q̃=
dam credulitate acceperint:ſed permanſuros
in prauis priſtinæ vitæ actionibus ſi ſimplici=
F tate hac careant. Siquid igitur ad id confirmã
dum maxime valet:ob eius clementiam Chri=
ſtum non ſine diuini numinis inſtinctu & vo=
luntate:ad hanc mortalium vitam migraſſe:
vel credulitas hæc aſſertionibus cæteris erit

annumerãda:& repens illa hominũ vitæ imu
tatio. non eñ pius vir aliquis eum qui corpori
bus medeatur:& pleroſq; mortaliũ morbo af=
fectos ad optimã redegerit valitudinem: ſine
deo exiſtimabit ad ciuitates & nationes ſe con
tuliſſe. Nihil eñ cõſtat non diuinitus fieri:qđ
vtile eſſe inter homines videatur. Si itaq; qui
multorũ corporibus ſanitatẽ medendo pepe=
rerit:vel ad meliorẽ hæc deduxerit valitudi=
nẽ:haudquaq̃ id ſine diuino iſtinctu feciſſe vi=
debitur:quantomagis q plurimorum animas
curat,& ad meliora traducit:& ex deo q omni
bus præeſt vt pendeãt facit:edocetq;:ad ei⁹ vo
luntatem quęcũq; geſſerint,vt referant homi
nes:declinentq; vel minima quęq; q̃ illum fa=
ctis dictiſve & cogitatione offendunt:non niſi
ſumma cum ratione & numine quodã diuino
omnia facere exiſtimandus eſt? Ad illud vero G
q quæ fidei ſunt:vulgatiora fecerint Chriſtia
ni:id erit dicendũ:nos quidẽ hanc fidem ſuſci
pientes vt multis perutilem:eam fatemur ad
ſui credulitatem vel multa conquiſita ratione
illos inſtruere:qui relinquere omnia nequeũt:
nec ſequi ſcrutãdo verbi myſterium poſſunt:
illi autem:& ſi minus id fateantur: re tamẽ &
opere exequuntur. Quis enim qui aliorũ hor
tatu ad philoſophię ſe ſtudia contulit:& in ali
quam philoſophorum ſectam ingeſſit:cui⁹ for
te nactus ſit præceptorem: aliter ad eam acceſ
ſerit:niſi hãc ipſam exiſtimet optimã eẽ? nõ eñ
philoſophorum omnium:vt qſq; ſentiret ex=
pectauit audire hic rationes:nec iſtorum con
futatis ſententiis:illorum vero aſſertis:Plato=
nicum ſe:vel Peripateticum:vel Epicuræum
eſſe potius duxit:vel alterius cuiuſuis philo=
ſophantium hæreſis ſectatorem:ſed irrationa
bili impetu quodam & repentino: vt animus
tulit:etſi minus forte id velit fateri:ad earum
rerum exercitationẽ deuenit:quas Stoici (vt
ita dixerim) probant:relictis cęteris:vel Plato
nicis dictis:haud ſec⁹ fortaſſe ac aliis abiectio=
ribus:paruifactis:vel Peripateticos iſte ſecta=
bitur:vt quos humaniores exiſtimet:credatq;
de humanis hiſce & p̃ſentibus bonis:benigni⁹
longe q̃ cæterorum aſſolent:vel ſectæ differe=
re:vel p alios tradita improbare. Et primo qđẽ
obiectu nõnulli:cũ de p̃uidẽtia:& probis pra=
uiſq; rebus:q̃ terris iſunt:ſermo habet:prom=
ptius forte q̃ conſideratius:nullã eẽ oĩno pro=
uidentiã aſſentiantur:Epicuriq; & Celſi dicta H
magis p̃bauerint. Si igit cuidã vni ex his cre=
dẽdũ eſt:vt verbis eſt p̃ſuaſum:q ſiue iter græ
cos,ſiue iter Barbaros extitere hæreſum idu=
ctores:cur nõ potius deo fides p̃ſtanda eſt:q &
cũctis p̃ſidet rebus,& inſtruit:præter ſe nihil

colendum eſſe:cætera vero ſiue vt non exiſten
tia:ſiue vt eſſe tantũ habentia; eoq; & honore:
nil tamẽ veneratione & cultu digna:parui eſſe
ducenda. Quæ vtiq; cuiuſmodi ſint non mo
do fidelis quiſpiam:& verę religionis ſectator:
verum & qui ratione res contempletur argumẽ
tis oſtendet: multa inueſtigatione excogitatis
vt ſe quæq; ſubierint. Verum quo pacto non
æquius fuerit deo ipſi maiorem longe fidẽ prę
bere:q̃ cæteris rebus humanis:quæ ex creduli
tate aliqua pendent? Quis eñ vel nauigat: vel
ducit vxorẽ:vel liberis procreandis incũbit:vl'
ſemen in terrã iacit: quin ſperet in melius ſibi
omnia obuentura? cũ fieri etiã poſſit vt ſpem
præter:hæc fiant & ſubſequantur:vt ſępe alias
contigit. Fides tamen meliores ſemper & ad vo
ta res ſucceſſuras:nihil diffidens:aggredi au
dẽtius facit:quæ & incertiora ſunt:& poſſunt
aliter ac creditum eſt euenire. Si itaq; in omni
ſubdubia actione:quo tandem ſit res euaſura:
vitam hanc oẽm ſpes cõtinet:& de futuris po
tior fides:cur non appetentius & iure optimo
hanc ille ſuſceperit qui deo credit:q̃ hi qui vel
maria nauigando emetiunt:vel terrã ſcrunt:
vel vxores traducunt:vel liberis operam dãt:
vel huiuſmodi cætera quę in humanis ſunt fa
ctitant? pręſertim cum deus ipſe hæc vniuerſa
condiderit:& excellenti quadam animi magni
tudine:diuinaq; ac ſumma ſapientia ſit aggreſ
ſus:eius doctrinam:mortalib⁹ cunctis qui vbi
q; terrarũ ſunt:patefacere: tametſi ingenti cũ
periculo & morte demũ:quæ ꝑ turpi & igno
minioſa ſit habita. Et hęc quidem hominũ per
peſſus eſt gratia. Quinetiam & eos inſtruxit q
a principio in ſe credidiſſent:vt eius diſciplinę
miniſterium exhiberent:& omni cum diſcri
mine & mortis expectatione imminentis; pro
humani generis ſalute terras oẽs peruaderẽt.
A Ait præterea Celſus. Si eñ his iſti reſpondere
mihi non vt ſe periclitãti voluerint:quippe cũ
nihil me fugiat:ſed vt oĩbus æque proſpiciẽti
bene habet:ſin vero haudquaq̃ id animo ſedet:
quin illud vt ſolent protulerint:nihil inquiras
& huiuſmodi alia:erit profecto neceſſe vel eos
qualia ſint quæ afferunt edocere: & vndenam
illa defluxerint:ſic deinceps & quæ aſtruunt
reliqua demonſtrare. Atqui cum iactet Celſus
nihil ſe fugere:& noſſe ſe cuncta: inſolẽtiſſimã
dixerim eſſe hominis huius audaciam: nam ſi
prophetas præcipue perlegiſſet: certioribus q
dem & indubitatis refertos ęnigmatibus:& di
ctis aliis:pleriſq; mortalium ſubobſcuris: & in
euangeliorum parabolas incidiſſet: & cætera
tam legis q̃ Iudaicæ hiſtorię ſcripta:& apoſto
lorum voces audiſſet:placideq; his cunctis per
lectis:dictionũ capere ſignificantiam voluiſſet
& ſenſa:nequaq̃ ad id temeritatis & audaciæ
deueniſſet:nec noſſe omnia ſe intuliſſet:quem
admodũ neq; nos ipſi qui in his verſamur aſſi
duo vſurpare illud auderemus:nihil nos prę
terire. Eſt nãq; veritas peramica:non enim no
ſtrum dixerit quiſpiã:nihil me latet quod ſen
tiat Epicurus:nec plane fatebitur ſe oĩa ſcire q̃
Plato:quandoquidem permagnum ſit hos in
ter:diſcrimen & altercatio:qui iſtorum opinio
nes decernũt. Quis enim fuerit tam audax qui
rerũ omniũ ſe habere cognitionem aſtruxerit:
quas vel Stoici fateãtur:vel peripatetici philo
ſophentur? Ni forte hanc tantam cognitionis
iactantiã a præceptoribus nonnullis imperitis
quidem & deſipientibus Celſus acceperit: qui
ſuam nil ſentiunt imperitiã:et plane exiſtimet
tantorũ inſtructorum authoritate vſus:nil ſibi
eſſe incognitum. Mihi vero haud ſecus hoc lo B
co Celſus videtur egiſſe:ac ſolet quiſpiam:qui
poſtq̃ in Aegyptũ ſe cõtulit:vbi et ſapientes il
li Aegyptii pro eorũ patriis et domeſticis lite
ris:de diuinis q̃multa ediſſerant:quæ apud ſe
lege ſunt inſtituta:et item nonnulli literarum
ignari ſola auditione acceperint quæ fabuloſa
ſunt et inania:et quorum rationẽ ignorẽt:pro
ſumma gloria duxerit:q; cũ imperitis et omiſ
ſis peritioribus ſit diu verſatus:a quibus et ar
bitretur Aegyptiorũ ſeſe inſtituta et ritus per
didiciſſe:et eorũ noſſe myſteria:cum ad ſacer
dotum neminem ſe applicaſſet:nec a peritiore
quoq̃ Aegyptio:arcana illa didicerit. Quod au
tẽ de Aegyptiis dixi ſapiẽtib⁹ et imperitis; po
teſt et in Perſis ipſis ſpectari:apud quos et deo
rum ſacrificia ſunt et myſteria: ratione quadã
per eos ſuo more denuntiata:qui et eloquentio
res ſunt et edocti: et illa quidem per hominũ
turbam et infinitos quoſq; et ſordidos:vti his
traditum eſt:procurantur. Nec ſecus et de Sy
ris dicendum fuerit et Indis:cęteriſq;:qui et fa
bellis nituntur et literis. Sed cum illud Celſus C
adiecerit:perinde a Chriſtianorũ pleriſq; vſur
patum:malam eſſe in vita ſapientiam; bonam
vero ſtultitiam:dicẽdũ cauillari eum id dictũ
quippe qui nihil exprimat quę Paulus dixerit
hunc ſe in modum habentia. Siquis videtur ſa
piens eſſe inter vos in hoc mundo:ſtultus fiat:
vt ſapiens efficiatur. Sapientia enim huius ſę
culi apud deum ſtultitia eſt. Ait ergo apoſto
lus; non ſimpliciter ſapiẽtiam eſſe apud deum
ſtultitiam:ſed huius ſęculi ſapientiam. Et rur
ſum; nõ ſiquis videt ſapiens eſſe inter vos ſim
pliciter inquit ſtultus fiat; ſed in hoc mundo
hanc ſtultitiam ſubeat:vt ſapiens fiat. Sapiẽti
ãm igitur mundi huius eam eſſe fatemur: quę

vt diuinæ literæ volunt: inanem reddit omnẽ philoſophiã: falſa præcipue ſentientem. Stultitiam præterea bonam nec temere dicimus: ſed tunc maxime vtilem nuncupamus: cum quiſpiam eam ſuſceperit vt in mundo ſit ſtultior: quemadmodũ & Platonicum ipſi aliquem: qui animas credat immortales futuras: & redituras quandoq̧ ad corpora: aſſerimus quo ad Stoicos inſanire: q̄ Platonicorũ vituperent & cauillent opinionẽ: vel vt Peripatetici tenent qui Platonis diuulgent deliramenta: vel quo ad Epicuræos impietatis coarguentes: q̄ diuinam induxerint prouidentiã: & deum cunctis
D prȩfecerint. Accedit etiam: q̄ pro verbi hoc eſt Chriſti voluntate longe præſtiterit cũ ratione & ſapiẽtia veris dogmatibus aſſentiri: q̃ tenui aliqua credulitate. Et id quidem placuit verbo vt non ſine diſcrimine fieret: ne inutiles prorſus dimitteret hoĩes. qđ vtiq̧ coniunctiſſimus Ieſu diſcipulus Paulus inquiẽs patefacit. Poſt q̃ em̃ ĩ ſapiẽtia dei nõ cognouit mũdus p ſapiẽtiam deum: placuit deo p ſtultitiã prædicationis ſaluare credentes. Liquet igitur ex his neceſſariũ fuiſſe omnino: vt in dei ſapiẽtia dei haberetur cognitio: & cum id nequaq̃ ſit hoc mõ effectũ: ſecundo iam deo eſt placitũ ſalutẽ impartiri credẽtibus: nõ ſimplici quadã ſtultitia ſed ea duntaxat: quæ in prædicando conſtaret hinc em̃ Chriſti Ieſu & crucifixi præconiũ: pro prædicationis habetur ſtultitia: quemadmodum idipſum ſentiens Paulus inquit. Nos autem prædicamus Ieſum Chriſtũ crucifixũ: Iudȩis quidẽ ſcandalũ: gentibus autẽ ſtultitiam. Ipſis autẽ q vocati ſunt Iudæis & Grȩcis: Chri
E ſtum dei virtutẽ: & dei ſapientiam. Enimuero cum gentium pleraſq̧ cognatione & ſanguine coniunctas exiſtimet Celſus: eiuſdem cõditionis & ſortis nationes eſſe oĩs affirmat: vt quȩ vni eidẽq̧ dogmati principiũ dederint: haud quaq̃ intelligo cur ſolos Iudæos calumnietur iſtorũ gentẽ nihil annumerans cæteris: ſiue q̄ laborẽ cum illis vna quãdoq̧ inſumpſerint: & ſenſerint eadem: ſiue quia in multis ſimilia ſanxerint. Iure igitur quæri ab eo poteſt: cur vel barbaris vel Græcis hiſtoriis fidem hic præſtitit eorum quos meminit antiquitates narrantibus: Iudaicæ duntaxat gentis hiſtoriam pro falſa & cõmentitia ducat? Si enim hiſtorici oẽs rerum apud ſuos geſtarum veritatẽ memoriæ prodiderunt: cur ſolis Iudȩorũ prophetis diffidim⁹? Q̄ſi tam Moyſes: q̃ prophetæ permulta quȩ apud ſe acta ſunt & ſuis temporibus geſta: grate admodũ conſcripſere: cur non idipſum de cȩteris gentium ſcriptorib⁹ ipſi fatebimur? Nũ Aegyptii ſi Iudæos in ſuis hiſtoriis carpſerint: cũ fide ſcripſiſſe de Iudæis credendi ſunt? Iudȩi vero cũ de Aegyptiis eadem ſcripſerint: ſeſeq̧ item ab his mala permulta iniuſtius fuiſſe perpeſſos: eoq̧ & deum affirment illos ſuppliciis affeciſſe: pro mendacibus erunt & vanis habendi? Nec de Aegyptiis ſolum dicendũ id fuerit: quin & Syros cõperiemus cũ Iudæis conſeruiſſe manus: & bella geſſiſſe: & eſſe hæc quidem in antiquis Syrorũ annalibus hiſtoriȩ demandata: nec ſecus & Iudæorum ſcriptores hoſtes ſibi fuiſſe Syros conſcribunt: ne anticipando videar dicere: quod & ꝓphetæ prædixerint. Aduerte itaq̧ vt ſuæ gentis raptus amore Celſus gentilibus quidẽ nõnullis vt ſapientibus credat: Iudæos vero cõdẽnet & aſpernatur: vt prorſus inſanos. Verũ quid ipſe inquiat audi. Priſcum eſt ſane & vetus dictũ: quod gẽ F tes ſapientiſſimȩ & ciuitates: & viri prudentiores vſurpatum habuere. Nec quidẽ libuit gentem ſapientiſſimam: vel Aegyptiis ſaltem & Syriis: vl'Indis: Perſiſq̧: Odryſis: & Samothracibus: vel Eleuſinis ſimilem: nuncupare Iudæos. Sed quãto melior Celſo: vt qui in multis ſeſe virum eſſe conſyderatiſſimũ prætulit: & cõplura dogmata inueſtigando expendit: collegitq̧ a pleriſq̧ quæ certiora & vera duxit: Pythagoreus ille Numenius: cum in primo libro quem de bono conſcripſit: gentiũ faceret mentionem: & de deo vt incorporeo permulta complexus eſſet: inter gentes ipſas & Iudæos connumerauit: nec ſane pertȩſum eſt in eius ſcriptis: vel dictis propheticis vti: & figuras inducere. Ferunt etiam: & pro indubitato affirmãt Erippum quempiam in primo de legum latoribus libro: memoriæ ꝓdidiſſe Pythagoram illũ ſuam philoſophiã a Iudæis acceptã/ tranſtuliſſe ad Græcos: & Ecathæi cuiuſdã hiſtorici de Iudȩis extare librum: in quo & illud adiecerit: ſapientia tantopere Iudæorũ gentem præſtare vt vel Herenius Philon in eo opere qđ de Iudȩis conſcripſit: primo ambigat: vtrum Ecathȩi hiſtorici illud ſit opus nec ne: ſecundo ſi Ecathæi ſit: inquiat: non vtiq̧ iniquũ eſſe exiſtimare: captum hunc Iudæorũ fuiſſe qua plurimũ valent perſuaſione: & ita in hæc deſcendiſſe: vt huiuſmodi de Iudæis aſſereret. Miror autẽ quo pacto Odryſas quoſdã & Samothracas & Eleuſinos & Hyperboreos illos inter antiquiſſimas & ſapientiſſimas nationes Celſus adnumerauerit: Iudȩos vero neq̧ inter ſapiẽtes: neq̧ inter priſcos illos & antiquiores duxerit admittendos: cum pleraq̧ de eorum antiquitate: cum apud Aegyptios: tum apud Phœnices: & Græcos: ſcripta paſſim ferantur veterem Iudæorũ progeniẽ teſtificãtia: quæ ipſe ſuperua

caneum duxi producere:cũ voléti cuiq̃ liceat quæ Flauius Ioſephus de Iudæorum antiqui-
A tate conſcripſit:perlegere.Is eñ multos indu-cit ſcriptores qui vetuſtiſſimos eſſe Iudæos te-ſtificent. Extat & iunioris Tatiani oratio apd̃ Grecos etiã habita:in qua ſcite admodũ & abũ de hiſtorici omnes explicant:qui de Iudeorum & Moyſi antiquitate conſcripſerint. Apparet igitur nõ veritatis gratia enarrandæ:ſed inſe-ctandi ſtudio & maliuolentia Celſum hec effu diſſe:quippe cui animo ſit Chriſtianæ religio-nis a Iudæis pendẽtis principia criminari:alio quin Homeri galactophagos:hoc ẽ lactis come ſtores:& galatarum dryadas:Getaſq̃ ſapiẽtiſ ſimas & vetuſtiſſimas aſſerit nationes de his affatim ſcripſiſſe qui Iudaicam linguã propin quitate contingerent:quorũ ſcripta an aliqua extent:haudquaq̃ compertum ſat habeo:Iude os autem duntaxat:quantum in eo eſt:& anti-quitate hac ex ſapiẽtia eiicit.Rurſum & viros enumerans priſcos & ſapientes:qui ſuorũ tem porum hoĩes adiuuiſſent:& ſuis ſcriptis poſte ris profuere:Moyſem e numero detrahit ſapiẽ tum:& Linum quidẽ quẽ multis præpoſuit:ſa pientẽ iam dixit:cuius tamen nec leges extant nec dicta que poſſint gentes vel ad meliora tra ducere vl' iuuare:cum Moyſi leges oĩs natio fe rat per orbem terrarum paſſim diſſeminatas. Vide igitur vt aperte malignitate quadam & odio:e ſapientũ catalogo eiecerit Moyſem:Li-num vero & Orpheũ & Pherecidẽ:Perſemq̃ il lum Zooaſtrem & Pythagoram de his ſapien-tibus dicat mentionẽ feciſſe libriſq̃ demãdaſſe ſuam et dogmata:& ad id temporis illa ſeruari. Et volens quidẽ oblitus eſt fabulæ quæ per Or pheum de his cõmenta deſcribitur:qui dii cre duntur: & humana perpeſſi ſint.In ſubſequen tibus vero cũ per Moyſem ſcriptã culpet hiſto riam:& eos coarguit qui ſub figuris ſunt & al-
B legoria illam interpretati.Sed poterit quis ſtre nuiſſimum iſtum:hunc in modũ affari:qui ei⁹ librũ veridici ſermonis titulo adnotarit.Heus tu:deos ne hoſce gloriæ duxeris:qui in tot tan taſq̃ ſint prolapſi calamitates:quãtas & poetæ tui deſcribunt & ſapientes:vt & venereo coitu impio quidem ſint & nefario vſi: & aduerſus parentes duxarint exercitus:eorũq̃ vel pudẽ da præciderint!Deinde iactas & fuiſſe illos hu iuſmodi auſos:ac tanta perpeſſos:& hæc demũ eſſe de diis tuis memorie prodita:cum Moyſes ipſe de vero deo:deq̃ eius ſanctiſſimis angelis haudquaq̃ iſtiuſmodi ſcripſerit:nec de ipſis q̃-dem mortalibus tam ſceleſta literis demanda-rit.Non enim apud hũc facere quiſq̃ auſus eſt: que aduerſus Vranũ Saturnus:nec q̃ in patrẽ Iuppiter:nec quiſpiã:vt idem ille pater homi-num deorũq̃:gnatam compreſſit:errare tamẽ exiſtimas:& circũuentos eſſe qui a Moyſe hoc leges acceperint. Verũ mihi haud ſecus facere C Celſus videtur:ac Traſimachus ille Platonic⁹ qui nil prorſus Socrati permittebat de iuſtitia differenti:pro voluntate & arbitrio reſponde-re:ſed interpellans:caue(inquit)quod vtile ẽ: ne iuſtum dixeris:neq̃ qd̃ neceſſarium & hu-iuſmodi aliqd:equitatẽ appelles.Is nanq̃ cum Moyſi hiſtorias pro ei⁹ opinione redarguiſſet & illarum incuſaſſet interpretes:quorum vbi nonnullas laudes attigiſſet:& benignitatẽ col laudaſſet:coercet mox eos qui poſſent pro cu-iuſq̃ rei natura reſpondere:ne dicant quæ ſen tiunt.At ipſi vt ꝓuocati dicturi ſumus:libros eſſe cum libris cõferendos. Sed heus tu:Lini & Muſei Orpheiq̃ opera & Pherecidis ſcripta ꝓ ducito:& cum Moyſi lege collata examinato: cum hiſtoriiſq̃ cõferto hiſtorias:& moralia di cta cum legibus & mandatis:et vide vtra po-tius horũ ad ſe cõuertere poterũt auditores:et ab aliorũ inſtitutis auertere:vel vitiis coerce-re.Et cognoſce tandẽ tuorũ authorum ordinẽ nõ magnam poſteritatis rationẽ habuiſſe:que ſua eſſet opera perlectura:ſed de philoſophia il lis dũtaxat ſcripſiſſe qui ſub figuris poſſent et allegoriis illam interpretari. At Moyſes ſuis quinq̃ in libris haud ſecus ſe geſſit:ac ſtrenu⁹ ſolet orator:qui dicendi figuram aliquam me ditat⁹ et modum:accuratius verba pronũtiet quæ in vtrumuis ſenſum vergant. Siquidem neq̃ Iudeorum multitudini inſtitute iam legi bus iacturæ cauſam præbet:cũ de moralitate ediſſerit:neq̃ eos quidẽ offendit q̃ etſi ꝑpauci ſunt:prudenter tamẽ eius poſſunt ſcripta per legere.Nam illis quidẽ qui eius quiuerint vo-luntatẽ et ſenſa ſcrutari:profundiorẽ et alte re conditã ſcripturã nil aperit. Accedit etiam q̃ tuorũ ſapientiũ authoꝝ nec libri quidem ad id tẽpus ſeruent:qui ſeruari haud dubie poterãt ſi lectores aliqd inde ſenſiſſent vtilitatis ſe de-niq̃ accepturos.Moyſi vero ſcripta q̃plurimos mouerũt:qui vel maxime eſſent a Iudæorũ cõ ſuetudine et moribus alieni:et ita:vt plane cre derent:queadmodũ ille ſcribẽdo ꝓmitteret:de um fuiſſe q̃ mundũ cõſtruxerit:per quẽ primũ eius vel ſcripta ſancita ſint.Decebat enim hũc orbis terrarũ fabricatorẽ:et qui vniuerſo mũ-do leges dediſſet:dictis ſuis eam vim indere:vt tenere oĩa ac vincere quæ vbiq̃ terrarum ſunt poſſent.Et hec equidẽ dixerim: nondũ aliquid de Ieſu conquirẽdo ediſſerens:ſed vt Moyſem arguã:qui Ieſu fuit longe inferior: tuis fuiſſe (vt dicendo aperiemus) ſapientibus et poetis

philoſophiſq; longo interuallo præſtantiorē.
D Poſthæc Celſus cum latenter velit aſſertam p Moyſem mundi improbare creationem: demõſtrantē ad ſua tempora: nondum ad annos mille mundũ accedere: quid ipſe ſentiat occultando, in eorum cõcedit opinionē: qui mundũ increatum affirmant. Cum em̃ in quouis ſęculo inquit multa ſint facta incendia: ſoliſq; & lunæ defectiones pleræq; contigerint: quorum omniũ nuperrimũ ſit Deucalionis diluuiũ: recens effectum: liquido eis: qui ſe audire prudẽtius quiuerint: patefacit: iuxta ſe mũdum nullum habuiſſe principiũ: nec aliquãdo cœpiſſe. Reſpondeat ergo Chriſtianæ fidei calumniator: quibuſnam argumentis vel rationibus admittere cogitur tam ſæpe conflagraſſe mundũ vel aquis hunc inundaſſe: & omnium eſſe recẽtiſſimum Deucalionis ætate diluuiũ: & Phaetontis tempore conflagrationem. Q; ſi Platonis de huiuſmodi re differentis proponat dialogos: reſpondebimus licere & nobis Moyſi tã pii & integerrimi animi viri: omne quod ortũ eſt ſuperantis: applicantiſq; ſe cunctarũ rerum opifici: nimirum in quo & ſpiritus ſanctus diuerſaret: fidem præſtare: q longe q̃ Plato clari⁹ ſeu cæteri qui ſiue apud barbaros: ſiue apd̃ gręcos ſapientes habentur: quę dei ſunt patefacit. Enimuero ſi iſtiuſmodi fidei rationem a nobis exigit Celſus: reddat ipẽ hanc prior: de his quę nullis certioribus argumentis pręfinit: hoc demum pacto & nos forſitan ſumus rem ſe ita habere confirmaturi. Inuitus tamen in id incidit Celſus: vt mundum teſtificaretur ſecundum Moyſem nuperrimum eſſe: & nondũ ad milleſimum annũ accedere: cum Græcos aſſerat cũcta hæc dicere vetuſtiora iam eſſe partim diluuii gratia tam frequentis: partim incendii: quę vtiq; illi neq; ſpectarunt: nec memorię prodiderunt.
E Sint autem Celſo tam crebrę & fabuloſæ flagrantiæ: & falſarũ inundationũ inſtructores: ad eius opinionē ſapiẽtiſſimi illi Aegyptii: quorũ ſapientiam arguunt irrationabilia quędã & bruta animantia: quibus & diuinum deferũt cultum & venerant̃: & vſurpati apud eos ſermones: aſtruentes iuſtiorẽ eſſe & reconditum ac myſticum dei hũc cultũ. Et ſane vel Aegyptii ipſi idcirco ſunt apud hũc ſapientes quia cũ de animantibus differunt: & ſermonibus illa extollunt: iactitando theologiã videntur inducere: qui aũt & Iudæorũ ſit legi aſſenſus: & leges optimas tulerit: & deo cuncta ſolũ aſcribat: vt qui ſit vniuerſa molitus: inferior haud dubie Celſo & ei⁹ ſimillimis vel alio quouis videtur: qui non modo in animalia quædã rationabilia & morti obnoxia: verum & in rationis expertia diuinitatem traduxerit: ad fabuloſumq; ad corpora reditũ: quod de anima Pythagorici ferunt: quæ vbi per cœli conuexa delabitur: & in brutorũ vſq; animantiũ corpora ſiue domeſtica ſint illa & manſueta: ſiue immania quædã & efferatiora: deſcendat. Quinetiam ſi vel Aegyptii ipſi fabellas confingant: creduntur per ænigmata quædã & eorum arcana philoſophari. Moyſes vero: etſi cunctis nationibus conſcripſit hiſtorias: vel leges reliquit: eius tamen dicta pro vanis habentur: & cõmẽticiis fabulis: nec poſſe allegoriam vllam ſuſcipere exiſtimãtur huius ſermones, id quippe et Celſo videt̃ et Epicureis. Ait præterea ſe F
accepiſſe apud gentes illas ſapientes et circunſpectas eſſe vulgatũ: Moyſem illum dæmonis fuiſſe nomen ſortitum. Ad qd̃ (vt illi vel id cõcedatur: Moyſem antiquius aliquod nomen ſibi inditum accepiſſe: idq; ad Iudęos deniq; trãſmiſiſſe) dicẽdum erit: ꝙ ſi falſam potius q̃ prudenter aut honeſte pronuntiatam appellationem hic audiuit: auditamq; tranſmiſit ad ſubditos: crimini eſt ꝑfecto obnoxius: ſi vero (vt ipſe affirmas) et ſapientib⁹ eſt et veris dogmatibus ille aſſenſus: et his quidẽ ſuos hoĩes erudiuit: quidnam egit: vt merito ſit incuſandus? Sed vtinam et Epicurus: et Ariſtoteles: idcirco Epicuro inferior: quia fuit in diuinã prouidentiam impius: et Stoici deum eſſe corporeum aſſerentes: Moyſi huius dicta exaudiſſent: ne mũdus ſermonibus repleretur prouidentiam ipſam negantibus: vel prorſus demẽtib⁹: vel principium inducentibus corruptibile: atq; corporeum: quia Stoicis deus corporeus ſit: nihil verentibus eundem mutabilem dicere: inconſtãtiæq; et volubilitatis arguere: vt qui plane corrumpi poſſit: ſi habeat corruptorem: in eoq; felicem eſſe: nec pati corruptionem: quia nihil ſit quod eum corrumpat. At Iudęorum Chriſtianorumq; diſciplina: quę dum illud tuetur: nec mutabilem eſſe nec volubilem deum: prophana et impia exiſtimatur: quãdoquidem ad impietatem nil his aſſentitur qui impia ſentiunt. Illud nanq; pronuntiat: tu autem idem ipſe es. quinetiã et deus illud dixiſſe creditur. Nõ immutor. Nihil deniq; pudendorũ circunciſionẽ G
quæ per Iudæos fit: improbãs Celſus: ab Aegyptiis inquit illam duxiſſe ortũ: Aegyptiis potius q̃ Moyſi credens dicenti: fuiſſe Abraham primum omnium circunciſum: cuius Abrahę nomen non modo Moyſes ſcribit: cum deo illũ facit familiarẽ: ſed pleriq; dæmones ipſos carminib⁹ adiurantiũ. nam Abraham deum pronuntiant: et hoc dicto vtuntur: cuius nominis appellatione dei ſibi conciliant ęquitatem.

Et idcirco Abraham deũ apud Iudęos dictum
vſurpant: ignari tamẽ quis ille ſit Abrahã. De
Iſaac haud ſecus Iacobq́ & Iſraele dicẽdũ: quę
cũ haud dubie Hebręorꝫ ſint noĩa: ex his tamẽ
fatentur multis in locis Aegyptii: vim quãdã
eſſe ſuis diſciplinis inſperſam. Quæ aũt de cir-
cunciſione dicunt: ꝙ ab Abraham initiũ ſum-
pſerit: & a Ieſu poſtmodum ſit interdicta: cum
nollet eius diſcipulus ipſum id facere: id eſt cir
cuncidi: haudquaq̃ eſt in pręſentia nobis ꝓpo-
ſitũ interpretari. Non eñ vt id doceamus præ
ſens tẽpus depoſcit: ſed potius vt cõtẽdamus
Celſi contra Iudæorũ doctrinã illatas crimina
tiones euertere: exiſtimantis protinus ſe Chri
ſtianã religionem falſam & cõmentitiã reddi-
turũ: ſi eius primordia quę Iudæorũ dictis ni-
tuntur: falſa eſſe criminãdo coarguat. Ait præ
terea Celſus: Hi quidem qui veſtrũ ſunt Moy
ſem ducem ſecuti: paſtores fuere: & ruſticanis
fallaciis foti & circũuenti, deũ eſſe vnicũ puta
uerunt. Age ergo oſtendat iſte quo pacto agre
ſtibus illis ad eius opinionem temere a deorũ
cultu deficientibus: poterit tãta multitudine
ſiue apud Græcos: ſiue apud Barbaros credi-
tos deos: ſtatuere: & confirmare. Demonſtret
inquam quas genitas ferunt ex Ioue: & Memo
ria muſas: vel parcas ex Themide: vel gratias
perpetuo nudas aliquo modo ſubſiſtere. Sed ne
quaq̃ poterit Græcorum figmenta: quibus: vt
carentibus anima: videntur eſſe corpora attri
buta: ex rebꝰ ipſis deos eſſe arguere. Cur enim
potius Gręcorꝫ de diis fuerint fabulę certiores
q̃ (vt ita dixerim) Aegyptiorũ: q prorſus pro
eorũ patrio ſermone ignorent: Memoriã hanc:
nouem eſſe muſarum matrem: vel Themidem
illam parcarũ: neq́ Eurynomẽ ex gratiis vnã
nec nomina quidẽ teneãt cæterarum? Quanto
igitur efficacius eſt: & cunctis his fictionibus
ſatius: vt iis quæ viſunt contentus quiſpiã: ac
quieſcat tã optimę mundi diſpoſitioni: colatq́
& huius fabricatorem: qui mũdus vt vnus eſt:
ita & deum habet vnicum conditorem: ac ſibi
ipſi integre ſpirat cum flauerit: & idcirco nec a
multis cõſtrui potuit: quemadmodum nec a
multis ſpiritibus cõtineri: vniuerſum cœlum
mouentibus. Sat eñ fuerit ſpiritus vnus qui ĩ
erraticam omnẽ ferat ab oriente ad occidentẽ
cœli partẽ: & intra ſe omnia complectatur: qui
bus indiget mũdus: de ſe minus perfecta. Vni-
uerſa nãq́ ſunt mundi partes: cum nulla pars
deus ſit vniuerſi. Oportet nãq́ deũ eſſe nõ im-
perfectum: vt pars quęq́ de ſe imperfectior eſt.
Forſan autẽ altior ratio patefecerit quẽadmo
dũ proprie deus vt pars minime ſit ita nec to-
tũ: quia totũ ex partibus eſt. Nec illud quidem
ratio ipſa fatebitur: deum qui ſupra omnia ſit:
ſic eſſe accipiendum tanq̃ ex partibus conſtet.
quarum ſingulę nequaq̃ id valeant qđ reliquę
omnes. Subdit deinde ſic Celſus: Opiliones &
paſtores vnicum eſſe deum exiſtimabant: ſiue
excelſum dixeris: ſiue adonai: ſiue cœleſtem: ſi
ue Sabaoth: ſiue vtcũq́ mundũ hunc gaudẽt
nuncupare. Et id præter nil aliud norũt. Dein
ceps infert: affirmatq́ nil quippiã illud differ-
re ab vſurpata apud Græcos appellatione: qui
pręſtantiſſimũ deũ & omnibus præſidentẽ dia
hoc eſt Ioũe variis nominibus nuncupẽt: ſiue
apud Aegyptios dixeris: ſiue apud Indos hũc
illũve deorꝫ ſic varie dici. Ad qđ reſpondendũ: D
occurriſſe nobis ad Celſi prępoſita hæc, de na-
turalibus nominibus rationem profundiorem
quandã atq́ reconditam: vtrũ vt Ariſtoteles
ſentit: poſitu nomina: an vt Stoici putãt: natu
ra ſint indita: imitantibus primis editis voci-
bus res ipſas: ad quas & nomina impoſita ſint:
qua ratione & etymologias inducunt. qđ ſane
& Epicurei cõfirmant aſſerentes: natura nomi
na hæc ipſa conſtare: quia primitus homines ĩ
res ipſas: voces iactarent. Verum ſi nobis licue
rit ad ſuperiorum appellationum confirmatio
nem: nominum quorundam naturam oſtende
re: quæ & vim maximam habeãt: & efficaciora
ſint: & quorum nonnullis: Aegyptiorũ ſapien
tes: vel apud Perſas eloquentes illi: vel q apud
Indos philoſophantur Brachmanæ aut Saua-
næi vtuntur: & item gentiũ cæteri: & aſtruere
poſſem quales nos redditi ſumus: vt diuerſis ĩ
buti opinionibus: illudq́ affirmare: magicam
artem: quæ id nomen ſortita eſt: non vt Epicu
ri & Ariſtotelis ſentiunt ſectatores: rem eſſe
quæ omnino minus ſubſiſtat: quãdoquidẽ qui
eius artis ſunt peritiſſimi: arguũt plane & illã
ſubſiſtere: & verba habere perpaucis cognita.
Dicturi tum quidẽ eſſemus: hęc noĩa Sabaoth
Adonai: & huiuſmodi cætera: cũ multa apud
Iudæos & graui interpretatione iam tradita:
non in leuioribus rebus quibuſdam conſtare:
vel his quæ condita ſint: ſed in arcana quadam
theologia: quæ ad conditorem ipſum rerũ om
niũ referatur: & idcirco longe plurimũ valere
hæc nomina: cõgruenter & apte pronuntiata.
Eſſe pręterea & alia Aegyptia voce prolata in
dæmones: qui his ſolum nitunt & valẽt: & alia
quædã Perſarũ lingua: quæ vim aliã habeant.
Quo fit vt pro ſingulis nationibꝰ ad vſum ali
quẽ dicta accipiant. Et hunc in modũ cõperiẽ-
tur: dæmonibus diuerſa loca ſortitis: deferri
& nomina pro linguarũ proprietate: tam gen-
tium q̃ locorum. Qui igitur his paulo perſpi- E
caciorẽ curam intenderit: verebitur alia: rebꝰ

aliis nomina accommodare:ne forte ſimile qd
patiatur:qd pati ſolent:qui id nomen deus: fal
ſo in materiã aliquã conferunt inanimatã: vel
boni appellationẽ a cauſa prima reuellunt: vel
virtutis & honeſti ad cęcas diuitias:vel ad cor
poris pro optima valitudine congruentiã:vel
ad creditã ingenuitatẽ traducunt. Et forſitan
haud minus ei periculoſum eſt:q dei nomen &
bonitatis ad res eas tranſtulerit:ad quas minꝰ
oportuit:q̃ illi q noĩa ex quadã recondita ratio
ne cuiq̃ indita:ĩmutarit:& partim ab inferio-
ribus ad potiora tranſtulerit:partim a potiori
bus ad minora. Nec illud dixerim:cũ Ioue no-
mino:mox ſimul & Saturni & Rheæ filiũ audi
ri:& Iunonis virũ Neptuniq; fratrẽ: Mineruæ
q; & Themidis genitorem:& q cũ Perſephone
filia rem habuerit:vel cũ Apollo nuncupat᷑:ex
Latona ſimul & Ioue ꝓgenitũ:& Dianæ fratrẽ
intelligi: & Mercurii ex eodẽ patre germanũ:
ſeu quęcũq; alia ferũt Celſi ſapiẽtes illi dogma
tũ inuẽtores:& veteres Græcorum theologi.
Quid em̃ Ioui decefferit:vbi hunc ſuo & ꝓprio
noĩe nuncupaueris!nec Saturnum interea pa-
trẽ expreſſeris:nec matrẽ Rheam! id ipſumq; &
in cæteris q dii dicuntur:ſeruaueris!qd crimẽ
nequaq̃ eos attigerit:qui deũ pro arcana qua-
dã & recondita ratione:Sabaoth: Adonai: vel
aliis accõmodatis noĩbus dici conſtituerunt.

F Cũ vero nominũ latentẽ & altiorẽ ſignifican-
tiã quis poterit prudẽter inquirere: ꝑq̃ multa
cõperiet de angelorũ dei nuncupatione:huiuſ
modi: quorũ is quidẽ Michael: Gabriel alius:
& Raphael item alius denominabit᷑: non abſi-
mile rebus ſortiti cognomen:quas ad dei nutũ
omnipotentis/paſſim eorũ miniſterio exequũ-
G tur. Nec ſecus & noſtri Ieſu ex eadẽ pendet ſa-
pienti & occulta nominũ interpretatione:cuiꝰ
nominis nuncupationẽ ſpectatũ perſępe eſt:cũ
ex hominũ animis:tũ e corporibus innumeros
dęmones eieciſſe:& in his vim maximam exer-
H cuiſſe:a quibꝰ dæmones fuiſſent excuſſi. Quin
etiã quo ad noĩa ipſa dicendũ:eos q vti carmi-
nibus norunt, id affirmare:vnã eãdẽq; incãta
tionẽ:p quẽuis vernacula lingua pronũtiatã:
operaturã quod de ſe incantatio pollicet᷑: qui
vero illã in aliã quãuis verterit vocẽ:licere per
ſpicere infirmiorẽ effectã & prorſus inualidã.
Sic fit: vt non rerũ ſignificantia:ſed qualitates
vocum:& proprietates:in hac:illa ve:vim ali-
quã habeãt. Vel ad illud qdẽ per hæc ſic reſpõ
I debimus:ad mortẽ vſq; cõtẽdere Chriſtianos
ne Iouem deũ appellent:neve hunc ipſum alia
lingua denominent. Siue em̃ id deus cõmune
nomen ſimpliciter per hos ꝓferat᷑:ſiue cũ addi
tione hac:rerũ omniũ conditor:cœliq; & terrę

conſtructor:& qui ad homines hos vel illos le
gauerit:quorũ nomini congruat deus: hæc di
ctio vtcũq; tamen mortalibus virtutẽ & potẽ
tiã ingerit perfectiorem. Poſſent & alia pleraq;
in hac nominũ appellatione his reſpõderi:q in
differenter vtendũ eſſe nominibꝰ putãt. Enim
uero ſi admirationi habetur Plato cũ in Phile-
no ſic diſſerit: Mea autẽ o Protarche circa deo
rum noĩa nõ exigua eſt affectio:quando quidẽ
Philenus cũ Socrate diſputans deã dixerit vo-
luptatẽ:quo pacto non potius Chriſtianos ſuſ
cipimus:qui ea ſint erga deũ reuerentia & pie-
tate:vt nil prorſus nominum quę poetarum fi
ctionibus cõprehendũtur:rerũ omniũ cõdito
ri accõmodent! Sed de his hactenus. Videamꝰ
aũt quẽadmodũ Iudæos incuſet:q nihil ſe præ
terire:vel ignorare promittit Celſus. Angelo-
rũ inqt hos cultu teneri: magicęq; arti et p̃ſti-
giis qbuſdã incũbere:quorũ Moyſes in his cũ-
ctis fuerit inſtructor. At quibꝰ Moyſi ſcriptis
ille eundẽ qui legẽ tulerit cõpertum habet vt
angelos colerẽt Iudæis mandaſſe! Reſpondeat
qui tã Chriſtianorũ q̃ Iudæorũ res noſſe ſe ia-
ctitat:quo pacto:magicis nituntur præſtigiis q
Moyſi legem ſcripſerint: et illud perlegerint:
Ariolis aũt non adhęrebitis: vt in illis coinqui
nemini! Promittit deinceps ſe inſtructurũ quẽ
admodũ Iudæi prę ruditate et imperitia circũ
uenti:deliquerint. Q; ſi cõpertũ haberet Chri
ſtũ Ieſum ignoraſſe Iudæos:nec de eo prophe-
tarũ vaticinia audiſſe: vere hos falſos fuiſſe et
circũuentos argueret. Nunc vero cũ nolit ani
mo hæc agitare:ea in re qua nihil peccauerunt
peccaſſe illos exiſtimat. Promittẽs deinde ĩ ſub
ſequentibus Iudęorũ ſe res edocturum:de Ieſu
primũ:qui ſaluos nos fecerit:ſermonẽ habet:
quẽadmodũ.ſ.ad Chriſtianã religionẽ ducem
ſe nobis prębuerit:aitq; hũc ꝑpaucis ante ãnis
progenitũ,diſciplinã hmõi tradidiſſe:cũ apud
Chriſtianos dei filiꝰ haberetur. Verũ ad illud
q; perpaucis ante annis ſit genitus:ſic reſpõde
bimꝰ. Nũ ergo Ieſus tã celebrem habuit & bre
ui tẽpore ortũ:q tot annoꝝ ſpatiis:cũ libuiſſet
eius ſermonẽ et doctrinam diſſeminare: tantæ
fuerit virtutis: vt multis in locis huius apud
nos mũdi:cũ Gręcos:tũ Barbaros: ſapienteſq;
itẽ et inſipientes:nec paucos quidẽ:ad eiꝰ dicta
ſic cõpoſuerit:vt ad mortẽ vſq; pro eiꝰ fide cer
tauerint:ne ab ea deſciſcerẽt: vel ſe abnegarẽt!
quod profecto alterius ſectæ vel dogmatis gra
tia feciſſe quẽpiã:non eſt hiſtoriæ proditũ. Ipſe
vero nõ vt aſſentator Chriſtianæ doctrinę ver
bis eblandiar: ſed res ipſas ſcrutari ſic niſus:
vt videam:dixerim equidem neq; eos qui cor-
pora grauiori morbo affecta/curanda ſuſcepe

rint:breui poſſe id cõſequi vt finem valitudini
faciant:& corporibus reſtituant ſanitatẽ: at ſi
vel animas poterit quiſpiã ex abundãti neqtia
& perditis moribus:iniuſtiſq; facinoribus: vel
dei contẽptu:eruere:cuius rei argumento ſit:
ad hoĩes centum (vt ita dixerim) eius monitu
& caſtigatione fuiſſe redditos meliores: neq;
hũc quidẽ iure dixerit aliqs tã derepẽte ad cen
tum illos verba feciſſe:quæ ab his tot mala pro
pellerẽt. Q; ſiqs recte iſta cognouerit:aſſentia=
tur neceſſe eſt:nil eſſe apud hoĩes bonũ:qđ ſub
ito fiat. Quanto ergo de Ieſu id ipm:ad eius do
ctrinã cõcedentibus multis:fidẽtior demõſtra
bit:q priſcoꝝ cõtulerit & poſterioꝝ vitã:& pla
ne intelligat quibus ĩpudicitiis:qua iniuſtitia:
& quantis rerũ cupiditatibus eorũ quiſq; eſſet
immerſus:priuſq̃ (vt Celſus ĩquit:& q ſentiũt
ſecũ) fuerint hi circũuenti:& doctrinã ſuſcepe
perint (vt idẽ affirmat) hoĩm vitã deuaſtãtẽ!
At quo pacto eo ex tẽpore quo Ieſu acceperant
diſciplinam:& humaniores ſunt redditi:maio
riq; quadã a deo cum grauitate:tũ & cõſtantia
cõmuniti:vt eorũ pleriq; ob excellentẽ integri
tatẽ & purius vt colerẽt deũ:ne permiſſas qdẽ
legibus nuptias attigerunt. Q; ſi quis res ĩpas
diſcutiat:videbit plane ſupra humanam natu
rã fuiſſe Ieſum rem auſum:& executũ q auſus
ſit. Nã a principio ne eius doctrina in orbẽ ter
rarũ diſſeminaret̃:obſtãtib⁹ vniuerſis:impera
torib⁹ inquã q pro tẽpore extitere:& q ſub iſto
rũ ditione fuere:pręfectis & ducibus:& cęteris
tanq̃ aduerſantibus:qbus fuiſſet quiuis credi=
tus magiſtratus:pręſidibus inſup ciuitatũ:ac
populis:& militaribus viris retinentibus:oĩm
hic conatus peruicit:qñqdẽ ꝓhiberi dei verbũ
non potuit:quinimmo longe illud validius tã
multis oppugnãtibus redditũ:Græciæ qdẽ to
tius potitũ eſt:& Barbarorũ maiorẽ partẽ ob=
tinuit:& aĩas qdẽ traduxit ſecũdũ ſe ad cultũ
3 innumeras. Erat autẽ neceſſariũ ea in hominũ
turba:q Ieſu verbis capiebant̃:inter quos lon=
ge erat ĩperitorũ & agreſtiũ pars numeroſior:
q̃ eoꝝ:q ĩ literarũ ſtudiis eſſent exerciti:multo
plures vt eſſent ruſticiores illi & imperiti:q̃ ex
culti & ſapiẽtes. Sed cũ nolit Celſus hæc intel
ligere:Ieſu verbi humanitatẽ atq; clemẽtiã in
animã oẽm q̃ ſub oriente ſole cõſiſtit diffuſam
vt imperitã hãc ducit & rudẽ:qa nec ſapientia
iſta humanitate nitat̃:nec qcq̃ valeat eloquen
tia:& literarũ dũtaxat ignaris imperitet. q̃uis
nec ipſe qdem idiotas ſolũ affirmet ex Ieſu do=
ctrina ad dei ſecundũ ſe cultũ fuiſſe inductos:
quippe q & moderatiores quoſdã inter hos eſſe
humanitate & ſapiẽtia ꝑditos:& prõpto ad al
legoriã ingenio fateatur. Sed cũ Iudæi perſonã
Celſus effingat:imitat⁹ quodammodo orato=
riæ artis alumnũ quẽpiã vnum:q ad loquendũ
inducit̃:Iudæũ hũc ipm ꝓducit: Ieſum domi=
nũ alloquentẽ:nec quicq̃ affert qđ philoſophi
deceat grauitatẽ. Sed age pro viribus q̃ ille ob= C
latrat inquirendo deniq; reuincamus. Quãdo
quidẽ nec perſonã Iudæo homini cõgruẽtem,
dicendo impoſuit:facit deinde vel cũ Ieſu diſ=
ſerẽtẽ Iudæũ:& multis in reb⁹ (vt ipſe putat)
illũ coarguentem:& in primis:quia finxerit ſe
ex virgĩe genitũ. Eidẽ præterea exprobrat:q; ĩ
vico quodã ſit Iudaico natus: & ex muliere ſor
dida & ruſticana: quæ vel victum manu quæ=
ſierit:& ab eo cui denupſerat:q faber lignarius
eſſet:adulterii criminis inſimulata: repudiata
ſit. Ait etiam eiectam illã a viro:& turpiter er
rabũdã:obſcurũ & ſpuriũ peperiſſe Ieſum:qui
poſtmodũ neceſſitate coactus in Aegyptum ſe
ceſſerit:vbi mercede duxerit vitam: ex opere
diurno cõuenta. Ibidẽq; cũ virtutũ quarũdam
periculũ feciſſet:qbus Aegyptii admodũ glo=
riantur:ea tandẽ cũ fama rerũ geſtarũ & mira
biliũ:qbus iam inſoleſceret: in Iudæam rediẽs
deus ſit habitus. Mihi vero qui nihil eorũ quæ
ab infidelibus obiiciuntur poſſum omittere in
diſcuſſum:rerũ principia inueſtiganti:conſpi
rare hæc cuncta vident̃:& fidẽ aſtruere:Ieſum
dominũ dignum eſſe hac appellatione effectũ:
vt dei ſit filius nuncupatus. Siqdẽ mortalibus
ipſis ad gloriã & noĩs celebritatẽ plurimũ va=
let:cũ parẽtes ſunt nacti:q & pręſtãtiores ſint:
& ſecũdis rebus euecti:& diuitiis affluãt:quas
poſſint in liberos erudiendos impendere:& ad
hæc acceſſerit patria:cũ ampla tum inſignis &
nobilis. Sed cum lõge ab his aliena ſortitus ſit
quiſpiã:& queat alioquin q̃ ſe interpellẽt: quo
minus ſit notior:oĩa ſuperare: & ita ſe gerere:
vt vel eis præcellat q de ſe famã acceperint: &
clarus euadat:& apud mortales oẽs: vel ali=
ter de ſe loquentes:celeberrimus fiat: quo pa=
cto non fuerit tanti viri natura admiratione
iam dignior! vel eo quidem quia et ingentis ſit
animi:et res magnas aggrediatur:et ea ſit au=
dentius auſa:quæ facile contemni nõ poſſint!
Q; ſi accuratius quiſpiã Ieſu res geſtas conqui D
rat:cur etiam nõ illud petat:quo modo q in ea
rerũ tenuitate ſit:et pœnuria educatus:et qui
publice nulla fuerit eruditione excultus: nec
eloquendi qdẽ artẽ didicerit:neq; dogmatũ vl
lã habuerit notionẽ:quo poſſet ſaltẽ quę vellet
dicendo:cũ res peteret:multitudini pſuadere:
concionariq; apud populos:et ad ſe auditores
permultos allicere: ſe tũ ad leuia qdã et vana
docendũ cõtulerit dogmata:doctrinã inducẽs
hũano generi:q̃ vbi Iudæorũ extollit et magni

facit prophetas: eorū cætera diluit & euertit:
& gentiū pręcipue leges diſſoluit: quæ de diui
nis habētur. Verum quo pacto qui iſtiuſmodi
ſit & hūc in modum nutritus: & nihil prorſus
ab hoīe (vt vel eius aſſerūt detractores) qđ lau
dabile ſit & decorū didicerit: de dei iudicio: &
aduerſus nequitiam cruciatu: honoribuſq; er
ga ꝓbitatē & pręmiis: diſſerere talia potuiſſet:
& argumētis quidē haudquaq̄ cōtēptibilibus
quæ diceret: cōfirmare! Et ita: vt non ruſticio-
res quidā & idiotæ eius ſermonibus ducerent:
ſed eorum non pauci qui & prudētiores eſſent
& ad res cōtemplandas admodū perſpicaces:
tametſi viliora quædā viderentur denuntiari
ſub quorum prætextu arcanū aliquid occule-
E retur! Enimuero apud Platonē Seriphius qdā
Themiſtocli conuitiatus: qui bello eſſet tā cla-
rus effectus: q̄ nō ſuopte ingenio aut moribus
eā fuiſſet gloriā cōſecutus: ſed illam potius ex
proſpera vrbis fortuna: quæ eſſet in omni Gręcia
cia præclariſſima: vendicaſſet: ab eodē Themi
ſtocle poſtmodū audiuit: qui vt mitior erat &
prudens: & patriæ nobilitatē videbat ad ſuam
gloriam plurimū valuiſſe: Neq; enim ſi vl'ego
Seriphius eſſem tam clar⁹ euaſiſſem: nec tu: ſi
tua fortuna tuliſſet vt natus Athenis eſſes: fie
F ri Themiſtocles potuiſſes. At noſter Ieſus vel
hoc probro affectus q̄ ex vitio ſit oriūdus (vt
ait Celſus) & eo quidem non Gręco: nec ex gē
te aliqua quę ad multoꝝ opinionē ſit in ꝓuectu
& augeſcat in dies: & cōuitiis identidem affli-
ctatus huiuſmodi: q̄ ort⁹ ex matre ſordida ſit:
& quæſtū manibus factitante: q̄ prę inopia reli
cta patria in Aegyptū ꝓfectus ex diurni operis
mercede emerita/victum quęritaſſet: & pro ſu
periori exemplo, nō modo eſt Seriphius reddi-
tus: q in ignobibili inſula et obſcuro ē admodū
loco natus: & (vt ita dixerim) Seriphiēſiū om
niū genere infim⁹: potuit vniuerſos q vbiq; ter
rarū ſunt hoīes cōmouere. Qua in re nō ſolum
Themiſtoclem ſuperauit Athenienſem: ſed Py
thagoram: Platonēq;: & reges: & exercituū du
ces: & ſapientes: & quoſuis hoīm gloria & ma-
gnitudine anteceſſit. Quis eīm: qui non negli-
gentius rerū naturā ſcrutetur: nō Ieſum hunc
obſtupeſcat: qui per ea quæ ignominiā pariunt
vniuerſa: gloria potuit quoſuis hominum āte
ire: qui vnq̄ gloria admodum pręſtitiſſent! tā-
etſi qui inter mortales præclariores videntur:
perrari quidē gloriæ plurimum cōſequi ſimul
& breui potuerint. Siquidē hanc ſapientiæ ſtu
dio adeptus eſt quiſpiam: alius bello: & barba-
rorum nōnulli magicis quibuſdā pręſtigiis: &
aliis item cæteri rebus: qui oēs etſi non multis
probentur: admirationi tamen fuere: & clari
effecti ſunt. At Ieſum (vt cætera omittam) ſa-
piētia in primis: & virtutes: ac pricipatus: ad-
mirabilem reddidere. Non eīm in tyranni mo-
rem cuiq̄ perſuaſit vt a publicis legibus ad ſe
deſciſceret: neq; vt prædo aduerſus homines
eius ſectatores illexit: neq; vt opulentus aliqs
ſe adeuntibus quippiam eſt impartitus: nec de
mum ita ſe geſſit: vt ſolent mendaces quidam
& vani: ſed tanq̄ præceptor de omnipotentis
dei doctrina & eius cultu optimiſq; moribus
diſſerebat: qui deo conciliare hos queat: qui ſe
cundum ſe vixerint.' Atqui Themiſtocli illi
vel alteri cuiq̄ ſummorum olim virorum ni-
hil eſt vnq̄ ad adipiſcendam gloriā aduerſatū.
In Ieſu vero ad ea quæ dicta ſunt: & quæ ſatis
per ſe poſſunt homīs vel ingenioſi & præſtātis
in humilitate & ignominia animū occultare:
accedit mors ipſa: quæ vt turpis & ignominio
ſa eſt viſa: vbi cruci affixus eſt: ita etiā ſatis va-
lere ad delēdam partā iam & acceptā gloriam
videbatur: et eos cogendum: q pro auerſantiū
Ieſu doctrinā / opinione circūuenti fuiſſent: vt
et ab errore deſciſcerent: et ſeductorē damna-
rent. Cæterū admiratione capi quis poſſet: vn
de illud diſcipulos Ieſu inuaſerit: vti iſti debla
terant: qui maledictis hunc et contumeliis in-
ſectantur: cū a mortuis eū haudquaq̄ viderint
reſurgentē: nec plane crediderint hunc ipſum
in ſe aliquid habuiſſe diuinitatis: vt nil pror-
ſus formidarent cū præceptore vna et pœnas
ſubire: & in omne diſcrimen ſimul concedere
Patriāq; relinquere: vt ꝓ Ieſu volūtate doctri
nā traditā: edocerēt. Sed arbitror equidē qui
recte fuerit rē ipſam ſcrutatus: nequaq̄ dictu
rū: hos vitæ periculo ob Ieſu doctrinā ſeſe ob-
tuliſſe: niſi & docēti fuiſſet vis ſumma perſua
dendi: qua eos redderet certiores cōmoneſa-
ciēdo: vt nō ſolū vti eſſent ab ſe inſtructi ſe ge-
rerent: ſed ꝑ ei⁹ doctrina & alios inſtituerent.
qua ex inſtitutione: promptior ei futura eſſet:
& parata: quo ad hominū vitā: pernicies: qui
auderet vbiq; & apud omnes: res innouare: &
aliam quādam religionē inducere. Nū igitur
Ieſu diſcipuli: cū nō modo apud iudæos ex di
ctis propheticis affirmarent: hūc illū eſſe quē
venturum dixiſſent prophetæ: verum & apđ
cæteras nationes apertius id faterētur: haud
quaq̄ intelligebāt ſuſcepiſſe pro humano ge-
nere qui nuper fuiſſet patibulo affixus, id mor
tis: haud ſecus ac priſcos illos: qui vel vt pa-
triam ab hoſtibus liberarent: vel luem aliquā
exercitū depaſcentē reſtinguerent: vel vt ter-
rę infœcūditatē auerterēt: vel nauigādo diſ-
ficultatē: vltro mortē oppetiere! Eſt enim non
indecens: ex arcanis quibuſdam & captu diſ-

ficillimis rationibus: talem ineſſe rebus huma nis naturam: vt iuſtus aliquis vnus: dum pro republica ſponte ſe morti obtulerit: & prauos dæmones abigat: qui aut morbos peſtiferos operentur: aut terras vitient: & ſteriles red dant: aut nauigationẽ impediant: aut alia huiuſmodi fecerint. Dicant igitur qui nil pror ſus fidei volunt Ieſu ipſi pręſtare: ꝙ hoĩm gratia mortẽ obierit. Vtrũ ne græcas quidẽ ſuſcipiant: vel barbaras tam multas cõſcriptas hiſtorias: aſtruẽtes / & alios quoſdã extitiſſe: qui pro cõmuni cõmodo & vendicãda a malis im minentibus patria: quæ ad internicionẽ vrbes et nationes præoccupaſſent: an forte cum illa ſint haud dubie geſta: vt eſt hiſtoriæ proditũ: nil credulitatis eſt ab hominib⁹ habitur⁹: qui homo eſt creditus: ꝙ idcirco mortẽ ſubierit: vt dęmonẽ magnũ illum dęmonũ diſperderet principẽ: qui mortalium animas ad terrã dela pſas ſuę ſubiecerat ditioni! Hæc aũt cum Ieſu diſcipuli peruiderẽt: & his longe plura contẽ plarent: quę vtiq; illos par erat ſeorſum: vt ar cana: ex Ieſu perdidiciſſe: & virtute eſſent imbuti: vt quib⁹ nõ poetica virgo aliqua & fabu loſa vires dediſſet & cõfidentiã: vt ait Homerus: ſed ſapientia dei: vt nõ ſolum argiuis pa terent: ſed eſſent tam græcis vniuerſis: q̃ bar baris notiores: & optimã gloriam ferrent: quo pacto quę de Ieſu narrant non & ipſi vt certio ra admiſerint! Sed redeamus ad imaginariam illam quã ſibi cõfinxit Celſus, Iudęi perſonam ſub cuius prætextu ipſe ſic ſcribit. Ieſu mater eiecta a fabro cui erat deſpõſata: quia adulte ram eſſe cõpererat. Et videamus: qui iſta vt cę ci cõfingunt: & virginẽ adulterii arguunt: & fabrũ idcirco hanc abegiſſe: non aliter iſta fuiſ ſe cõmentos: niſi vt admirabilẽ tollerẽt per ſpi ritũ ſanctum cõceptionẽ. Poterat eñ is alium quendam in modum: quia præter omniũ opi nionẽ geſta res eſt: mẽtiri hiſtoriam: & non vt inuitus aſſentiri: haudquaq̃ ex conſuetis ho minum nuptiis genitum Ieſum fuiſſe. nẽpe & conſequẽs erat qui minus crederẽt Ieſu admi rabilẽ geniturã: vt falſa quædã & mẽdacia fin gerent. Sed cũ nequaq̃ ex certa credulitate id agãt: ſed quia id teneant & enixius tueantur: Ieſum non ex Ioſeph virginẽ concepiſſe: apud hos ſane apertiſſimũ hoc erat mendacium: qui et audire poterant & coarguere fictiones. Nũ eñ conſentaneũ erat: vt q pro humano gene re tãta ſit auſus: & quantũ in eo fuit: cũ græci oẽs: tũ barbari: diuinũ iudiciũ opperiẽtes: & a vitiis prorſus deſciſcãt: & cũcta factitent: quæ omnipotẽti illi rerum omnium conditori ſint placita: nõ ſingularẽ quendã haberet: & admi rabilem ortũ: ſed præter cætera animãtia ille gitimũ longe (vt Celſus inquit) ac ſordidum! Sed gręcos equidẽ ſic cõpellauerim: & Celſum pręcipue: ſiue ſapiat ille: ſiue deſipiat: Platonẽ tamen dicendo producã: num qui in humana hæc corpora animam ſuperne demittit: & tan ta ſit auſus: & tam multis mortales inſtruxe rit: & ex abũdanti nequitię fluxu homines per multos auerterit: in eã geniturã impingitur: quæ multo ſit q̃ cæterorum animantium fœ dior! Quippe quẽ Celſus nec per legitimas qui dem nuptias introducat in humanã hanc vi tã! An æquius forſitã fuerit ſingulas animas pro reconditis quibuſdã rationibus iuxta Py thagorã Platonemq; & Empedoclem: quos ſę pe nominat Celſus: vbi corpora ipſa inuaſerit: priſtinam dignitatẽ vt ſeruent: & mores! Erit igitur nõ iniquum & Ieſu hãc animã: quæ lon ge plurimũ eſſet q̃ pleriq; mortalium: ne om nes dixerim: vitę huic vbi ad hoĩes deſcendiſ ſet profutura: ei corpori copulari: qđ non ſolũ corporibus cæteris humanis præſtaret: ſed eſ ſet omniũ etiam optimũ. Si eñ ex iſtorũ philo ſophorũ dictis conceditur: ex occultis q̃buſdã rationibus hãc animã fuiſſe dignatã: ne ĩ bru ti prorſus animantis corpus delaberetur: nec itẽ vt rationalis illa corpus indueret mõſtruo ſum: ita vt nec verba promere perfectius qui ret: quia e diuerſis & variis quibuſdã conſta ret: nec par eſſet cæteris mẽbris habitura & ca put: ſed longe minutius: illa vero tale eſſet cor pus ſortita: vt ſuperiore hoc non admodũ vi deretur ratione præſtantior: & alia eſſet longe ſuperior: vti plus minuſve rationi aduerſatur natura: Cur etiã non anima quępiam fuerit: q̃ corpus ſuſceperit: qđ & mirabile ſit: & homi nũ vĩcat opinionẽ: cum hiſq; cõmune aliquid ſortiat: vt & ſimulverſari ſi liceat poſſit! Enim uero ſi permanent quæ a ſcriptoribus natura lium rerũ ſunt tradita: ſiue Zopyrus fuerit il le: ſiue Loxus: ſiue Polemon: ſiue quiuis alius: qui ea conſcripſit: & hi quidẽ noſſe ſe aliquid profitẽtur: & animi moribus aſſerunt corpo ra oĩa cognatione quadam eſſe propinquiora: erat nimirũ animę illi quæ ad vitam mirãdũ in modũ eſſet cõmigratura: geſturaq; & maio ra quædã & admirãda: vt putat Celſus: & cor pus fieri / neceſſe: cũ ex panthera adulterãte: tũ ex virgine adulterata. Quin potius ex hoc im puro & portẽtoſo cõgreſſu / neceſſariũ fuerat: vt doctor aliquis mortalibus noxius naſcereť qui ad impudicitiã alios & praua facinora & huiuſmodi cætera: nõ ad continẽtiam & ęqui tatẽ virtuteſq; reliquas erudiret. Sed vt ꝑdixe re prophetę ſecundũ promiſſionis figurã erat

hic ex virgine naſciturus: cuius cognomẽ qđ Emanuel eſt: res ipſa pręcederet: ſcriptũ eſt em̃ in ei⁹ natiuitate cũ hoĩbus erit de⁹. Nobis au tẽ conſentaneum quidem videt: ad hanc cõmen titiam: & inductã Iudęi perſonã: Eſaię appone re vaticiniũ ex virgine denũtiantis naſciturũ Emanuelẽ: qđ vtiq; Celſus/ſiue ignorãtia du ctus: ſiue quia id min⁹ legiſſet: etſi iactet nil ſe pręterire: haudquaq̃ expreſſit: ſed volens reti cuit: ne vel inuitus videret aſſerere: qđ ei⁹ aĩo repugnaret. Eſaię vero talis eſt dictio: Et adie cit dñs loqui ad Achaz dicẽs: pete tibi ſignũ a dño deo tuo in profundũ inferni: ſiue in excel ſum ſupra: & dixit Achaz: nõ petam: & nõ ten tabo dominum: & dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parũ vobis eſt moleſtos eſſe hoĩbus: quia moleſti eſtis & deo meo: propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo con cipiet: & pariet filium: & vocabit nomen eius Emanuel: qđ interpretat nobiſcũ de⁹. Q2 autẽ ſponte & nequiter hãc Celſus neglexerit pro phetiam: nobis vtiq; ex eo liquet: quia ex Mat thęi euangelio nõnulla deprõpſerit: vt exortã ſtellam ĩ Ieſu natiuitate: & mira alia quædam: nec tamen de huius principio quicq̃ memine rit. Q2 ſi Iudęus excuſans dixerit: non virginẽ ſcriptã: ſed iuuẽculam: reſpõdebimus: almam hebraicã hãc dictionẽ: quã ſeptuaginta illi in terpretes virginẽ tranſtulerũt: alii vero iuuẽ culam: poſitam eſſe vt ferũt & in Deuterono mio ſub expreſſa virginis dictione, hũc in mo dũ. Si autẽ puellã virginẽ deſponderit vir: & inuenerit eã aliquis in ciuitate: & cõcubuerit cũ illa: educes vtrũq; ad portas ciuitatis illius et lapidib⁹ obruentur: puella quia non clama uit cũ eſſet in ciuitate: vir quia humiliauerit vxorẽ proximi ſui. & deinceps. Si autẽ in agro repererit vir puellã: quę deſpõſata eſt: & appre hendẽs concubuerit cũ illa: ipſe moriet ſolus:
E puella nihil patietur: nec eſt rea mortis. Verũ ne videamur ex hebraica dictione hos demul cere: qui minus cõplecti animo poſſunt: vtrũ ſit illi aſſentiendũ nec ne: cũ prophetã dixiſſe aſtruimus Ieſum ex virgine naſciturũ: ĩ cuius ortu & illud aſſeritur: nobiſcũ deus: age ſuper hac dictione qđ dictũ eſt: cõprobem⁹. Eſt nãq; ſacris literis demãdatũ: Achaz dñm affatum hunc in modũ fuiſſe: pete ſignũ a dño deo tuo in profundũ: vel in ſublime. qđ autẽ deinde da tũ eſt ſignũ iſtiuſmodi fuit. Ecce virgo in vte ro habebit: & pariet filium. Qđ igitur ei⁹ erit rei indicium: iuuenculã ſcilicet nõ virginẽ pe periſſe: vel vt cõgruerit magis Emanuelẽ hũc genuiſſe: hoc eſt nobiſcũ deũ: an fœminę cũ vi ro coeunti: & ex muliebri vitio concipienti: an ei quæ adhuc integra ſit & pura virginitate! hanc nimirũ potius decet filiũ huiuſmodi ge nerare: q vbi eſt editus iure. nobiſcũ dicit de⁹. At ſi vel hunc in modũ cõmenta quędã & nu gas deliret Iudæus: inquiatq; Achaz illi dictũ dũtaxat fuiſſe: Pete tibi ſignũ a dño deo tuo: exigemus & ipſi: vt is fateat: quęnã tẽporibus Achaz mulier genuit: ĩ cuius partu Emanuel ſit/hoc eſt nobiſcum deus/pronũtiatus. Q2 ſi nulla huiuſmodi poterit mulier ĩueniri: liqui do patet: qđ Achaz illi edicitur: fuiſſe Dauid domui dictũ: quia ex Dauid ſemine ſcribitur ſaluatorẽ eſſe ſecundum carnẽ progenitũ. Sed nimirũ id ſignũ & ĩ profundũ eſſe/& in ſubli me aſſeritur: quãdoquidẽ qui deſcẽdit: hic eſt: et q ſup oẽs cœlos aſcẽdit: vt oĩa adimpleret. Hęc aũt quo ad iudęum protulerim: ꝓphetiã aſſeuerantẽ. Sed reſpondeat Celſus: ſeu alius F quiuis cũ eo ſentiens: quanã mente propheta vel hæc de futuris: vel alia diſſerat: quæcunq; ſunt in eorũ vaticiniis ſcripta: vtrũ pręſagien te & futurorũ pręſcia: an minime! Si em̃ dixe rit mẽte pręſaga fuiſſe prophetas vaticinatos diuinũ profecto habuiſſe hos ſpiritũ fatebunt ſi minus: oſtẽdant quo aĩo id illi auſi ſint: vt fu tura prędicerẽt: quę & admirationi eſſent Iu dęis. Sed poſtq̃ ſemel ad prophetarum deueni mus mentionẽ: dicturi ſumus non ſolũ Iudęis ſpiritus diuini inſtinctu hos eſſe locutos cre dẽtibus: ſed etiã aſſerturi: gẽtibus ipſis quę re cte ſapiant profutura eſſe q̃ inferemus. Id nãq; neceſſario eſt admittẽdum: prophetas habuiſ ſe Iudęos: ſi erant hi legibus continẽdi: quas il lis Moyſes detuliſſet: & conditori rerũ omniũ deo: vti accepcrãt: credituri: nec habituri quã tũ in lege erat, vel cauſam: vt ad multiplices gentiũ deos deſciſcerẽt. Eſſe aũt id neceſſariũ hũc in modum monſtrabimus. Gẽtes em̃ (vt eſt in Iudæorũ hac lege cõſcriptũ) & augures audiunt & diuinos: at hebraico populo ita edi citur: tibi autẽ nõ ſic tradidit dñs deus tuus. et deinceps ita infertur. Prophetã ex fratribus tuis ſuſcitabit tibi dñs deus tuus. Siue igitur vtantur vaticiniis gentes: ſiue auguriis nitan tur & auibus: ſiue his ventriloquę ſint: ſiue de ſe ſacrificãdi artem promittãt: ſiue Chaldæos habeant: qui hominũ genituras interpretent: quæ prorſus Iudæis & vetita ſunt: & interdi cta: ſi nulla his eſſet ex futurorum pręſcientia oblectatio: ducti tamen humana quadam & al licibili auiditate futura noſcendi: parui fortaſ ſe ducerent ſua: perinde ac quę nihil in ſe habe rent diuinitatis: nec poſt Moyſen prophetam alium quempiam admiſiſſent: nec ſuſcepiſ ſent: quę prophetę denuntiarẽt: quin vltro ad

gentium oracula conceſſiſſent:vel huiuſmodi
aliquid tentaſſent ſtatuere apud ſe & firmare.
Quocirca haudquaꝗ̃ abſurdum eſt:& prophe
tas qui ſui cõpotes eſſent ad eorũ ſolamen prę
dixiſſe nõnulla:qui rerum gentiliũ deſyderio
tenerẽtur:ita vt de amiſſis aſinis vaticinatus
ſit Samuel:itemq; & de regii pueri morbo: vt
in libro de regib⁹ ſcribitur. Alias vero quo pa
cto ii,qui ea:quę legis iudaicę ſunt: pronũtian
do diuulgant:acrius increparẽt: qui vellet ab
idolis vaticinia & reſponſa deſumere: queãd⸗
modũ cõpertũ eſt Heliam illũ / Ezechiam coar
guendo dixiſſe:nunquid non eſt deus in Iſrael
vt eatis ad conſulendum deum Acaron? Mihi
igitur apparet mediocriter cõfirmatum iam
eſſe:nõ ſolum futurũ fuiſſe:vt ſaluator noſter
ex virgine naſceret̃ : ſed & prophetas extitiſſe
apud Iudęos:qui nõ modo futura prędixerint
vt hi qui ſunt de Chriſto vaticinati: deq; ter⸗
reſtribus regnis:& quę tandẽ eſſent Iſraelitico
populo euẽtura : vt inſuper & gentes eſſent in
ſaluatorem dominũ crediturae : ſed & ſingula
quęq; longe ante denuntiarint:quemadmodũ
diximus:vt Cis aſinę eſſent inuentę iam perdi
tae:& regius filius:vt morbo eſſet afficiendus:
vl' ſi quid huiuſmodi aliud eſt literis proditũ.
Erit pręterea & gẽtibus reſpondẽdum: nequa
ꝗ̃ credẽtibus natum ex virgine Ieſum : cõdito
rẽ omniũ deũ:in ea diuerſorũ animantiũ crea
tione:prae ſe tuliſſe:qđ in vno aliquo animan⸗
te feciſſet:poſſe ſe & in cęteris facere:vel in ip⸗
ſis hoĩbus:ſi modo id iubeat.Reperiuntur em̃
animalia quaedã ſexu foemineo:maris cõgreſ⸗
ſus expertia: queãdmodũ qui de animantium
natura ſcripſere:de vulture id ipſum affirmãt
et ꝙ animal aliquod ſine aliquo maſculi coitu
ſui generis ſeruet ſucceſſionem. Quid igitur
mirũ:cũ vellet deus diuinum aliquẽ legare ad
hoĩes praeceptorẽ:ſi pro illa naturalis ſeminis
ratione:qua hoĩes ex maris ac foeminae cõgreſ
ſu gignunt̃:rationẽ aliam quandam effecerit:
qua Ieſus dñs naſceret̃:pręſertim cũ vt graeci
tenẽt:nõ omnes hoĩes ſint ex mare ac foemina
geniti? Nam ſi creatus eſt mũdus:vt & multis
graecorum placuit : neceſſe eſt & priores illos
mortales fuiſſe nõ ex humano coitu:ſed ex ter
ra progenitos : cũ vel terrae ineſſet (vt putant
illi) vis procreãdi.qđ ſane videtur mirabilius
longe: ꝗ̃ ꝙ ex parte dimidia:haud ſecus ac cę⸗
teri hoĩes:natus ſit Ieſus. Nec fuerit abſurdũ
cum gręcos alloquimur:& gręcis vti hiſtoriis
ne videamur ſoli pręter hominum opinionem
hanc rei geſtę ſeriem vſurpaſſe.Eſt em̃ nõnul⸗
lis viſum:nõ modo vetuſtiores quaſdã & He⸗
roum:ſed vel nouas & recentiũ rerũ hiſtorias
ſcribere:perinde acſi vim magnam haberẽt: &
maioris eſſent momenti:ꝙ Plato ſcilicet ſit ex
Amphyctione ortus:prohibente Ariſtone: cũ
ea ne coiretur:donec pareret ex Apolline pro⸗
ſeminatũ.Sed hę qdem certiores ſunt fabulae:
quę quoſdã induxerint de viro hoc iſtiuſmodi
cõmentari ac fingere:quẽ crederẽt:cũ ſapiẽtia
tũ ingenii viribus:longe plurimũ multis prę⸗
ſtare:& ab optimo diuineq; ſemine ſumpſiſſe
principium:& corporis firmitatẽ:tanꝗ̃ id illis
congrueret:qui ſupra humanum modum ex⸗
cellerẽt. Verum cum Celſus iudęum inducat
diſputãtẽ cũ Ieſu:carpẽtẽq; (vt is arbitratur)
cõmentitiam eius ex virgine geniturã:intule
ritq; & graecas de Danae & Menalippe ſiue &
Antiope fabulas:dicendũ ſacrilegũ aliquẽ po⸗
tius incõſultius hęc ꝓtuliſſe & nebulonẽ: non
rei ſerię ſtudentẽ:vel angeli ad virginẽ medi⸗
tantem legationẽ. Deſumẽs praeterea & hiſto
riae partẽ:quę ĩ Matthęi euãgelio ſcribitur: in
aegyptũ ſcilicet Ieſum dominum cõmigraſſe
quae in ea ꝑfectione mirãda cõtigerint: haud⸗
quaꝗ̃ credit:nec angelũ in aegyptũ demigran
dum denuntiaſſe autumat : nec ſi quid egerit
relicta Iudęa Ieſus in aegyptũ ſe conferẽs : pro
certo ducit.Cõmentus eſt inſup & aliud quid
dam:aſſentiens neſcio quo pacto mirãdis illis
quas operatus ſit Ieſus virtutib⁹. Ait enim ex C
his perſuaſiſſe permultis:vt deũ ſe ſectarẽtur.
Quas virtutes cũ carpere illi in animo ſit : ma
gicis potius quibuſdã ait praeſtigiis ꝗ̃ diuina
potentia fuiſſe has geſtas . Nã & obſcurũ hũc
dicit & ſpuriũ coaluiſſe:emeritũq; in aegypto
mercedẽ:quia quarũdam virtutũ periculũ fa⸗
ctitaſſet:quarũ fama elatũ:vbi ĩ patriã remeaſ
ſet:ſemet deũ dixiſſe. Ipſe vero neſcio quo pa⸗
cto qui magus eſſet docẽdo adniteretur cun⸗
ctis perſuadere:vt omnia ea mẽte ita exequerẽ
tur:vt pro indubitato tenerẽt deum ſingulos
vt quiſq; geſſerit:iudicaturum. Et hunc ĩ mo
dum eius inſtituerit ſectatores : quibus eſſet
in poſterũ ſuę diſciplinę miniſtris vſurus. Nũ
em̃ & illi qui ita erant ad virtutes operandas
inſtructi:auditores captabant? an virtutũ ni⸗
hil operabãt? At illud dicere:nec virtutes hos
nec mirabilia factitaſſe:ſed credentes:rationi⸗
bus nullis ſufficientibus : cuiuſmodi dialecti⸗
cae inſunt graecorũ diſciplinae:ad nouã his do
ctrinam tradẽdam ſe cõtuliſſe quoſcũq; adiſ⸗
ſent:erit profecto longe abſurdius. Cui em̃ cõ
fiſi & dei verbum hi prędicaſſent:& nouam in
duxiſſent religionem? Qꝫ ſi & hi virtutes ope
rabantur:quo pacto id poteſt perſuaderi : ma⸗
gos homines tantis periculis ſeſe obieciſſe:qui
doctrinam inducerent:magicam artem peni⸗

tus deteſtantem? Non itaq; nobis par eſſe vide tur: aduerſus hæc Celſi dicta contendere: quę ille non ſerio: ſed cum irriſione hunc in modũ
D protulerit. Si igitur decora erat Ieſu hæc ma ter: & cũ ea, vt pulchritudine pſtante, congreſ ſus eſt deus: cuius natura corruptibilis corpo ris amore nil capitur: vel cum minus deceret: vt deum hæc adamaſſet: quippe quæ nec regi na eſſet dea: cur eam dicunt ex deo filium ge nuiſſe? præſertim cum tantę eſſet hæc verecũ diæ: & caſtitatis: vt eam nec vicinus quidem quiſpiam viderit? Iocularibus etiã dictis hanc ipſam inſequitur: vt quã fabrum odiſſe dicat et demũ eiectam: neq; hanc quidem diuinã po tẽtiam fuiſſe tutatam: nec myſticum illud ver bũ quicq̃ opis laboranti tuliſſe: nil ergo ĩquit hæc præferunt tanti dei imperium. Quid igi tur iſta a conuitiatoribus ipſis diſtabunt: qui in triuiis propalam nonnullis impudẽtiſſime conuitiantur: & nihil ſtudio vel imitatione di
E gnũ inclamant? Sumẽs deinceps illud ex Mat thęi euangelio: vel forte ex aliis: Chriſto ſcili cet cũ a Ioanne baptizaretur: aduolaſſe colum bam: carpere nititur vt cõmentitium dictum: calũniatus inſuper pro ſui ingenii prauitate: qđ eſt euangelicæ hiſtoriæ traditũ: ex virgine genitũ ſaluatorẽ. Nil tamẽ quę ſubſequuntur ordine diſſerit: quippe cũ nullam teneat rerũ ſeriem furẽtis animi ĩpetus ille & liuor: ſiqui dẽ vti in buccã venit: q iracũdia & odio rapiũ tur: quos oderũt incuſant & maledicũt: cũ his prę animi morbo nihil permittitur cõſydera te: & ſeriatim maledicta ingerere. Nam ſi ordi nẽ ille ſeruaſſet: oportuiſſet ĩ primis: vt deſum pto in manibus euãgelio: qđ falſitatis arguere deſtinaſſet: a prima hiſtoria contradicẽdi ini tium ſumeret: & ſic deinceps ad ſecundã trãſ iret: & hunc in modũ inſectari cætera pſeque retur. Nũc vero poſt Ieſu ex virgine geniturã qui noſtratia cuncta ſe noſſe promittit Celſus et ſanctũ ſpiritũ ſub colũbę ſpecie ĩ ipſo Chri
F ſti baptiſmate apparẽtem calũniatur. Deinde iſtis omiſſis: carpit & ſaluatoris noſtri aduen tũ fuiſſe prophetarũ vaticiniis longe ante de nuntiatũ: digreditur poſtmodũ ad apparẽtis in Ieſu natiuitate / ſtellę (vt ſcriptum eſt) nar rationẽ: & quẽadmodũ magi ex oriente puerũ venerint adoratũ. Permulta qdem & ipſe: ſi le ctioni intẽtus obſerues: cõfuſe dicta toto hoc libro cõperturus es Celſum incõſideratius ef fudiſſe: ita vt vel ex hoc ipſo: ab his q in ſcribẽ do & ſeruare ordinẽ norunt: & quærere: coar guatur audacter & inſolenter eius librũ veri ſermonis titulo adnotaſſe. Qđ vtiq; philoſo phorũ nemo modeſtior fecerit. Nã Plato qui dem inquit: non eorum eſſe qui mẽtis ſint cõ potes iſtiuſmodi quippiam: & quæ incertiora ſunt affirmare. Chryſippus vero multis in lo cis exponẽs quæ ſe mouerent: remittit nos tã dẽ ad eos: quos inuenerimus melius q̃ ipſe ſen tiat dicere. Celſus igitur qui quũ his: tum cæ teris græcis eſt ſapientior: quemadmodum & omnium rerum habere ſe dicit cognitionẽ: ita et ſub veri ſermonis titulo: eius librum inſcri pſit. Verũtamen ne videamur ſuarũ obiectio num capita prętereire: perinde acſi his obuiam ire: & refellere ignoremus: ęquũ duximus pro viribus ſingula quæq; diſſoluere quæ ipſe pro poſuit. Sed illud in primis curæ habebimus: vt non rerum pro earum natura cõuenientiã et ſequelã: ſed quo ſe ordine habeant quæ eius in libro inſcripta ſunt: conquiramus. Sed age dum inſpiciamus quid ille ſpiritum ſanctum C carpendo dixerit corporaliter in columbæ ſpe cie ſaluatori domino viſum. Nam & Iudæus apud quem ipſi fatemur & Ieſum eſſe nobis in dominum ſic Celſi dicta proſequitur. Lauan ti tibi apud Ioannẽ: alitis ſpeciem dicis ex ęthe re aduolaſſe. deinde ſic quęrit. Quis eñ hanc vidit ſpeciem teſtis: cui merito poſſit fides prę ſtari? vel quis audiuit e cœlo editam vocẽ: quę dei te filium faceret: te præter: & alium quem piam quem ipſe produxeris: qui tecum vna & pœnas luerit? Nos vero priuſq̃ reſpondere his dictis incipiamus: dicendum duximus. Si eñ quis velit hiſtoriam: vel ſi verior ſit: vt geſtam aſſerere: & animo ita cõceperit vt imaginetur: grauiſſimũ haud dubie fuerit & factu plęriſq; id difficillimũ: qui age: dixerit quiſpiam Tro ianũ bellum nequaq̃ fuiſſe: vt creditur: geſtũ: quia ſit rumor confictus qdam: fuiſſe Achillẽ aliquẽ Thalaſſię deæ filium: & Pelei mortalis: vel Sarpedonẽ Iouis: vel Aſcalaphũ & Alcme nũ Martis: vel Aeneam Veneris: quonã pacto id bellũ ſumus pro vero nos aſſerturi: pręſer tim cũ neſcio quomodo ex altera parte aperta et conficta nos fabula premat: ex altera: cõſtãs ſit: & apud oẽs pręſumpta opinio: haud du bie gręcos apud Troiam cũ Troianis bellaſſe? Age prætera: nec credat aliquis: quę de Oedi pode Iocaſtaq;: & qui ab his fuere progeniti: & Etheocle illo: & Polynice ſcribũtur: quia tradi tum fabulę ſit: Sphyngam monſtrum ex parte dimidia virginis formam præ ſe tuliſſe. Quo igitur pacto tale quid ipſi mõſtrabimus? Idip ſum poteſt de Epigonis dici: deq; ſociorũ Her culis deſcenſu: & aliis quidem innumeris affir mari. Sed qui prudenter ac recte hiſtorias le gerit: & cauere ne his fallatur: voluerit: iudi cabit quibuſnã ſit fidẽ adhibitur⁹: quaſue ſub

figura & interpretatione alia quadã acceptu‐rus:eorũ mentẽ ſcrutatus:q illas cõmẽti ſunt & quibus minus credendũ ſit:vt ad quorũdã gratiã ſcriptis:qđ vtiq; vel in omni euãgelica hiſtoria ſeruari velim atq; intelligi: nõ perin‐de ad tenuem aliquã & irrationabilẽ creduli‐tatẽ promptiores quoſq; vocaturus: ſed hiſto rias & aliorũ ſcripta legẽtibus:neceſſariã fore prudentiã:& acre ad inquirẽdum ſtudium:& aditum quẽdam penetrandi ad ſcribentiũ ſen ſa demonſtraturus:vt inueniat demũ qua mẽ te:quo ſenſu ſingula conſcripta ſint. Sed illud in primis dicturi ſumus:ꝙ ſi is qui ſub colũbę ſpecie ſpiritũ ſanctum apparuiſſe diffidit: Epi curus aliquis eſſet:aut Democriti illius ſecta‐tor:vel peripateticus eſſe deſcriberet:eſſet for ſitan ad ſuſpitionem conſentaneus locus:ficta hæc eſſe quę dicimus. Nunc vero neq; id qui‐dem peruidit ſapientiſſimus Celſus qđ Iudæo impoſuit:vt hęc fateret:qui ex ꝓpheticis ſcri‐ptis longe plura & mirabiliora crediderit: q̃ il lud ſit ꝙ in colũbę ſpecie ſpirituſſanctus viſus narret. Sed dixerit quiſpiã Iudęo huic ſpiritus ſancti apparitionẽ minus credenti:putantiq; poſſe ſe illã vt cõmentitiã criminari: heus tu: vnde id poteris demõſtrare: dixiſſe deũ Adã/ vel Euę/vel Cain/vel Noe/ vel Abraham/ vel Iſaac:ipſi vel Iacob:quæ inſcripta ſacris literis ſunt:& fuiſſe illũ hoies hos allocutum? Quin immo vt hiſtoriã cũ hiſtoria conferã:ſic Iudęũ iſtum affabor. Vel tuus quidẽ Ezechiel ſic in‐quiẽs ſcripſit. Aperti ſunt cœli & viderũt vi ſionẽ dei.quã poſtmodũ explicãs & illud ĩfert. Hæc viſio ſimilitudinis glorię dñi: & dixit ad me. Si eñ falſa ſunt o Iudęe quę de Ieſu ſcribũ tur:quãdoquidẽ nequaq̃ vt putas aperte poſ‐ſumus:quẽadmodũ ſint hęc veriora arguere: vt quę per Ieſum dũtaxat & viſa & audita ſint. et vt tibi videtur ab altero quodã vno obſer‐uata:qui cũ eo vna ſupplicio ſit affectus: cur nõ potius & Ezechielẽ dixerimus:vt portẽtiſi cũ & inſueta quędã narrãtẽ adapertos eſſe cœ los:& reliqua itẽ dixiſſe? Verũ etſi Eſaias inqt: vidi dñm Sabaoth ſedentẽ ſuper thronũ excel ſum & eleuatũ:& Seraphin circa hunc ſtantẽ: ſex alę vni:& ſex alę alteri: & quę inſequuntur huiuſmodi cætera: vnde illud conſtabit vere hęc eũ vidiſſe? His ſane Iudęe fidẽ haud dubiã vt veris & certioribus pręſtitiſti:& diuino ſpi ritu quodã tenes nõ ſolũ ea ſpectaſſe prophe‐tas:ſed & pronuntiaſſe:& cõſcripſiſſe. At cui nã potius credendũ fuerit:ei ne qui patuiſſe ſi bi dixerit cœlos:& vocẽ exaudiſſe:an ei qui do minũ Sabaoth throno inſidentẽ excelſo ſubli‐miq; affirmet fuiſſe ſe contẽplatum? Eſaiæ ne et Ezechieli:an Ieſu? Illos quidem nil operępre tium geſſiſſe:vel aliud quippiã qđ tanti ſit:de ſe pręſtitiſſe cõpertum eſt. At Ieſu: & rerũ ge‐ſtarũ magnitudo:nõ modo per id tẽporis quo carnẽ hanc tulit:enituit:ſed vel ad hanc tẽpe‐ſtatẽ:eius vis ac potẽtia:vel eos ad meliora tra ducit:& potiores reddit:q per ſe deo credide‐rint. Qꝫ autẽ eius virtute hęc fiant argumẽto ſunt quæ & ipſe affirmat:& concipi animo & cogitatione ſat poſſunt:cũ eñ olim deeſſent q operando animarũ meſſem demeterent: nunc tamẽ affluentiſſima eſt operantium copia: qui paſſim ĩ areas dei eccleſias ſcilicet meſſem hãc cogant & conuehãt. Et his qdem Iudæũ nunc alloquor:cũ nihil interea Chriſtianus vir quiſ piam Ezechieli & Eſaię diffidat:ſed pie credi‐derit:pro ea quæ nobis cõmunis eſt:credulita te ac fide:longe plurimo Ieſum eſſe his dignio rẽ:cui fides pręſtetur dicenti ſe ſpiritum ſan‐ctum vidiſſe:& vt decens erat: tradenti diſci‐pulis qđ fuiſſet:haud dubie cõſpicatus & quã audiſſet vocem:narrãti. Accedet & alius quiſ piam inquiens:haudquaq̃ om̃es narrãtem Ie ſum hæc audiſſe:qui de colũbæ ſpecie & voce cœleſti cõſcripſerint. At ſpũs ille qui Moyſen docuit:vt veterẽ eius hiſtoriam a mũdi crea‐tione exordiretur:& aduſq; Abrahę tempora ſui progenitoris q̃ acta eſſent memoriæ prode ret:vel eos inſtruxit per quos ſunt & euange‐lia ipſa conſcripta:monuitq; id miraculi factũ cũ Ieſus baptizaretur. Qui aũt fuerit eo dono ornatus:qđ ſermo ſapiẽtiæ dicit:& cauſam ex plicabit:cur cœli patuerint:& colũbę ſpeciem dicet:& quẽadmodũ ſub nullius alterius ani‐mãtis figura:niſi colũbę hui⁹: ſpirituſſanctus ſit Ieſu dño viſus. Qua de re plura dicere ĩ pręſenti ratio ipſa nõ exigit: eſt nãq; nobis propo ſitũ Celſum refellere & coarguere nõ ſana mẽ te Iudæo impoſuiſſe ſuis ex dictis:eius rei ĩcre dulitatẽ:quæ vt decens erat: & geſta ſit: quin potius longe ſecus ac ille crederet:coegit hũc dicere. Memini equidẽ olim apud quoſdã me diſputantẽ:qui apud Iudæos ſapientes habe‐rẽtur & docti:vſum fuiſſe ſermone huiuſmo‐di:aſtãtibus nonnullis a qbus & iudicari poſ‐ſent quę diceretur. Dicite o vos:cũ duo qdam ad hominũ genus hoc demigrauerit: quos mi ra quædã & ſupra humanã naturã geſſiſſe:ſit literis proditũ:Moyſen inquã:vobis qui leges tulerit:de ſe ſcribentẽ:& Ieſum ipſum qui nos inſtruxit:& nullum de ſe cõſcriptum opus re liquit: ſed eius acta in euãgeliis diſcipuli teſti ficẽtur: quotanã fuerit iſta proportio? Moyſi quidem vt fides præſtetur: veluti vera faten‐ti: cũ alioquin ab ægyptiis fuerit magicæ ar‐ B

tis inſimulatus:& prestigiis quibuſdam illa fe ciſſe ſit viſus quæ fecerit? Ieſu vero nil fidei ad hiberi:quia illũ vos incuſetis: cũ gẽtes vtrũq; Moyſen dico:& Ieſum ſuo teſtimonio probẽt: venerẽturq; & adorẽt:vt quẽ ex deo ipſo prodiiſſe ſine vlla animi ambiguitate exiſtiment: et deum ipſum eſſe nil dubitẽt: qui ĩ humana carne idcirco deſumpta:ſe ad homĩes cõtulit: vt eẽt vniuerſis mortalib[9] ſalutaris? Sed Moyſem quidẽ Iudæi admittunt:Chriſtianæ vero fidei ſectatores:cum minus negent Moyſi prophetiam:vt ex qua cõſtare demonſtrẽt:quę de Ieſu ſcribunt:ſuſcipiũt ſedulo veriora eſſe miracula:quę de Ieſu diſcipuli cõſcripſere. Q; ſi de Ieſu a nobis rationẽ exigitis:de Moyſe priores vos reddite:qui Ieſum multis ſæculis anteceſſit:ſic nos poſtmodũ de Ieſu redditurĩ hãc ſumus. Vobis vero refugiẽtibus de Moyſe argumẽta proferre: quo ad id tẽporis & ipſi vos imitantes:nec de Ieſu quidẽ hæc proferemus. Nihil eñ minusvos fateremini:q̃ nihil eſſe qđ C poſſit de Moyſe demõſtrari. Et audiſtis certe de Ieſu apertiſſima ſuæ diuinitatis indicia:cũ ex lege:tũ ex prophetis:& qđ debet mirũ videri:ipſo ex Ieſu. In lege autẽ & prophetis cõſtantibus argumẽtis prętendit Moyſem ipſum & cęteros iudęorum vates:fuiſſe dei prophetas. Erit autẽ rerũ huiuſmodi mirãdarũ plena lex ei:& ꝓphetarũ inſuper vaticinia: qui Ieſu ipſi ſcribẽdo aſſeuerauerit columbam apparuiſſe: et cęlitus eſſe editã vocẽ cũ baptiſmo abluere tur. Sed arbitror equidem argumẽto ſat fore: ꝙ obuerſatus ſit illi/& viſus ĩ columbæ ſpecie ſpiritus ſanctus:opera illa mirãda:quæ carpẽs Celſus,apud ægyptios ait vbi ea perdidiciſſet geſſiſſe. Nec ſolũ ad eam rem comprobandam his vtitur:ſed etiã:vt decens eſt:quę Ieſu apoſtoli factitarũt. Non eñ ſine virtutũ operatione:& mirabiliũ rerũ eos mouiſſent:qui & verba inania & ſuperuacaneas diſciplinas cõſueuiſſent audire:vt relictis patriis ſuperſtitionibus ſuſciperẽt vel cũ ſummo mortis diſcrimine eorũ doctrinã. Quinetiã vel ad hanc tẽpeſtatem:ſpiritus ſancti in columbæ ſpecie viſi:ſeruantur apud Chriſtianos veſtigia:nam & adiuratos eiiciũt dæmones: & ſanitati reſtituũt multos:& pro Ieſu voluntate nonnulli quę futura ſunt:præuidẽt. Vel ſi qđ dicturus ſum irrideat Celſus:ſeu is quẽ induxit Iudęus: dicetur tamẽ. Fuere nãq; permulti:q velut inuiti D ad chriſtianã hãc cõceſſerunt religionẽ:ſpiritu quodã de repẽte immutãte animum:vt reiecto mox odio:quo erga Ieſum verbũ detinebãtur:ipſius ob gratiam ſe morti obtulerint: per viſumq; & ſomnia imaginati permulta & certiora ſint. Nã & iſtiuſmodi plæraq; & ipſi vidimus:quę ſi literis demãdaremus:quia his et interfuimus & contemplati ſumus:erimus profecto infidelibus ipſis abunde deriſui: exiſtimantibus haud ſecus hæc nos eſſe cõmentos:atq; ipſi ſua cõfingunt. ſed deus eſt noſtrę conſcientię teſtis. Peruelim nãq; non falſis quibuſdam aſſertionibus: ſed variis nonnullis & apertioribus argumẽtis Ieſu cõfirmare doctrinã. Cum autẽ Celſi Iudæus ad Ieſum ignoret ſanctũ ſpiritũ deſcẽdiſſe: eſſet vtiq; ſic appellãdus. Heus tu:quiſnam eſt ille qui ĩ Eſaia ſic loquitur: Et nũc dñs miſit me: & ſpiritus eius? Qua in re cũ anceps eſſet id dictũ:vtrũ ne pater & ſpiritus ſanctus:miſerit Ieſum:an pater Chriſtũ & ſpiritũ ſanctũ: alterum tamẽ & ſecũdum eſt verius: & quoniã ſaluator eſt miſſus:& ſpiritus ſanctus:vt prophetę dictum ad impleretur:& neceſſe foret:vt ꝓphetiæ adimpletio hæc cũ ſequẽtibus iungeret: idcirco Ieſu diſcipuli literis tradidere: qđ geſtũ fuiſſet. Sed vellem equidẽ Celſum Iudęi perſonam fal E ſo inducentẽ: qui Ioannẽ aliquo modo admittit Ieſum abluiſſe baptiſmo:illud affari denuntiareq;:Ioannem hũc baptiſtã fuiſſe: & baptiſmi lauacro in prauorũ facinorum remiſſionẽ abluiſſe mortales:ex ſuis quẽdã memoriæ prodidiſſe:qui Ioanne & Ieſu non multũ fuere poſteriores. Ioſephus nãq; decimo & octauo de iudaica antiquitate libro: Ioannẽ teſtificatur baptiſtã fuiſſe:qui polliceret baptiſmo ablutis peccatorum purgationẽ. qui vtiq; Ioſephus et ſi minus Ieſum vt Chriſtũ crediderit: cauſam tamen conquirens Hieroſolymitani excidii:& cur eſſet tẽplum deletũ:cum illud eſſet dicturus:cõſpirationem quã Iudaicus populus aduerſus Ieſum feciſſet:fuiſſe horũ omnium cauſam:& quia Chriſtũ per prophetas iampridẽ denuntiatũ ſuſtulerit:ipſe vero tanq̃ inuitus: haudquaq̃ longe a vero aberrans: eo ingt hæc accidiſſe Iudęis:vt Iacobus iuſtus ille vindicaretur:qui Ieſu & frater eſſet:q dictus eſt Chriſtus. hunc eñ cũ eſſet iuſtiſſimus contrucidarũt. quẽ Iacobum Paulus cõiunctiſſimus Ieſu diſcipulus aſſerit ſe:vt dñi fratrẽ:conſpicatũ. Et ſane nõ magis ob hãc ſanguinis propinquitatẽ:q̃ ob morũ ſimilitudinẽ & ſermonis mutui cũ Ieſu cõmercium: vt iuſtus diceret effectũ eſt. Si igiť ob Iacobi gratiã Hieroſolymorum deſolationẽ contigiſſe Iudęis ille affirmat:cur non æquius fuerit fateri ob Chriſtum id factũ fuiſſe:cui[9] diuinitatem tam multi hominum conuentus teſtificantur:qui ex abundantioribus malis ad bonũ conuerſi:& a cõditore rerũ omnium pendẽt:& cuncta ad eius referũt vo

luntatem? Itaq̧ etſi nihil Iudæus de Ezechiele et Eſaia reſpõdeat: cõmune illud vtriſq̧ facientibus nobis: & ſuper Ieſum patuiſſe cœlos: & vocẽ cęlitus auditã: & huiuſmodi quædam in hiſce prophetis & cæteris item cõpetentibus literis demãdata: quantũ tamẽ ſuppetẽt vires dicta hæc cõfirmabim⁹. Nã ſi per ſomnũ creditũ eſt: fuiſſe nõnullos partim diuiniora quędã imaginatos: partĩ futura: ſiue liquido: ſiue perplexe: denuntiaſſe inſuper quæ ad hanc vitam ſpectarẽt: & id qdem prouidẽtiam admittentibus perſpicuum ſit: cur debet abſurdũ videri: qđ dormienti & ſomnianti perculerit animũ: poſſe item per viſum vigilanti & excito cuiq̃ mẽtẽ pulſare: vt vel ei rei cõducat: de qua ict⁹ anim⁹ admonet: vel cõferat plurimũ: vbi quæ audita ſunt referunt? Et quẽadmodũ imaginamur nonnunq̃ ſomniũ audire: & ſenſibilẽ auditũ pulſari: ſpectareq̧ oculis: cũ neq̧ aures ipſę percutiantur nec oculi: ſed mens ſola id patiatur: ita nihil erit abſurdum ſi hæc ipſa & in prophetis contigerint: cũ vel vidiſſe eos mirabiliora quędã perſcribit: vel dñi verba exaudiſſe: vel recluſos cœlos ſpectaſſe: tametſi minus crediderĩ cœlũ illud ſenſibile patuiſſe: nec cœli corpus vbi patuerit: ſeiunctũ eſſe: perinde ac huiuſmodi aliquid Ezechiel ille deſcribat: ne forte qui ĩ euãgeliis libẽtius ſtudeat: iſtiuſmodi aliquid de ſaluatore admittat: tametſi ſimpliciores quoſdã illud offendat: qui ob multã ſimplicitatẽ mundũ mobilẽ faciant: & tale dirimũt corpus: qđ eſt vniuerſo cœlo cõiunctũ. Verũ qui altius idipſum perueſtigarit: ſic inquiet. Cum eñ ſit: vt ſacræ literæ nominãt: diuinus quidã & generalis ſenſus: quem vtiq̧ ſolus beatitudinẽ conſecutus inuenerit: vt Salomon inquit: & quędam ſint ſenſus huiuſmodi ſpecies: vt viſus: qui pro eius natura res contẽpletur longe corporibus potiores: quibus in rebus Cherubin vel Seraphin pręferuntur: & auditus qui voces ſuſcipiat: quę haudquaq̃ ex aere conſtẽt: & guſtus item qui viuẽte vtitur pane: & cælitus deſcẽdente: & mundo tradẽte vitã. Odoratus inſuper ſit ſpecies quædã talia odorantis qualia deo eſſe ĩ ſuauitatis odorem aſſerit Paulus. Et tactus deniq̧: pro cuius vigore attrectaſſe ſe manibus Ioannes fateť: quę de verbo vitę tradũtur: Profecto perbeati prophetæ illi: diuinũ hũc ſenſum adepti: & res diuinitus contẽplati: & deguſtãtes item & odorantes: ſenſu quodã: vt ita dixerim: minus ſenſibili: & deũ verbũ ſic attrectantes: vt qđ ab eo in ſe virtutis deflueret cõſolandi vim magnã haberet: intuebanť quę vidiſſe ſe ſcribũt: & audiebant quę ſe aſſerũt audiſſe. Sic Iſaac / filii eſt diuinarũ veſtiũ odoratus fragrantiã: & ſpiritualí quadã benedictione locutus / adiecit. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni: cui benedixit dñs. Nec ſecus & Ieſus leproſum mente potius q̃ corporali tetigit ſenſu: vt eũ mundaret: & vt equidẽ reor / duplici lepra: nec ſenſibili ſolũ manibus attrectando: vt intelligũt multi: ſed quę mẽti inſederat diuino eius haud dubie attrectatu abſtergeret. Sic eſt & Ioannes dicẽs, teſtificatus: vidi ſpiritũ deſcẽdentẽ vt colũbam de cœlo: & mãſit ſuper eũ: & ego neſciebam eũ. Sed qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit: ſuper quẽ videris ſpiritũ deſcendentẽ & manentẽ ſuper eũ: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi / & teſtimoniũ perhibui: qa hic eſt filius dei. Et Ieſu quidẽ patuere cœli: & tũc ſane pręter Ioannẽ ſcribiť nemo hiantes cœlos ipſos vidiſſe: ꝙ autẽ futurũ eſſet vt cœli aperirẽtur: diſcipulis ipſum id ſpectaturis: prędicẽs ſaluator ait. Amen amen dico vobis: videbitis cœlũ apertũ & angelos dei aſcendẽtes & deſcendẽtes ſuper filium hominis. Haud ſecus & Paulus ad tertium cœlum ſublatus eſt: cum prius illud contẽplatus eſſet apertũ: vt Ieſu diſcipulus. Explicare autẽ cur inquiat Paulus. Siue in corpore neſcio: ſiue extra corpus ignoro: deus ſcit: haudquaq̃ præſentis eſt tẽporis. Quiẽtiã illa his dictis adiecerim quæ putat Celſus Ieſum dixiſſe: patuiſſe C ſcilicet cœlos: & in colũbę ſpeciem ſpiritũ ſanctũ ſupra ſe apđ Iordanẽ delapſum: ſcriptura nequaq̃ id aſtruente: affirmaſſe Ieſum fuiſſe ſe iſtiuſmodi cõſpicatũ. Non eñ Celſus vir ſane ſtrenuus intellexit ei minus congruere: vt ſequẽtibus ſe nuntiaret qđ Ioanni ĩ Iordane flumine & viſum fuiſſet & auditũ: qui diſcipulis ſuis poſt transfigurationem ĩ monte factã: iniunxit vt nemini dicerent: quæ vidiſſent: quoadusq̧ filius hoĩs a mortuis ſurrexiſſet. Licet etiam illud aduertere: Ieſu conſuetudinis eſſe vbiq̧ ĩſiſtere: ne de ſe aliquid iactet. vnde & ita inquit. Et ſi ipẽ de meipſo dixerim: teſtimoniũ meum non eſt verum. Et quoniam omnem de ſe iactantiam ſuſtulit: & ex operibus ipſis malebat ſe Chriſtum eſſe ſignificare: q̃ verbis: idcirco hunc in modũ eũ affantur Iudęi. Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Sed cum Iudęus ſit ille q apud Celſum huiuſmodi Ieſum alloquitur: Qꝫ eñ ipẽ de ſe ſpiritu ſancto in columbę ſpeciem viſo tibi iam dicis: & alium quẽpiam vnum producis: qui tecum ſit affectus ſupplicio: neceſſe eſt & hunc patefacere: quẽadmodũ eam rem iudaicæ perſonæ impoſuit explicandam: quę illi minus congrueret. Non eñ Ioannem Ieſu cõiunctiorem: vel cum eo verſatum

dicūt Iudæi:nec vno eodē ve tēpore hos morte fuiſſe affectos. Quocirca vel in hoc vno cōuincitur:q inſolēter ſe iactat noſſe omnia Celſus:neſcire prorſus qualia iudæo homini cum
D Ieſu loquēti accōmodet verba. Deinde neſcio quo pacto qđ ſummū erat inter cętera capita: quę ipſum Ieſum aſtruerēt per Iudęorum prophetas denūtiatum:per Moyſen inquā & eius poſteros:vel alios qui ſe anteceſſerint: in illud decidit volens:& vt ipſe arbitror: qa verbo nequit & deo obſiſtere:vt diceret neq; iudęos:neq; alias quaſuis hoim ſectas:tenere ex ipſis vaticiniis quicq̃ de Ieſu fuiſſe prędictū. Forſitā et prophetias quæ de Ieſu extant:hic ignorabat. Non eñ chriſtianorū dicta ille impugnās:aſſerētium de ſaluatoris aduētu permultos prędixiſſe prophetas:iudaicę perſonę accōmodaſſet quæ potius per Samariten quēpiam:vel Saduceum edicerētur:ſiquidē nec iudęus per ſe quidē hæc cōmentitius aliquis diceret. Qđ autē iudæo dicēdum attribuit Celſus: huiuſmodi eſt. Propheta meus Hieroſolymis olim venturū dei filiū dixit:pios qdem iudicaturū:& impiis illaturū ſupplicia. Non eñ propheta aliquis vnus:quæ de Ieſu conſtant:prædixit. At qui vel Samaritę ipſi & Saducęi:qui Moyſi dūtaxat libros admittūt:in his dixerint Chriſtū denūtiari:nec tamen in Hieroſolymis: quarū nulla adhuc mentio fieret:prophetia dicta eſt aliqua. Sed peruelim equidē oēs qui verbi myſterium calūniantur:ī tāta verſari īſcitia:quāta hic Celſus obuoluitur:nō ſolum rerū:verū et ſacræ ſcripturæ ſimpliciū literarū: & cum iſtiuſmodi fuerit:chriſtianā ita īcuſent & carpāt religionē:vt ne vel tenuem eorū dicta perſuadēdi vim habeant:qua aliquos poſſint: vel inermes & imparatos & ad tēpus credētes:nō a fide:ſed ab exigua credulitate ſeiungere. Nequaq̃ tamen iudæus fatebitur prophetam aliquē vnum dixiſſe dei filium aduenturū:quod eñ prophetæ dictitant illud eſt:veniet Chriſtus dñi:vnde de hoc dei filio mox quærunt a nobis & ſæpe:perinde ac nullus huiuſmodi ſit a prophetis prędictus. Nec tamen illud nos dicimus nō eſſe illū per prophetas denuntiatū: ſed Celſum aſſerimus nil prorſus Iudęi hominis perſonæ:qui minus huiuſmodi aliquid fateatur:cōſentaneum impoſuiſſe dicēdū: cum dicere illū iſta cōfingat: Meus propheta ī Hieroſolymis olim,futurū dixit:vt dei fili⁹ aduētaret. Deinde tanq̃ nō vnū hunc prędixiſſent prophetę:piorū eſſe iudicē dixit:& impiorum cruciatorē:cū nihil interea vel loci meminerit vbi ille ſit ortus:vel paſſionis qua a Iudæis eſſet afficiendus:nec eius reſurrectionis:nec miraculorū rerū virtutūq; quas eſſet facturus: faciat mētionem:ſed illud infert. Cur eñ tu potius hāc tuleris laudē:vt & de te pphetę prędixerint magis q̃ tot innumeri alii q poſt edita iſtorū ſunt vaticinia nati:de qbus hæc ſunt prophetata? Neſcio tamen quomodo:cū vellet aliis illud aſcribere:poſſe videlicet quēpiam ſic opinari:hos eſſe de qbus prophetę prædixerīt ſic īquit. Et alii qdem veluti furētes & ſpiritu perciti: alii vero & mendaces & vani ſuperne cōcedere dei filium dicunt. Non eñ legimus Iudæos fateri hūc in modū ſeſe iſta habere:vel geſta fuiſſe. Dicēdū igitur primū:multos prophetas quibuſuis modis de Chriſto fuiſſe vaticinatos:p ænigmata multos & ſuboſcure: per allegoriā alios & variis modis:plæroſq; etiam aperte & a ſuis ſcriptis nil diſcrepātes. Et quoniam peruerſe inquit in ſubſequētibus Celſus cū iudęum hos alloquentē inducit:qui ex populo credidiſſent:poſſe & prophetias quæ de Chriſto circūferūtur:vel rebus aliis cōuenire age e multis perpaucas explicemus: de quib⁹ proferat qui velit:violentū aliquid aut vrgēs: qđ illas euertat:vel eos poſſit a fide diuertere: qui feruētius credāt. De loco igitur vbi Ieſus E
ſit natus:dictū huiuſmodi cōſtat. Ex Bethleē proditurus eſt dux:qui regat populū meū. Et tu Bethleem Iuda nequaq̃ minima es:vt ſis in pricipibus Iuda: ex te eñ exiet dux qui regat populū meū Iſrael:& viæ eius a principio dierū ſæculi. Hęc autē prophetia nulli qdem congruerit:vt apud Celſum inquit Iudæus:q vel furens vel circūforaneus ſit:& qui ſuperne dicat ſe aduētaſſe. Sed liquido patet: ex Bethleē eſſe hunc oriundū:q; autē in Bethleem ſit genitus Ieſus:ſi velit aliquis poſt Michee vaticinium:& poſt euangelii per Ieſu diſcipulos conſcriptā hiſtoriam fieri alias certior: intelligat: vt ſubſequenter in euangelio cum eius natiuitas enarratur:& in Bethleem ſpeluncā oſtendi:vbi ille ſit natus:qđ vtiq; & illis in locis percelebre eſt: vel apud eos qdem qui a fide ſunt alieni:fama & nomine circunfertur: eadem & in ſpelunca Ieſum quendam quem Chriſtiani adorent & demirentur: genitum eſſe. Quinetiam ipſe exiſtimauerim:vel ante Chriſti aduentum/ſacerdotum principes ipſos & populi ſcribas/ex prophetiæ claritate cæteros docuiſſe:naſciturum in Bethleem Chriſtum:ita et eius rei famam ad iudæorum plurimos peruenisse, vnde & Herodem conſtat, vt literis traditum eſt,ſacerdotum principes:et ſcribas populi percontatum:ab his audiſſe: futurum omnino: vt in Bethleem Iuda: vnde & Dauid eſſet rex oriūdus: naſceretur & Chriſtus.

Accedit etiam: quod in Ioannis euãgelio legitur: dixiſſe Iudæos fore vt Chriſtus in Bethleem naſceretur: vnde & Dauid originem duceret. Poſt Chriſti vero aduentum: qui tollere præſumptã & veram de eo ſtuderent opinionem: vt diuinitus fuerit de ei9 natiuitate prędictũ: documenta huiuſmodi a populo ſuſtulerunt: nil ſecus atque hi factitantes: qui militibus ſepulchrũ cuſtodientibus: vbi a mortuis Chriſtum vidiſſent reſurrexiſſe: & rẽ vt geſta eſſet renuntiarẽt: id vt dicerent perſuaſere: Chriſti diſcipulos noctu ſe dormitãtibus hunc ſuſtuliſſe: ea lege vt ſi ad Herodis pricipis aures id perueniret: & ſe item id rei geſtũ fuiſſe perſuaſuros pollicerentur: facturoſque ſe illos moleſtię omnis & curæ expertes. Sed grauis profecto eſt omnis contentio: & de quauis re præſumpta opinio: quia rebus apertis & clarioribus faciat vt occurſetur: & ſectas: & dogmata: ne relinquant mortales: quibus inſueuerunt: quæve eorum deliniant animos: & craſſiores efficiant. Et ſane longe facilius homines cęterarũ rerum omiſerint cõſuetudinẽ: vel ſi illis inhæſerint adeo: vt diuelli non poſſint: quam conſueta maiorum decreta vt deferãt: tametſi res alias longa aſſuetudine cõparatas: nequaquam contempſerint. Quo fit: vt nec domos quidẽ: nec vrbes: nec villas: nec aſſuetos hoies facile quiſquam reliquerit: qui horum captus iam pridẽ ſit voluptate. Id igitur Iudæorũ plæriſque cauſę fuit: vt cũ prophetarũ apertioribus dictis: & rebus haud dubie miris per Ieſum geſtis: & his quæ de eius paſſione ſcribũtur obſiſterẽt. Quod autẽ his affectibus obnoxia ſit humana natura: his liquido patet: qui plane intelligũt vbi domeſticis fuerint & paternis traditionib9: etſi fœdiores ſint: ſemel imbuti & pręoccupati: haud quaquam ſe poſſe vel immutari: vel ab illis deſciſcere. Nõ enim Aegyptio quis perſuaſerit: vt omnino contemnat quę a maioribus ſuis acceperit: ne animal ſcilicet aliquod brutum pro deo ducat: vel ad mortem vſque nil caueat animãtis huiuſmodi vt carnes deguſtet quod ſemel coluerit. Ipſi vero etſi iſtiuſmodi de Bethleem prophetica dicta expendimus conquirẽdo: & diligenter percurrimus: neceſſario agendum id duximus: vt poſſimus illis occurrere qui forſitan eſſent id obiecturi. Si enim tã clara de Ieſu erant apud Iudæos hæc vaticinia: cur ergo cum ad hos conceſſiſſet: non eius doctrinę aſſenſi ſunt: & ad ea ſe tranſtulerũt quę ab ipſo vt potiora demonſtrabãtur? At nemo veſtrum hęc velim credentibus nobis obiecerit: cũ videat nõ aſpernãda de fide in Chriſtũ verba paſſim per eos deferri: qui ea denũtiare perdidicerũt. Verum ſi prophetia alia quadã B
et ſecũda ſit opus: quæ nobis ſit apertius viſa de Ieſu prædicere: illam protulerim quę multis iam ſeculis Ieſu aduentũ pręceſſerat: & per Moyſen ipſum de Iacob cõſcripta eſt: qui ferme moriens: & e vita iam exceſſurus: ſingulis liberis obuentura prædixit: & Iudæ quidẽ: vt alia multa omittam: id eſt ſane vaticinat9 eſt. Non deficiet princeps ex Iuda: & dux de femorib9 eius: donec veniat qui mittẽdus eſt. Qui vero in hanc legẽdam inciderit prophetiam: quæ in vero longe eſt Moyſe ipſo vetuſtior: ſi infidelis fuerit: ſuſpicabit forſitan hãc Moyſi eſſe: mirabiturque quonã modo potuerit illud prædicere: Iudęorũ ſcilicet reges in populum dominari: cũ duodecim eſſent in Iuda tribus: quæ a Iuda tribu ducerẽt ortũ: vnde & omnis hic populus Iudęi ſunt a dominante tribu cognominati: inde & prophetiã ipſam hanc demirabitur qui eã recte perlegerit: quo pacto qui ex Iuda tribu futuros principes dixit & populi duces: huius alioquin pricipatus terminos præfiniuit: affirmãs non defuturum ex Iuda ſceptrum: & ex eius femoribus ducem: donec qui mittendus eſt: veniat. Et ipſe erit expectatio gẽtiũ. Venit enim qui futurũ erat vt mitteretur: dei Chriſtus: diuinorum promiſſionũ et princeps: qui præter cęteros eſt præclarius genitus qui ſe anteceſſerint: vel in poſterũ ſunt futuri. Et gentiũ ſane is eſt expectatio: per hũc C
enim ex omnibus gentibus deo credidere permulti. & vt Eſaias ait: In nomine eius ſperabunt gentes. Hic illis pręterea dixit: exite: qui cõpedibus tenerẽtur: vt quiſque ſuorũ facinorum catenis conſtringebatur: & qui eſſent ignorãtia obcæcati: prodite in lucem. Quinetiã et illud prophetarũ vaticinio ita denuntiatur. Et tradidi te in teſtamẽtũ gẽtiũ: vt cõfirmes terram: & hæredites hæreditatẽ deſerti. Diceſque qui in vinculis ſunt: Exite: & qui in tenebris: in lucẽ prodite. Quin & in huius aduẽtu vel illud completũ eſſe licet ſpectare. Et in omnibus viis paſcentur: & in oĩbus ſemitis paſcua eorũ. Sed cũ Celſus qui nihil ſe pręterire fatetur: quod ad verbi myſterium ſpectet: Saluatori D
obiiciat paſſionem: quod in ea nil ſit a patre adiutus: nec ipſe ſibi ferre opem potuerit: dicẽdum & illud erit: fuiſſe a prophetis cũ ratione prędictum fore quandoque vt hic pateretur: quia mortalibus illud conduceret: vt pro humano hic genere moreretur: & liuorem toleraret damnatus. Eſt autem ſuperius dictum: cognituros hũc eſſe qui ex gẽtibus ſunt: apud quos nulli eſſent prophetę: nec ſecus & illud: viſum hunc hominib9 / ſpeciem ignominioſam pręſe

tuliſſe. & Eſaias ſic loquitur. Ecce intelliget ſeruus meus: exaltabitur & eleuabit: & ſublimis erit valde: ſicut obſtupuerũt ſuper te multi: ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius: et forma eius inter filios hominũ. Iſte aſperget gentes multas: ſuper ipſum continebunt reges os ſuum: quia quibus nõ eſt narratum de eo: & qui non audierũt: cõtẽplati ſunt. Quis credidit auditui noſtro: & brachium domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo: & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei: neq; decor. Et vidimus eũ et non erat aſpectus: & deſiderauimus eũ deſpectũ: & nouiſſimũ virorum: virũ dolorũ & ſciẽtem infirmitatẽ: & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus: vnde nec reputauim⁹ eum. Vere languores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit: & nos reputauim⁹ eum quaſi leproſum: & percuſſum a deo: & humiliatum: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attrit⁹ eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ: & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit: et domin⁹ poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Oblatus eſt: quia ipſe voluit: & non aperuit os ſuũ: ſicut ouis ad occiſionem ducetur: & quaſi agnus coram tondente obmuteſcet: & non aperiet os ſuũ: de anguſtia: & de iudicio ſublatus eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt de terra viuentiũ. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Memini

E equidem his ipſis me prophetiis olim fuiſſe vſum: cũ a quibuſdã apud Iudæos pro ſapientibus habitis aliquid quærerẽ: quas tũ illi ita interpretati ſunt: perinde cũ propheta de aliquo vno prædiceret: de vniuerſo populo qui in diſperſionem fuiſſet: & plaga eſſet affectus: prædixerit quę eſſent his obuentura: vt q̃ plurimi proſelitæ efficerentur: quia cæteris gentibus interſperſi eſſent Iudęi: & hunc in modũ inglorium eius aſpectum inter homines fore narrabãt. Et item illud interpretati ſunt: quia quibus non eſt narratum de eo: & qui non audierũt contemplati ſunt: & virum dolorum. Permulta tamen in ea queſtione protulimus: quæ plane arguerẽt de vno dũtaxat fuiſſe illa prædicta: nec iure illos ad populũ vniuerſum referre quod eſſet de Chriſto dictũ. Petebam etiam in cuius perſona hoc diceretur. Ipſe peccata noſtra tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. & illud. Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtro: & attritus eſt propter ſcelera noſtra: & cuinam illud tribuerent. Et liuore eius ſanati ſumus. Liquet enim & peccatores fuiſſe vel ſanitati ob Chriſti paſſionẽ mox reſtitutos: ſiue eo ex populo fuerint: ſiue ex gentibus: qui hæc ſecundum prophetam loquuntur: qui & eadem illa præuiderit: & ex ſpiritu ſancto Ieſu perſonæ accõmodauerit. Ex eo tamen hos maxime videbamur vrgere: quod dicitur: Propter ſcelus populi mei pcuſſi eum. Si enim pro Iudæorũ opinione de populo id a prophetis denũtiatur: quo pacto ex populi facinoribus Chriſtus dicitur in mortẽ abactus: niſi pręter dei populum alius quidam fuiſſet? Quis igitur niſi Chriſtus Ieſus hic fuerit: cuius ſumus & liuore ſanati: qui in eum credidimus? Siquidem ille & principatus & poteſtates abegerit: quib⁹ antea premebamur: & omnium in conſpectu: & palam in ligno peruicit. Sed velle ſingula quæq; prophetarum vaticinia iſtiuſmodi aperire: & nihil qđ illis inſit indiſcuſſum relinquere: nõ huius eſt temporis: verũ hæc alias pluribus: & abunde iam diſſeruim⁹: & vt arbitror: neceſſitate aliqua ducti: quia & apud Celſum Iudæus vt liquet iã plæraq; dixerit. At illud & Celſum clam habuit: et præteriit plane huius Iudæum: & cæteros omnes qui Ieſu diffiſi ſunt: prophetas ipſos: duos Chriſti prędixiſſe aduentus: alterũ quidem & priorem: qui vt clemẽtior: ita & humilior fuit: vt verſatus cum hominib⁹ Chriſtus doceret quæ ad deum duceret viam: vt nemini qui in humanis egiſſet: excuſationis relinqueret locum: perinde ac futuri ignaro iudicii: vbi huius omnes præmouiſſet: alterum vero glorioſum duntaxat & diuinum: q; nullam habeat cum diuinitate coniunctam clementiam. In cuius rei argumentum longum eſſet prophetias producere: illud ſat in præſentia fuerit: qđ in quarto & quadrageſimo pſalmo dicitur: qui (vt cętera omittam) de dilecto inſcribitur canticum: vbi & aperte ex his deus denuntiatur. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ſæcula. Accingere gladio tuo ſup femur tuum potẽtiſſime. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſpere: procede: & regna. Propter veritatem et mãſuetudinẽ & iuſtitiam: deducet te mirabiliter dextera tua. vel quæ inſequunt̃ diligẽter aduertito: in quibus & deus ipſe exprimitur. Sedes em̃ (inquit) tua deus: in ſæculũ ſæculi: virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus: deus tuus oleo lętitię prę cõſortib⁹ tuis. Et intellige queadmodũ cũ deo loquens propheta: cuius & perpetua eſt: & in ſęculũ ſęculi ſedes: & virga directionis virga regni ei⁹: deũ hunc ipſum dicat a deo fuiſſe vnctũ: qui eſſet

eius deus: & idcirco vnctũ: quia præ ſuis participibus & iuſtitiam ipſam dilexerit: & oderit iniquitatem. Quib⁹ prophetæ dictis viſus eſt admodũ vrgeri Iudeus ille qui tunc ſapiẽs haberetur: & hæc ipſa velut hæſitabundus et dubius animi: ſuę & Iudaicę religioni conſentanea duxit: dixitq; ad vniuerſorum deum referri: Sedes tua deus in ſæculum ſęculi: virga directionis virga regni tui. Ad Chriſtum vero: Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus: de⁹ tuus oleo lætitię prę conſortibus tuis. Deinde & Saluatorẽ ipſum huiuſmodi Celſi Iudæus alloquitur. Si enim id dixeris: omnem hominẽ diuina prouidẽtia conditũ dei filiũ eſſe: quod erit te inter & aliũ quẽdam: diſcrimẽ? Iudæo itaq; ſic reſpondebimus. Omnẽ hominẽ (vt Paulus inquit) qui nil vltra ſub timore ſit cõſtitutus: vel pędagogo: ſed volũtate qđ bonum eſt ſequitur: dei filium eſſe. Ieſus vero multo & longiori admodum interuallo: quẽuis hominum antecedit: qui dei filii ſunt per virtutẽ: ab hoc enim & illi velut ex fonte & principio quodã deriuanť. Quod autẽ Paulus ait: iſtiuſmodi eſt. Nõ em̃ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis: in quo clamamus abba pater. Sed vt inquit ſecundum Celſum Iudæus: infiniti Ieſum coarguent dicturiq; ſunt: de ſe fuiſſe prædicta: quæ fuerint de Ieſu ipſo pronũtiata: neſcio tamen an illud lateat Celſum: cõmigraſſe quoſdã ad vitam: voluiſſeq; ipſum id factitare: quod Ieſus: & ſeipſos dei filios aſſeueraſſe: vel dei virtutẽ. Sed cum ad verum cuncta: vt quiſq; locus acciderit: inueſtigemus: vel illud nos affirmabimus: anteq̃ Ieſus dominus naſceretur fuiſſe apud Iudæos Theudam quendã ſic dictũ: qui ſe magnum aliquẽ & ſupra hominẽ eſſe iactitaret. hoc mortuo: hi quos antea circũueniſſet paſſim diſperſi ſunt. Poſt hunc vbi naſci viſus eſt Ieſus: & orbis terrarum deſcriberetur: prodiit Iudas alter quidã & Galilæus: qui ad ſe ex Iudaico populo ꝑmultos conſciuit. Quippe qui & ſapiens haberetur: & nouarũ rerũ inuẽtor. Is vbi pœnas fallaciæ luit: ſublata eius omnis eſt diſciplina: quę in paucis admodũ & ꝑexiguis demũ ꝑmanſit. Quinetiã & poſt Ieſum deinceps voluit & Samareus quidam Doſitheus: Samaritis ꝑſuadere: ſe Chriſtũ eſſe: quẽ Moyſes prędixiſſet futurũ. Huius tamen doctrina viſa eſt non multos captaſſe. Sed qđ eſt in apoſtolorum actis: ſapientiſſime Gamalielis vt ſcribitur dictum: non erit abſurdum vel illud inducere: inductũq; aꝑire: quemadmodum ſcilicet fuerint quos diximus: longe a dei promiſſione alieni: nec dei filii: nec ex dei potẽtia: Sed Chriſtũ Ieſum Gamaliel idem affirmat verum dei fuiſſe filiũ: vnde ſic infert. Si enim humanũ id fuit cõſiliũ: diſſoluetur: quẽadmodũ & illorum quorũ ſupra meminimus vbi mortui ſunt: commentitia omnis ſublata eſt diſciplina. At ſi ex deo ille ꝓdierit: nequaq̃ poteris hui⁹ doctrinam euertere: ne forte deprehẽdamini oppugnaſſe. Voluit præterea & Simon Samareus ille & magus: per magicam artem quoſdã e medio tollere: & tunc ſane homines ſuis præſtigiis (vt puto) fallebat: nunc vero ex omnibus qui vbiq; terrarũ ſunt: ne ad triginta quidẽ inueneris qui illũ ſectentur: & forſitan plures dixi q̃ hi numero ſint. Sunt et circa Palæſtinam ipſam perpauci admodũ: in reliquis vero mundi regionibus: nec Simonis nomẽ eſt auditũ: cum ipſe illud in primis percuperet: vt de ſe fama paſſim diuagareť: quæ ſiqua forſitan eſt: ex actis apoſtoloꝶ innotuit. Sunt nanq; qui iſtiuſmodi de Simone hoc tradidere: Chriſtianæ religionis ſectatores: & res ipſa apertius teſtificatur: nil Simonẽ in ſe habuiſſe diuinitatis. Porro iuxta Celſum Iudæ⁹ B magos illos quorũ ſit in euãgelio mentio: per Ieſum ait fuiſſe Chaldęos dictos: & ad eius natiuitatẽ motos: veniſſe: cũ infans eſſet: vt deũ ſe adoratũ: id ipſum & Herodi tetrarchę innotuiſſe: qui poſtmodũ necatũ eos miſiſſet: qui eſſent Ieſu ętate pares: vt cum eis vna & hunc trucidaret: ne ſi ſuperſtes foret: & in virũ euaderet: imperio potiretur. Aduerte vel ex hoc ipo: vti rem geſtam: etſi nõ recte: auditu tamẽ Iudæus perceperit: nec a Chaldæis ſeiunxerit magos: nec plane quid hi profiteantur cognouerit: cũ inter ſe tã moribus q̃ inſtitutis longe diſſideant. ſic ille in euãgelica ſcripta mẽtitus eſt. Neſcio tamẽ quo pacto tacitus id præteriuit: quid magos deduxerit: nõ enim in oriente viſam his ſtellã: vt ſcriptũ eſt: ductricem dicit fuiſſe. Sed videamus qđ ſit ad iſta dicendũ. Qꝫ enim in oriẽte aſtrũ ſit viſum: nouũ quippiam eſſe & inſuetum exiſtimam⁹: nec quicq̃ habere illud ſimilitudinis cum cõſuetis aliorum aſtrorũ curſibus: quę vel per fixam & minus volubilem cæli ſphęram agantur: vel per immobilẽ & inerraticam inferiorem hanc plagam. Sed id genus fuiſſe: cuius ſunt per temporum interualla cometæ: ſiue Pogoniæ: ſiue Pithoi: ſiue: vt alias græci cõſueuere: vti hæc inter ſe differũt aſtra: denominare. His igitur ſat fuerit hęc confirmaſſe. Atqui obſeruatum eſt: cum magnis in rebus: tum in ingenti terrenarũ rerũ varietate: aſtra iſtiuſmodi exoriri portẽdereq; vel imperii immutationẽ & domi

natus:vel belli originem:vel aliud quippiam:
quod & accidere mortalibus poſſit:& terrena
C iſta cōcutere. Legimus autē in eo libro: quem
de cometis Cheremon ſtoicus ſcripſit: vel in
futuris & proſperis reb⁹ crinitā ſtellā nōnūq̄
exortam:& de huiuſcemodi:exponit hiſtoriā.
Si igitur:ſiue ī nouitate imperii:ſiue aliis ma-
ioribus in terris caſibus:id oritur aſtrū: quod
cometen nos dicimus: ſiue aliud huiuſmodi
quippiam:quid mirū:ſi cum is naſceretur:qui
eſſet ad hominū genus noua quędā & inſolita
perlaturus:inducturuſq́:non ſolū Iudęis:ve-
rum & Græcis: & permultis Barbarorum na
tionibus: perutilem diſciplinam: ſtella ſit per
lucens exorta? Ipſe vero affirmare id auſim:
nulla vſq̄ extare de cometis his vaticinia: vt
ſub huius illiuſve regis imperio: ſiue tempori
bus:futurū eſſet vt cometes ſic oriretur:cum
tamen interea: de ſtella naſcente Ieſu oborta:
Balaam ille vaticinatus ſit:inquiens:vt Moy-
ſes ſcripſit. Orietur ſtella ex Iacob: & ſurget
homo de Iſrael. Qꝫ ſi ſcrutāda fuerint quę na-
to domino de magis & ſtella ſcribuntur:ſecus
equidē Græcos ac Iudæos affabor. Nā græcis
id dixerim: magos hoſce quia dæmonibus aſ-
ſueuiſſent:vt quos pro eorū cōſuetudine & ꝑ
arbitrio inuocarēt:idcirco id agere & dæmo-
nes colere:quia nihil diuinius his aut fortius:
vel carminibus quibus hos ꝓuocarent, poten
tius ducerēt:& faterētur. Qꝫ ſi maioris ac ve-
rę diuinitatis vis quędam appareat:tollentur
mox dæmonū operatiōes:quippe qui nequeāt
obiectā diuinitatis lucē ſpectare. Iure ergo ſe-
cundū hanc Ieſu natiuitatē: cū cæleſtis exerci
tus multitudo:vt Lucas ſcripſit: & ipſe teneo:
deum collaudādo: Gloria in excelſis deo:& in
terra pax hominibus bonæ volūtatis decanta
ret:dæmones ipſi deflaccuerūt:& infirmiores
ſunt redditi:vbi eorū deprehenſę ſunt & con-
uictæ pręſtigiæ: & actiones omnes non modo
per angelos prorſus deletę:qui ob Ieſu natiui-
tatē ad terrā hāc cœlitus cōmigrarāt: ſed per
Ieſu animā ipſam: & diuinitatē oīno ſublatæ.
Magi itaq́ qui Ieſum poſtea adoratū venerūt:
cū vellēt quæ ſoliti fuerant magicis quibuſdā
carminibus factitare: apparētis ſtellæ cauſam
cōquirētes: & nō mediocrem eſſe hanc cōtem
plati:cū in cælo ſignū ſpectarent:quod diuina
non humana præferret: cepit cupido animū:
D quid illud portenderet:peruidere. Et vt nobis
apparet:cū haberent & hi ex Balaam prophe-
tias:quas Moyſes ipſe:vt erat ingenio acer:cō
ſcripſerat:& in his de ſtella quod traditur cō-
periſſent:intellexerunt hominē demigraſſe ad
vitā: & natū eſſe:quē prophetę: cū ſtellæ indi-
cio:iampridē vēturū denūtiaſſent. Et cū hūc:
vt potiorē:dęmonib⁹ pretuliſſent: qui ſe ſoliti
eſſent vanis rerum imaginib⁹:ludificari:in Iu
dęam eūdem adoraturi ſe contulerūt: certio-
res iam redditi:eſſe regē aliquē natum:ignari
tamen quale hic eſſet imperiū habiturus:aut
vbinā gentiū naſceretur. Et vbi locum perdi-
dicerunt quo natus fuiſſet: ei qui ex deo eſſet
homineq́ mortali cōpoſitus:munera hæc de-
tulere: aurū ſcilicet in regiæ poteſtatis argu-
mentū:myrrhā vt morituro:thus vt deo. Sed
cū eſſet hic deus qui hominū generi ſalutem
afferret:qua ī re & angelos ſuperaret:qui ſolēt
mortalibus opitulari:angelus tamen pręſtitæ
pietatis vicē rependit: ꝙ Ieſum adoratum ve-
niſſent: Siquidem illos cōmonefecit ne ad He
rodem redirēt:ſed alio iter diuerterēt:& ſe ad
ſua cōferrēt. Fuiſſe autē Herodē nato domino E
molitū inſidias:ſi minus credat apud Celſum
Iudęus:nil mirū. Eſt eñ cæca nequitia & fatū
vicere nitit̄:perinde ac ſi ſit illo potētior. Quo
malo & Herodes itē affectus: Iudæorū regem
credidit natum:& in hāc credulitatē certiori
aſſenſu deſcēderat: neſcius tamē vtrum oīno
futurus eſſet hic rex:& imperiū habiturus: et
eius ad hunc tollēdū inanes fore conatus. Vo
luit igitur Ieſum necare:cū vario teneretur &
altercāti iudicio:per cęcū & nequiſſimū dęmo
nē haud dubie cōcitatus:qui a pricipio ſalua-
tori paraſſet inſidias: cū illi⁹ præſentē eſſet ac
futurā metit⁹ animo magnitudinē: quā vtiq́
quibuſuis modis impugnandā ſuſceperat:ni-
mirū qui pro eius:vt malignitate:ita & liuore
id ageret. Angelus itaq́ rerum ſerie vti ſe ha-
buere:ſeruata:etſi nullā his fidē præbeat Cel-
ſus:Ioſeph nuntiauit: vt cū puero & matre in
Aegyptū ſecederet. Cum Herodes interea in
Bethleem:& locis illis vicinoribus: oēs ſuſtu-
lit pueros: vt vna & Iudæorum tolleret regē.
Nō enim peruigilē cuſtodē: id eſt diuinā vim
ille cōſpexerat: quæ ad hominū ſalutē eos ſer-
uaret & tutaret̄:quos dignos ſe duceret:quo-
rum omnium princeps: veneratione & excel-
lentia longe præſtaret Ieſus:rex quidē:nec ta-
men qualē Herodes exiſtimabat: ſed tale hui⁹
erat imperiū:quale deū decebat:vt tanto regi:
in eorū quib⁹ imperaretur beneficiū traderet.
Et ita vt non mediocris aliqua huius eſſet in F
ſuos:& vulgaris beneficētia: ſed legibus vere
diuinis vt hos erudiret erat futurū:& ſubde-
ret. Cuius rei & Ieſus haudquaq̄ ignarus:ta-
lē eſſe ſe regē negādo:qualē multi arbitraren-
tur:docēdoq́ ſui regni p̄ſtātiā inq̄t. Si eñ meū
eſſet ex hoc mūdo regnum:miniſtri vtiq́ mei
certarēt:Iudęis ne traderer. Nunc autē nō eſt

de hoc mũdo regnum meum. Hæc quidem ſi
Celſus nouiſſet:nequaq̃ intuliſſet huiuſmo-
di. Si enim id illum ſollicitum habuit: ne vbi
ipſe iã adoleueris in regno ei ſuccederes: cur
ergo vbi adoleuiſti:non regnas? ſed dei ipſe fi-
lius errabundus præ formidine latitans: ſur-
ſum:deorſumq; circumuagaris? Ipſe vero nec
turpe dixerim & abiectioris animi eſſe: prudẽ
ter diſcrimina ſubterfugere: nec his ſeſe teme
re & impetuoſe ingerere: nõ quia mortem ille
reformidaret: ſed quia ad hominũ vtilitatem
in mundum prodierit:quouſq; tandem tẽpus
ingrueret opportunũ:quo vbi mortalẽ ſuſce-
pit naturam: humanitus & morti cõcederet:
quæ & hominib9 eſſet plurimũ profutura. qđ
ſane ei iam liquet: qui Ieſum intelligit mortẽ
ob hominũ gratiam ſubiiſſe: qua de re ſupra
ſat pro viribus diximus. Deinde: cum nec apo
ſtolorum numerum teneat Celſus: decẽ dixit
vel vndecim quoſdam Ieſum ad ſe cõtraxiſſe
ſordidos homines & publicanos:& improbiſſi
mos aliquos nautas:cum his fœde hac illac di
uagatum:ac per laſciuiam cibos quaſiſſe. Sed
agedum vel de his breuiter diſſeram9: patent
enim euangelica dicta legentibus: quæ vtiq;
Celſus legiſſe nequaq̃ videtur: ex quibus con
ſtat duodenos Ieſum diſcipulos collegiſſe:in-
ter quos & Matthæum aſciuit: publicos pro-
curãtem quæſtus:quos vero cõfuſe nautas di
xit: Iacobũ forſitan & Ioannem intelligit: qui
relictis Zebedeo patre: & naui:ſunt Ieſum ſe-
cuti: nam Petrus & eius germanus frater An
dreas:quia ex vſu haberẽt hamo piſces captã-
re:vt victus quærerẽt neceſſitatẽ: haudquaq̃
erunt omnino inter piſcatores (vt ſcribit) an-
numerãdi. Concedat etiã & Leui illũ Alphei:
et publicanũ fuiſſe Ieſum ſectatũ:haud tamen
ex diſcipulorũ erat hic numero: ni forte id in
aliquo exemplari qđ fuerit ex Marci euãgelio
ſumptũ: reperiatur: aliorũ autẽ geſta haud-
quaq̃ didicimus: quo fit vt priuſq̃ eſſent hi
Chriſti doctrina imbuti:cibos ſibi & ſua indu
ſtria compararint. Ad hæc illud dicturi præ-
terea ſumus: qui enim quiuerint ſapienter &
recte quę de apoſtolis Ieſu ferunt inueſtigare:
facile iudicabũt virtute quadam diuina, Ieſu
diſcipulos ad Chriſtianã religionem q̃multos
inſtituiſſe: reddidiſſeq; ĩ dei doctrina obſequẽ
tiſſimos:nõ enim vlla his inerat ex arte/dicen
di vis:ſiue pronũtiandi:vel pro gręcorũ artifi
cio dialectico quodã aut rhetorico: ordo aliqs
aut modus:quo auditores allicerẽt. Quin po-
tius videre videor:ſi ad multorũ opinionẽ ſa-
piẽtes Ieſus aliquos elegiſſet: qui & meditari:
et eloqui poſſent:q̃ multitudinẽ demulcerent
et ad eius diſciplinã vulgandam miniſtris his
vteretur: iure forſitan ſuſpicandum fuiſſet:
haud ſecus ac ſolent philoſophi ſectarũ prin-
cipes: cum eorum priuatas quaſdam produ-
cũt ſententias:& hos prædicãdo quæ dei ſunt
factitaſſe:ſic enim fieret vt nõ vltra argui poſ
ſet:diuinam eſſe quã hi profiterentur doctri-
nam:quippe cum prædicationis ſermo & per-
ſuaſionibus niteretur & eloquentia:compoſi-
tiſq; ex arte verbis. Ita nimirũ credulitas om-
nis non in dei virture conſtaret: ſed in homi-
num ſapiẽtia:nec ab ea quicq̃ differret: quam
et mũdi huius philoſophi in aſtruẽdis dogma
tibus vendicant. Nunc vero quis hominũ cũ
piſcatores videat & publicanos: qui nec pri-
ma quidem literarum elementa edidiciſſent:
vt de his in euangelio ſcribitur:& Celſus ipſe
confidentiſſime credit: quæ de iſtorum igna-
ritate ſcribuntur: non modo apud Iudæos de
fide in Chriſto habẽda concionãtes: ſed apud
cæteras nationes hũc prędicãdo mirifice pro-
feciſſe: non illud mox quærat vndenã his per-
ſuadẽdi vis tanta obuenerit? non enim ea his
inerãt quæ multis ineſſe exiſtimãtur. Quiſve
non id fateatur adimpleſſe Ieſum diuina qua-
dam in ſuis diſcipulis virtute:qđ dixerat: Ve
nite poſt me:faciam vos hoĩes expiſcari? Quã
virtutẽ:vt ſuperius diximus:& præferẽs Pau
lus inquit. Et ſermo meus & prædicatio mea
non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ ver
bis:ſed in demonſtratione ſpiritus & virtute.
Vt fides veſtra non ſit in humana ſapientia:
ſed in virtute dei. Enimuero vel ex propheta-
rum dictis præſcientia quadam: denuntiatur
euãgelii prædicatio: vt illud:Dominus dedit
verbum euangelizantibus in virtute multa:
rex virtutũ dilecti. vt & prophetia ſic inquiẽs
adimpleatur. Velociter currit ſermo eius. Et
vidimus ſane in omnem terrã exiſſe Ieſu apo-
ſtolorum ſonum: & in fines orbis terræ verba
eorum. Quocirca virtute quidem replentur
verba: quę cum pronũtiantis virtute audiun
tur. Quam vtiq; pręfert:cum animi habitus:
tum vita: tum etiam continens quoddam vel
vſq; ad mortẽ/pro veritate certamen. Sed red
duntur plęriq; inanes & vacui:etſi deo crede-
re ſe per Ieſum profiteantur:qui diuina virtu
te carentes:deduci ad dei doctrinam videtur.
Ipſe vero etſi ſuperius de euãgelico dicto fece-
rim mentionẽ:per Saluatorem ipſum pronun
tiato:vel in præſenti/pro tẽpore vtar:aſſertu-
rus diuinitus fuiſſe illud ſignificatũ:vt pręco
gnita ſit Saluatoris noſtri euãgelica prædica-
tio:& chriſtianę doctrinæ ſine pręceptorib9 vl
lis vis ipſa:quę credẽtes diuina quadã potẽtia

per obtemperantiam ceperit. Ait itaqꝫ Ieſus: Meſſis quidem multa: operarii autem pauci.

C Sed cum viles quoſdã & ſordidos Celſus: publicanoſqꝫ item & nauticos homines dixerit Ieſu diſcipulos: etiam ad hoc reſpondebimus: Videri hoc loco Celſum: vt Chriſti calumnietur doctrinã: ſacris literis: vt libitum fuerit: fidem prẽſtare: diuinitatẽ vero ex libris aperte denũtiatam vbi minus admittit: euangelicis ſcriptis nil credere: cum neceſſe ſit potius: qui plane internoſcat quid veri quidã conſcripſerint: ex deteriorum ſcriptis: vt potioribus credat. Eſt enim literis traditũ: Barnabam ipſum ac Paulũ: perinde diſſentientes: ab inuicẽ diſceſſiſſe. hinc forte Celſus illud accepit vt diceret: diſſolutos quoſdam & improbiſſimos eſſe apoſtolos: & in ſuos Ieſum hos elegiſſe: qui prę eorum nequitia omnẽ excederẽt impietatem. Cum illud etiã in euãgelio Lucę ad Ieſum inquiat Petrus: Diſcede a me: quia homo peccator ſum domine: cum vero Paulus ad Timotheũ ſic ſcribat: Et ego vltimus apoſtolus Ieſu factꝰ: & illud: Fidelis ſermo: quia Ieſus Chriſtꝰ venit in mundum vt peccatores ſaluos faceret: quorum primꝰ ego ſum: neſcio quo pacto non hæc animaduerterit Celſus: vel forte oblitus eſt de Paulo aliquid dicere: qui poſt Ieſum in Chriſto fundarat eccleſias. Sed idcirco iure id illũ pręteriit: quia de eo vel illud erat dicendũ: queãdmodũ fuiſſet dei eccleſiã inſectatus: et contra fideles acerbius contendiſſet: ita vt omni conatu adniteretur velle Chriſti diſcipulos trucidare: & demũ tantopere ſit immutatꝰ: vt ab Hieroſolymis aduſqꝫ Illyriam: euãgelicis dictis loca vniuerſa repleuerit: & gloriæ duxerit euãgelium ſic prædicare: ne ſuper alienũ fundamẽtum ędificaret: ſed ibi Chriſti euangeliũ diuulgare: vbi a principio nõdum eſſet vulgatum. Cur igitur debet abſurdũ videri: cũ vellet Ieſus hominũ generi patefacere qualem haberet animis ipſis medẽdi artem: ſi ſordidos quoſdã elegit & nequiſſimos homines: quos & eo prouexerit magnitudinis: vt & vitæ purioris, & optimorũ morum exẽplo his eſſent: quos ad euãgeliũ prędicãdo duxiſſent?

D Qꝫ ſi anteacta vita ſit pœnitẽtibus exprobrãda: licebit & Phædonẽ illũ vel philoſophãtem iam carpere: ſiquidẽ hunc (vt eſt hiſtoriæ proditum) a meritoria cella vbi: vt proſtitutus: quæſtum corpore factitaret: ad philoſophiæ ſtudia Socrates tranſtuliſſet: nec ſecus & Polemonis incontinentiam illam & luxum: qui vtiqꝫ Xenocratem ad philoſophandum ſucceſſorem acceperit: philoſophiæ obiicere: cum longe potius id præſtiti per eam officii ſit admittendũ: quia rationibus perſuadẽdo valuerit hominẽ tot malis: & his quidẽ tãdiu pręoccupatũ eximere. Et apud græcos quidẽ vnus fuit hic Phædon: & neſcio vtrum huic fuerit alius quiſq̃ ſecũdus: & vnus Polemon: qui ab incontinẽti & perdita vita mox immutari ad philoſophiã ſe cõtulerunt. Apud Ieſum vero nõ ſolũ duodeni illi: ſed lõge plures iſtiuſmodi extitere: qui cũ eſſent continẽtium chorus effecti: de priſtinis vitiis iſtiuſmodi proloquũtur. Eramus enim & nos olim inſenſati: inobediẽtes: errãtes: ſeruiẽtes deſideriis & voluptatibus variis: in malitia & liuore degẽtes: & in alterutrum odio: vbi vero bonitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri dei: per lauacrũ regenerationis innouationis ſpiritꝰ: quẽ effudit in nos abũde: tales effecti ſumꝰ. Miſit enim deus verbum ſuũ: & ſanauit eos ex corruptionibus ſuis. quemadmodum qui in pſalmis vaticinatus eſt: docuit. Addendũ ad hęc & Chri- E
ſippum in eo libro: quẽ de curandis vitiis ſcripſit: vt in hominibus animi frẽnaret affectus: nihil præfiniẽdo quodnã veritatis ſit dogma: pro variis niti ſectarũ opinionibus vt his medeatur qui vitiis occupẽtur. Inquit enim. Etſi voluptas vitiorũ eſt finis: vel ſic tamẽ illa curanda erunt: nec ſecus etſi tria bonorũ ſint genera animi/corporis/& facultatum: nihilominus pro ratiõe vitiorũ huiuſmodi/& liberãdi ſunt qui his detinent̃. Chriſtianę vero religionis criminatores: nequaq̃ vident quot hominũ vitia: quot abundãtiſſimi fluxus quidã nequitię reprimãtur: quot demũ agreſtes & feri mores: per Chriſtianã doctrinã hanc manſueſcant: cui vel dici gratias ab his oporteret qui de humana communione & manſuetudine ſe plurimũ iactãt: qꝫ noua quadam via/a prauis facinoribus homines ad meliora traducant. Nec ſecus oportuit vt huius noſtræ doctrinæ et veritatem: quã ipſi prorſus ignorãt: probarent: & plane teſtificarentur: quãtum humano generi illa conducat. Sed quoniam non ad peruicaciam: ſed ad manſuetudinẽ Ieſus ſuos diſcipulos inſtruebat: hunc illos in modum cõmonefacit: Si enim vos in ciuitate hac perſequentur: in aliam fugite: ſi in altera perſequẽtur: rurſum & in aliam fugã capeſſite. Sic eos inſtituendo: exemplo his erat ad vitæ conſtantiam: quæ nullo pacto inſtituat fruſtra et intempeſtiue: aut temere adeunda eſſe pericula. Quod ſane Celſus incuſans calumniatur: F
cum Iudæum inducit ita dicentem: Tu quidem cum tuis diſcipulis hac illac fugitas. Huic in Ieſum & eius diſcipulos criminationi per ſimile illud dixerim eſſe: quod eſt memoriæ

de Ariſtotele proditũ. Is nãq; cum aduerſum
ſe: perinde ac ſi impiũ: futurũ eſſet vt cõcitati
iudices cõuenirẽt: quia dogmata quædã eius
philoſophiæ induxerat: quæ cõtra deorũ cul-
tum facere Athenienſes exiſtimarẽt: ex Athe-
nis ſecedens: Chalcidem ſe cõtulit: vbi & diu
permãſit. quo ex loco familiarib⁹ & notis ſcri-
bentibus cũ reſpõderet: Ex Athenis (inquit)
receſſimus: ne cauſam demus Athenienſibus
ſecundo ſcelus cõmittere: quale in Socratem
cõmiſerunt: ne ve contra philoſophiã iterato
impietatis coarguantur. Ait pręterea Celſus
cũ diſcipulis Ieſum per luxũ & laſciuiã conge
rẽdo cibos circũuagatũ. Velim tamen hic fa-
teatur: vnde id luxus & laſciuiæ in cõgerẽdis
cibis de Ieſu acceperit: cũ in euãgeliis legimus
fœminas quaſdã corpore olim affectas: & mi-
rabiliter ſanitati iam reſtitutas: ex earũ fortu-
nis victum diſcipulis ſuppeditaſſe. Verũ quis
vnq̃ philoſophantiũ: qui eorũ incũberet vtili-
tati quos haberet familiaritate cõiunctos: nõ
ab his ipſis acceperit quæ ſibi neceſſaria forẽt?
et hi quidẽ nõ indecenter: ſed iure id agere vi
derẽtur? Qđ ſane cũ Ieſu diſcipuli fecerĩt: cul
pãtur per Celſum: ꝙ incõtinenter & per laſci-
uiã congerãt cibos. Affaẗ deinceps Ieſum hũc
in modum Celſi Iudæus. Qui eñ erat neceſſe
vitãdi interitus gratia infantem te adhuc in
Aegyptũ transferri? nõ eñ deũ decebat mor-
tem vereri: at angelus de cælo lapſus acceſſit:
tibi iniungẽs ac tuis domeſticis: vt fugã capeſ
ſeres: ne tibi eſſet mors obeunda: ſeruare te ali
ter ibi vt propriũ filium magnus hic deus ne-
quibat: qn ad te duos iã angelos tranſmiſiſſet?
Putat autẽ Celſus nihil ineſſe diuinitatis hu-
mano corpori qđ Ieſus geſtaret: ſed tale id eſſe
effectũ: quale inducit Homeri cõmenticię fa-
bulæ. Irridẽs etiã quẽ in cruce Ieſus effuderat
ſanguinẽ: ait nõ cruorẽ illũ fuiſſe: qualis flue-
ret beatioribus diis. Nos vero Ieſu credentes
de diuinitate quæ ſibi ineſſet dicẽti: Ego ſum
via veritas & vita: & ſi quid huiuſmodi aliud
et ea quæ in humano corpore loquereẗ: Nunc
autẽ quęritis me interficere hominẽ qui veri-
tatẽ locutus ſum vobis: humana ſimul & di-
uina natura cõpoſitũ hũc affirmamus: opor-
tuiſſeq; dicimus eum: qui proſpicere aliis vel-
let: vt in hominis ſpeciem ad vitam hãc demi-
graret: nec temere mortis diſcrimen inuade-
ret: ſed ꝑ alumnos deduceret: qui eſſent ad rẽ
omnẽ per angelũ inſtituti: qui primũ ſic dice-
ret: Ioſeph fili Dauid ne timeas accipere Ma-
riam vxorem tuam: qđ enim in ea natũ eſt: ex
ſpiritu ſancto eſt: ſecundo illud cõmoneface-
ret: Surge accipe puerum & matrem eius: et
fuge in Aegyptũ: & eſto ibi vſq; dũ dixero ti-
bi: futurũ eſt enim vt quærat Herodes puerũ
ad perdẽdum eũ. Horũ autẽ mihi nil quippiã
qđ ſcriptũ ſit admiratiõe dignum videtur. Si
quidẽ in vtrãuis ſcripturæ partẽ angelus fer-
tur: Ioſeph per ſomniũ obuerſatus: iſta dixiſſe.
Somnianti vero cuiq̃ demõſtrari quæ faciẽda
ſint: vel aliis cõpluribus contigit. Cur igitur
fuerit abſurdum: qui ſemel homo effectus ſit:
vel pro humano quodam inſtinctu vt declina
ret diſcrimina: non qa aliter id fieri nequiſſet:
ſed vt recta & ordine ſuo ꝓcederẽt: quæ de Ie-
ſu agerentur ſalute? Et ſane longe melius fue-
rat vt puer Ieſus Herodis inſidias euitaret: et
cũ alumnis vna in Aegyptum ſecederet: quo-
adusq; mortem ſubiret qui paraſſet inſidias:
q̃ prouidẽtiã: inquantũ homini licuiſſet: quæ
de Ieſu iam haberet: interpellare: vel Plutonis
caſſidem: vt ſub eo lateret: illi imponere (vt fa
bulę ferunt) quẽ tollere oĩno vellet Herodes:
vel in eo tutãdo iſtiuſmodi aliqđ machinari:
vel haud ſecus affligere qui ad Ieſu interitum
conceſſiſſent: q̃ Sodomitani illi ſunt afflictati.
Pręſidiũ nãq; pręcipuũ illud & admirabile: qđ
per deũ mox poterat Ieſu ipſi afferri: nequaq̃
ſatis ei valebat: qui docere alios vellet ex deo
diuinitatem fuiſſe ſe aſſecutũ: & hominẽ eſſe
ꝙ vtiq; & dei ſe eſſe propriũ filiũ præferebat:
deũq; verbum: & dei virtutẽ: qui dei ſapiẽtia
Chriſtus vocitareẗ. E quib⁹ autẽ conſtet poſt
aſſumptã humanitatẽ Ieſus: & compoſit⁹ ſit:
haudquaq̃ eſt pręſentis tẽporis explicare: quã
doquidẽ oboritura eſſet (vt ita dixerim) quę-
ſtio ꝓpria quædã & nil ſuperuacua ſuo loco:
credẽtibus. Inquit pręterea Celſi Iudæus: per- C
inde ac græcus aliquis ſtudioſus: & græcorũ
diſciplina inſtructus: priſcos olim Perſeo fuiſ-
ſe & Amphioni Aeacoq; & Minoi diuinã ſo-
bolem impartitos: nec tamẽ his fidem ipi prę-
ſtitimus: dũ facta quędã: cũ magna: tũ & mirã
da prę ſe iſti tulerĩt: & quę haud dubie huma
num modũ exceſſerint: ita vt nec fides his de-
trahi poſſe videreẗ: ipſe vero quid facto geſſe-
ris vel verbo mirãdum qđ nobis conſtaret nil
protuliſti: tametſi in templo te ad id prouocã
tibus: vt ſignificatiõe aliqua clariore & argu-
mento: dei te filium patefaceres. Ad quod ſic
eſt reſpondẽdum: Velim equidem gręci oſten
dant vel in parte per iſtos quos meminerunt:
rem aliquã geſtam præclarã & celebrem: quæ
vel ad poſteros tendat: & tanti ſit: vt fabulæ
aſtruant fidẽ, narrãti a deorũ hos ſemine pro-
diiſſe: ſed nihil oſtẽdent: & ſane nec paruo qui
dẽ interuallo iſtorũ de qbus iſti ſcripſerũt res
geſtæ inferiores eſſe conſtabunt: q̃ ea fuerint:

quæ per ſe geſſerit Ieſus & cõfirmauerit. Qꝫ ſi
forte ad fabulas nos traduxerint Græci: vel eo
rum hiſtorias: nolintqꝫ his temere nos fidem
præbere: ipſi vero noſtris etſi apertiores ſint:
nil penitus credāt: illud plane aſſeuerauerim
Ieſu opera vbiqꝫ terrarum innotuiſſe mortali
bus: ſeu quibuſuis locis: vbi dei inhabitēt per
Ieſum eccleſiæ: & hominū in Chriſti fide con-
uentus: quos vt multorū: ita & prauorū faci-
norum pœnituerit. Accedit etiā: ꝙ Ieſu id no
men: & mētes hominū emotas ſiſtit: dæmones
propellit: & morbos ingerit: & mirabilē quan-
dam humilitatē: & animi habitū facit remiſ-
ſiorē: affert & humanitatē: bonitatē: māſuetu
dinem: his præcipue: qui neqꝫ bonorū pręſen-
tiū gratia: nec ob humanā aliam quāpiam ne-
ceſſitudinem: quicq̄ diſſimulant: ſed toto ani-
mo capiūt quę de deo: & Chriſto: & futuro iu
D dicio prædicātur. Poſt hæc Celſus neſcio quo
pacto ſuſpectans: quę per Ieſum geſta fuiſſe de-
mōſtrabuntur: magnitudine quadā præſtare:
ex quibus: etſi q̄plurima ſint: perpauca dixi-
mus: ſimulat vt vera iſta ſe conceſſurum quæ
literis tradita ſunt. quemadmodū .ſ. ille mul-
torū curauerit valitudinē: & mortuos excita-
rit: vel ꝙ paucis panibus: quorū vel reliquiæ
ſuperfuiſſent vberiores: ad ſatietatem aluerit
multos: vel alia pleraqꝫ per diſcipulos mirabi-
liter edita: quæ & noſſe ſe arbitrať. Quinetiā
et illa adiecit: Age credamus & iſta geſſiſſe:
moxqꝫ hęc ipa cū magorū operibus confert: et
his cōmunia facit: vt qui ſe mirabiliora factu-
ros polliceantur. Nec ſecus Ieſum feciſſe mira
quædā affirmat: atqꝫ hi ſolent q ab Aegyptiis
ipſis ediſcūt: quę illi foro in medio factitarent:
et perpaucorū obolorum precio grauem eorū
traderent diſciplinā: abigerētqꝫ a corporibus
dæmones: & morbos propellerēt: reuocarētqꝫ
ad ſuperos heroum animas: cœnaſqꝫ lautiores
et menſas / libaqꝫ & ciborum condimenta prę-
ferrēt inſolita: mentirēturqꝫ & beluarū motū
quæ in vero minus cōſtarent: & alioquin hu-
iuſmodi viderentur: & viſum præſtigiis falle-
rent. Cum itaqꝫ inquit hæc faciant illi: nū erit
neceſſe dei hos filios ducere: vel non potius ar
tes quaſdam quæ geſſerint nuncupare: homi-
nū ſane perditorum & infeliciū! Vides ne vt
ex his fere magicam aſtruat Celſus! Nec ſane
intelligo vtrum hic ille fuerit: qui ipſam hanc
impugnando: q̄ multos cōſcripſerit libros: ve
rūtamen quia probare videtur quæ ante pro-
poſuit: magicis comparat rebus quæ de Ieſu
ſcribuntur. Et eſſent forſitan comparāda: ſi vt
magici ſolent pręſtigiis ille quę geſſerit: præ-
tendiſſet: nunc vero magorū nemo per ea quę
facit ad morum immutationē ſpectatores in-
uitat: nec eos deum vt vereātur inſtituit: qui
eius ſpectacula demirentur. Nec nititur qui-
dem his ita vt viuant perſuadere: qui ſpectan
do aſſiſtūt: vt iuſtum a deo iudicium ſint pro
meritis relaturi. Ergo nil horū effecerit: quia
nequeūt magicę artis ſectatores: vel forte no-
lunt: quæ homines moderātur & corrigunt:
exercere: vt qui haud ſecus ac cæteri ſint fœ-
diſſimis ac ſordidiſſimis facinoribus obuolu-
ti. At Ieſus ex rebus ipſis mirandis quæ facti-
taret ad morum caſtigationem omnibus inui
tatis: qui eius facta intuerentur: quo pacto nō
erit exiſtimādus non modo ſuis diſcipulis: ſed
et mortalibus cęteris optimę vitæ exemplum
exhibuiſſe! ita vt diſcipuli ipi ad homines pro
dei arbitrio edocendos incitarentur: et cæte-
ri omnes vbi ex Ieſu: cum dictis: tum moribꝰ:
tum mirabilibus factis: quemadmodum eſſet
vita ducenda perdidiciſſent: æque omnia fa-
cerent: omnipotenti deo vt gererent morem.
Qꝫ ſi Ieſu vita erat huiuſmodi: cur quiſpiam
hunc cum magicis hiſce nefanda patrantibus
iure contulerit! & non potius ſecundum diui
nam illam promiſſionem deum eſſe credide-
rit! qui & in humano viſus ſit corpore: vt ge-
neri noſtro conduceret! Deinde confundens
Celſus ſermonem: hęretica quędam dicta ve-
luti ad communem Chriſtianorum crimina-
tionem inducens: ſic inquit. Non enim dei eſt
corpus quale tuū hoc eſt. Nos vero ad hæc ſic
reſpōdemus. Corpus quidem hunc accepiſſe
humanū: vt a fœmina genitum: vbi ad vitam
hanc demigrauit: & mortis humanę ſuſcepti-
bile. Quocirca fatemur: & inter cætera huma
ni huius ſuſcepti corporis gratia acerrimum
effectum eſſe hūc certatorē: fuiſſeqꝫ & in cun-
ctis: vt cæteros homines pertentatum. Nec ta
men mortalium more: vt peccato obnoxium:
ſed cuiuſuis criminis prorſus expertem. No-
bis enim iam liquido patet: ꝙ nihil commiſe-
rit: nec inuentus ſit dolus in ore eius: nec pec-
catum cognouerit: & quemadmodum vt pu-
riorem hūc tradiderit deus pro omnibus qui
deliquiſſent: ſatis eſt cognitum. Infert dein-
ceps hęc Celſus: Nō enim fuerit id dei corpus C
qđ ita ſit vt ipſe fuiſti o Ieſu, proſeminatum.
Suſpexit tamen ꝙ ſi quemadmodū ſcriptū eſt
ille eſt genitus: poſſe & eius id corpus: pro di-
uino apud multos haberi: vel ex certioribus
argumentis: quibus dei id eſſe corpus conſta-
ret. Sed nullam his Celſus adhibet fidem quæ
de Ieſu ex ſpiritu ſancto conceptione ſcribun-
tur: eoqꝫ & illud intuliſſe videtur. Non enim
fieri poteſt vt dei ſit corpus qđ ita fuerit præ-

A ſeminatū:vti ipſe fuiſti.Sed de his ſatis.Affir
mat p̃terea diuina huiuſmodi corpa : nec ali
cibo:quēadmodum poſſe ſe dicit ex euangeli
cis ſcriptis oſtendere:Ieſu corp⁹ & cibo nutri
tum:& quibus veſci ſit ſolitū.Sed eſto dixerit
Ieſum cū diſcipulis paſca feciſſe:nec ſolū illud
eē pręfatum:Deſyderio deſyderaui hoc paſca
mãducare vobiſcū:ſed cū his vna eſitaſſe.Di-
cat inſuper vel ſitibundū ad Iacob fontē bibiſ
ſe:ſed parua q̃dã hæc fuerint:ſi cū his q̃ de Ie-
ſu corpore nos ipſi fatemur:iã conferant.Liq̃t
eñ vbi iam reſurrexit in eſum piſcē cepiſſe:ni
mirū q corpus ex fœmina genitū noſtro huic
B ſimile deſumpſiſſet.Sed dicet Celſus: non eñ
humana hac voce vtet̃ diuinū aliq̃d corp⁹:ne
ꝙ pſuaſionib⁹ nitetur huiuſmodi. Sed hęc q-
dē parui momēti ſunt dicta:& admodum cō-
tēnenda.Poterit nãq̧ huic rñderi:vel Pythiū
illū Apollinē:q apud græcos credit̃ deus: vel
dydimeū voce hac vſos: qua vſa ſit & Pythia
vates: ſiue q̃ Mileti vaticiata ē: haud tñ idcir
co:vel Pythius ille per græcos diuinitatis ex-
pers arguit̃:vel alius quiſpiam gręcorum de⁹
q aliquo vno in loco p̄ſideat.Erat aūt hoc lon
ge rectius:vt verus deus voce hac vteret̃:quę
vi ſua quadã efficeret:vt pronūtiando: ineffa
C bilē in modū auditoribus ſuaderet.Deinceps
Ieſu ipſi cōuiciatus:ad hominē inq̃t Celſus,il
lud ſpectare:q & deo fuerit infenſus:& impro
bus magicę artis ſectator:cū ipſe poti⁹ob eius
impietatem:& prauas opiniones ſit deo infen
ſior:tametſi vel noīa ipa:& res vti ſe habent ſi
ingrant̃:nec dari q̃dē poterit homo quem ode
rit deus:quãdoq̃dē amet ille q̃ ſunt vniuerſa:
& nihil reſpuat eorū quę fecerit. Nō eñ quip
piã cōdidiſſet q̃d ipſe haberet inuiſum . Q̃z ſi
ꝓphetica dicta nōnulla illud prætēdãt:odiſſe
deū quę fecerit:explicat̃ tamē p alios cur illud
p̄tēderit:nã & ſacrę literę frequēter de deo ita
loquunt̃:pinde atq̧ obnoxius ſit hūanis affe-
D ctibus.Sed q̃d erit huic rñdēdū:q ĩ his ſuis de
mōſtratiuis(vt ipe affirmat)& veris ſermo-
nibus:arbitret̃ vtēdū eſſe cōuiciis & maledi-
ctis:pīde acſi cōtra Ieſum is agat: vt magū ali
quē & perditum hoiem:q̃d ſane nō argumen
tū eſt rem demōſtrãtis:ſed imperiti:& inſulſi
hoīs vitium id patiētis. Pōt nãq̧ qui de re ali
qua diſſerit: placide illam inueſtigare:& ſcru
tari ꝑ viribus:& edicere q̃ hanc ſubſequūtur.
Sed cū in his deſinat Ieſum alloqui apud Cel-
ſum Iudęus:& nos itē primo quē ad hunc ſcri
bimus libro:finē iam facimus:ne & ipſi huius
dicacitatem imitãdo dum meras ineptias re-
futamus:longiores forte:q̃ dicendi ars poſtu-
lat:ſim⁹.Deo aūt veritatem probãte: quę fal-
ſos pdat:pro ꝓphetica optione illa:Sermones
diſperde illos domine:ſecūdo facturi libro ini
tium ſumus:quo & ſecundam Celſi refutabi
mus fictionem:in qua iudęus inducitur allo-
quēs in Ieſum credētes: q̃ deinceps ſequūtur.

LIBER SECVNDVS.

Placet ſecundū hunc primo: E
& ſuperiori libro ſubiūgere
quo Celſi dictis rñdim⁹:quę
ille veri ſermonis titulo an-
notarat. Nã vbi ſatis ſcribē
do cōplexi in eo ſumus:q̃ ne
ceſſaria videbant̃:ad eū vſq̧
locū pduxim⁹:quo Celſus ipſe iudęum cōfin-
xerat:Ieſum dñm alloquentē: ad eas deinceps
calumnias reſpōſuri:quas ille iudaico populo
in Chriſtū credēti eſt obiecturus. Et illud eq-
dē in primis exegerim:cur Celſus q ſemel cō
fictas pſonas in animū induxit producere: nō
in pręſentia & iudęū cōmentus eſt:qui ex gē-
tibus fideles appellet:Sed eos dūtaxat impu-
gnet:q ex iudæis Chriſtianã ſint fidē ſectati.
Sic forte pſuadēdi vim maximã viderent̃ ha-
bere:quę ipe cōſcriberet. Verū qui cūcta ſcire
ſe pfitet̃:quæ eſſent iudęo:vt diceret:cōſenta
nea:haudquaq̃ pſpexit. Cuiuſmodi igit̃ Celſi
iudæ⁹ ad eos ediſſerat:q ex iudęis crediderãt
noſcēda iã ſunt.Ait eñ relictis hos patriis le-
gibus p Ieſum illectos:ridicule admodū fuiſſe F
illuſos:& vltro in nūcupationē aliã cōceſſiſſe:
& aliã vitã.Cū minus intelligat:Iudæos q Ie-
ſum fide & credulitate ſuſcepant:nil patriã le
gem deſeruiſſe:quippe q ſecūdū hanc viuerēt:
& ex legis hui⁹ pauptate denominētur. apud
iudęos nãq̧ ebion paup dicit̃: & ebionei vtiq̧
nūcupantur:q ex iudæis Ieſum vt Chriſtū ad
miſerãt.Et Petr⁹ q̃dē videtur iudaicos iuxta
Moyſen ritus ſeruaſſe: vt qui nōdū a Ieſu pdi
diciſſet:a legis litera ad ſpūs legē trãſcendere
vti Apoſtolorum ex actis didicimus. Poſtera
aūt die iter illis faciētib⁹: & appropinquãtib⁹
ciuitati : aſcēdit Petrus in ſupiora: vt oraret
circa horam ſextã:& cū eſuriret voluit guſta
re:parãtib⁹aūt eis:cecidit ſuper eum mētis ex
ceſſus:& vidit cælum apertū:& deſcēdēs vas
q̃dã velut lintheū magnum quatuor initiis
ſūmitti de cælo in terrã:in quo erãt oīa q̃dru
pedia:& ſerpentia terræ:& volatilia cæli:& fa
cta eſt vox ad eū:ſurge Petre & occide & man
duca:tum ille abſit domine:quia nunq̃ mãdu
caui omne cōmune & immūdū:& vox iterꝝ ſe
cūdo ad eum:quod de⁹ purificauit:tu cōmu-
ne ne dixeris: hoc eſt ingnatū. Aduerte itaq̧

quemadmodum ex dictis hiſce iudaicos ꝑſe-
rat ritus: ſi qdē Petrus q̃ mūda eſſent: atq; im
mūda: adhuc obſeruaret. Quinetiā ex īſequē
tibus demonſtrat̃: viſione ipſum indiguiſſe: q̃
moneret̃: vt Cornelio q ſecundū carnē Iſraeli-
ta non eſſet: & his q cū eo vna verſarent̃: fidei
verba cōmunicaret: vt q vel ad id tēporis iu-
dęus exiſteret: & pro iudaicis traditionib⁹: cō
tēptis cęteris: q extra iudęoꝝ eſſent religionē
iā viueret. Nec ſec⁹ & Paulus ī ea quā ad Ga
lathas conſcripſit epiſtola: id patefacit: pri⁹.n.
mul cum corpore aliquis excitetur: ſic inquit.
At illud erit conſiderandum: vtrum qui in ve
ro moriens naturæ conceſſerit: cum corpore
ipo ab inferis excitatus exiſtat. Nec iſta quidẽ
protuliſſet Iudæus: ſi his quę in tertio Regum
libro ſcribuntur: & quarto de pueris illis: fidẽ
præſtaret: quorũ alterũ ſuſcitauit Helyas: al
terũ Helyſęus. Ipſe vero vel idcirco exiſtima
uerim Ieſum ad natiões alias nullas: præter Iu
dęos: ſe contuliſſe: quia diuinis ii eſſent mira
culis inſueti: quũ his quę Ieſus ipe geſſiſſet: &
de Ieſu narrantur ſimillima eſſent quæ credi
diſſent: vt & illud admitterẽt: eum quem cir
ca tam multa fuiſſent & maiora quidem iam
edita: & cuius virtute mirabiliora quædã pa
gerentur: longe plurimũ prophetas hos ante
ire. Sed cum poſt eas quas Iudæus de heroibꝰ
græcas produxit hiſtorias: perinde ac miran
da quædam prætulerint: & vt ab inferis exci
tati ſint multi: & illud adiecit: ex Iudæis hos
alloquens qui in Ieſum crediderant. Num ipſi
quidẽ aliorum facta pro fabulis ducitis: & ita
lubet videri? Vobis vero comœdiæ inuerſio
nem honeſtius eſſe q̃ veriſimilius adinuẽtam?
Huius inquam vocem in ligno editam: cũ ani
mam exhalaret? Ad quem ſic reſpondebimus C
Ipſi vero quas dudũ produxeras fabulas: ꝑ fa
bulis ducimus: quæ vero ſacris literis inſunt:
quas vtiq; cõmunes vobiſcũ habemus: in qui
bus & nos gloriamur: haudquaq̃ fabuloſa eſſe
fatemur: vnde & illis q ſcribẽdo eos memoriæ
prodiderunt: qui ex mortuis ſurrexiſſent: ſic
credimus: vt nihil ꝓdigioſum feciſſe illos exi
ſtimemus. Ei vero qui e communibus ſcriptis
innotuit: vt & id prædicenti: & per prophe
tas denuntiato: & reſurgẽti fidem præſtamꝰ.
Et ſane vbi ab inferis extitit: eo pueris quos di
ximus mirabilior fuerit: quia prophetæ illos
a mortuis reuocarunt: hunc vero propheta
nullus: ſed qui in cælis eſt pater. vnde & maio
ra longe hoc reſurgente effecta ſunt: q̃ illorũ
effecerit reſurrectio. Quid enim eo magnitu
dinis per Helyſęum his & Helyam ſurgenti
bus: vnq̃ prouectum eſt: quo illud cum Ieſum
reſurrexiſſe prædicaretur: euaſit? cuius reſur
rectio diuina virtute & facta & credita ſit? Pu D
tat autem prodigii loco ducendum: ꝙ morien
te Ieſu contremuerit terra: & cuncta ſint tene
bris obuoluta: de quibus tamen (vt licuit) ſu
pra reſpondimꝰ: cum & Phlegõta ipſum pro
duximus Saluatoris tẽporibꝰ patientis: hiſto
ria fuiſſe cõplexũ. In ea vero hęc omnia extitiſ
ſe: & queadmodũ viuẽs Ieſus nũq̃ ſibi ipſi geſ
ſerit morẽ: mortuũ vero reſurrexiſſe: & præ
tuliſſe cruciatus indicia: & manus clauo traie
ctas. Et illum quidem rogabimus: quidnam il
lud prætendat quod ait: ſibi ipſi nunq̃ morem
geſſiſſe? Qꝫ ſi virtuti illud aſcripſerit: fatebi
mur ſat admodum ſibi illum feciſſe: nihil eñ
vel abſurdius locutꝰ eſt vnq̃: nec praua geſſit:
ſed vere vt ouis ad occiſionem deductus eſt: &

vt agnus coram tondente ſe tacuit. Eundé ſa-
ne & euangelium nec os ſuum aperuiſſe teſtaẽ
At ſi nihil geſſiſſe ſibi hūc morem: ex terrenis
& corporalibus his rebus intelligit: dicemꝰ ex
euangeliis nos oſtendiſſe: volētem illum & vl-
tro: ad hęc deueniſſe. Dein cum ex euāgelio ꝓ
E ferat, & ſigna illum pœnarum, & vulnerū oſtē
diſſe: vbi ex mortuis reſurrexit: & foratas in-
ſuper manus: ſic inquiens quęrit: quiſnam iſta
eſt contemplatus? Et carpēs quę de Maria Ma
gdalene ſcribuntur: vt ipſa hęc viderit: muli-
er (inquit) delira & furens vidiſſe ſe retulit: vt
ipſi fatemini. Sed cum non ſolum ſit literis tra
ditum: hanc reſurgentem Ieſum ſpectaſſe: ſed
alios multos: vel illud detrectās ſic inquit: vel
alius ſiquis eiuſdem magicę diſciplinę hūc vi
derit. Et quia perinde id accidere queat: vt eū
quis viuere imaginetur qui mortuus ſit: ſub-
inde vir Epicuręus illud adiecit: vel ex animi
affectu quodam ſomniantem aliquem: vel vt
ipſe mallet: videri poſſe illud mēte verſare: ab
inferis mortuos emerſiſſe: qđ ſane multis iam
F contigit per quietem id animo agitaſſe. Illud
vero etſi permoleſte dictum videtur: alioquin
ad neceſſarii confirmationem dogmatis valet
ꝙ poſt mortē anima ipſa ſubſiſtat. Nec fruſtra
animā autumat hic immortalē: vel plane ſub-
ſiſtere: qui id dogma ſuſceperit: vt Plato de a-
nima diſſerit: affirmans phantaſmata quædā
vmbratica eorum qui fato defuncti ſint: circa
ſepulchra oberrātia viſa eſſe nōnull'. Quæ igi
tur de mortui cuiuſpiam anima ꝓdeunt & ap
parent phantaſmata: de aliquo ſubiecto prode
ant neceſſe eſt: qđ ſecundū ſubſiſtētē animam
ſit oui in ſpeciē corpori. At Celſus cū nequaq̄
id velit: vult tamen & viſiones ſomniare non-
nullos: & pro eorū voluntate falſa quadā, & er
rāte opinione imaginari. Quas tñ credere ſō-
nium eſſe: nil erit abſurdū: viſionem vero niſi
dementibꝰ, & phreneſi laborantibꝰ, vel furen-
tibus obuerſari: credi nō poteſt: vnde vel id q-
dem Celſus cū pręuidiſſet: furentē mulierē ꝓ-
nuntiauit: quod tamē nil patefacit hiſtoria: e
G qua deſumpſit qđ incuſaret. Erat igitur iſtiuſ
modi Ieſus vti Celſus exiſtimat: qui eius poſt
obitum imaginariam vulnerū: quibus in cru-
ce affectus ſit: cogitationem immitteret: cum
in vero nulla penitꝰ toleraſſet: vt aūt euāgeliū
docet: cuius dictis partim fidem hic adhibet:
partim & detrahit: aſciuit Ieſus ad ſe ex diſci-
pulis quempiā minus credentē: & exiſtimantē
fieri nō potuiſſe qđ narrabaẽ miraculū: cū mu
lieri: ſe Ieſū vidiſſe renūtianti: iam credidiſſet:
quia non impoſſibile iudicaret mortui animā
viſam eſſe: nil tamen putauit in ſimili corpore
illum reſurrexiſſe: vñ & dixit: niſi videro non
credam. quocirca & illđ adiecit. Niſi mittam
manum meam in fixuram clauorum: & tetige
ro latus eius: nō credam. q̄ vtiq̄ per Thomam
ita ꝓferebantur: vt qui iā iudicaret poſſe ſenſi
bilibꝰ oculis apparere animæ corpus: qđ prio
ri fuiſſet: vt ait Homerus: in omnibꝰ ſimile: ſpe
cie: magnitudine: oculis: voce: & ita vt plęrun
ꝗ veſtibus hiſdem amiciatur: & aduocato in-
quit Thoma ad ſe Ieſus ſic eum affatus eſt. Af
fer manū tuā: & mitte in latꝰ meū: & noli eſſe
incredulus, ſed fidelis. Cæterū & conſentaneū H
erat vt iis q̄ de Ieſu ſunt per prophetas denun
tiata: & rebus per eum geſtis: & iis ꝑterea q̄ il-
li contigerāt: id omniū accederet mirabiliſſi-
mū. Erat nāq̄ in Ieſu perſona: illud in ꝓpheta
prædictum: & caro mea habitabit in ſpe: &
non dereliques aīam meā in inferno: nec dabis
ſanctū tuū videre corruptionē. Et erat hic qui
dē vbi iā reſurrexit veluti in craſſitudinis con
ualle aliqua montibus interiecta: quæ corpori
inerat priuſq̄ patereẽ: & aīæ ipſi: vbi viſa eſt ta
li corpore denudata. Vnde cum eiꝰ diſcipuli
& Thomas ſimul in vnum iam conueniſſent:
venit & Ieſus clauſis ianuis: & ſtetit in medio
& dixit. Pax vobis. Deinde dicit & Thomę. In
fer digitū tuum huc: & huiuſmodi reliqua. Et
in euangelio Lucæ ad inuicem Simone & Cleo
pha de omnibus quæ ſibi acciderant: colloquē
tibus: ſuperueniens Ieſus ambulabat cum eis:
& oculi quidē eorū tenebātur ne agnoſcerent
eū: ille autem ad eos dixit. Qui ſunt ſermones
quos confertis ad inuicem ambulātes? Et poſt
q̄ eorū oculi aperti ſunt, & cognouerunt eum
tunc his verbis vtitur ſcriptura. Et ille diſpa-
ruit ab eis. Qꝫ ſi velit hæc Celſus cū phātaſma
tibus quibuſdā conferre: & alios fuiſſe quæ de
Ieſu ſcribuntur imaginatos aſſerere: nec ſecus
& illos qui eum vbi iam reſurrexit vidiſſent:
ſecum id animo agitaſſe affirmet: abſurdū ꝓ-
fecto his videretur: q conſideratius & placide
res ipſas conquirunt. Exinde Celſus haud ſa- I
ne negligēter quæ ſcripta ſunt carpens: ſic in-
quit. Oportuit aūt ſi diuinā haud falſo virtu-
tē prę ſe ferre Ieſus volebat, vt tentātibꝰ ſe hāc
patefaceret: vt oībus paſſim & illi ꝓcipue q̄ fa-
ceret innoteſcerent: qui ſe eſſet paulopoſt dam
naturus. Et nobis certe videtur vti ex euāgeli
is compertum habemus: poſt eius reſurrectio
nem nō ita ſub hominū aſpectū veniſſe: vt an-
tea palā: cū oībus viſendū ſe obtuliſſet. In actis
nāq̄ apoſtolorū deſcribitur per dies quadra-
ginta diſcipulis fuiſſe hūc viſum: diſſerentem
& loquētē de regno dei. In euangeliis vero ha-
betur cū his nō ſemper fuiſſe: ſed per dies octo

viſum eſſe nonnunq̃: & ianuis clauſis: nec eun
dẽ in modũ in medio diſcipulorũ cõparuiſſe.
Et Paulus in calce fere ad Corinthios prioris
epiſtolæ: vt eũ publice viſum haud ſecus ac an
teq̃ patereť affirmãs: huiuſmodi ſcribit. Tra-
didi em̃ vobis in primis qđ & accepi: qm̃ Chri
ſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ
ſcripturas: & q̃a viſus eſt Cephæ: deinde duo
decim: poſtremo aũt viſus eſt ſupra quingen-
tis fratrib⁹ ſemel: quorũ plures manent adhuc
quidã vero dormierũt. Deinde viſus eſt Iaco-
bo: poſtea apoſtolis omnibus. Poſtremo autem
A omnium tanq̃ abortiuo: viſus eſt & mihi. Ma-
gna igitur quędam & admirãda: & maiora lõ
ge nõ ſolum q̃ multorũ fideliũ dignitas patia
tur: ſed vel eorũ qui admodũ in fide ꝓfecerint
arbitror eſſe: quæ ſuo loco ſunt differenda: in
quibus illud etiam demonſtrabitur: cur Ieſus
a mortuis ſurgens nõ cõparuerit: quemadmo
dũ ſuperiori tempore conſuerat. Aduerte au-
tem: vtrũ e pluribus: vt in tanto aduerſus Cel
ſum hoc opere: quo & Chriſtianos & fidẽ ipſã
impugnat: iure nobis licuerit expoſit[paucis
ad eorum defenſionẽ deſcendere: quę poſtmo-
dum ſubſequentur. Ieſus vero cum vnus eſſet
aſpectu: ſenſu tamen & mente: plures in ſe con
tinebat: nec pari modo ab omnibus videbatur
ſe intuẽtibus. Q꞉ autem ſenſu multiplex eſſet
ex eo liquet quod inquit. Ego ſum via & veri-
tas & vita. & item. Ego ſum panis: & ego ſum
porta: & huiuſmodi plæraq;. Q꞉ autẽ nõ ęque
ab omnibus videbatur ſe contẽplantibus: ſed
vt quiſq; capere poterat: his profecto patebit
qui nequaq̃ ignorant: cur etiam cum eſſet ſeſe
in eminentiſſimo monte tranſfiguraturus: ne
q; apoſtolos omnes admiſerit: niſi Petrum dũ
taxat, & Iacobum, & Ioannem: vt qui ſoli tũc
poſſent eius gloriam capere, & cõtemplari: &
Moyſen quirent, & Heliam in gloria apparen
tes pernoſcere: et audire hos colloquentes: &
vocem cœlitus editam. Sed Ieſum arbitror: vł
priuſq̃ montem conſcenderet: quo & diſcipu-
li ad ſe conceſſerunt: de cæleſti beatitudine diſ
ſerẽdo hos inſtruxiſſe. Et ſane cum adhuc ſub
monte conſiſteret: & veſperi quidem: qui ad ſe
veherentur, curaret: & quouis morbo atq; lã-
guore liberos redderet: profecto non idem ille
valitudine laborantibus videbať & ſe indigẽ-
tibus curatore: qui & viſus his eſſet: qui ſani-
tatis gratia conſequendæ: ſecum in montẽ cõ
B ſcendere potuerũt. Quin & ſi ſeorſum ſuis di-
ſcipulis parabolas enodabat: quæ multitudini
ſub fuco quodã & obſcuri⁹: tradidiſſet: vt quẽ
admodum auribus plus iſti valerẽt: qui expli-
catas parabolas accepiſſent: q̃ hi q in ænigma
tis modum perplexas: ſic animi præſertim ob-
tutu & corporis item: vt reor: potiores fuiſſe
hos conſtat. Sed vel ex eo perſpicuum eſt haud
quaq̃ hunc ipſum æque fuiſſe omnibus viſum:
quia Iudas cum eũ eſſet iam proditurus: his q
ſecum conceſſerant: perinde ac neſciis quis Ie
ſus eſſet: hunc in modum prædixit. Quemcũ-
q; oſculatus fuero ipſe eſt. Id ipſum puto & Sal
uatorem cum illud inquit prætendere: quoti
die docens in templo vobiſcum erã, & non me C
tenuiſtis. His itaq; tantis de Ieſu rebus nos du
cti: non ſolum pro intima eius & occulta plæ-
riſq; diuinitate: ſed etiã pro ſui corporis trãſfi
guratione: quando id ei facere libuit: & quib⁹
vt tanta res innoteſceret: placuit: dicim⁹ qui-
dem viſendi Ieſum capaces omnes fuiſſe: Cum
nondum principatus & poteſtates expoliaſſet
nec peccato adhuc mortẽ obiiſſet. At vbi prin
cipatibus ipſis depulſis & poteſtatibus: cum
nihil ei reliquum eſſet: quod multorũ vt ſe in-
tuentium aſpectum admitteret: nequaq̃ om-
nes videre hunc poterant qui antea conſpexiſ-
ſent. Quocirca hic parcẽs: vbi iam reſurrexit:
non omnibus ſe viſendum præbebat: ſed quid
omnibus dixerim! quãdoquidem cum apoſto-
lis & diſcipulis ipſis haudquaq̃ verſaretur aſ
ſiduo: nec appareret: cum minus poſſent eius
aſpectũ perpetuo capere. Erat enim diuinitas
eius ſplendidior: vbi diſpẽſationẽ omnẽ perfe-
cit. Quã diuinitatẽ potuit Cephas, vt apoſto
lorũ princeps videre: & poſt eum duodecim:
cum Matthias fuiſſet Iudæ ſuffectus: deĩde &
quingentis fratribus ſemel ſit viſus: Et Iacobo
poſtmodum, & paulopoſt præter duodecim il
los & cæteris omnibus: ad ſeptuaginta forſitã
numero: poſt hos oẽs & Paulo demũ vt abor-
tiuo: & ſatis gnaro quemadmodum illud pro
nunciaret. Et mihi ſanctorum omnium mini
mo data eſt gratia hęc. Et forte quod minimo
dixit: id ipſum prætulerit: quod abortiuo iam
dixerat. Quemadmodum enim haud facile q̄s D
illud coarguat: Ieſum non omnes apoſtolos ad
ſe admiſiſſe: cum eſſet in editiorem montẽ itu
rus: ſed tres illos dumtaxat (vt diximus) vbi
vt ſe tranſfiguraret erat futurum: & ſuarum
veſtium demonſtraret nitorem: & Moyſi inſu
per & Heliæ patefaceret gloriam ſecum lo-
quentium: ſic neq; dicta apoſtolorum quis po
terit iure calumniari; Ieſum vbi iam reſurre-
xit aſſerentium haudquaq̃ fuiſſe ab omnibus
viſum: niſi ab his quos ille ſatis calleret oculos
accepiſſe ſuæ tranſfigurationis capaces. Vel
illud equidem ad ſuperiorum defenſionẽ opti
mum duxerim: quod hunc in modum de Ieſu
narratur. Ad hoc autem Ieſus & mortuus eſt

& reſurrexit:vt mortuis dominetur & viuis.
aduerte vel ex his plane conſtare:idcirco mor
tem obiiſſe Ieſum:vt in mortuos dominatum
aſſequeretur.Et ſane mortuos hos nouit apo-
ſtolus:in quos Chriſtus dominaretur:de qui-
bus in epiſtola ad Corinthios prima ſic dixit.
Tuba ſignum dabit & mortui reſurgẽt incor
rupti.De viuis aũt immutandis,& a mortuis
ſurgentibus ſegregandis:ſic ſcribit.Et nos im
mutabimur:qđ vtiqꝫ dixit vbi priꝰ mortui re
ſurgẽt dixiſſet.Quinetiã & in prima ad Theſ
ſalonicenſes epiſtola aliis verbis eandem diffe
rentiam pręferens:cum alios quidem dormiẽ
tes:alios viuẽtes affirmet:ſic inquit.Nolo au-
tem vos ignorare fratres de dormientibus:vt
non contriſtemini ſicut cęteri qui ſpem nõ ha
bent.Si enim credimꝰ ꝙ Ieſus mortuus eſt,&
reſurrexit:ſic & deus:qui dormierint per Ieſũ
adducet ſecum.Id enim vobis dicimus in ver-
bo domini:quoniam nos viuentes qui reliqui
ſumus in aduentu domini non attingemꝰ dor
mientes.Quod autem nobis ſuis in locis expli
E cãdum eſt viſum:iam expoſuimus: tametſi de
his copioſius ſuper primam ad Theſſalonicẽ-
ſes epiſtolam diſſeruimus. Nec velim equidẽ
vlla te ſubeat admiratio:ſi ex tanta Ieſum cre
dentiũ turba:nequaq̃ omnes eius reſurrectio-
nem peruiderint:quandoquidem vt non capi
entibꝰ haudquaq̃ plura Paulꝰ Corinthiis ſcri
bat.Ego autẽ iudicaui nihil me ſcire inter vos
niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Iſti-
uſmodi & illud eſt:nõ enim potuiſtis:neqꝫ eti-
am adhuc poteſtis:adhuc enim carnales eſtis.
Sic igitur:cũ ex diuina ſentẽtia cuncta perage
ret:de Ieſu perſcripſit:quẽadmodũ.ſ.priꝰ q̃ pa
teret:paſſim ſe multorũ cõſpectui obtuliſſet:
& id quidẽ nõ cõtinẽter hũc factitaſſe.Vbi ve
ro & paſſus eſt:nil vltra vti ſolitus erat cõpa-
ruiſſe:ſed iudicio quodã ſuo ſingulis eſſe me-
titum quę neceſſaria forent.Nam quemadmo
dum literis proditum eſt:apparuiſſe Abrahę
deũ:vel e ſanctioribus illis & priſcis alteri cui
q̃:non tamen ſemp his apparere: ſed per inter
ualla quædam & tẽporũ ſpacia:nec omnibꝰ ſe
obtuliſſe:ſic & intelligas velim Ieſum domini
pari iudicio,& poſteris viſum quo & maiori-
bus illis viſum fuiſſe ſat conſtat. Reſpondimꝰ
igitur quantum ingenii vires ſuppetierũt: &
quo ad pręſens,& tale id attinet opꝰ:Celſi ob-
iectionibus: & illis præſertim quas hũc in mo
dum his intulit.Oportuit enim:ſi vere id ani-
mo inerat:diuinã in ſe potentiã perſpicuam fa
cere:vt his q vel moleſtia ſe affeciſſent: vel eis
qui ſe vt noxiũ condẽnaſſent: vel cęteris plane
ſeſe viſendum offerret.Nõ enim inquam erat
neceſſe:vt vel damnanti ſe:vel aliis intẽtanti-
bus mala ſe patefaceret. Si quidem & ei qui ſe
morti adiudicaſſet:& his qui acrius afflictaſ-
ſent iam parceret Ieſus:ne forte cæcitate ea ꝑ
cuterentur: qua & Sodomis illi percuſſi ſunt
q angelorum pulchritudinẽ aſſeruaſſent apđ
Loth diuertentium:qđ vtiqꝫ ex ſcriptis huiuſ
modi liquet.Extendentes aũt manꝰ homines
trahebat Loth ad ſe in domũ: & portas clauſe
runt:homines autem qui portæ domus inſta-
bant percuſſerũt cæcitate a paruo vſqꝫ ad ma
gnum. Voluit autem Ieſus ſuam virtutem q̃
proculdubio diuinior erat cuiuis aperire:q eã
poſſet aduertere:& pro eius menſura videre q̃
caperet.Nec profecto alia illa de cauſa ne vide
retur cauebat:niſi quia eorum vires iam expẽ
diſſet qui ſe intuẽdo capeſſerent.Et fruſtra ſa
ne illud a Celſo qđ infert aſſumitur: nõ eñ vl
tra mortalem quempiã verebatur:qui & mor
tem obiiſſet:& vt ipſi aſſeritis & deꝰ eſſet. Ne F
ꝗ idcirco erat ad homines delegatꝰ:vt latita-
ret.At hic delegatus o Celſe,& ad homines ẽ:
& in mundum demiſſus:non ſolum vt notior
fieret: ſed vt obſcurior deliteſceret. Quando
haudquaq̃ id omne quod eſſet: vel qualis eſſet
ab his noſcebatur:quibꝰ iam innotuerat:quin
aliud quiddam quod ei iam inerat: hos ipſos
clam habuit.Quibuſdam vero nec cognitum
eſt:& aperuit quidem his luminis portas: qui
etſi tenebrarum eſſent & noctis filii:ſeſe tamẽ
vt diei & lucis filii efficerentur: dediderãt.Et
venit certe ad nos Saluator:perinde ac probꝰ
aliquis medicꝰ:vt noſtra dilueret ſcelera:qui-
bus oppletos nos potius deprimi viderat:q̃ iu
ſtitia vlla & virtute imbutos præſtare. Videa
mus autem quemadmodum illđ inquiat nũc
Celſi Iudæus.Si enim ad oſtentandam diuini- G
tatem id tantopere profuit: oportuit ergo vt
confeſtim a ligno non vltra compariturus abſ
cederet. Vel id quidem mihi eorum dictis vi-
detur perſimile:q cũ ꝓuidentiam ipam impu-
gnãt, & ab his aliena quędã ſibi pręſcribũt:q̃
veriora eſſe iã conſtet:& per alios aſtruãtur:
& illud mox inq͞at:at ſatius eſſet vt ita ſe mun
dus haberet quemadmodum ipi deſcripſimꝰ.
Fit itaqꝫ vt quo fortius iſta ꝑfiniũt: eo deterio
rẽ facere:quantũ in ipis eſt:mundũ coarguan-
tur. Vbi vero nec priora his quæ conſtant:vi-
dentur effingere:arguũtur plane quę naturæ
impoſſibilia ſunt voluiſſe:& ita vt in vtrãuis
partẽ ſint irridendi.Haud ſecus hoc loco:& ſi
nil impoſſibile fuerit in diuina natura vt iſ
aduẽtaret,& pro eius arbitrio inuiſibilis fieret:
qđ vtiqꝫ ſacris ex literis perſpicuũ eſt:hi quidẽ
quia minus admittunt quæ de Ieſu ſcribũtur:

Chriſtianam vt cauillentur doctrinã: cõficta
hæc eſſe & fabuloſa exiſtimant. Et in Lucę euã
gelio ſcribitur. Ieſum vbi iam reſurrexit: acce
ptum panem benedixiſſe: & fractũ Simoni por
rexiſſe & Cleophæ: his vero accipiẽtibus ocu-
los patuiſſe: & Ieſum vbi ſe cognouiſſent diſ-
paruiſſe. Libet aũt vel id patefacere: nil ſatius
fuiſſe futurũ quo ad diſpenſationẽ omnẽ diui
nam: ſi ex cruce mox Ieſus corporaliter nuſq̃
comparuiſſet: quandoquidem quæ de illo ſcri
buntur, nõ in ſimplici quadã vel dictione vel
hiſtoria, veritatis contemplationẽ aſſeruant.
Horum nãq; vel ſingula quæq; præferre aliqd
& ſignificare apud eos qui prudentius ſacras
literas legunt: haud dubie arguunt. Quemad
modũ autẽ cruci illum fuiſſe affixum expreſ-
ſam habeat in ſe per Paulum veritatem: dum
inqt: Cũ Chriſto ſimul & crucifix⁹ ſum: Mihi
autem abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ie
ſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt
et ego mundo: & neceſſariã huius & mortem
fuiſſe ex eo liquet: qđ infert: Qꝫ autẽ mortuus
eſt peccato mortuus eſt ſemel: & qđ iuſtus ſic
loquitur: Cõformat⁹ morti eius: & illud. Si cõ
mortui illi ſumus: & ſimul viuemus. Sic pre-
terea ꝙ & ſepult⁹ hic fuerit: eos attingit: qui
eius ſunt morti conformes: ſiue vna ſint cruci
affixi: & morte ſimul affecti: ſicuti & Paulus
inquit. Conſepulti ſumus ei per baptiſmũ: &
conſurreximus. Nos vero quæ de eius ſepul-
B cro: deq; eo qui ſepulcro hunc condidit pſcri-
buntur: facilius & pluribus alibi, dum princi-
paliter erit de his diſſerendum: nunc vero ſat
fuerit de mũdiori ſindone dicere: qua Ieſu cor
pus illud puriſſimum vt inuolueret erat futu
rum: & de nouo monumẽto qđ ſibi Ioſeph il-
le inſculpſerat: in quo nemo adhuc fuiſſet im-
poſitus. Et intellige vtrum euangeliſtarum in
ſuis ſcriptis cõueniẽtia: aliquem poteſt moue-
re: qui curę id habuerũt: vt monumentum in
petra inſculptũ & expolitũ conſcriberent: vt
qui ſacrorũ ſcriptorũ rationes ita perueſtiga-
rent: vt vel in hac noua monumẽti ſculptura
præcipuũ aliquid & narratione dignũ cõtem
plarentur. De quo lapideo monumento Mat-
thæus & Ioannes mentionem fecerũt: ꝙ vero
mortuus nemo fuiſſet in eo ante reconditus:
et Lucas aſſerit & Ioannes. Erat eñ neceſſe vt
qui nil eſſet cæteris mortuis ſimilis: & qui vł
moriens viuentis ſigna præ ſe tuliſſet: aquam
nimirum & ſanguinẽ: & vt ita dixerim: qui no
uus eſſet hic mortuus: vt in nouo aliquo & ni
tido conderetur ſepulcro: vt queadmodũ qui
purius longe q̃ cæteri homĩes ortum cepiſſet:
quippe qui nõ humano ex coitu ſit: ſed ex vir-
gine natus: ita & ſepulcrum eum in ſe haberet
nitorem: qui ex eo dũtaxat prætẽderet: quia in
monumẽto recens in lapide excauato: ſit Ieſu
corpus depoſitũ: qđ monumẽtum nõ ex vilio-
ribus & vulgatis conſtaret lapidibus: nec cõ-
miſſuras ipſas & cõpages nõ natiuas haberet
ſed lapide vno & continenter inſculpto eſſet
et expolito compactum. Verum quæ ad inter
pretationes huiuſmodi pertinẽt: & quæ ad eas
res referunt: quas ex ſcripturis ſat cõſtat fuiſ
ſe iam geſtas: & quarũ exitus aliquid deſigna
ret: egregie poterit aliquis & diuinitus expli-
care: ſi opportuniore loco: & ordine ſuo expo-
nenda ſeruauerit. Quæ vero ad exteriorẽ atti
nent dictionem: hunc in modũ tradiderit quiſ
piam: ſi plane affirmet idcirco illum fuiſſe in
ligno ſuſpenſum: qa & pati voluerit: & ita quę
deinceps dicẽda ſunt ſubſequat: quemadmo-
dum ſcilicet fuiſſet vt homo in crucem ſubla-
tus: & morte eſſet vt homo affectus: ſimul vt
homo vel ſepulcro recõditus. Atqui vel ſi il- C
lud cõcederemus fuiſſe (vt ita dixerim) in euã
geliis ſcriptũ: ex ipſa cruce mox Ieſum ab ocu-
lis humanis ſubtractũ: velut ĩdignabũdi gra-
uiter ferrent: vt Celſus ipſe ita & impii cæte-
ri: fuiſſe id euangeliis demãdatũ: criminariq;
pergerẽt: & idẽtidẽ dicere. Cur eñ vbi in cru
cem ille ſublatus eſt: nõ vltra comparuit: nec
priuſq̃ pateretur id egit? Si igitur cũ ex euan
geliis ipſis perdidiciſſent: haudquaq̃ hunc ip
ſum poſt crucem: inuiſibilẽ mox abiiſſe: vel ip
ſo ex ligno euãgelica dicta & carpere ſe poſſe
et deprauare arbitrarent: quæ ꝑ iſtoꝝ iudicio
minus effinxerint: non vſpiã illum e ligno ſta
tim cõparuiſſe: ſed qđ veri⁹ ſit affirmarint: nil
æquum eſſe vt illius reſurrectioni hi fidẽ præ
ſtarent: nec plane crederent Ieſum: vbi id ſibi
collibuit: vel foribus ipſis obſtructis: diſcipu
lis in medio aſtitiſſe: & vti duobus e notiori
bus tradito pane: confeſtim ipſorũ ex oculis
pauca quædam præfatus euanuiſſet. Sed vn-
de Celſi Iudæus deſumptum id loqtur: ꝙ ſe Ie D
ſus occuluiſſet: cũ de eo ſic inquit: quis eñ vnq̃
legatus ad hoĩes nuntius cũ recitanda ei mã-
data ſunt: ſe ſubtrahẽs occulit? Non eñ ſe ille
occultabat Iudæ: qui eos ſit hunc in modum
affatus qui erant ſe comprehẽſuri. Quotidie
eram in templo palam docens: & nõ me tenui
ſtis. Ad id vero qđ ante dixit: & deinceps re-
petiturus eſt Celſus: cũ iam reſponderimus
contenti his ſumus quæ ſupra iã diximus. Nã
et in ſuperioribus nonnulla perſcripſimus ad
hæc refellenda: quæ in hunc modũ dictur⁹ eſt
Celſus. Cum eñ viuens hic & in corpore ma-
nens: ſuis dictis nil fidei vendicaret: impudẽ-

ter quæ vellet omnibus prædicabat. Vbi vero
& fidem fecit validiorē: a mortuis ſe extitiſſe:
mulierculæ vni cuidā dumtaxat & cōtripu-
diatoribus ſuis apparuit. At illud nequaq̄ ve
rum arguit mulierculę vni fuiſſe hunc viſum.
Nam in Matthęi euāgelio ſcribit. Veſperi au
tem ſabbati: quę luceſcit in prima ſabbati: ve-
nit Maria Magdalene & alia Maria videre ſe-
pulchrū: & ecce terręmotus factus eſt magn⁹.
Angelus em̄ dn̄i deſcēdit de cœlo: & accedēs
reuoluit lapidē. & paulopoſt Matthęus idē ſic
infert. Et ecce Ieſus occurrit illis dicens. vnde
& haud dubium eſt mulieres ſalute accepta &
magiſtri pedibus deoſculatis Ieſum dominū
adoraſſe. Ad illud aūt q̄d Celſus obiecerat: qa
E cū ille fuiſſet cruci affixus: cōſpicu⁹ eſſet: vbi
vero reſurgens a b inferis prodiiſſet: non vllis
apparuiſſet: ſatis reſpōdimus. Nunc vero di-
cturi ſumus: illius quidē humanitatē expoſi-
tam fuiſſe cunctis viſendam: diuinitatē vero
nō oībus cōprehenſibilem extitiſſe: tametſi de
his nihil ediſſero q̄ erga alia quædā affectu ali
quo teneant: ſed q̄ videant inter ſe diſcrimen
habere. Attende aūt vt ſubſequēter cōtraria
ſibiipſi inferat Celſus. Cum em̄ ſupra dixiſſet
mulierculæ vni & ſuis cōtripudiatoribus oc-
culte Ieſum apparuiſſe: mox illud ſubiungit.
Excruciat⁹ is quidē: eſt oībus viſus: reſurgēs
vero vni dūtaxat: cū cōtrariū vt fieret opor-
tuiſſet. Verum quidnā oportuiſſet illud: q̄d &
contrariū ſtatuit: audiamus. Dixit em̄ excru-
ciatum illum cunctis fuiſſe cōſpicuum: reſur-
gentem vnicę viſum. Itaq; quantum eius prę-
fert oratio: id ſibi velle videt: quod vtiq; factu
impoſſibile eſt & iniquū: vt cū ſupplicio Ieſus
afficeretur: vni ſit cuiq̄ viſus: reſurgens vero
vniuerſis innotuiſſet: vel quomodo id expli-
cauerit: cū contra vt fieret eſſet neceſſe: ac ip-
ſe vellet? Nos aūt edocuit Ieſus quis eū miſiſ-
ſet: cū inquit. Nemo nouit patrē niſi filius. &
item cū illud infert. Deum nemo vidit vnq̄.
Vnigenit⁹ qui de⁹ eſt & in ſinu patris: ille nar
rauit: ille de rebus diuinis ediſſerēs: renuntia-
uit diſcipulis ſuis: quæ dei ſūt: quorū veſtigia
in ſcripturis cōperientes: occaſionē nacti iam
ſumus de diuinis diſſerere. Nā vbi deus eſt au
F dimus: & tenebræ in eo ſunt nullæ: & vbi ſpiri
tus & deus eſt: & qui adorant eū in ſpiritu &
veritate vt adorent neceſſe eſt. Extant & alia
infinita quorū gratia deus filiū miſerit: q̄ qui
velit pdiſcat ex his, q̄ de eo partim p̄dixere p-
phetæ: ptim euangeliſtę teſtati ſunt. Nec tn̄ ex
apoſtolis pauca & Paulo p̄cipue qui pquira c
retulerit. Quietiā & pios quidē ille illumina.
delinquētes vero torquebit. cuius dicti velu c

neſcius Celſus ſic inq̄t. Et pios quidē illumina
bit: peccatores vero vel pœnitētes commiſera
bitur. Deinde infert. Si enim latere volebat:
cur vox cœlitus exaudiebat: quæ dei ſe filium
prędicaret? Sin vero obſcurior eē volebat: cur
ille cruciabat: vel morte affectus eſt? Et putat
ſane Celſus his argumētis diſſonantiā quan-
dam eorū quæ de Ieſu cōſcripta ſunt coargue
re: cū prorſus ignoret nō oībus hūc voluiſſe:
quæ ad ſe pertinēt: cognita eſſe: nec oīa pror-
ſus fieri occultiora. Vox itaq; illa cœleſtis
hunc dei filiū prędicās: & illud enūtians: Hic
eſt filius meus dilectus in quo mihi bene com-
placui: nequaq̄ ē multitudini: vt ſcribit: audi
ta: q̄d Celſi Iudęus exiſtimabat: ſed quæ in edi
tiſſimo monte ex nube vox prodiit: ab illis dū
taxat qui ſecū aſcenderant audiebatur. Talis
em̄ diuina vox eſt: vt queat ab his dūtaxat in
telligi: a qbus is velit qui eam protulerit. Nec
dum tn̄ id dixerim: nō prorſus dei eſſe hāc vo
cem: aerem quendā percuſſum: vel aeris pul-
ſum: vel aliud quippiā: q̄d in ea definienda de
ſcribit: vnde & potiori captu: & longe magis
diuino: ſenſibilis auditus deſumit. Sed cū ve-
lit qui loquit deus eius vocē non ab vniuerſis
exaudiri: qui tn̄ aures habeat meliores loquen
tem illū exaudiet: q vero ſenſibili auditu ſub-
ſurdior eſt & obtuſus: loquente deo ſtupidior
reddit. Hæc aūt diximus vt illud refellerem⁹
quod inq̄t Iudęus. Si em̄ latere hic voluit cur
exaudiebat vox cœlitus edita: quæ illū dei fi-
lium prędicaret? Ad illud vero q̄d deinde ſub
iunxit: q̄ ſi latere volebat: cur ille cruciabat:
aut cur morte affectus eſt: ſatis ſint nobis quę
de eius paſſione ſuperius diximus. Ait deinde
Celſi Iudęus illud cōſequēs eſſe: q̄d minus eſt. G
Non em̄ cū dicimus voluiſſe deū ex his quos
perpeſſus eſt cruciatibus nos edocere: vt & ip
ſi mortē contēneremus: illud mox ſeqtur: q̄ a-
perte ſurgēs a mortuis Ieſus: vt in lucem pdi
rent oēs vocaſſe: & certiores feciſſe: cuius rei
gratia venerit: vt ille garrit: quippe qui ad lu
cem iampridem vocauerat dicens. Venite ad
me oēs qui laboratis & onerati eſtis: & ego re-
ficiā vos. Qua aūt de cauſa ad hoīes ſe ille con
tulerit: etſi vt ſcribit: in multis quos de beati-
tudine habuiſſet ſermonib⁹: vel ex cæteris li-
quet eius in poſterū dictis & iuſſionibus: para
boliſq; & colloqutionib⁹: ad ſcribas habitis &
phariſſęos: extat Ioānis & euāgeliū de Ieſu do
ctrina: aſtruēs eius nō in dicēdo: ſed in re per-
agenda vocis ſonoritatē. Et ſane vel ex aliorū
euāgeliis pſpicuum eſt: in poteſtate fuiſſe eius
et verbū: cuius gr̄a & admiratione hoīes cape
rent. Vel his inſup & iſta adiecit Celſi Iudęus

hæc quidē vobis veſtris ex literis innotuerūt:
in quibus haud quaq̄ teſte alio indigemus:ſed
A ipſi voſmet inculcatis. Oſtendimus quemad-
modū noſtris oībus euangelicis ſcriptis obla-
trent plurimū:& obgarriāt Iudæi huiꝰ ſermo
nes:ſiue quos ad Ieſum habuerit: ſiue quos ad
nos temere fecerit:nec ſane arbitror hunc de-
monſtraſſe:vti nos ipſimet conculcemus: ſed
opinione ducit̃ tantū.Sed cum hęc ſuis dictis
ſubiungat Iudæus.O altiſſime & cœleſtis:cui
nam deo vbi ad hoīes venerit fides adimitur?
Ad iſta dicēdū erit:vel ſecundū Moyſi legem:
& deū ſe ad hebręos apertiſſime cōtuliſſe: lite
ris ꝑditū eſſe:nec ſolum cū in ægypto ſigna il
la & ꝓdigia factitaret: vel cū per mare rubrū
veſtris maioribꝰ tranſitū præbuiſſet: & igneā
noctu columnā:& nebulam interdiu dediſſet:
ſed cū decalogus & legis tabulę vniuerſo po-
pulo vel a ſciētibus illis & peritioribus recita
rentur,diffiſum tn̄ his oībus eſt. Non em̄ ei ſi
credidiſſent:qui & viſus eſſet & auditus:vitu
lum adorandū cōflaſſent:nec ſuā gloriā in vi-
tuli figura fœnū depaſcentis mutaſſent: nec
ad inuicē de vitulo dicerēt:iſti ſunt dii tui Iſra
el:qui ex ægypto te eduxerūt.Et aduerte vtrū
eorundem fuerit vel priſtina diffidentia:ꝙ tā
tis & tam multis prodigiis:ac deo ipſi qui to-
tiens ſe obtuliſſet:fidem vel a principio nullā
adhibuiſſēt:cum eſſet illis per eremū iter:quē
admodū in lege Iudaica ſcribit̃: & in Ieſu ad-
uentu illo mirabili/ non captos fuiſſe verbis
quę ille cū poteſtate ꝓnūtiaret: & rebus ipſis
mirādis quę ī populi cōſpectu tūc gereret. Tā
etſi ſat ei eſſe id reor: qui Iudæoꝝ velit erga Ie
ſum ꝑfidiā coarguere:ꝙ poſteriora iſta ſupi-
oribꝰ illis cōſentanea ſint:quę tū primum fue-
B re de Iudęoꝝ geſtis literis tradita.Sed illud di
centē Celſi Iudæū:Quis deꝰ vbi ad hoīes vene
rit:nō fidem vendicet:pręſertim cū illis viſen
dum ſe præbeat: q ſui ſpe teneant̃? vel cur ille
iampridē ſe expectātibus nō innoteſcit? equi-
dem ita affabor.Vis ne heus tu ad ea quæ ipſi
rogabimus reſpōdere:vtranā ad tuā duxeris
opinionē fuiſſe potētius geſta:quæ in ægypto:
& vaſta illa in ſolitudine facta cōmemorantur
an ea q̄ Ieſum ipſi fatemur apud vos factitaſſe?
ꝙ ſi his maiora illa ſecundū te fuerint:cur vel
ex eo ſic eē coarguunt̃:ꝙ ex eorū cōſuetudine
ſit qui a maioribus rebꝰ deſciſcūt: vt & mino
ra contemnant? Idipſum erit & de his ſuſpicā
dum quæ de Ieſu iam diximus. At ſi non infir
miora quædā per Ieſum geſta fuiſſe narrātur
ac illa fuerit:q̄ per Moyſem ſunt literis demā-
data:qđ malū ergo populū iſtū inuaſit:q prin
cipio ſit his vtriſq̧ diffiſus? ſiquidem legis fe-
rendæ per Moyſem factum initium ſit: in qua
& infidelium peccata:& quæ ipſa deliquimus
erant conſcripta:legis vero & teſtamenti ſecū
di principium per Ieſum nobis iam traditum:
& certius eſt:et ex veſtra in Ieſum diffidentia
vel id confirmatur:fuiſſe & vos ex eis progeni
tos:qui diuinis in deſerto oſtentis & viſioni-
bus nil credidere.Quinetiam et ſaluatoris no
ſtri id dictum & vobis poterit accommodari:
qui prorſus eſtis illi diffiſi.Et vos quidē teſtes
eſtis:vt condelectati operibus patrum veſtro
rum:& in vobis item vaticinium illud eſt ab-
ſolutum. Et erit vita veſtra ſuſpenſa corā ocu
lis veſtris:& nō credetis vitæ veſtræ.Non em̄
illi qui vita eſſet:& ad hominū genus conceſſe
rat:fidem adhibuiſtis.Enimuero cum nihil in
ueniat Celſus: qđ iure queat conficto ſibi Iu- C
dęo/pro eius lege & propheticis ſcriptis dicē-
dum accommodare:quippe qui Ieſum quaſi ea
de ſe dicentem hunc in modum incuſet. Et ſa-
ne comminatur ille incaſſum: & conuitiatur
cum dicit: Vęh vobis: & prædico vobis. In
his enim aperte conuincitur nequaq̄ ſe poſ-
ſe q̄ velit perſuadere: quam ſane noxā: ne de-
um dixerim:ſed ne vir quidem prudentior ali
quis ſubeat.Aduerte vt plane & in Iudæū vel
inſcius hæc ipſa retorqat. Minatur nanq̧ cū
legis tum ꝓphetarum dictis ſic deus: & conui
tiis agit:quādo nil minora q̄ in euāgelio ſint:
ꝓloquatur:qualia ſunt q̄ in Eſaia leguntur hu
iuſmodi.Vęh qui cōiungitis domū ad domū:
& agrū agro copulatis.& vęh vobis q cōſurgi
tis mane ad ebrietatē ſectandā.væh vobis qui
trahitis iniqtatē in funiculis vanitatis. Væh
qui dicitis malū bonū;et bonū malū. Vęh qui
potētes eſtis ad bibēdū vinū:& alia hmōi repe
ries infinita.Veꝝ quo pacto nō cōmināti ſimi
lia:vt ipſe inquit hæc fuerint: Vęh vobis gēs
peccatrix:populus plenus pc̄tis:Semē prauū fi
lii iniq:& eiuſmodi cętera:qbꝰ his minas intē
tat:neq̧ his ſane inferiores:quas Ieſum ipſum
ꝓtuliſſe affirmat?Num nō illa erit etiam com
minatio vel ingēs quædā:quæ dicit:Terra ve
ſtra deſerta erit:& ciuitates veſtræ igne ſuc-
cēſæ: Terram veſtrā in cōſpectu veſtro alieni
comedēt:& deſolata ē & ꝓſtrata a gētibꝰ alie-
nis?Cur ꝓterea nō cōminātis ſint illa q̄ in Eze
chiele ſcribunt̃ ad populū habita:vbi dn̄s pro
phetā affatus ſic īquit:In medio ſcorpionū tu
habitas?Lubens ergo & grato aīo Celſe: Iudæ
um cōmentus es de Ieſu illa iactare: ꝙ incaſſū
& cōminet̃:& cōuitia ingerat:cum dicit.Vęh
vobis & prędico vobis. Nōne illud aīaduertis
poſſe eadē illa q̄ tuꝰ in Ieſum Iudęus obgarrit
vel in deū ipm̄ p ſe retorqueri? nā et in his ipis

vt putat Iudæus: criminib⁹ eſſe aperte dep̄hēdit apud ꝓphetas ipſos & deus: cū duræ ceruicis populo neq̄at ſuadere. Quinetiam vel ad eos dicturus id ſum q Celſi Iudæū exiſtimāt iure hæc Ieſu crimini imputaſſe. Si em̄ Iudæus ſcripturæ inſiſtit: execratiōes oēs: q̄ & in Leuitico & Deuteronomio cōſcripta ſunt vt excuſet & tueatur: haud ſecus & nos: q̄ ad cōminatiōes & cōuicia eſſe p Ieſum dicta putantur
D defenſuri facile ſum⁹. Quinimmo vel de ipſa Moyſi lege: melius longe q̄ ipſe Iudæus nos reſpōdebimus: vt q a Ieſu fuerimus ſapiēter ad eā interp̄tandā inſtructi. Verū ſi propheta rū dicta Iudæus quid ſibi velint intelligit: aperire haud dubie poterit: nō fruſtra deum ad minas & cōuicia deſcēdiſſe: cū inquit: vęh vobis & p̄dico vobis: & ſentiret plane vt homīes ad meliora cōuerteret: illum hæc dicere. qđ vtiq̨ Celſus nec ſapientē quidē hoīem ne dixerim deū facere arbitraꝰ. Et Chriſtiani quidem vbi deū vnū: cū in ꝓphetis: tum in Ieſu dn̄o nouerit: oſtēſuri ſūt plane q̄ iuſte hęc ꝓferanꝰ: quę cōminationes & cōuicia eſſe & putat & nuncupat Celſus. Et p nos quidē paucis & ſuo loco cōpellabiꝰ Celſus: qui ſe & philoſophū profitetur: & noſtra pernoſcere. Heus tu: ſi enim quæratur apud Homerum cur Mercurius hunc in modū Vlyſſem cōpellet: Quid em̄ tu te o miſer has ſolus regiones peragras locorū inſcius? nonne vt reſpōdeaꝰ eſt expectandū: vt domū rediret: Mercuriū illū Homericum ita hunc eſſe affatū: quandoquidē eblandiri & ad gratiā loqui Syrenarū ſit Vlyſſem ſic cōpellātium: huc age Vlyſſes cōcedito: gręcorum ingēs gloria & laude multiplici cumulate? At ſi noſtri prophetæ & Ieſus ipſe: vt ad meliora cōuertant auditores: hæc dicāt: Væh vobis: & cætera quæ conuicii loco hic ducit: nihil profecto ex hiſce dictis auditores reddiderint paratiores: nec tanq̄ pęonicam & dolores ſedantem medelam: his verbis attulerint. ni forte Celſus hic velit: q deus ſit: vel diuinæ naturæ particeps: cū ad hoīes loquitur: quæ ad ei⁹ naturam ſpectant dūtaxat vt animo verſet: & cōtēpletur q̄ ſuę ſūt dignitatis: & nil prętereauideat: quidnā mortalib⁹ decoꝝ ſit: vt iniungatur: qui eius verbis iam inſtituti ducantur: vl' quid cuiq̨ pro moribus ſit & conſuetudine
E differendum. Verum quo pacto erat illud ridiculum vel forſitan aſpernandū: qđ de Ieſu iā dixit: vt perſuadere nil poſſet: ſiquidem nō ſolum ſit illud Iudæo commune qui huiuſmodi plæraq̨ habeat in prophetis: verum et gręcis: apud quos quiſq̨ eorum qui magnam ex philoſophia laudem retulerūt: nec inſidiantibus nec iudicibus ipſis vel detractoribus perſuaſere: vt ab eorū improbitate deſiſterent: & p virtutē ad Philoſophiam progrederentur. Infert deinde Iudæus: & id quidem vt Iudæis gratificetur. Speramus aliquādo nos corpore ſimul reſurrecturos: & vitam habituros perpetuā. Et reſurrectionis exemplum & ducē futurum: q ad nos ſit quādoq̨ mittendus: & deniq̨ oſtēſurus nequaq̄ deo eſſe id impoſſibile vt cum corpore quēpiā ab inferis excitet. Neſcii igitur ſumus vtrum Chriſtū hic dixerit: quē Iudæus expectat: exemplum in ſeipſo reſurrectionis oſtendere. Sed concedatur vt id & ſentiat iſte & fateatur. Eſt tamen ei per nos reſpōdendum: qui noſtris ex ſcriptis deſumpta: narraſſe nobis ſe profitetur. Heus tu: ea ergo noſtris ex ſcriptionib⁹ perlegiſti: quæ ad nos incuſādos facere videbanꝰ? Non em̄ Ieſu reſurrectionē: & quemadmodū mortuorū is ſit primogenitus aliquādo legēdo percurreras. An forte quia dicta hæc fuiſſe nolueris: eo nec edita ſunt & prolata? Verum cū per Iudæū reſurrectio ipſa adhuc affirmeꝰ: & apud Celſum reſurrectura corpora inducanꝰ: haudquaq̄ hoc loco duxerim opportunum: ea de re apud eū diſſerere: qui futurā corporū reſurrectionē & affirmet & credat: ſiue id apđ ſeipſū ſic ſtatuat: & ita vt de Chriſtiana q̄at doctrina diſſerere: ſiue min⁹: alioquin ī fabulæ morē huic aſſētitur. his igitur Celſi Iudæo ſatis ſit reſpondiſſe. Verum cū deinceps & illud ſubiungat: G
At vbinā fuerit qđ videre ipſi poſſim⁹ & credere? Ad quē ſumus ita dicturi: vbinam inter prophetas fuerit hoc tēpore qui & futura prędicat: et p̄digia faciat: vt videamus inſuper et credamus: dei partē Iſraelis populum eſſe? An vobis tutari id licet: nō ſemp deū hebræis apparuiſſe: nobis vero nil pmittetur: vt de Ieſu hæc ipſa reſpondeamus: qui ſemel et reſurrexit: et de ſua reſurrectione diſcipulos ſuadēdo fecerit? certiores: & adeo vt ex his quæ illi perpeſſi ſunt omnibus patefecerint ſempiternam ſe vitam ſpectaſſe: et reſurrectionem ipſam verſaſſe iam animo: quā et verbo et re percepiſſent: vnde et vitæ huius laborioſa omnia vt ridicula duxerint? Deinde ſic infert Iudęus
Num ea de cauſa ille deſcendit vt increduli ſimus. Ad quem ſic reſpōdebitur. Non enim idcirco in mundum conceſſit: vt pararet incredulitatem Iudęis ſed quam pręſciret futuram prædixit: et Iudeorū incredulitate huiuſmodi ad gentiū vocationem eſt vſus. quippe cum illorū ex lapſu parta ſit gentibus ſalus: de quibus in prophetis ſic loquitur Chriſtus: Populus quē nō cognoui ſeruiuit mihi: et in audi H

tu auris obediuit mihi:& inuētus ſum ab his
qui me nō quęrebāt:manifeſtatus ſum his qui
A me nō interrogabāt. Et cōſtat ſane Iudæos in
vita pœnas luiſſe vbi Ieſum ſic affeciſſent.Sed
dicant Iudæi:& nos criminando illud intule-
rint:mirifice proculdubio dei vobiſcum, cum
prouidentia,tum clementia egit: vbi & affe-
cti ſuppliciis ſumus: & Hieruſalem ciuitate
et ea quæ ſanctificatio dicitur:& magnificen-
tiſſimo cultu priuati.dicant quæ velint: quæ
cunq; enim iſti protulerint: de dei prouiden-
tia reſpondendo: eo amplius & in melius no-
ſtra ſumus confirmaturi:aſſerentes miram fu
iſſe dei hanc prouidentiam: quæ prauis popu
li illius tot facinoribus ad euocandas ad cœle
ſte imperiū gentes:per Ieſum ſit vſus: qui pla
ne a teſtamento fuiſſent & eius promiſſioni-
bus alieni.Quod vtiq; prędixerīt prophetę fu
turum omnino: vt ob Iudaici populi ſcelera:
eligeret deus non gentes ſolū: ſed vndequaq;
vel ſorte inferiores:& quæ ſtulta ſunt mundi:
et ad diuinam doctrinam gentem adduceret
inſipientem:ita vt ab illis regno ſublato: his
traderet.De cuius gentis vocatione ſat ſit in
præſentia: vel ex aliis multis Deuteronomii
prophetiam producere:ſic ſe habentem: & in
domini perſona pronuntiatā.Ipſi autem irri-
tauerunt me in his qui dii nō ſunt:&q;ad iracū
diam prouocarunt in idolis eorum.Et ego ir-
ritabo eos.Cæterum in his Iudęi epilogus ſic
de Ieſu concludit.Ille igitur homo erat:& tan
B ti:quanti & veritas ipſa fuiſſe hunc arguit:
et ratio præfert.Ipſe vero haud ſatis intelligo
ſi homo aliquis qui in orbe terrarū vniuerſo
diuinum iuxta ſe cultum et diſciplinam diſ-
ſeminare ſit auſus:ſine deo poſſit quæ velit ef
ficere:& omnes peruincere: qui ſuæ doctrinæ
traditioni obſiſterent:imperatores dico & du
ces:& Romanorum ſenatum:& qui vbiq; aut
principes ſūt aut populi.Quomodo inquam
humana iſta natura quæ nil in ſe habeat quod
optimum ſit:conuertere ad ſe tam immenſam
multitudinē queat? quæ ſi ex ſapientibus mo-
do cōſtaret:nil mirum forſitan videretur: ſed
cum ex hominum fuerit hæc turba & collu-
uione congeſta:qui nulla ratione penitus du-
cerentur:& vitiis incumberent plurimum: &
in brutorū morem ducerent vitam:eo & diffi
cilius longe ad continentiam & frugalitatem
traducebantur. Sed cum dei potentia & pa-
tris ſapientia Chriſtum ſat eſſe conſtaret: nil
mirum ſi & mira hæc factitabat: & ad id tem-
poris factitat.Tametſi nec Iudæi id velint nec
ipſi gētiles:qui huius doctrinæ nil fidei præ-
ſtent.Nos vero pro Ieſu traditionibus deo cre
dere nuſpiam deſituri: adnitemur pro noſtra
virili:vel eos qui a vera dei religione & cultu
cæcitate capti aberrant:in viā reducere:q̄uis
vt ſunt haud dubie penitus excæcati: perinde
ac cæcutiētibus nobis cōuicientur:& alios in
maxios errores inducāt qui ſibi acceſſerint: ſi
ue Iudæi ſint ſiue Græci.Nos alioquin vt ſedu C
ctores coarguunt:nimirum qui homines opti
ma quadā ſeductione captemus: quippe quos
ex luxurioſis reddimus continentes: cum in
cęlibatu & continētia proficiunt plurimū: &
ex iuſtis iuſtiores efficimus: quandoquidem
ad iuſtitiam prouehuntur:& ex inſipientibus
ſapientes præſtamus: vt qui deinceps ire ad
ſapientiam pergunt:nec ſecus ex formidolo-
ſis vilioribuſq;& inualidis:audentiores & for
tes & viriles hos reddimus: & ita vt hæc præ
cipue tunc præ ſe ferant: cum pro tutanda er
ga rerum omnium conditorem deum: pieta-
te ac fide:certamina ſubeūt.Venit itaq; Chri
ſtus Ieſus:nō ab aliquo vno ꝓpheta denun-
tiatus. quocirca vel ex eo Celſi arguitur igno
rantia:quia Iudaicæ quam ſibi confinxit per-
ſonæ dicendum impoſuit: prophetam aliquē
vnum dumtaxat de Chriſto mentionē feciſſe.
Verum cum Celſi Iudæus inducitur: veluti
pro ſua lege affirmans dicendi finem ſe face-
re:& alia inferat minus commemoranda: vel
ipſe quidem hoc loco ſecundo libro finem im
ponam:quo ea ſumus cōplexi quæ illius operi
reſpondenda ſunt viſa.Vbi vero id deus per-
miſerit:& Chriſti potentia ſeſe in animū no-
ſtrum inſinuauerit:conabimur & operam ita
nauare: vt Celſi ſcripta vel hoc tertio refella-
mus.

Liber Tertius.

PRiori libro quo ad ſuperbā D
operis inſcriptionem: quod
vtiq; Celſus veri ſermonis ti
tulo annotarat:& cōtra nos
ipſe cōſcripſerat:haud ſecus
fideliſſime Ambroſi ac ipſe
iniunxeras:illius proœmiū
cōplexi ſumus:& ſingula quęq; deinceps per
eum dicta expendimus:& eo tenus: quoad ip-
ſum Iudæū falſo in Ieſum concionatē perue-
nimus. In ſecundo vero vt licuit per nos ad oīa
occurſatum eſt: quæ Celſi Iudęus veluti con-
cionabundus nobis vniuerſis obiecerat: qui
deo per Ieſum iam credimus. Nunc vero et
tertio huic libro inſiſtimus: in quo ani-
mo ſedet ea enixius impugnare: quæ ex ſe
Celſus eſt editurus. Ait enim in primis ea &

ſtulta eē & pertridicula: de qb⁹ Iudæos inter & Chriſtianos oborta ſit diſceptatio: affirmatq; mutuā illam inter hos de Chriſto diſputationē: nil pr̄ſus ab ea cōtrouerſia diſcrepare: quę aſelli vmbra ex trito puerbio dicit̄. Putat prę terea his q̄ſtionibus quæ inter Chriſtianos & Iudæos habent̄: nil prorſus vel grauitatis ineſſe vel mometi: vtriſq; credentib⁹ per ſpiritum ſanctū fuiſſe vaticinio cōfirmatū: vēturū oīno ad hoīes Saluatorē: nondū tamen cōuenientib⁹: vtrū ille aduenerit nec ne: de quo fuiſſet antea prophetatum. At nos o Celſe vt Chriſtiani: Chriſto iam credimus: qui ex prophetarū vaticiniis, iampridē aduenerit. Iudæorum vero permulti tantum abſunt vt in Ieſum hunc credant: vt partim ei ſuperiori tempore fuerint inſidias machinati: partim hac tēpeſtate probantes quæ olim ſui maiores patrare ſunt auſi: eundē hunc magicæ artis iuſimulent: perinde ac ſi cōfinxerit eū ſe eſſe quē pphetę p̄dixerāt aduenturū: qui & pro patria Iudæorum conſuetudine Chriſtus dicat̄. Sed dicat nunc
E Celſus: & quos Celſi maledicta oblectant: vtrū ne aſelli vmbra eſſe illud appareat: prædixiſſe Iudæorum prophetas vel locum vbi is naſceretur: qui recte viuentibus præuius eſſet futurus: & dei ſpeciem expreſſiſſe: denuntiaſſeq; vt virgo eſſet Emanuel cōceptura. Signa īſuper & pdigia quædā ab eo emanatura huiuſmodi. qui eſſet denuntiatus: q; huius eſſet et ſermo velociter decurſurus: & in oēs terras ſuorum apoſtolorū prodíturus & ſonus: Et quænam eſſet per Iudęos damnatus deniq; perpeſſurus: vt eſſet etiam vel a mortuis excitandus. Num enim ſine deo iſta prophetę illi edebant: & ita: vt nulla perſuaſione poſſent induci: vt non ſolum hæc ipſa denuntiarent: niſi & ſcribendo q̄ decerent digna exiſtimarēt memoriæ pdere! num inquā Iudæorū ea multitudine natio vbi quondā terrā cepiſſet inhabitandā: nulla certiori re perſuaſa: ſic mouebat̄: vt hos quidem nuncuparet pphetas: illos vero vt falſos prophetas reiiceret: & improbaret! vel nil erat fortaſſe quod hos īcitaret vt & Moyſi libris quos ſacros hi ducerent: & prophetarum quos ha-
F berent legitimos: dicta annumerarent! An nobis poſſunt qui Chriſtianis & Iudæis ſtultitiam exprobrant demonſtrare: potuerit ne Iudæorum gens ipſa conſtare: ſi nulla apud eos certior repromiſſio/& futuri pręſciētia aliqua extitiſſet: præſertim cū gentes ſingulę his circūiectę patrio more ex his quos deos putarent accipere ſe oracula & vaticinia crederēt: hi ſolum q eſſent admoniti: vt oēs quos p diis ducerēt gētes: cū dii nō eſſent ſed dæmones: aſpnarentur! ni mirū qui & a pphetis dictū acceperant: oēs gentiū dii dæmonia: æquum fuiſſet apud ſe vt nequem haberēt: qui pphetā ſe & vatem pfiteretur: qui poſſet eos retrahere: ne dum præſcire futura percuperent: ad aliorū ſe dæmones vltro cōferrēt. Quocirca intelligas velim: neceſſariū fuiſſe oīno: vt Iudęorum hæc natio cæteraꝝ gentiū deos cōtēptui habere inſtructa: vt & pphetas habuerit: q & rerū pręnotione maiora q̄dam ſignificarent: & præ earū magnitudine cūcta excederent: quæ vbiq; tunc eſſent apud alios vaticinia. Proin de multis in locis: ne oībus dixerim: virtutes exercebātur: vt in ſubſequētibus Aſclepium quēdā producturus eſt Celſus: qui & beneficiis hoīes deuinciret: & paſſim ciuitatibus futura pcineret: vt Tirchi ſcilicet & Epidauro oppidis: Co inſup inſulę & Pergamo circa ſe ſitis: nec ſec⁹ & Ariſteū Procōnenſiū quēpiā & Clazomeniū & Aſtiphaleū Cleomidē commemorabit. Apud Iudęos dūtaxat q deo oīm cōditori applicaſſe ſe cōfitent̄: nullum fuerit vel ſignū vel prodigiū editū: quod eorū proueheret fidē & cōfirmaret: quā in cōditorem rerū deū haberēt: cū ſpe conſeq̄ndæ vitæ alterius præſtantioris. Verum quo pacto id credi poteſt! mox nāq; ſi defuiſſent prophetæ ad dęmonū cultū ſe cōuertiſſent: vt q & darent reſponſa & morbo affectos ſanarēt: deo vero relicto quē verboten⁹ exiſtimarēt opem afferre mortalibus: nil tamē ſui præſentiā faceret. Quod ſi haudquaq̄ ita ſe habeat: ſiquidē infinita potius illi perpeſſi ſunt: ne pro eorum lege cultū Iudaicū abiurarēt: ita vt modo in Syria malis affecti ſint: modo in Perſide ab Antiocho diuexati: cur nō his iure probandū videtur: qui rerū mire geſtarū fidē hiſtoriæ detrahunt & pphetis: nequaq̄ iſta fuiſſe figmenta: ſed ſpiritū quēdā diuinū puriores prophetarū animos irrepſiſſe: qui omnē laborē pro veritate adeuntes/enixius inſtigaret: vt partim temporis ſui hominibus: partim poſteris futura prædicerent: & præcipue ſaluatorem quendam ad hominum genus venturum denuntiarēt! Q; ſi hęc ita ſe habēt: quo pacto de aſelli vmbra Chriſtiani inter ſe & Iudæi diſceptant & quærunt: cum illa ex vaticiniis prophetarū diſcutiunt: quæ pro veris vtriq; ducunt: vtrum ne aduentauerit quem prophetæ denuntiarunt nec ne: an adhuc expectetur! Quinetiam vel ſi Celſo id cōcedatur: nō eſſe hūc Ieſum de quo pphetę p̄dixerint: neq; hoc pacto videbit̄ de aſelli vmbra tunc quæri cū pphetaꝝ ſenſa pueſtigant̄: vt clare ſic pateat qualis ſit ille futurus q a prophetis p̄dicit̄: G

vel qualia ſit deinde geſturus: & ſi fieri poteſt et innoteſcat: quãdo ſit ad nos idem venturus Nos vero ſuperius perpaucas e multis ꝑduximus ꝓphetias: quę plane arguerent haud dubie Chriſtũ hunc eſſe de quo ſit antea ꝓphetatum. Quo fit vt nec Iudæi qdẽ nec Chriſtiani fallant: cũ diuino ſpiritu putant ꝓphetas locutos: Sed idcirco iudæi falſa opinione ducantur: ꝙ eum de quo ꝓphetę ꝓdixerint: nondũ veniſſe exiſtimẽt: quãdo quis ille & quotus eſſet futurꝰ: ꝓphetico fuerit ſermone vel antea
A pręd icatũ. Poſt hæc Celſus Iudęos putat fuiſſe ægyptios: vt qui ægyptũ excitatis in ægyptiorũ republica ſimultatibus per ſeditionem deniq; reliquiſſent: poſtmodũ patriam illam & ægyptiacam religionẽ & cultus conſuetudinem rituſq; aſpernati: ab his qui Ieſu ſe adiũxiſſent: & eum vt Chriſtum iam crederent eadẽ illa fuiſſent perpeſſi: q̃ olim ipſi in Aegyptios fecerãt: & ita vtriſq; ſimultas illa & publica inſultatio: cauſam res renouãdi obtulerit. Quid aũt velit ſibi hoc loco Celſus intelligamus. Conſtat ſane priſcos illos ægyptios hebręorũ genꝰ acrius afflictaſſe: qui frumẽtarię rei pœnuria: vbi Iudęã fames cepiſſet: ſeſe in ægyptũ cõtulerãt: ita vt tanq̃ alienigenas quoſdã & ſeruorũ in morẽ variis ægyptii afficerent cõtumeliis. Cũ ea interea quæ iſti fuiſſent ꝑpeſſi: neceſſe foret vt & eorũ gens vniuerſa: ꝓuidẽtia quadã diuina etiã pateretur. Quandoquidẽ illi in omne id hebręorũ genꝰ vel nulla accepta iniuria conſpiraſſent: quos olim hoſpitio excepiſſent: & tamdiu afflixerint quoaduſq; tandẽ & ipſi plaga diuinitꝰ afflictati: vix & nõ multo poſt tẽpore quocunq; abire vellent: permitterẽt: quos iniquius ſub egiſſent. Itaq; cũ ſibi ac ſuis vtcũq; cõſultum mallent: q̃ iuſtis hoſpitibus: nil criminũ omiſere: quin in Moyſem ipſum & hebræos effunderẽt. Nã & vim illam ꝓdigiorũ quę Moyſes ederet: etſi haudquaq̃ oĩno negarent: fieri tñ hæc magice affirmabãt: nõ dei virtute. Cum Moyſes ipſe nõ vt magus hæc factitaret: ſed vt pius vir aliquis & qui ſuã ſpem oẽm in deo ſitam haberet: & ſancti ſpũs nihil eſſet immunis: & leges tuliſſet hebręis diuinitus cõditas & vtcunq; res accidiſſent ad verum literis
B demandaſſet. At Celſus cũ nil ęquior ſit earũ rerum inueſtigator effectus: quę apud ægyptios aliter ſe habere ferunt: & apud hebręos aliter longe: ſed captus: vt arbitror: ab ægyptiis & pręuẽtus: vt quos habeat amicitia cõiunctiores: his quidem qui hoſpites violarint: vt vera narrãtibꝰ aſſentit: hebræos vero qui affecti iniuria ſint: vt ſeditioſos affirmat ęgyptũ deſeruiſſe: nihil attẽdẽs quã ſeditioſam dicit: hanc multitudinem ægyptiis ipſis regnãtibus nec ſeditionem facere potuiſſe: nec ſimultates & odia exercere. Quinetiã ſimul ac inquit id hoĩm genus ſeditionibus excitatis & linguã penitus immutauit: ita vt qui inter ea vſi ægyptiaca voce fuiſſent: cõfeſtim hebraicum & patriũ olim loquendi modũ exprimerent. Sed eſto vt hi ægypti religione relicta: & natiuã ſimul oderint vocẽ: cur tñ in poſterũ nõ Syra potiꝰ vſi ſũt lingua vel forte Phœnicia: ſed hebręa dumtaxat ab vtriſq; his aliena? Quibus ex dictis id velim colligere: falſum eſſe oĩno ægyptios aliquos genere: factionibus cũ ægyptiis vel ſeditionibꝰ cõtẽdiſſe ita: vt idcirco relicta ægypto: in Palęſtinã ſe illi cõtulerint: & ea loca inhabitarint: quæ Iudæã nũc dicimus. Cũ ſane cõſtet: vernaculam iſtis linguam fuiſſe: vel longe anteq̃ in ægyptum deſcenderent: & literas inſuꝑ ab his plane diuerſas quas haberẽt ægyptii. qbus literis & Moyſes vſus quinq; libros perſcripſit: quos ſacros credunt Iudæi. Nec ſecus & falſum illud eſſe conuincit: ꝙ cum ægyptii eſſent: ex ſeditione cœperint hebręi poſtmodum dici. Et ꝙ Iudęi alii quidã Ieſu tẽporibus & ſimultatibus quibuſdã ſeditioſis in republica Iudęoꝝ obortis ſint Ieſum ſectati. Nõ em̃ poterit Celſus: nec ſecũ qui ſenſerint: Chriſtianorũ opus aliquod ſeditionis arguere. Nã ſi res ea quę chriſtianã religionẽ cõfirmat: & a Iudęis principiũ ſumpſit: qbus & arma capere pro tutãdis domeſticis laribus licuit: & hoſtes necare: ſeditionem quoq̃ pacto ꝓtulerit: haudquaq̃ qui Chriſtianis leges preſcripſerat Ieſus hoĩm internicionem oĩno ꝓhibuiſſet. Nec æquum fore diſcipulos inſtruxiſſet: vt in hoĩem aliquid: vel perditiſſimũ auderẽt. Nõ em̃ dicere exiſtimabat diuinã eius doctrinã ea ꝑmittere: quæ in hoĩm perniciẽ cederẽt: nec Chriſtiani quidẽ qui ꝑinde ac ſi initiũ a ſeditiõe cepiſſent: ad tã manſuetiſſimas leges ſe cõtuliſſent: quarũ gratia pecudũ more: vt necarent effectũ ſit: nec poſſent in hos illatas iniurias vindicare: qui ſe ad internicionem perſequerentur. Quinetiam res ipſas altius conquirenti: vel id quidem de his qui ex ægypto egreſſi ſunt: licet haud dubie affirmare: mirandum in modum omnem tunc populum: linguam vt diuinitus traditam: vna ſuſcepiſſe: quæ hebraica diceretur. quemadmodũ & apud eos ex prophetis quidã ita prędixerãt: Cũ exiret de terra ægypti linguã quã nõ nouerat audiuit. Erit itaq; hoc modo id cõfirmãdũ: nequaq̃ eos fuiſſe ęgyptios: quos cõſtet cũ Moyſe ex ęgypto digreſſos.

Si enim ægyptii:illi fuiſſent: erat profecto ne
ceſſe vt vel eorũ noĩa ægyptia eſſent:vt cuiq;
linguæ & ꝓpinquiores appellationes ſunt no
minũ.Q̃ꝫ ſi ex noĩbus ipſis quę ſane hebraica
ſunt: haudquaq̃ ægyptios fuiſſe hos liquet:
nimirũ cum hebraicis noĩbus redundet ſcri
ptura:& ægyptiis item:quę imponere liberis
cõſueuerãt: aperte illud falſum eſſe arguit:
quod eſt ab ægyptiis vſurpatũ: hebræos ſcili
cet cum fuiſſent ęgyptii:ex ægypto:ſimul cũ
Moyſe fuiſſe eiectos:& clare patet: vt p Moy
ſem ipſum cõſcripta tradit hiſtoria:ex hebræ
is ꝓgenitorib⁹ hos duxiſſe originẽ: & lingua
E vſos:e qua & filiis ſuis noĩa coaptarẽt.Quod
autẽ ad Chriſtianos attinet: cũ eſſent inſtru
cti:vt ne inimicos quidẽ vlciſcerent:ſeruabãt
hi placidam illam & clemẽtiorem ſibi impoſi
tam legem:& cũ bella gerere: etſi validiores:
prohiberẽt:id tamẽ muneris defungi dei po
tentia videbant:qui pro eis & prælia ſemper
iniret:& per temporũ interualla deſiſtere tã
dem a cœptis coegerit:qui aduerſus Chriſtia
nos inſiſterẽt: & eos vellent morte deperdere.
Verum vt cæteri ꝓbatiores efficerẽtur:& in
animũ inducerẽt mortis contemptũ:cũ quoſ
dam ſpectarent pro vero cultu & pia religio
ne certare:pauci quidẽ tunc primũ nec nume
roſi & aliis itẽ atq; aliis tẽporib⁹ pro diuino
cultu mortui ſunt:deo in primis id prohibẽ
te: ne eorũ gens oĩs debellaretur: quippe quã
et ſtatuere vellet:& cõfirmare: & orbẽ terræ
repleri ſalutari hac & religioſiſſima diſciplia
iam deſtinaſſet. Nec ſecus vt a mortis cura &
anxietate reſpirarent quandoq; infirmiores:
quorũ dũtaxat voluntati ꝓuidendũ iam cen
ſuit: vbiq; initas in eos inſidias diſturbauit:
ita vt nec iperatores vlli:nec præſides ipſi lo
corum:nec populi: ira incendi diu aduerſus
hos poſſent.His igitur Celſi iã dictis occurri
mus: quibus & ſeditionẽ affirmat vel iudæis
fuiſſe quondã ſtabilimenti principiũ:& Chri
ſtianis deinceps.Sed cũ in ſubſequẽtibus aper
F tius Celſus hęc mentiat: age & qualia ſint ex
plicemus. Etſi omnes hoĩes(inquit)Chriſtia
nos eſſe ſe malint: hau dquaq̃ æquo id animo
tulerint.qđ vtiq; falſum eſſe: illud coarguit:
ꝙ nil prorſus negligant:quãtũ in ſe eſt: Chri
ſtiani:quominus vbiq; terrarũ:cũ verbũ:tum
vero doctrina diſſeminet:& ita:vt pleriq; ope
rępreciũ ducãt nõ modo ciuitates & vrbes
adire:ſed oppida/vicoſq;:& cõciliabula:vt ali
os reddãt veri dei cultores.Nec dixerit aliq̃s
opum aſſequendarũ gratia eos id agere:nimi
rum qui plærũq; ne ad victum quidẽ neceſſa
ria capiant:et ſi forte aliquid prę rerũ inopia
capere quandoq; coguntur:ſola ſunt neceſſi
tate contenti: tametſi peruelint permulti his
ipſis ſua cõmunicare: & ea cõferre: quæ vitæ
neceſſitatẽ excedãt. Nunc vero cum ingens
hominũ multitudo: ad Chriſtianã doctrinã
acceſſerit:& prędiuites quidã:& ex his aliqui
qui geſſerint magiſtratus: & matronæ inſup
opulẽtę & nobiles/Chriſtianæ huius diſcipli
næ excipiant ſectatores:audebit ne aliq̃s glo
riæ cupiditate hos illoſve affirmare Chriſtia
næ religionis antiſtites fieri? Nec in hui⁹ qui
dem primordiis:cũ ingens his diſcrimen im
penderet:& ipſis pręcipue inſtructoribus:iu
re quis poterat id ſuſpicari:& nunc quidẽ glo
rię contẽptus longe pluris apud cæteros du
citur:q̃ eorum ſit gloria:qui dignitate pares
exiſtimantur:cũ tamen is honos non omnib⁹
deferatur. Erit igitur id mendaciſſimũ quod
Celſus intulerat:vel ſi omnes hoĩes Chriſtia G
nam religionẽ appeterẽt:hos tamẽ qui in præ
ſentia ſũt Chriſtiani id minime cupere. Cui⁹
rei aduerte qđ eſſe aſſerat argumẽtũ: nã ini
tio inquit perpauci erant:& vnũ inter ſe ſen
tiebant:at vbi in multitudinẽ euaſere: diſper
ſi iterũ atq; iterũ ab inuicẽ abſcinduntur: &
factiones priuatas habere ſinguli volunt: qđ
vt facerent a principio erat neceſſe.Q̃ꝫ autem
comparatiõe inſequẽtis in poſterũ multitu
dinis Chriſtiani perpauci eſſent tum primũ
cũ Ieſu doctrinã exciperẽt: perſpicuũ eſt: tam
etſi nec ea omnino paucitate fuiſſent. ſiquidẽ
qđ & Ieſu feciſſet inuidiam:& Iudęos vt huic
molirentur inſidias concitarit: vis illa homi
num fuit:& copia: qui eum ſunt in deſertum
ſecuti:quandoquidẽ ad hominũ quinq; milia
vel vt min⁹ dixerim,milia quatuor:Ieſum do
minum ſequebãtur:fœminarũ numero dem
pto & puerorũ. Nam tãtus inerat Ieſu ſermo
nibus lepos:& alliciendi vis quædam: vt non
modo viri hunc ſequerentur:vel in eremũ ab
euntem:ſed fœmellę: quas nec muliebris in
firmitas moraret:neq; innatæ fragilitatis pu
deret:nec verecundia vlla vel pudor retraxe
rit:ꝙ præceptorẽ ſequi in eremũ viderentur:
& pueri item cuiuſuis labis expertes: ſiue ge
nitores ſectati:ſiue Ieſu diuinitate ducti:vt &
his ſanctitas inſpergeretur:parẽtib⁹ Ieſum ſe
quentibus inhęſerũt.Sed eſto: fuerint illi ini
tio pauci: quid tamen id ad eam rem fecerit:
quam pauloante intulerat: non æquo animo
Chriſtianos laturos:ſi Ieſu doctrina vniuerſis
ſuaderetur mortalibus?Dixit pręterea & vnũ H
omnes tũc primum ſenſiſſe:at vbi in multitu
dinem euaſerunt diuerſa: cũ nihil interea vel
ea in re animũ ipſe intendat: quandoquidem

varie vel a principio de his ſenſerit chriſtiani:
q̄ libris quos ſacros nũcupãt tradita ſũt. Qui
& apoſtolis p̄dicantibus: & Ieſu quem ipſi ſpe-
ctaſſent doctrina alios inſtruẽtib⁹: nõ parua ĩ
ter eos qui ex iudæis crediderãt oborta q̄ſtio ẽ
de gẽtibus ipſis qui ad chriſtianã religionẽ cõ
cederẽt: vtrũ his eſſent iudaici ritus ſeruandi:
an de mũdis & immũdioribus eſcis per eos eẽt
vt minus graue quod iudaice caueretut: tollẽ
dũ: qui relicta patria ex gentili cõſuetudine: ĩ
Ieſum tũc crederẽt. Nec ſec⁹ & ĩ epiſtolis Pau
li: qui eorũ tẽpore fuit q̄ Ieſum vidiſſent: dicta
quædã reperiuntur: a nõnullis p̄inde ac ꝓlata
de reſurrectione q̄rentibus: & vtrũ illa facta iã
ſit: & de die domini: vtrũ ĩſtet an minime. Nec
ſec⁹ & illud q̄d Paulus Timotheo iniũgit hoc
modo: Deuitãs prophanas vocũ nouitates &
oppoſitiones falſi noĩs ſcientiæ: quã quidã pro
mittẽtes: circa fidẽ exciderunt: plane deſignat
vel tum primũ varias fuiſſe opiniones: cũ non
dũ vt Celſ⁹ exiſtimat: permulti eſſent q̄ crede-
rẽt. Proinde Chriſti doctrinã hic carpẽs: Chri
ſtianoꝝ nobis hæreſes exprobrãdo ſic inquit:
Vbi vero in m̃ltitudinẽ excreuerũt: & iterato
diſperſi ſunt: & diſciſſi ab inuicẽ: & factiones
ſinguli habere priuatas volũt. & illud ſic ĩfert:
& præ multitudine rurſum inter ſe diſſidẽtes
ſeipſos coarguunt: nomẽ dũtaxat: vt ita dixe-
rim: cõmune ſortiri: ſi modo cõmune id faciũt
& illud tamẽ relinquere pudet: cętera vero ali
ter alii atq; alii ſortiũtur. Ad hęc illud dicturi
nos ſumus: nulla vnq̄ ex re cui⁹ p̄ricipiũ nõ ele
gãs fuerit: vel vitæ conduxerit: hęreſes varias
ꝓdiiſſe. Cũ enim medendi ars p̄utilis humano
generi ſit: & admodũ neceſſaria: & multa in ea
quęrãtur de modo: qualis ſit curãdis corpori-
bus adhibẽd⁹: idcirco & opiniones varię apud
græcos: & plane ea in arte obortę: & plurimę q̄
dẽ reperiũtur: vł apud Barbaros ipſos vt arbi
tror: qui arte hac ipſa vti ſe profitẽtur. q̄n etiã
& in philoſophia quæ de ſe & veritatẽ ſubſiſtẽ
tiũ rerũ ꝓmittit & notionẽ: & quemadmodũ
viuẽdũ ſit ſuggerit: & his nititur nos inſtitue
re: quæ noſtro generi prodeſſe queãt: magni ꝑ
fecto momẽti ſunt quę a multis quęrũtur. vn-
de & ſectas cõplures ĩ philoſophia fuiſſe ſat cõ
ſtat: quarũ quædã inſignes ſunt & præſtãtes:
q̄dam vero nequaq̄ his ſimiles. Quin & iudęi
hæreſum cauſam habuere Moyſi ſcripta: & di
cta ꝓphetica: quę vario captu ab his legerent.
Sic igit̃ quãdoquidẽ elegãs & p̄cipuum aliq̄d
eẽ mortalib⁹ viſa eſt chriſtiana religio: nõ mo-
do ad Celſi opinionẽ ſeruiles q̄dã & imperiti:
ſed gręcorũ pleriq; eloq̄ntiæ dediti & peritiſſi
mi viri neceſſario hãc ſubiere: nec tamẽ per ſe-
ditionem & cõtentioſas hæreſes: ſed quia phi
loſophi fere oẽs ſtuderẽt vt earum rerũ cogni
tionem aſſequerent: quibus chriſtiana religio
niteret. Vnde & ſubſecutum ẽ: vt cum oẽs di
uinam hãc eſſe diſciplinã admitterẽt: hæreſes
& ſectę oborirent: quę ab his & nomẽ ſibi deſu
merent: qui eius q̄dem doctrinæ principiũ de-
mirati: vtcũq; poſtmodũ: vt ab inuicẽ diſſenti
rent: ſuaſionibus quibuſdam inducebant: Sed
nec medicinæ artẽ quis iure defugerit: q̄a opi-
niones in ſe varias habeat: neq; philoſophiam
is auerſabit̃ qui q̄d decorum eſt cõtemplet̃: q̄a
ſub diuerſarũ ſectarũ prętextu affirmet ſe hãc
auerſari. Sic item nec ex iudæorũ opinatiõib⁹
varie ſentiẽtiũ: dãnãda ſunt ſacra Moyſi ſcri-
pta & ꝓphetarũ. Q̄ ſi hæc ita ſe ſubſequũtur:
cur eadem nos ratione chriſtianoꝝ hęreſes nõ
excuſabimus? de q̄bus Paul⁹ mirifice dixiſſe vi
detur, cum inq̄t: Oportet aũt & hęreſes eſſe: vt
qui ꝓbati ſunt manifeſti fiant in vobis. Vt eñi
ĩ medicina ille ꝓbatior erit: qui vbi ĩ diſcepta
tionibus variis fuerit exercitatus: & maiorẽ ĩ
partẽ multoꝝ opiniones diſcuſſerit: p̄ſtãtiorẽ
mox eligat cõſectandũ: q̄ in philoſophia: cum
multaꝝ rerũ cognitione ꝑfecerit plurimũ: tũ
q̄a is plus aliquid ĩpenderit ſtudii: ita vt potio
ribus dictis inhæreat. Sic & hunc eq̄dem ſapiẽ
tiſſimũ dixerim qui chriſtianæ & iudaicæ reli
giõis hęreſes & ſectas p̄uiderit. Qui vero chri
ſtianam doctrinam idcirco incuſet: quia hære
ſes habeat: neceſſe ẽ vt & Socratis coarguat di
ſciplinam: cuius ex ſchola & aliorum pleræq;
prodierint non eadem ſentientium ſectæ. Nec
ſecus & Platonis inſimulaturus eſt aliquis do
gmata: q̄a Ariſtoteles noua quædã ex ſe adin-
uenerit: vbi huius ex literario ludo diſceſſerat
de quo etiam ſupra meminimus. Videtur aũt B
Celſus hæreſum aliarum habuiſſe cognitionẽ
quæ nec Ieſu nomẽ nobis communicarẽt. For
te enim ad eum delata eſt hæreſis quæ Ofiano
rũ quorũdã & Cainanorũ eſt dicta: vel alia hu
iuſmodi q̄dam: quæ ex Olorũ ſchola profluxe
rit: & ꝑ Ieſu ſententia falſo aſſerta feratur. Cũ
illud tamẽ nil fecerit: vt incuſanda idcirco ſit
chriſtiana doctrina. Deinde ſic Celſus. Eo autẽ
iſtorum conuentum maiorem in modum vt C
parui momẽti nos demiramur: quo nulla re di
gniori cõſtare arguit̃: ſed factiões & quicq̄d ex
his vtilitatis obuenerit: & externũ timorẽ pro
re pręcipua ducũt. Hæc nãq; his fidẽ ſtabiliũt.
Vel ad id quidẽ ſic reſpõdebim⁹. Adeo aũt ex
re aliqua vel diuina potius operatiõe cõuẽtũ
noſtrum cõſtare hunc dixerim: vt huius p̄rici
piũ ſit & in ꝓphetis author deus: qui hoĩes do
ceat Chriſti aduẽtum ſperare: qui mortalibus

fit allaturus ſalutẽ. Et quãtũ noſter iſte cõuen
tus in vero nil põt coargui: etſi ab impiis coar
guatur: tãtum chriſtiana doctrina: vt ꝑ deum
iã tradita: cõfirmat̃ & inualeſcit. Et Ieſus quí
dẽ vel anteq̃ carnẽ ſuſciperet / vel poſt carnem
ſuſceptã: dei filiꝰ demõſtrat̃. Quin & illđ affe
uerauerim: queadmodũ vbi homo hic redditꝰ
eſt ab his: q̃ animę oculis vt ꝑſpicaciores plu
rimũ valent: deo digniſſi mꝰ inuenit̃: & a deo
plane compertus ad nos deſcẽdiſſe: nec ex hũa
na ſapiẽtia habuiſſe pricipiũ: vel ea quæ prin
cipiũ id ſubſequunt̃: ſed ex dei apparitiõe mul
tiplici ſapiẽtia quadã: & virtutibus variis: iu
dæoꝝ primo: & chriſtianorũ deĩceps cõfirmã
tis religionẽ. Oſtendimus itaq; quas Celſus di
xerat factiões: & quæ ex his cõmoda ſequeren
tur: ei fuiſſe principiũ: qui ſua doctrina tot ho
mines ad ſe cõuertiſſet: effeciſſetq; etiã melio
D res. Qꝫ aũt nec externo timore vllo teneat̃ no
ſter iſte cõuentus: ex eo liquet: q; vel deo placi
tũ eſt: vt formido illa ceſſarit iãdiu: quæ diue
xare nos videbat̃: & æque futurũ ſit vt i poſte
rum ceſſet: fidelibus ipſis nihil huic vitę verẽ
tibus. Sed q̃buſuis modis chriſtianæ doctrinæ
& nominis detractores: noſtrę tã diuturni ſta
tus & in tãta fideliũ multitudine: cauſam for
te exiſtimauerint: quia non a principibꝰ impu
gnemur vt olim: ipſi tamẽ a Ieſu verbo didici
mus: nec in pace reſolui & q̃eti nos dedere: nec
cũ oppugnamur a mũdo: deficere: nec a dei oĩ
potẽtis i Chriſto Ieſu deſciſcere charitate. At
qui liquido noſtri pricipii magnitudinem pa
tefacimus: nõ vt Celſus exiſtimat: occultamꝰ.
Vbi recens ad religionẽ ĩductis: & idolorũ cõ
temptũ & ſimulacroꝝ ingeſſimus: & illorum
præterea mẽtẽ a creatarũ rerũ cultura: cũ deũ
colere debeãt: ad eũ erigimus qui cõdidit vni
uerſa: & hunc ſedulo demõſtramꝰ quẽ ꝓphe
tæ vẽturũ ꝓdixerint: & euãgelica dicta & apo
ſtoloꝝ voces ꝓferẽdo accuratiꝰ his aperimꝰ: q̃
prudẽter audire hæc quiuerint. Verũ quanã
ipſi formidine contrahamur: vt Celſus nil eui
dentius ſcribit: qui velit oſtẽdat: ni forte for
midoloſum illud cõfingi: & eiꝰ teneri nos for
midine dixerit: qđ de futuro dei iudicio cõme
moramus: queadmodum homines ſint de his
quæ geſſerint per hũc iudicandi. Et id ſane va
rie confirmamus cũ ſacris ex literis: tum decẽ
ti aliqua ratione: quippe quibus amica ſit veri
E tas. Subiũgit demum hęc Celſus: nõ eñ vl' iſti
poterunt: vel ipſe ego: vel mortalium alius q̃ſ
piã: ea de re aliquid definire: q; iniqui ſint cru
ciatu afficiendi: & præmiis iuſtiores dignan
di. quos igit̃ metus cõmenti nos ſumus: vt ho
mines cõtrahamus / ſi futuri cruciatꝰ rationẽ

& decreta ſuſtuleris? Enĩuero cũ inquiat etiã
veteris dicti falſas auditiones nõnullas nos fin
gere: & hoĩes iſtis ꝓccupatos inſtruere: nec ſe
cus ac ſolẽt qui ꝑ Corybãtes aris circũagũtur:
Ad hæc ſic reſpõdebimꝰ. Quas eñ veteris di
cti inanes auditiones hic refert? ſiue eñ priſcis
illis græcoꝝ dictis hæc inq̃t: ſubterranea quę
dã iudicii loca eſſe docẽtiũ: ſiue de iudaicis ip
ſis iudicii iãpridẽ denũtiatis: & eo ꝑſertim qđ
de vita illa poſt hãc oĩno futura ꝓdicitur: neq̃
q̃ poterit vllis aliquãdo argumẽtis oſtendere:
vanis quibuſdam auditionibus veritate omiſ
ſa nos inuerſari: & ad decreta huiuſmodi viue
re: quicũq; nõ temere ſed ratione nitimur ad fi
dẽ accedere. Quæ vero noſtræ fidei ſunt: cum F
ægyptioꝝ rebus cõferre vult Celſus: quos ad
eunti permagnifica tẽpla & lucus ꝓpyleoꝝq;
moles & ornamẽta mox offerunt̃: delubra in
ſup admirãda tabernaculis obducta ſuperbio
ribus: deorũq; ſupſtitioſiſſimi cultus. Vbi ve
ro ad penetralia ipſa ꝑuentũ eſt: Crocodilũ: ca
nem: hircũ vl' ſimiã & hmõi alia adorari mox
q̃s cõſpicabit̃. Qui igit̃ poterunt iſti ęgyptio
rũ oblati primo aſpectu adeũtibus ꝑmagnifici
apparatus cũ noſtris rebus conferri? Aut quo
ta erit iſta proportio: ſi poſt ingẽtia illa propy
lea: in tẽploꝝ penitiſſimis locis: brutis his ani
mantibus diuini deferant̃ honores? Nũ ꝓphe
tias ipas: & deũ oĩm cõditorem: & q̃ vana ſiſa
chra iſta oppugnant & ꝑdunt: cũ his duxeris
cõparãda: quæ vtiq; tãti apud te fiunt? Ieſum
vero cruci affixũ, cũ aĩali ratiõis experte & qđ
adorant ægyptii, cõferẽdũ? Qꝫ ſi id affirmaue
rit Celſus: non enim id ꝑter aliud: vbi noſtris
ille occurret: dicturum exiſtimo: ſat illa fuerit
ad hũc refellẽdũ: quæ nobis ſuperius ſunt ĩ eo
rũ confirmationẽ iam explicata: q̃ Ieſum attin
gerent: queadmodũ quæ illi humanitus acci
diſſe ſunt viſa: vniuerſo mũdo cõtulerint plu
rimum: & ſalutaria fuerint. Proinde & ea quæ
gloriæ ducunt ægyptii: & quæ de brutis me
minimus animantibus: quæ ve illi ſiue dei prę
ferre ſignum affirment: ſiue vtcũq; iſtorũ vati
bus vaticinando appellare collibuit: imagina
tionem ait quandam immittere ſe perdiſcenti
bus: nil eſſe hos fruſtra initiatos: quæ vero no
ſtræ ſunt diſciplinæ: eius virtute: quod Paulꝰ
donum appellat: per ſpiritũ in ſapientiæ ver
bo cũ cõſtẽt: & in eo qđ ſecundum ſpiritum ẽ
ſcientiæ verbo in chriſtiana doctrina peritio
res affirmãt: haudquaq̃ imaginatus fuiſſe Cel
ſus videtur. Qđ vtiq; nõ modo ex his ĩtelligi
poteſt: ſed ex inſequentibus ipſis: quæ chriſtia
norum eccleſiam criminãdo ſubiecit: cũ inq̃t.
Hi eñ ab ea quã credunt & ꝑdicãt diſciplina:

oēm abigunt ſapiētem:ſtultis dūtaxat & ſerui
lib⁹ cōuocat[:de qb⁹ cū opportunū fuerit:& ſe
A locus obtulerit:dicturi ſum⁹.Subiūgit & ęgy
ptios nos irridere:tametſi ænigmata nil vana
& multa exhibeāt:ſiquidē iudæis qbuſdā ęter
nis:nō animātibus ad diem victuris: edocent
iſta in honorē deferri.Chriſtianos vero īſanos
affirmat:& ſtultitię arguit:veluti q in Ieſu re-
rum geſtarū narratiōe nihil induxerit:qd ęgy
ptiorū ſit canibus vl' hircis pſtanti⁹.Sed heus
o elegās tu & ſtrenue vir,illud ergo collaudas
& verbis extollis:ꝙ ſupuacua q̄dam ænigma-
ta pducāt ægyptii: & obſcura pmulta de ſuis
animātib⁹ narrēt. Et ſane indecenter id agis:
quādo ī eo nos plane coarguis vt certior fact⁹
& pſuaſus:nos demū nihil afferre niſi q̄ vanio
ra ſint/& nullius momēti:cū pro verbi ſapien
tia de Ieſu permulta illis inſinuamus:quos in
Chriſtiana religiōe pfectiores eſſe cōperimus.
de qbus apud eos q audire hui⁹ religiōis ſapiē
tiā poſſunt:ſic docens Paulus differit. Sapien
tiā aūt loqmur in pfectis:ſapientiā vero nō hu
ius ſæculi nec principū hui⁹ mūdi q deſtruūt:
ſed loqmur dei ſapiētiā in myſterio qd abſcon
ditū eſt:qd pdeſtinauit de⁹ ante ſæcula,ad glo
riam noſtrā:quā nemo princeps mūdi hui⁹ co
gnouit.Vel eūdem in modū,qui cū Celſo ſen-
ſerit,hęc ipſi affabimur.Dicemuſqꝫ nullā Pau
lum excellētem ſapientiā imaginatū: pmiſiſſe
ſe in perfectioribus loqui.Qꝫ ſi pei⁹ impuden
tia id dixerit Celſus:illū idcirco fuiſſe pollici-
tum:qa nihil haberet ad explicandū qd prę ſe
ſapientiā ferret:his dictis ſumus ſic occurſu-
ri,& ī primis illd dicturi.Heus tu:explana ei⁹
q hæc dicit:epiſtolas:& vbi iſtarū quid ſibi di-
ctiōes ſingulę velint aduerteris: epiſtolarū di-
co:ſiue quas ad Epheſios ille pſcripſit: ſiue ad
Coloſſenſes Theſſalonicoſqꝫ & Philippēſes de
derat & Romanos:vtrūqꝫ id arguas velim:&
ꝙ Paulū ſuperes ī dicēdo:& ꝙ demōſtrare hos
queas ſtultos fuiſſe & īſenſatos:ad quos ille li-
teras dederit.Nā ſi diligēter Celſus Pauli ſcri
pta plegerit:futurū haud dubie ſcio: vel hoīs
ſenſa vt hic demiref:qui in eo ſuo dicēdi gene
re magna quædā ſit & pfundiora cōplexus:vl'
ſi viri admiratione nil moueat:ridicul⁹ plane
appareat:ſiue qa viri ſenſum pinde ac per ſe cō
ceptū explicuit:ſiue quia obuiā ire & cōfutare
tentauerit:q̄ ſe ītelligere fuerat imaginat⁹.Ip
B ſe vero nondū ea ptulerim q̄ in euāgelicis ſcri
ptis ſunt obſeruāda:quorū ſingula & ſentētię
plurimū in ſe cōplectunf:& ea aſſeruāt q̄ nō ſo
lū multis contemplatiōe & captu difficillima
ſunt:verū & e ſapiētiū nūero paucis admodū
intellectu facilia:qppe q̄ & altiſſimis ſenſib⁹ pa
rabolas narrēt:& dictis pfundioribus.q̄s vtiqꝫ
Ieſus his q exteri⁹ eēnt:publice loqbat:illis tn̄
dūtaxat explanatiōe ſeruata:q exteriorē audi
tū excederēt:& ſeorſū ad ſe domū venirēt. Ad
miratiōe aūt qs proculdubio capief:vbi plane
cognouerit:qua ratiōe exteri⁹ eē dicti ſūt qdā:
& alii domi.Quis pterea nō obſtupeſcat:q poſ
ſit Ieſu ſeceſſus aīo cōtēplari:dū mōtē aſcēde-
ret:vbi verba eēt tā ingētia editurus:& opa tā
mira factur⁹:& demū futurū vt ſeipm tranſfi
guraret:inferius vero dū infirmos curaret: q
nec eo cōſcēdere potuiſſent:quo ſe diſcipl'i ſūt
cōſecuti.Velle aūt q̄ euāgeliis inſunt pcipua
quidē & plane diuina vel de Chriſto:hoc ē ſa-
piētia ipſa & verbo:qd ſentiat cū differit Pau-
lus: explicare:nulla ī pn̄ti offerf occaſio:ſed ſa
tis ſint iſta q̄ diximus ad ſtultā Celſi irriſionē:
qui ea q̄ eccl'iæ ſūt arcana & myſtica ægyptio
rū Crocodilis hirciſqꝫ & canib⁹ ſimillima fece C
rit.Nec vllā quidē cōtumelię ſpeciē aut irri-
ſionis:ſcurra Celſus & nebulo: ī his reliquam
faciens:qbus in nos praue īuehif:dioſcuros:
Herculē:Aſclepiū:& Dionyſiū nuncupat:qui
apud græcos crediti ſunt dii fuiſſe.Aitqꝫ neqꝫ
id qdē nos æquo aīo ferre: a græcis illos/deos
exiſtimari:q hoīes olim fuiſſent:et ſi cætera p-
ſtātiores qdā & pleraqꝫ mortaliū gr̄a & fortia
geſſerit.Ieſū vero morte affectū:ſuis cōtripu-
diatoribus & viſū eē nos affirmare:cū vmbrā
eēnt forſitan cōſpicati.Vl' ad hæc qdē ſic rn̄de
bimus:Emuero idcirco Celſus apte qdē:nō tn̄
aptius ſe nō hos colere vt deos oſtēdit:qa eorū
forſitan verebaf iudiciū qui ſua eēnt ſcripta in
poſterū plecturi:ne deos negare his videref.Si
em̄ is qd verū eſſe iā crederet tueref:pfecto ni
hil diſſimulaſſet: & ſe deos hos credere. Sed
age & eos qui deos hos eſſe nil putēt ſic alloq̄-
mur:nū a principio nō hi extitere: ſed quēad-
modū de hoīs aīa ſentiūt multi: ꝙ mox corrū-
patur:ita & iſtorū corrupta eſt & euanuit aīa?
an pro eorū opinione qui pmanſuram hāc di-
cunt vel immortalem: & hi adhuc pſtant:vel
ſunt īmortales:cū dii nō ſint ſed heroes qdam
& forte nec heroes:ſed ſimpliciter aīæ? Si igif
minus cōſtare hos arbitramini:erit pfecto qd
pri⁹ de aīa dicendū nos duximus: cōfirmādū:
ſin vero pſtare hos dicitis:vel ſic qdē qd de im
mortalitate iā dixim⁹ eſt admittēdū:nec ſolū
qa de hac optime græci diſſeruerunt:ſed qa id
ipm & ſacre lr̄æ velit.Quinetiā plane oſtēſuri D
nos ſum⁹ hos:qui tā ml'ti ī deos relati ſunt:nec
locū quidē nec partē potiorem aliquā eſſe ſorti
tos:vbi ex hac vita migrarūt:qn̄ & ſecū vl' ſu-
as res geſtas detulerit: quas hiſtoriæ narrant
in quibus nimirū & effuſior illa Herculis laſci

nia memoriæ ꝓdit̃:& q̃ fuerit aduſq; veſaniã adamatę Omphales muliebriter ſeruitute ob ſtrictus:& q̃ de Aſclepio itē ꝓdũt:vt a Ioue ſit fulmine ictus.Explicant̃ præterea & q̃ de Pol luce habent̃ & Caſtore:vti alternis viuerēt al terniſq; morerent̃:vnde ſint & honores ſortiti qui ſoliti eſſent & diis deferri:qa mortem obie

D rint.qui ergo poterit iſtorũ quiſpiã dici vel iu re deus:vel heros denoĩari? Nos vero q̃ de Ieſu narramus ꝓpheticis dictis oſtēdimus cõfirma ta:nec ſecus & q̃ de eo veriora ꝓnuntiant̃:cũ il loꝝ geſtis ſi cõferamus: pro indubitato aſtrui mus nil ei fuiſſe cõmiſſum: vel hiſtorię ꝓditũ: qđ incõtinentiã pręferat aut laſciuiã.Siquidē nec q ĩſidias huic molirent̃:& falſum aduerſ⁹ eũdē teſtimoniũ cõquiſiſſent:nec veri quidem ſimilia:ſed falſa enixe teſtificando adiuenerũt: vt alicuius ſaltem facinoris inſimularent.qn potius hoĩm ille inſidiis:morte affect⁹ eſt:nec ſane in ſe qppiam habuit: qđ eſſet cũ Aſclepii

E fulmine cõparãdũ.Verum qd in ſe habuit gra uitatis Dionyſius ille menolas:habitu mulie bri amict⁹:vt tanq̃ deus adoraret̃? Qꝫ ſi hi qui iſtoꝝ malefacta excuſant:ad allegorias confu gerĩt:erũt hę quidē ſeorſum examinãdę: vtrũ ſani quid habeãt:& ſeorſum dii hi expēdendi: vtrũ ſubſiſtãt:& digni ſint qui colãtur:qñ & a Titanis bello ſuperati ſint:e cœlo turpiter de turbati.At noſter Ieſus:vbi ſuis apparuit tri pudiatoribus(vtar em̃ & Celſi vocabulo)i ve ro eſt viſus:quē Ieſum fil' & verbũ Celſus calũ niat̃:cũ eius vmbrã dicit his obuerſatã.Sed cõ ferant̃ illorũ res geſtę:cũ his quę de Ieſu narrã tur:an illa vera eſſe vult Celſus: nr̃a vero hæc falſa & cõmentitia:q̃ per hos plane ſunt & con ſcripta & viſa:& re ipã ſic pręſe tulerit:vt cla re poſſit itelligi:hęc eos ſpectaſſe? vl' ex his etiã quæ ꝓ Ieſu doctrina ꝑpeſſi ſũt:aĩo promptiore mētis affectũ ꝓtēdunt.Verũ qs vnq̃ qui oĩa ve lit ad æquũ expēdere:q̃ de illis narrant̃: vel ad vnum vniuerſa admiſerit? his vero q̃ de Ieſu le

F gunt̃ temere & re indiſcuſſa diffidat? Quĩetiã qđ de Aeſculapio ferũt:mltos mortaliũ tã gręcoꝝ q̃ barbarorũ hunc perſępe vidiſſe:& ad id tēporis nõ vt apparentē imaginē:ſed ipm̃ hũc medicãtem & beneficia cõferentē & ꝑdicētē fu tura ſpectare:dignũ iudicat Celſus: vt & ipſi credamus:ꝑinde ac de cętero nihil incuſatur⁹ qui & Ieſu fidē ꝓſtiterint:vbi his crediderim⁹: vbi vero cũ diſcipulis ipſis qui Ieſu miracula ꝑ uiderunt:& apertius ſuę cõſcietię pręferũt re ctitudinē:vna cõuenerim⁹:ſpectata illoꝝ ſuis ex ſcriptis:quãtum ex illis cõprehendi poteſt: ſimplicitate:veſani quidã ꝑ Celſum vocamur qui minus interea queat quã gręcoꝝ & barba

rorũ mltitudinē dicit:q̃ Aeſculapio fidē ꝓſtet: producere.Nos vero:ſi modo id Celſus operæ ꝓtiũ duxerit:clare mõſtrabimus tã græcoꝝ q̃ barbaroꝝ vim eã innumerabilē in Ieſum iã cre dere.Cui⁹ credulitatis & gratia: quidã acce piſſe ſe aliqd admirãdũ:ſigna hæc ꝓferunt: qꝫ alios curãt:nihil aliud ſuper his ĩuocãtes q cu ratione hac indigent:ꝓter dei nomē omnipotē tis & Ieſu:cũ earũ rerũ quas mirabiliter geſſit: narratione.His em̃ & nos pq̃ multos vidim⁹ grauiorib⁹ nõnullis calamitatibus erutos: & dementię morbo:& furiis:& malis innumeris aliis liberatos:quæ vtiq; nec homines nec dę mones ipſi curaſſent.Vt aũt & illud cõceſſeri G dæmonē aliquē medendi peritum poſſe corpo ribus medicari:q Aeſculapius vocitet̃:ad eos eqdem dixerim qui hæc demirentur:vel Apol linis oracula obſtupeſcãt.Si em̃ corpoꝝ medi cina res qđã media eſt:q non modo in ꝓbos:ve rũ & ĩ prauos aliquos cadat:& mediũ aliqd ſit ꝓſcientia futuroꝝ(nõ em̃ ꝓrſus q futuri ꝓſci us eſt,ꝓbitatē ꝓtulerit)veſtrũ ſit nũc illud ar guere:cur nõ improbi ſint qui medent̃:& q fu tura ꝑdicãt? At probi qdã mõſtrant̃: & ita vt nõ lõge abſint:qn dii putent̃.Sed nequaq̃ pote runt hos ꝓbos oſtēdere qui alios curēt: & ven tura ꝓnoſcãt:cũ multi vel vita indigni dican tur curari:quos vtiq; nec medicus quidē q ſa piens fuerit:curãdos duxerit: qñ indecēter & turpiter viuãt.Quinetiã in Apollinis Pythi H ci vaticiniis nõnulla cõpereris inique iniũcta: e quib⁹ duo qdam in ꝓſentia explicem⁹.Cleo medi enim pugili cuidã diuinos iuſſit hic de⁹ honores deferri.Neſcio em̃ quid in eius pugi li arte perſpexit:qđ elegans eſſet. nec ſane Py thagorę illi vel Socrati hos detuliſſet: quibus pugilem hominem affeciſſet.Nec ſecus cũ mu ſarum cultorem dixiſſet Archilochum virum ſane qui in peſſima quadã & perditiſſima ma teria ſuam poeticam oſtendiſſet:moreſq; flagi tioſos & ĩpuros præ ſe ferret:quia muſarũ ꝓ nuntiauit cultorem:quæ & dearum ſunt no men ſortitæ:pium aliquem eſſe & probũ teſti ficatus eſt.Nec plane intelligo vtrum aliquis pium quempiam dixerit:ſi non modeſtia fue rit & virtute quauis ornatus: qui vel talibus ſit dictis proſecuturus qualia elegantes illi Ar chilochi cõtinent iambici verſus. Si igitur ex hac Aeſculapii medendi arte:& Apollinis va ticinio:quod diuinum ſit nihil pręfertur:quo pacto vel habere ſe ita id concedat̃:iure quiſ piam vt deos & puriores quoſdam iſtos colue rit? ꝓſertim cum Pythicis faucibus inſidentē illam quã vatem dicunt per muliebria Apolli neus ſpũs fatidicus ille inuadat:terreni ꝓrſus

corporis expers. Nos vero de Ieſu nihil hmõi deq̃ eius virtute ſentim⁹: qđ em̃ fuerat ex virgine corpus progenitũ: ex humana conſtabat materia: humanorũq; vulnerũ mortiſq; ſuſceptibile. Sed videamus qd poſt hæc inferat Celſus: cũ ex hiſtoriis mira q̃dã producat: quę etſi p ſe rebus incredibilibus ſimillima ſint: ipſe tamen: vt eius ex dictis oſtẽdit: pro veris ducit: & ea ĩ primis quę de Ariſteo quodã Proconeſio ita ferunt. Deinde Ariſteũ qdem Proconeſiũ illum ex hominũ cõſpectu ſic abiiſſe mirabiliter ĩuiſibilẽ ferũt: & rurſum aperte cõparuiſſe: & ſæpe in poſterũ ad varia loca terrarũ orbis migraſſe, & mira q̃dã denũtiaſſe: nec tñ: vl' Apolline ipſo qui Metapõtinam rem procuraret: in deorq; partem manere Ariſteũ aſſeuerante: hũc quẽpiam adhuc deũ exiſtimaſſe. Videtur autem hãc ipſam hiſtoriã a Pindaro & Herodoto is deſumpſiſſe: ſed ſat hæc in pſentia fuerint ſi ea q̃ in quarto Herodoti hiſtoriarũ libro legũtur mox adiecerim⁹: hũc ĩ modũ de Ariſteo cõſcripta. Verũ vnde originẽ duceret Ariſteus q iſta ptulerit: dixim⁹: q̃ aũt dici de eo in Proconeſo & Cyzico accepim explicabo. Ariſteũ ferunt cũ genere eſſet ciuiũ nullo inferior: fullonis tabernã ingreſſum: vitã finiſſe: clauſaq; fullonem taberna: iis abiiſſe id nũtiatum: qui mortuũ cõtingerẽt ſanguine: ita vulgata p vrbem iam fama Ariſteũ occubuiſſe: veniſſeq; id in certamẽ: nõnullis tradẽtib⁹ hoiem Cyzicenum veniſſe ex Artace oppido: qui diceret Cyzicum ſibi eũti quẽpiam occurriſſe q ab ĩferis pdiiſſet: idq; & cõtẽdere ſedulo: & mortuũ ſe plane aſtruere. Mortui vero ppiquiores: q̃ primũ fullonica taberna adita: delatis ſecũ ad funus etiã neceſſariis: vt eũ efferrẽt pceſſiſſe; deinde domo recluſa: nec viuũ quidem nec mortuũ Ariſteum cõparuiſſe. Poſt ãnũ vero ſeptimũ vbi in Proconeſo viſendũ ſe pbuiſſet: carmina edidiſſe q̃ a græcis Arimaſpia dicerent: quibus ſic editis iterato euanuiſſe. huiuſmodi igit̃ ciuitates hę pdicant. Hæc autẽ de Italicis cõperta a Metapõtinis hẽo: vbi ſcdo Ariſteus euanuit ãnos fere ducẽtos & quadragita: quãtum in Proconeſo potui cõiectura & Metapõto colligere. Metapõtini ferũt Ariſteũ ſibi hũc viſum iuſſiſſe: Apollini in vrbe arã erigerent: & Ariſteo ſtatuã Proconeſio cognomẽto ponerẽt: enũtiaſſeq; ad ſe dũtaxat Apollinẽ & eorũ loca: vt ex Italia vnicos: peueniſſe: ſeq; q nũc Ariſteus ſit Apollinẽ hũc ipſum ſectatũ: & tũc ſane ſe coruũ fuiſſe: cũ Apollinẽ ſectaretur: qui vero iſta renũtiaſſet cõfeſtim euanuiſſe. Se autẽ Metapõtini affirmãt delphos miſiſſe: q deũ rogarent: quidnã hoĩs oſtentũ illud portenderet. Pythiam vero mãdaſſe oſtento parerẽt: parentibus res meliores fore: ſeq; vt erat ĩniũctũ rite oĩa pegiſſe. Et nunc quidẽ erecta ſtatua eſt cũ Ariſtei titulo: apud Apollinis ipſi⁹ ſimulacrũ: & circa id lauri extant, ſimulacrum vero ĩ foro eſt collocatũ. De Ariſteo hæc hacten⁹. Dicendũ aũt ad hãc Ariſtei hiſtoriã: q ſi Celſus hiſtorię loco hęc explicauit: nec tñ quoq̃ pacto p ſe ferre appareat id aſſentiri: vt p vera hiſtoria hãc ipam ſuſcipiat: aliter pfecto eius dictis occurriſſem⁹. Sed cũ diuinit⁹ & mirãdũ ĩ modũ: illũ & euaneſcere ingat: & rurſum apti⁹ cõparere: & vbi ad mł'tas orbis terrarũ partes ſe cõtuliſſet: mira q̃dã denũtiaſſe: editũq; Apollinis eẽ oraculũ Metapõtinos pcurãtis: vti in deorũ ſortẽ: quãtũ in ſe eſſet: ducerẽt Ariſteũ: & hęc oĩa vt certiora exiſtimet Celſ⁹: q̃ de Ariſteo narrant. Cur ergo vt cõmẽtitia ducit q̃ de Ieſu miraculis diſcipuli cõſcripſerunt: & q fidẽ his exhibẽt criminat: quæ vero de Ariſteo ferunt: nec pdigioſa exiſtimat: nec plane cõficta? Cur ĩquã q aliis crimini dederit q temere credãt Ieſu miraculis: ipe tãtis his reb⁹ pſtitiſ ſe fidẽ arguit: cũ nulla ĩterea vt geſta hæc ſint: vel argumẽta: vl' cõfirmatiões protulerit? An forte Herodotus qdem & Pindarus ſecũdũ te vera narraſſe ſũt viſi: q vero p Ieſu doctrina in animũ enixe induxerãt: vel mortẽ oppetere: & ea quæ certiora eſſe crediderãt: ſcribẽdo poſteris tradiderũt: p vanis & mẽdacib⁹ duxeris: & prodigii loco habẽdis? cũ tantũ certaminis ſuſcepiſſent vt tutãdæ fidei gratia viuere cũ diſcrimine mallent & morte violenta perire? Sed age & his quæ de Ariſteo ſcribunt: & q̃ de Ieſu narrantur te intermediũ ſtatue: & contemplare vel ipo rerũ euẽtu: & vtilitate: qua & mores hominũ deprauati emendatiores ſint redditi: & q̃multi ad id tãdẽ redacti: deum vt vereant: queadmodũ illud oĩno ſit dũtaxat iã affirmãdum: ſidem eſſe his adhibẽdã: quæ nõ temere & ſine deo per Ieſum facta eſſe tradũtur: & his prorſus demẽdam: quæ de Ariſteo hoĩes fabulant, at nihil habes qd afferas. Cur em̃ diuina prouidentia illa: curæ habuerit Ariſtei mirãda? vel qd ex his cõmodi afferre humano generi voluiſſet: ſi ad tuam opinionẽ tãta hæc oſtẽtaſſet? Nos vero cũ de his quæ geſſerit Ieſ⁹ narrandũ aliqd fuerit: nõ cõtẽnẽdã afferim⁹ cur geſta ſint: rationẽ: cũ deo aſſerimus collibuiſſe per Ieſum: doctrinam vt ſalutarẽ allatam mortalib⁹ cõfirmare: & ab apoſtolis qdẽ aſſertam: pinde ac fundamẽtis qbuſdam alti⁹ iactis: ad xpianæ religiõis ædificia ſuſtinẽda: & poſteris deiceps tẽporib⁹ augẽdã: qb⁹ haudquaq̃ paucæ fiẽt in Ieſu hoc noĩe curatiões: & mira q̃dã

edēda ſūt & nil aſpnāda. Apollo aūt Metapō-
tinis reb⁹ optime cōſulēs: ſi Ariſteum in deū
retulerint: cū id agit: qd ſibi velit nō ſatis ītel
ligo: vel quid vtilitatis ex huiuſmodi illi dela
tis honoribus: Metapontinis parauerit: qd ve
his ipſis cōduxerit: vbi vel eundē illū hoc tem
pore inter deos relatū crediderint: ſi pauloan-
te hoīem fuiſſe: nunc deū exiſtiment. Ipſe vero
Apollinis quē oēs dęmonē ſcimus: ſacrificia il
la & odoramenta q̄ fuit idcirco ſortitus in prę
mium: quia Ariſteum ꝑ deo aſtituiſſet: magni
momēti ꝓculdubio feceris: dei vero oīpotētis
& ſanctiſſimorū angelorū oblationes & mune
ra: de quibus nō poſt Ieſu natiuitatem: ſed an-
teq̄ ad hoīm vitam is conceſſiſſet: ꝓphetæ præ
dixerant: nihil te mouent: vt & ꝓphetas q di-
uinum ſuſceperint ſpiritū demireris: & eū qui
ab his fuerit denūtiat⁹. Cui⁹ ad hāc vitam ad
uentus: ſic multis ante tēporibus cōtigit mul
tipliciter prędicari: vt iudæoꝝ gens tota: eius
expectatione erecta: quē vēturū ſperarēt: inter
ſe quęrerēt: vtrū aduenerit: cū Ieſus iā adue
niſſet. Et cōſtat ſane iſtorum maximā multitu
dinē illū aſſeruiſſe: & credidiſſe hūc eē de quo
ſit ante ꝓphetatū. Qui vero nil credidiſſent:
aſpernati eoꝝ māſuetudinem: qui Ieſu doctri
na optime inſtituti nil prorſus ꝑ ſeditionē mo
liri voluerāt: ea in Ieſum ſunt auſi: quę & vere
& recti⁹ eius diſcipuli literis ꝓdidere: nihil ex
his ſubtrahētes quæ in eū ſunt mirabiliter ge
ſta: & ad multoꝝ opinionē vident ignominiā
E chriſtianæ religioni afferre. Et Ieſu qdem id li
buit & ei⁹ diſcipulis: vt nō ſolum ex eius diui-
nitate & reb⁹ mirifice geſtis: ſic crederēt ſe ad
eūtes: vt diuinitatē huiuſmodi nil ex ſe habe-
re exiſtimarent cū hūana natura cōmune: nec
ſuſcepiſſe ſolū hoīm carnē: quę aduerſus aīam
concupiſcit: ſed etiā ad humanā naturā hanc
deſcēdiſſe: humanorūq; diſcriminū virtutē &
tolerātiā: & aīam ſuſcepiſſe hūanā: & corpus
mortale: vel ex eo cōtēplabant: qa haud dubie
crederēt immixtā illā diuinitati fuiſſe naturā
vt eſſet credētibus ſalutaris: nil ignorantibus
ex Ieſu cœpiſſe diuinā ſimul & hūanā naturā
conſociari: vt humana illa quia diuinæ cōmu
nicaret: diuina ſimul efficeret: nec ſolū in Ieſu
ſed in omnibus qui poſt fidē ſuſceptā: & id vi-
tę gen⁹ ſuſceperint peragēdū: quā & Ieſus edo
cuit: & eū traducat cū deo ad amicitiā ineūdā:
& cōmunicationē bonorū: qui pro Ieſu inſtru
ctionib⁹: duxerit vitā. Atqui vt Celſus ſentit:
Apollo Metapōtinos vult deorū in ſortē Ari-
ſteum vt ducāt. Metapōtini vero vbi de Ari-
ſteo: vt nō magni momēti hoīe: ita nec diuinis
honorib⁹ digno: qd ipſi ſentirent: oraculo ꝑtu
liſſent: haudquaq̄ Apollini paruerūt. ita effe-
ctū eſt: vt nemo ī deū Ariſteū retulerit. Ieſum
vero dixerim equidē deū eē: qa humano gene-
ri cōduceret plurimū: ſi ſe vt dei filiū admitte
rent hoīes: qui in aīa veniſſet humana: & cor-
pore hoc ipo mortali. Nec tamen eſt luxurioſę F
dæmonū appetētiæ: q corporū ſtudio detinen
tur: id viſum & eoꝝ qui deos hos putant: q vt
iſtis obſequerēt & colerēt: intercipere Ieſu do
ctrinę pabulū nitebant. Videbāt eñ ſacrificia
illa & nidores: quib⁹ appetētius ipſi oblectarē-
tur: ſi Ieſu inſtructiōes iualuiſſent: ſublatū iri.
De⁹ vero q Ieſum miſiſſet dęmonū ꝓrſus ſolu
tis inſidiis: effecit plane: vt euāgeliū Ieſu vbi-
q terrarū victoria potiret: vt hoīes tādē ex de
uiis illis anfractibus ad viā redirent: & paſſim
fideliū cōuentus coirent: q vitā ducerēt ab eo
rū cœtib⁹ alienā: qui & nequiores eſſent & ꝑdi
ti: & vanis ſupſtitionib⁹ inhæſiſſent. ſunt eñ
eiuſmodi: & taliter degūt: vrbiū populi nume
roſi. At dei per Chriſtū inſtitutę ecclię: ſi forte
expēſæ cū alioꝝ populoꝝ multitudine cōferā
tur: veluti luminaria qdā & ꝑlucētia in mūdo
futurę ſunt. Quis eñ nō id fateat: vel deterio
res quoſq; nr̄æ eccl'iæ: q potiorū reſpectu infe-
riores ſint: non lōgeplurimū bonitate præſta-
re alioꝝ populoꝝ mltitudini! Extat eñ Athe G
nis (vt ita dixerī) dei eccl'ia: māſuetior qdā &
optime inſtituta: vt quę deo velit oīpotēti cū
ctis in rebus ſeſe morigerā exhibere. Eſt contra
Atheniēſiū ipſa reſpublica: ſeditioſa qdem: &
quæ nil ꝓrſus cū dei eadem fuerit eccl'ia cōpa
rāda. Haud ſecus de dei alia quadā eccl'ia dixe
ris: q̄ Corinthi ſit vl' Alexādrię cōſtituta: & ea
quā ſeorſum habeat iſtarū vrbiū ꝑplus. Vnde
ſi ęquior fuerit q id audierit: & veritati ſtudēs
res ipas diſquirat: eū ꝓfecto admiratiōe dignū
exiſtimabit: q & conſilio & poteſtate valuerit
dei vbiq; eccl'ias conſtituere: q̄ & ꝓximę ſingu
larū vrbiū & populoꝝ eccl'iis ſint. Nec ſecus et
ſi cōſilia ipa dei eccl'iæ: cū alioꝝ populoꝝ cōſi-
liis examinādo cōtuleris: haud dubie comptu
rus es qnā eccl'iæ digni ſint cōſultores: vel ſiq̄
eſt vbiuis ciuitas: q in dei ciuitate degere que
at: alii vero qui vrbibus ſuis cōſiliis vident ꝓ
ſpicere: nihil ꝓfecto ſui ſtat⁹ ꝑſtātia dignum:
quo cęteris ciuibus credūt ꝑcellere: ſuis ex mo
ribus: ꝑ ſe facile tulerint. Sic itē & antiſtitē ec- H
cleſiæ quēpiā cū ꝑſide aliquo velim contuleris
& ciuitatis pricipe: vt plane ītelligas vel in de
fectioribus quidē dei eccl'iæ cōſultoribus: etſi
primariis viris: qui vl' negligēti⁹ viuāt & ꝑter
ſolertiſſimoꝝ quorūdā & xp̄ianoꝝ cōſuetudi
nē: nil minus dephendi poſſe: q̄ ex virtutū ꝑfe
ctu: vt ſe cæteris ꝑferant. qd vtiq; pręter eorū

A eſt morē qui & vrbibus cōſulūt & dominant̄. Q̃ ſi hęc ita ſe habēt:cur nō ęquiꝰ fuerit:de Ieſu q tāta hæc cōſtituerit ita oēs exiſtimare:vt nō leuem in eo diuinitatē fuiſſe affirment? Ariſteum vero nihili ducere:vel ſi hūc velit Apollo in deorū ſortē referri:& ī aliis nihil fuiſſe diuinitatis:in qbus alioqn fuiſſe Celſus ſic dicēs cōmēoret. Nec Amarim hyperboreū illūqs deum eē crediderit:cui tātū viriū eēt: vt cū velociſſima ſil' ſagitta eueheret̄. Quid em̄ tributa Amari hypboreo illi diuinitas iſta valebat: qa ſagittā velocitate æquaret? Id ſane:ea re tanta hic donabat̄:vt hoīꝫ generi ſua pnicitate ꝓdeſſet:num ꝑpterea cuiq̄ is aliqd cōtulit:dum ſagittę ſimilis euolaret:vt cōcedamꝰ etiā nil fabuloſa hæc eſſe:ſed dęmonica potiꝰ opera quadam effecta? Si em̄ meus Ieſus ſublatꝰ fuiſſe in gloria dicit̄:video plane diſpēſatiōe quadā id factū:vt deus qui iſta oparet̄:præceptorē diſcipulis in ſublime elatū cernētibꝰ: cōmendaret: Et queadmodū nō hūanæ ſciētię gratia:ſed diuinæ certarēt:vt oī niſu oīpotenti deo ſe dederent:& ꝑ illius volūtate cūcta pficerent:tāq̄ ꝑ meritis ī diuio iudicio ꝓ his recepturi: q̄ recte praueq; in vita geſſiſſent. Sed cum deinceps
B Celſus de Clazomenio quodā ſit mentionē facturus:ad eius hiſtoriā & illđ adiecit:vti illiꝰ aīa corpore ſæpe relicto vt īcorporea vagaret̄: nec tamē hūc hoīes deum exiſtimaſſe. Ad hæc dixerim eqdē ípuros forſitā dæmones aliquos hæc vt ſcriberētur molitos:nec tñ crediderim nō illoꝝ opa factū vt quæ de Ieſu fuerāt per ꝓphetas olim denūtiata:pinde ac ficta & cōmētitia:& illis ſimillima q̄ de Clazomenio illo tradunt̄:incuſarēt nōnulli & carperēt:vl' vbi prę cęteris Ieſū habere nihil oſtēderēt:huiꝰ admiratiōe nō multū hoīes caperent̄. Dicebat em̄ noſter hic de eius aīa Ieſus:nō quia ꝓ hūano debito ſeiūgeret̄ a corpore :ſed pro admirabili ſibi tradita poteſtate: Nemo tollet animā meam a me:ſed ego pono eā a me ipſo: & poteſtatē habeo ponendi eā:& iterū reſumendi. Cū igit̄ ponēdi aīam haberet hic ptātem:eā tunc poſuit: vbi illđ mox ꝓtulit. Pater vt qd dereliqſti me? Et clamans voce magna dimiſit ſpūm. Carnifices ipos p̄ueniēs qui in crucē ſe ſuſtuliſſent:& eorū crura cōfringerēt:q ſecū eēnt ſuffixi patibulo. Et ſane hos conſtat idcirco illoꝝ crura fregiſſe:ne diutius luerent cruciatꝰ. Reſūpſit autē animā Ieſus:cū diſcipulis ſuis apparuit. qua de re & iudæis ſibi nihil credētibꝰ; hūc in modū prædixerat. Soluite tēplum hoc: & ego in triduum excitabo illud. qđ vtiq; de ſuo corpore dixit:& ꝓphetę pluribꝰ vaticinati ſūt. vñ & illud habet̄. Et caro mea regeſcet in ſpe: nec relinques aīam meā in īferno:nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Oſtēdit præterea Cel C ſus pmultas ſe græcas legiſſe hiſtorias: cū illđ ſubiecit:qđ de Aſtypaleo quodam Cleomede narrat̄:quē refert ligneū orbē ingreſſū & arculā: vbi ſeſe interiorē in partem inſinuaſſet: nō fuiſſe intus repertū:ſed exteriꝰ ſorte quadā mirāda mox euolaſſe:vbi eū ꝓhenſandi gr̄a arculam quidā conciderēt. Vel id quidē etſi cōmētitiū ſit & fabuloſū:vt eē videt̄:nequaq̄ cū his q̄ geſſerit Ieſus ē cōferēdū:nimirū cū Aſtypaleo illi ad aſtruēdā diuinitatē:nihil dū in hūanis ageret /editū reperiat̄:cū Ieſu eccl'iæ extent pmultæ:& hoīm coetꝰ:q in his plurimū ꝓfecerūt: & de eo ꝓphetiæ pronuntiarę:& eiuſdē in noīe curationes effectæ:& iuxta hūc ipm cū ſapiētia ſit cōiūcta ſciētia:& doctrina inſup apđ eos inuēta:qui a fide ſimpliciore aſcendere ad altiora cōtendūt:& ſacrarū literarū ꝑ Ieſu traditionibus ſenſus ſcrutari: cōmonefaciētis id ſedulo:ſcripturas ſcrutamini: & ꝑ apl'i nutu docētis:eſſe cuiq; vt oportuerit reſpōdēdum: nec ſecus & pro eius hortatu agēdū qui inqt: Paratiores ſemp eſtote ad reſpōdēdū vnicuiq; peteti vos rationē fidei:quæ in vobis eſt. Q̃ ſi Celſo illud cōcedi libuerit: nil eē. ſ. fabuloſum & fictū:qđ de Cleomede illo hiſtoriæ ꝓdit̄: dicat quāobrē vis ea q̄ ſupra hoīem eſſet:illud effecerit vt ſorte quadā (vt inqt) diuina e clauſa arca mox auolauerit. Si.n. p̄cipuū aliqd iſte p̄tulerit:& qđ dei nutu ſit dignū:q tanto munere Cleomedem illū donauerit:iudicabimus qd illi ſit reſpōdēdū:ſin vero vel rogatus ignoret ſimile veri quippiam ſuo loco ꝓferre:liqdo patet:q̄nqdē qđ dicat nil habet:futurum oīno vt vel hos incuſemus qui diuinam virtutē minus admiſerint:& mēdacii hiſtoriam arguamus:vel dęmonicum aliquid eſſe aſſeueremꝰ: magicis p̄ſtigiis ſimile:qđ intuētiū oculos plane p̄ſtringat:idq; & in Aſtypaleo cōtigiſſe: de quo Celſus exiſtimat veluti oraculū aliqđ p̄cinuiſſe:qa ex arcula pinde ac diuina quadā ſorte is euolaſſet. Equidem reor:de his ſolū quo- D
rum & meminit cōperta habuiſſe hæc Celſū: & vt videretur vltro & alios omiſiſſe: ītuliſſe & illud:& alios poſſe huiuſmodi, quēpiam cōmemorare. Sed eſto: Fuerint iſtiuſmodi plurimi:& alioqn nihil mortaliū vitæ pfuerit:quotuſnā horū quiſq; reperiet̄:ſi eorū res geſtæ cū Ieſu operibꝰ & miraculis cōferāt̄:de quibꝰ hactenus ſatis. Ex īde haud ſecus nos facere:quia cōprehēſum & mortuum colimus: pro eiꝰ ſententia Celſus exiſtimat:ac Getæ faciūt:q Zamulſim adorant & colunt:& Cilices qui Mopſum:& qui Amphilochū Acarnanes:& Am

phiareum quēdā Thebani: & Leuadii Tropho
neum. Et ex his quidē hunc refutauimus: oſtē
ſuri nil merito noſtra his comparaſſe: quos di-
xim⁹: q̄ñ hi quidem delubra his & ſimulacra:
quorum meminimus cōſtruxerunt: nos vero
ab ea diuinitate: quæ ita colatur: honore ſubla
to: qui dæmonibus cōgruat potius: erectis ne
ſcio quomodo: aliquo vno ī loco & obfirmatis:
quem ipſi ſiue ſitus & regiões preoccupādo: ſi
ue ſacrificiis: ſiue magicis quibuſdā adacti car
minib⁹: habitāt: Ieſum miramur & obſtupeſci
mus: qui mētē nobis a ſenſibilib⁹ hiſce auertit:
quæ nō modo corruptibilia ſint: ſed corrūpē-
da oīno: & deo ipſi oīpotenti ad deferēdos ho-
nores nos erigit: quos rectiore quadā: cū vita:
tū p̄cibus illi offerimus: qui ingenitæ naturæ
ſit intermedius: & eius naturæ q̄ vniuerſa ſint
condita: & a patre deferat ad nos bñficia: & in
pōtificis morē noſtra ad deū & vota deportet.
E Sed vellē eqdem ad eū qui ea neſcio quo pacto
ꝑtulerit: huiuſmodi q̄dam: & ſibi admodū cō
gruētia: reſpōderẽ. Ergo nihil eē hi arguunt̃:
quos ſupra cōmemoraſti: nec ī leuadia vim vl
lam habere quē colūt illi: Trophoni⁹: nec The
bis Amphiareo: nec Amphiloch⁹ Acarnaniæ:
nec demū in Cilicia Mopſus. Num aliqs inter
hos fuerit: ſiue dæmō: ſiue heros: ſiue forſitan
deus qui aliqua operet̃ q̄ ſupra hoīem ſint? Q̄
ſi haudquaq̄ his ipſis ineſſe aliquid demū affir
met: qđ vel dęmonis vel diuinitatis p̄ferat ſpe
ciem: at ſaltem nūc fateat̃ qđ ſentiat Epicurę⁹
homo: qui cum cæteris græcis nō eadē opine-
tur: vt q nec dæmones ſciat: nec deos colat: vt
græci: & arguat̃ plane nec ea quidē p veris ad
mittere: quæ ſuperius ꝑtulit: & deinceps eſt al
latur⁹. Q̄ ſi dixerit vel dęmones eē vel hęroas
vel deos forte: quos añ cōmemoraſſet: caueat
ne qđ maxime nolit: ex his q̄ dixit ſupius: Ieſū
aſtruat talē fuiſſe: quales & hi quos ſupra p̄di-
xerat extitere: qa & pleriſq; hoīm potuerit ap-
tius demōſtrare: diuinitus ſe adueniſſe ad ge
nus humanū: q̄ ſi ſemel id ipſe admiſerit: ad-
uerte vt eundē cogat̃ fateri: longe his eē potē-
tiorē: quibuſcū antea duxit annumerandū. Si
quidē quominus aliis deferant̃ honores: illoꝝ
prohibet nemo: is vero vt ſibi ipi cōfiſus: & his
oībus lōge potētior: iſtorū vt perditorū dęmo
num nutus repudiat: qui & loca in terris p̄oc-
cuparint: cum nequeāt puriorē terrā illam &
cœleſtē attingere: ad quam nec terrea iſta nec
maiorū quæ his inerunt: craſſitudines: quādo
F q̄ pueniunt. Sed cū deinceps de Adriani amo
rib⁹ dictur⁹ ſit Celſus: quēadmodū ſcilicet in
adoleſcētem Antinoum quē deperibat: ſe geſ-
ſerit: & quales ægyptii honores illi detulerint
& nihil hos eſſe illis inferiores quos Ieſu ipſi de
ferimus: ſit aſſerturus: vel id qđē vt odii: & in
ſectādi ſtudio dictū coarguam⁹. Quid. n. vita
illa quā in adamādo Antinoo duxerat Adria
nus: q̄ñquidē nec virilem ſexum a morbo fœ-
mineo ſeruauit immunē: cū Ieſu graui & mo-
deſtiſſimo viro: cōmune habuerit? quē vel cri
minatores ipſi cū innumeris modis īcuſare ad
niterent̃: & falſa de eo q̄multa effunderent: nil
tamen vnq̄ inferre potuerit: quo ille argueret̃
vel minimū qđuis īpudicitię deguſtaſſe. At ſi
ad verū qs velit: & integre Adriani hui⁹ facta
inueſtigādo: expēdere: ægyptiorum p̄ſtigiis &
magicis quidē in Antinoo Adrianū geſſiſſe q̄
geſſerit: plane intelliget: & eius poſt obitū: qđ
vtiq; & in aliis phanis ſpectat̃: ab ægyptiis ip-
ſis: & aliis ei⁹ rei peritis effectum eſſe: vt dæ-
mones qbuſdā ī locis affixi obfirmarent̃: q vel
oracula ederent: vel morbos curarēt: & affige
rent ſæpe q exceſſiſſe forte ſunt aliqd viſi ī ciba
tibus quibuſuis deſumēdis: vel qui hūanū ca
dauer aliqđ attrectaſſent: vt formidini eſſe his
viderent̃: qui vł iuſſa excederēt: nec modeſtiæ
quippiam vel penſi haberent. Iſtiuſmodi itaq;
erit & q̄ ī Antinoo ciuitate illa ægypti q̄ ex an G
tinoo adamato nomē accepit: īter deos relat⁹
eſt: cuius virtutes vel qdam turpiter vitā de-
gentes: ementiunt̃: nec ſecus & alii a dæmone
eodē in loco collocato & p̄ſidēte vt circūuēti:
& quos partim imbecilla redarguit cōſciētia:
putant ſibi illatas diuinitus ex Antinoo pœ-
nas: & idcirco eas ſe luere. Huiuſmodi ſūt iſto
rū dæmonū factitata myſteria: & appentia va
ticinia: a qb⁹ lōge ſunt alienæ p Ieſū res geſtæ.
Nō eñ inuicē cōueniētes magicæ artis periti:
vt regi aliqđ īperāti gratificent̃: vel ducis cu-
iuſpiā iuſſa vt exequant̃: effeciſſe hūc deū ſūt
viſi: ſed ipe rerū oīm cōditor ꝑ ei⁹ ſuadēdi vir
tute & mirabilib⁹ factis: Ieſū dñm cōfirmauit
vt honore digniſſimū. Neq; apđ hos ſolū q re-
cte ſapere volūt: ſed apđ dæmones ipos & inui
ſibiles alias p̄tates: q̄ vel ad id tp̄is p̄ ſe aperti⁹
ferūt: & Ieſu nomē horreſcere: vt ſane p̄ſtāti⁹:
vel ipm venerabūde ſuſcipere: vt q legitime in
ſe īperiū habeat. Si eñ nō diuinitus eēt hic ea
potētia ſtabilitus: haudquaq̄ vel dæmones ipi
huius noīe nūcupato: ab his ſe ſubtrahēdo abſ
cederēt: quos ātea occupaſſet. Deiñ hęc Celſ⁹ H
Aegyptii vero Antinoū quēdā colere īſtituti
ſi cū eo Apollinē ipm vel Iouē cōtuleris æquo
aīo ferāt: maioris idcirco Antinoū faciētes: qa
tātis ſit diis annumeratus. Si vero cū Ieſu vel
Apollinē vł Iouē cōtuler̃: nō æquo laturi ſūt
aīo xp̄iani. Et ſane nil mirū: quippe qui & inſti
tuti ſunt: & certiores effecti: ī veri & omnipo-

tentis dei cognitione:perpetuā vitā illā cōſta-
re:& in Chriſto pcipue quē ille ad terras demi
ſit. Q̄ſi cū hoc vl' Apollinē vl' Iouē ipm̄ vl' deo
rū huiuſmodi aliū quēpiā cōferas:cuius cult⁹
nidore & ſanguine & ſacrificiis cōſtet : tā ſcel⁹
nefandū noſtri nil tulerint:qppe qui gentium
deos didicerint dęmones eſſe īmolationib⁹ de
ditos:& ſanguinū auiditate detētos:& ab ipſis
ſacrificiorū cōfeſtim oblationib⁹ ad eos circū-
ueniēdos proruere:qb⁹ nullū ſit ad deū oīpotē
tē pfugiū. Dei aūt angelos & ſanctitate & diui
nitate pcellere:& alia quadā eē natura & volū
tate:ac dęmōes ſint q in terris verſant̄:& illos
qdē ppaucis cognitos eſſe:hi plane intelligunt
q hmōi ſapiēter & ſtudioſe pqrūt. Tāetſi Chri
ſtianoꝝ nōnulli qa & ſimpliciores ſint & min⁹
verſuti:eoꝝ q̄ fecerīt reddere rōnē ignorēt:dū
alioqn q̄ ab aliis cœperint recte obſeruent: qdā
vero rōnib⁹ dictiſue nil aſpnādis:ſed pfundio
rib⁹ hęc ipa aſtruxerint:& vt grecoꝝ aliqs dixe
rit:ītimis qbuſdā & pſpicacioribus:in qbus &
plurim⁹ iſit de deo ſermo:& de his inſup quos
deus per vnigenitū verbū honore pſequit̄ : cū
diuinitatis pticipes : tū noīs fecerit : & pmulta
pterea de angelis ipſis cœleſtib⁹ ſint:deq; aliis
veritati obſtātib⁹:dicēdo cōplexi: qui vt falſi:
ita vt & alios fallāt:vel deos ſe mētiunt̄:vel dei
E tutē attingat: ſiue ſit illā adeptus. Quo fit vt nequaq̄ ꝑ Celſi vel ei9 ſimiliũ volũtate tranſ figurat9 noſter ſit deus: ſed in eminētiorē mõ tem aſcēdens: aliā quandā prę ſe ferret figurā: et ſuis diſcipulis patefaceret admodum longe prēſtantiorē: atq; his qui inferius ſubſtitiſſent ſit viſa: qa ſubſequi illũ ad altiora ꝓgrediētem nequiſſent. Nõ enim inferiores hi oculos ſunt cõſecuti qui cõtueri trāſfigurationē hāc poſ ſent ad tantũ glorię & diuinitatis euectā: cũ il lũ vix quirēt talē capeſſere qualē ſe oĩbus ꝓfe rebat. Fit itaq; vt ꝑ eos q de ſe potiora illa in tueri nil potuiſſent: ita ſcribať. Et vidimus eũ neq; ſpeciem habētem neq; decorē: ſed ſpecies eius ſine honore & deficiens ſupra filios homi num. Hęc autē quo ad Celſi opinionē protule rim: qui (vt eſt hiſtorię proditũ) immutaſſe ſe Ieſum & tranſfiguraſſe nil intellexerit. Quin etiam erit de huius mortalitate & immortali tate dicendũ: nõ enim Celſus hęc admodũ vel improbat: vel execratur: & eo pręſertim: cum plane: ſi queādmodum oportet: noſcātur: ele gantiora haud dubie videbũtur: q̄ ea fuerint: quę de Baccho tradũtur: vt olim a Titanis ſit circũuentus: ab hiſq; diſcerptus e Iouis thro no exciderit: & paulo poſt eius mēbris cõpoſi tis perinde iam reuiuiſcens inſcenderit cælos. An forte liceat gręcis cũ de aĩa diſſerunt hæc introducere: & pro arbitrio iterpretari: nobis vero fores intercludētur: quo minus explica re ea poſſim9: quę vndequaq; & quadrēt & ſi bi ſint cõſentanea: & diuino ex ſpiritu ſacris li teris & puriorib9 animis exprimũtur. Celſus igiť nil prorſus intelligit quid ſibi noſtrę lite ræ velint: quo fit vt ſuā potius q̄ ſacrorũ ſcri ptorũ carpat ſentētiā: at ſi teneret quęnā ſint in ęterna vita animā ſubſecutura: qdve de hu ius ſubſtātia ſit: deq; principatibus ſentiēdũ: haudquaq̄ eũ calũniaretur: qui cũ immorta lis eſſet: ad mortale corpus deuenerit: nõ quē admodũ Plato cõmentus eſt pro animarũ illo ad alia corpora cõmeatu: ſed cõtēplatione alia quadā & altiore: & ſciret qdē ob id præcipue pro ei9 in genus humanũ eximia charitate ad hoĩes hũc deſcēdiſſe: vt Iſraeliticæ dom9 oues reduceret: quas ſanctę literæ perditas myſtice meminerũt: & e mõtibus deſcēdētes: ad quas et paſtor in qbuſdā parabolis dicit deſcēdiſſe: relictis in mõtibus reliqs quæ min9 erraſſent. Porro cũ Celſus his immoreť: quorũ prorſus eſt neſcius: nobis & cauſam ꝓbuit: quę dixim9 repetēdi: cũ nihil libeat: vel in parte aliquā ei9 dicta indiſcuſſa relinquere. Inqt itaq;. Aut em̄ in vero: vt iſti affirmāt: in corp9 mortale hunc tranſtulit deus: qđ vtiq; facere nequit vt dixi mus: aut ſi tranſtulit: pręſtigiis agit: vt ſpecta tores id credāt: in erroremq; inducit: & fallit. Fallere vero & in errorem inducere: etſi ini

quius ſit:alioquin in medelę partem:ea re:qui
velit:vtatur:Siue cũ amicis valitudine aduer
ſa affectis: ſiue furẽtibus mederi cũ velit: ſiue
in hoſtes:cũ ſubterfugere periculũ malit. Ae=
ger vero null⁹ nec furẽs quiſpiã cũ deo amici=
tiã init.Nõ eñ vereť quẽpiã deus: vt p diſcri=
minis gratiam declinandi: alios fallat. Vel ad
hęc qdẽ nõnulla ſunt de diuini verbi natura:
qđ verbũ eſſe deum ſat cõſtat:nõnulla de Ieſu
aĩa explicãda:& qđ attinet ad verbi naturam:
dicẽdũ.Quẽadmodũ eñ eſcarũ vis oĩs & ſuc=
cus:ad infantis naturã:in lactis liquorẽ in nu=
trice conuertitur:vel per medicũ aliqd in cibũ
ęgrotãti parať: vt ſanitatis recuperãdę neceſ=
ſitas exigit: & fortiorib⁹ item in eſcã validius
aliqd:Sic nati verbi humanę animę deus:vir=
tutẽ in hoĩes trãſfert:& impartiť:vt qſq; meri
tus eſt:ita vt huic qdẽ: quẽadmodũ ſacrę lite=
ræ tradũt:lac rationabile & ſine dolo virt⁹ illa
efficiat:illi vero vt qui firmior ſit(vt ita dixe=
rim)holus vt leuior cib⁹:alii aũt cuiq̃ pfectior
et ſolida tradiť eſca.Nec ſanę verbũ ſui ipſius
mentiť naturã:cũ ſingulos alit:qui ſe capeſſe=
re poſſunt:nec ĩ errorẽ quẽpiã:vel inducit:vel
fallit. Qꝫ ſiquis Ieſu animã eo inquiat immu=
tari:quia in corpus ſe humanũ contulerit:ro=
gabimus quo pacto hãc dixerit immutatam?
Si eñ ei⁹ ſubſtantiã ĩmutari affirmet:nequaq̃
id cõcedeť:nec ĩ ea ſolũ id nõ poſſe cõtingere:
ſed ne vel in quauis aĩa rationali monſtrabiť.
At ſi aliqd pati a corpore animã dicat : qa illi
admiſceatur:vel a loco ad quẽ ipſa ſe cõtulit:
quid tamẽ ex eo poterit diuino verbo contin=
gere:qđ abſurdius ſit?quãdo quidẽ ex ei⁹ ſum
ma clemẽtia humano generi Saluatorẽ demi=
ſerit.Nõ eñ priſcorũ hoĩm quiſpiã:qui medẽ
di artẽ pfitereť:tãtũ vnq̃ habuit viriũ: quãtũ
prę ſe Ieſu hęc aĩa tulit: ex reb⁹ ipſis p ſe mirifi
ce geſtis:q̃ vltro noſtri generis gfa /ad huma=
nã ſortẽ deſcẽderit. Hęc qdẽ cũ diuina ſcripta
tenerẽt : q̃multa & mľtis ĩ locis ediſſerũt. Sed
cõtẽti in pſentia ſum⁹:ſi Pauli vnũ id pduxe=
rimus.Hoc vnũ ſapite in vobis: qđ & in Chri
ſto Ieſu:q cũ in forma dei eſſet: nõ rapinã arbi
tratus eſt eſſe ſe ęqualẽ deo: ſed ſeipſum exin=
aniuit formã ſerui accipiens:& habitu inuen=
tus vt homo:humiliauit ſe ipſum:factus obe=
diẽs vſq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis:propter
qđ deus exaltauit illũ:& dedit illi nomẽ quod
eſt ſup omne nomẽ.Sed alii id Celſo conceſſe=
rint:nequaq̃ deum ad humanã naturã re ipſa
verbũ trãſferre:ſed ſpectãtib⁹ efficere:vt trãſ=
tuliſſe appareat: Nos vero credẽtes nõ præſti
gias eſſe & rem apparentẽ:ſed apertã & certio
rẽ:quæ de Ieſu ad mortales aduẽtu tradũtur:
nil prorſus ſubiicimur Celſi calũniis.Nihilo=
minus ei ſic reſpõdebimus. Cũ enim illud in=
quias Celſe medelę in partẽ pmiſſum eſſe nõ=
nũq̃ vt fallaciis & mendacio qſq̃ vtať:cur igiť
fuerit abſurdũ: ſi huiuſmodi aliqd eſſet futu=
rum: vt qs tutareť tale quippiã fuiſſe effectũ?
nã & dicta qdã mẽtiẽdo potius: quorũdã mo=
res imutãt:vt & medici ſecũdũ te aſſolẽt ſæpe
morbo affectis mẽdaciter cõpellãdo longe ma
gis cõducere:q̃ ſi vera quędã expromerẽt.Sed
haudquaq̃ fuerit abſurdius: vt qui ęgrotãtes
amicos curauerit:amãtiſſimũ ſibi humanũ ge
nus his ipſis vt curet medelis qbus nõ a prin=
cipio ſtatim ſit aliqs vſus:ſed in vitę diſcrimi=
ne. Etenim furẽs olim mortaliũ genus ea erat
via curandũ: quã Ieſus verbũ ad reſipiſcendũ
vtilẽ fore puiderat. Ait preterea Celſus vel in C
hoſtẽ hæc quẽpiã facere:q ſubterfugere malit
diſcrimina: nõ eñ aliquẽ deus vereť:vt dece=
ptis q ſibi inſidias molirenť: periculũ declina=
ret.Sed erit profecto ſupuacaneũ his reſpõde=
re:& a ratiõe penit⁹ alienũ: q̃ a nemine de Ieſu
dño pferũtur : quãdoqdẽ & ſuperius dixim⁹:
cũ aliis reb⁹ reſpõderemus:quę ad Celſi id di=
ctũ mirifice facerẽt:neminẽ.ſ.qui vel æger aĩo
ſit:vel alio quouis furẽtis morbo affect⁹: ami=
citiã cũ deo iniſſe. Verũ qs reſpõdẽdo id dixe=
rit:haudquaq̃ amicorũ ęgrotantiũ cauſa ſiue
furentium:taliter hęc diſpenſari:ſed ob animi
ægritudinẽ:& emotæ natura mẽtis exceſſum
vt ex hoſtibus & infenſis : deo acceptiores : &
amici reddanť?Liquido nãq; delinquẽtiũ gra=
tia:præ ſe tuliſſe omnia diciť Ieſus: & enixius
effeciſſe: vt hos & a prauis eximeret facinori=
bus:& iuſtiores efficeret.Porro cum perſonas D
inducat loquẽtes Celſus:Iudæos partim q ſe=
cundũ ſe Chriſti aduẽtũ ſub dubiũ ducãt:par
tim & Chriſtianos:qui apertius fateanť dei fi=
liũ ad humanã hãc vitã iam conceſſiſſe:age &
hęc breuiter pernoſcamus.Ferunt itaq; iuxta
Celſum Iudæi neceſſe fore : vbi hæc mortaliũ
vita quibuſuis vitiis fuerit oppleta : vt a deo
legetur ad hoĩes: q ab eo mittẽdus eſt: vt luãt
et impii pœnas:& vniuerſa haud ſecus purgẽ
tur : ac priore illo qđ acciderat olim diluuio
ſunt repurgata . Sed cũ Chriſtianos affirmet
alia itẽ atq; alia his adieciſſe: q̃ a Iudęis tradũ=
tur: pfecto quẽadmodum & hos ipſos inquiat
hæc affirmare: perſpicuũ eſt. Verũ cur debet
abſurdũ videri in abũdãti & pfuſa neqtia fo=
re tãdẽ vt veniat q mũdũ expurget: & ſic ſe in
ſingulos habeat vt meriti ſunt?Nõ eñ dei of=
ficiũ fuerit:non prauitatẽ oĩa deuaſtantẽ mo=
rari:& res ipſas deniq; innouare.Conſtat nãq;
et græcis: vel cataclíſmo: vel igne temporum

periodis aliquando: & reuolutionibus: terras omnes ſublatū iri. Siquidē & Plato quodā in loco ſic ſcribit. Cū autē dii terrā aquis purgātes offuderint: & huiuſmodi alia. Ad hæc vero dicemus. Si enim Græci philoſophi iſta protulerint: profecto & grauia eſſe quæ promiſerint: videbūtur: & magni momenti. At ſiqua nos quæ vel a græcis probentur aſtruimus: nil prorſus ſentire rectiora videbimur: tametſi q bus curę eſt: certiorē omnis hiſtorię ſeriem explicare: adniſuri ſunt proculdubio: nō modo eorū qui hanc cōſcripſerūt antiquitatē oſtendere: verū & dictorū cū grauitatē: tum & quę
E dicta hęc ſubſequūtur diligētius aperire. Sed neſcio quo pacto nil ſecus ac Iudæi affirmant et Chriſtiani: diluuiū terras omnes obruiſſe et inundaſſe Celſus exiſtimat: & turrim inſuper demolitā. Enimuero: etſi de turre hac ipſa nihil huiuſmodi in Geneſi prætendit hiſtoria nihil tamen: vel ſi ita ſe habeat: ad terræ videt̄ purgationē id contigiſſe: ni forte terrę purgationē eſſe hic arbitretur linguarū confuſionē: de qua cui ea vis fuerit ediſſerat: quandoquidem propoſitū eſt: vel ea ſuo loco oſtendere: et iuxta hiſtoriā patefacere quēadmodum illa ſe habeāt: & quo deniq; referātur. Sed cū Moyſen ipſum exiſtimet Celſus: qui de hac turre et linguarū confuſione perſcripſit: corrupiſſe quidē quæ de Aloidibus illis ſunt apud veteres hiſtorię demādata: & hæc ipſa hunc dicat de turri illa ſcripſiſſe: dixerim equidē quæ de aloidibus illis ꝓdit hiſtoria nequaq̄ me ante Homerū exiſtimare huiuſmodi aliquid quēpiam tradidiſſe: quæ vero de turre hac noſtra produntur: cū Homerū longe præceſſerint vetuſtate: quin potius vel ante grecarum literarum inuētionem extiterint: ſcripſiſſe Moyſen reor. Rogādū tamē vter iſtorū alterius magis corrūpit hiſtoriā: qui de aloidū hac turre perinde i[illegible] geſtā contexuit: an qui de turre & linguarū confuſione cōmeminit? Illud quidē nimirum & facile integris apparebit auditoribus: deprauatā fuiſſe Moyſi per eū veram de turri hiſtoriā: qui de aloidibus fabulā narrat.
F Moyſes ſiquidē cū ſit Homero vetuſtior: vel quæ ab eo de Sodoma & Gomorra in Geneſi explicantur: vti admiſſi ſceleris gratia incendio conflagrarint: his cōparat Celſus: quæ de Phaetonte ſunt fabulis prodita: vna dūtaxat re falſus: quia nil penit⁹ ex ordine obſeruarit: quę de Moyſi antiquitate feruntur. ſiquidem qui Phaetontis geſta memoriæ ꝓdidere: Homero poſteriores ſunt viſi: qui Moyſen eſt longo poſt tēpore ſubſecutus. Non igitur ignem negamus: qui expurgādo vniuerſa ſit abſumpturus: & vt iniquitatē detergat & noua oīa reddat: deleturus ſit mundū. quę vtiq; ſanctis ex literis didiciſſe nos affirmam⁹. Cum enim vt antea diximus: de futuris prophetę q̄multa prædicant: arguūtur tamē & de præteritis veriora dixiſſe: & præ ſe plane tuliſſe: quēadmodum ad ſe ſanctior ille ſpiritus diuertiſſet. quo fit vt de futuris ſit eis fides pręſtanda: vel potius ſpiritui ſancto credēdū: qui in his permaneret. Infert præterea Celſus: ad Iudæorū G
de futuro Chriſti aduētu aſſertionē alia quædā & Chriſtianos afferre: aſſerētes: ob Iudæorum cōmiſſa fuiſſe iam dei filium ad homines delegatū: Iudæoſq; ipſos: qui Ieſum ſupplicio affeciſſent: & fel ei obtuliſſent ī potum: dei irā in ſe concitaſſe. Arguat nunc qui velit Celſi hęc dicta mendacii: ſiquidē Iudæorum genus omne propriis conſtet ſedibus fuiſſe olim abactū: nec ad generationē vnā: vbi tanta ab his perpeſſus eſt Chriſt⁹. Nam eo ex tempore quo Chriſtū illi in crucē ſuſtulerant: ad Hieroſolymæ euerſionē annos duos & quadraginta interceſſiſſe crediderim: nec vſq̄ eſt memorię ꝓditum ex quo eſſe cœperūt Iudæi: tā diu illos fuiſſe ab eleganti eorū cultu eiectos: cum a potentioribus debellarētur: & ſiquādo viſi forſitan ſunt ob peccata deſtitui: curæ tamen deo fuere: ita vt cū ſua repeterēt loca: libere ꝓ eorū lege quę recepiſſent exequerētur. Vnū igitur & pręcipuū vel inter cætera fuerit: quę Ieſum diuinius aliquid eſſe: & ſacroſanctū affirmāt: q; per tot ſęcula Iudęis tot: tantaq; in dei vindictā aduerſa cōtigerit. Et ita: vt illud fidētius dixerim: haudquaq̄ fore vt in ſtatum priſtinum redigātur: quippe qui ſcelus patrarint ſceleribꝰ quibuſuis ſceleratius. ſiquidē ei qui generi humano ſaluti fuit: ea in ciuitate moliti inſidias ſunt: in qua myſteriorum inſignia: et ſtatutas figurationes: & legitima deo exequebātur. Oportuit itaq; ea vt ciuitas: in qua hæc paſſus ſit Ieſus: funditus tandē euerteretur: & gens Iudęorum omnis: ſuis abigeretur e ſedibus: ad alioſq; dei ad beatitudinē euocatio illa tranſiret: ad Chriſtianos. ſ. ad quos demum peruenit purioris & integerrimi cultus doctrina: nouis quibuſdam acceptis iam legibus: cuiuis bene inſtitutę reipublicę cōgruentibus: quādoquidē haudquaq̄ poſſent hoc tēpore leges illę a domeſticis & eiuſdē ſectæ imperatoribus traditę obſeruari. Exinde Celſus H
vt ſæpe alias cōſueuit: tā Iudęorū q̄ Chriſtianorū genus irridens: conglomeratis veſpertilionibus & coeuntibus formicis ſimiles facit e nidulo prodeuntibus: vel paluſtria loca inſidentibus ranis: vel vermibus in cœnoſo ali-

quo angulo coaceruatis: & ab inuicẽ diſſiden
tibus. Qui enim (inqt) atq; hi ſunt: maioribꝰ
fuerint peccatis obnoxii? dicũt enim oĩa nobis
aperit deus: & lõge ante denũtiat: quin & mũ
dũ hic deſerens vniuerſum: & cęli rapiditatẽ:
et tantũ terrarũ paruipẽdẽs: nobis ſolis & vi
uit: & opitulat̃: ita vt nil ceſſet mittẽdo & con
quirendo: quatenus ſecũ ꝑpetuo ſimus. Et in
eius hac fictione: nos vermibus ſimiles reddit
deũ eſſe aſſeuerãtibus: & deo nos ſimiles in cũ
ctis effectos nobiſq; ſubiecta omnia eſſe: terrã:
aquã: aerem: ſydera: & vniuerſa noſtri gratia
cõdita: & nobis vt ſeruiãt cõſtituta. Vermes
vero: hoc eſt ipſi nos: apud Celſum ita loquun
tur. Ad nos igit̃ vbi deliquerint ex noſtris nõ
nulli: vel deus ipſe venturus eſt: vel filiũ lega
turus: vt iniquos incendio ꝑdat: & qui reliqui
fuerimus cũ eo vitã habituri ſumꝰ æternã. et
mox ita adiecit. Et hęc quidẽ vermibꝰ ipſis vel
ranis: Iudęis inquã & Chriſtianis: inter ſe diſ
ſidentibus: cũcta ſunt toleratu facilia. Ad hæc
autẽ nos reſpõſuri illud eos rogabimꝰ: qui hu
iuſmodi Celſi aduerſus nos dicta ſuſcipiunt:
Nũ idcirco vniuerſos mortales: ꝓ adglome
ratis veſpertilionibus: vel formicis: & ranis:
vel vermibus ducitis: qa cũctis ſit excellẽtior
deus? an forte qa alios nõ ex ꝓpoſita humana
iſta imagine hoĩes eſſe cõſiderat: ſed qa ratio
nales ſint: & legibꝰ: & inſtitutis regant̃: Chri
ſtianos vero atq; Iudæos: quia eorum decreta
vos minus oblectant: penitus aſpernati: cũ his
animalibus contuliſtis? Sed vtrũuis horũ ro
gati vos affirmaritis: vel ad id qdẽ nos reſpõ
debimus: arguere adniſuri nequaq̃ decenter:
ſiue de vniuerſo hominum genere: ſiue de no
bis ipſis: hęc dici. Sed eſto illud ĩ primis vt vos
afferatis: ꝙ homines vniuerſi: ſi deum ſpecta
mus: vilioribus his animãtibus cõparentur: ſi
quidẽ iſtorũ minuties nequaq̃ ſit cũ dei pręſtã
tia & magnitudine conferẽda. At quãnam o
vos iſtam minutiem dicitis? ſi corporũ: audite
ſumma iſta & infirma: quo ad veritatis iudi
ciũ: nõ ex corpore ꝓfiniri: ſic enim vultures eſ
ſent & elephãti: nobis hoĩbus potiores: quia &
corporis vaſtitate: & robore: & æui lõgitudi
ne ſuperẽt. Sed alioqn nemo qui mẽtis ſit com
pos: ob corporũ immanitatẽ: bruta iſta prętu
lerit ratiõe vtẽtibꝰ. Nã lõge plurimũ ratio ip
ſa rationale animal euehit: & excellẽtius facit
q̃ cętera rationis expertia. Nec ea quidem quę
ſolertiora ſunt & beata: quales vos dæmones
dicitis: & nos dei angelos nũcupamꝰ: vel quę
uis alia hoĩm natura ꝓſtãtior: id affirmauerit:
niſi vbi in his rationale illud ꝑfectiꝰ inoleuerit
et ꝑ quouis virtutũ genere quædã inhæſerit
qualitas. At ſi iſtã hominũ exiguitatẽ nõ cor
poris gratia: ſed animæ vos plane contẽnitis:
vt quę rationalibus cęteris defectior ſit: & his
pręcipue quę ſolertiora ſint & eximia: & idcir
co ſit imminuta qa ei prauitas inſit: cur potiꝰ
ex Chriſtianis ſiue Iudęis qui neqter viuũt cõ
globatã veſpertilionũ mltitudinẽ anteponãt?
formiciſq; & ranis ſimiles hi fuerit: q̃ cęterarũ
nationũ ꝑditi hoĩes? vt ex hoc ipſo quiuis ma
xime: vtcũq; vitiis effuſe vtat̃: veſptilionis et
vermis: & ranę: formicęq;: quo ad cæteros ho
mines prę ſe ſpeciẽ gerat? Qꝫ ſi vel Demoſthe
nes rhetor ſimili ſit prauitate affectꝰ: & quę ex
hac ꝓdeũt maleficiis ingnatus: vel Antiphon
alter ille orator habitꝰ: q & ꝓuidẽtiã negat in
his libris: quos titulo veritatis: haud ſecus ac
Celſus: ĩſcripſerat: nihilominꝰ & vermes erũt
cœnoſo aliquo in angulo ruditatis & ignorã
tię volutati: tametſi qualecũq; fuerit rationa
le id animal: nequaq̃ iure poterit cũ brutis cõ
ferri: quippe qđ nactũ occaſiones ſit ad virtu
tem: quę vtiq; cũ ad virtutes huiſce ſint formu
lę: haudquaq̃ hos ſiuerint cũ vermibus cõpa
rari: qui ſuapte natura & vi quadã ingenita
virtutẽ hãc habeãt: cuius & nequeãt prorſus
ſemen amittere. Fit itaq; vt liqueat plane: nec
hoĩes vniuerſos vermes eſſe: ſi deũ reſpicias.
Siquidẽ ratio ipa: & diſciplina quæ a dei ver
bo originẽ ducũt: haudquaq̃ ſinunt rationale
id animal haberi a deo penitus alienũ: nec eos
quidẽ qui vel iter Chriſtianos: ſiue Iudęos ne
quiores extiterĩt: & vt veriꝰ dicã: nec Chriſtia
ni neq; Iudęi: nec cæteri demũ qui ĩprobi ſint
vermibus ſunt cõparãdi: q ſe cœno inuoluãt.
Qꝫ ſi ratiõis natura: neq; id vt admittat̃ ꝑmi
ſerit: ꝑſpicuũ erit: queadmodũ neq; improbã
da ſit ꝑ nos humana natura: quę ad virtutẽ ſit
inſtituta: vel ſi ĩprudẽs deliquerit: nec iſtiuſ
modi animãtibꝰ cõparãda. Si autẽ ob Chriſtia C
norũ vel Iudęorum decreta: quia Celſo nil pla
ceãt: nec eorũ quidẽ videat̃ tenere pricipia: &
vermiũ is ꝓculdubio & formicarũ noĩa ſortie
tur: quando haudquaq̃ iſtiuſmodi futuri ſint
cæteri. Sed age q̃ oĩbus expoſita tã Chriſtiano
rũ q̃ Iudęorũ ſunt dogmata: cæterorũ hoĩm ſi
cũ decretis nos cõtulerimus: arguent̃ plane q
ea ſuſceperint: & vermes eſſe: & formicas ꝓfer
re: ſi quidẽ & vermes: & formicę: & ranę hi fue
rint: qui vbi ab integra dei contẽplatione exci
derint: imaginatione quadã pietatis & cultus
bruta animãtia quędã & ſimulacra vel huma
na opera perinde ac diuina percolũt: quorũ ex
pulchritudine potius iſtorũ omniũ fabricato
rẽ deũ admirari deberẽt: & item hunc colere.
At viri quidẽ vel ſi quid his fuerit pręſtãtius D

prę ſe haud dubie tulerint: qui montē prçcel⸗
ſum inſcendere potuerūt: deū ſectati. Lapidi⸗
bus ipſis & lignis: auri argenti ve quauis ma⸗
teria: quæ prima mortales ducūt: poſthabitis
et ex his mundi bonis ad eū euecti qui vniuer
ſa conſtruxit: illi ſe credūt: qui ſolus poſſit ad
omnia quę extant ſufficere: & quid animo agi
tēt ſinguli: peruidere: audireq́ & omniū vota
ſibi ſummittentiū preces: & hoc ipſo veluti fa
ctorū ſpectatore: omnia peragunt: cauētq́ eo⸗
dem audiente quæ proferūtur: ne quid depro
mant qđ minus ſit pro eius volūtate pronun⸗
tiandū. Ni forte dixeris tātum id pietatis: quę
nec vllis doloribus: nec ipſo mortis diſcrimi⸗
ne: nec perſuaſionibus a ratione nil alienis po⸗
tuit aliquādo peruinci: nil prorſus illis opitu⸗
lari qui eā ſuſceperint: ne vermibus cōparent.
Tametſi quidā nondū pietate hac ipſa redem
E pta: poterāt cū iſtis cōferri. Nū enim qui acer
rimā veneris voluptatē peruicerint: quę mul⸗
torum animos effœminauit: & molliores effe
cit: & idcirco ex ea victoriā retulerūt: quia et
perſuaſum & cōpertū haberēt: nō aliter poſſe
quēpiam deo familiaritate cōiungi: niſi per cō
tinētiam ad eum aſcenderit: vermiū germani
vobis vidētur? vel formicarū cognati: & ranis
perſimiles? Quid præterea ille iuſtitiæ nitor:
in proximū & cognatione propinquiorem ſer
uātis cōmunionē? Ergo iuſtū eſſe & humanū
et probū nil proderit: ne veſpertilio ſit iſtiuſ⸗
modi aliquis? Qui vero in impudicitiis & fa⸗
cinoribus prauis verſentur: cuiuſmodi ſunt
plęriq́ mortalium: quiue indifferēter & vilia
adeunt ſimulachra: docentes haudquāq́ prę⸗
ter decorem hęc fieri: nonne & vermes futuri
ſunt volutabro inuoluti? Pręſertim ſi cum his
conferantur qui illud didicerint: minime eſſe
Chriſti mēbra tollēda: & ꝙ per verbū corpus
inhabitetur: ne meretricis efficiatur: & dei eſ⸗
ſe nos templū quē colimus: & corpus item id
noſtrū: qđ vtiq́ quia de conditore illo vniuer
ſorū rectius ſentiat: tale ſit redditū. Et id ſane
obſeruātes plęriq́: cū aduertant ob illegitimū
coitum id templū corrumpi: cōtinentiā haud
F ſecus exercēt: ad cultū in deum & pietatē. Sed
nondum cætera inter homines mala ediſſero:
quibus nec propere adeo vel qui philoſophari
ſint viſi repurgātur & vacant. Nā & in philo⸗
ſophia vtiq́ cōſtat adulterinos eſſe perq̄ mul⸗
tos. Nec dixerim pręterea permulta huiuſmo
di vel apud hos inueniri: quos nec Chriſtianā
ſectari religionē: nec Iudaicam nouimus: Nō
enim hęc Chriſtiano cuiq̄ inerūt mala: ſi pro⸗
prie quiſnā ſit Chriſtianꝰ inquiras: et ſi forte
ineſſe noſtrorū nōnullis eadē deprehēdantur:
haud tamen illis qui in cōſeſſum recipiūtur:
et orādi gratia in vnū cōueniūt: quādoquidē
ab his excludūtur: qui illiuſmodi fuerint. Nō
igitur vermes ſumus in vnū nos coeūtes: qui
Iudæis / ex ſcriptionibus quas ſacras hi ducūt
inſtemus: & haud falſo mōſtremus qui ſit per
prophetas denūtiatus iam aduenīſſe: & ob in⸗
gētia maleficia fuiſſe a deo hos penitus deſti⸗
tutos: noſq́ qui verbum ſuſcepimus: vel opti
mā ſpem apud deū habere: cū ob integrā erga
hunc fidem: tū quia potuit ille nos ſibi conci⸗
liare: vt ab omni verſutia: & vitæ improbita⸗
te puriores iam redditos. Non igitur libere ſi
quis vel Iudæū ſe fateatur: vel Chriſtianū: di⸗
cturus eſt: noſtri pręcipue gratia deus vniuer
ſum terrarum orbem: & rapidos cæli curſus
ſtruxiſſe: ſed ille id poterit ſedulo affirmare:
qui vt docuit Ieſus: & corde purior ſit: chari⸗
tateq́ & manſuetudine polleat: quive libenti
animo: pro pietate in deum & cultu: diſcrimi
na toleret. Is itaq́ non immerito in deo confi⸗
dit: & vbi id intellexerit: qđ prophetarū vati⸗
ciniis nūtiatur: & illud fatebitur: cūcta credē⸗
tibus nobis iāpridē aperuiſſe deū & nuntiaſſe.
Sed poſtq̄ Chriſtianos Celſus: quos vermes
putat fecit illud profari: cæleſtes & rapidos
curſus deſerēs deus: & tantū terrarū hic par⸗
uipendens: nobis ſolū & vitā agit: & ad nos le⸗
gat præcones: nec mittere ceſſat: nec quærere
intermittit: cū eo vt perpetuo ſimus: Dicendū
erit Celſum hūc quæ per nos minus dicūtur:
nobis alioquin dicēda impoſuiſſe: qui vt legi⸗
mus: ita & nouimus charitate cūcta proſequi
deum: nec eorum quicq̄ reſpuere: quę ante fe
ciſſet. nō eñ ſtruxiſſet quod oderat. Quin et
illud perlegimus: Parcis omnibus: quoniā tua
ſunt domine omnia qui amas animas. Spiritꝰ
enim incorruptibilis in omnibꝰ eſt. Propterea
qui labūtur paulatim redarguis: & in quibus
delinquūt commonefacis. Verum quo pacto
dicere deum licuerit: cęli rapiditate relicta: et
mundo: & tot terris neglectis nobis duntaxat
viuere? Qui inter precandū cōpertum habe⸗
mus dici id ſapientius oportere: Miſericordia
domini plena eſt terra: & miſericordia domi⸗
ni ſuper omnē carnē: & illud: Pro eiꝰ bonitate
deus ſolem ſuū oriri facit ſup bonos & malos:
pluitq́ ſuper iuſtos item atq́ iniuſtos. Et nos
ipſos vt ſui filii efficiamur: & ſeſe imitemur:
hortatur: edocetq́ omnes in homines ſi fieri li
ceat: noſtra beneficia propagemus? Is enim hu
mani generis Saluator eſſe aſſeritur: & eorum
pręcipue qui in ſe credūt: & Chriſtus dei recō
ciliatio eſſe pro peccatis noſtris aſtruitur: nec
noſtris ſolum ſed orbis terrarum. Et forte nō

ſolum q̄cunq; Celſus conſcripſit huiuſmodi:
ſed alia quædã minoris mom̄eti iudæorũ nõ⸗
nulli prętulerint:cum longe aliter ſe habeant
Chriſtiani:vt q optime callēt : quēadmodum
ſuam in nos charitatem commendet deus: vt
ꝙ vel nobis adhuc prauis facinoribus inqna⸗
tis:Chriſtus mortē obierit: etſi ꝓ iuſto vix qſ
piã moriatur.Nam ꝓ bono audebit forte qs
mortē obire.Nũc vero ꝓ his q vbiq; terrarum
ſunt pꝛccatorib⁹:vt a pꝛccatis deſciſcãt:& deo
ſe credãt:aduenisse ꝑdicatũ ē Chriſtũ:& iſtiuſ
modi verbis:vt patria tulit cõſuetudo:Chri⸗
ſt⁹ eē dict⁹ eſt dei. Vľ a nõnullis forte accepit
id Celſus:& deũ hunc eſſe:& nos itē poſt eum
A quos vermes iã dixerat.Nec ſecus hic agit:ac
ſolent q ꝑhię ſectã idcirco explodũt:& crimi⸗
nanť:qa adoleſcētulus prõptior quiſpiã:& au
daculus:ac fere pridie nat⁹: temere nonnulla
effuderit:& cũ philoſophũ aliquē vnum ſecte
tur:cæteris vt inferiorib⁹:& plane indoctis in
ſurgat.Nouimus eñ ꝑmulta homini mortali
ꝑcellere : & quēadmodũ in ſynagoga ſteterit
deorum deus plegimus:non q falſo p cæteros
adoreť:qppꝛ cũ oĩm gentiũ dii dæmones ſint:
quin & illud legẽdo ꝑcurrimus: De⁹ ſtetit in
ſynagoga deoꝝ:in medio aũt deos diiudicat.
Nec illud nos fugit: etſi multi in cęlo dii dicã
tur:ſiue in terris:vt dii plurimi ſunt:ita & do
minos eē ꝑmultos:nobis tñ vn⁹ eſt de⁹.Ille in⸗
quã q pr̃:ex quo oĩa ꝓdierũt:& nos in ipo con
ſtam⁹:& vn⁹ itē eſt dñs Chriſtus Ieſus : p quē
vniuerſa:& nos p eũ.Nouimus p̄terea & ange
los ipſos ſic eſſe hoĩe potiores:vt cũ hoĩes ad p
fectionem euaſerint angelis coęquenť:& his ſi
miles ſiãt.Nam vbi mortui reſurrexerint:nec
nubent neq; nubenť:ſed erũt vt angeli q in cę
B lis ſunt:iuſti:& ãgelis pares efficiũť. Nec nos
qdē clam habet in hoc angeloꝝ ordine thro⸗
nos alios vocitari:alios dñationes:alios pote⸗
ſtates:& principatus alios dici:& plane vide⸗
mus:& nobis hominib⁹ q ſumus iſtis inferio⸗
res:ex optimis vitæ actionib⁹:& cęteris ꝓ ver
bi volũtate operibus:ſpē haud dubiã eſſe: ali⸗
qñ nos in angelorũ ſpeciē euaſuros. Deniq; ſi
minus liqueret qdnã ipſi ſimus futuri: certio
res tñ efficimur:deo nos ſimiles fore : & eũ in
ſua eſſentia cõſpecturos.Qꝫ ſiqs illđ a nõnul⸗
lis ꝓnũtiatũ:ſiue ſciētib⁹:ſiue ignaris: ſiue vt
ſanius dictũ alicũde accipiētibus:deus eſt:di⸗
xerit:poſt hũc & nos ſumus hoc ipſum affir⸗
maturi.Siqdē rationales interꝑtamur : & tũc
ꝑcipue cũ ſolertiores videbimur:& ratiõe vte
mur.iuxta nos nãq; beatoꝝ oĩm vna & cõmu
nis eſt virtus.Quo fit vt eadem ſit & hominis
virt⁹ & dei. Vnde illud : Eſtote perfecti: ſicut
pater veſter in cælis perfectus eſt : edocemur.
Nemo ergo qui bonitate ſit prædítus vermis
fuerit volutabro innatãs:nec quiſpiã qui pie⸗
tate in deũ & iuſtitia prę̃ſtet:vel formica dicē
dus fuerit vel rana:nec alius quiſq̃ fulgentiſſi
ma veritatis luce animũ illuſtrat⁹:noctiuagæ
auiculę merito comparať. Videť p̄terea Cel⸗ C
ſus & illud ſubaudiſſe. Faciamus hominē ad
imaginē & ſimilitudinē noſtram: & ſecũdum
id effeciſſe:vt vermes hæc diceret.Cũ enim ſi
mus a deo creati:ꝑfecto illi ꝑſiľes ſumus. Eñ
uero ſi ſciret Celſus qđ inter ſe differãt eſſe ſe
cũdũ dei imaginem:hominē factũ: & ad dei ſi
militudinem conditum: & qđ dixiſſe deũ lite
ris proditur : Faciam⁹ hominē ad imaginē &
ſimilitudinem noſtram:& Fecit aũt hoĩem ad
imaginē & ſimilitudinē dei:nõ ad ſimilitudi⸗
nē tãtũ: haudquaq̃ nos faceret illud ꝓnũtiare
qa deo ſumus omnino ꝑſimiles. Nec tñ nobis
eſſe & aſtra ſubiecta aſſerim⁹: quando iuſtorũ
quæ dicíť reſurrectio a ſapiētib⁹ intellecta:ſo⸗
li & lunæ & aſtris p eũ ſimilis fit:q inqt. Alia
ſolis/alia lunę/& alia aſtroꝝ eſt claritas: aſtrũ
nãq; ab aſtro claritate differt:Sic itē & reſur⸗
rectio eſt mortuoꝝ futura:vel Daniele de hac
ipſa vaticinãte. Ait inſup Celſus: & illud nos
affirmare.Cõſtitutũ eſſe:vt cuncta nobis ſub D
iicianť:cum forte nondum audierit ſapiētiſſi
mos viros:qui inter nos ſunt:iſtiuſmodi affir
mãtes:vel haud ſatis intelligat: qua illđ ſit ra
tione prolatum eſſe omnium oportere inferio
rem:q maior inter cæteros ſit.Etenim ſi græ⸗
ci homines illud vſurpant:ſolem & lunã mor
talibus inſeruire:id ipſum tamē vt ab Home⸗
ro proditum laudant & paſſim denuntiant:q̃
vero per nos vel referunť/vel recitanť: carpit
vtiq; Celſus:& nos cũ his ſimul calũniatur vt
quos ipſe induxerit ꝑinde ac vermiculos iſta
ꝓfari.Vbi eñ inter nos quidã deliquerint:vē
turus eſt ad nos deus:vel eius filium demiſſu
rus:qui iniuſtos,& improbos incendio perdat
qui vero ex ranis nos reliqui fuerimus : cũ eo
vitam ſumus habituri perpetuã. Aduerte au
tem quēadmodum qđ de futuro iudicio diui E
nitus tradiť:deq; prauorum ſuppliciis: & iu⸗
ſtorũ præmiis denuntiať:in deriſum & cauil⸗
lationē deduxerit nebulo & ſcurra:& elegans
iſte philoſophus:& his plane adiecerit: longe
eē tolerabilius:per vermes & ranas vt iſta di⸗
cãtur:q̃ per iudęos & Chriſtianos inter ſe diſ
ſidētes:pronũtienť.Ipſi vero haudquaq̃ Cel⸗
ſum ſectabimur:nec ſum⁹ talia aſſerturi: qua
lia de natura rerum ꝑmittunt ſe ſcire philoſo
phi:& inter ſe diſputant: & altercantur: quo
pacto hæc omnia conſtent:cælumq; ipſum &

terra & quę in his fuerit vniuerſa ſint cōdita:
& vtrū per ſe aïæ cōſtent:nec genitæ ſint: nec
a deo createę:& alioqn a deo hoc ipo ornent̄:&
corpora p̄ vices immutēt: an minime ſint per
māſuræ.Poſſet em̄ vel quiſpiam: cum lauda-
re potius iſtoꝝ deberet ingenium & ſimul ſuſ
cipere : qui ad inquirendā veritatem ſe contu
liſſent:irridendo:& cauillando vermes eē hos
dicere:q̄ involutabri angulo quodam vitę hu
ius humanę/nihil ſe pēſitarent.Et idcirco vi-
deri eos:perinde tātas res comprehendiſſe: &
eniti:vt quęcunq; ꝓtulerint contemplatos ſe
fuiſſe appareat:quæ ſine potiore aliqua & di-
uina virtute cōplecti aïo nequeāt. Siqdem vt
nemo vidit quę hoīs ſunt niſi ſpiritus homi-
nis qui eſt in eo:ſic itē nec ea quidem quæ dei
ſunt quiſpiam nouit:niſi ſpiritus dei.Sed ne-
quaq̄ nos inſanimus:nec tantā hominū ſcien
tiam:quā vtiq; non vulgatiorē quandā & cō-
munem nunc dixerim:quippe q̄ nō in multis
verſet̄:ſi ingrendę dūtaxat veritati incumbat
vermium:ſiue aliorū huiuſmodi motibus cō
paramus : ſed veritati ſtudentes teſtificamur
fuiſſe gręcos nōnullos philoſophos:qui idcir-
co ſint deum cognitione adepti:quia his deus
de ſe hāc patefecerit: Tametſi non vt deū glo
rificauerint:vt Paulus īquit:nec gratias ege-
rint:ſed euanuerint in cogitatiōibus ſuis : &
obſcuratum ſit eorum inſipiens cor: dicentes
eſſe ſe ſapiētes:ſtulti ſint facti: & commutaue
rint gloriam incorruptibilis dei:in ſimilitudi
nem imaginis corruptibilis hominis & volu-
crū:quadrupedum & ſerpentium.Deinde Cel
F ſus cum velit id cōfirmare: nihil videlicet ab
his quos dixerat animātibus: iudęos ſimul &
Chriſtianos differre: ex ægypto ait fugiſſe iu
dęos:nec qppiā vnq̄ egiſſe memoratu dignū:
nec fama demū:nec nūero claros hos extitiſſe.
quos eqdē nec ꝓfugos vnq̄ fuiſſe aſſeuerauē-
rim:nec ægyptios qdē:ſed ægyptū incoluiſſe
vt ſupra iā dixim⁹:& ſatis iā cōſtat. At ſi nec
fama illos:nec numero p̄ſtitiſſe idcirco autu-
mat Celſus:qa apud gręcos de iſtis nihil ē hi-
ſtoriæ ꝓditū:dicturi ſumus:q; ſiqs velit iudæ
orum priſcum illum viuēdi morē aduertere:
& legū inſtitutionibus illis vacare:compertu
rus eſt plane hos homines extitiſſe: q vitæ cæ
leſtis vmbrā in terris p̄tulerint:nimirū apud
quos:pręter eum qui cunctis p̄ſidet reb⁹: pro
deo nihil vnq̄ ſit habitum:nec quiſq̄ ſiue ima
ginū fictor:ſiue ſtatuarum fabricator in eorū
republica fuerit:vt quos procul lex ipſa abige
ret:vt nequa his eſſet fabricandorum ſimula-
crorum occaſio:q̄ ſtultos quoſdam mortaliū
a deo reuelleret:& ad cōtēplanda terrena a
mi oculos retorq̄ret.Erat igitur apud iudęos
lex iſtiuſmodi.Nolite impie agere: nec facietiſ
vobis ſculptile in ſimilitudinē:aut imaginem
maſculi vel fœminę: ſimilitudine omnium iu
mentorum quę ſunt ſuper terram:vel auium
ſub cælo volantium:vel reptilium quæ mouē
tur in terra:vel piſciū:vel omnium quæ fue-
rint in aquis ſub terra.Et erat qdē legis mens
ea:vt ſingulis in rebus:vt veritas exigebat:hi
verſarētur:nec præter verum effingerēt ali-
qua:quæ præ ſe maris vel fœminæ ſpeciē fer-
rent:vel iumētorū naturam : vel volatilium:
vel reptātium:ſiue piſcium imaginem mēti-
rentur.Egregium vero apud hos illud & ope
rępretium fuit:qđ hūc in modū & ſubſequen
ter lege ſancit̄: Ne forte oculis eleuatis ad cæ
lum:videas ſolem & lunam:& omnia aſtra cæ
li:& errore deceptus adores ea & colas:q̄ crea
uit dominus deus tuus in myſterium cūctis
gētibus:quę ſub cælo ſunt.At qualis erat vni
uerſæ hui⁹ iudaicæ gētis reſpublica:apđ quā G
nec cōparere effœminatus q̄ſpiā poterat: vel
eunuchus!Quin & illud mirandū:ob iuuenū
innatā luxuriam:& libidinum incentiua: ſub
lata fuiſſe apud iſtos & ſcorta . Erant p̄terea
vl' æ q̄ſſimorum iudicum/iudiciaria loca:qui
vitæ integerrimæ diu ſpecimē dederāt:cū eēt
his decernēdi creditum munus.Hi ſiquidem
morum ob puritatem:& quia humanam exce
debant naturam : dii patria quadam iudæoꝝ
conſuetudine dicebantur.Et profecto gētem
hanc omnem:vt philoſophātem ſpectares:qn
& vt otium eēt ſacras leges his audire:& quę
ſabbata nūcupant̄:& feſti cęteri dies apđ hos
ſunt inſtituti.Verum quid erit de ſacerdotū
ordine & ſacrificioꝝ dicēdū!Hęc qdem prę ſe
p̄multa tulerint argumēta : vt his innoteſcāt
qui ea diſcēdi ſtudio tenerent̄.Sed quoniam
in humana natura nihil eſt ſtabile:erat neceſ- H
ſe tā pręclare inſtitutam rempublicā pedeten
tim corruptam:iam perditum iri:dei autē p̄-
uidētia iudaici ritus: ac diſciplinæ dignitatē
& gloriam:vt his congruebat:qui vbiq; terra
rum eſſent:& vt erat quęq; res immutāda:de
niq; trāſferēdo:iudęis poſthabitis:fidelibus p
orbē vniuerſum diffuſis pæclarum illum iu-
xta Ieſum & diuinū tradidit cultū.Qui vtiq;
Ieſus nō ſolum ſapientia:verū & portione di-
uina ornatus:dep̄heſa in terris dæmonū diſci
plina:quos thura & ſanguis & ex adipe nido-
res oblectāt:ſiqdē hi titanū & gigātiū inſtar:
vt fabulę ferūt:a dei meditatione mortales a-
uellūt:iudęoꝝ inſidias nil magnifaciēs: q̄s hi
potioribus maxime molirent̄:leges impoſuit
pro quibus qui ducerēt vitam:beatitudinem

cōſequerentur:nō qui dęmones ſacrificiis de mulcerent:ſed qui hos prorſus per dei doctrinā cōtēnerēt:quæ vtiq̄ cum ſuperiora illa & cæleſtia:tum & deum ipſum ſpectantibus:pſi dio eſſet. Et qm̄ deo placitum eſt; vt Ieſu doctrina apud homines permaneret: haudquaq̄ dęmones potuere:vel oīa concitantes: ex aduerſo aliquid cōmoliri:ne de cætero Chriſtiani nominis exiſterent profeſſores:ſiquidem reges:ſenatumq̄:& q vbiq̄ tūc principes eſſent: & ipſos inſuper populos:vt qui minus pcipe rent male nauatam:vt aduerſus Ieſum:per dęmones operam:ita & qui in hunc crediſſent acerrime in nos irritarūt: cū alioquin dei doctrina:etſi frequēter interpellata:haud ſec⁹ ac cibum:ſui ad incrementū:interpellātū dæmonum excipiebat inſultus:puectiorq̄ in dies & magno ſucceſſu pmultas anīas depaſcebat. Id em̄ vt fieret deo collibuit. Hęc autem ipſi etſi in digreſſu iam diximus: dicenda tamē exiſtimauim⁹. Inerat em̄ animo his occurſare: quæ de iudæis meminerat Celſus:q̄ ex ęgypto ſcilicet pfugiſſent:nec vnq̄ dignum aliqđ facin⁹ viri illi deo tūc coniunctiſſimi peregiſſent:nec
A fama & nomine claruiſſent. Nos vero gen⁹ illud electum:& regale ſacerdotiū dicimus ſeceſſiſſe ſemp & declinaſſe:ne multis immiſceretur:ne mores qbus erat imbutum corrūperet:ita vt diuina virtute ſit cōſeruatum:ſiqdē nec regna ſibi pararet:vt cæteri hoīes: nec ppagādi imperii duceret cupiditate:nec ea eē vellet paucitate:vt opportunū ad inſidias fieret:& penitus interiret. Cum iudæis quidem ſic agebatur:q̄diu viſi ſunt diuino pręſidio digni:vbi vero vniuerſi deliquerāt: eſſetq̄ vt ſe ad deum conuerterēt laboribus diuexati omnino futurū:nunc ad breue:nūc ad longius tēpus deſerebātur:quouſq̄ tādem Romanis regnātibus:ingens illud flagitiū cōmiſiſſent:vt Ieſum occiderent:ſic demū ſunt penitus deſti
B tuti. Deinde Celſus tanq̄ primū Moyſi librū qui inſcribitur Geneſis iam percurriſſet:tentaſſe inqt olim iudęos:a primo ſemine ſe affirmare duxiſſe originem:veneficorum quorundā:& fallaciū hominum voces teſtificādo:ſub oſcuras qdē & ācipites: & in tenebris latitantes:quas & rudibus quibuſdam & inſenſatis ediſſerūt:pręſertim cum alias nūq̄ vel in diſceptationem id venerit:aut quæſitum ſit. Mihi vero obſcure admodū Celſus videtur iam explicaſſe:quæ dicere libuit:ſed par eſt eū: vt & locus exegerat:vel de induſtria nihil aperti⁹ edidiſſe:videbat nāq̄ validiora eē q̄ iudæos aſtruerēt e pgenitoribus talibus prodiiſſe: quales priſci illi fuere:voluit item eius rei videri:vt nil cōtēnēdę: non neſcius:q̄ de iudæis vtiq̄ traditur. Liquet ſane id perhiberi:cepiſſe olim iudæos e tribus parētibus ortum:quorum noīa cum dei appellatiōe cōiuncta adeo valent:vt nō modo iudæi illis vtātur deo dū ſupplicant:vel dæmones ipſos adiurāt: Abraham deum:deum Iſaac: & Iacob deū pnūtiantes. Sed vel in magicis quibuſdā codicibus:& multis in locis diuini nominis vſurpatio iſta reperiatur:ita vt vel hoc ipſum veluti familiare:ac præcipuum habeant magici hoīes:dum carminibus dæmones vrgēt. Quæ igit̄ per iudæos pferuntur:& Chriſtianos in argumentum:ſacroſanctos quoſdam:Abrahā/Iſaac/& Iacob homines extitiſſe:& parentes fuiſſe Iudaicæ natiōis:nil prorſus fugere Celſum exiſtimo:minus fuiſſe nō apertius explicata: ſed nihil potuit his dictis obſiſtere. Nos vero vniuerſos rogabimus:qui huiuſmodi dei inuocationes vſurpāt:Dicite o vos:quis em̄ Abrahā quis Iſaac fuit?quid Iacob deniq̄ valuit?vt diuini nominis appellatio:iſtoꝝ nominibus applicata:tātas exequeretur virtutes?vel a quibuſnam didiciſtis:vel ediſcere licuit:iſtorum virorū res geſtas?qſue id curę ſuſcepit de his vt hiſtoriā ſcriberet:q̄ tales viros:ſiue vt præclaros collaudet:ſiue ex coniectura: vt iſtorū magna quædam:& admirāda facinora his patefaciat:q poſſunt illa animo cōtemplari? Qđ ſi rogantibus nobis prodeat nemo:q e quauis hiſtoria vel græca vel barbara:ſiue non hiſtoria:ſed e myſtica quauis de his viris ſcriptura affirmare id queat: Geneſim ipſam prolaturi mox ſumus:quę horū virorum & facta cōplectit̄:& habita ad deos oracula patefacit. Nonne & tantorum viroꝝ diuinitatem aſſerturū id eſſe fatebimur:q̄ vel per nos trium hoꝝ iudaicæ gētis parentum nomina admittuntur: q aperte intelligam⁹ his inuocatis peragi dæmū nil aſpernanda:quos tamen nō aliūde:niſi ex ſacris iudęorū libris accipimus?Quin & Iſ
rael deus:& Hebręorum deus: & de⁹ inſuper q rubro in mari ægyptioꝝ regē & ægyptios ſimul coeūtib⁹ aqs īmerſit:nōne appellat⁹ aduerſus dęmōes:vel prauas aliquas poteſtates ſuſcipit̄?Didicim⁹ aūt & inuocatiōis huiuſce hiſtoriā:& diuinorū nominū interpretationē ab ipſis hebręis:q & patriis lr̄is:& ligua vernacula:hęc ipſa & laudib⁹ ferāt:& narrent. Quo igit̄ pacto iudęi q auſi ſint: a primo iſtorū ſemine:queadmodū originem ducāt: aſtruere: quos & veneficos eē:& fallaces exiſtiat Celſus īpudēter a deo cōiūtunt oſtēdere; & ſe ex his pdiiſſe:& principiū originis ducere? Quorū nōia cū hebraica ſint:Hebręis teſtificant̄ q ſa

cros libros Hebraica lingua: & literis habeāt
exaratos:eorum gentē hos viros ꝓpinquitate
contingere: ſiquidē vel ad id tēporis iudaica
nomina quæ ex Hebręorum lingua penderēt
eorū ex literis aut deſumpta ſunt: aut ex He
E braicæ linguæ ſignificātia ducta. Aduerte au
tem qui Celſi ſcripta perlegeris: vti hoc ip
ſum prætendat cum inquit. Tentarunt qui
dem eorum originem:a primo ſemine ducere
veneficorum & fallacium hominū:ſubobſcu
ras quaſdā & ambiguas voces: in tenebris ali
quo latitantes. Et nos quidē arcana hæc eſſe
& occulta teſtificamus:quippe quę ad multo
rum cognitionē nequaꝗ̄ expoſita ſint: cū mi
nus ſint apud nos dubia:vel ſi ꝑ alienos quoſ
dā a noſtro cultu:ſuſcipiantur. Pro Celſi vero
ſententia:qui nullis certioribus argumentis:
hanc vocū confirmet:quā dicit: ambiguitatē
velut nullius momēti hęc reſpuunt:cum alio
qn ſi refellere eam rectius voluiſſet:quā impu
dentiſſime dixerat ꝑ iudæos generationē de
ſumptā:qui Abrahā ipſum & huius poſteros
iactitarēt:neceſſe fuiſſet:vt ſuo loco & oppor
tune cuncta exponeret: & primū ſuaſionibus
cōfirmaret:qđ ipſe opinaret̃:moxq; & ſtrenue
veriorībꝰ argumētis eadē illa & dictis quæ ꝑ
ſe facerent:vt viſum iā eſſet:dilueret. Sed nec
Celſus ipe: nec alius qſpiā:ea cōplexus animo
quæ de nominū extāt natura:& de ſe virtutis
aliquid edant:dum ab aliis ſuſcipiūtur & nū
cupātur:de his certiorem aliquam poterit ra
tionem afferre:vel hoīes illos nulliꝰ momenti
fuiſſe arguere:q appellati dūtaxat & inuocati
non apud domeſticos ſolū:ſed apud alienige
nas quoſdam:vim de ſe ſummā prætulerint.
F Fuerat præterea & illud vt adderet Celſus ne
ceſſe:vti apud imperitos nōnullos & inſenſa
tos:de hiſce nominibus:ꝗ placita eēnt:nos ex
plicādo auditores(vt ipſe putat) fallamꝰ. At
ipſe qui nec rudē ſe eſſe nec ſtolidum gloriat̃:
veram de his nimirum interpretationem ex
preſſerit. Ad hæc autem noīa a quibus ducūt
iudęi originē:& illud adiecit: de hiſce nomi
nibus nihil vnꝗ̄ vel multis ante temporibus
fuiſſe quęſitum:ſed iudęos dūtaxat hoc tēpo
re aduerſus alios quoſdam:quos tamen ſubti
cuit:imprudēter abigere. Sed oſtēdat q velit:
quinā ſint aduerſarii iſti: qui vel veri ſaltē ſi
militudine aliqua:aduerſus iudæos vtantur:
quēadmodū nihil ſyncere: cū iudæi tū Chri
ſtiani: ſua hæc noīa in eos depromāt: in quos
nūcupāda deſumpſerint:alii vero & ſapiētius
quidem & verius explicent:ꝗ de iſtis compre
henderint. Nos vero plane cōfidimus neminē
fore cui id exequi liceat: præſertim cū admo
dum liqueat:iſtorū nomina ex Hebręoꝝ fuiſ
ſe lingua deſumpta: & apud hos ſolum inuen
ta. Poſthęc Celſus:ex hiſtoria a diuina doctri G
na penitus aliena:hominum altercationem de
antiquitate inter ſe diſceptantium explicat:
Athenienſium dico/ægyptiorum/Arcadum
Phrygiorumq;:& quorundā apud ſe aliquos
e terra genitos aſſerentium:& de his ſingulis
proferētium argumēta:ſubditq; & iudæos in
angulo quodā Palęſtinæ cubando:rudes om
nino:& q nil antea auditione acceperint: quæ
& Heſiodꝰ & viri quidem innumeri alii & di
uini cecinerint:& cōmentos eſſe nōnulla quę
nihil habeāt credulitatis: & a muſis lōge plu
rimū abſint:hominem ſcilicet fuiſſe plaſmatū
& huius e latere/fœminam deinde deductam
& deum nōnulla his iniunxiſſe: & ſerpentem
hos ipſos circūueniſſe:& ita:vt dei mādata ex
ceſſerint:fabuloſa profecto quędam: & veluti
ab otioſis aniculis enarrata:cum deum princi
pio ſtatim imbecilliorem efficiunt adeo & im
potentem: vt nulli quos creauerit hominum
queat perſuadere quæ velit. Ex his itaq; ſcien
tiſſimꝰ:& eximia peritia Celſus:Iudęos ſimul
& Chriſtianos inſcitię:& ruditatis inſimulās
apte oſtēdit:quemadmodū teneat cuiuſq; hi
ſtorici tempora:vel gręci quidem vel barbari
qui Heſiodum illum et infinitos alios quorū
præterit nomina:vetuſtiores et Moyſe putat
et huius cōſcriptis operibꝰ: qui res Troianas
multis ſęculis anteceſſit. Nō ergo iudæi gra
uiſſimi viri de terrigena homine aliquid cō
ſcripſerunt:qđ vtiq; nec fidē fortit̃:nec ꝓrſus
oblectat:ſed iuxta Celſum viri quidam diui
ni:ne vanos dixerim et mēdaces:Heſiodus ſci
licet et alii quos ipſe dicit īnumeros:q antiqo
ra illa et priſca in Palęſtina et elegātiſſima di
cta:cum nec didiciſſent: nec audiſſent:de ve
teribus illis tales hiſtorias cōſcripſerunt:ꝗles
et de deorū generatiōe ediderāt:ita vt quātū
in ſe eēt deos genitos dicerēt: et ſobolē iſtis ĩ
ponūt:et alia iſtiuſmodi plęraq;. Et iure optio
Plato:e ſua republica Homerū explodit: vt q
adoleſcētes depderet:et cęteros eiicit q huiuſ
modi ſcriptitāt fictiones. Et Plato qdē:vt liqt
haudq̄q̄ ꝑ diuis hos duxerit: q poemata reli
qſſent:at Epicuręꝰ Celſꝰ cui rectiꝰ lōge ꝗ̄ Pla
toni in integro iudiciū eſt:ſi forte is idē eſt il
le q aduerſusChriſtianos libros alios duos cō
poſuit:nos forte cōtēdēdo obiurgās:quos etſi
diuos nihil exiſtimet:diuos dixerit tñ:illđ cri
mini dat:ꝙ hoīem inducimus manibus dei ef
figiatum: cū Geneſis liber in hoīs hac fictiōe
nec dei manus cōmemoret. Et Iob ipſe et Da
uid ita loquantur. Manus tuæ fecerunt me et

plaſmauerũt me. De qb⁹ eſſent ꝑmulta nimi-rum dicẽda: vt quid ſenſerint hi pateſieret: q iſta ꝑtulerint: Nec ſolum qd inter ſe factura & plaſmatio differant: ſed qd dei manus deſi-gnẽt: deniq; innoteſcat: quas q ignorãt: & hu iuſmodi ſacrarũ literarũ neſciũt voces: exiſti-mabunt nos talem effigiẽ deo rerũ omniũ prę ſidi impoſuiſſe: qualem eſſe humanam ſpecta-mus. quin & alas conſequenter diuino corpo-ri eſſe aſtruxerint: quando de deo noſtro ſacrę literæ id fateantur. Sed de his quicq̃ diſſerere nihil exigit qua de agitur in pñti materia. Siq dẽ de his cũ Geneſim interp̃taremur: ſatis iã
A dixímus. Exinde in ſubſequẽtibus Celſi mali-gnitatẽ aduerte: quum eñ noſtra ſcriptura in hominis plaſmatione ſic inquiat: Et inſuffla-uit in faciẽ eius ſpiritum vitæ: & factus eſt ho mo in animam viuẽtem: & velit ipſe id dictũ qđ minime nouit: maligni⁹ carpere: & illud ad ſcripſit: Hominem compoſuerũt manib⁹ dei plaſmatum: vt qui huic inſufflatum haud ſe-cus fuiſſe exiſtimẽt: ac ſolẽt vires inflari. vt il-lud irrideat. Et inſufflauit in faciẽ eius ſpiri-tũ vitæ. qđ vtiq; eſt tropice dictum: & expoſi-tione indiget ſignificãte tradidiſſe homini de um incorruptibilem ſpiritum: vt alibi dicit. Incorruptibilis autẽ ſpiritus tuus in oĩbus.
B Et quoniam carpere diuina ſcripta erat illi ꝑ-poſitum: & noſtra libẽti⁹: & iudaica crimina ri: & illud irridet: Immiſit deus ſoporẽ in Adã & obdormiuit: & accepit vnam de coſtis eius: & ĩpleuit carnẽ ꝑ ea: & ædificauit coſtã: quam tulerat de Adam: in mulierẽ: cum alioqn di-ctionẽ nil explicarit: quæ cõfirmare queat au-ditorem: qui hãc norit ſub figura prolatã: nec voluit quidẽ vel diſſimulãter ꝑmittere: fuiſſe illa allegorice dicta: tametſi deiceps ſit ipſe af firmaturus: ex iudęis vel Chriſtianis q æqo-res fuerint: vbi dictorum hos puduit: ad alle-goriã eniti illa traducere. Ad hæc vero ſic re-ſpõdebimus: Nũ ea q̃ diuinus ille tuus Heſio dus etſi vanus: vt dixi: & oĩm mendaciſſim⁹: de muliere in fabulę modũ eloqt: veri in ſe ali qd habẽt: & allegoriã admiſerint: vt in ignis vicem a Ioue ſit tradita illa mortalib⁹? noſtra vero quę & dormiẽtis: & ſoporati ex latere de ſumpta eſt: & a deo ſit cõdita: nec ratione vlla nec recondito aliquo ſenſu viſa tibi eſt dici? Sed par minime fuerit: illa quidem nil irride-re: vt cõmẽtitia quædã & fabuloſa: ſed potius demirari: vt quæ ſub fabulę cuiuſdã prętextu philoſophice diſſerantur: hæc vero & nřa qua ſi ſola dictione ſententiam terminẽt: ſubſanna re: & vti nullius momenti ſint: ducere. Si eñ ſimplicioris vocabuli gratia ſunt criminanda

quæ ſub latẽti fuerint: & altiore ſenſu prolata caue ne Heſiodi ſcripta riſum potius ſint prę bitura: viri ſane (vt ipe affirmas) diuini: q ta-lia ſcripſerit. Hũc & iratus ſic affat⁹ eſt Iuppi ter: q nebulas cogit: Iapitionide: alieni conſilii ſpectator acerrime: gaudes: quia ignem ſub-traxeris: & meam feſelleris mentem: futurum id tibi ingenti damno & mortalibus poſteris. His ipſe pro igne: malũ daturus ſum: cui⁹ gra tia omnes ſecundum animum oblectabuntur malum proprium ꝑamantes. Sic dixit: & ri-ſit pater hominumq; deorũq;: Vulcanũq; iuſ ſit clariſſimũ ocyus: terram aqua intermiſce-re: hominiſq; indere vocem: vireſq;: & immor talibus facie ſimilem deab⁹ videri virginibus decoram ſpeciem amabilemq;. Mineruam ve-ro opa edocere: variam telã ſubtexere: & gra-tiam capiti circũfundere aureã Venerem: & Cupidinẽ grauem: comẽdiq; membra: & cu-ras ingerere: imponereq; caninã mentẽ: & ſub dolos mores Mercurium iuſſit ꝑſonantem: & Argi ĩterfectorem. Sic dixit. Hi vero pare-bant Ioui Saturnio regi. Sed confeſtim e luto celeber claudus finxit virgini venerandę aſſi milem: Saturnii cõſilio. Cinxit autem & orna uit dea fulgẽtior oculis Minerua. Huic vero gratiæ deæ: & colenda Pytho torques aureos circumpoſuerunt collo: & pulchris crinibus: Parcę vernis hanc coronabant floribus. Om-nem autẽ huius corpori ornatum coaptauit Pallas Minerua. In pectore vero ꝑſonans Ar giphontes: mẽdacia et fallacia dicta: et mores verſutos parauit Iouis conſiliis grauitonan-tis: vocemq; impoſuit deorum pręco: nomina uitq; mulierem hanc Pandoram: quia omnes cæleſtia domata habentes: donum donarunt detrimẽtum viris inuentoribus. Ridiculum inde qđ de dolio dicitur: ꝙ olim viuerẽt ĩ ter C ra hominum tribus ſine malis: et ſine graui la bore: et grauiorib⁹ morbis: q̃ Parcę mortalib⁹ dederãt. Sed fœmina manibus magnum dolii operculũ auferens diffudit hominibus et par tita eſt curas malas. Sola aũt ibi ſpes in tutiſſi mis domibus intus relicta eſt ſub dolii labris: nec extra euolauit: pri⁹ nãq; ĩpoſuit opculum dolio. Ad hũc igit q tã elegãter iſta ſub figurã ĩterp̃tat: et pro ſuo iure quodãmodo nřa con-temnit: et ſua extollit: ſiue in his ſit allegoriã adeptus: ſiue minus: ſic reſpõdebimus. Num ſolis græcis opinãdo licet philoſophari? quin et ægyptiis ſeu quibuſuis barbaroꝝ id ipſum licuerit: q myſticis interp̃tationibus et ſecun dum ſe veris admodũ gloriant? Soli dũtaxat iudæi tibi ſunt viſi: et q leges his tulerit: et cę terarũ nationum ſcriptores: ingenti veſania

laborare?ſolamq; hác iudicas gentem diuinæ
virtutis nihil vnq̄ participaſſe:quæ tam egre
gie ſit:queadmodum ad ingenitam dei natu
rā aſcendat:inſtructa: vtq; & illi ſit ſoli vacā
dū:& ab eodem oīa ſint:& vnice expectāda.
D Vbi vero q̄ de ſerpēte literis cōmendātur: &
pdicat Celſus:& plane irridet: q diuinis ille
ad hoiem mādatis obſtiterit:perinde id ac fa
bulam ducēs:& qualem ſolent aniculæ recita
re:& nihil inuit⁹ dei paradiſum nō noīe expri
mit:neq; vt illū e regione oriētis in ædē plan
taſſe dicit deus:vtq; & omne lignū e terra p
duxerit:& viſu pulcrū:& ad veſcendū ſuaue:
vt vitę lignum in medio paradiſi ſit conſtitu
tum:vt recti prauiq; ſciētiæ lignum id fuerit
& cætera quæ deinceps dicuntur:& indidem
cōuenit:q ea libens perlegerit: vt credat indu
cere:nō ſine graui & egregia quadā figuratio
ne fuiſſe hęc cūcta plata. Age & ipſi ea abiicia
mus:quę in Platonis ſympoſio de amore p So
cratē diſſeruntur:& quæ Socrati ſunt ad dicē
dū vt elegantiora quædam impoſita:q̄ cæte
ris eſſent:qui de amore etiā diſputarent:& ea
quidem ita ſe habēt: Cum eſſet Veneris nata
litius dies: epulantibus diis:& Metidis filius
ſimul aderat Porus:vbi vero cœnatum ē:pau
ptas:vt quæ ad cœnæ reliqas mendicaret:ac
ceſſit:& pro foribus ipſis aſtabat. Porus vero
nectare madens: nōdum enim erat vini vſpiā
vſus:Iouis hortum ingreſſus:grauis iā & op
plet⁹ humi cōquieſcebat. Paupertas vero prę
eius inopia:inſidias Poro molita:vt ex eo pare
ret filium:mox illi accubuit: amoremq; conci
tauit:vnde & Veneris obſequentior ſeru⁹ na
tus eſt amor:quia in eius natalitio & feſto die
ſit ortus:ſimul etiam quia amator pulchritu
dinis eſſet: cum & venus ipſa decore ſit præ
dita. Amor itaq;:vt qui ex Poro eſſet: & pau
ptate progenitus:hac conſtitit ſorte: & id vi
tæ genus ſuſcepit. Primum em̄ ſemp eſt pau
per:& multis indiget rebus: tenellus item &
mollis:decoruſq;:qualē plęriq; ducūt:dur⁹ in
ſup & ſqualēs:diſcalciat⁹:& domo carēs: abie
ctior ſemp & ſine lecto:p foribus & in compi
tis:ſub dioq; dormitans:matris naturam ſor
titus:indeſinēter paupertati cohabitat: p pa
tris rurſum natura:venuſtiorib⁹ parat & pul
cris inſidias:cum ſtrenu⁹ ſit incurſator & va
lidus:venator inſup acer:machinatiões ſemp
intexens:ſapientiæ cupidus:& plane munifi
cus. Quin & per omnem vitam philoſopha
tur:idoneus incantator:veneficuſq; & ſophi
D liũ dũtaxat periodũ per ſtatutas reuolutiões neceſſario dicit & fuiſſe ſemp: & eſſe: & fore. Stoicorum vero pleriq; non ſolum mortaliũ periodum hũc eſſe affirmant: ſed & deorum ſecundũ ſe immortaliũ: ſiquidẽ cum incẽdia ſint infinita iam facta: & futura ſint infinita: ordo hic idẽ: & diſpoſitio a principio aduſq; finẽ: & fuerit iuxta hos ſemper: & ſit continé ter futurus neceſſe eſt. Et tentantes quidã q e Stoicorum ſunt porticu moderari eorum vt cũq; licuerit argumẽta: neſcio quo modo aſ ſimiles per quẽq; periodum omnes iis aſtruũt fore: qui in prioribus periodis extitere: ita vt non iterato Socrates fiat: ſed ſimilis quiſpi am alius Xantippen ducat vxorẽ: & ab Any to Melytoq; ſimillimis ſit incuſandus. Sed ne ſcio equidem quo pacto mundus quidem idẽ ſit ſemper: nec alter alteri ſimilis: quæ vero in eo eſſe iam conſtat nõ eadem ſint: ſed ſimilia. Verum quæ Celſi dictis huiuſmodi: & Stoi corum in primis ſunt reſpondenda: facilius i aliis vbi inciderit mentio conquirentur: quã doquidem neq; ſecundum id temporis: neq; pro his quæ ad præſens exequi propoſitum eſt: longior eſſe in dicẽdo velim. Ait præterea Celſus: nec ea quæ oculis expoſita ſunt & vi E ſuntur: fuiſſe homini tradita: ſed vniuerſoꝝ ſalutis gratia & gigni ſingula & interire: iu xta eã quã dixerat alternã viciſſitudinem. Et ſane ſuperuacaneũ eſt iſtiuſmodi reꝝ confu tationibus immorari: quas ſupra (vt licuit) expoſuimus: ſiquidem ad id quod Celſus ĩtu lerat: nec bona: nec mala inter mortales: vel pauciora fuiſſe: vel plura effecta: ſatis iam di ximus. Nec ſecus vbi & ad illud reſpondim⁹ nil oportere vt denuo deus quæ fecit caſtiget neq; quemadmodũ mortaliũ quiſpiã: aliquid mãce: & imperfectius ſtruxerit: vel inſcite q p piã condat: ita & deus corrigat mũdum: quẽ diluuio: ſiue incendio ſit euerſurus. Sed coer cet hic potius: ne abundantior ille nequitiæ fluxus latius ſerpat. Ipſe vero exiſtimauerim vel miro quodã ex ordine: & vniuerſis vt con ferat: deũ nequitiã ſublaturũ: quæ demũ ſub lata vtrũ in poſteꝝ ſit homines ſubitura nec ne: alias vbi primũ occurrerit differeẽ. Libet igiẽ deo vt denuo corrigat: peccata caſtigan da reſumere. Nam etſi omnia illi optime ſint et tutiſſime ex vniuerſa hac reꝝ ſtructura diſ poſita: fuerit ei alioqn neceſſaria medendi ars q̃dã: q nequitię morbo laborãtib⁹: et vniuerſo mundo ex ea pinde coinquinato mederi poſ ſit. Et ſane nihil hic p negligentiam p̃termiſit neq; p̃termiſſurus eſt: quo min⁹ aliquid agat quod ſe deceat in verſatili mundo hoc facere. Et quemadmodum agri cultor pro variis an ni temporibus: & varia facit agriculturæ ope ra: terram vel excolendo: vel repurgando quę in ea exoriuntur: Sic deus: tanq̃ annos quoſ dam (vt ita dixerim) ſęcula cuncta diſpenſat & moderaẽ: p hæc ſingula exequens: quæ ra tio ipſa depoſcit vniuerſoꝝ: ita vt hæc p ſe dũ taxat: vti i vero eſt: aptiſſime q̃dem & ſtatim cõphenſa: traducat ad finem. De vitiis autẽ et alia ĩtulit Celſus huiuſmodi. *Si eñ (inq̃t)* F quippiam tibi nequã videẽ: nec dum tñ vtrũ ita ſit an minime liquido pateat: profecto nil noſti: vtrũ tibi an alteri cuiq̃ vel vniuerſis ſit id cõductuꝝ. Et habet quidem penſi aliq̃d & moderati id dictũ: nouit enim & prauoꝝ na turã nõ prorſus improbam eẽ: qa quod vitii ineſſe in ſingulis exiſtimaẽ: cõferre oĩbus poſ ſit. Verũ ne ꝗs haud recte id ceperit: & idcir

co immorandi inueniat cauſam:tanq̃ nequi-
tia cũctis ſit profutura:vel ea poſſit vtilis eſſe:
dicẽdũ erit: vbi illud fuerit qđ in noſtra eſt ſin
gulorũq; poteſtate:ſeruatũ:haud dubie recti-
us vt cuncta diſponat & moderetur: vel im-
proborũ vſurus eſt nequitia deus:nimirũ qui
hos vt cæteris neceſſarios in medium ſtatuat:
etſi culpa nil vacẽt mortales: vt vniuerſis ſint
documento:& ex iſtorũ improbitate rectiores
clarius innoteſcant. Et Paulus qdem Ieſu apo
ſtolus edocẽs ad cõmunẽ neceſſitatẽ,vel per di
tiſſimos facere:& hos quidem apud ſeipſos ab
ominabiles fore:& optimos quoſq; mirifice ſin
gulis conducturos:& peruerſorũ de cauſa, vt
probi optimo loco conſtituantur futurum:ſic
inqt.In magna aũt patriſfamilię domo: nõ ſo-
lum ſunt vaſa aurea & argentea: ſed lignea &
fictilia:& alia qdẽ ſunt in honorẽ: alia vero in
ignominiã. Siquis igiť purificauerit ſeipſum
erit vas in honorem ſanctificatũ: & vtile dño:
A in omne opus bonũ paratũ. Hæc autem ad ea
vt dicerem neceſſarium fore exiſtimaui: quæ
Celſus hũc in modũ intulerat: Et ſi tibi vitiũ
eſſe aliqd videať: nõdũ tamẽ vtrũ ſit vitiũ li-
quet: non enim tibi ſat conſtat vtrũ tibi an al
teri conferat:ne forte ex his occaſionẽ ad pec-
cãdũ quis nactus:perinde ac delinquẽdo vni-
uerſis ſit profuturus. Sed cum Celſus minus
intelligat:quæ de deo pro humanis affectibus
exprimũtur:carpit hæc plane & cauillatur:&
ea præcipue in quibus & iraſcentiũ voces in
impios & in peccatores cõminationes eduť.
Dicẽdũ erit:ꝙ queadmodũ ipſi:vbi cũ pueris
minutioribus oborta nobis eſt diſceptatio:nõ
noſtras dicẽdi vires attẽdimus:ſed illorũ im-
becillitati nos ipſos accõmodãtes:nõ ſolũ his
conſentanea fabulamur: ſed ea etiã facimus:
quæ ad puerorũ videntur emendationẽ ſat fa-
cere & illis nõ parũ cõducere:ſic itẽ & dei ver
bũ videtur:quæ ſcripta ſunt diſpẽſaſſe:pro au
ditorũ & viribus,& vtilitate,dimetiẽdo:quæ
decẽter denũtiarit. Queadmodum vero quæ
ad deũ ſpectãt denũtientur:in Deuteronomio
ſic ꝑferũtur.Portauit te dñs deus tuus: vt ſo-
let homo geſtare paruulum filium ſuũ. Quaſi
humanos mores deo ſacra ſcripta imponunt:
vt hominibus conferant. Nõ eñi erat multis
neceſſe,vt deus perſonã ſibi effingeret ꝓ eius
vt dignitate iſtos alloqueretur.Sed quib⁹ cu-
rę eſt ſacras literas apertiores efficere: cõper-
turi proculdubio ſunt ſpiritalia ſpiritalibus
nũtiari:vbi ſic dictorum ſenſa contulerint: vt
quęq; vel ad infirmiores habenť: vel ad ſoler-
tiores quoſdã denũtianť:& ita:vt in vna ſæpe
et eadẽ dictione id vtrunq; ineſſe ei appareat:
qui audire hanc nouerit.Iram igiť dei nos di- B
cimus:nõ tamẽ iraſci illũ aſſeueram⁹: & vſur
patũ id eſſe:vt qui ꝑmulta commiſerint: caſti
gẽtur:dũ grauiter & trucius arguuntur. Q̄
aũt dei ira dũ nuncupatur:vel vbi dicitur fu-
ror:caſtiget:idq; diuinæ doctrinę ꝑlibeat:ex
eo liquet qđ in ſexto pſalmo ſic diciť. Dñe ne
in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corri-
pias me.Et item in Hieremia. Corripe nos do
mine:ſed in iudicio,& non in furore.Qui ve-
ro in libro Regum ſecundo dei irã perlegerit:
Dauid ipſi ꝑſuadentẽ vt populũ ſuum recẽ-
ſeat: & in Paralipomenon primo diabolum:&
inuicẽ iſtoꝝ dicta examinãdo expendat:plane
videbit qua in re ſit ira hæc cõſtituta:cuius &
filios Paulus homines oẽs redditos eſſe affir-
mat: ſic inquiẽs. Eramus olim filii irę:ſicut &
cæteri. Q̄ aũt nõ ira deus afficiatur: ſed ſin-
guli delinquẽdo ſibi hãc vẽdicẽt:Paulus idem
in his patefecit. Num diuitias bonitatis eius
et patientiæ & magnanimitatis contemnis?
ignorans quoniã bonitas dei te ad pœnitẽtiã
ducit:ſecũdũ autẽ duritiẽ tuã,& impœnitens
cor,theſaurizas tibi irã in die irę & reuelatio-
nis iuſti iudicii dei. Verũ quo pacto quis po-
terit in die iræ irã ſibi theſaurizare: ſi iram ꝑ
affectu animi quodam & paſſione acceperis?
vel quomodo quieuerit iræ affectio hæc caſti
gare? Nõ eñi vel ſacra dicta quę minime iraſcẽ
dum eſſe cõmonefaciũt:& in ſexto iniungunt
et trigeſimo pſalmo: Deſine ab ira,& relinque
furorẽ:& in Paulo illud edicunt: Deponite &
vos oĩa:iracũdiã: furorẽ: odiũ: blaſphemiam:
turpiloquiũ:hũc irę affectũ deo accõmodaſ-
ſent: a quo nos prorſus velit eximere. Liquet
ſane de ira hac dei fuiſſe tropologice explica- C
tũ:qñ & de eius ſomno id literis prodiť. Pro-
pheta nãq; veluti e ſomno hũc excitãs: Surge
inquit: quid dormis dñe? Et rurſum. Et ſur-
rexit tanq̃ dormiẽs crapulatus a vino. Si itaq;
hoc loco aliud quippiam ſomnus iſte deſignat
& nõ id qđ in promptu ex dictione accipitur:
cur nõ item & ira intelligatur: & cõminatio-
nes inſuper ea prętẽdãt: quæ denũtientur his
occurſura:qui praue vitam hãc degũt? nec ſe-
cus ac ſi & cõminari quis diceret medicũ cũ
ægro illud inclamat: præcidam te equidẽ: &
inuſtiones mox adigam:ſi meis legibus min⁹
obtemperaueris: vel ab his illiſve haudquaq̃
abſtineas:vel te non ita vt iniunxero geſſeris?
Nõ itaq; humanos affectus deo annectimus:
nec impie de eo ſentimus: neq; errore aliquo
ducti:ſacris ad inuicem ſcriptionibus exami-
natis:quæ de deo narranť ꝓferimus. Nec ſane
aliud eſt illis propoſitũ:qui diuinã hanc præ-

dicant diſciplinam: niſi pro ſua virili: vt audiꝫ tores a ſtultitia vindicẽt: & ſapientiores efficiꝫ
D ant. Exinde Celſus cũ minus intelligat quæ ſunt de dei ira cõſcripta: ſic ſubdit. Num enĩ non ridiculũ fuerit: ſi homo quidẽ Iudæis eẽt iratior: hos funditus ſuſtuliſſet: & abſumpſiſꝫ ſet incẽdio: ita vt nulli vſpiã eſſent: deus vero maximus ille (vt ipſi affirmãt) & iratus, & fu rẽs, & minabũdus, filiũ ſuũ demittit: qui tanꝫ ta ſit demum perpeſſus! Enimuero vbi Chriꝫ ſtum Iudæi his affecerunt: quæ in eum ſunt vt facerent: auſi: & ſublati ſunt funditus & in cendio conflagrarũt. Nec ex alia ira: niſi ex ea quã ipſi ſibi theſaurizaſſent: perpeſſi hæc ſunt & dei aduerſum ſe quodam iudicio: diuino ex conſtituto iam facto: qđ vtiq; more quodam patrio Hebręoꝝ ira nũcuparetur. Et ſane per peſſus eſt dei filius volẽs pro ſalute mortaliũ: quemadmodum ſupra (vt licuit) diximus.
E Poſthæc Celſus ſic inquit. Verũ ne de Iudæis dũtaxat (nõ enĩ id affirmauerim) ſed de vniꝫ uerſa natura: qđ fuerã pollicitꝰ: dicẽdũ ſit: ap tius q̃ ſupra dicta ſunt: demõſtrabimꝰ. Quis aũt qui moderatior ſit & iſta perlegerit: & hu manam imbecillitatem ſatis iam calleat: non huius cõprimat impudentiã: qui de vniuerꝫ ſorũ natura polliceatur redditurũ ſe rationẽ! & haud ſecus in his inſoleſcat: ac alias feceꝫ rat: cum & librũ veritatis titulo annotaſſet! Sed videamus quænam ſint iſta: quæ de quaꝫ uis rerum natura oſtenſurũ ſe pollicetur. Per multis enim deinceps nos criminatur: quia hominis gratia deũ feciſſe vniuerſa dicamus. Nititur enim ex his quæ de animalibus ipſis narrãtur: pro ſui ingenii (vt putat) acumine: nõ magis hominũ q̃ brutorũ animantiũ cauꝫ ſa: vt condita fuerint hæc omnia: demõſtrare. Et mihi ſane videtur hic haud aliter dicere: ac ſolẽt: qui eos quos oderint: ob inimicitiam, earum rerum inſimulent: in quibus ſibi aman tiſſimi quidã collaudantur. Siquidem ea vt in re hos odiũ cæcat: ne videant ſui ſe amantiſſiꝫ mos his incuſare: quibus & carpere inimicos exiſtimant: ſic item & Celſus mente confuſus nihil aduertit, vel Stoicos ſe philoſophos criꝫ minari: qui nil praue hominẽ, ipſum & rationa lem deniq; ipſam naturã: brutis omnibus ante ponũt: quin potius hominis præcipue gratia dicũt prouidentiã omnia condidiſſe. Et arbiꝫ tror equidẽ: q; queadmodũ qui opſonia, & foꝫ rum procurãt, quos Epiphoros dicimus: non alteriꝰ rei de cauſa: niſi hominũ id curę ſuſciꝫ pere: tametſi & canes, & animantia plęraq; raꝫ tionis expertia: vęnalium huius copiæ rerum participent: ita & prouidẽtia in primis rationꝫ nalibus proſpicit: cũ illud mox ſequit: & cæte ra animãtia eorũ in partẽ vt veniãt: quæ para ta ſũt humani generis gratia. Et queadmodũ fallitur: qui fori procuratores non hominibus magis q̃ canibus ipſis proſpicere autumat: qñ & canes vęnalium rerum copia perfruuntur: Sic item longe magis & Celſus ipſe & cęteri q ſecum eadem ſentiunt: in deum impie agunt: rationalibus prouidentem: cum inquiũt. Cur hæc hominibus in cibum potius fiant: q̃ plan tis arboribuſq; hęrbis ac ſentibus! Putat enim in primis non dei opera eſſe: tonitrua ipſa & fulgura: imbreſq;: apertius iam Epicurços ip ſos ſectatus: deinde ſic ſubdit. Vel ſi quis conꝫ ceſſerit dei eſſe hæc opera: alioquin nõ magis mortalibus nobis hæc ipſa parantur in cibũ: q̃ plantis arboribus hærbis & dumis: fortuiꝫ to & non ex prouidentia: vt verior Epicurus accidere iſta permittens. Si enim non nobis po tius q̃ plãtis arboribus hęrbiſq; & ſentibꝰ hęc vſui fuerint: perſpicuũ foret nec a prouidẽtia iſta prodire: vel ſi a ꝓuidẽtia dixeris: ea tamẽ quæ noſtri nõ magis q̃ arboꝝ plantarũ dumo rũq; & hęrbaꝝ curã ſuſceperit ꝓuidẽtia ꝓdiiſ ſe cõſtabit: vtrũq; autẽ impiũ hinc eſſe arguiꝫ tur: & huiuſmodi obuiam dictis ire: huic obſi ſtendo: qui nos ĩpietatis inſimulat: ſtultius fu erit: ſiquidem ſatis ex his quæ dicta ſunt liq̃t: quiſnam ſit impietatis coarguendus. Deinde G
F
ſic inquit: et ſi hæc dixeris hominum cauſa na ſci: plantas, ſ. arbores hęrbas & dumos: cur ho minibus potius naſci hæc affirmaueris q̃ bru tis & efferatiſſimis animantibus! Fatetur erꝫ go aperte nunc Celſus: hanc tantã rerũ varie tatem in terra naſcentiũ: prouidentiæ eſſe nõ opificium: ſed ex atomis coeuntibus tãta hęc extitiſſe: & ea coitione tot plãtarum & arborũ ſpecies hęrbaꝝ & fruticum inter ſe ſimiles eẽ: vt nulla ex arte vel ratio ipſa / hæc cõfirmaueꝫ rit: neq; vt a mẽte ipſa principiũ duxerint: ge quid miraculi eſt excedente. At nos Chriſti le gem ſectantes: qui illiuſmodi cõdidit: deo hęc accenſemus: & in his gratias dicimus fabricãꝫ ti: q; tale nobis parauit eduliũ: nec ſecus & no ſtri ob gratiam vel his qui nobis inſeruiũt ani malibus: qui producit animãtibus fœnum & hęrbam ſeruituti hominũ: educẽs panẽ de ter ra: & vinum vt lętificet cor hominis: & exhiꝫ laret faciem in oleo: & panis cor hominis con firmet. Q̃ ſi vel efferatiſſimis beluis & cibos paraſſet nil mirũ: ſiqdẽ & hęc animãtia vl' phi loſophãtiũ alii idcirco cõdita fuiſſe dixerẽt: vt homini exercitationẽ et negotiũ exhiberent. Nec ſecus et quibuſdã in locis e noſtris ſapien tibus, quidã: ita cõmoneſaciunt: nõ enim dixe

ris:cur hoc:cuiuſve illud gratia effectum eſt? ſunt enim cuncta ad vſum aliquē facta. Deinde cū velit Celſus nō nobis potius diuinā prouidētiam q̄ efferatiſſimis beſtiis quæ naſcunt e terra feciſſe:ſic īfert. Nos igitur laborādo & calamitate ſemper affecti:vix & ſummo cū labore iam alimur. Brutis vero animātibus:nec ſata quidem:neq; exculta:cūcta & paſſim exoriunt. Nil tamen hic cōſpicatus: queadmodū vbiq; deus humanam velit ſapientiā exerceri: ne vel otioſa hæc torpeat: vel inexcogitabilis ad artium inuentionem pmaneat: indigētem hoīem fecit: vt ob eius indigentiā opificia cogeretur excogitare:partim ob cibi neceſſitatē partim ob tegumētorꝝ & veſtium quibus operiret. Siquidem his lōge ſatius fuerat:qui nec eſſent conquiſituri diuina:nec his ſtudiū impenſuri:vt rerū afficerent pœnuria: & ita ad artium inuentionem ſapiētia vterētur:q̄ ſi ex abūdanti omniū copia,vt diuites & opulenti, ſapiētiam demum negligerēt. Earum itaq; rerū carētia:quæ ad vitam ſunt neceſſariæ: hūc illūve cōfirmauit: vt partim agros excolendi modū excogitaret:partim vineas paſtinandi: partim hortos plātādi & irrigādi:partim ędificia fabricādi & æra cudēdi & ferrū: e quo & inſtrumēta artibus futura hisvſui cōflarētur quæ ad victum neceſſaria cōpararēt. Operimenti vero neceſſitas:& textrinā induxit: ſutrinā q; & fullonicam adinuenit:& architecturam edocuit. Et hoc pacto altius euecta eſt ſapientia. Eorū vero quæ ad vitā neceſſaria ſūt: indigētia demū effecit:vt q̄ aliis ī locis gignūtur: nautica ad eos arte deueherētur: qui illis carerent. Fit itaq; vt iure quis queat dei prouidentiam admirari:quæ præter bruta animantia:rationale animal vt ei cōduceret: multarꝝ rerum fecerit indigere: quādoquidem quæcūq; ſunt ratiōis expertia:eſcam in promptu habeant & paratā:vt quæ nullā nacta ſint ad artes occaſionē:& naturale acceperint operimētū: nā vel ſetis obducunt vel pluma: vel vellere operiūtur & ſquamis. Et his quidem ſat ſit reſpondiſſe:quæ Celſus hunc inmodum intulerat:Nos vero inſudādo & calamitate affecti vix alimur. Brutis vero animantibus:nec ſata quidem nec plane exculta e terra paſſim exoriuntur. Poſthæc Celſus propoſiti ſui oblitus: qđ vtiq; erat vt Iudęos & Chriſtianos inſimularet:ſubinfert. Euripidis iābicū a ſua ſentētia alienū:& temere qđ ille enarrat iuadēs: haud ſec⁹ & criminat:ac praue aliqđ dictū. Celſi vero iſta ſunt verba. Si enim Euripidis illud attuleris: Solem cōfeſtim ac noctē mortalib⁹ inſeruire:cur poti⁹ nobis q̄ formicis & muſcis iſta inſeruiant? Illis ſiquidē ad quietem nox fit: dies vero,vt videant & operentur. Patet autem nec Iudæorū nec Chriſtianorū aliquos dixiſſe vnq̄ ſolem nobisvel cœleſtia inſeruire:ſed iuxta quoſdā & Scęnicū philoſophū quēpiā Anaxagoræ de rerum natura philoſophātis auditorem aſſeueraſſe:ex vno aliquo homine rationali ſe illud complecti:quæ vbiq; ſunt:vt cæteris ratione vtētibus ſeruiāt.qđ item vel Euripidis dicto ſignificetur:cū ſolem inquit & noctē inſeruire mortalib⁹. Vl' forte ex ſole & tragicus ille quia faciat lucē: diem denominauerit:plane cōmonefaciens diei & noctis viciſſitudine quæ infra lunā ſunt maxime indigere; cum id minus ita ſe habeat: ſed quæ ſup terrā ſunt hac potius egeant. Dies itaq; noxq; inſeruit mortalibus:& rationaliū gratia ſunt hæc īſtituta. Q; ſi formicę & muſcę iterdiu operā do:& noctu conquieſcendo his item fruūtur: quę hominū ſunt gratia facta:haud tamen formicarum vel muſcarū de cauſa dicendum eſt noctem diemq; factum:ſed vt mortalib⁹ dūtaxat prouideretur. Quin et illud Celſus ſubiūgit. Siquis enim nos diceret eo in beſtias habere imperium:quia alia animantia venando captem⁹:& itē his ipſis veſcamur:reſponſuri id ſumus:quin potius illorum fuiſſe nos cauſa factos:quandoquidē & nos illa plærūq; inter venādum arreptos mox vorent. Accedit etiam: q; ipſi quidē ad hæc cōprehēdenda: & retibus & hominum multitudine: & canibus indigemus:illis vero natura in prōptu cōtulit arma: quibus nos ſibi facile ſubdant. Vides vel hoc loco vt in magnū præſidium tributa nobis ſit ſapiētia:& quibuſuis armis:qs feræ beſtię muniuntur:validior? Nos igitur qui beluis hiſce ſumus infirmiores:quia & breuiores earū nō nullis ſtatura:ſapiētia tamē has ipſas peruincimus:& tantę molis elephātos venādo comprehēdimus:ita vt quę ex feris his animātib⁹ ſunt ad ſeruitutem idonea: noſtræ obedientia manſuetudini faciamus:quæ vero ex ſeruitute videntur nil nobis vſui fore; ſic noſtra cum ſecuritate cōſtringimus: vt vel incluſa cum libuerit habeamus:& occidamus dum nobis ex eorū corporibus ſumēdus eſt cibus: nil ſecus ac cętera q̄ nihil in ſe habeant feritatis. Cōſtituit itaq; cōditor ille rerum:vt rationali huic animāti & eius innatę ſapiētię cuncta ſubiicerent. Quo fit vt plæriſq; in reb⁹ canib⁹ nobis ſit opus:vt ad ouium vel caprarum vel armētorum tutelam:et domus cuſtodiam:ita et bobus:vt in excolēda terra:et ſarcinariis itē quibuſdā iumentis ad onera deferenda vtamur. Nec ſecus ad proſeminati in nobis roboris ex C

ercitationē:leones,vrſos,leopardoſq;,& ſues,
& cætera id genus animātia oblata fuiſſe tra-
D ditur. Deinde Celſus ſic homines ipſos affat
qui & ſui generis excellētiā norint:& quātum
cęteris pſtēt intelligūt. Ad illud em̄ qđ ipſi fa-
temini:a deo vobis permiſſum fuiſſe: vt & tol
lere,& trucidare beſtias liceat: dicturi ſumus
par eſſe vt id olim licuerit: priuſq̄ vel ciuita-
tes cōſtruerētur: vel adinuenta opificia eēnt:
vel hoīes in vnū coirēt:& armorū nōdū eſſet:
vel retiū vſus:ſic hoīes ipſi vel rapti a beluis
vorabanť:cū illa per hoīes nuſq̄ cōphenderen
tur. Aduerte aūt: ꝙ ſi vel beſtias ipſas ſuſtule
rint hoīes:vel hoīes ipſos corripiant beluæ:lō
ge tamen vt plurimū differant:qui per ſapien
tiā vicerint:& quæ feritate & immanitate de
ſæuiendo hos ſuperēt: qui minus valeant ſa-
pientia:pcauendo:ne quid a beſtiis patianť. Il
lud vero ꝙ priuſq̄ ciuitates cōſtruerenť & ar
tes eſſent inuentæ:& hoīes ſimul coirent:prę-
dixit:eius eſſe exiſtimo:qui ſit plane oblitus:q̄
ſupra cōmeminiſſet:vt mundus ſcilicet & in-
creatus & incorruptibilis ſit:& illi dūtaxat q̄
& diluuia eſſent & cōflagratiōes olim perpeſ-
ſi:nō oēs in hęc mala inciderint. Vt em̄ profer
re nequeūt:qui mūdū increatū exiſtimāt:mū-
di principiū:ſic itē nec tempus:quo nec ciuita
tes fuere:nec eſſent adhuc artes inuentę. Sed
eſto vel ipſi ab eo nil diſcrepantes: vt hæc con
cedam⁹:cum ſuis tamen hic dictis nil corre-
ſpondeat. Quid igiť hoc ad id fecerit:qđ Cel-
ſus idē hic dixerat:vt tū primū homines a be-
ſtiis rapti deuorarētur:cū mi n⁹ interea ab ho
minibus beſtiæ caperenť? Si enim per prouidē
tiā factus eſt mundus:& deus cūctis tunc præ
ſidebat:erat oīno neceſſe vt qui ī humanis tūc
agerent:vbi primū eſſe cœperūt: aliquo præ-
ſidio munirenť:qđ a potioribus quibuſdā pro
diret:ita vt a principio ſit diuina natura mor
talibus ipſis admixta. qđ vtiq; Aſcræus poeta
ſat callens:ſic inquit. Cōmunes tūc epulę erāt:
cōmunes & ſedes immortalibus diis cū homi
nib⁹ ipſis mortalibus. Et ſacra quidem iuxta
Moyſen ſcripta & hos induxerunt qui priores
dei vocē exaudiſſent & vaticinia:& angelos ſę
pe viderēt ad ſe vētitaſſe. Par em̄ eſt: vt in mū
di primordiis humana natura plurimū habe
ret præſidii:quoad demū ad aliquē pfectū eue
cti:cū ſapiētiæ: tū cæterarū virtutū: tū artes
excogitandi:per ſe hoīes poſſent & vitā hanc
ducere:ne curatoribus ſemper egerent: & qui
ſe inſtituerēt:cū mira aliqua rerū earū facie &
demonſtratione:quæ pro dei arbitratu mini-
ſtrarentur. Ex his aūt illud conſequēs eſt: fal-
ſum eſſe omnino ꝙ in principio a beſtiis ho-
mines ipſi abrepti:in eſcam his cederent: cum
nihil interea ab hominibus beſtiæ caperētur.
Nec ſecus perſpicuū eſt:vel illud qđ per Celſū E
infertur:mēdacii poſſe coargui: ꝙ hoīes deus
beluarꝫ ditiōi ſubdiderit. Nō em̄ beluis ſubie-
cit hoīes deus. ſed hominū ſapientiæ beſtias
ipſas pmiſit:vt captu faciles eſſent: & ipſis in-
ſuper artibus:q̄ hac ipſa ex ſapientia aduerſus
has pararentur. Non em̄ ſine diuino quodā in
ſtinctu:& ſe homines a brutis hiſce & efferatiſ
ſimis animantibus tuebanť: & hæc peruince-
bant. Neſcius aūt:& nil plane aduertēs: ſtre-
nuus iſte: etſi multis philoſophis prouidenti
am diuinā illā rationaliū gratia feciſſe omnia
aſſerentibus:vel pcipua quædā quantū in eo
fuit:idcirco ſuſtulit dogmata:qa cū his cōue-
nire ad ſapiētiæ ſtudiū Chriſtiana religio vi-
debať:nec plane intelligit quātū iacturæ fiat:
dum verus intercipiť cult⁹:ſi illud ſuſcipit:ꝙ
a formicis & apib⁹ apud deū nil differāt hoīes
Inquit em̄. Idcirco differre hoīes a brutis vidē F
tur:quia & incoluerint ciuitates: & vtunť re
publica:magiſtratibuſq; funguntur. qđ vtiq;
ad rem minime facit. Siquidē apibus & duces
ſint quos & ſequātur:& curent:ſint pterea bel
la:victoriæ:deuictorūq; fugæ:& internicióes:
ſint ciuitates:ſuburbia:& operū ſucceſſiones:
aduerſuſq; ignauos prauoſq; & iura. Nam &
abigunt fucos:& pœna afficiunt. Et ſane neq;
in his qdē hic vidit quidnā ſit inter ea diſcri-
minis:quæ ratione & rationali natura gerun
tur: et quæ rationis inſtinctu quodam et te-
nui opera fiunt:cum nulla his ratio inſit: qua
queant quæ fecerint capere. Quippe cum ni-
hil habeant apes in ſe rationis. Vetuſtiſſimus
aūt et dei filius ille ſubſiſtentiū oīm dn̄s: natu
rā ratiōe carētē idcirco effecit:vt tanq̄ rōna-
lis his pſidio eſſet q̄ nulla ſunt ratione digna.
Ciuitates itaq; apud mortales multis artibus
cōſtiterūt & legibus, & inſtitutis: reſpublicæ
item & magiſtratus: et huiuſmodi cætera vt
cūq; & ꝓprie nūcupenť:inter hoīes ſunt cōſti
tutę. His itaq; haud parū intēti:q rectius le-
ges ſanxerūt:optimas cōſtituere reſpublicas:
nec ſecus & pfecturas:et magiſtratus:quoꝝ in
brutis nil vnq̄ potuit inueniri. Tametſi Celſi
rōnales rerū nūcupationes,& rationalibus at
tributas:ciuitates dico:et reſpub. et magiſtra
tus: vel formicis et apibus aperte detulerit:
cum ac hæc munera:nec formicę: nec apes vl-
piam admittanť:vt q̄ nō ex animi quodā con-
ceptu hęc faciāt. Sed naturā ipſam diuinā mi
rabimur:q̄ vel aduſq; bruta illud prouexerit:
vt plæriſq; in rebus ratione pditos imitenť. Et
forte id egit:vt multis vel ratione vtentibus

perſpicuũ eſſet exemplar: vt formicarũ inſecti
operibus & rem ipſi gerendã aggrediãtur: &
parta iã ſeruẽt: & apũ vbi mores cognouerit:
& ducibus pareant: partianturq́ optima rei⸗
pu. ad ciuitatũ ſalutẽ negotia. Et forſitan apũ
certamina: ad iuſtiora & bene diſpoſita prælia
ineũda: ſunt documento: ſi vnq̃ gerẽda eſſent
mortalib⁹: nec tamen apibus vel vrbes ſunt,
vel ſuburbia: ſed aluei: & adglomerata exami
na: & domo abacta: ita vt ad hominũ vſum &
operenẽ, & quæ importanẽ ſuſcipiant: ſiue ad
corporũ affectorũ curationẽ hi melle vtanẽ: ſi
ue lautiorẽ in cibũ. Nec ſane ſunt quæ ab api⸗
bus in fucos gerunẽ: cũ iudiciis his cõferẽda:
& pœnis quę aduerſus eos edunẽ qui praue in
vrbibus & per inertiã degerint. Verũ (vt ſu⸗
pra iã dixi) naturam in his admirabimur ipſi
diuinã: & ſuſcipiendũ eſſe hominẽ affirmabi⸗
mus: qui poſſint q̃ vniuerſorũ ſunt ſupputan
do aĩo ipſo cõplecti: & ornamentũ his indere:
ne prouidẽtiæ ſolũ diuinæ opera exequatur:
ſed ſua. Cũ vero fecerit Celſus de apibus for⸗
micisq́ mẽtionẽ: vt non mõ Chriſtianorũ: ſed
& cæterorũ hominũ: cũ ciuitates: tũ reſpubli⸗
cas: tũ pſ̃ecturas & magiſtratus: tũ quæ ꝑ pa⸗
tria gerũtur: & bella extenuet: ſubiũgit dein⸗
ceps: & apũ laudes explicat: vt illis collauda⸗
tis hoĩm diſpẽſationẽ in cibis quærẽdis, & cu
rã deniq́ cauilleẽ: & iſtorũ futuræ hyemis prę
notionẽ cõtemnat: perinde acſi non plus quip
piã habeant: q̃ formicæ ratiõis expres: quibus
& ineſſe ꝓuidentiã putat. Quẽ em̃ ſimpliciũ
hominũ qui et rerũ omnium naturam, vel ad
uertere neſciãt vel contẽplari: quãtũ in ſe eſt:
Celſus nõ prorſus auertat: ne opẽ his ferat qui
ponderibus opprimuntur: & laborũ ſe partici
pem offerat: dũ de formicis hæc narrat: vt in
uicẽ ſe oneribus leuent: & vbi ſiquã laboran⸗
tem conſpexerint plane opitulenẽ? Dicet nãq́
rudior aliquis: etſi forte vel inſtruentibus ali
is erudiaẽ: cũ de ſe nihil aduertat: Cũ igitur
a formicis nihil ipſi diſtemus: vbi graui põde
re laborãtibus aliis opẽ tulerimus: cur incaſſũ
id agimus? quãdo nec formicæ quidẽ vt ratio
ne carentes: gloriæ quæ ipſæmet factitent du
xerint: ſi hominũ operibus cõparẽtur? Homi⸗
nes vero qui ob inſitã rationẽ noſſe ſat poſſũt
vti eorũ cõmunicata officia tandẽ viluerint:
offendentur fortaſſe ſi Celſum et eius dicta ad
uerterint: qui ſane nil videat dũ a Chriſtiana
doctrina dehortari hos velit qui ſua ſcripta
perlegerint: queadmodũ vel gentiles ipſos ab
officio pietatis detorqueat: ne prorſus ſuccur
rant grauiſſima onera perferentibus. Opor⸗
tuit autẽ ſi philoſophi is fungebatur officio

vt percepta communi vtilitate: cum vellet in
Chriſtiana religione: quæ prodeſſe viderẽtur
hominibus ſimul euertere: vt & bona quæ cõ
munia Chriſtianis cum cęteris mortalibus iu
dicaret: extolleret: ſi fieri poterat: & operã his
ſimul impenderet. Qđ ſi ſemina & ex his edi⸗
tos fructus deponunt formicæ: ne diſperganẽ:
& maneat his in annũ quo veſci queant: haud
tamen ea mente id facere illas exiſtimãdũ eſt:
ſed naturã ipſam id operari: quæ vel bruta ex
ornat: vt eſt rerum omnium parẽs: & ex ſe nil
penitus, nec minima quidẽ prætereat: nec vl⸗
lum patiatur ſuæ rationis veſtigiũ intermit⸗
tere. Ni forte clam velit ꝑ hæc Celſus (ſolet nã
q́ Platonẽ in plurimis imitari) ꝑſimilẽ eſſe
omniũ animã: nec quicq̃ ab ea hanc ipſam dif
ferre: q̃ formicis inſit & apibus: qđ vtiq́ eius
fuerit: qui animã e cœli cõuexionibus ad hu⸗
manũ nõ ſolũ corpus traduxerit: ſed vel in cæ
terorũ impegerit animantiũ corpora. Cui opi
nioni Chriſtiani homines nihil aſſentiunẽ: vt
qui perſuaſum iam habeant ad imaginem dei
eſſe hominis aĩam figuratã: vt videant plane
fieri nõ poſſe: vt q̃ ad imaginem dei, vel natu⸗
ra ipſa ſit cõdita: penitus queat ſui ipſius cha
racteres abolere: & alios neſcio quos demũ re⸗
ſumere: q brutorũ quorũdã imaginẽ pſ̃erant.
Sed cũ perfunctis vita formicis: q̃ ſuperſtites
fuerint: ſeorſum inquiat Celſus: locũ decerne
re: & hunc his eſſe pro patrio more ſepulcrũ:
dicendũ: quo plures ratione carentibus aggeſ
ſerit laudes: eo magis, vel ſe inuito, rationalis
naturę opus exaugebit: quę vniuerſa exornet:
et humanam ſolertiã patefaciat: quę oratione
queat brutorũ animantiũ exornare affectus.
Celſus vero cũ ſentiat nec rationis eſſe exper⸗ C
tia q̃ ad cõmunẽ omniũ opinionẽ bruta vocã⸗
tur: nec formicas duxerit ratione carere: Is in
quã qui de vniuerſorũ natura dictorũ ſe polli
cetur: & veritatem libri iactat inſcriptione: de
formicis: tanq̃ mutuo ſermone vtentibus: iſti
uſmodi ſubdit. Et ſane quidẽ dũ ſe offendunt
& diſputant, & colloquũtur: quo fit vt nec via
aberrẽt. Erit igiẽ & perfecta apud iſtas oratio:
et de ſumma rerũ quarũdã cõmunes ſententię
& editę pinde voces: et exiſtẽtia qđã et ſignifi
cata: Fit em̃ per vocẽ alterna hæc diſceptatio
aliqđ prę ſe ferẽtẽ ſignificãtiæ: de hiſq́ & ple
raq́ denũtiantẽ: q̃ accidẽtia dicim⁹. & hęc qui
dẽ vel formicis ineſſe fateri: cur nõ prę cęteris
fuerit irriſione digniſſimũ? Nec veritus tamẽ
his addere: quæ poſteris patefaciãt ſuorũ do⸗
gmatum fœditatem. Age inquit: ſi quis e cœ⸗ D
lo in terram deſpectet: quidnam huic appare⸗
bit eſſe diſcriminis: inter ea quæ ipſi geſſeri⸗

mus: & q̃ per formicas & apes gerant? Enim uero q iuxta Celſi ſuſceptã materiã e cœlo in terrã deſpexerit: & mox q̃ per hoĩes fiũt aduer tat: & q̃ per formicas agant & apes: nũ vbi in hominũ corpora: & formicarũ & apiũ ſupne hic intẽderit oculos: nõ hos ratiõe duci mẽte q̧ & cogitatione moueri intelliget! illa vero et temere agi quocũq̧ impetus tulerit: & nul la cũ ratione: ſed imaginatione dũtaxat: & na turæ iſtinctu quodã deferri! Sed fuerit quidẽ abſurdius vt q e cœlo ad terras demiſerit ocu los: ſi hominũ formicarũ & apiũ: e tanto inter uallo: corpora dũtaxat velit inuiſere: nõ longe magis mẽtis aĩorũq̧ naturas inſpicere: & mo tuũ ipſorũ originẽ: vtrũ ratiõalis an rõnis illa ſit expers. Q; ſi motionũ & impetus fontẽ qs ſemel ſit cõteplat⁹: haud dubie & horũ diſcri mina internoſcet: & quãtũ hoĩes ipſi p̃cellant: ita vt nõ modo formicas & apes hi lõgo inter uallo excedãt: ſed elephantos & maiora hmõi animãtia. Cũ aliogn q e cœlo ad inferiora iſta obtutũ deflexerit: in brutis quidẽ: etſi ingenti ſint corporis mole: nullũ ſpectabit ineſſe pri matũ: niſi irrationalitatẽ (ita vt dixerim) quã dã: in his vero: vt rõnalibus: rationem: quę vti q̧ cũ diuinis & cœleſtib⁹ ipſis: vel cũ deo com munis eſt homini: qppe q ad dei dicit̃ imaginẽ factus: ſiqdẽ dei imago: q cũctis p̃ſideret reb⁹:
E eius eſt verbũ. Cæterũ cũ mortaliũ genus de primere in multis cõtẽdat: & brutoꝝ ſimilli mũ reddere: nec de his p̃terire qdpiã velit: qđ ſit hiſtoriæ p̃ditũ: & maiora qđã p̃tendat: vel magicã brutis qbuſdã ineſſe artẽ affirmet: & ne forte hanc ſoli hoĩes iactent: & in ea nolint bruta hęc anteire: ſic ſubdit. Q; ſiqd hoĩes ma gicis carminibus ſapiãt: iã ea in re ſapiẽtiores ſunt lõge ſerpẽtes et aquilæ: norũt em̃ p̃mul ta: q̃ & venena decutiant: & mala propulſent. Accedit etiã & lapidũ quorũdã vt calleant vi res: ad nidi & pullorũ ſalutẽ: quæ qdẽ ſi hoĩes aſſequant̃: mira q̃dã adeptos ſe arbitrent̃. Pri mũ qdẽ neſcio quo pacto brutorũ animantiũ in phyſicis hiſce medelis, ſiue peritiã, ſiue na turalẽ conceptũ magicã dixerit: quaſi in aliis id magici nominis plane deſierit: ni forte clã velit: vt Epicuręus: carpere iſtiuſmodi reꝝ & vſum: tanq̃ in magorũ hic pollicitationib⁹ cõ ſtet. Sed cõcedatur vt in eius artis cognitione hoĩes inſoleſcãt: ſiue in ea ſint peritiores, ſiue minus periti: verũ quo pacto: vel ea in re ſapiẽ tia ſerpentes excelluerint hoĩes: qa fœniculo ad oculos exacuẽdos: & citatiore motu vtun tur: cũ id natura tãtũ illis ſit inſitũ: nõ vt men te & cogitatione eã rẽ aſſequant̃: ſed inſtinctu naturæ quodã id agãt! Homines vero non ex ſimpliciore ipſa natura: vt deduci ſerpentes ſolent: ad iſta deueniũt: ſed experiẽtia partim: partim doctrina: et coniectura plærũq̧ vel ar te. At aquilas dixeris: Aetitem lapidẽ ad pullo rum ſalutem repertum: ad nidũ perferre. Sed vndenã illud? nũ quia ſapientiores ſunt aqui lę: vel quia homines ſapientia antecedant: qui experientia quadã ãminiculũ illud: qđ aquilis eſt natura tributũ: animo & cogitatione inue nerint: & conſiderate vtant̃? Eſto p̃terea vt & alia quædã beſtiis innoteſcãt: quæ ad medelã mirifice iuuent: quid igitur ad illud id fecerit: cũ nõ natura ſit horũ inuẽtrix ſed ratio: quæ talia in brutis ipſis dep̃hẽderit? Si em̃ ratio vt beluis inſita hæc inueniret: non in ſerpẽtibus dũtaxat illud cõperiretur. Inſit p̃terea ſecũ dũ aliud quippiã aquilæ: tertiũ ve: & aliis itẽ et cęteris animãtibus: vel ſi placet: quæcunq̧ ineſſe hominibus cõſtat: eſt tamẽ ex eo perſpi cuũ: quãdo ex conſtituto pro cuiuſq̧ bruti na tura et adiumẽta cõſentanea ſũt: nec ſapiẽtiã illis ineſſe: nec rationẽ: ſed naturalẽ inſtinctũ ſalutis gratia quẽpiã: per rationẽ his inditũ.
Q; ſi in his vellem cũ Celſo ſentire: Salomonis F
illud ex parabolis mox ipſe p̃ducerẽ. Quatu or ſunt minima terræ: & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: formicæ: populus infirmus q p̃pa rat in meſſe cibũ ſibi: lepuſculus plebs ĩualida: q collocat in petra cubile ſuũ: regẽ locuſta non habet: & egreditur vniuerſa p turmas: ſtellio manibus nititur: & morat̃ in ędibus regis. At nequaq̃ dictis his vtimur: perinde apertiori bus: et ſatis patentibus: & inſcriptioni huic cõ ſentanea: inſcribitur enim liber parabolæ: ſed tanq̃ ænigmata iſta cõquirim⁹. Eſt nãq̧ viris hiſce cõſuetudo: vt cum aliud ex ſcriptione ipſa p̃tulerint: aliud latentiori ſenſu deſignẽt in ſpecies multas hæc ipſa diſpartiãtur. e quo rũ numero: ſat eſſe parabolas conſtat. Idcirco in euangeliis ſcribit̃: Saluatorẽ noſtrũ hęc tra didiſſe. Hæc in parabolis locutus ſum vobis: venit hora vt nõ vltra in parabolis loquar vo biſcũ. Nõ igit̃ ſenſibiles iſtę formicę ſapientio res ſunt ſapiẽtibus: ſed qui in prouerbioꝝ per inde ſpecie demõſtrãt̃. nec ſecus poterit & de cęteris animantibus dici. Sed ſimplicia admo dũ & rudiora exiſtimat Celſus: quæ cũ Iudæi tũ Chriſtiani literis prodidere: & putat qdẽ q illa interp̃tant̃: vbi id egerint: ſcribẽtiũ volun tatẽ violẽtius corrupiſſe. Ex his igitur arguit̃ Celſus fruſtra nos carpere: & ei⁹ deniq̧ ſermo falſitatis conuincitur de aquilis et ſerpentib⁹ habitus: quo illos decernit hoĩbus eſſe prudẽ tiores: et ſapiẽtia hos anteire. Vult præterea multis diuinitatis cognitionẽ oſtendere: p̃ter

cætera animantia homini nõ eſſe pcipuá: ſed brutorũ eſſe nõnulla:quæ vtiq̃ q̃ dei ſunt norint:de quo tã varie ſenſerint: vel perſpicacio res illi & ſũmo ingenio viri:q vbiq̃ terrarũ tã Græci q̃ Barbari extitere. Vñ ſic inquit. Si eñ homo diuinæ mẽtis eſt capax:& idcirco pcellere cæteris animãtib⁹ exiſtimaẽ: intelligãt q hoc ipm fatenẽ:vel aliorũ aïaliũ plærãq̃ fore q̃ ſibi id vẽdicẽt:& iure qdẽ. Quid eñ qſpiã diuinius eẽ ptulerit:q̃ futura pnoſcere:& longe hęc ante ſignificare? id igiẽ hoïes ab aliis animantibus et auibus pſertim ediſcũt:& qcũq̃ illarum portẽta intelligũt: vates dicunẽ & augures. Si aues itaq̃ nos & aïalia quęuis alia:ex deo vaticinãtia:futurorũq̃ pſcia: ex ſignis cõmonefaciũt:eo magis apparet effecta hæc eſſe deo ppinquiora:ſapientiaq̃ pollere: & illi itẽ eſſe gratiſſima. Ferũt aũt & q inter hoïes ſapiunt & collocutiões his eẽ:vel nrĩs qdẽ lõge plurimũ ſanctiores:& eorũ nihil hęc fugere: q̃ geranẽ:& de re ipſa pferre:queãdmodũ fiũt: cognitionẽ. qđ vtiq̃ pdicẽdo q̃multa aues ipę affirmãt:vti & verba q ſe cõſulãt fecerint:& cuiuſmodi fecerint: & quo ſe contulerint: hoc illud ve vt facturi deniq̃ ſint. hęc ſane aues vel delapſu quodã, & volitatu, vel garritu pmonſtrãt. Elephãtis vero nil ſancti⁹ eẽ videẽ:nec erga deos, vel fide, vel pietate maiori: nimirũ q diuinitat[ ] habeãt notionem. Aduerte aũt quẽadmodũ vel ea q̃ cũ apud Gręcos: tũ apđ Barbaros q̃ſita ſint:ſiue hæc ipſa hi adinuenerint: ſiue a dæmonibus qbuſdã didicerint: q̃ de auguriis & aliis animãtib⁹ phibenẽ:a qb⁹ portẽdi nõnulla hoïbus & pdici Celſus affirmat. Et inprimis qdẽ q̃ſitũ eſt: vtrũ augurandi ars vlla extaret:& vtrũ p bruta hęc deniq̃ vaticinia fierẽt:an minime? Secũdo apud eos, q per aues vaticinia fieri poſſe admittũt:nil conuenitur: queãdmodũ fiant. Siquidẽ per dæmones partim:ſiue p deos:quorũ eſt vaticinãdi id munus motus illos affirment in beluis fieri:& auibus itẽ ad varios volitat⁹, & varias voces:in cæteris vero vt ſeſe iſtorſum illorſum ve moueant:partim aũt & mot⁹ fieri his longe diuiniores:ad quos & illud accedat: q̃ accõmodatiores ad id ſint iſtiuſmõi animantium animi:qđ prorſus eſt incredibile. Oportuit aũt:ſi in vero hæc ſenſerat Celſus:vt plane oſtẽderet quẽadmodũ bruta hęc animãtia diuinitatis in ſe pl⁹ quippiã & ſapiẽtiæ q̃ hoïes ipſi haberẽt: & plurib⁹ cõfirmaret magicã artẽ ſubſiſtere: & aptius qb⁹ id tuereẽ, & clariorib⁹ argumẽtis mõſtraret:& explicati⁹ arguendo eorũ dicta q iſtiuſmodi vaticinia tollerẽt:iprobaret: nec ſecus & hos refutaret qui a dæmonib⁹, ſiue diis affirmẽt ad vaticinãdũ beſtias cõcitari:et demũ aſtrueret has ipſas:etſi rõnis expertes:animũ nactas eſſe diuiniorẽ. Sic forte & nos ei⁹ p ſuaſionib⁹: ſiqd tãtis in rebus philoſopho dignũ p ſe tuliſſet:inhęſiſſem⁹:cõfutando qdem aïantia ipſa rõne carẽtia:hoïem poſſe ſapiẽtia ſupare:falſitatis vero coarguendo: diuinitatẽ hæc magis q̃ ipſos nos ſapere:et ſanctiora inter ſe habere colloqa. Nũc vero q nobis in crimen aſcribit:q̃ in deũ vniuerſorũ pſidẽ credimus:dignũ ducit:vti et illud credamus: auiũ aïas fuiſſe & mẽtẽ nactas lõge magis diuinam et clariorẽ q̃ hoïes habeãt: qđ vtiq̃ ſi verũ eſt habiturę ſunt ergo & aues clariores de deo ſẽſus q̃ habeat Celſus. Nec ſane mirum:ſi ea ĩ re Celſum aues puicerint: qui hominẽ ipſum tã enixe extenuet et paruifaciat. Qui etiã quãtũ in Celſo fuerit aues ipſę mentis diuinitate atq̃ pſtantia non ſolũ nos Chriſtianos, et Iudæos ſimul exceſſerint:qui nobiſcũ eiſdẽ ſcriptis vtuntur:ſed eos etiã q apud Græcos theologi extitere. Diuinitate ergo iuxta Celſum auium genus:pſtãtiorẽ lõge naturã acceperit q̃ Pherecides, vel Pythagoras ipſe, vel Plato:et nimirũ adeundę nobis aues fuiſſent: pinde ac inſtructrices:vt ſuis nos vaticiniis: quæ futura ſunt edocerẽt:ſic itẽ et mortalibus ipſis ambiguitatẽ omnẽ de diuinis adimerent:cũ de his ſententiã promerẽt:q̃ clarius cõcepiſſent. Celſum igiẽ exiſtimãtẽ ab hoïb⁹ ſic aues differre illud plane ſubſequiẽ: vt auibus dũtaxat vtaẽ magiſtris, nõ alio quouis apud Gręcos philoſophantiũ. Nobis vero ad ea q̃ propoſita ſunt: pauca e multis dicenda fuerint:coarguẽtibus opinionẽ, nõ min⁹ ingratã q̃ falſam, in ſuũ cõditorẽ cõceptã. Homo nãq̃ Celſus cum ſit:in honore cũ eſſet nõ intellexit:& idcirco nec cũ auibus cõparandus eſt:& pecudibus aliis: qb⁹ putat vaticinandi vim quandã ineſſe: ſed illis potius de primatu cõcedẽs:enixius lõge q̃ ipſi Aegyptii:q bruta q̃dã vt deos adorãt: ſeipm ſubiecerit. Et quantũ in eo eſt, vel vniuerſum hoïm gen⁹: tanq̃ de diuinitate illi deteri⁹ ſentiãt:q̃ ſenſerint aues:rõne carẽtiũ ditioni ſuppoſuit. Sed in primis (ĩqt) illud q̃raẽ: cõſtet ne p aues & cęteras animãtes:q̃ & fatidicę eſſe credanẽ:ars iſta vaticinandi an minime? Non eñ cõtemnẽda ſunt dicta q̃ poſſunt in vtrãq̃ partẽ pferri. Fit itaq̃ vt illud nõnũq̃ admittere vereaẽ:q̃ rationale ſit animal:p dæmonum vaticiniis:& his demũ poſthabitis haudquaq̃ auibus ipſis vtatur:nõnũq̃ vero multorum apertioribus teſtimoniis dicit fuiſſe q̃plurimos maximis idcirco periculis liberatos:quia fidẽ auguriis pſtitiſſent. Sed concedaẽ impræ

ſentiarũ cõſtare auiũ hæc auguria: vel hoc pa
D cto id opinãtibus: & ea iápridẽ captis opinio-
ne: oſtẽderim equidẽ lõge plurimũ hominem
brutis animãtibus & vaticiniis hiſce ſuperio
rẽ: nec quoq̃ pacto hũc eſſe cũ his conferendũ.
Nam ſiqd beſtiis ineſſet diuinę naturæ futura
præſagiẽtis: & quæ tã affluẽs eſſet & copioſa:
vt abſide & voleti cuiq; futura denũtiaret: ꝑ
fecto habita prius earũ rerũ quæ ſe pertinge-
rẽt ratione: pręcauerẽt ne ea aduolitarẽt qua
ad ſe captandum hoĩes pedicas, & laqueos po
ſuiſſent: & ſagittas maxime deuitarent: & aq-
læ itẽ iam pręſciæ pullis inſidiatum iam iri: ſi
ue per angues ad hos perdẽdi ob cauſam eua-
dẽtes: ſiue per homines: vel ad ludibriũ illos:
vel ad medelã capturos: nequaq̃ nidificarent:
vbi eſſet futurũ vt pullis pararent̃ inſidię: vel
nullũ deniq; huiuſmodi animantiũ ab homi-
nibus capi tam facile poſſet: quippe quæ homi
nes diuinitate et ſapiẽtia anteirẽt. Qꝫ ſi & ali-
E tes bellum inter ſe gerũt (vt Celſus inquit) &
naturã habẽt augurales aues diuinã: & ſine ra
tione animantia, diuinitatis & ſenſum: & fu-
tura pręnoſcũt: quæ oĩa iam ſupra expoſui:
haudquaq̃ Homericus paſſer eo eſſet in loco
nidiculatus: vbi futurũ erat vt draco: cum ſe-
tum pullos deperderet: nec rurſum: vt poeta
idem affirmat: & draco nil pręcauiſſet ne per
aquilã raperet̃. Num igit̃ aquila dũtaxat erat
fatidica? Draco vero quãdoquidẽ hoc animan
te augures ipſi vtuntur: nequaq̃ erat futuri iã
præſcius? Cur ergo: vbi in integro eſt qđ eligi
poſſit: nõ vtriq; arguãtur fatidici? Non enim
draco ſi fuiſſet fatidicus nõ ſibi cauiſſet ne ab
aquila hæc illave pateretur. Poſſunt vel innu-
mera alia produci exempla: quibus id aſtruat̃:
animantibus hiſce et brutis animã minus in-
eſſe: q̃ in ſe vaticinandi vim habeat. Sed iuxta
poetam hunc ipſum olympus multos morta-
lium in lucẽ emiſit: & Apollo ad aliquam ſigni
ficantiã accipitre vtitur nũtio. nimirũ Apol-
F linis celer is dicitur nuntius. Iuxta nos vero:
prauos conſtat eſſe hos dæmones: & vt ita di-
xerim: titanicos: ſiue gigãticos quoſdã ergave
rum deũ, & cœleſtes angelos ad impietatem
redactos: & e cœlo præcipitatos: & circa cor-
porum craſſiora in terra hac volutari: aliquã
nactos de futuris cognitionẽ: vt q terreis ſint
hiſce corporibus liberi: & in eo verſent̃: vt pla
ne puelint humanũ genus a vero deo ſeduce-
re. Vnde & animalia ſubeunt: ſiue quæ rapa-
ciora ſint & agreſtia: ſiue quæ cautiora & va-
fra: ita vt hæc & pro arbitrio cõcitent: & quo
uis tẽpore libeat iſtorũ imaginationes & ani-
mi ĩpet⁹: ad volitat⁹ & mot⁹ aliquos vertant:

vt hoĩes auſpiciis capti: quę his ineſſe credide
rint: nec deũ qui cũcta cõ ple ctit̃ quęrant: nec
verũ cultũ expẽdant: ſed tota mẽte in terram
procũbant: aueſq; & dracones: vulpes inſuper
& lupos ſectent̃. Siquidẽ per idoneos quoſdam
ſit obſeruatũ: efficaciores rerũ prænotiones:
per huiuſmodi animantia fieri: perinde ac in
domeſtica cætera & hominibus aſſueta: nõ eã
vim habeant dæmones: quã in efferatioribus
habẽt: quæ ob vitiorum ſimilitudinem: ſi dici
vitia poſſunt quæ iſtis ingenita ſunt: ad faci-
nus omne exercent. Vnde ſi quid vnq̃ in Moy G
ſe ſum demiratus: vel illud dignum miraculo
duxerim: ꝙ vbi animalium naturas nouiſſet:
ſiue quę de iſtis tradũtur: ex deo perdidiciſſet:
calleretq; itẽ & quæ dæmonum ſunt: & vt cui
q; animanti hi eſſent propinquiores: ſiue ipſe
ſapientia quadã prouectus: ea compererit quę
de animantibus ipſis definiũtur: omnia quidẽ
dixit eſſe immũda: quæ apud Aegyptios & cę
teros hominum vaticinandi vim habere cre-
duntur: & omnino mũdiora illa exiſtere: q̃ nõ
iſtiuſmodi forẽt: ita vt inter immũda habeat̃
apud Moyſen lupus: & vulpes item & draco:
aquilaq; & accipiter: & huiuſmodi alia. nec ſo
lũ in lege: ſed in prophetis etiã hęc cõpertur⁹
es animãtia: ad peſſima prorſus exempla fuiſ-
ſe deſumpta: nec vulpis nomen, nec lupi fuiſ-
ſe vnq̃ ad bonum aliquod vſurpatum. Videt̃
itaq; dæmonũ cuiq;: pro eius eſſe & ſpecie con
municatio quædam ad ſingulas animãtiũ ſpe
cies. Et quemadmodũ inter homines homini- H
bus aliis validiores ſunt quidam: vel agilitate
ipſa, vel viribus: ſic inter dæmones fortiores
nõnulli extiterint. Et plane vt liquet ad homi
nũ deceptiones animalibus hi ꝑ ei⁹ arbitratu
vtũtur: q mũdi prĩceps noſtris in literis voci
tatur: alii vero per aliã quãdã animantiũ ſpe-
ciẽ futura denũtiabũt. Et vide q̃ ſint dęmones
iſti flagitioſi: vt eoꝝ inſtinctu, vel virgũculas
ipſas deſumãt vaticinãdi gratia qdẽ. Sed tuo
iudicio illud ꝑmiſerim, vtrũ horum ſit potius
admittendũ: ꝙ deus ipſe: eiuſq; filius: aues vel
cæteras animãtes ad edenda vaticinia moue-
ant: an qui animãtia hęc hominib⁹ ipſis aſtan
tibus concitant: improbi dæmones ſint & im-
mũdi: vt ſacre literę nũcupant. Qꝫ ſi idcirco
diuina eſt auiũ anima quia futura prędicunt:
cur nõ potius hominũ: quãdo et his admittũ
tur oracula: & auditu percipiunt̃? Diuina igi
tur aliqua iuxta hos erat Homerica auis quæ
procis ꝑdixerit: poſtremo ſe ibi tunc cœnatu-
ros. En vero diuĩa hęc fuit: atq; Vlyſſes ille &
tãtus: & Mineruę amicus: diuinę alitis diuina
tiõib⁹ cognitis lętitia: vt inqt poeta: afficieba

A tur ex edito Iouis oraculo. Aduerte autē ꝙ ſi
diuinum aues animū habēt: & deū ſentiūt: vł
deos: vt Celſus appellat: perſpicuū erit vł nos
hoīes e quadā nobis qualitate innata: & ea qui
dem vaticinabili: animū ſubeūte iam: ſternuta
re: ſiquidem id ita accidere multorū teſtimo-
nio confirmatur: vnde & Homerus ſic inquit
Hic vero ſupplicante illo adſternutabat. Idcir
co & Penelope ipſa illud ſubiecit. Non vides
o mi fili vt his verbis adſternutaueris? Atq; qđ
in vero diuinū eſt: ad futuri cognitionē nec ir
rationalibus his vtiť beluis: nec quibuſuis ho
minū ſed ſanctiſſimis duntaxat & puriſſimis
quorūdam mortaliū aīs: quos & deo complet
& prophetas reddit & vates. Quocirca ſi ali-
ud quippiā in Moyſi lege mirifice dicitur: vel
hæc fuerit illi adnumerāda. Nolite augurari.
& alibi: Gētes iſtæ quarū poſſidebitis terram
augures & diuinos audiūt. Tu aūt a domino
deo tuo aliter inſtitutꝰ es. Deinceps ſic ſubdit
Prophetā ſuſcitabit dn̄s deus tuus de fratribꝰ
tuis. Cum autem olim per augurem deo colli-
buiſſet ab auguriis populū dehortari: effecit
vt i augure ſpūs loquereť huiuſmodi. Nō eſt
auguratio in Iacob: nec vaticinium in iſrael: p
tempora nuntiabitur Iacob & Iſrael qđ factu-
rus ſit deus. Hæc itaq; & his ſimilia nobis cū
innotuerint: libet mandatū id myſtice denun
tiatū vt obſerueť. Omni cuſtodia ſerua cor tu
um. Cauēdum quippe ne quid qđ dæmonum
ſit mentē inſcendat: vel ſpiritꝰ aduerſantiū ali
quis ad ea quę vult vertat imaginationem no
ſtram. Optamus aūt vt illuceat cordibus nr̄is
illuminatio ſcientiæ claritatis dei: diuino ſpi-
ritu animū ſubeunte: & nobis q̄ dei ſunt ſug-
gerente. Quicunq; eñ ſpiritu dei aguntur: hi fi-
B lii dei ſunt. Sciendum pręterea haudquaq̄ eſſe
omnino diuinū futura prænoſcere: quippe qđ
ſecundū ſe mediū ſit: & in prauos etiā quoſdā
vrbanoſq; itē cadat: nā & medici multorū ſūt
ex arte medica pręſcii: tametſi deprauatis ſint
moribꝰ. ſic itē & nauiū gubernatores: et ſi per-
diti ſint & ſceleſti: ex obſeruatione tñ quadā
& longa experientia: & ventorum præuident
ſigna: & turbines: reuolutiones inſuper: quę in
hoc terræ ambitu fiunt: haud tamē idcirco di
uinos eos quis dixerit: ſi moribus ſint prauis
imbuti. Falſum igitur eſſe conuinciť: qđ Cel-
ſus hunc in modum prædixerat: Quid eñ di
uinius quiſq̄ attulerit q̄ futura prænoſcere: &
C longe hæc ante ſignificare? Nec ſecꝰ & falſita-
tis illud arguitur: animantium plęraq; ſenſus
ſibi vendicare diuinos: nihil enim in ſe habet
diuinitatis animalium mens ratione carenti-
um. Demum & illud falſo aſtruit: diuinis col-
loquiis bruta eſſe propinquiora: quādo vel ho
mines vbi ex improbis ad ſummū pfectū eua-
ſerint: longius abſunt a dei ſermone: illi dūta-
xat qui in vero ſunt ſapientes: & pietate nil ſi-
mulata: cū deo loquūtur: quales iuxta nos ex-
titere cum pphetæ: tū Moyſes: cui ex puritate
multa & abūdanti: quod tradiť hunc in modū
teſtimoniū perhibet. Moyſes ſolus aſcendet ad
deum: alii aūt non appropinquabunt. Verum
quo pacto ab eo tam impie: qui nobis impieta
tem obiectat: editū eſt: non ſolū hominū bruta
hæc ſapientia anteire naturā: ſed dei eſſe amā-
tiora? aut quiſnā nō a recto diuertat mox ani-
mū qui Celſo fidē pręſtiterit: draconē, ac vul-
pē, lupū, & aquilam, accipitrēq; fatenti: maio
ri eſſe erga deū affectu: q̄ ſit humana natura?
quo fit vt Celſum id ſubſequatur: vt dici iure
id poſſit. Si deum beſtiæ vehementiori quodā
q̄ homines pſequūtur amore: liquet ergo nec
Socratem ipſum: nec Pythagoram: nec Phere
cidem: & quos paulo ante extuleras laudibus:
græcorū theologos: charitate in deū exceſſu-
ros eſſe hæc animantia. Sed illđ Celſo quis cō
precetur. Si eñ deo hæc acrius longe q̄ hoīes
ipſi afficiunť: velim equidem & ipſe ſis huiuſce
pietatis in deum cū beluis particeps: & iſtorū
perſimilis: quæ iuxta te hoīes erga deū obſer-
uantia ſuperēt. Sed age: neminē eſſe huiuſmo
di aliqd ſuſpiceť: verū quiſnā nō illud optaue-
rit: eorum ſe ſimilē reddi: quos dei duxerit eſ-
ſe amantiores: vt & ipē nil ſecꝰ ac illi pari qua
dā afficiať in deū beniuolentia? Deinde cū pla D
ceat Celſum mutorum colloquia animātium
noſtris eſſe admodū ſanctiora: non quibuſuis
hominum: ſed ſapientibꝰ dūtaxat: id rei demā
dat: vt difficile cognitu: cū in vero hi ſint ſa-
pientes: qui & ſolertiores & probi extiterint.
Siquidē improbus nemo dici ſapiēs poteſt. In-
quit igitur. Ferunt eñ qui inter hoīes ſunt ſa-
pientes: & mutua eſſe brutis colloquia & nr̄is
ſane his ſanctiora: & ſe quidem quæ dicantur
pernoſſe: & re ipſa oſtendunt ſe horum nil fu-
gere: vbi plane prædicunt: quonam abituræ
ſint aues: quidue facturæ hoc illudue etiā pa-
tefaciunt: cū eo illæ ſe cōferant: & fecerint pla
ne: quæ ipſi prædixerint. Et ſane vt veritas ha
bet: nemo ſapiens iſta conſcripſit: nec brutum
eſt aliquod vnq̄ ſermones ſanctitate noſtros ſe
anteire profeſſum. Qꝫ ſi dū Celſi dicta inquiri
mus: quid ſubſequatur: conſideremus: liquet
profecto ad eius opinionem ſanctiora admo-
dum eſſe quæ inter ſe cōtulerint bruta: q̄ Phe
recidis Pythagoræ Socratis & Platonis viro-
rum pręſtantiū: & aliorū philoſophorū ratio-
cinatio ſit. qđ vtiq; vel abſurdiſſimum eſſe ar

gnitur. Quod aũt & credamus ex auium voce ni hil ſignificante nonnullos perdiſcere: quoſe illę cõtulerint: & quid præterea fecerint: quid ue portẽdant: vel id quidẽ fatebimur p dęmo nes hoĩb⁹ ſignificatũ: vt ab his fallant̃ morta les: & a deo ſuo auulſi: a diuinis & cœleſtibus
E ad inferiora iſta mentẽ detorqueãt. Nec plane intelligo: quo pacto Celſus elephantorũ iuſiu randũ vſpiam audiuit: & fide erga deũ vt nos hi antecedant: & diuinitatis habeãt cognitio nem. Et ſane nil me præterit: permulta & mi rabilia de animalium cũ natura: tũ manſuetu dine fuiſſe hiſtoriæ demandata: & alioquin de elephantico iſto iureiurãdo nil cuiq̃ ꝑditum eſſe ſat ſcio. ni forte illorũ placiditatẽ vbi no bis inſueuere: mãſuetiores iã redditi: perinde ac ſi cũ hominib⁹ id illi ſemel pepegerint: ſer uatũ ab his iuſiurandũ hic dixerit. quod vtiq; falſũ ẽ: nã etſi rarẽter: hiſtoriæ tñ id ꝑdit̃: edo mitos & manſuefactos iam elephantos in ho mines deſęuiſſe: & idcirco vt nõ vſui vltra fu turos: neci damnatos. Proxime aũt vt & illud cõfirmet: ſecundũ ſe vel pellicanũ pietatis of ficio hominẽ ſupare: q̃ de hoc animãte narrãt̃ aſſumpſit: vt & vicem reddat: & eſcam deferat genitoribus. Ad quod dicendum: non ex offi cii contemplatione pellicanos id facere: nec co gitatione aliqua: ſed natura id vt faciant duci hac ipſa volente quę has aues parauerit: vt vl̃ in mutis animantibus hoĩes exẽplar haberẽt: qđ & intueri iam poſſent: quemadmodũ gra tiæ ſint reddendæ parentibus. Quod ſi intellige ret Celſus: quantum interſit ſi ratione id fiat: vel nullo rationis inſtinctu: ſed natura dunta xat duce gerat̃: haudquaq̃ pellicanos hos dice ret, hoĩes pietate peruincere. Quis etiã Celſus ꝑinde ac ſi pro brutis tutãdis decertet: & iſto rum ſuſceperit patrocinium: Arabicũ animal phœnicẽ deſumit cõmemorãdũ: quemadmo dum in ęgyptum ſecedat: defunctumq; geſtet parentẽ ſmyrnea ſphęra recõditũ: deponatq; vbi ſolis ſit ſacrum. & id quidem hiſtoriæ pro ditum eſt. Poteſt alioquin ſi verũ id fuerit vel naturæ eſſe id mun⁹: diuinę ꝓuidentię largita te: quæ & in animaliũ diuerſitate: hominib⁹ ꝓ ferat q̃ varia ſit eorũ ſtructura quæ in mundo ſunt: vt vel auẽ & animal quoddã brutũ ptin gat: qđ ſolũ ſit & vnicũ cõſtitutũ: & ob id qui dem demirari nos faciat: nõ animal tantũ: ſed
F qui illud condiderit. Cæterum his omnibus & illud Celſus adiecit. Non em̃ (inquiens) homi nis gratia ſunt vniuerſa hæc condita: quẽad modum nec leonis vel aquilæ vel elephãti: ſed vt mundus iſte dei vt op⁹: integer ex reb⁹ om nibus perfectiorq; conſtaret: & idcirco dimen ſa ſunt omnia non per vices & ſingulis: ſed vni uerſis. Deo quippe vniuerſa ſunt curæ: & hæc haudquaq̃ deſerit ꝓuidẽtia: nec ſane deterio ra fiunt: nec per temporum ſpatia: ad hæc ipſa regreditur deus: nec hominum iraſcitur gra tia: quemadmodum nec ſimiarũ de cauſa nec murium: quorum ſingulos vt ſui partẽ viciſ ſim ſuſcepit. Sed age vl̃ paucis: his occurram⁹ G arbitror aũt me ex ſuperiorib⁹ ſatis iam oſten diſſe quemadmodũ hominum & rationalis cu iuſuis gratia ſint cuncta creata: & propter animal præcipue rationale fuiſſe hęc condita. Celſus vero nec homini aſtruit: nec leoni: nec aliis q̃ dixerat ſupra: hæc facta fuiſſe. At nos nõ leoni: non aquilæ: non delphino dicturi ſu mus ſtruxiſſe hæc omnia conditorem: ſed ra tionali dũtaxat animãti: vt mũd⁹ iſte ei⁹ qua ſi opificium vndequaq; perfectior redderetur his itaq; erit: vt recte dictis: aſſentiẽdum. Cu rat igit̃ deus nõ modo id vniuerſum vt autu mat Celſus: ſed præter id omne & illud pręci pue: quod ad rationale animal ſpectat: neq; id totum vnq̃ deſtituet prouidentia: quippe quę illud diſpenſat: etſi deterius fiat: vt ob rationa lis naturæ peccatum: totius vt aliquam partẽ expurget: & tẽporũ interuallo ad ſe id totum conuertat. Sed ne ſimiarum quidem vel muri um gratia deus ira ſuccenditur: hominib⁹ ve ro vt naturales cauſas præuaricãtibus: & pœ nas quidem & ſupplicia infert: & his tamẽ cũ per ꝓphetas: tum per eum qui omnib⁹ vt ſalu tẽ afferret, aduenit: minatur: vt cõminando q ſe audierint ad meliorem vitam deniq; trãſfe rantur: qui vero eius verba neglexerint a pra uis facinoribus ad ea quæ rectiora ſunt reuo cantia: pœnas pro meritis luant. quas vtiq; par eſt: vt pro eius arbitrio ad vniuerſorũ ꝓ fectum his irroget deus: qui laborioſius & cu H randi ſunt demum & caſtigãdi. Sed quarto iã libro: quandoquidem in eo ſcribẽdo ſatis mul ta complexi ſumus: ne profuſior ſit: finem nũc fecerim: per eius vero filium: deus qui & deus eſt item & verbum: & ſapientia: veritas inſup & iuſtitia: vel vtcunq; hunc ipſum ſacræ lite ræ nuncupent: optãtibus nobis id tribuat: vt & quintum iam librũ ad eorũ qui lecturi ſunt commodũ ordiamur: & ſuo verbo animũ in uadente hunc rectius abſoluamus.

Finis Quarti Libri.

Liber Quintus.

A HAudquaq̃ interdictā dica-
citatē ſectādo ſacer Ambro
ſi: e qua crimē defugi nō po
teſt: iā quintū aduerſus Cel
ſi ſcripta ordimur hunc li-
brū: ſed totis viribus enitē-
do: vt eorum indiſcuſſum nil relinquam⁹ quę
ille conſcripſerit: & ea præſertī quorū nōnul-
lis ſit forſitan viſu s: cum nos: tū iudæos argu
te inſimulaſſe. Proin etſi factu nil facile ſit: vt
cuiuſuis aīm q Celſi ſcripta fuerit ī poſterū p-
lecturus: cū ratione deniq̧ ſubeūtes: ſagittam
nos auellamus quācunq̧: vulnus his infligen-
tem: qui nihil ſunt dei armorum præſidio cō-
muniti: vel vt rationalem vulneri impoſituri
ſimus medelam: quod a Celſo inflictum excipe
retur: & eos redderet non integra fide: q Celſi
dictis vacarent: exequeremur tamen id vel ani
mo promptiore. Sed cum dei illud ſit opus: vt
ſecundum ſuimet Chriſti ſpiritum: in eos ad-
uentet quos dignos iam duxerit: nobis tamen
cum edocendo: tum ſcriptitando nitentibus
homines vt optime credāt efficere: ꝓpoſitum
eſt omnia factitare vt operarii ſine pudore do
ctrinā veritatis exerceant. Sed vnum illud ex
omnibus factu videtur pręcipuū: vt vel ea quę
Celſo ſimilia veri ſunt viſa: vti per te nobis eſt
cum fide iniunctum: diſſoluendo deniq̧ re-
futemus. Age & quæ deiceps dicturus eſt Cel
ſus ſupioribus iā cōfutatis (de his eñ iudiciū
legēti reliquū facim⁹) mox ſubſequamur. De
us aūt nobis id largiat: vt ea perficiantur q̃ cū
aīo: etſi diuinitatis experte: tū verbis vt expli-
cent ſic deſtinauimus: vt eorū fides quib⁹ pro
deſſe percupimus: non humana hac ſapientia
conſtet: ita vt Chriſti ſenſum ab huius patre
accipientes: qui ſolus conferre hunc poteſt: &
ad participandum dei verbum adiuti: oēm al
titudinē extollentē ſe aduerſus dei ſcientiam
deſtruam⁹: nec ſecus & Celſi contra nos inſo-
lentiā: q in Ieſum: ꝓphetaſq̧ ipſos tam ſtolide
intumeſcit: ita vt qui euangelizantibus in vir
tute multa dat verbum: nobis item hoc p̃ſtet:
vt ingentes ad ſui pręconium vires elargiēdo:
fides his innaſcatur: qui in dei doctrina & vir
tute hæc ſcripta perlegerint. Placet igiť nunc
B Celſi dicta quæ huiuſmodi ſunt: refutare. De-
us quidem o Iudæi: voſq̧ itē & Chriſtiani vel
dei filius: nec deſcendit aliquando: nec deſcen
ſurus eſt: at ſiquos vos dicitis angelos deſcen
diſſe: quoſnam eē hos affirmatis? Deos ne? An
aliud quoppiam genus? An vt par eſt: forſitan
dæmones? Ad hæc autē quæ ſæpe repetit Cel
ſus: quippe qui eadē alias dixerit: nihil erit de
cętero reſpondendum. Sat eñ fuerit quæ an-
tea ad hæc ipſa protulimus: perpauca vero e
multis: quæ etſi conſentanea videnť ſuperiori
bus: haud tamē eandē prorſus habitura ſentē
tiam: explicaturi iam ſumus: in quibus plane
id demonſtrabimus: quemadmodum qui om-
nino decreuerit: nec deum quempiam nec dei
filium ad homines ſe cōtuliſſe: ſublaturus ſit
cum multorū de deo opinionē vt cōparuerit:
& viſus mortalibus ſit: tū ea quæ ſuperius di-
xerat. Si eñ ſine vlla exceptione deū vel dei fi-
lium aliquē nec deſcendiſſe: nec vt deſcēdat fu
turum: fatetur in vero Celſus: perſpicuū eſt &
ſublatum iri e terra vel deos: qui ſiue vaticinā
di per cauſam: ſiue medendi deſcendiſſe ferun
tur. Sic fiet: vt nec Pythius ipſe: nec Aeſculapi
us: nec eorum alius quiſpiā: quos fungi ad ſa-
lutem hoc munere putāt mortales: pro diis de
cætero habeātur: perinde ac e cœlo ſint ad ter
ram delapſi. Vel ſi dii ſint crediti: terrā tamē
ſortiti ſint ſibi perpetuo habitandam: tanq̃ fu
gitiui deoꝝ ſedes reliquerint: vel nequeant in
diuinorū bonorū ſortē venire: vel forte fiet: vt
ne dii quidē futuri ſint Apollo ip̃e & Aeſcula
pius: ſeu quis alii credunť in terris miri quip-
piam factitaſſe: ſed dæmones potius quidam
his longe inferiores: qui ſapientia inter homi-
nes pollent: & ob virtutem cœlum conſcēdūt
Aduerte quēadmodum cum vellet hic noſtra
euertere: etſi in nulla totius ſui operis parte
epicuręum ſe eſſe fatetur: in epicuręi tamē ſen
tentiam conceſſiſſe vel vltro coarguatur. Ca-
uendum autē tibi qui in Celſi hæc dicta inci- C
deris: & his plane aſſentiaris quæ præpoſita
ſunt: ſiue aduentare deum: vt ſingulis morta-
lium proſpecturū apertius neges: ſiue id falſo
confutaſſe Celſum exiſtimes: ne ſi prouidenti
am forte ſuſtuleris: huius dicta falſa eſſe coar-
guas. In quibus & deos iſte & prouidentiā po
nit: vt ea vera eſſe confirmes. Sin vero proui-
dentiam & ipſe induxeris: vt qui cum Celſo
ſentire nil videaris: nec deum nec dei filium
aſſerenti deſcendiſſe ad homines: nec vt deſcē
dat futurum: cur non ex his diligentius: quę
de Ieſu per nos proferuntur: deq̧ hoc ipſo &
quæ prophetarum ſunt vaticiniis edita: per-
ueſtigandum tibi deſumpſeris & ſedulo con-
quirendum: vter fuerit vel deus vel dei fili-
us exiſtimandus: qui ſeſe mortalibus deſcen-
dendo obtulerit: Ieſus ne qui tanta hæc & diſ
penſauit & fecit: an alius quiſpiam: qui ſub
oraculorum & vaticinandi prætextu ne illos
dicam quos curēt: ad rectiorem vitam tradu
cant: vel eorum mores caſtigent: ſed ab inte-

gro potius illo & puriore:venerãdoq; dei cõ-
ditoris & cultu cogunt deſciſcere:& ſub hono
ris quodam obtentu qui diis plurimis defera-
tur:eorum qui ſe audierint aĩos dirimẽdo: ab
D eo diſiungunt qui & vnicus eſt & apte verior ẽ
deus.Sed cum deinceps tanq̃ Iudęis & Chri-
ſtianis de his reſpondentibus:qui ad homines
deſcẽdiſſent: & aſſerentib⁹ angelos eos fuiſſe:
ſic ſubdit: Q; ſi angelos quoſdã hos dicit[exti
tiſſe: quoſnam eſſe hos affirmatis: deos ne an
gen⁹ aliud quippiã? ꝑinde rurſus quaſi reſpõ-
dẽtes illos ꝑducens. Si eñ inquit aliud fuerit
id gen⁹:vti par eſt:dæmones dixerim. Age tñ
& hęc pernoſcamus.Enimuero & angelos dici
mus miniſtrantes ſpiritus quoſdã:& in mini-
ſteriũ,eorũ gratia miſſos: qui hęreditariã ſũt
habituri ſalutẽ:& hos quidẽ aſcẽdere vt hoĩm
vota preceſq; & obſecratiões ad ea loca iã per-
ferant:quæ & cœleſtia ſunt & puritate mun-
dum penitus antecedunt:vel ad ſupercœleſtia
illa quæ conſtat eſſe terrenis his puriora: & in
de rurſum deſcẽdere eorum cuiq; pro meri-
tis iuſſos aliquid ſubminiſtrare:qui dei affecti
ſint bñficio,quos vtiq; angelos ꝑ eorũ miniſte
rio fuiſſe & nomẽ ſortitos didicimus:& diuos
vel deos plerũq; in ſacris literis vocitari: cum
alioquin nobis nihil iniũgitur: vt q miniſtran
do ad nos q̃ dei ſunt deferant:pro diis colam⁹
Vota nãq; & ꝑces oẽs:& gratiarũ inſup actio
nes ad deum ſunt ꝑ angelũ trãſmittẽda: q per
pontificẽ & viuens verbũ & deũ:angelus præ
fectus eſt cæteris.Id vero verbum ſumus deꝑ
caturi:eiq; ſupplicabim⁹: & gratias ſimlˀ actu
ri.Votis inſuper depoſcem⁹ ſi quo fieri modo
E id queat: vt quid recte:quid praue oretur: au
diamus. Nã eos angelos nuncupare qui in iſti
uſmodi pernoſcendis non hoĩes ſuperẽt: haud
quaq̃ par eſt.Fuerit eñ & de huiuſmodi reb⁹
ſcientia mira & inexplicabilis quædam: quæ
& ineſſe his angelis comprehendatur: & ange
lorum præ ſe ferat naturam:& ad quas ſint hi
ſinguli res inſtituti:hæc tamen eſt minime ꝑ-
miſſura:vt alteri cuiq̃ quis audeat ſupplicare
niſi ei qui ad omnia ſufficit:& cũctis præſidet
rebus:per eum qui nobis ſaluti fuit:& dei fili⁹
eſt item & verbum:ſapientiaq; & veritas ipa:
ſiue vt aliaſcunq; prophetæ:ſiue apoſtoli: hũc
ſuis ſcriptis expreſſerint. Ad illud autem no-
bis vt ſanctiſſimi angeli dei ſeſe propitios prę
beant:& noſtri cuncta vt peragant gratia:no-
ſtra ſat fuerit erga deum animi promptitudo:
quæ totis pro humanæ naturæ viribus: ange
lorum imitetur & voluntatem deum ſectanti
um:cum & illud acceſſerit: vt huius filium Ie
ſum & verbum ſic:quoad licuerit: capiamus:
vt nihil obſiſtere ſanctiſſimis angelˀ videamur
clarius hunc & aperte percipiẽtibus:ſed indi-
es ad iſtorum clariorem illam dei aſſequendã
cognitionem:omni ſtudio contendamus. Cel- F
ſus vero vt qui ſacras & noſtras minus perle-
gerit literas:ſibi ipſi:perinde ac ſi id nobis tra
dentib⁹: ita reſpondet. Enimuero aliud quod
dam genus eſſe angelos dicim⁹ qui a deo mor
talibus profuturi deſcendunt. Et hos non im-
merito ait a nobis dæmones nuncupari: cũ ta
men nil videat dæmonum nomen haudquaq̃
eſſe vt hominum medium: quos inter probi
quidã exiſtant:nonnulli vero & improbi. Nec
eam dixerim probitatem quæ de diis: ſiue dæ
monibus:ſiue ſimulachris:ſiue beſtiis ipſis ſta
tuitur:ſed qualem definiunt qui ea q̃ dei ſunt
norunt:cum de vera diuinitate & beatitudi-
ne diſſerunt. Dęmonum vero id nomẽ prauis
ſemper addicitur poteſtatib⁹:quæ corpore ca
reant:& homines fallant:& a deo rebuſq; ipis
ſupercœleſtibus retrahãt:& ad inferiora iſta
detorqueant. De Iudæis vero & ſubſequenter G
Celſus huiuſmodi diſſerit. Primũ igit̃ par fue
rit vt Iudęos ipſi miremur:ſiqdẽ cœlũ:& q ĩ eo
ſunt angelos colunt:excellentiſſimas vero cœ
li partes & potentiſſimas:ſolem inquit & lunã
& aſtra cætera:ſiue errantia:ſiue minus: repu
dient:perinde atq; illud admitti queat: vt vni
uerſum hoc deum dicamus:vniuerſi autẽ par
tes haudquaq̃ diuinas:aut hos affirmem⁹ op-
time colere:q illis ſe applicaſſe dicũtur: qui in
tenebris vſpiam:& prauis quibuſdam magi-
ciſq; præſtigiis excęcantur:vel perumbratiles
quaſdam & ſubobſcuras rerum imagines ſõ-
niant:qui vero aperte adeo:& tã clare ea cun-
ctis prædicunt:e quibus pluuię:nimbiq;:& ne
bulæ & tonitrua:quæ iſti adorant: fulguraq;
& arborũ fructus:& quęuis ſemina obſeruãt:
vt nulli⁹ momẽti ducam⁹:cũ ex his liq̃at,reb⁹
deũ aperuiſſe ſupnarũ rerũ hos & pręcones eſ
ſe clariſſimos:& angelos vere quoſdam cœle-
ſtes. Vel ex his quidem confuſior mihi Celſus
videtur:& ex auditione dũtaxat q̃ min⁹ ſciret
ſcripſiſſe. Siquidem iudęorũ res cõquirẽtibus
vbi & q̃ Chriſtianorũ ſunt cũ illis cõiunxerit:
perſpicuũ erit Iudæos legẽ ſectãtes præter de
um q et cœlum condiderit nil vſpiam colere.
lex nãq; ĩ dei ꝑſona iniũgit huiuſmodi. Nõ ha
bebis deos alienos corã me nõ facies tibi ſculp
tile:neq; omnẽ ſimilitudinẽ q̃ eſt in cœlo deſu
per et q̃ in terra deorſũ:nec eorũ q̃ ſunt in aqs
ſub terra nõ adorabis ea neq; coles. Quinęti-
am: nec cœli angelos q Moyſi legẽ obſeruat
quoq̃ pacto adorat:haud ſec⁹ nec ſolem ipſum
nec lunam aſtraq; et cœli ornatũ cœlũq; ipſũ

colere:et qui in eo ſunt angelos præcau ebũnt
qui legi tradenti hæc obſequũtur. Nõ reſpici
es cęlũ ne ſolẽ & lunã cũ videris et aſtra:et om
nem cœli ornatũ: decipiaris: et illa adores et
his ſeruias q̃ diuiſit dñs deus tuus vniuerſis
gentibus. Quin et illud ſibi Celſus aſſumens
tanq̃ cœlũ pro deo ducãt Iudæi:vt abſurdum
inducit:et Iudæis in crimen aſcribit: ꝙ cœlũ
quidẽ adorẽt:ſolẽ vero lunã & aſtra nil colant
perinde ac qđ dixerat nõ ſit admittẽdũ: vt id
omne ſit qđ cernitur deus:machinæ vero toti
us haudquaq̃ ſint partes diuinæ:& omne cũ i
quit:cœlũ exprimit:partes cũ ſubdit:ſolem &
lunam prętendit & ſydera. Atqui nec Chriſti
ani nec Iudęi quidẽ aperte vt inq̃t Celſus: deũ
eſſe cœlũ fatẽtur. Sed cõcedat iuxta hũc & Iu
dęos cœlũ pro deo aſtruere:qđ vtiq; falſum eſt
ſint etiam & cœli partes,ſol ipſe & luna & ſyde
ra:qđ itẽ eſt ꝓcul a vero: non eñ & terrę par
tes vel animãtia fuerint vel plantę: vnde ergo
vel ad græcorũ opinionẽ verũ eſſe id arguet:
vt cœlũ omne ſit deus:& eius ſint partes diui
næ! Mundũ ſane hi vniuerſum deũ eſſe affir-
mant. Stoici quidẽ primũ deum eſſe hunc ſta-
tuũt. Secundũ Platonici. Ex græcis cæteris q-
dã:tertiũ dicunt. Fit igit̃ pro iſtorũ ſententia:
quandoquidẽ mundus hic vniuerſus eſt deus
vt ei⁹ & partes ſint diuinitatis participes: ita
vt nõ homines ſolũ ſed vel bruta quis animã-
tia:vt mũdi partes: deitatis participent ſit ne
ceſſe:nec ſec⁹ & plãtæ. Q, ſi & mũdi partes &
flumina & maria ſunt: cõſequens erit: quãdo
& mũdus hic totus eſt de⁹:vt flumina hęc ipſa
& maria dii etiã ſint:qđ vtiq; nec græcimet fa
tebunt̃:ſed eos dixerint deos eſſe:q mari & flu
minib⁹ præſidẽt. Vñ Celſi vniuerſale illud &
iuxta ſe cõſequẽs:vel pro græcorũ ſentẽtia ꝓ-
uidentiã inducentiũ:falſum eſſe arguitur: vt
cũ aliquid totũ ſit deus:& eius partes diuinas
eſſe omnino ſit neceſſariũ. Nã illud Celſi dicta
ſubſequit̃:vt ſi vniuerſa ſit mundi hæc machi
na de⁹:& q̃ in mundo ſunt diuina ſint oĩa: qui
a mundi ſint partes. Et iuxta id quidẽ diuina
fore & animalia ſeq̃ret̃:muſcas ſcilicet:veſpas
vermiculos:& quaſuis ſerpentũ ſpecies:nec ſe
cus & volucrũ piſciũq;:qđ ſane nec qui mũdũ
deum eſſe aſtruxerint faterent̃. Atqui ſecun-
dum Moyſi legem degunt Iudæi:& ſi nil pa-
tiant̃:qđ lex ipſa lateret vel dicat vel velit: ad-
mittere:vel qđ arcanũ illa pretenderit:nec cæ
3 lum dicturi ſunt deum eſſe nec angelos. Verũ
cum Celſum dixerimus ex auditionib⁹ quibuſ
dam permulta cõfuſius explicaſſe: age & hæc
pro noſtra virili aperiamus:nec ſecus vbi iu-
daicę cõſuetudinis eſſe iam ducat:cœlũ cole-
re:& qui in eo ſũt angelos: demõſtrem⁹ haud
quaq̃ iudæorũ id eſſe:ſed quorundã iudaicos
ritus præuaricantiũ: quẽadmodũ ex ſolis vel
lunæ vel aſtrorũ hoc cultu vł forte ſimulacro
rum:in Hieremia pręcipue cõperiat̃ dei ver-
bum iudaicũ populũ per ꝓphetã accuſans: ꝙ
huiuſmodi coleret: & cœli reginæ ſacrifica-
ret & militiæ vniuerſę cœleſti. Declarãt præ- C
terea id & Chriſtianorũ dicta:iudęoꝝ ſcelera
criminantiũ:nã deũ affirmãt idcirco populũ
illũ deſeruiſſe:quia praua quędã facinora cõ-
miſiſſet. In apoſtolorũ ſiquidẽ actis:literis ꝓdi
tũ eſt de iudæis:quẽadmodũ hos auerſat⁹ de⁹
tradidit vt exercitui cœli ſeruirẽt: vti & ſcri-
ptũ ẽ ĩ ꝓpheticis libris: Nec hoſtias nec ſacri
ficia obtuliſtis mihi in eremo annis quadragi
ta dom⁹ Iſrael:& ſuſcepiſtis tabernaculũ Mo-
loch:& ſyd⁹ dei veſtri Romphe:figuras quas
feciſtis adorare eas. Et Paulus item iudaice ap
prime erudit⁹:& ex mirifica Ieſu apparitiõe il
la:Chriſtianam religionem ſectatus:in ea quã
ad Coloſſenſes ſcripſit epiſtolã: huiuſmodi ꝓ
tulit. Nemo vos ſeducat volens in humilitate
& religione angelorum quæ non vidit ambu-
lans:fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuę & non te
nens caput:ex quo totũ corp⁹ per nexus & cõ
iunctiones ſubminiſtratũ & cõſtructũ creſcit
in augmentũ dei. Hæc vero cũ neq; perlegerit
neq; didicerit Celſus:neſcio quo pacto tãq̃ ni-
hil præuaricantes iudæos effecerit & cœlum
colere:& qui ĩ eo ſunt angelos. Quinetiam vt D
animo confuſior Celſus:& neſcius plane quid
quoq; loco exigit̃: exiſtimauit ex veneficiis q-
buſdam:magiciſq; carminib⁹ cõpulſos Iudęos
& apparentib⁹ nõnullis his imaginib⁹ pro ex
cantantiũ arbitratu: cœleſtes angelos adora
re:cũ minus intelligat:vel præter legẽ quidẽ
id fuiſſe facturos: ſiq forte id facerent: quippe
cũ lege illđ cauet̃: Ne declinetꝭ ad magos:nec
ab ariolis aliqd ſciſcitemini vt polluamini per
eos. Ego dñs deus veſter. Oportuit igit̃ q iudę
os iam duceret vt legis obſeruatores tutãdos
in hos nihil hmõi quoq̃ pacto referret:quippe
qui ſe affirmarent & legẽ ſeruare:& vitã ex le
ge iã ducere:vel q in eos illa retulerint: vt pla
ne oſtẽderet ex Iudęis ꝑuaricatores quoſdam
hæc factitaſſe. Et rurſum quemadmodũ impii
ſunt:q vt cæci & in tenebris vſpiã:& ex magi
ca arte:& ſubobſcuris imaginib⁹ ſõniãtes (vt
Celſ⁹ inq̃t) illis ſe totos addicũt: quos religio
ſe & praue colũt:ſic et q ſoli et lunæ et ſyderi-
bus ipſis ſacrificãt: impie agunt. Nec dicere ſi
mul Iudæos quis poſſet: vbi ſolem adorare
& lunam q̃maxime cauent:non etiam cauen-
dum ſibi exiſtimare ne cœlũ et angelos colant

Q̃ ſi de his ęque & nobis reddēda ratio fuerit
quēadmodum qui ſolem & lunā vel aſtra mi-
nus adorēt: nec iſtos quidē quos græci viſibi-
les nuncupāt & ſenſibiles deos: ſint quandoq̧
adoraturi: dicturi mox ſumus: Moyſi legē ſat
ſcire: vniuerſis q̄ ſub cœlo ſunt gentibꝰ deos
iſtos diſtributos fuiſſe: nondū tamē illis quos
in pręcipuā portionē pręter cæteras nationes
ſibi deus deſumpſerit. Sic enim in Deuterono
mio ſcribitur. Ne forte oculis eleuatis ad cœ-
lum videas ſolem & lunam & oīa aſtra cœli: q̄
creauit dn̄s deus tuus in miniſterium cunctis
gentibus q̄ ſub cælo ſunt. Vos aūt tulit dn̄s &
eduxit de fornace ferrea ægypti: vt haberet
populum hęreditariū ſicuti eſt in pręſenti die
Genus igiť electū: regale ſacerdotiū: gens ſan-
cta: populus acquiſitionis a deo vocatꝰ eſt He-
bręorū populus: de quo Abrahā ipſe prædixit
ex voce diuina ad ſe facta: ſuſpice cœlum & nu
mera ſtellas ſi potes: & dixit ei: ſic erit ſemē tu
E um. Nō igitur erat futurum: vt cui ſpes eſſet
vt aſtrorū inſtar eius ſemen excreſceret: vt &
ſydera coleret: quibꝰ ex diuinæ legis cognatio
ne & obſeruātia: ſui eſſent in poſterum compa
randi. Ad hos nanq̧ ſic dicitur. Dominus de-
us veſter multiplicauit vos: & ecce eſtis hodie
vt aſtra cœli præ multitudine. In Daniele prę
terea de reſurrectione, huiuſmodi prædicun-
tur. Et in tēpore illo ſaluabitur populus om-
nis qui ſcriptus eſt in libro: & multi ex his qui
dormierunt in terræ puluere: euigilabunt.
Alii in vitam ęternam: alii in opprobrium: vt
videāt ſemp. Qui autē docti fuerint: fulgebūt
quaſi ſplendor firmamēti: & qui ad iuſtitiam
erudiunt plurimos: quaſi ſtellæ in perpetuas
æternitates. vnde & de reſurrectione illud de
ſumens ſic inquit. Et corpora ſupercœleſtia &
corpora terrena. Sed alia quidem ſupercœle-
ſtium gloria: alia vero terreſtriū: & alia eſt cla
ritas ſolis: & alia claritas lunæ: & alia claritas
ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in clarita
te. ſic & reſurrectio mortuorū. Haudquaq̄ igi
tur par erat: vt qui edocti iam eſſent ingenti
animo creata iſta cūcta p̄uincere: ob idq̧ apud
deum in beatiore vita illa vel optima quæuis
ſperare: & illud inſup audire: Vos eſtis lux mū
di: & luceat lux veſtra corā hominibꝰ: vt vidē
tes opera veſtra bona, laudent patrem veſtrū
qui eſt in cœlis: ſiue ſe exercendo præclarā illā
& immarceſſibilem cōſecuti ſint ſapientiā: ſi-
ue eam acceperint quæ æternæ lucis ſit ſplen-
dor: vt ſolis ac lunę & cæterorū ſyderū ſplen-
dorem tantopere demirarenť & obſtupeſcerēt
vt ex ſenſibili illorū fulgore exiſtiment ſeſe in
tenebris vſpiā diuerſari: qui tantum ſint & in
tellectuale ſcientiæ lumen adepti: hoc eſt verā
illam vt mundi: ita & hominū lucem: vel hæc
ipa vt colerent: quæ ſi colenda quoq̄ pacto fuiſ
ſent: nō tamē ſuo ſplēdore quē plurimi demi-
rantur, coli oportuiſſet: ſed lucis illius ob gra
tiam: quæ & mente concipitur & verior eſt. Si
forte in cœlo aſtra rationabilia & ſolertiora q̄
dam ſint animātia: & ſciētiæ lumine per ſapiē
tiam ipſam illuminata: quę vtiq̧ ſplendor eſt
lucis perpetuę: Si quidē illā aſtrorū lucē ſenſibi
lē eius conſtet ſtructurā eſſe: qui vniuerſa hæc
condidit: intellectualē vero ſyderū ipſorū for
taſſe: & ex libero quodam eorūdem arbitrio p̄
deuntē: Neq̧ hęc quidē eſt lux per eum colēda
qui & veram intuetur & intelligit lucem: & p̄ F
cipue ſi huius participatiōe illuminetur: & de
um contempletur veri luminis patrē: de quo
recte id dicitur. Deus lux eſt / & tenebræ in eo
ſunt nullę. Et quemadmodum ob lucem illam
ſenſibilem & cœleſtem: qui ſolem colunt & lu-
nam: & ſydera: haudquaq̄ in terris vel ignis
ſcintillulā vel lucernam coluerint: eorum in-
comparabilem cōtemplati præſtantiam: quæ
cultu digna iam duxerint: vt lōge excelſiora:
q̄ vel ſcintillæ ſit / vel lucernæ lux aliqua: Sic
item qui norunt quo pacto deus lux eſt: & ani-
mo ipſo concipiunt: vti & dei filiꝰ vera lux ſit:
quæ illuminat omnem hominem in mundum
hunc venientem: & demū intelligūt quorſum
id proferatur: Ego ſum lux mūdi: profecto (vt
ita dixerim) ſi ſole ipſo vel luna vł aſtris nec ra
dios quidem coluerint: quia nullius momenti
hos ducerēt ſi lucem aduertant: veri luminis
deum. Nec ſane tanta dei hæc opera afficiētes
iniuria: neq̧ Anaxagorę in morē: ignitum fer
rum ſolem eſſe & lunam & aſtra aſſeuerantes
iſtiuſmodi de ſole hoc ipo & luna & ſyderibus
eloquuntur: ſed pręcellere ineffabili quadam
præſtantia / dei numen ſentimus: vnigenitiq̧
item & magnitudine cætera ſuperantis: per-
ſuaſiq̧ ſolē ipſum & lunā & ſydera: vnigeniti
interuentu: deo rerum præſidi ſupplicare: de-
cernimus nequaq̄ eſſe ſupplicibus ſupplican-
dum: quandoquidem vel aſtra hæc malint: vt
deo, quē ipſa & precentur & colant, vota nos
potius q̄ ad ſe deferamus: nec quoq̄ pacto no-
ſtram ſupplicandi vim omnē ſeiunctā: vt deo
ita & ſibi impartiamus. Vtar autē hoc pro lo
ci opportunitate exemplo. Saluator noſter &
dominꝰ: cū a quodā magiſter bone audiret ſe
nuncupari: ad patrem reiiciēs qui ita ſe appel
laſſet: ſic iquit. Quid me bonum dicis? Nemo
bonꝰ niſi vnus deus pater. Q̃ ſi merito hic q̄
cum dei ſit bonitatis imago hæc protulit: cha
ritatis paternæ filius: cur nō æquius ſe adorā

tibus ſol iſtiuſmodi dixerit? Dominũ deũ tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies. cui cũ ipſe: tum cæteri qui mecũ ſentiunt ſupplicamus: & colim⁹ Enimuero etſi non tanti ſit quiſpiam: nihilominus dei verbo ſupplicando hoc petat qđ ſanare ſe q̃at: & eo ampli⁹ patri: qui priſcis olim & iuſtioribus verbum ſuũ trãſmiſit: & ſanitatem reſtituit: & propriis exemit corruptionibus. Deus itaq; pro ſua bonitate: nõ loco ſed ꝑuidentia condeſcẽdit ad homines: & dei filius haudquaq̃ tũc ſolum cum in humanis ageret ſed continẽter cum diſcipulis manet: illud ſedulo exequendo qđ dixerat. Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus dieb⁹ vſq; ad cõſummationem ſæculi. Atqui ſi vitis neq̃t fructũ ꝓducere: niſi in vinea manſerit: hoc eſt ĩ Chriſto dei: qui & nobiſcũ in terris localiter diuerſat: & his præſto vbiq; ſit: q ſibi adhæſerint: alioquin vel ſe neſcientibus vbiq; terrarũ adeſt: & id quidẽ Ioannes ille q in baptiſtę Ioannis perſona euãgeliũ ſcripſit: ſic inquiens patefacit: In medio veſtrum ſtetit quem vos neſcitis q poſt me venit Sed plane abſurdi⁹ fuerit: vt ſolem haudquaq̃ ad oĩa pertingentẽ/vel lunam/vel ſyd⁹ aliqđ quibus ſupplicetur quęramus: cũ cœlũ impleat deus & terram: & illud dñs iniquiat: Nõne cœlum ipſe ac terram compleo: ſitq; is nobiſcũ vna/& plane ꝓpinquior. quippe dicẽti illi crediderim. Deus e vicino ego ſum: & nõ de⁹ a lõge. Cõcedamus autem (vt Celſi verbis vtar) nonnullos eſſe qui & pluuias & imbres & nubes & tonitrua & fulgura vim habeant prędicendi: de ſoleq; plæraq; & luna & aſtris vaticinent. Num igitur qui tanta hæc præſagiendo denũtiant: nõ deo potius: vt eius miniſtri ſupplicandũ denũtient: & illi longe plurimũ eſſe q̃ ſuis vatibus intendendũ? Prędicant igiť iſti vt lubet & fulgura: & ſemina quæuis futura: & hæc omnia pro arbitrio obſeruentur: haud tamẽ idcirco ſumus ſupplicantibus quoq̃ pacto ſupplicaturi. Quemadmodũ nec Moyſem ipſum nec eius poſteros ex deo prophetas: qui potiora longe q̃ pluuiæ ſint vel imbres/vel nebulæ/vel tonitrua/vel fulgura/vel fructus/vel ſemina hæc ſenſibilia: prædixerunt. Quinetiã vel ſi Sol ipſe vel luna vel aſtra meliora quędã vaticinandi vim habeant q̃ pluuiæ ſint: nil tamen hæc ſumus ſed patrem & dei verbũ adoraturi: qui vaticinia ſuggerunt. Sint autem & cœleſtes angeli certiores quidam dei præcones: cur non potius deum qui ab his prędicať: adorandum duxerimus: q̃ huius vel præcões vel angelos? Cæterũ & illud ſibi Celſus vt affirmet/deſumit: nullius momenti ſolem ac lunam & aſtra nos ducere: de quib⁹ nos illud fatemur: vel hęc reuelationẽ filiorũ dei ſuſcipere: ob terrenorũ corporũ vanitatẽ in præſenti propter eum ſubiecta q ſubiecit ea in ſpe. Q: ſi & alia Celſus & infinita legiſſet: q̃ de ſole & luna & ſyderib⁹ dicimus: vt Laudate eũ omnes ſtellæ & lumen: & laudate eũ cœli cœlorum: haudquaq̃ de nobis id iudicando ſentiret: vt aſtra hæc tam parui ducamus: quæ miris deum efferunt laudibus. Nec Pauli quidem illđ nouerat Celſus. Nã expectatio creaturę reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati eñ creatura ſubiecta eſt: non volens: ſed ꝓpter eũ qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Sed in his noſtra defẽſio hæc terminetur: qua nec ſolem nec lunam nec ſydera cætera nos colere demonſtrauim⁹. Exponamus aũt & quę deinceps dicendo ꝓſequitur Celſus: vt liceat poſtmodum: tribuente deo: ea huic reſpondere: quæ nobis veritatꝭ lux ipſa ſuggeſſerit. Inq̃t itaq; Celſus huiuſmodi. Iſtorum aũt & illud veſanũ: q; deum in coci morem ignem exiſtimãt intuliſſe: & cæterorum quidẽ hominũ genus aliquãdo cõflagraturũ: ſe vero & ſolos tam viuos q̃ vita defunctos: in carne illa eadem qua & terrã ſubierint et quæ ſpes eſt vnica vermiũ: permãſuros. Verum quęnam mortalium anima putrens corpus cupierit? Cum eñ nec noſtri quidẽ id ſentiant: ſed chriſtianorũ nonnullis cõmunis ſit ea ſentẽtia: alioq̃n decretũ id qđ nefariũ admodũ eſt: & reſpuẽdum ſimul & impoſſibile: hũc iſti in modum decernunt & ſtatuũt. quod eñ corpus omnino corruptum ad priſtinã ſui poteſt redire naturã: & ad ſtatum eũdem ipſum e quo ſolutum iam fuerit: & plane collapſum: reſtitui? Ad hæc cum nil habeant qđ reſpõdere poſſint: ad illud confugiunt: qđ abſurdiſſimũ eſt: & a vero penitus alienũ: dicũt eñ deũ omnia poſſe: cum tamen quæ turpia ſunt: exequendi vim nullam is habeat: nec ea velit quę naturam exceſſerit. Nec tu quidẽ ſi quippiã ꝓ tua deperdita nequitia concupiſcas abominãdum: id deo licuerit: nec credendum eſt ſic ſtatim futurum: quippe cũ nec prauę voluptatis neq; indecori & falſi facinoris: ſed rectioris & iuſtæ naturæ princeps & ductor eſt deus: & animæ poteſt vitã perpetuã elargiri. Mortui quidẽ (inquit Heraclit⁹) ſtercorib⁹ ſunt deſpẽctiores. Carnẽ vero his plane refertã: quę nec dici quidem honeſte poſſunt: ꝑpetuã eſſe iniq̃ decernere: nec libuerit deo nec plane licebit. quippe qui vniuerſorum quæ conſtãt ratio ſit Aduerte vt principio ſtatim mũdi incẽdium vel a grępcorũ quibuſdã nõ negligenter philo-

ſophantibus olim inductũ:cũ irriſione hic car pens nos velit perinde acſi cocum deum feceri mus illud inducere:qđ de mũdo quandoq̨ cõ flagraturo aſſerimus:neſcius vel græcorũ nõ nullis id viſum:qđ ex antiquiſſima forſitan iu dæorum gente acceperãt:fore vt ignis ad pur gationem mundo ſit inferendus. & iure quidẽ Nã ſingulos quibus per ignem:vel pœna ſit ſi mul & medicatio afferẽda: ignis iſte amburit non tamẽ exurit:vt q nil habeant quod p ignẽ ſit abſumendum. Vrit autem eum:quiu poti us incendit:& prorſus abſumit:q factis dictiſq̨ & cogitatu in eã quæ tropice ſtructura vo catur:ligna fœnum ſtipulamue inædificauit Sacræ ſiquidem literæ tanq̃ conflatis ignis & hærba fullonũ:venturũ affirmant cuiq̨ domi num:q eius curatione indigeat:ob admixtam mortalibus perinde atq̨ adulterinam & fuſilẽ quandam materiam:a vitiis ꝓdeuntem:indi gentẽq̨ igne:qui(vt ita dixerim) diſſoluat ac fundat qui ære ſunt:ſtagno:plumboq̨ immi xti. Et hęc quidẽ poterit quiſq̨ ſi velit:ab Eze chiele ꝓpheta perdiſcere. Sic itaq̨ nõ vt cocũ
E aliquem dicimus ignem illaturum mũdo quã doq̨ deũ:ſed vti erga eos beneficũ : qui & do lore afficiendi ſint & igne indigeant. qđ vtiq̨ ſacris ex literis vt peccanti populo dictũ:in eã ſentẽtiam cõprobatur. Habes carbones ignis quibus inſideas:hi erũt tibi in auxilium. Et ſa ne priſci illi & ſãctiſſimi viri ſcribẽdo ea diſpo nunt:q̃ omnino multitudini cõgruant ſacras literas perlecturæ:quæ vtiq̨ tacite & ſapiẽter truciora quędã edicunt:vt eos perterrefaciãt qui aliter neqãnt ab influentib⁹ peccatis auer ti. Verum qui ita hęc obſeruauerit: e laborio ſis & trucioribus hiſce:aperte cõperiet:dolen tibus:mœroris finem afferri. In pręſenti vero ſat fuerit de Eſaia vnum id ꝓduxiſſe. Propter nomen meum oſtendam tibi furorem meũ : & glorioſa mea inducã ſup te:ne te perdam. Coa cti aũt ſumus quæ ſimpliciter credentibus: & ſimpliciore quodã verborũ apparatu indigen tibus:minus congruerent:protuliſſe:ne vide remur Celſi criminationes inconfutatas relin quere:affirmantis:nos deum facere vt coqui narium quempiã:ignem mundo illaturũ quã doq̨. Ex dictis autem ſuperioribus qui prudẽ ter ea acceperint: liq̃t ſane per nos eſſe vel his occurrendum:quæ hũc in modũ protulit Cel ſus. Et reliquũ quidẽ mortalium genus crema
F tũ iri neceſſe eſt:his & ſolis præſtantibus. Nil aũt mirum ſi haudquaq̃ iſtiuſmodi norunt : q̃ inter nos ſunt:quos ſtulta mundi & ignobilia contemptibiliaq̨,& quæ non ſunt ſacræ literę nuncupant. Siquidem per prędicationis ſtulti tiam ſaluos facere placuit deo qui in ſe credẽ rent:quãdo non in ſapientia dei cognouit mũ dus in ſapiẽtia deum. Non eñ diſcernere ſtul ta hæc mundi pro ſingulis locis perſpicacius omnia potuerunt:nec ſacris literis perſcrutã dis vacare his libuit:tametſi Ieſus ſcrutamini ſcripturas ediceret. Alioquin q̃ de inferendo igne tradita eſſent:queve & delinquentib⁹ ob uentura:ex deo pręceperant. Et forte quemad modum cum pueros minutiores alloquimur: par fuerit ea vt in medium proferamus: q̃ illo rum infantiæ aptiora ſunt & accommoda : vt qui ea ætatula ſunt:ad rectiora deniq̨ tradu camus:Sic item & his quos ſtulta mũdi ſacræ literæ dicunt:pœnarũ cõuenit:quæ in prom ptu ſint:expectatio:cum emendari & corrigi homines:a multiſq̨ & prauis facinoribus tan dem deſiſtere non aliter poſſe intelligant : niſi ſuppliciorum imaginatione coerceantur. Cœ leſtis itaq̨ diſciplina eos dũtaxat ſine ignis & ſuppliciorum deguſtatione permãſuros affir mat:qui purioribus ſint cum decretis:tũ mo ribus recte imbuti:& mẽtis nitore plurimum prediti. His vero qui non iſtiuſmodi fuerit: & pro meritis quę per ignem infertur pœnę di ſ penſatione indigeant: ad tẽpus aliquod præſi nitũ:ait vt inferatur futurum:qđ deum dece at illis vt inferat:qui ad eius ſint imaginẽ facti & præter naturæ voluntatem : quæ ad ean dem imaginem cõſtet: duxerit vitam. Sed hęc hactenus ad ea quę Celſus hunc in modum in tulerat:cæterorũ hominũ genus quãdoq̨ con flagraturũ:hos vero & ſolos perpetuo permã ſuros. Poſt hæc Celſus ſiue ſacras literas nõ re G
ctius audierit:ſiue ab his qui has minus intel ligant ita acceperit:per nos inquit id affirma ri. Cum eñ tempus illđ aduenerit quo p ignẽ mundus hic repurgetur:non modo futurum eſt:vt qui tũc reliqui & ſuperſtites fuerint : ve rum & vita iampridem defuncti:permaneant cũ minus percipiat:vt ineffabili ſapientia qua dam apud Ieſu apoſtolum ſit illud pronuntia tum: Omnes quidem reſurgemus : nõ omnes autem immutabimur in momẽto : in ictu ocu li:in nouiſſima tuba:canet eñ tuba & mortui reſurgent incorrupti : & nos immutabimur. Fuiſſet aũt illi mox ꝓferendũ quidnã ſentiret: q hęc loqueret: quando qui nondum mortem obiiſſet nec ſeipſum, nec ſibi ſimiles, hoc eſt ſu perſtites alios, ab illis ſeiungens dicturus eſſet & nos immutabimur:vbi & mortui incorru pti reſurgent:dixiſſet. Vt aũt huiuſmodi quę dam ſentiendo apoſtolũ cõfirmem⁹ hęc literis demãdaſſe:vel his q̃ ex prima ad Corinthios nuper ꝓduxi ep̃la: ea adiecerim q̃ & in p̃ria ad

thessalonicẽses habent: in qua Paulus vt vita
fruens & vigilans: & a mortuis alienus: hęc lo
quit. Hoc em̃ vobis dicimus in verbo domini:
quia nos qui viuimus: qui residui sumus ĩ ad-
uentu domini: nõ præueniem⁹ eos qui dormie
runt: quoniã ipſe dñs in iuſſu & voce archan-
geli & in tuba dei deſcẽdet de cœlo. Deinde cũ
præter ſe & ſui ſimiles: vel alios ſciret in domi
no mortuos: & illud ſubiecit: Et mortui qui in
Chriſto ſunt reſurgẽt primi. Deinde qui viui
mus: qui reliquemur: ſimul rapiemur cũ illis ĩ
A nubibus obuiam domino in aera. Verum cũ
iam plurimũ carnis reſurrectionẽ: quę in eccle
ſiis pdicatur: & apertius eſt a ſapientioribus q
buſdam percepta: irriſerit Celſus (non enĩ re-
petenda ſunt quæ ſemel hic dixerit) age & de
obiectione huiuſmodi: cõfirmãdo ppauca ex-
ponamus: quaſi defenſionẽ hãc noſtram ad ho
minem a fide penit⁹ alienum iam habitã accu
ratius nõnulli ſint perlecturi: quã ſane eorum
gratia literis demãdamus: qui & paruuli ſunt
& fluctuantes: & omni vento doctrinę circun
ferunt in nequitia hominũ ad circũuẽtionem
erroris. Enimuero neq; per nos quidẽ: nec p ſa
cras literas affirmatur: carne hac ipſa ĩmuta-
tionis nihil in melius recipiẽtes, victuros eſſe:
qui olim obierint: e terraq; pdierint reſurgen
do. at Celſus nos criminãdo id aſtruit. Nos ve
ro etſi pleraq; ſcripta de reſurrectione hac di-
gnius differentia audim⁹: ſat tamẽ in pſentia
fuerit: quæ Paulus in epiſtola ad Corinthios
prima ſic protulit: adieciſſe. Sed dicet aliquis:
quomodo reſurgunt mortui quali corpore ve
niunt: inſipiens tu qđ ſeminas nõ viuificat: ni
ſi prius moriatur: & qđ ſeminas: nõ corpus qđ
futurum eſt ſeminas ſed nudum granum: vt-
puta tritici aut alicuius cæterorum. Deus au
tẽ dat illi corpus ſicut voluit: & vnicuiq; ſemi
nũ ppriũ corpus. Aduerte aũt queadmodum
in his non quod vt oriatur futurũ eſt: corp⁹ di
cat proſeminari: ſed ex eo quod & ſatum fue-
rit: & nudum in terra iactum: propriũ deo his
corpus qui ſeminati ſunt: conferente: quaſi re
ſurrectionem fieri affirmet ex ſemine illo pro-
iecto tanq; ſpica ex hoc aſſurgente vt in ſina-
pe fit: & huiuſmodi cęteris. Vt itaq; de⁹ ſingu
lis rebus & corpus: vt libuit: cõtulit: quemad
modum poteſt & in his quæ ſeruntur aduer-
ti: quę pinde vt moriantur ſunt ſata: & ſic ſuo
tẽpore: & proſeminato ex ſemine circũpoſitũ
a deo cuiq; pro dignitate corpus recipiunt ſin
gula. Audiuimus ſiquidẽ Paulũ plurib⁹ edo-
centem quid inter ſe differãt quod fuerit pſe-
minatũ & qđ ex ſemine hoc ſuſcitetur. inquit
enim: Seminat̃ in corruptione: ſurget in ĩcor-
ruptiõe: ſeminat̃ in ignobilitate: ſurget ĩ glo-
ria: ſeminat̃ in ĩfirmitate: ſurget in virtute: ſe
minatur corpus animale: ſurget corpus ſpiri-
tuale. Qui poteſt præterea capiat q̃ mens fue-
rit dicẽti: qualis terrenus tales & terreni: & q̃-
lis cœleſtis tales & cœleſtes: & ſicut portaui-
mus imaginẽ terreni portabimus & imaginẽ
cœleſtis. Quinetiã cum vellet apoſtol⁹ hoc lo B
co arcana occulere: quæ ſimplicioribus quidẽ
minus cõgruerẽt: neq; a quibuſuis audiri ſat
poſſent: qui fide & credulitate ad potiora du-
cũtur: cogitur demũ ne eius dicta aliter cape-
remus: vbi imaginem dixit cœleſtis portabi-
mus: & illud proferre: hoc aũt dico fratres qa
caro & ſanguis regnũ dei poſſidere nõ poſſũt:
neq; corruptio incorruptelam poſſidebit. Pro
inde nõ ignarus arcanũ aliquid ſuo loco ineſ-
ſe & myſticũ: haud ſec⁹ ac decuit: qui & poſte-
ris quę ſibi ĩnotuiſſent deſcripta relinqueret:
ſic ſubdit. Ecce myſterium vobis dico. qđ vti-
q; reb⁹ profundiorib⁹ ſolet & myſticis addi: q̃
iure multitudini occuluntur. ſicuti & in To
bia legitur per angelum illud pronũtiatũ. Et-
enim ſacramentũ regis abſcondere bonum ẽ:
opera autem dei honorare & confiteri honori
ficum eſt. Non itaq; vermes nos cõcupiſcim⁹:
nec noſter animus: putrens corpus deſyderat
quo etſi ad varium diſcurſum ĩdigeat: alioqn
ex eius dicti ſentẽtia ſapiẽtiã ſecum cogitatio
ne verſabit: Os iuſti meditabitur ſapientiam:
diſcrimen vtiq; terreſtris domus: in qua eſt ta
bernaculum diſſolutę: & tabernaculum ĩ quo
iuſti ingemiſcunt grauati: eo q; nolum⁹ expo
liari ſed ſuperueſtiri: vt abſorbeat̃ quod morta
le ẽ a vita. Oportet em̃: cũ corporis natura oĩs
ſit corruptibilis: vt ĩduat corruptibile hoc ta
bernaculũ incorruptionẽ: & cũ mortale ſit al-
terũ & mortis ſuſceptibile: quæ peccatũ ſubſe
quitur: immortalitatẽ vt ĩduat neceſſe eſt: vt
cũ corruptibile incorruptibilitatẽ induerit: &
immortalitatẽ mortale: tũc enaſcat̃: qđ a pro-
phetis prædicitur: interitus victoriæ mortis:
quoad nos illa ſibi deuictos: & ſtimulo ex ſe p-
deũte ſubiecerit: quo vbi aĩam nõ vndequaq;
munitã pupugerit: vulnera illi infligat: e pra-
uis facinoribus pdeuntia. Sed vbi ea quæ nr̃a
ſunt: quoad licuit: de reſurrectione in pſenti ĩ
ptẽ aliquã expoſuim⁹: Nã & alibi de ea pmul-
ta cõquirendo iã diximus: Nunc Celſi ſunt di C
cta: vti par eſt: criminãda: qppe qui neq; ea quę
apud nos ſũt literis tradita ĩtellexit: nec quiue
rit quoq; pacto diiudicare: nequaq̃ eẽ exiſtimã
dum: ſapientium illorum virorũ ſententiam
vt hi magnifacerẽt: qui xpianę doctrinæ nil ſi
dei ſe pbituros pollicerẽtur. Age & nos oſten-

damus hoïes quoſdã nil cõtẽnẽdos:tum quia
cõſyderatius ꝑmulta ſint cõtẽplati:tũ quia in
dialecticis cõmentationib⁹ ꝑſpicaciores exti
terint:pleriſqꝫ de rebus vt certioribus & veris
diſſeruiſſe:quorũ dicta ſi vt humi ſerpẽtia &
quaſi anilia contẽnenda duxerit Celſus:ſui po
D tius ſunt q̃ noſtri hoïes reſpuẽdi.Stoici namqꝫ
cõuerſionib⁹ quibuſdã affirmãt vniuerſoꝝ in
cendiũ fieri:idqꝫ deinceps ſubſecuturã mundi
inſtaurationẽ:priſtinis rerũ inſtitutionib⁹ om
nino ꝑſimilẽ. Quoꝝ Stoicoꝝ decreta reueri
ti quidã:ꝑexigue admodũ prodiderũt ꝑ con
uerſionẽ res ab his ĩmutari:q̃ ſupiori & volu
bili tẽpoꝝ orbe fuiſſent:nã & homines dicunt
in ſubſequẽti cõuerſione huiuſmodi fore: qua
les olim fuere: & Socratẽ quidẽ iterato & So
phroniſci filiũ & Atheniẽſem futurũ:Fœnare
tẽqꝫ rurſum Sophroniſco denuptã hũc pari
turã:quo fit vt etſi reſurrectionẽ nil noïe expri
mũt:rẽ tñ ipſam ꝑtendant: Socratem.ſ.q eẽ ex
Sophroniſci ſemĩne ceperat:reſurrecturũ:& ĩ
Fœnaretę matris ſecũdina bis fore reconditũ:
vtqꝫ Athenis illi iterũ educato philoſophãdũ
ſit:tanq̃ philoſophia ſecũ ſit etiã reſurrectura:
quæ illi olim fuiſſet:& a priſtina illa nihil abſi
milis oïno futura.quinetiã fore:vt Anyt⁹ ille
Melytuſqꝫ delatores:iterato reſurgant:vt So
cratẽ criminẽt:nec ſecus & cõſultores illi ario
pagitę hũc ipm cõdẽnẽt:& qđ magis eſt irridẽ
dum:vel Socrates ipſe vt veſtibus his induat:
quib⁹ ſuperiore periodo vtebat:& ſimili vt ſit
paupertate futurus: & ciuitate eadẽ Athenis
vt diuerſet.Rurſũqꝫ vt Phalaris tyrãnide po
tiat:ęneuſqꝫ huius & Taurus hoïm ſimilẽ vo
cẽ emugiat:qui priori in ſe cõuerſiõe fuiſſent
incluſi.Alexãder etiã ille Pheręus iterato Ty
rãnus:eadẽ erit qua prius fuerat ſęuitia:& do
minatu:eoſdẽqꝫ illos & dãnatur⁹ quos añ dã
E nauerat.Verum qđ erit neceſſe vt ſtoicoꝝ de
creta quib⁹ illi philoſophant ediſſerã:quæ vti
qꝫ Celſo nequaq̃ videtur ridicula:ſed elegãtio
ra forſitan & laude digna.Siquidem illi vł Ze
non videt philoſoph⁹ Ieſu ſapientior eẽ.Haud
ſecus & Pythagorei ipſi: vna & Platonici:etſi
videtur mũdi ĩcorruptionem tueri: in ſimilia
tamen q̃dam incidũt:vt ſyderibus ipſis pro in
ſtitutis reuolutionib⁹ figurationes eaſdẽ affe
ctuſqꝫ mutuo deſumẽtibus:vniuerſa in terris
ęque cum his ſe habere:& pari ſimilitudine di
cãt:quæ olim fuiſſent:cũ aſtroꝝ eandem affe
ctus figurã mũdus cõplecteretur. Neceſſe eſt
igitur pro hac ſyderum ratiõe:ex lõga quadã
cõuerſione ad affectionẽ eandẽ inter ſe redeũ
tium:qua Socratẽ prius affeciſſe ſunt viſa: vt
Socrates ex his ipſis & eadẽ illa quę quodã ſit
paſſus ꝑpetiatur.vt per Melytum.ſ.eũdem &
ĩcuſetur dãneturqꝫ ab Ariopagitis. Hęc cum
philoſophi vel ægyptiorũ ſapientes illi:iſtiuſ
modi tradũt:vt graues habiti & elegãtes:per
Celſum ſuiqꝫ ſimiles nil irridet. Nos vero qui F
quoad poſſumus per deũ aſtruimus oïa diſpẽ
ſari:& ꝑ cuiuſqꝫ captu ad potiora ſingulos du
ci:& noſtrarũ viriũ naturã ꝑnoſcim⁹: vt quæ
ea dũtaxat percipiant quę capere poſſunt(nõ
enim poterũt dei oïno incõmutabilitatẽ ꝑcipe
re)haudquaq̃ dicere ea videmur:quæ merito
ſint cõquirenda.Nemo autẽ nos ſuſpicet(etſi
iſtiuſmodi affirmamus)eorũ ex numero eſſe:
qui etſi xpianũ ſint nomẽ ſortiti:negaturi ſint
tamen q̃ ſacra ſcripta de reſurrectione ſanxe
rũt.Illi nãqꝫ ex ſinapis cocco vel tritici ſiue cæ
terorũ hmõi ſurgentẽ ſpicam vel arborẽ: ꝓfer
re:vt lubet:& cõfirmare nil poſſunt:at nos ne
quaq̃ viuificari qđ ſatũ eſt credim⁹ niſi & mo
riatur:nõ enim corp⁹ qđ futurum eſt reſurgẽ
tibus:ſeminatur.His qppe de⁹ quale collibuit
corp⁹ largitur:qđ ſane vbi fuerit in corruptio
ne ꝓſeminatũ:ad incorruptionẽ attollit:& de
ignobilitate ad gloriã:& ex infirmitate ad vir
tutẽ deniqꝫ excitabit:vbi demũ fuerit anima
le corp⁹ ꝓſeminatum:ſpiritale hoc exiſtere fa
ciet.Nec ſecus & eccłiæ Chriſti voluntatẽ ſer
uamus:& ꝓmiſſionis diuinę magnitudinem:
dei ipſius virtutẽ non ſolum ſentẽtia cõprobã
do:ſed doctrina & verbis:nihil ignari qꝫ ſi vel
cœlum ac terra & q̃ his inſunt aliquando per
tranſeant:verba tamẽ ſingulis de reb⁹ quæ di
uinitus fiũt:haudquaq̃ eſſe ꝑteritura:vt quæ
quaſi in toto ſint partes:vel tanq̃ in genere ſpe
cies ei⁹ qđ a principio apud deum eſt verbi &
dei verbi.libet eñ audire dicentẽ:cœlũ & ter
ra tranſibunt:verba aũt mea nõ trãſibũt.Nos G
itaqꝫ nil affirmam⁹ corruptũ iã corpus ad pri
ſtinam redīturũ naturã: queadmodũ nec cor
ruptum frumenti granum:in frumẽti granũ
reuerſurũ q̃nqꝫ:quippe qui illud aſſeuerem⁹:
qꝫ quemadmodũ ſuper frumẽti grano excita
tur ariſta:ſic item & rationẽ ineſſe corpori quã
dam: a quo nõ corrupto:corp⁹ in incorruptio
ne reſurgat. Atqui Stoici corruptũ omnino
corpus affirmant ad priorẽ ſui rediturum na
turã:quia pro eorum ſententia res ipſæ q̃nqꝫ
ſint per cœli cõuerſiones:prioribus illis futu
ræ perſimiles:& ad ſtatum eũdẽ:e quo reſolu
tæ iam ſint: reuerſuræ:& neceſſitatibus q̃buſ
dam ad eorum opinionem dialecticis hæc de
mõſtrando decernũt. Nec ſane ipſi abſurdiſſi
mum aliqd afferre videmur: cũ poſſe deũ oïa
dicim⁹:qui eius ſub nutu vniuerſa eſſe ſat no
uimus.Fateamur ꝑterea nil poſſe turpia deũ:

Eſſet namq; hoc pacto deus:vt eſſe de⁹ nō poſ ſit.ſi eñ qd turpe peragat de⁹: ꝑfecto de⁹ eſſe
A iam deſinet. Verū cum inquiat Celſus:qđ prę ter naturā ſit:deū nil velle:id dictū ſic partiamur. Si enim præter naturā eſſe quis nequitiam dixerit:nec ipſi quidē id inficias ibim⁹:nol le quippiam deū qđ naturam excedat: nec ea quidem quæ a vitiis prodeunt:vel præter rationem fiant & æquitatē. Quæ vero iuxta dei verbū & volūtatē efficiunť: neceſſe eſt ſtatim vt præter naturā minime ſint. Non ergo ꝓter naturam ſunt q̄ per deū geruntur:vel ſi mira ſint & ꝓter opinionē effecta. Q꞉ ſi violēti⁹ ſint hæc nuncupanda:dicturi haud dubie ſumus: quo ad naturā quā vulgatiorē & cōmunē deſumimus:id facere deū:qđ ꝓter humanā natu ram effecerit:hominē prouehendo:efficiendo q;:vt ad potiorē naturam is immuteť & plane diuiniorē:& ita vt hunc talem tuteť & ſeruet: vt ſuis ex actionib⁹ præ ſe facile ferat: quid illi collibitū ſit q ſeruauerit. Verū cum ſemel dixerimus deum nil velle qđ minus ſe deceat:id quippe ne de⁹ eſſet ſuſtulerit: dicturi etiam ſu mus:ꝙ ſi pro deꝑdita ei⁹ nequitia: quis hoīm velit,qđ & reſpuendū & improbū ſit: velle id deū minime poſſe. Nos vero tam longe abſumus ea quę Celſus refert huiuſmodi vt cōten tioſius iprobem⁹:quippe qui eius dicta ad verum expēdim⁹:vt illud ſibi aſſentiamur: deū nec peccātis eē & noxiæ voluptatis:nec rei ali cui plane obnoxiū quæ indecora ſit & æqtate aberrans:ſed rectę & æqoris naturæ:vt q cun ctorū ſit bonorū origo. Fatemurq; eū & animę poſſe vitam ꝑpetuam condonare:nec poſſe ſolum:ſed & perpetuitatē hanc ipſam de ſe præ
B ſtare. Celſi vero ex dictis nihil nos āgit:nec He racliti qdem illud qđ ſibi Celſus aſſumpſit: ꝙ mortui ſint ſtercorib⁹ deſpectiores:tametſi di xerit aliqs ſtercora quidē deſpectui eſſe:huma na vero cadauera vt animę domicilia & factio ris pręcipue:haudquaq̄ eſſe reiicięda: quippe q̄ ex optimarum legū pmiſſu:cū honorib⁹ qui haberi his poſſūt: & ſepultura dignanť:ne aīę iniuriam inferam⁹:ſi poſt eius exceſſum haud ſecus abiecerim⁹corp⁹:atq; abiici ſolent brutorum cadauera. Haudquaq̄ igiť placeat deo velim vel frumēti granū iure vt perpetuū eſſe decernat:ſed ex eo ꝓdeuntē ariſtam:nec qđ in corruptiōe ſit ſeminatū:ſed qđ ex ea ad icorru ptionē reſurgit. Atqui iuxta Celſum deus ipe vniuerſoꝝ eſt cauſa:iuxta nos vero hui⁹ & filius:de quo ꝑfecto philoſophātes id dicimus: In principio erat verbū & verbū erat apđ deū: & deus erat verbū. Quinetiā ad noſtrā opinio nem nil quiuerit de⁹ qđ iniquus ſit pręter ſui ip

ſius cōditionē efficere. Sed videam⁹ quæ dein C
ceps hūc in modū proſequiť Celſus. Iudęi igiť gens q̄dam priuata effecti:legib⁹,vti eoꝝ fert patria conſuetudo,ſtatutis:has ipaſq; inter ſe vel ad id tēpus fouēdo:cultūq; qualēcunq;:& patrium alioqn obſeruādo:haud ſecus agunt ac cæteri hoīes:q patrios qualeſcūq; ſint rit⁹: tutanť. Sic enim cū ſit:videť conducere: non ſolū quia aliis aliter ī mētē venerit qđ arbitrā do ſtatuerent:exiſtimarētq; oīno eſſe ſeruāda: q̄ in commune per ſe ſancirentur: verūetiam ꝙ mundi partes vti fieri oportuit:a principio ſunt aliis alię ꝑſidibus diſpartitę:ita vt ꝑ prin cipatus quoſdā diuiſæ reganť:& rectius ſit cū ſingulis actum:ſi ad illoꝝ nutū ſingula guber nētur quibus ſubiiciunť. Soluere autē quæ ab ipſis rerū primordiis ſingulis locis lege ſūt cō firmata:haud ſane fas eſt. In his qdem oſtēdit Celſus:Iudęos iuxta ſe olim ęgyptios:nationē per ſe priuatā poſtremo effectos: cōditas ex ſe leges fouiſſe:& eius dicta ne ſingula repetā:& his cōducere dixit: ſi nil ſecus ac cæteræ natio nes patrios ritus ſeruarēt:& cauſam ꝓfert pro fundiorē:cur illis id vſui ſit futurū:oſtenſur⁹ cuiq; leges hos poſuiſſe:qbus ſorte obuenerat vt eoꝝ terræ pręficerenť: quos legibus cōmu niſſent. Videť igitur illđ ſignificare:iudæorū locis & nationi q̄ his immoreť:aliquem vnum vel plures ꝓſpicere:quibus iuuātibus:iudæis per Moyſen ſint poſitę leges. Et ſeruādę quidē inqt ſunt leges:nō ſolū qa aliis venit in mētē: vt aliter atq; aliter leges ſancirēt: ſed qa ſeruā da ſunt quæ in mediū ſtatuunť: & vti par eſt: & terrę partes vt a pricipio ſūt aliis alię diſpar titę ꝑſidibus:& ꝑ principat⁹ quoſdā diuiſę:ita & gubernenť. Proiñ haud ſecus Celſus atq; eo rū oblitus:qbus fuerat ī iudęos inuect⁹: inter eoꝝ laudes qui patrios ritus eſſent tutati nūc & illos cōplectitur inquiens. Et ſane cū ſingulis recte ageť:ſi ita regātur:vt ꝑſidib⁹ illis fuerit collibitū. Verū aduerte vt aperti⁹ etiā quā tum in eo eſt:& iudæū velit ſuis vt legibus vi uat:nec quoq̄ pacto ab his vt deſciſcat. Ait nā ꝙ minus licere quę ſingulis ſunt locis ſtatuta:
diſſoluere. Sed velim equidē Celſum & qui ſe D
cum hæc ſentiūt, illud rogare:quiſnam is fue rit:qui primitus terræ ꝑtes:aliis alias ſit proſpectoribus impartitus? Et liquet ſane iudæo rū terram & ipſos iudæos huic illis ve obueniſ ſe:qbus obtigerant. Num enim vt dixerit Cel ſus Iuppiter ille cuiq̄ vni vel plurib⁹ iudæorū loca vel ipſos iudæos diſtribuit:ita vt qui iudæā ſic ſortirētur:iudæis libuerit vt leges im ponerēt? An Ioue hoc ipſo nolēte effectū id eſt? Vtcūq; itaq; Celſus reſpōderit: conſpicaberis

eius dicta ĩ anguſto hærere. Q; ſi a nemine ali quo vno: terræ partes ſuis pſidibus ſunt diſpa titæ: cõſtabit ergo vti iubente nemine vel præ ſidente: terrã ſibi fuiſſe quemq; vel temere qui dem partitũ. qd ſane vti abſurdiꝰ eſt: ita & dei fere ſuſtulerit prouidentiã. queadmodũ vero per aliquos prĩcipatꝰ terræ ptes diuiſæ: a ſuis pſidibus gubernẽtur: qui velit iam explicet. Denũtiẽt præterea nobis: vti cum ſingulis re cte agatur: vbi ab hiſce ad nutũ ſingula quæq; geranť: & (vt ita dixerim) nũ recte ſe habeant Scytharũ de interimẽdis parẽtibus leges: ſeu Perſarũ: quæ minꝰ prohibent filiis matres de nubere: vel patri filiam. Verũ qd mihi erit ne ceſſe ex diuerſis gẽtium legibꝰ quæ tradita ſũt colligenti: addubitare & qrere: quẽadmodum recte agantur: quæ per pſides iſtos geruntur?

E At dicat nũc Celſus. Cur nõ æquius fuerit pa trias leges diſſoluere: qbus ſinať & liceat: vt li beris matres: & patri filiæ nubãt: & e vita vt la queo excedatur: ſanciaturq; eſſe beatius: vt ſe ipſos penitus hoĩes purgẽt: igni vt dedãt: per ignẽq; ex hac vita diſcedant? Cur inquã pium nõ fuerit & leges apđ Taurinos diſſoluere: q bus cauetur: vt Dianæ hoſpites pro hoſtiis of feranť? vel apud Libyos quoſdã: quibꝰ mos eſt Saturno liberos immolare? Illud deinde ſubſe quiť Celſus: nequaq̃ iudæos religioſe facere: q patrias ſoluerint & ſic traditas leges: vt alium deoꝝ neminẽ colant præter vnũ oĩm condito rem. Et erit qdem apud hũc nõ natura qđ di cit religioſum: ſed permiſſu quodã & arbitra tu. Apud hos namq; Crocodilũ colere religio ſum eſt: & veſci quæ ab aliis adoranť. apđ alios item dũ vitulũ colunt pium exiſtimatur. Qui dam vero & hircum pro deo duxerint. Sic fiet vt quiſpiam quo ad huiuſmodi attinet leges: religioſe facere videatur. Irreligioſe vero quo ad aliorũ ritꝰ & mores. qđ vtiq; omniũ eſt ab ſurdiſſimũ. Sed par fuerit vt hęc iſti defendãt quæ dicunt: & religioſum eſſe: qui patrios mo res tueť: nec quoq̃ pacto irreligioſum qui alie nos nil ſeruet: rurſumq; qui apud hos illoſve irreligioſus habetur: irreligioſum nil eſſe: ſi p patria cõſuetudine: ſua quidẽ ſeorſum colat: quæ vero apud alios fuerint qui alienis a ſuis

F vtantur legibus: auerſetur & diueſcatur. Ad uerte autem vt æquitatis & religiõis & pieta tis cõfuſionem prętendat: dum pietatẽ hãc ni hil ſeiungit: pinde nec naturam habeat aliquã propriam: quę pios eſſe hos exprimat: qui ſecũ dum ſe fecerint. Si igitur pietas ipſa & religio & iuſtitia in eorum ſunt numero: q ad aliquid conſtant: ita vt pro variis affectibus quibuſdã & legibus idem ſit religioſus & impius: Caue ne & cõtinẽtia ſubſequẽter in his habeať: quæ ad aliquid ſunt: fortitudoq; itẽ & ſapientia: ſci entiaq; & virtutes huiuſmodi cęterę: quibꝰ p fecto nihil eſſet abſurdius: ſi ſe ita haberẽt. No bis vero ſimpliciter quidem & vulgatiꝰ Celſi dictis inſtantibus: ad hæc ſat forent quæ dixi mus. Sed cum putemus futurum vt eoꝝ quiſ piam qui res diligenter & accurate pquirunt: ſcripta hæc quãdoq; perlegat: age perpauca: etſi altiora: piclitando iam exponamus: q̃ my ſtice aliquid arcanæ cõtemplationis aſſeruẽt: quẽadmodum a principio aliis alia terræ loca & quæ abſurdiora iam diximus: ſint pſidibus diſtributa. Age inquam enixius hæc diſſera mus. Atqui mihi Celſus videtur nil recte eo rum accepiſſe nõnulla: quæ de terreſtriũ rerũ partitione altiore myſterio proferũtur. Et grę ca quidem hiſtoria: hęc leuiter attigit: quoſdã inducens pro diis habitos olim: de Attica ter ra ad inuicem altercatos: faciẽſq; apud poetas eorũ nõnullos qui dii dicũtur: locos quoſdã fa teri lõge plurimũ ſibi familiares. Barbarorum vero hiſtoria: & ęgyptioꝝ pręcipue: iſtiuſmo di quædam de ægypti legum diuiſione oſten dendo cõmeminit: quẽadmodũ Minerua quæ Samũ ſit locũ ſortita: & atticã habeat. Aegy ptiorum itaq; ſapientes infinita quædam hu iuſmodi protulerunt: nec tamẽ ſat ſcio vtrum iudęos & eorum loca in aliorũ quorũdam ſint partitiõe cõplexi. Sed de his quæ extra ſacras literas ſunt explicata: ſat fuerint impſentiarũ quæ diximus. At nunc Moyſen ipſi aſſeuera G mus: qui dei & vates fuit & ſeruꝰ gratiſſimꝰ: in Deuteronomio cãtico de rerũ terrenaꝝ di uiſiõe iſtiuſmodi olim diſſeruiſſe. Quãdo di uidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam: conſtituit terminos populorum iuxta numerũ filioꝝ iſrael: & pars autem do mini populus eius: Iacob funiculus hæredita tis eius. Quæ autem ad gẽtium ſpectant diui ſionem: Moyſes idem in Geneſi in hiſtoriæ mo dum ſic narrat. Et erit omnis terra labii vniꝰ: & vox vna cũctis. Et factum eſt cum mouiſſet eos ab oriente: inuenerunt cãpum in terra Sẽ nar: & habitauerunt ibi. & paulopoſt. Deſcen dit autẽ deus vt videret ciuitatem: & turrim quã ædificabãt filii Adam: & dixit dominus. Ecce vnus eſt populus & labium vnum omni bus: cœperũtq; hoc facere: & non deſiſtẽt a co gitationibus ſuis donec eas opere compleant. Venite igiť deſcẽdamus & cõfundamꝰ ibi lin guam eorũ: vt nõ audiat vnuſq́ſq; vocẽ proxi mi ſui: atq; ita diuiſit eos dñs ex illo loco ĩ vni uerſas terras: & ceſſauerũt ædificare ciuitatẽ & idcirco vocatũ eſt nomẽ eiꝰ Babel: qa ibi cõ

ſuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſp=
ſit eos dominus ſuper faciem cũctarum regio=
num. qđ Salomon: cum de ſapiẽtia differit: &
de linguarum cõfuſione: in qua facta in terris
fit linguarum partitio: inquit. Hęc quidem &
in concordia nequitiæ gentium confuſarum:
cognouit iuſtum & cuſtodiuit illum inculpa=
bilem deo: in filii clementia fortẽ ſeruauit. Lõ=
gior autem de iſtiuſmodi & myſtica quædam
extat oratio: cui congruit illud: Sacramẽtum
enim regis abſcondere bonũ eſt: ne ad quorũ=
uis aures de anima quę traduntur perueniãt:
quemadmodum haudquaq̃ hanc velit e cor=
poribus aliis ad alia corpora demigrare: vtq;
nec ſancta quidem canibus dentur: nec appo=
nantur margaritæ porcis: id quippe impium
eſt. At ſi aliter facerẽt: ineffabilia diuinæ ſapiẽ
tiæ dicta hi proderẽt: & perinde ac mendacia
redderent: quia de ſapientia recte id ſcribitur:
In maliuolam animam non introibit ſapiẽtia:
neq; habitabit ĩ corpore peccatis ſubiecto. Sat
autem ſit quæ ſunt in hiſtoriæ modum prola=
A ta: aperuiſſe. Innoteſcant igitur vniuerſi: qui
in terris ſunt homines: & lingua vna quadam
& diuina vtantur: & q̃diu inter ſe ipſi conue=
nerint: in diuina hac lingua ſeruẽtur: maneãt
q; ad orientem immoti: quoaduſq; tandẽ quæ
lucis ſunt ſapiant: & quæ ſplendoris: a luce ꝓ
deuntis ęterna. Et hi quidem ſe vbi ab oriente
iam mouerint: & ſenſerint quæ ab oriente
ſunt aliena: ĩueniant in terra Sennaar campũ:
qđ vtiq; dentium interpretatur excuſſio: in ſi
gnum & argumentum: vt ea deperdant: qui=
bus & nutriuntur: & eodem inhabitent. Pro=
inde qui terrena hæc congerunt cœlo velint
adglutinare: quæ illi affigi nil poſſint: & vt ꝑ
terrea iſta vel illis inſidientur: quæ ſunt terræ
expertia: ſic inquiant. Venite faciamus nobis
lateres: & eos igne coquamꝰ. Vt itaq; lutea hi
& terręna obdurant: & molliorem materiam
nituntur lapidem reddere: & lutum calcẽ: ex=
hiſq; ciuitatem & turrim ædificare: cuiꝰ ſum
mitas: quo ad eorum opinionem: cœlum per=
tingat: tradantur ſinguli pro motus propor=
tione quo iſti plus minuſve ab oriente ſeceſſe=
rint: proq; ipſa vel laterum in lapides immu=
tatione & apparatu: & luti in calcem: angelis
vel pluſculum vel minus infenſis & grauibꝰ:
his illiſve tamdiu dedantur: quoad luerint eo
rum audaciæ pœnas: & ab angelis ſinguli qui
propriam ſibi linguam effecerint: pro eorum
meritis ad terræ partes ducantur. Et ex ange
lis hi quidem (vt ita dixerim) ad loca quædã
ſole exuſta: traducant. Alii vero ad gelidiora:
quæ & frigoribus incolas ipſos excrucient. In

terram alii ad excolendum difficilem: vel pau
lo mitiorem. Alii in eã quę feris ſit beſtiis plus
minuſve copioſa. Deinde ſiquis ĩgenio valet:
tanq̃ ſub figura hiſtoriæ: quæ per ſe quidẽ vel
aliquid habeat veritatis: aliquid vero arcani
prętulerit: aduertat quoſdã priſtinam linguã
ſeruaſſe: quia ab oriẽte nuſq̃ receſſerint: cum
& in oriente & oriẽtali lingua permaneant. In
telligatq; hos dũtaxat domino in portionẽ ceſ
ſiſſe: & populum qui Iacob eſſe aſſeuereť. Effe=
ctum inſuper eſſe: & tabernaculum hæredita
tis ſuæ iſrael. Et hi: vt principi tãtum ſubiiciã
tur: qui non ad ſupplicium ſubditos: vt cęteri
ſolent: deſumat. Conſpicetur inquam qui po=
teſt: quoad ei licuerit conſpicari: qui inter ho=
mines agit: vel in eorum vita qui ad præſtan=
tiorem illam dei portionem ſunt inſtituti: q̃=
multa olim fuiſſe commiſſa: toleratu facilia:
& plane eiuſmodi: vt horum de cauſa viderẽ=
tur non digni: quos deſtitueret deus: & paulo
poſt maiora quædam hos deliquiſſe: ſed quæ
ferri etiam poſſent: & ita: vt vbi demum intel
ligat peccantibus hiſce diutius: & adhibitam
ſemper fuiſſe medelam: rediiſſeq; ad ſe tãdem:
& ad deum per temporum interualla conuer
ſos: videat velim haud ſecꝰ deſtitutos fuiſſe &
cæteros: qui delinquendo alia ſint loca ad ha=
bitandum ſortiti: & primum quidem minori
affectos ſupplicio: & pœnas luiſſe: ꝑinde ad ſe
vt caſtigati redirent. Aduertat poſtmodum B
iſtis trucioribus principibus traditos: & Aſſy
riis quidem: vt diuina ſcripta deſignãt. Dein=
ceps & Babyloniis: mox item poſt allatas me=
delas peruideat: nihilominus hos ipſos ſcele=
ra in ſe prorogaſſe: & idcirco per aliarũ gẽtiũ
duces ĩ alias terras diſſeminatos: turpiter fuiſ
ſe abactos: & de ĩduſtria per proprium regem
neglectos: cum ab alienis regibus raperentur:
vt & ipſe perinde iniuriam vlciſcẽdo: iure poſ
ſet ex aliis nationibus quoſcunq; liceret ſurri
pere: vt captis imponeret leges: & quemadmo
dum viuendum his eſſet oſtẽderet: & ad eum
deniq; finem deduceret: ad quem & primi ge=
neris traduxerat nationes: quę nil deliquiſſẽt.
Quocirca ediſcant qui contemplari tãta hæc C
poſſunt: eum longe fuiſſe potentiorem qui ſit
priſcos illos ſortitus: haudquaq̃ peccatis ob
noxios: q̃ cæteri omnes: quando hic potuit ex
omnium portione delectos quoſdam ſuſcipe
re: & ab illis diſtrahere qui eſſent ad crucia=
tus deſumpti: & legibus applicare & vitæ:
quæ ad præteritorum commiſſorum obliui
onem conducerent. Sed vti prædiximus
hæc nobis ſint dicta: monſtrantibus: nil re=
cte hos audiſſe: qui terræ partes affirmant:

vel a principio fuiſſe p̄ſidibus aliis alia ad regi
men impartitas:& per principatus diuiſas:&
gubernari. Enimuero vbi ab oriēte dimoti qui
dam peccarunt:traditi ſunt in reprobum ſen-
ſum:& in ignominiæ paſſiones:cordiūq; eorū
& deſyderia:in immunditiem:vt peccato exſa
D tiati:id oderint. Sed haudquaq̄ Celſo aſſentie
mur:volenti & affirmanti idcirco recte cū ſin-
gulis agi:quia terrę partibus diſpartiti ſint p̄-
ſides:quin placet non tanti iſtorū res fieri:quā
ti his libet. Videmus enim quę vel a principio
ſingulis ſunt locis ſtatuta & ſanctiora fore &
pietate p̄ſtare:ſi diuinis quibuſdam & potiori
bus legibus quandoq; ſoluantur:quas vtiq; Ie
ſus vt potentiſſimus tulit:a pręſenti nos & ne
quā hoc ſęculo eximēs:& a pricipib⁹ ſęculi hu
ius qui deſtruūtur. Impium vero non ſe illi p-
mittere:qui vniuerſis principibus ſit & poten
tior viſus & demonſtratus:quē vtiq; de⁹ hunc
eſt in modum affatus:ſicuti ante generatiōes
iam multas p̄cinerunt prophetę. Poſtula a me
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſ
ſeſſionem tuam terminos terræ. Is eñ a nobis
expectabatur: qui ex gentibus in eum credidi
E mus:& in deum qui eius eſt pater. Quæ autē
diximus:non ſolum ad confutāda quæ de præ
ſidibus terræ traduntur:plurimum valēt:ſed
& Celſi dicta quę iſtiuſmodi ſunt:intercipiūt.
Inquit enim, Accedat autē & ſecūdus. at nos
iſtos rogabimus:vndenam prodeant: vel quā
nam habeant principalem & patriam legem?
Nullam p̄fecto dicturi ſunt:tametſi ex iudæo
rum & hi lege eruperint:& p̄ceptorem ipſum
& ducem non aliunde acceperint: & a iudæis
alioquin deſciuerunt. Nos quidem & ſinguli i
poſtremis diebus prodim⁹, vbi Ieſus noſter ad
uenit, in conſpicuum & excelſum domini mō
tem:qui & verbum ſit quod omne verbum ex
cedit:& in domum dei:quæ vtiq; viuentis eſt
dei eccleſia:columna inſuper & fundamētum
veritatis. Et in monte quidem ædificatur: in
montium ſummitate:omniū ſcilicet prophe-
ticorum dictorum:quæ ferme conſtat huius
eſſe domicilii fundamētum. In ſublime autem
domus & ſupra omnes montes eſſe hi oſtēdū-
tur:qui præcipuum aliquid apud homines in
ſapientia & veritate de ſe videntur promitte
re. In eam vero domum gentes nos omnes con
ueniemus:& gentes tam multę ambulabim⁹:
& mutuo nos ad diuinum illum qui per Ieſum
illuxerit cultum hortando:dicturi ſumus. Ve
nite aſcendamus in montem domini & in do-
mum dei Iacob: Et annuntiabit nobis viam ſu
am:& ambulabimus in ea:Exiuit nāq; ex Sion
lex:& conuerſa eſt ſuper nos ſpiritalis:& ver-
bum domini ſuper Hieruſalē illā exiuit:vt qd
vbiq; ſit depaſcatur:& gētes diiudicet:Eligēs
quidem quos videt obedientes:redarguēs ve-
ro populum multū & contumacem. His autē
qui ita nos rogitent: Vndenam prodeam⁹ vel
quem nacti ſim⁹ ductorem? Sic reſpōdebim⁹:
Veniſſe nos quidem pro Ieſu monitis vt belli-
cos noſtros & rationabiles gladios confringa-
mus:ita vt qui cōtumelioſi ſunt conflemus in
vomeres:& lanceam noſtram pugnacem in fal
cem. Nō enim de cætero gladiū aduerſus gētē
nos capimus:nec ad bellum inſtruimur:pacis
filii per Ieſum iam redditi: qui vtiq; ꝓ patriis
legibus:in quib⁹ eram⁹ a duplici teſtamēto ad
huc alieni:nos ducat lege accepta: qua ſup ei
gratias dicim⁹:qui nos ab errore exemerit:fal
ſos quoſdā deos olim aſſeuerātes:& vana ido-
la noſtros ſibi quodā cōparaſſe maiores:quos
inter, deus alioquin pluit nemo. Dux itaq; no
ſter & inſtructor ille a iudæis egrediēs:ſuę do
ctrinæ verbo mūdum vniuerſum depaſcitur.
Verum ne & illa præteream⁹ quę ſubſequēter
per Celſum traduntur: age & hæc explicem⁹. F
Vtetur autem aliquis inquit vel ipſo Herodo
to ad eam rem teſte: ita dicente. Qui enim ex
Marea ciuitate vel Apio oppido incolunt mō
tes Libyę proximos:videntur Libyi eſſe nō vl
tra ægyptii. Nam cum de ſacrorum cultu hi
angerentur:quippe qui prohiberi nollent quo
minus & fœminas boues mactarēt:ad Hāmo-
nem miſerunt qui dicerent nil ſibi cū ęgyptiis
eē cōmune:nimirū qui extra Delta regionem
incolerēt: nec fas ſibi eſſe quę illis in eſum ſint
deguſtare. At de⁹ nil ſiuit eos hæc facere: affir
mans eā ægypti regionē eſſe:quā Nilus inun-
dans rigaret:& ex ægypti partibus eſſe illos ſa
tis cōſtare:q ſupra elephantinā vrbē loca inha
bitēt & eodem ex flumine bibūt. hæc Herodo- G
tus. Hammon vero dęmones ad nos delegan-
do:iudæorum nulli inferior ē:quo fit vt haud
quaq̄ iniquum ſit ſua quemq; legitima colere:
plurimū tamen hæc pro gentiū ritibus differ
re cōperiemus:& alioquin recte ſinguli exiſti-
mare videntur. Aethiopum ſiquidem qui Me
roen habitāt: Iouem dūtaxat & Bacchum co
lunt: Vraniam Arabes tantum & Bacchum:
Oſyrim ægyptii omnes & Iſidem: Mineruam
Zaitæ: Naucratitę autem nō ex ritu vetuſtio-
re quē colerent:Sarapim nuncupare cœperūt:
& cæteri item pro legibus factitāt. & hi qdem
ab ouibus abſtinent:quippe quas vt ſacras ob
ſeruant & venerentur:a capris nōnulli:a Cro
codilis quidam & bobus: ſed fœminis abſti-
nent: ab apris pleriq;: vt quos plane abhor-
reant. Scythis inſuper vel humanis carnibus

veſci: pulchrum videtur. Sunt preterea ex Indis nōnulli: qui patris carnem dū eſitant: religioſe ſe facere arbitrentur. Et alibi quidem is idem Herodotus inquit. Vtar autē huius ite rato dictis: vt noſtris faciā fidem. Si enim vniuerſis proponat mortalibus quiſpiam: vt cunctis ex legibus deligant potiores: ſuas quiꝗ nimirum leges cōtemplati vt optimas: lōge magis ſunt delecturi non aliam quāpiam: vti par eſſet: vel inſanum hominem dixerint: qui aliter forte decerneret. Q: aūt de inſtitutis & legibus id exiſtimēt homines: multis quidem & aliis argumētis licet expēdere. Darius namꝗ græcis omnibus ad ſe conuocatis: qui ſub eius eſſent imperio: illud rogabat: Cuiuſnam pręmii magnitudine genitores velint demortuos eſitare? At illi nulla profeſſi ſunt id ſe quando ꝗ facturos. Tum idē: accitis ex Indis qui Callociæ vocitant: apud quos parētes eſitandi mos eſt: adhuc græcis aſtantibus: ex interpretum relatu edoctus: quæ dicerentur: quonam pretio ſciſcitatus eſt: illi admitterēt: vt defunctos parentes igne cremarent. Tum illi magnum ī modum obſtupefacti: Darium meliora loq iuſſerunt. Sic itaꝗ ſunt hęc lege ſtatuta vt immutari nefarium ſit. Et ſane rectius videtur Pindarus facere: qui legem dixit omnium ducem. Per hoc igitur in præſenti videntur Celſi dicta ad illud tranſire: ꝗ homines omnes pro patriis legibus vt viuāt neceſſe ſit: neꝗ in his ob ſeruandis vllo pacto poſſe coargui. Chriſtianos vero patriis his deſtitutis: nec vna ex gente vt iudæi: cum conſtent: non ſine culpa Ieſu ſe addixiſſe. Dicat igitur Celſus: vtrum decenter hi qui & philoſophantur & inſtruūtur: ne deos ſuperſtitioſe colant: patrias leges reliquerint: vbi vetitis cibis veſcuntur? an præter decus id agant? Si enim hi per philoſophiam & alias diſciplinas quæ ſuperſtitionibus aduerſantur: patriis ritibus deſtitutis: veſcātur quę ſibi in eſum interdicūtur: cur & chriſtiani vera doctrina prohibente: ne ſimulachris & ſtatuis vacent: vel his quæ creauerit deus intendant: ſed negligendo peruincant: & animā cōditori cōmendent: quando haud ſecus faciant ac philoſophi factitarunt: non id ſine crimine geſſerint? Verum vt ea quæ propoſuit Celſus tutetur: & qui Celſo aſſentiuntur: vel philoſophando quempiam dixerint patrios mores ſeruare: aduerte philoſophos: quales inter ægyptios extitere: vel ridiculum admodum obſeruaſſe: quippe qui pro patria tutanda cōſuetudine: nec cepas ederent: & a quibuſdam brutorum corporis partibus abſtinerent: vt armo & capite: ne forte maiorum traditiones excederent. nec tamen de ægyptiorum ineptiis & quæ de corporibus brutorum delirāt aliquid dixerim vel in ipſa natura exhorrent. Nam ſi quis ex iſtis vel forte philoſophetur: vel ritus patrios ſeruet: profecto ridiculus ꝗdam arguetur eſſe philoſophus: ꝗ ſe minus philoſophice geſſerit. Sic igitur qui ex Ieſu diſciplina ad dei omnipotentis cultum traducitur: & ꝓ patriis moribus in inferiorib⁹ hiſce apud ſimulachra & quę mortalium manibus effingūtur: & obfirmantur: reſideat: nec velit animo ad conditorem illum aſcendere: eorū profecto ꝑſimilis fiet: qui didicerit quidem quę ad ſapientię ſtudium ꝑtinent: metuat tamē quæ minus fuerit formidoloſa: & putet impiū eē re aliqua veſci, qualis eſt Herodoti Hammon: cui⁹ reſpōſa idcirco Celſus cōplectitur: vt oſtēdat debere ſingulos: patrios rit⁹ ſeruare. Enimuero ſi Hammon fœmellas boues mactādi vſum idcirco Libyis interdixit: quia id animal ad excolēdā terram cōferat plurimū: vel quia ex fœminis his animantibus id pecudū genus excreſcit: haberent forſitan perſuaſionis aliqd quæ Celſus ꝓtulerat. Nūc vero placuit ſemel: vt q Nili aqua in potum vtūtur: ſit omnino neceſſe ęgyptiorum vt leges obſeruent: quib⁹ de fœmellis his bobus apud eos cauetur. Et in hoc quidem iudęorum Celſus angelos carpens: ꝗ ea quæ dei ſunt nuntiēt: hammonē dixit haudquaꝗ̄ his eſſe inferiorem: quorꝫ nec verba ſcrutatus eſt: nec plane intelligit: quid hi præ ſe ferant: cum hominibus obuerſantur. quod ſi forte perciperet: videret profecto non boues deum curare: vbi de bobus & brutis his animantib⁹ ſtatuit: ſed quæ hominum gratia ſub animalium prętextu huiuſmodi ſunt literis tradita: naturæ rationem aliquā continere. Celſus igitur non inique facere ſingulos dicit: qui ſuas colere leges voluerint: vnde illud mox ſequitur: nil iniuſtius agere Scythas: quando pro patria conſuetudine homines eſitent: & ex Indis qui paterna carne veſcūtur iuxta Celſum facere ſanctius videbuntur: vel ſaltem non impie. Explicat autem is Herodoti dicta ad id facientia: ꝗ patriis quiſꝗ legibus decenter vtatur: & ſimilis eius videtur: qui Darii temporibus Indos quoſdam Callacias tunc nuncupatos: ſuſceperit ſimul & laudarit: quibus eſitandi parentes mos eſſet: quādoquidem Darium hi ſciſcitantem cuiuſnam rei magnitudine & præmio eorum vellēt legem deponere: ingēti edita voce: loqui meliora iuſſiſſent. Duobus igitur generaliter propoſitis legibus: altera quidem naturæ: quam tulerit de⁹: altera quę ſcripto cōſtet & in vrbibus valeat: par fuerit quā

do diuinæ legi lex ſcripta nil aduerſat̃:ſub pe-
grinarũ legũ ꝑtextu:mœrore ciues nullo affi
cere. Aſt vbi ſcriptę legis cõtraria naturæ:dei
lex quicq̃ iniunxerit: aduerte vt vera doctri-
na diſperditũ iri legem hanc ſcriptam:& lato-
rum legum placita iubeat:& ſeſe deo vt veræ
legis cõditori quiſpiam dedat:& hui⁹ ex diſci
plina & vitam ducat: vel ſi cum vitæ diſcri-
minę laboribuſq; infinitis,& mortib⁹:ſi quidẽ
id agi oporteat. Eſt enim abſurdius humanis
vt legibus vel legum huiuſmodi ſectatoribus
quis obſequatur:cum leges diuinæ ſint ab his
alienæ. ſiquidem haudquaq̃ poterit quiſpiam
deo ſimul & hominibus obtemperare vel exe-
qui opera iſta humana qui deo velit gratifica-
ri. Si enim in cæteris naturæ ipſius præferen-
da ratio eſt:quæ dei lex ſit:& potior plane ha-
benda q̃ ea ſit quę ſcripto conſtet: & per homi
nes contra dei legem ſit conſtituta: cur nõ id
potius agẽdum in dei legib⁹ fuerit? Nõ enim
æthiopum more qui circa Meroen incolunt lo
ca:Iouem Mineruãmq; dũtaxat:vt cuiq; libi-
tum erit:& ipſi culturi ſumus. Sed nec æthio
picos quidem ritus ſeruabim⁹:nec honore ali
quo proſequemur:quos hi venerẽtur:neq; vt
Arabes Vraniam ſolũ & Bacchum deos puta
bimus:quin potius nec deos dixerimus: quos
inter cum mares eſſe:tum fœminę exiſtiman-
tur. Siquidem Vraniam Arabes: vt fœminã
colũt:& Bacchum vt marem. Neq; vt ęgyptii
omnes pro diis duxerimus Oſirim & Iſidem.
Nec demum Zaitarum more cum iſtis & Mi-
neruam annumerabimus. Verum ſi Naucra-
titis illis & priſcis alia ſunt vt colerent viſa:iu
niores autẽ Sarapim colere cœperint:qui nũ-
q̃ alias fuerit inter deos relatus:nil tamen ipſi
eundem in modum: nouum quẽpiam: & qui
prius nuſq̃ extiterit nec vlli ſit cognit⁹:deum
eſſe aſtruimus:cum dei filius:omnium quę cõ
dita ſunt primogenitus: etſi recens ſit viſus
carnem ſumpſiſſe humanam:haud tamen no-
uus propterea fuerit:quippe quem eẽ vniuer-
ſarũ conſtat rerum quæ creatæ ſint: vetuſtiſſi
mum:vt ſacræ literæ tradunt: & ad hunc ip-
ſũ a deo de hominis creatiõe verba fuiſſe hu-
iuſmodi habita: Faciamus hominem ad ima-
E ginem & ſimilitudinẽ noſtrã. Sed velim equi-
dem plane oſtendere non iure Celſum id pro-
tuliſſe:propria ſingulos & patria colere. Hos
enim ait qui Meroen incolunt: duos tantum
nouiſſe deos:Iouem & Bacchum:& ſolum hos
colere: Vraniã vero ſeorſum ac propriam:vt
ei⁹ ẽ hiſtorię ſeries. Si itaq; neq; ęthiopes Vra
niam colunt:neq; Arabes ipſi & Iouem:fiet er
go vt ſiquis æthiopum neceſſitate aliqua ad
Arabes venerit:impietatis coarguat̃:vt q̃ Vra
niam colat:& iuxta id:vitę periculũ ſubeat: &
æthiopi cõduxerit poti⁹:mortẽ vt oppetat:q̃
ꝑter patriã faciat cõſuetudinẽ:& Vraniã co-
lat. Q̃ ſi facere eũ ꝑter pria iura ꝓfuerit:haud
tamen quo ad Celſi dicta pie hic fecerit. Si ve-
ro ad mortis viam is abigatur: oſtẽdat Celſus
quo iure ſit illi mors potius ſubeunda: ipſe ve
ro haud ſane intelligo:ni forte æthiopũ diſci-
plina de animæ immortalitate doceat philo-
ſophari:quẽadmodum honos ſit cultorib⁹ his
deferẽdus:qui iuxta patrias leges:ſtatos colãt
& legitimos deos. Nec ſecus dici & de Arabis
poteſt q̃ neceſſario ad ęthiopes qui circa Me-
roen ſint demigrarint. Hi nãq; vel Vraniã co-
lere ſolum:& Bacchũ edocti:nequaq̃ ſunt Io-
uem cũ Indis adoraturi:vnde nil pie colere exi
ſtimantur. Hos itaq; ſi idcirco ad mortẽ ęthio
pes rapiant:quidnam qđ æquum ſit fecerint:
promat nũc Celſus. De Oſiris vero & Iſidis fa
bulis otioſum eſt ĩ præſenti aliquid explicare:
nec ſat opportunum:tametſi ab his interꝑten
tur & fabulæ:a quibus inanimatã aquam co-
lendam eſſe inſtruimur: nec ſecus & terram:
quę mortalib⁹ eſt vniuerſis & brutis ſubiecta.
De Serapide autem & longior quidem & diſſo F
na hiſtoria eſt:cum paulo ante in mediũ Ptole
mæus prodiſſet: & magicis vellet præſtigiis
Alexandrinis ciuib⁹ ꝑinde apparentem hunc
deum oſtendere. Legimus tamen apud Nume
nium pythagoreũ illum:e quibuſuis animãti
bus ſiue plãtis per naturam iam inſtitutis: Se-
rapidem hunc ſubſtantiæ aliquid ſibi deſume
re:& eius participem fieri:ita vt videat̃ ex im-
perfectis initiationibus & veneficiis:non a ſta
tuariis ſolum & imaginum confictoribus de⁹
parari: ſed per magos: & veneficos quoſdam
& dæmones:qui carminib⁹ volutantur. Quæ
rendum eſt igitur rationali animanti & man-
ſueto & cõſyderatius omnia factitãti:in eſum
quid congruat quidve minus cõueniat: & nõ
veluti iure quodam hæreditario:oues: & ca-
pras:vel boues vt colat imponenda neceſſitas
a quib⁹ vt abſtineatur modeſtius fuerit:ſiqui-
dem plurimum ex his vtilitatis mortalib⁹ vẽ-
dicat̃. At Crocodilis quidẽ parcere & ſacros
hos dicere neſcio cuius commentitii dei: quo
pacto non fuerit omnium ſtolidiſſimũ? Eſt em̃
valde furẽtium: velle his parcere quę minime
parcant:& beluas eas tutari quæ homines vo
rent. Celſo vero perplacẽt:qui pro patria qua
dam conſuetudine: Crocodilos vt homines
colant: & plane defendãt:& in hos quidem ni
hil is vſpiam ſcripſit:qui Chriſtianos idcirco
incuſet & criminetur:quia vitia vt reſpuant

inſtruuntur. Et ab his ſimul prodeuntia opera fugitent: virtutem vero honore proſequantur & cultu: vt quæ a deo ſit inſtituta: & ab eo pro dierit: & iuſtitiã colant quę dei filium præfert: quemadmodum & huius apoſtolus patefacit: cum de eo ſic loquitur. Qui factus eſt ſapientia nobis a deo & iuſtitia & ſanctificatio & redem ptio. Q2 ſi vel ſecũdum deum dixerimus: intel ligat Celſus: qđ ipſi ſecundum dicimus deum haudquaq̃ nos aliud dicere: præter virtutem: quæ virtutes omnes in ſe complectatur: & rationem: quæ omnium rerum ſecundum naturam quæ conſtant: & principaliter ſint effectæ & ad vniuerſorum vtilitatem: contineat ratio nem. quã vtiq; Ieſu animo longe plurimũ q̃ cæteris animis & cohęſiſſe & vnitam eſſe nos tradimus: vt qui perfecte ſolus percipere queat: quẽadmodum per ſe verbum: per ſe ſapientia:
A per ſeq; & iuſtitia ſit. Cum autem iſtiuſmodi pleraq; de legũ varietate protulerit Celſus: & illud adiecit. Recte enim feciſſe Pindarus mihi videtur qui legem dixerit cunctorum ducem. Sed age vel de his diſſeramus. Quã eñ ais ducem omnium legem? Si omnium: hoc eſt eorũ affirmes: qui ſingulas incolũt ciuitates: id plane falſum eſſe arguitur: quippe cum non omnes ſub lege vna regantur. quin dici oportuit duces idcirco omnium leges: quia cunctis ex legibus nationes ſingulas lex aliqua moderetur. Verum ſi proprie legem acceperis: quę natura ipſa cæteris præſideat legibus: Ieſus profecto lex erit huiuſmodi: tametſi hunc quidam: prædonum in morem: deſertis iam legibus: denegando: pyratice & per iniuriam viuãt. Nos vero & Chriſtiani: qui legem cognouimus: quæ inter cæteras leges ſuapte natura teneat principatum: & cum lege diuina vna & eadem ſit: ſecundum hanc & viuere cõnitemur: legibus illis procul abire iuſſis: quæ minus ſint leges.
B Sed videamus quæ ſubſequenter Celſus ediſſerat: in quib⁹ de Chriſtianis perpauca admodũ de Iudæis pmulta ſic infert. Si enim iuxta hæc propriam legem tutantur Iudæi: non tamen idcirco eorum facta culpãda ſunt: ſed illorum potius incuſanda: qui propriis & ſuis relictis: Iudaica quædam ſectantur: & veluti ſapientiora quędam aſciſcunt. Q2 ſi pro ſumma id ſapiẽtia habent & gloriæ ducũt: haud ſane ex æquo aliorum defugiunt conſuetudinem: ſiquidem iamdiu perceperint: nequaq̃ ſcire de ſe: vel vt proprium profiteri: de cœlo qđ ſentiunt & opinantur. Sed vt cętera omittam: & Perſis: vt declarat Herodotus: olim id viſum: putant enim hi inquit Ioui ſacrificia facere: vbi celſiſſimam cõſcenderint ſpeculam: Iouem cœli circulum nuncupando. Nil igit̃ duxerim intereſſe: vtrũ Iouem altiſſimum: ſiue Zena: ſiue adonęum: ſiue vt Aegyptii Hammonẽ qs dixerit: ſiue Pappæũ: vt Scythę. Nec ſane idcirco fuerint hi cæteris ſanctiores: quia & ipſi circunciduntur: id ipſum eñ Aegyptii & Colchi priores iam factitarunt: nec quia ſuibus abſtinent: iſti & apris: qđ vtiq; & Aegyptii fecerint: ſiquidem nec capris hi: nec bobus: nec piſcibus: nec fabis veſcũtur. Pythagoras p̃terea & ei⁹ diſcipuli: a quouis animantium genere abſtinebant: neq; par erat vt hi apud deum tam enixe proficerent: & præter cæteros tantopere probarentur: vt ad hos ſolum angeli & celit⁹ legarent̃: perinde ac beatorum eſſent loca quædam ſortiti. Spectamus enim cum iſtos tum eorum & regionem: quibuſnã ſint a deo rebus dignati. Abeat itaq; in rem malam hominum iſta conſociatio: inſolentiæ pœnas deniq; luitura: quæ magnũ deũ ignoret: quippe quæ per Moyſen ſit magica arte ſubducta & fraude intercepta: vt cuius non ad rectiorem aliquẽ finem ſubierit diſciplinã. In his autem perſpicuum eſt Celſum Iudęos arguere & incuſare: perinde ac falſo ſe opinentur ſupra cæteras nationes in dei portionem fuiſſe delectos. Sic fit vt ſuperbiæ eos coarguat: perinde ac deum magnum vnice iactẽt: quem plane ignorent: & per Moyſen ſint magica arte ſubducti: et demum eluſi: non ad rectiorem exitum diſcipuli redditi: nobis vero in partem: ſuperius pleraq; ſunt: de eleganti illa: et præcipua Iudæorum videlicet republica: explicata: cum illis de ciuitate dei: eiuſq; templo conſtitutum eſt ſignum: nec ſecus et cum de altari per nos mentio fieret: de cultu illo ſacerdotali ſat diximus. Si quis autem mentem intende- C rit: et Moyſis qui legem tulit: voluntatem obſeruet et vitam: hæcq; diſcutiens cum cætera rum nationum conferat inſtitutis: nulli⁹ profecto alteri⁹ vitam is demirabitur. Siquidem Moyſes ille vniuerſa ſuſtulerit: quę hominum generi nihil conducerent: ſuſceperit vero dũtaxat & fouerit: quæ vtilia forent & omnibus profutura: ita vt nec certamina eſſent apđ iudęos hos inſtituta: qualia apud gentiles: in q̃bus nudi homines decertarent: vel ex eqs contẽderent: proſtituerenturq; omnium libidinibus fœminę: & per impudicitiam naturę illuderet̃. Sed illud profecto erat apud Iudæos p̃cipuum: vt vel a teneris vnguib⁹ excedere naturam omnem & ſuperare ſenſibilẽ diſcerent & nulla eius in parte reſidere deũ exiſtimare vt quem in ſupernis & extra corpora cõquirebant. At quanti illud? cum vix dum nati: vbi primum verba formarẽt: de animę immorta

litate inſtruerentur: & quid eſſet apud inferos
æquitatis: quidve honorũ maneret: qui recte
vixiſſent: quæ forte pueris hiſce adhuc & pue-
rilia ſapientibus: ꝑ fabulam olim prædicabant
doctrinam vero dum interea per ętatem cõqui
rerent: & in ea proficerēt plurimũ: quę viſa his
forte ſunt (vt ita dixerim) fabuloſa: ad verita-
tem demũ cõuertebantur: quę vtiq; hos latuiſ
ſet. Ipſe vero exiſtimauerim: quia dei portio di
cerentur Iudæi: pro nũcupationis huiuſmodi
dignitate: vaticinii genus omne: vt fruſtra ho
mines agitantis: & a perditis dæmonibus po-
tius prodeuntis: q̃ ab aliqua præſtanti natura:
hos contempſiſſe: & hiſce in animis maluiſſe
futurorum inueſtigare cognitionem: qui ob ꝑ
D cipuam puritatem: dei ſuſcipiãt ſpiritum. De
eo autem quid erit dicendũ qđ ex iiſdem Moy
ſi decretis emanat: vt nequeat niſi ad ſextũ an
nũ quis ſeruitute obſtringi: vt quanta ſit hoc
ratione expēſum qs explicauerit: quando nec
dominus quidem nec ſeruus ea moderatione
offenditur? Non igitur eadem conditione pro
prias leges Iudęi qua & nationes cęterę tuebũ
tur. Eſſet em̃ his criminoſum: nec plane ſuarũ
legum ſenſerint excellentiam: ſi illas putarent
haud ſecus ac aliarum gentium ſtatuta fuiſſe
conſcriptas. Fit itaq; vel nolēte Celſo: vt ſapiē
tius quiddam Iudęi: nõ ſolum præ cætera mul
titudine ſentiant: ſed & his quidem qui philo-
ſophari vident. Philoſophi ſiquidem poſt ele-
gantes illas philoſophiæ diſputationes: ad dæ
mones & idola recidũt: Iudæorũ vero vel mini
mus quiſq; ſummũ dũtaxat deum aduertit: &
egregie quidem quo ad eam rem ſpectat: hunc
gloriæ ducit: & aliorum declinat conſuetudi-
nē: vt quos ſceleratos & impios ducat. Et vti-
nam non hi deliquiſſent legem pręuaricando:
cum primum & prophetas ſuſtulerint: & in
Ieſum deinceps moliti inſidias ſint: vt cœleſtis
nos ciuitatis haberemus exemplum: quam &
Plato deſcribere cõquiſiuit: qui vtiq; haud ſat
conſtat: vtrum ea in re tantum valuerit quan
tum Moyſes ipſe & poſteri: q genus illud olim
electum & deo inhęrens puriorib9 verbis & ſu
E perſtitione quauis expertibus: educarunt. Sed
poſtq̃ Celſo animo ſedet grauiſſimas illas Iu-
dęorũ inſtitutiones: nationum quarundam le
gibus communes efficere: age & de his cõſyde
ratius diſſeramus. Putat em̃ quod de cœlo ſen
tiunt quidam: ab eo nihil differre: qđ per alios
de deo decernitur: atq; Perſas vel iuxta Iudęo
rum conſuetudinem in altiſſimis mõtibus Io-
ui ſacrificia facere: neſcius tamen quēadmodũ
vt vnum tenent Iudęi deum: ſic & vnicum te-
nere orationis ſanctius domiciliũ: vnũq; ad ſa
crificiorum officia exequenda altare: & vnum
adolendi incenſi: & ita põtificē vnũ. Vnde ni-
hil erat profecto Iudęis cum Perſis commune:
dum celſiores montium qui plurimi apud hos
ſunt iſti conſcenderēt: & hoſtias eas litarent: q̃
nihil cum his haberēt ſimilitudinis: q̃ ex Moy
ſi lege conſtabant: iuxta quã in exēplari & vm-
bra cœleſtium ſeruiebant Iudæorum tunc ſa-
cerdotes: quid ſibi lex de ſacrificiis vellet, nar-
rantes: & quorũnã ſigna hæc eſſent. Perſæ igit
cœli ambitum oēm vocitent Iouem: nos vero
nec Iouem ipſum nec cœlum eſſe dicimus deũ
quippe quos minime fugiat: nonnulla deo lon
ge inferiora: cœlum iam ipſum & naturã oēm
tranſcendiſſe ſenſibilem. vñ nec id ignoram9.
Laudate dominũ cœli cœlorũ: & aquæ quæ ſu
per cœlos ſunt laudent nomen domini. Verũ F
cum nihil differre autumet Celſus: vtrum Io-
uē quis altiſſimũ dixerit: ſiue Zena: ſiue Hado
næũ: ſiue Sabaoth: ſiue iuxta Aegyptios Ham
monem: ſiue vt Scythæ Pappęũ: age de his per
pauca diſſeramus: & ſimul q iſta ꝑlegerit: eorũ
eſſe admonitum volumus: quæ ad hoc ipſum
ſuperius diximus: vbi ad hæc nos Celſi ꝓuoca
uit oratio. Nũc igit ita decernim9: noīm ipoꝝ
naturã nõ ipõnētiũ leges eē: vt Ariſtoteles pu
tat: nõ em̃ ab hoīb9 principiũ habent mortaliũ
linguę: vti illis ꝑſpicuũ eſt q incũbendo perno-
ſcere naturã veneficiorũ & carminũ poſſunt:
quæ vtiq; & pro loquēdi varietate: & nominũ
ſono: linguarũ inuentorib9 accõmodant. de q-
bus nominib9 breuiter ſupra nõnulla ꝑſtrin
xim9: affirmãdo in aliã linguã noīa ipa tradu
cta quæ ſuapte natura & in propria lingua plu
rimũ valeãt: nil vltra efficere: q̃ ſuo ſono antea
effeciſſent. Iam vero vel in ipſis hominib9 iſti-
uſmodi aliqđ iuenit. Nõ em̃ eũ: q vel ab ipſo na
tali die ſit gręcum nomē ſortitus: ſi vel in ægy
ptiam: vel in Romanã: vel aliam quãuis nũcu-
patione nomē id trãſtulerim9: cogere vt aliqđ
patiatur liceret: vel vt alios ipſe quoſcũq; malo
afficeret: quēadmodũ ſi ſuo & natiuo nomine
diceret. Quin neq; is qđe cui ſit a principio Ro
manũ inditũ nomen: ſi in græcam id linguam
traduxeris: fecerit: qđ facere carmē de ſe polli-
cebit: ſi eius & priſtinũ cõplexũ ſit nomen. Qꝫ
ſi de humanis nominibus cum iſta tradant: ve
ra eſſe ſat conſtet: quid erit de nuncupationi-
bus hiſce exiſtimandũ: quæ multifariã deo at-
tribuunt? Age itaq; (ita vt dixerim) quiſpiam
in græcam vocem Abrahã nomē id transferat
exprimatq; ex Iſaac quippiam appellatione: ex
Iacobq; item aliqđ prætendat hac voce: ita vt
vel inuocando vel adiurando deum Abraham
nominet: ſiue Iſaac deum: ſiue Iacob deum ap-

pellet:facturus eſt ꝓculdubio ob iſtorũ ſiue na
turã:ſiue virtutẽ:qđ aĩo deſtinarat:& ita:vt de
uicti dęmones:cuiuis iſta ꝓnuntiãti procũbãt
& pareãt. At ſi deũ tonãtis patris:& irriſionis
& deceptionũ deũ qs nũcupauerit:haud ſecus
nil prorſus inuocatus hic deus ꝑegerit:ac ali
ud quippiã qđ nil ꝑnit⁹ virib⁹ valeat. Itẽq; ſi
Iſrael in ꝑegrinã linguã aliquã traducamus:
nihil haud dubie exequemur: at ſi iuiolatũ id
nomẽ ſeruarim⁹: his illud nectẽdo noĩbus qui
bus & nectere & applicare ei⁹ rei ꝑitiores cõ
ſueuerũt:tunc proculdubio ex ea noĩs appella
tione futurũ eſt aliqđ: quale iſtiuſmodi ſolent
inuocationes de ſe polliceri. Id ipſum & de Sa
baoth nũcupatione dicturi nos ſum⁹:qđ vtiq;
multis in locis inter vota & ꝓces admittit̃:q; ſi
forte id noĩs in nomẽ aliud trãſferamus: vt pu
ta: dñs virtutũ vel exercituũ dñs:ſiue oĩpotẽs
eũ dicendũ Sabaoth ſit:nihil proficimus: Si ve
ro ſua q̃q; voce tutabimur:plurimũ:vt recte af
firmãt:q hæc optime callent. De Adonai hoc
A ipſum dixerim⁹. Si igit̃ nec Sabaoth:nec Ado
nai ex natiuo ſono in aliũ & ꝑegrinũ tranſla
ta: aliqd ꝑagunt:quantomagis nec apud eos
ſunt hęc valitura:nec vim vllã ꝑenitus habitu
ra:q nihil eſſe diſcriminis arbitrant̃:vtrũ Iouẽ
altiſſimũ dixeris:an Zena:an Adonæũ: an Sa
baoth quiuis ꝓtulerit: Hæc quidẽ & his ſimi
lia cũ ſint æque nefanda:vbi Moyſi & prophe
tis innotuere: prohibuerũt deorũ nomẽ ei⁹ in
ore verſari:cui curæ dũtaxat foret deũ & ſolũ
precari:q cunctis pręſideat reb⁹:nec eo in cor
de:qđ a quauis dictorꝫ factorũve vanitate didi
cerit abſtinere:vllam huiuſmodi recordationẽ
admitti. Vnde idcirco malum⁹ oẽs pœnas ſub
ire q̃ deũ eſſe Iouem fateri. non eñ eundẽ & Io
uem eſſe & Sabaoth dicimus:nec prorſus Iouẽ
quicq̃ habere diuinitatis:ſed dęmonẽ quendã
in malam eius crucem ſic appellatũ:nec morta
libus ipſis nec deo vero acceptũ. Quinetiã vel
ſi Aegyptii ipſi Hammonẽ proponãt nobis ꝓ
deo habendũ:vel mortẽ alias cõminent̃:moriẽ
dum potius eſſe cenſebimus:q̃ Hammonẽ deũ
pronuntiandũ:cũ in Aegyptiis qbuſdã carmi
nibus inuocatus hic dęmon admittit̃. Dicunt
præterea & Scythæ Pappęum deũ eſſe q omni
bus præſit. At nos haudquaq̃ hunc credimus
q verum & vnicũ rerũ præſidẽ deũ aſtruimus:
non tamen:vt ei placet qui Scytharũ attigerit
ſolitudines:eorũq; & nationẽ ſit & linguã ſor
titus:Pappæũ proprie diuinitatis hoc nomine
deũ pronuntiamus. Scythice itaq; vel Aegy
ptiace:vel quauis lingua quiſq; ſit educatus:ſi
B deum appellet nil fallitur. Enimuero Iudæi nõ
eadẽ de cauſa circuncifionẽ hanc fecerint: qua
vel Aegyptii circuncidunt̃:vel Colchi:vñ nec
ſimilis putãda eſt circũciſio. Et queadmodũ q
ſacrificia facit:non vni eidemq; cui alius forte
ſacrificet:imolat:tametſi ſacrificare ſimilia vi
deatur:& q preces fundit & vota:non eundem
quẽ alius quiſpiã orando precabit̃:etſi precari
ſit eadẽ viſus:haud ſecus & q carne præcidit̃:
ab aliorũ circunciſione ꝑenitus eſt alienus. Pro
poſitũ nanq; & lex & voluntas circuncidentis
alienam rem facit. Et vt clari⁹ innoteſcãt q̃ hoc
loco dicunt̃:dicendũ eſt & iuſtitię nomẽ apud
Græcos oẽs idẽ valere:idq; pluribus argumẽ
tis cõſtare:cũ alioquin alia ſit apud Epicurum
iuſtitia:apud Stoicos alia:triplicẽ animæ par
titionẽ negantes:alia apud Platonicos:qui ꝓ
priam partium animæ actionẽ eſſe iuſtitiã tra
dunt. Sic itẽ alia erit Epicurei fortitudo:q do
lores idcirco ſuſtineat vt maiores defugiat:alia
Stoicorum qui in iuſtitia cõſiſtere virtutẽ om
nẽ affirment:Platonicorũ itẽ & alia qui animę
partẽ eſſe hãc dicũt:cui & locũ circa pectus de
cernũt. Sic itaq; erit & ꝓ variis circũcidẽtium
ſe decretis & varia circunciſio:de qua minime
ſunt in hoc opere plura nũc differẽda. Sicui ve
ro libuerit q̃nã nos ad hęc ꝓuocauerint noſſe:
legat ea q̃ i epl'a Pauli ad Romanos iã diximus
Nã etſi circũciſionẽ & iactãt:& glorię ducunt
Iudæi:eã tñ nõ ſolũ a Colchica & Aegyptiaca
circũciſione ſeiũxerint: ſed Iſmaelitarũ & Ara
bũ:cũ alioquin & Iſmael a ꝓgenitore prodierit
Abraham:& cũ eo ſit circũciſus. Aſſerunt aũt
circũciſionẽ pręcipuã eſſe Iudęi:quę in octauũ
diem ſit inſtituta:quæ vero nõ iſtiuſmodi ſit:
ex diſcrimine aliquo factam affirmãt. Et forte
angeli cuiuſpiã gratia Iudaicæ nationi infenſi
circũciſio iſta ꝓgebat̃:qui poſſet quidem incir
cũciſis obeſſe: nil tñ in eos q circũciſi iã eſſent
valeret. qđ vtiq; ex his patere qs dixerit q̃ ſunt
in exodo ſcripta:vbi angel⁹ anteq̃ eẽt Eleazar
circũciſus nocere Moyſi poterat: vbi vero ille
eſt circunciſus aduerſus hunc angelus moliri
nil valuit. Tulit eñ Sephora illico inqt acutiſ
ſimam petrã & circũcidit pręputiũ filii ſui:di
xitq; ſpõſus ſanguinũ tu mihi es:nouerat eñ
de hoc angelo dici:q; ante effuſum ſanguinem
plurimũ poſſet:vbi vero ſanguis e circũciſione
manaſſet:non multũ:& quieturus deniq; eſſet
vnde ad eum hæc habita ſunt:ſponſus ſangui
nũ tu mihi es. Sed hęc hactenus:quandoquidẽ C
difficiliora eſſe appareant:et non omniũ auri
bus accõmodata:ſi modo vnum illud:vt Chri
ſtiani officio functi:mox adiecerim⁹ ad ea poſt
modum tranſituri quæ ſubſequũtur. Potuiſſe
eñ angelum dixerim illis officere:qui nequaq̃
eſſent e populo circũciſi:et oĩbus deniq; q ſolũ

colerēt conditorē. Et tādiu hos puto vim hanc
habuiſſe: q̄diu Ieſus nōdū corpus ſuſceperat.
At vbi illud aſſumpſit: & eiꝰ caro eſt circūciſa:
ſublatū ſimul fuiſſe illiꝰ & in hos poteſtatē: q̄ i
diuino hmōi cultu ſunt circūciſi. Nā ineffabi-
li Ieſus hūc angelū ſuſtulit deitate: vñ idcirco
eius diſcipulis inhibet̄ ne ſe circūcidāt: qbꝰ &
illud in eā ſentētiā dicit̄. Si em̄ carnē prȩciditis
vobis nihil ꝓderit Chriſtus. Sed nec in carnis
qdē ſuillæ abſtinētia: pinde ac maiori re aliqua
gloriant̄ Iudȩi: ſed vt animātiū q̄ vl' mūda ſunt
vel imūda ꝑdiſcēdo naturā: horū & cauſam te
neāt: & cū immūdis cur deputent̄. Et hæc qdē
quorūdā figuræ aduſqꝫ Chriſti aduentū & ſi-
gna fuere: poſt quē eius diſcipulo iſtorū cauſas
nil dignoſcenti: & ſimul huiuſmodi iactāti: nil
inqnatū ſeu imūdū os meū intrauit: plane edi-
cit̄: quæ deus mūdauit tu cōmune & immūdū
ne dixeris. Nihil igit̄ vel ad Iudȩos vel ad nos il
lud ſpectauerit: ꝙ ſacerdotes Aegyptii: nō ſolū
a ſuibus: ſed capris & ouibꝰ: bobuſqꝫ & piſcibꝰ
abſtinēt. Verū cū ea quȩ os intrant nō hominē
ipſum inquinēt: nec eſca nos deo cōmendet: nil
vtiqꝫ magni facimus: dū eſca abſtinemus & ci-
bo: nec præ ingluuie quadā & gulȩ vitio ad ve
ſcendū accedimꝰ. Quocirca & quātū in nobis
eſt efferant̄ gaudio Pythagorici velim: ꝙ ani-
mās nullū penitus eſitent. Aduerte aūt & cau
ſæ ipſius diſcrimē cur Pythagorei & noſtri ho
mines quidā: ſuorū corporū domitores: ab ani
malibus hiſce abſtineāt: q̄nquidē illi ob fabulo
ſum denuo ad corpora cōmeatū: rebꝰ animatis
minus veſcant̄: nos vero cū his abſtinebimꝰ: co
ercendi corporis gratia: in ſeruitutēqꝫ redigen
di: mortificādiqꝫ ſup terrā hęc mēbra: id factita
mus: fornicationē ſcilicet ipuritatē: flagitium:
turbulētoſqꝫ animi motꝰ: & prauos affectus:
enixeqꝫ oīa facimꝰ: vt corporis opera morte affi
D ciamus. Cæterū de Iudȩis adhuc diſſerēs Cel-
ſus: nec proficere apud deū hos dicit: nec præ-
ter cȩteros probari par eſſe: nec cœlitus ad hos
angelos mitti: pinde ac & beatorū ſint loca ſor
titi: quādo hos ipſos & eorū terrā ſpectemꝰ q̄
buſnā ſint rebꝰ dignati. Vel id quidē nos cōfu
tabimꝰ affirmātes: ꝓfeciſſe olim apud deū hāc
gētē: & id ſane ex eo liquere: ꝙ deus ſummꝰ vel
ꝑ Iudȩos a fide hac noſtra penitꝰ alienos deꝰ ēt
vocitet̄. vñ q̄diu ꝓbatiores fuere a deo nuſpiā
ſunt deſtituti: & ſi pauci numero viderēt̄: a di
uina tñ potētia ſeruabant̄: ita vt neqꝫ ab Ale-
xādro Macedone aliqd paterent̄: cū ex cōuēto
neſcio quo & pactionibꝰ: aduerſus Dariū arma
ſumere renuiſſent. Ferūt ꝑterea & principē ſa
cerdotū ſacra indutū ſtola: ab Alexandro hoc
adoratū: idētidē affirmāte: ea ſpecie virū dor
miēti ſibi & obſeruatum: & pollicentē futurū
omino: vt vniuerſam Aſiam ſubiugaret. Nos
igit̄ chriſtiani / & deo acceptiores fuiſſe iudæ
os aſſerimus: & his cōtigiſſe: vt aliter lōge q̄
cȩteri hoīes ꝓbarēt̄: ſed diſpēſationē huiuſ-
modi & gratiam fuiſſe tandē ad nos deuolutā
deo ipſo virtutē hanc in hos trāſferente: q ex
gētibꝰ crederēt Ieſum. Vñ & Romani q Chri
ſtianos acriter īpugnarent: cū maxīe vellēt ne
vſpiā eſſent: hos coercere: facere tamen id neq
uerūt: qppe quos manꝰ diuina optime tutare
tur: cui placitū eſſet vt ex aliquo vno terrȩ iu
daicȩ angulo dei verbū i om̄e hoīm genꝰ diſſe
miaret̄. Verū vbi: vt licuit: Celſo Iudæos cri- E
minātī: & eorū ſcripta carpēti reſpōdimꝰ: age
& q̄ deinceps ſequunt̄ mox explicātes apiamꝰ
queādmodū ipſi nil ſimus inſolētię arguendi:
cū magni dei nos habere cognitionē ꝑmitti-
mꝰ: nec Moyſi ſumꝰ vl' Ieſu ſaluator[nr̄i magi
cis vllis ſubducti ꝑſtigiis: ſed ex optīo rei euē
tu: deū manētē in Moyſe audimꝰ: & Ieſum hu
ius teſtimonio cōprobatū: vt dei filiū iā pridē
ſuſcepimꝰ: optima quis ſperātes: vbi ꝑ eiꝰ do
ctrina & vitā duxerimꝰ. Nunc vero vel vltro
dicere omittemꝰ q̄ ſuperius expoſita ſūt: & vñ
nā prodierimus: quē vel habeāmꝰ in ducē: &
qualis huius lex ſit edocebimus: tametſi Celſꝰ
nos velit ab ęgyptiis nihil differre: ſiue hircū
ſiue arietē: ſiue corcodilum: ſiue bouem: ſiue
hippopotamiū: ſiue cynocephalum: ſiue felem
colētibꝰ. Sed hæc viderit Celſus: vel ſiquis cū
Celſo ſic ſenſerit: nos vero quantū vires ſuppe
tiere: multis qdē ſuperiꝰ rñdēdo de honore iā
diſſeruimꝰ: q ſit Ieſu noſtro delatꝰ: & plane oñ
dimus longe melius q̄ cæteri oēs cōpħēderint
inueniſſe nos veritatē: mēdaciis nullis imixtā
& in Ieſu doctrina illā cōſiſtere puidiſſe. Nec ſa
ne ipſi nos cōmēdauimus: ſed dn̄m ꝑceptorē:
cū dei oīpotētis aſſeueratiōe cœlitꝰ facta: tū ꝓ
pheticoꝝ apud Iudȩos dictoꝝ: & mirabiliū ope
rū teſtīonio cōprobatū: nō em̄ tāta: ſine diuini
tate is potuiſſe arguit̄. Quæ aūt ex Celſi *dictis*
libet diſq̄rere: ita ſe habēt: & hmōi ſūt. *Et iā ipſi* F
ꝑtereamꝰ q̄cūqꝫ de ꝑceptore iactitaſſe coarguū
tur: & eſto: in vero qs appareat angelꝰ: vtrū ne
prior hic venit & ſolus: an ante hūc aliꝰ qſpiā:
ꝙ ſi ſolum veniſſe hūc dixerint: arguent̄ plane
cōtraria ſibi mentiri: aduentare nāqꝫ frequen-
ter & alios dicunt: vel ad ſexaginta ſimul & ſe
ptuaginta: deprauariqꝫ: & cōpedibꝰ coerceri:
& pœnas luere in terrā deiectos: ita vt illorum
vel lachrymas calidos eſſe aſſerāt fontes: & hu
ius ad præceptoris ſepulchrum angelum com
meare: alii vnum: nōnulli duos affirmant: qui
mulieribꝰ reſurrexiſſe hūc dixerint. Dei enim

filius:vti apparet:ſepulchrũ apire nõ poterat ſed alterius opera ĩdigebat:q lapidẽ ſummoueret. Nec ſecꝰ & Marię gratia enitẽtis:ad fabrũ angelus venit:& ab his ſe vt fuga cũ ſuis proriperet:q infantẽ rapturi mox eſſent:accedens cõmonefecit. Sed quid fuerit neceſſe vt oĩa explicemus:vel eos recẽſeamus:q ad Moyſen ipſum tradunt & alios quoſdã tranſmiſſi. Si igit ſunt & alii deſtinati:liquet ꝓfecto & hũc ab eodẽ deo demiſſum vt mĺtis deniq ꝓfuturũ. plura eñ videt denũtiare:ſiue Iudęis his delinquẽtibus:ſiue diuinũ adulterãtibꝰ cultũ:ſiue minus religioſe agentibꝰ. hmõi nãq iſti ꝑtendũt. Ad Celſi aũt iſtiuſmodi cõfutãdas obiectiones ſat haud dubie forẽt:q̃ de ſaluatore noſtro Ieſu ſupra iã diximꝰ:nimirũ q eiꝰ ſimꝰ dicta ſcrutati:ſed nequẽ eorũ quę ſcripſerit locũ cõſulto videamur omittere:perinde ac ad hũc reuincendũ ꝓferre nil valeamꝰ: age etſi eadẽ nobis ſint repetẽda: Celſo ad id ꝓuocante:quãtũ licuerit q̃ nobis dicẽda ſunt breuiter pſtringamus: ſiqd forte ſuccurrerit:qđ apertiꝰ ſit: vel nup inuen
A tũ. Ait eñ ſe cũcta ꝑteriturũ q̃ de pceptore dixiſſe Chriſtiani coarguunt: cũ nihil interea is prorſus omiſerit:qđ dicere potuit. qđ vtiq liquet ex his q̃ ſuperiꝰ dixerat:cæterũ rhetorũ ſectatꝰ hic morẽ & argumẽta:id egit. Sed qu eãd modũ nil ipſi de ſaluatore noſtro tã ſummo dixiſſe aliqd falſo arguimur: etſi eiꝰ rei coarguere videat nos Celſus:patebit his ſane:q vere diligẽterq cõquirẽdo ea plegerint:q̃ de hoc ſunt & a pphetis pdicta:& ſacris literis ꝓdita. Deinde ex ſuo quodã pmiſſu videbit Celſus de ſaluatore id dicere: Eſto & ĩ vero qs appareat angelus. ad qđ ſumꝰ illud dicturi:nequaq̃ nos dictũ id:tãq̃ ex Celſi ꝓmiſſiõe ſuſcipere:ſed re ipſa & eiꝰ opera cõtẽplari:q ad vniuerſum hoĩm genus: p ipſius ſermone atq doctrina ſe cõtulit:vt qſq capere poterat q ſe cõueniſſet. quod opus:eiꝰ vtiq erat q nõ ſimpliciter angelus eſſet:ſed vt de hoc narrãt ꝓphetæ:magni cõſilii
B angelus. Is ſiquidẽ homo quẽadmodũ optime eſſet p deũ oĩm conditorẽ mortalibꝰ vniuerſis cõſultũ denũtiabat:qppe q puriori iã aduenĩſſent & diuino cultu victuri:ex Ieſuq pręclaris operibꝰ ad deũ aſcẽderẽt:cũ cęteri cẽs q ſe non adiiſſent:vt a deo lõgius abeũtes: ad pditionẽ p incredulitatẽ cõtẽderẽt. Angelꝰ iſte ad hoĩes venit. prior is ergo & ſolus cõceſſit:an priores alii qdã? Et ſane ad vtrũq id multis exiſtimat occurrendũ: cũ nemo q in vero ſe Chriſtianũ ꝓfiteat:affirmet:ſolũ Chriſtũ ad nos aduẽtaſſe. vñ & alios viſos eſſe hoĩbus aſſerit:ſic inqẽs Celſus. Si eñ dixerint hũc ſolũ veniſſe. moxq oĩa ſibi vt libuit vẽdicãs ſubdit. Profecto haud quãq̃ memorię ꝓdit ad hoĩm genus ita hũc demigraſſe:vt & alios dicãt noĩs Ieſu & eiꝰ doctrinæ ꝑtextu:a cõditore rerũ tãq̃ inferiore: & ad deũ vt potiorẽ aliquẽ deſciuiſſe: vel eiꝰ parẽ q iã aduenĩſſet:vel antea veniſſe ad hoĩes a cõditore ipo nõnullos. Nos vero vbi veritati ſtudẽtes q̃ hoc loco dicũt expẽdimꝰ:Marchianum apellẽ nobilẽ quẽpiã hæreſum inuẽtorẽ:& Iudęorũ ſcripta vt fabuloſa exiſtimãtẽ:diximꝰ affirmaſſe ad hoĩm genus ſolũ hũc deueniſſe. Nec ſane iuxta Marchiani ſententiã hęreſum principis Ieſum dũtaxat aſſerẽtis ex deo ad homĩes pueniſſe: iure Celſus intulerit & alios aduẽtaſſe:tãetſi ille:vt diximꝰ: Iudaicis literis mira qđã denũtiãtibꝰ:nil pbeat fidei: & lõge magis nec ea admiſerit:q ex Enoch ſcriptis nil recte Celſus pcepta viſus eſt intuliſſe. Nemo igit C
B hunc plane cognoſcat.Hæc aūt breuiter e pluribus duximus explicāda:quę de deo ſunt viri ſanctiſſimi meditādo complexi:dictis Platonicis arguēdo q̄ Celſus hic demiratur:habere hos pręſtātius aliquid obſeruādū qui oculos habeāt nō inualidos ſcripturarū magnitudinē intueri.Platonis aūt dictū: qđ Celſus produxerat:huiuſmodi eſt.Omniū regem oīa circunſiſtunt:& illius gratia vniuerſa:& bonorū hic omnium cauſa.Secundū aūt circa ſecūda: & tertiū circa ea q̄ tertia ſunt. Humana itaq; anima circa hæc cupit pdiſcere: qualia ſint in ea intendens:q̄ ſibi cognata ſunt: quorū nihil habet ſufficienter.De rege vero & aliis ſupra dictis:nihil eſt iſtiuſmodi.Poſſem equidem & ipſe ea producere:q̄ de Seraphim ſic hebraice nuncupatis in Eſaia ſcribunť:vt dei faciem & pedes operiant: nec ſecus de Cherubin id nomen ſortitis:de qbus Ezechiel ſcripſit:deq; eorum figuris:& quemadmodū dicatur deuehi ſuper Cherubin deus.Sed cū hæc occulte admodū proferanť ꝓpter indignos quoſdam & minus idoneos:qa nequeāt diuinæ ſciētiæ:cū ſententiaꝝ altitudinē ſequi:tum grauitatem haudquaq̄ neceſſariū duxerim: de his hoc in opere diſputare.Ait pręterea Celſus qđ a Pla C
tonicis dictis acceperint: ſupercęleſtem deum Chriſtianos iactare:& gloriæ ducere:& affirmare iudęorū hunc deum cælum trāſcēdere. In his vero nil explicat vtrum & iudæoꝝ deū tranſcēdere faciāt Chriſtiani: an id duntaxat cęlum per qđ iuſiurandū his ſit.De his q aliū quempiam pręter eum quē colant iudęi aſtruant deum:nequaq̄ nobis propoſitū eſt hoc loco diſſerere:ſed rem noſtrā tutari: & plane arguere iudæoꝝ prophetas quos ipſi admittimus:a Platone nil quippiā accepiſſe:nimirū q ſint Platone ipſo antiquiores. Non igit quod D
dixerat Plato omniū regem oīa circūſiſtere:& illius gratia vniuerſa hæc eſſe: a Platone deſumpſimus:ſed a ꝓphetis pronuntiata didicimus:q̄ Platonicis dictis longe ſunt potiora:Ieſu ipſo & eius diſcipulis: q prophetis ineſſet ſpiritus voluntatē aperiētibus:cū ſpiritus iſte nil prorſus ſit a Ieſu ſpū alienꝰ.Nec ſane de loco illo ſupercæleſti prior philoſophus ſtatuit: ſed Dauid ipſe diuinarum contemplationum & multiplicium profunditatē: quæ in his inſunt qui ſenſibilia iſta tranſcenderint: iampridem conſtituit:pſalmoꝝ in libro ſic inquiens Laudate deum cæli cælorū & aquę quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen domini. Ipſe vero nil deſperauerim quę ī Phedro dicūtur: ab hebræis quibuſdā didiciſſe Platonē:vt quidā literis prodidere:ita vt cum in prophetica ſcripta is incidiſſet:illud protulerit: Supercæleſtia loca e noſtris poetis cecinit nemo: neq; in poſterum pro eorum dignitate decantaturus eſt:& huiuſmodi cætera.in quibus & illud eſt Subſtantia eñ quę nec colorem nec figuram admittit:nec tactibilis eſt: animæ haud dubia gubernatrix:ſola mente conſpicitur:circa

quam veræ ſciẽtię genus hũc obtinet locum.
Quin vel ex ipſis propheticis dictis inſtructꝰ
noſter Paulus ille:& quę ſuper omnẽ decorem
ſunt cupiẽs:& ſupcæleſtia ipſa exoptãs: & ho
rum aſſequendorũ gratia oĩa factitãs:in ſecũ-
da ad Corinthios ſic inquit epiſtola.Id eñ qđ
in pręſenti momẽtaneũ eſt:& leue tribulatio-
nis noſtrę:ſupra modũ in ſublimitate æternũ
gloriæ põdus operatur in nobis:nõ cõtemplã
tibus quæ videnť:ſed quæ nõ videnť: quæ.n.
videntur temporalia ſunt:quę aũt nõ viden-
tur æterna.Et his ſane aptiꝰ:qui tolerãtiores
ſunt aures nacti:oſtẽdit:ſenſibilia quidẽ ſe di-
cere:quæ oculis expoſita ſunt: ſpiritalia vero
quæ mẽte ſolum concipiunť.Is itaqꝫ & momẽ
tanea nouit quę ſentiunť: & oculis patẽt:ſem
piterna vero ſpiritalia ipſa:& quę ſub aſpectũ
nõ veniunt:cũqꝫ in iſtiuſmodi verſari ſpecta-
culo vellet: eorundem deſyderio ſubleuatus:
preſſurã oẽm nihili eſſe:& leuem exiſtimabat
& cum admodũ angeretur:& afficereť labori
bus:nil iſtis opprimebať: ſed cæleſtia illa ſpe-
ctando:diſcrimẽ omne & angorẽ leuabat: cũ
diceret:Habemus eñ pontificẽ magnũ: potẽ
tiæ ſcilicet magnitudine:qui cælũ penetrauit
Ieſum filium dei:& his ꝓmittentẽ qui in vero
diuina didicerint:& pro horũ dignitate duxe
rint vitam:ad ea ſe quãdoqꝫ quæ ſupra mũdũ
ſunt euectuꝝ:inquit eñ quo ego vado:& vos
paulopoſt venietis.Vnde & nobis poſt ſuſce-
ptos in hac vita labores: ſpes eſt cæli ſumma
conſcẽdere: & ſalientis aquæ vberrimos fon-
tes in æternã vitã hauriẽdo:proqꝫ Ieſu doctri
na cõtẽplationũ fluuios affatim captando:fo
re vt ſimul cũ aquis verſemur ſupcæleſtibꝰ il
lis dñꝫ collaudãtibꝰ:& q̃diu ipſi hũc efferemꝰ
haudquaq̃ nos degrauabit cæli circumactio
illa:quippe qui cõtinẽter inuiſibilia dei ſumꝰ
contemplaturi: nõ vltra nobis a mundi crea-
tione ex creaturis his cognita:ſed vt verus il-
le Ieſu diſcipulus inquit:facie ad faciem ſumꝰ
tunc eum viſuri:& alibi:Cum venerit qđ per
E fectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Se-
ptẽ autem cælos eſſe: vel horum numerũ ali-
quẽ præfinitum: ſcriptiones ſacræ quibus in
eccleſia vtimur haudquaq̃ denuntiant:ſed cę
los dicunt:ſiue eñ aſtrorũ ſphæras: quæ græ
ci planetas appellant:ſiue ꝓfundius aliud qp-
piam & arcanũ videanť quorundã diſciplinæ
docendo pretẽdere:& e terra eſſe in terram &
animis viam:Celſus tamen iuxta Platonẽ pla
netarum vi fieri hęc aſtruit. Moyſes vero an-
tiquiſſimus ille noſter ꝓpheta: in viſione Ia-
cob ꝓphetę diuinũ huic ſomniũ viſum affir-
mat:ſcalam ſcilicet quæ cælum attingeret:ꝑ
eamqꝫ dei angelos aſcendiſſe:& deſcẽdiſſe: do
minũ vero ſcalę ſummitati inixũ.Siue igitur
hæc:ſiue maiora quędã præferret:cum de ſca
la faceret hic mentionẽ:de qua etiam in Philo
ne Plato cõpoſuit librum: digna res erit quæ
apud veritatis ſtudioſos inueſtigeť. Poſthæc
Celſus cũ velit ſuã multarũ rerũ ſciẽtiam nos F
impugnãdo iactare:exponit & perſica quædã
myſteria inquiẽs. Hæc quidẽ Perſarũ diſcipli
na oſtendit:& Mithrę ſacra apud hos ſunt: &
in his duplex circũactio ſtellarũ prætẽditur:
fixarum errantiũqꝫ:& per has animæ trãſitus
cuius in rei argumentũ: ſcala erigitur altior.
In ea ſeptenę ſunt portę:ex plumbo prima:ſe-
cunda e ſtanno:tertia ex ære: ex ferro quarta:
quinta e numiſmatis corio:ex argẽto ſexta: ſe
ptima ex auro conſtat. Primã Saturni eſſe ſta
tuunt plumbo aſtri tarditatẽ ſignificãte: Ve
neris ſecundã:cui & ſtanni cũ ſplendorẽ:tum
mollitiẽ comparãt.Tertiã Iouis: vt æreis gra
dibus & ſolidiſſimã.Mercurii quartã:operum
eñ oĩm & negotiorũ tolerãtiſſimũ: lucraqꝫ fa
ctitãtẽ:callidũ inſup & eloquentem Mercuri
um dicunt.Martis quintam ob inęqualem ad
mixtionẽ & variam.Sextam lunæ argẽteã.So
lis ſeptimã:quę aurea ſit:perinde atqꝫ aſtrorũ
hæc imitetur colorẽ.Inqrit deinde & cauſam
cur ita ſint iſtiuſmodi aſtra apud hos inſtitu-
ta:& ex ſignis quibuſdã & item nominibus:q̃
materiæ cuipiã ꝑ aſtroꝝ indita ſint qualitatẽ
& muſicas iuxta perſas theologiæ modulatio
nes annectit:exponitqꝫ.Pulchrũ præterea du
cit & alia explicare:q̃ ex muſicis ſpeculationi
bus pendeãt.Mihi vero eſt abſurdius viſum:
velle etiam quæ de his dixerit Celſus referre:
& haud ſecus me facere:ac ipſe Chriſtianos iu
dęoſqꝫ criminãdo egiſſet.Intempeſtiue namqꝫ
ex Platone non ſolum deſumpſit nõnulla:quę
vtiqꝫ nec ſat ſibi fore cum plane exiſtimaret:
vel mythrę neſcio cuius myſteria:& quemad
modũ geranť libuit explicare.Vtcũqꝫ igiť:cũ
apud mythræ cultores:tum apud Perſas iſta
ſe habeant:ſiue vera ſiue commẽtitia ſint:cur
hæc potius ſacra:q̃ aliorũ myſteria:& quẽad-
modum gerãtur: cõmeminit? Nõ eñ græcis
videtur mythræ myſteria/eleuſiniis eſſe præ
ſtantiora:vel Hecatis:quæ his tradita ſunt:q̃
Aeginę inſulę iitianť.Cur nõ etiã: ſi ſierat aio
barbaroꝝ ſacrificia explicare: ægyptiorũ po-
tius:in qbꝰ plurimi glorianť: vel Cappadocũ
apud comanos:Dianæ:vel thracũ:ſacra expo
nit: in qbꝰ ex ſenatu nobiliſſimos imolãt? Q:
ſi minus opportunũ ducebat aliqđ iſtoꝝ ꝓdu
cere:qa nihil ad iudęoꝝ & Chriſtianoꝝ crimi
nationẽ cõduceret: cur etiã nõ intẽpeſtiuum

A ídvidebatur:qđ de mythrę ſacris narraret.Si
quis autē velit nō ab ignobiliſſima hæreſi per
Celſum ꝑductæ:ſed a libris:partim Iudaicis:
et eoꝝ in ſynagogis ſæpe ꝑlectis:quos vtiq
Chriſtiani admittũt:partim Chriſtianorum
ex ſcriptis dũtaxat:cauſas capere:quibus my
ſtice quis cōtēpletur:quemadmodũ animis
ad diuina illa ſit aditus:legat Ezechielis pro
phetæ libri poſtrema: qualianā illi ſint ꝑ vi
ſum ſpectata:in quibus varię portę cōſcriptę
ſunt quę de multiplici diuinaꝝ animarũ ad
meliora ingreſſu nonnulla deſignant. Legat
etiam in Ioannis Apocalypſi quæ de ciuitate
dei Hieruſalem illa cœleſti ſcribunť: deq hu
ius fundamentis & portis. Q2 ſi quiuerit vel
ex ſignis:qđ innotuit iter:ꝑdiſcere:quo ad
diuinitatem homines tendũt:legat & Moyſi
numeros:cōquiratq qui hnius ſcripta pote
rit myſtice í terpretari:cũ filioꝝ Iſrael caſtra
deſcribit:quęnā ſint ad orientalē plagā diſpo
ſita:vt prima:quę ad meridianā & notũ: quę
ve ſecundũ mare:quæ inſuper ad occidētem:
vt vltima. Videbit profecto in his: quæ ꝑ ſin
gulis locis cōtemplari quis nō negligentius
poſſit:nec ad Celſi opinionē ſtultos quoſdam
et ſeruiles auditores iſta depoſcere. Qui em̄
hæc ipſa aduerterit:quales.ſ.in Iudęorum ca
ſtris ſint homines:facile cōprehēſurus eſt: &
eoꝝ naturā qui numero exprimunť:& ſingu
lis tribubus accommodantur. De quibus ali
quid dicere in pręſentia haudquaq̄viſum eſt
opportunũ. Nouerint autē cũ Celſus ipſe:tũ
qui eius ſcripta ſunt perlecturi:nec cœlos ſe
ptem diuinas literas tradidiſſe: nec noſtros
quidē prophetas:nec Ieſu diſcipulos: nec ip
ſum deniq dei filiũ aliqua protuliſſe:quęvel
a Perſis:vel a Cabiriis accepiſſent. Deiñ Cel
ſus ad ea q̄ de Mythræ dixerat ſacrificiis: &
B illud inſuper pollicetur: ꝙ ſi quis Chriſtia
noꝝ ſacra quædā voluerit:cũ Perſarum quæ
dixerat ſacris cōferendo:expēdere: quemad
modũ inuicē ſe ea ſuſcipiant:& illa quidem
Chriſtianoꝝ hos illoſve ritus enudēt: facile
poterit iſtorum cōtemplari diſcrimē. Et ſane
vbicũq Celſus hęreſum quæ tenuerit nomi
na potuit explicare:edere illas nil piguit:qua
rum videbitur eſſe nō neſcius:vbi vero poti
us oportebat:& ſi minus his fidem præſtaret
hoc vt faceret & doceret:quænā ſectaꝝ præ
figurato diagrammate vteretur:haudquaq̄
id egit:ſed videre videor:vel ex auditiũculis
leuioribus Celſum nōnullis:quę de diagram
mate protulit:ex Ophianorum obſcuriſſima
hęreſi:ex parte aliqua protuliſſe. Hanc em̄ ip
ſi:vt ſumus diſcēdi cudipiores: ꝑlegimus: &
hominũ figmenta quædam eſſe cōperimꝰ do
mos penetrantiũ(vt Paulus inqt)& mulier
culas captiuas ducentium:oneratas peccatis
quæ ducũtur in deſyderiis variis: ſemꝑ diſcē
tes:& nũq̄ ad ſcientiā veritatis peruenientes
Siquidē iſtoꝝ diagramma adeo nihil in ſe ha
beat qđ ſuaderet:vt ne mulierculæ quidē ipę
quę decipi facile poſſũt:nec aggreſtes admo
dũ homines:quibus leuiter ſuadetur: illi aſ
ſentiātur & pareant. Neminē igitur: etſi ple
raq terraꝝ loca peruaſimꝰ:& ſummo ſtudio
cōquirēdos hos duximus qui ſcire ſe aliquid
profiterētur:vſq̄ inuenimus q huius diagrā
matis ſenſa:vel leuiter laudaret:in quo linea
res orbes inerant decē:diſiũcti ab inuicem:&
reſoluti:orbe vno cōprehenſi omnes:& circũ
acti:qui vniuerſoꝝ animā ferebātur præten
dere:& Leuiathan circulus ille appellabatur
quēvtiq Iudæoꝝ ſcripturę vtcũq præferrēt
a deo confictũ ludibrio dixerint:ſiquidem in
pſalmis ſcriptũ cōꝑiamus:Omnia in ſapien
tia feciſti:impleta eſt terra poſſeſſiōe tua:ma
re magnum,& ſpatioſun? nimis: illic naues
pertranſibunt: beſtiæ puſillæ cum magnis:
draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.
draconis autem loco Leuiathan in Hebraico
habebať. Impiũ igiť diagrāma illđ: ꝑ ꝓphetā
tantopere apertius improbatā:Leuiathā ani
mam eſſe aſſeuerabat:quæ perinde plantata
omniũ gratia extitiſſet. Inuenimus etiā in eo
Beemon dictũ:vt poſt infimũ circulũ exara
tum:Leuiathan vero qđ ſceleſtũ diagramma
illud cōfinxerat:deſuper circulo & eius cen
tro inſcriptum eius:bis expoſito nomine. Ait C
præterea Celſus nigra & pingui linea diſtin
ctũ id eē diagramma:& per hāc lineam gehē
nam & tartarũ ſignificari. Nos vero gehēnā
in euangelio ſcriptā:etſi in cruciatus ſignifi
cationē inuenimus:quæſiuimus tamē ſicubi
forſitan in veteribus literis diceretur:præſer
tim cũ Iudæi nomine hoc ipſo vtanť. Et alibi
plane cōperimꝰ Faranx filii Ennam in ſacris
literis gehēnā nũcupatā: in Hebraico vero
pro Faranx didicimus quēadmodũ præter il
liꝰ ſubiectũ Ennō Farāx dicebať:vel gehēna.
Cũ vero quæ in frequētiori ſunt vſu nos ob
ſeruamus:inuenimus & in ſorte Beniamin
tribus:gehēnam ſiue Farrāga:Ennō denomi
natā:cuius & Hieruſalem erat:& cũ id ſcru
taremur: cur cæleſtis Hieruſalem diceretur
a ſorte Beniamin:& Farango Ennon:reperi
mus aliquid eo in loco:vbi de ſuppliciis agi
tur quæ ad animarũ purgationē cũ quæſtio
ne recipiũtur:iuxta illud. Ecce dominus ve
nit vt ignis cōflās:& hærba fullonũ: & ſede

bit conflans & emūdans tāq̄ auꝝ & argētū:
et ſecūdum illud ꝙ circa Hieruſalem ſuppli
cia inferātur:illis cōflatis qui in eoꝝ animæ
ſubſiſtētiam prauiora quædam admiſerit:&
tropice plumbū alibi ſupplicia hęc nuncupā
tur:& idcirco iuxta Zachariā malitia ſuper
plumbea ſtatera incederat. Veꝝ quæcūqꝫ di
ci hoc loco poſſent:neqꝫ omnibus ſunt:neqꝫ
hoc tempore explicāda:nec ſine periculo fie-
ret,aut iactura:vt apertius explanata hæc li
teris mādarentur:tāq̄ pleriqꝫ nō maiori īdi-
geāt diſciplina:q̄ vt tormētorū admoneanť:
quibus peccatores afficiūtur & ſcelerati : nā
ea prętereire quę de gehenna perhibētur eoꝝ
gratia nihil expediet:qui vix perpetui quidē
ſupplicii metu:ab eorū nequitia : & peccatis
ex hac prodeūtibus reprimuntur. Non itaqꝫ
vel diagramma illud:vel Celſus ipſe gehēnę
tenuit rationem:quā profecto ſi ipſe & cęteri
tenuiſſent:neqꝫ ebionæi liniamēta hæc & dia
grammata tā magni vnq̄ feciſſent: vt per ea
crederēt veritatē ſe oſtēſuros:nec Celſus ſuo
in Chriſtianos opere:quę haudquaq̄ ꝑ Chri-
ſtianos tradita eſſent:ſed quæ ab his dicerēť
qui nuſpiā ſunt:& eſſe iam penitus deſierūt
vel ad paucoꝝ numeꝝ ſunt tandem redacti:
ſuis in Chriſtianos calumniis interieciſſet:&
quēadmodū eos nil deceat qui Platonici ſint
philoſophādo ꝓ Epicureis reſpōdere:eorūqꝫ
impia decreta quædā tutari:ſic nobis nil erit
ad ea q̄ diagrāmatis ſunt,reſpōdendū:quęve
in id per Celſum dicunť. Quocirca vt ſupua
canea & fruſtra expoſita nos prætereim⁹: quę
aduerſus iſtoꝝ deliramēta Celſus protulerit
quandoqdē acrius lōge q̄ Celſus non incuſe
D mus q dictis huiuſmodi occupantur. Celſus
vero ex diagrāmate illo nōnulla ſibiipſi expo
nit:quę nec audita cuiq̄ ſunt: & de eo ꝑcipue
qđ apud nos ſignaculū dicit:aliena quædā ꝓ
ducit:& mutuas voces īponit:perinde ac pa
ter q ſignaculū ingerit vocitetur:q vero hoc
obſignatur filius nūcupetur:& rogatus illud
reſpōdeat:vnctus ſum vnctione cādida ligni
vitæ:quæ ſane nec ab ipſis hæreticis dicta ac
cepimus. Deinde & numeꝝ quedā ꝓfinit ab
his nūtiatū:q ſignaculū tradūt : angelorum
ſeptē:vtrinqꝫ animæ aſſiſtētiū corpore exceſ
ſuræ:quoꝝ quoſdā lucis angelos dicit:prīci-
pales vero nōnullos:q & principaliū prīcipē
deū per eoſdē dici affirmat,& deteſtabilē. Re
E petēs deinde quæ dixerat:iure hos criminať:
qui proferre huiuſmodi audeat:Huius autē
rei & nos gratia(inquiens)haud ſec⁹ id ęgre
tulerimus:atqꝫ hi q hos crimināt:ſiq forſi
tan ſunt q Iudæoꝝ deū deteſtabilē dicāt:qui
pluat:qui altitonans ſit:& mūdū iſtū cōdide
rit:q & Moyſi ſit:& iuxta hūc:machinę hui⁹
creatę deus. Videtur aūt Celſus neſcio quid
ex his voluiſſe qđ ſanæ mētis nil præferat ar
gumentū:ſed in nos odiū potius philoſopho
viro indignū:qđ vtiqꝫ iniquiſſimū ſit. Id eni
ei inerat aīmo:vt qui ex noſtris in poſterum
eius ſcripta perlegerent:nobis per iurgia liti
garēt:perinde ac deū quēpiā execrabilē affir-
mantibus:q mūdi eſſet tam optimus fabrica
tor. Et ſane apparet nil ſecus egiſſe:ac Iudæi
in ipſis Chriſtianæ religionis:& verę diſcipli
nę primordiis factitabant:q ad noſtræ doctri
næ notam & infamiā illud diſſeminarent: ꝙ
Chriſtianis pu erum aliquē immolandi mos
eſſet: cuius & carnē ſinguli deguſtarēt inſu-
per:& id mēdacio affigebāt:quēadmodū q ex
Chriſtiana eſſent hac diſciplina:cum ea q̄ in
operto fiūt:facere vellēt:extinctis luminibus
ei quā qſqꝫ nactus eſſet admiſcerētur. Quę in
famia temere edita olim plurios occupabat:
ita vt ex ea:q eſſent a fide hac alieni: perſua-
ſum haberent:iſtiuſmodi eſſe iam Chriſtia-
nos:& ad id temporis ſic fallit nonnullos ꝓſū
pta hæc & praua opinio:vt ea de cauſa chri-
ſtianos ſic auerſentur:vt ne vel ſimplicia cū
his ineant verba. Tale igitur Celſus aliqd mo
liēdo:ea mihi expoſuiſſe videť: vt Chriſtiani
deteſtabilē aſtruere deū, & creatorē coarguā
tur:& ita vt eū q fidem præſtiterit aduerſū
nos iſta dicenti(ſi fieri poteſt)inducat:vt &
ipſe chriſtianos exiſtimet:impietate cæteros
anteire. Res ipſas ꝓterea Celſus cōfundēs:&
cauſam explicat cur execrabilis deus efficia- F
tur:q iuxta Moyſen mūdū cōdiderit:ingens.
Eſt enim his vel iuxta hos execrādus:q de eo
hæc ſentiūt:quādoqdē ſerpenti:recti prauiqꝫ
cognitionē primis hominibus ſuggerēti:hic
maledixerit. Fugere tamē Celſum illud non
debuit:quēadmodū q ſerpentis partes tutan
das ſuſcipiunt:vt primis hominibus optime
cōſulētis:ꝑinde ac titanis & gigantibus ipſis
deuictis(vt fablę ferūt)ſiqdē ex Opheos gręce
ce. i. ſerpētis Ophiani ſint vocitati: tantū ab
ſunt vt Chriſti ſint ſectatores:vt nil minus q̄
Celſus hic:Ieſum incuſent : nec eoꝝ qſpiam
in cōciliū prodeat:niſi execrationes:& male-
dicta in Ieſum prius cōgeſſerit. Aduerte aūt
ꝑq̄ temere in his egerit Celſus: q̄ aduerſus
Chriſtianos oblatrat:quādoqdē cū noſtrę re-
ligiōis hominib⁹ Ophianos iſtos cōtulerit:q
ne Ieſu qdem velint,vel nomē id audire. Qꝫ
ſi vel ſapiens is qſpiam eſſet:vel forte morib⁹
temperatior:vel ſaltē humanus: quid tamen
apud eū vel delirius eſſet,vel plane veſanius

q̄velle ex ſerpente ſe:vt bonoꝝ auctore: con-
ſtare:vel Celſo ſtolidius:qui putet hiſdē cri-
minibus Chriſtianos ſe affecturū: quibus &
Ophianos notauerit. Olim igiť q reꝝ tenui
tatē amauerat: grecoꝝ philoſophus: & vitæ
felicioris exēplū ediderat: vt minus ꝓhiberet
ex pauptate felicitatē hāc aſſequi: ſe alioquin
Cynicū eſſe ſic inquiens ꝓfiteť. Hi vero irre-
ligioſi & impii ex ſerpēte humanæ naturæ in
feſtiſſimo qdē & perhorrēdo: tāq̄ ipi nō hoīes
quibus eſt ſerpēs inferior: ſed vt ſerpētes: glo
riæ ducūt: ꝙ Ophiani: hoc eſt ꝙ ſerpētini di-
canť: Euphraten neſcio quē diſciplinę huius
ſceleſtioris auctorē iactātes. Mox tanq̄ Chri-
ſtianis cōuitiaturus: hos apertius criminať: q
Moyſē: & iuxta Moſaicā legē deū execrabilē
dicūt: & cū Chriſtianos eſſe hos crederet q ta
A lia dicerēt: ſubdit. Quid aūt ſtultius aut ve-
ſanius hac īſenſata ſapiētia fuerit? Quid em̄
deliquerat q Iudæis cōdidit leges? vel quo pa
cto q̄ idē de mūdi creatione cōſcripſit: vel Iu
daicā legē: per figuratas quaſdā allegorias: ti
bi interp̄tandā deſumis? Collaudas vero: vel
nolēs o īpiiſſime: mūdi fabricatorē: q his om̄ia
polliceatur: & iſtoꝝ ſe genus ꝓpagatuꝝ: vel
adusq; fines terraꝝ ꝑmittat: excitaturūq; e
mortuis: vel cū carne ipſa & ſanguine: & in ꝓ
phetas ſpiritū diuinū deniq; eſſ latuꝝ: nec tñ
deſinis hūc criminari: aſt vbi vis tibi aliqua
ab iſtis inferť: hūc ipſum te colere deū fateris
cū vero cōtraria q̄dā cū veſter p̄ceptor Ieſus:
tū Moyſes ſtatuūt: mox aliū deū huius loco
et patris perq̄ris. Vel his qdē ſtrenuiſſim⁹ phi
loſophus Celſus Chriſtianos apertius carpit
cū inq̄t. Vbi tibi vim Iudęi ītulerit eūdē q &
his ſit te deū fateri. Cū vero Ieſus & Moyſes
leges ſanciēdo diuerſa iniūxerint: alium eſſe
huius loco conq̄ſiturū. Verūtamē ſiue cū Iu-
dæis nobis ſit altercatio: ſiue cū his ſentiam⁹
vnū vtiq; deū & eūdē hūc ipm tenemus: quē
olim & Iudæi coluerint: & colere ſe in p̄ntia
profitenť: nec per impietatē in hūc ipſi praue
delinq̄mus: haud tñ illud fatemur: tū carne
ipſa: & ſanguine (vt ſupra dixerat Celſus)
hoīes deū excitatuꝝ: neq; em̄ qd ī corruptio
ne ꝓſeminatū eſt: ī ignobilitate & fragilitate
corpus aliquod animale reſurrecturum aſſe-
rim⁹: quale fuerat antea ſeminatū. Sed de his
ſupra mediocriter iā diſſeruim⁹. Repetit dei
de q̄ de ſeptē dæmonibus dixerat: quoꝝ nuſq̄
per Chriſtianos ſit mētio. Puto tñ ab Ophia
B nis id hūc accepiſſe. Et ſane in eo ī quo & nos
inſudauimus diagrāmate aſſequēdo: ſeriem
omnē cōperimus: haud ſecus ac Celſus expo-
ſuit. Is em̄ principē illū fuiſſe aſſeuerabat in
leonis ſpeciē figuratū: nil tamē explicās quē
nā hūc ipſum: q in vero impiiſſimi ſunt: voci
tarēt. Nos vero cōperimus: diuinis in literis
conditoris angelū ꝓbatiorē illū & celebrem:
flagitioſum id Ophianoꝝ diagramma: Mi-
chaelem dixiſſe: q leonis gereret ſpeciem: at
Celſus taurū appellabat. Qui ſecūdus eēt ex
ordine: hūc diagrāma Suriel nominat: qui in
tauri ſit ſpeciē figurat⁹. Tertiū Celſ⁹ amphi
uiū: & vtrobiq; degētē: & horrēdū in modū
exibilantē: hūc diagrāma draconis in ſpeciē
Raphaelē tertiū vocitabat. Itē & quartū Cel-
ſus aquilæ formā habere aſſeuerabat: diagrā
ma vero Gabrielē dicebat: q p̄ ſe aquilā ferret
Quintū deinde hūc aſtruebat: q vrſi eſſet fa-
ciē nactus: quē diagrāma Tauthauaon nūcu
paret: q vrſi faciē gereret. Sextum p̄terea Cel
ſus ferebat apud illos literis ꝓditū canina fa
cie eſſe: diagrāma vero Erathaoth nomina-
bat. Hic idē deniq; ſeptimū fatebať: q eſſet aſi
ni capite inſignitus: & Taphabaoth diceret:
ſpecie aſinina exiſtēs. Hūc ipſi in diagrāmate
illo cōperimus Onoel: vel Thartaraoth dici:
qui aſini p̄ferat ſpeciē. Hęc aūt viſa ſūt diligē
tius explicāda: ne videremur ea nos ignorare
quæ Celſus ſe ſcire iactauerit: oſtēderemuſq;
Chriſtianos lōge certi⁹ ea tenere: haudquāq̄
eſſe ex Chriſtiana doctrina deprōpta: ſed a ſa
lute ferēda penit⁹ aliena: nec Ieſu inſcriptio-
ne notata: vel Saluatoris: vel dei & magiſtri:
ſiue dei filii titulo inſignita. At ſiqs velit q̄ C
venefici illi cōfinxerāt ſcire: qbuſve & fallere
hoīes vellēt: & ad ſuā traducere diſciplinam
perinde ac arcana q̄dā haberēt: & quæ efferri
min⁹ fas eſſet: etſi haud multū valuerint: au
di qualibus hi iſtruanť: q̄ve & legere ſoleant
vbi (vt ipſi vſurpāt) vitioꝝ ſepta trāſegerit.
Principū fores ſæculo (inq̄t) alligatas: regē
moris vnius: vinculū cæcitatis: obliuionē in
circūſpectā ſaluto: primā potētiā prouidētiæ
ſpiritu: & ſapiētiæ cōſeruatam: vnde integer
emittor: Lucis iā portio filii: patriſq; gratia:
mecū ſit: ita pater adeſto. Quin & illud dice
re edoceнť: cū eū quē Ialdauaoth nūcupant
ipſi peruadūt. Tu vero cum fiducia primę ac
ſeptimę vt interpres factus Ialdauaoth: prin
ceps verbū exiſtēs integrę mētis: opus perfe-
ctū filio patriq;: impreſſa forma vitæ ſignū ſu
perinducēs: quā occluſiſti ſæculo: tuo portam
mūdo referās: cōcedo tuā liber iteꝝ in pote-
ſtatē: gratia mecū ſit: interceſſor adeſto. Ferūt
et principi q leonis ſpecie ſit aſtrū illud ſplēdi
di⁹ affici. Putāt p̄terea qui legēdo Ialdauaoth
illū pcurrerit: & vbi ad Iadim venerit: dicēdū
id eſſe. Tu aūt occultoꝝ myſterioꝝ fili & pa-

tris princeps:noctu lucés ſecūde Iabo:& do-
mine principalis:mortis pars innoxiæ:geſtás
iā ꝓpriū indiciū:accedés ac libés tuū ad prin
cipatū:validiorē tu reddidiſti q ex te natus ē
verbo viuēte.Gratia mecū ſit:interceſſor ad
eſto.Mox & Sabaoth ſubdūt:quē ſic affari ne
ceſſariū ducūt:Quintę poteſtatis tetrarcha
Sabaoth:prælator legis:tuæ creaturę gratia
ſolute:quinario numero hoc fortiore exhibe
me ſignū tuę artis ſpectare inculpabile: typi
imagine cuſtoditū:quino numero ſolutū cor
D pus.Adeſto mihi:interceſſor adeſto.Poſt hūc
vero:Aſtapheon ſic appellandū exiſtimāt: O
tu q tertiæ præſides portæ Aſtapheō ſacroꝝ
inſtructor:primę cuſtos aquaꝝ originis:vnū
intuēs auctorē:redde me virginis ſpiritu mū
datū:qui cōtēplaris mūdi ſubſtātiam:gratia
mecū ſit:interceſſor adeſto.Hūc Elobion ſe-
quitur:quē ṗcādū ſic arbitrant̄.Secūdę prin-
ceps portæ Elobie exhibe me tuæ matris tibi
vt deferā ſignū:gratiā occultā:viribus pote-
ſtatē.gratia mihi adſit:interceſſor adeſto. Po
ſtremū Oreū appellant:cui ſic autumāt ſup-
plicādū.Trāſcēdēs ſepē ignis iterrite: primę
ſortitus portę dominatū Oree:ſine me tuę vi
dere potētiæ ſignū:vitę ligni terminatū figu
ra:imagine ad ſimilitudinē deſumptū inſon
tis.Gratia mecum ſit:interceſſor adeſto.Ad
hæc enarrāda Celſi nos mltiplex qdē credita
reꝝ ſciētia: q curioſitas potius & nugacitas
dicēda eſt:ꝓuocarūt.Siquidē id aīmo inerat
his plane q Celſi ſcripta quādoq; ſunt plectu
ri: & noſtra qbus illi reſpōdimus:patefacere:
nec nos Celſi diſciplinaꝝ eſſe ignaros:in qui
bus Chriſtianos falſo calumniat̄:vt q huiuſ-
modi nec ſentiant qdē nec teneāt:tametſi no
bis placitū ſit:hæc ipſa & noſſe & explicaſſe:
ne cū ſcientia is & doctrina ſe nos ſuperaturꝝ
promittat:venefici hoīes hos circūueniāt: q
nominū imaginatione: & formidine perciti:
E rapiūtur.Poſſem eqdē & alia pleraq; ꝓferens
demōſtrare:quēadmodū.ſ.nihil nos fugiāt ne
bulonū & fallaciū hominū facta:q vtiq; vt a
noſtris aliena & impia repudiamus . non em̄
cū Chriſtianorū certioribus dictis illa cōue-
niūt:nimiꝝ qbus ad mortis vſq; diſcrimen in
ſiſtimus.Et ſane ſciēdū eſt:quēadmodū q iſta
cōmēti ſunt:cū nec magicæ artis habeāt no-
tionem:nec ea q diuinis literis inſunt:diſcer
nāt:cōfuſe oīa ꝓtuliſſe.Ex magica ſiqdē Ialda
moth Iaoia:ex Hebræis vero Sabaoth: ſiue
Adonai:& Eloęū perditi homines acceperūt
quæ vtiq; nomina ex ſacris ſcriptiōibus ſum
pta:eiuſdē ſunt & vnius dei cognomina. qđ
ſane:cū dei hoſtes minus intelligāt: vt & ipſi
fatentur:exiſtimarūt aliud Iaha eſſe:aliud Sa
baoth:& aliud qđ tertiū eſt ṗter hoꝝ ſignifi
cantiā:Adoneum:quē ſacra ſcripta Adonai
protulere. Aliud ṗterea Eloæon: qđ ꝓphetæ
Eloai Hebraice dicunt.Fabellas inſuper alias F
quaſdā explicat Celſus:ꝙ alii qdē ſpirent leo
nes:alii tauros:dracones alii:ſiue aquilas:ſiue
vrſos:ſiue canes hic dixerit.Comperimus au
tem in eo qđ dixim⁹ diagrāmate: & illud qđ
Celſus quadrangularē appellauit figuram:&
ab Ophioneis miſeris illis pro paradiſi forib⁹
aſtare afferebat̄.Erat aūt(vt ita dixerim) in
biangularis circuli modū:& ignis ſpeciē præ
ferētis flāmea illa romphea tāq; haſtæ ꝑfixa:
cū ſciētiæ ligno:tū vitę.Celſo aūt haudquaq̄
libuit:vel forte nō licuit:cōciones exponere
per Ophianos iſtos ad portas ſingulas ꝓ im-
pioꝝ deliramētis & fabulis habitas: ſed has
narraturi ſunt q eas percurrerit:nos vero ea
propter id egim⁹:vt imperfectoꝝ finē ſacro-
rū:tū Celſo aperiamus:tum his q lecturi hæc
ſunt:vt plane intelligāt iſtiuſmodi hominū
deliramēta a diuino Chriſtianoꝝ cultu alie-
na nos habuiſſe.Celſus vero vbi ṗdicta deni- G
q; explicauit:quæ & his ſimilia ſūt & nos ipi
adiecimus:talia infert.Hi vero alia aliis in-
geſſere:vt ꝓphetaꝝ dicta:& circulos circulis
et eccleſiæ terreſtris defluxus: circunciſio-
niſq; & virginis cuiuſdā agilioris fluentē vir
tutē viuentēq; animā:& cœlū vt viuat occi-
ſum.Terrā inſuper gladio trucidatā:& mul-
tos vitæ degendæ gratia interemptos:quie-
turā quādoq; in mūdo mortē:cū mūdi pecca
ta interierint:& rurſus deſcēſum anguſtiorē
& portas vltro patentes:vbiq; ṗterea & vitæ
lignū:& carnis per lignū reſurrectionē.quod
eqdem puto idcirco factū:quia eoꝝ magiſter
ſuffixus patibulo eſt:& faber erat lignarius:
ita vt ſi fuiſſet e rupe aliqua ṗcipitatus:in ba
rathrūq; impactus:vel laqueo ſtrangulatus:
vel coriarius aliqs:vel lapicida:vel faber fer-
rarius extitiſſet:iure forſitā iſti cōfingerent
quēadmodū ſupra cœlos ṗcipitiū aliquod vi
tæ:vel reſurrectionis hæc barathrū eſſet:vel
tabernaculū immortalitatis: vel pretioſior
lapis:charitatiſq; ferrū,vel coriū ſanctius fi-
guratū.Enimuero ſi vel anicula quæpiam ſit
vbi infanti alluſerit,& fabulam addat:nonne
vel talia admurmuraſſe hanc puduiſſet?Sed
in his vtiq; Celſus vanas videtur auditiones
cōfundere:par em̄ eſt q̄ quauis hęreſi dictiū
culas accepiſſet:& eas ꝓ hęreſis volūtate mi
nus expſſerit:ſed verba tm̄ cōnexerit:omniū
plane vt arguat̄ ignarus:nec ſolū noſtraꝝ re
rū vt neſcius videat̄:ſed ne hæreticoꝝ is qdē

tenere diuerſitatē appareat qui Chriſtianoꝝ
res oēs callere ſe iactat:id em̄ vel ꝓpoſita eius
oratio patefacit.Sed noſtrū eſt ꝓphetaꝝ vati
ciniis vti: q Ieſum eſſe hūc affirmam⁹ quē illi
Chriſtū p̄dixerint:qve ex ꝓpheticis dictis pa
lā iā facimus:q̄ de Ieſu ſunt finē in euāgeliis
cōſequuta.Circulos vero circulis adaggera=
re:p̄dictę forſitan hęreſis fuerit:orbe vnico cō
plectētis:quā oīm eē animā aſſerūt.& Leuia=
than ſeptē illos principum orbes:vel forte ex
Eccleſiaſte pceptū:hmōi differēte.Pergit ſpi
A ritus & in circulo ſuo reuoluit. Qꝫ vero de
terreſtris eccleſię fluxu & circūciſione hæc di
xerat:a qbuſdā forte deſumpſit: qui a cœleſti
quadā eccleſia & ſeculo meliori:fluxiſſe terre
ſtrē eccleſiā tradunt:& circūciſione quadā:&
purgatiōe aliqua in ea eccleſia orta: cui & ar
gumēto eē affirmēt ꝙ lege ſit circūciſio.Ve=
lociorē aūt ſapiētiā quādā Valētiniani appel
lāt:ꝑ eorū circūuēta errorib⁹ ſapiētia: cuius
eſſe indiciū volūt:q ſanguinis fluxū annū ſit
duodecimū paſſa.q res cū fama ad ſe ꝑueniſ=
ſet:q oīa grę ca ſimul cōfundit & barbara:qve
et hæreſum ſunt:illud ſubiecit:agilioris cu=
iuſdā virginis virtutē fluxiſſe.Aīa autē viuēs
in eoꝝ forte arcanis exprimit:q a Valentino
hęretico ꝓfluxere:& eo in loco: vbi ſpiritalē
nūcupāt cōditorē.Vel ad demortuę aīmę for
te diſcrimē:viuēs aīa apud quoſdā non inge=
nue eius dicat:q ſit ſaluus futurus.Occiſum
vero:vel cælū dici:vel terrā cultro necatā:&
multos deniq̧ iugulatos vt viuāt: nuſq̄ nos
legimus:nec ſane ab re fuerit: iſta Celſum de
ſe ꝓtuliſſe.Quieturā aūt in mūdo mortē cū
mundi peccata cōmorient:ꝑferre illud eqdē
dixerim:qd̄ apud apoſtolū myſtice ſic expli=
catur.Cū aūt oēs inimicos ſubiugabit ſub pe
dibus ſuis:tunc poſtrem⁹ inimicus deſtruet
mors.Et illud.Cū aūt corruptibile hoc īcor=
ruptionē induerit:tūc fiet qd̄ dictū eſt: abſor
pta eſt mors ī victoria. Deſcēſum pręterea an
guſtiorem his forte denūtiauit:qui putāt ani
mas in varia corpora cōmeare.Dici autē ſpō
te ſua portas patere:haud ſane īcredibile eſt:
cū a nōnullis tradatur: Aperite mihi portas
iuſtitiæ:& ingreſſus cōfitebor domino. Hæc
porta domini:iuſti intrabunt in eā.Quinetiā
et in nono pſalmo ſic dicit:Qui exaltauit me
de portis mortis:vt annuntie omnes laudes
tuas in portis filiæ Sion.Portas autē mortis
quę ad perditionē deducūt:delicta eſſe Chri=
ſtiana doctrina affirmat:quemadmodū econ
tra portas Sion virtutis aſſerit portas.Hę nā
ꝙ cōfeſtim eis aperiūtur:qui virtutis rectio=
ra facinora conſectantur. De ligno aūt vitæ
facilius quiſpiam differet:qui deſcriptū dei
in Geneſi paradiſum interpretetur ab eo plā
tatum.Sępe etenim Celſus reſurrectionē irri B
ſit:vt quā minus nouiſſet:nunc vero nō his
contētus quæ dixerat:a ligno dici reſurrectio
nem carnis affirmat:qd̄ vtiq̧ & hūc arbitror
audiſſe:quia ſymbolice per lignū mors cōſtet
per lignū & vita:mors quidē in Adam & vita
in Ieſu.Proinde illudēs q̄ de ligno ſcribūtur:
bifariam illud irridet:inqtq̧ idcirco id vſur=
pari:vel quia in crucē magiſter noſter ſit act⁹
vel quia faber erat lignarius:cū minus tamē
intelligat vitæ lignū per Moyſen literis com
mendatū:ne plane cognoſcat queādmodū in
euāgeliis q̄ in eccleſia perlegunt: nuſq̄ faber
Ieſus ſit ſcriptus.Autumat p̄terea q̄ de ligno
hoc dicim⁹:ſub figuris qbuſdā interp̄tādo:id
vitæ lignū nos confinxiſſe.Quinetiā illd̄: qd̄
hūc in modū ei⁹ errorē ſubſequit:ſubdit. Qꝫ
ſi fuiſſet ille e rupe aliqua p̄cipitatus:vel de=
truſus in barathrū:vel laqueo ſtrangulatus:
eēt forſitan ſupra cœlos:vel vitæ fictū aliqd̄
pręcipitiū:vl' barathrū reſurrectiōis:vl' īmor
talitatis:& tabernaculū.& illd̄ rurſū.Si em̄ qa
faber hic factus eēt lignarius:cōfictū eſt vitæ
id lignū:cōſentaneū id forſitan eēt:ſi coriari=
us vt de corii ſanctitate differeret:ſi lapidum
ſculptor:de lapide pbeato:ſi ferrarius de fer=
rea lenitate.Emuero qs ex eo nō videat crimi
nū obiectoꝝ tenuitatē:quādoqdē eos homīes
iſte obiurget:quos falſos antea & circūuētos
ad veritatē ſe redacturū pollicebat: Poſt hæc
et alia ſubdit fictionib⁹ cōgruētia:principes.
ſ.neſcio quos:aſinino capite:& in draconis fi=
gurā effigiatos:vel alia qdā.non tn̄ apud no=
ſtros eccleſiæ hoīes alius itē effinxerit.Et ve
re qdē aniculā cū puero alludit:vbi mero ica
luit:talē fabulā illi incinere & inſibilare iā pu
duiſſet:qualē cōmēti ſunt qui & aſini capite
quoſdā cōfingūt ad portas ſingl'as cōcionari.
Atq̧ q̄ ad eccleſiā attinēt haudquaq̄ Celſo ſūt C
cognita:nimirꝫ cū ꝑpauci admodū ea intelli=
gere potuerūt:& hi qdē qvitā omnem iuxta
Ieſu p̄cepta ſcrutādis ſcripturis ſeſe addixere
et acrius lōge q̄ græci philoſophi: cū de arte
nobili aliqua pnoſcēda cōtēdunt:in cōgrēdis
ſacroꝝ ſcriptoꝝ ſenſis inſiſtūt.Neq̧ his ſane
ſtrenuus vir ille cōtētus:q ex diagrāmate hę
reticoꝝ ediderat:placuit etiā crimina in nos
augere:qbus nihil ſit cū diagrāmate illo com
mune:& alia interea qdā hęreticoꝝ iſtoꝝ ſub
alioꝝ p̄textu dicta repetet.Inqt em̄. Hoꝝ aūt
illud haudquaq̄ miraculi loco habēdū:cū di=
cunt inter circulos quoſdā cæleſtes deſup eē
nōnulla inſcripta:& alia duo neſcio q̄ maius

quiddam & minus: in filii patriſq; diſcrimẽ. Ipſe vero in diagrãmate illo maiorẽ circulũ: et minorẽ cõperimus: quorũ in diametro pater erat: & filius inſignitus: & maioris intermedio ſpatio: in quo minor circulus ille concludebatur: & alios duos ex circulis vidimꝰ duobus cõpactos: quorũ exterior flauo: interior glauceo eſſet colore. Supraſcripta vero intercapedo in dolabri ſpeciẽ: cuiꝰ ſuperiorẽ in partem circulus inerat breuior a maiore q̃ primi eſſent: depẽdẽs: q effigiatã in ſe charitatẽ haberet. Inferius vero ea ex parte qua maiori inhæſerat: vita erat efficta. In circulo deinde ſecũdo & circũacto: duos alios circulos cõplectẽte: figura alia quędã erat inſcripta: q ſapiẽtiã pferret & puidẽtiã: quadrangularis oblõgior: quorũ in circulorũ vel intermedia et cõmuni linea interſciſſa: ſapientiæ erat exarata natura: deſuper vero circulus circumactus: ĩ quo ſciẽtię inerat titulus: & infra hũc alius in quo intellectus inſcribebaẽ. Hæc ipſi cõtra Celſi deliramẽta dicenda deſumpſimꝰ: vt lecturis iſta in poſterũ perſpicuum faciamꝰ lõge nos clarius ea nouiſſe q̃ nouerit Celſus nec ex auditu habere: quæ per nos admodum

D improbanẽ. Q; ſi magica q̃dã & venefica profitẽtur: q illiuſmodi glorianẽ ineptiis: & illis id fuerit ſapiẽtiæ caput: nos tamen haudq̃q̃ ſumus hæc aſſerturi: qppe qui iſtiuſmodi noſtris in literis nuſq̃ cõperimus: ſed Celſus viderit: qui & falſi teſtimonii: & abſurdiſſimarũ fuerit criminationũ conuictus: vtrum in his mẽtiatur: ſiqua forte de peregrinis qbuſdã: & a fide alienis cõcepta: ſuo in opere explicauit. Illis deinde qui magicis quibuſdã præſtigiis (vt ipſe affirmat) & veneficiis nomina nuncupẽt barbara dæmonũ quorũdã: iſtiuſmodi obiicit. Nõ eẽ ſecus hi (inquiẽs) faciũt: atq; illi q his ipſis nitũẽ: q miraculo ſint imperitis & rudibus: cũ alia ſint apud gręcos dæmonũ nomina: alia apud Scythas. ita mox infert qđ ab Herodoto forte exceperat: Apollinem Scythas Gongoſyron nũcupare: Neptũnũ Thageſmana: Venerem Argempaſan: Veſtã Tamiti. Perquirat ergo q poteſt: vtrũ nõ iſta cũ Herodoto ſimul & Celſus emẽtiatur: periñ ac neſciãt Scythę hæc eadẽ & gręcis eſſe de legitimis diis ſtatuta. Quid enim eſt argumẽti vel ſuadelæ: vt Gongoſyron Scythę Apollinẽ vocitẽt? nõ eẽ puto ſi Gongoſyron in græcã linguã vertaẽ: fore vt Apollinis Etymologiã oſtendat: vel in Scythicã Apollo traductus vt Gongoſyron exprimat: ſic nec de cæteris idipm quis dixerit. Siqdẽ aliis ex rebꝰ & etymologiis Græci homines illi inducti: quos deos putarẽt: & nomina indiderũt: ex aliis Scythę ſic itẽ ex aliis Perſæ: Indiq;: ſiue Aethiopes: ſiue Illyrii: ſiue cæteri omnes: qbus vbi placitũ eſt qdpiã nominare: priori illi & purę rerũ conditori ſentẽtię ſteterint. Sed ſatis iã nobis hęc ſunt in ſuperioribus explicata: mõſtrare volẽtibus non eũdẽ Sabaoth eſſe & Iouem: cũ de linguarũ varietate nonnulla ex literis ſacris deprompſimus. Sed hæc libẽtius præterimꝰ: ad quæ repetẽda nos Celſus inuitat. Cæterũ iterato ex magica arte nõnulla confundens: E
adiiciẽſq;: perinde ac nulliꝰ momẽti ſint venefici hoĩes: ſi ſub prætextu diuinitatis id agãt vel apud ſimpliciores quoſdam: & captu faciles veneficiis forte vtanẽ: vt diuina virtute videãtur hæc factitare: & alia quædam exponit huiuſmodi. Verũ quid mihi enumerãdi ſunt quot hominũ quæ ad purgationẽ valeãt plurimũ & cõmiſſorũ ſolutionẽ: orationes cõſcripſerint: & miſſiles voces: vel ſonitus: figurationeſq; quaſdã dæmonicas: ſiue in cõputationibus: ſiue in lapidibus: ſiue in plãtis: ſiue in radicibus: ſiue in quibuſuis rebꝰ: & quæuis ad mala propulſanda medicamenta? de qbus nunc reſpõdere haudquaq̃ par fuerit: vt q nihil huiuſmodi ſuſpicemur. Poſthæc haud ſecus facere mihi Celſus videẽ: atq; hi ſolent: q F
ob ingẽtia in Chriſtianos odia: apud eos qui Chriſtianorũ facta ignorẽt: experiẽtia oĩno affirment: ſe percepiſſe pueri carnẽ hos eſitare: et impudẽter mulierũ q̃ apud ſe ſint abuti cõcubitu. Vt eẽ cũ iſta per eos dicũẽ q a noſtra religiõe ſunt penitus alieni: vanitatis damnãtur: tanq̃ falſo in Chriſtianos cõmẽta: ſic etiã deprehẽdẽtur nil veri habere q̃ protulit Celſus. Dicit eẽ apud ſeniores quoſdã noſtræ religionis ſe libros vidiſſe: & barbaros quidẽ: q dæmonũ nomina cõtinerẽt: & monſtro ſimillima. Aſſerebat præterea & noſtros hos ſenes nil recti de ſe polliceri: ſed ad hominũ perniciem omnia facere. Et vellem equidem cętera quæ in Chriſtianos hic iactat: huiuſmodi eẽ: vt a pluribus falſitatis: & euidentius conuinceretur: cum eius ex vitæ cũ Chriſtianis ante actę: etſi non multis: conſuetudine: tum quia de his: neq; auditu tale quicq̃ perceperit. Porro vt obliuione iam captus propoſuiſſe ſe aduerſus Chriſtianos ſcripturũ: Dionyſiũ quendam muſicũ ait: & hũc quidẽ Aegyptiũ: q ſecum eſſet verſatus: de his pleraq; diſſeruiſſe: quæ ad magicã attinerẽt: & quemadmodũ in imperitos: & corruptis moribꝰ homines: vim non mediocrem ars illa haberet: in philoſophos nullã: vt q vitã agere integerrime deſtinaſſẽt. Q; ſi eſſet mihi propoſitũ de magica

nũc diſputare:vel in ſuperioribus de hac pau
ca pertractaſſem:vbi de ea habita mentio eſt:
ſed cũ opportuniora nobis ſint explicãda his
reſpõdẽdo quæ Celſus conſcripſit:de magica
hac id dũtaxat dixerim:q̃ ſi qs velit īueſtiga
re:verum olim philoſophi magicis capenť an
minime:legat q̃ Miragenes ille ſuis in cõmẽ-
tariis de Apollonii Tyanei vita magici hoīs
et philoſophi ſcripſit:cũ digna q̃dã memora
tu literis tradit:in q̃bus non Chriſtianos ali-
quos;ſed philoſophos dixit:ex magica Apol-
lonii arte:& nõ ignobiles captos:qui ad ſe vt
magũ veniſſent:quos iter & de Euphrate phi
loſopho:& altero Epicureo quodam ꝑmulta
narrabat.Nos vero vt experiẽtia docti aſtrui
mus:q̃ ꝑ Chriſtiana religione:ꝑ Ieſum colue-
rint ꝑſidẽtẽ oĩbus deũ:& pro eius euãgelio &
inſtitutis duxerint vitã:iniũctiſq; ꝑcib⁹ fre-
quẽtius decẽterq; interdiu noctuq; īſiſtãt: fo
re:vt nec magicis poſſint nec dæmonũ artib⁹
capi:ſiqdẽ ꝑculdubio īmittet angelus dñi in
circuitu timẽtiũ eũ:& eruet eos ab omni ma
lo.Quinetiã paruulorũ eccleſiæ angeli: & iſti
tuti vt eos tuten̄t: patris faciẽ dicun̄t:q in cę
lis eſt:aſſiduo cõtemplari.Quid autem facies
iſta ꝑtẽdat:& qualis huius ſit cõtẽplatio:ſuo
loco iã explicauimus.Poſthæc Celſus aliũde
B exorſus in nos huiuſmodi infert.Fallun̄t em̃
hi etſi multis in reb⁹:ꝑcipue ignorãtia ſũma
diuinis q̃buſdã ænigmatib⁹ītercepta:cũ deo
faciũt aduerſari diabolũ quẽpiã:quẽ hebrai-
ce Sathanã dicunt:ꝑſertim cũ hũana ſint iſta
potius & dictu nefaria:q̃ ſummus deus cũ ꝓ
deſſe velit mortalibus:habeat aduerſantẽ: &
nequeat cũ libet cõducere:& īpotentior fiat.
Fit ergo vt dei fili⁹ a diabolo ſuperet:ab eoq;
tormẽtis affectus:nos iſtruat:vt nõ magni q̃
ab eo inferun̄t ſupplicia:faciamus:pr̄ędicitq;
quẽadmodũ & Sathanas ipẽ in mũdo appari
turus magna q̃dã ꝑ ſe opa ferat & admirãda:
vt q ſibi ſit dei gloriã vẽdicaturus: & futurũ
oĩno vt hoĩes hoc deſtituto:in ſe credãt.hæc
plane venefici hoĩs ſunt:operã in aduerſarios
inſumẽtis:& ſimul ꝑcauẽtis:q contraria ſen-
tiãt:& ſimultatibus ſeſe inuicẽ īpugnẽt.Poſt
modũ vero cũ ęnigmata velit: quæ putat ex
Sathana nos accepiſſe:ꝑducere: deorũ inquit
bellũ veteres oſtendiſſe:& hæc qdẽ Heraclitũ
dicere.Sic em̃ neceſſe erit bellũ qđ mirabile
eſt:& iuſtitiã explicare:& alia quæuis ꝑ iur-
gia & cõtẽtiones cũ facta:tũ vt fiãt futurum
C edicere.Nec ſecus & Pherecidẽ q Heraclitũ
multa ꝓceſſit ętate:cõmentum & fabuloſum
exercitũ facere:ex aduerſo inſtructũ:& exer-
citũ aliũ oppugnantem:quorũ alteri Saturnũ
is in ducem præfecerit:alteri Phioneam: con
clamationeſq; deorũ: & certamina ſcribere:&
conuenta inter hos fieri & pactiones:& ita vt
vtri eorũ in ogenũ(id erat loci nomen) conci
diſſent:pro victis eſſent:qui vero inſectarẽtur
et vincerẽt:cælũ haberẽt.Idipſum ſibi & my
ſteria illa voluiſſe affirmat:quę de Titanis &
gigãtibus q̃ diis bellũ ītulerint: deq; Cipho-
ne apud Aegyptios quodã:Horeoq;:& Syri-
de ꝓferun̄t.Vbi vero iſta Celſus expoſuit:mi
nus tamen ediſſerit:quẽadmodũ illa qdẽ po-
tioris ſint cauſæ:noſtra vero hæc ab illis exce
pta:ſed iurgando affirmat:haud quaq̃ eẽ his
noſtra ſimilia:q̃ de diabolo hoc:ſiue dæmone
explicaſſet:vel qđ eſſe verius aſtruit:de homi
ne mago lõge aliter ſẽtiẽte.Sic ꝑterea & Ho-
merũ hic audit:perinde ac his ſimillima idã
enarret:q̃ & Heraclitus ipſe:& Pherecides:&
cęteri de titanorum myſteriis induxiſſent.Si
quidẽ hũc ī modũ Vulcanũ Iunonẽ affari de
mõſtrat.Hęc velim æquo animo tuleris ma-
ter:ſiqdẽ alias cũ tibi ꝑſidio eẽ vellẽ,per Iouẽ
e cælo ad terrã rotatus:die toto ad occidentẽ
ſolẽ ferebar.& per Iouẽ itẽ Iunonem his incre
pari:An tibi memoria excidit cum te gemina
incude cõſtrictã pedes corripui: & aurea ma
nibus vincula circũieci:ita vt ex alto pende-
res?Qđ cũ ægre ferrẽt cœlites dii:e cœli hos
vertice deturbaui.Homeri itaq; Celſus dicta
interꝑtatus:dei verba eſſe affirmat:ad terreã
hãc materiã habita: qb⁹ Iunonẽ Iuppiter ipſe
cõpellaret:& ea qdẽ q̃ ſic proferun̄t plane prę
tendere: quẽadmodum hãc ipſam cũ ſe negli
gẽtius gereret:& ſuſceperit de⁹: & analogiis
quibuſdã deuinctam ornauerit : & qui circa
ſe dæmones eſſent:& impuriores quoſq; affe
ctos ſupplicio in eam viã deturbet:quę ducit
ad terras.Hos aũt Homeri verſus:& in eã ſen
tẽtiã Pherecidẽ dicit hoc modo pronũtiaſſe
Sub ea aũt parca eſt & altera q̃dã tartarea:ob
ſeruãt aũt hãc Boreæ filiæ Harpyię ꝓcelleq;
vbi Iuppiter deorũ quẽpiam q ſe arrogantius
geſſerit perculſum deturbat.Hiſdẽ e ſenſib⁹
et Mineruæ peplũ pendere affirmat:qđ in Pã
athenaica põpa delatũ omnibus viſendum ex
ponitur.ex eo em̃ ait ſignificari:vt ſine matre
q̃ſpiã & purior dæmon gigantium audaciam
e terra ꝓdeũtiũ frenet.Cũ vero grecorũ figmẽ
ta hic ſuſcipit:noſtra carpẽdo:huiuſmõi ſub-
dit:Dei filium inquiens a diabolo cruciari:&
nos item cõmonefacit:vt ab eodẽ pœnis affe
cti tolerãter feram⁹: & ea ꝑſertim q̃ prorſus
ridicula ſunt.Sed duxerim equidem oportu
iſſe diabolum inferre tormenta:nõ tamẽ his
quos caperet comminari.Aduerte itaq; qui D

nobis crimini dat:ꝙ ipiiſſime fallimur:& di=
uinis ænigmatibus aberremus:vt ipſe aperte
fallatur:cū minus intelligat Moyſi ſcripta:q̄
nō ſolū Heraclito & Pherecide fuere longe
antiquiora:ſed Homerꝝ ipſum vetuſtate prę
ceſſerint:de impuriſſimo diabolo tradidiſſe:
ꝙ cæleſtibus colloquiis excidiſſet.Serpēs em̄
de quo apd̄ Pherecidē Ophioneus:q cauſam
præbuiſſet:vt homo e paradiſo excideret:hu
iuſmodi pleraq; patefacit:& diuinitatis & re
rum ingentium promiſſione muliebre gen⁹
deniq; circūuenit:qd̄ ſubſequutū & virꝝ ferūt
Quinetiam in Moyſi Exodo exterminator il
le quiſnam alius fuerit hūc præter:qui obſe=
quētibus ſibi & eius nil repugnātibus impro
bitati:nec reluctātibus:cauſam præbet perdi
tionis & mortis:Is erat ꝑterea & in Leuitico
exterminādus:quē Hebræorū ſcripta ezazil
nomināt:& alius nemo hūc preter:quē om̄es
non iniuria auerſati procul reiecerint:qppe
qui in eremo ſuam nact⁹ ſit ſortem. Vniuerſi
nāq; qui deteriori cōditione ſunt:& ob eorū
nequitiā his aduerſantur:qui ex dei ſunt ſor
te:procul a deo haud dubie abſunt.In iudici
bus vero cur Belial filii nuncupātur:niſi ob
E eorꝝ malignitatē?Cæterꝝ vt hęc omnia omit=
tamus:in Iob illo q Moyſen anteceſſit ætate:
diabolus ſcribitur deo coram aſtitiſſe:poſtu=
laſſeq; aduerſus Iob poteſtatē vt grauiſſimis
hūc obduceret plagis.Et primū qdē vt omni
eius facultate deꝑdita:oppreſſiſq; liberis: ele
phātino demū:diro quodā & teterrimo mor
bo hui⁹ corpus omne afficeret.Prætereo quę
ex euangelio cōſtant de diabolo dicta: qui &
Saluatorem tentauerit ; ne a recentioribus
videar ſcriptis producere:quę aduerſus Cel=
ſum quæruntur:Et his quidē quæ de Iob po
ſtremo tradūt:vbi dominus Iob de turbīe &
nube affatus eſt:cuiuſmodi ſunt in eius libro
conſcripta:in quo non pauca de dracone ex=
preſſa cōprehēdi poſſunt.Nil ſecus & de his
dixerim:quæ ex Ezechiele habentur ; perīde
de Pharaone ; & Nabucodonoſor ; & Tyri
principe dicta:vel ex Eſaia:in quo rex Babylo
nius deploratur ; cuius ex dictis de nequitia
q̄multa quis poteſt perdiſcere: vndenā prin=
cipiū habuerit illa & ortū:& quemadmodū a
quibuſdā e cælo labētibus:Luciferum illum
indidem delapſum ſectatis:nequitia hæc ipſa
defluxerit.Non enim fieri poteſt vt æque ſe
habeat accidēs bonū atq; id qd̄ de ſe & natu=
ra ſubſtiterit:& qd̄ ſuo ex ortu ingenitam ha
beat bonitatē: id ſiquidē bonū ei(vt ita dixe=
rim)qui panē viuū in ſui tutelam ſuſceperit:
nūq̄ extinguit.Q; ſi cui forſitan extinguať:
idcirco forte illud acciderit:quia in vino hoc
paneq;:& vera potione ſumēdo: negligentior
fuerit:e quibus fotæ & irrigatę ad volitandū
alæ paranť.Et iuxta Salomonem de vero di=
uite differentē:nō ſibi pręparat alas vt aquila
vt in domo domini ſui verſetur.Oportuit nā
ꝙ vt is quē minime ꝑteriret ad alioꝝ vtilita=
tā deū:vel nequiorib⁹ vti: vel ad vniuerſorū
ſtabilimentū hos ipſos conſtituat:qui ea neq
tia ſint:& ad virtutis certamen cunctis expo
ſitos eſſe nihil ignorent ; qui & malint legi=
time decertare:vt virtutē ſic aſſequantur:vt
tanq̄ aurꝝ in fornace ex iſtorū nequitia proba
renť:adniterēturq; ne quid adulterinū ad ra
tionalē eorꝝ naturā admitterēt:digniores vi
ſi:qui ad diuinitatē aſcendant:& per verbū ip
ſum ad celſiſſimā illā aſſumātur beatitudinē
perīde ac bonorꝝ omnium arcem.Enimuero
qui Sathan Hebraice nuncupatur:& a non=
nullis ornatus gratia Sathanas dicitur:ī grę
cā linguā traductus Sathan denominať.Qui
cunq; igitur nequitiā malit:& vi tā ſecūdum
hanc duxerit:& virtuti cōtraria exequatur:
Sathanas eſt:hoc eſt dei filio aduerſatur:quē
et iuſtitiā eſſe:& veritatē & ſapientiā cōſtat.
Proprius vero ille aduerſarius fuerit qui cæ=
teris prior inſultat quiete agētib⁹:& beatam
ducētib⁹ vitā:& perinde ex beatitudine cor=
ruens iuxta Ezechielem ambulauerat perfe=
ctus in viis ſuis:donec inuenta eſt iniquitas ī
eo:& ſignaculū erat ſimilitudinis:donec per=
fectus decore ī delitiis paradiſi dei fuit:quaſi
ſaturatus bonis in perditionem factus eſt. Et
iuxta illud qd̄ huic dicitur:Perditio fact⁹ es:
& nō eris in perpetuū.Hæc igiť pauca audē=
do & periclitādo his ſcriptis credētes:iam ex F
plicauimus:quæ forte nihili ſunt: ſiquis ve=
ro ſacris literis incubuerit perſcrutādis:vn=
dequaq; quæ de iniquitate tradūť colligere
diligenti cura ſtuduerit: quemadmodū ini=
quitas illa prima ſubierit:& quo pacto queat
diſſolui:intelliget profecto cū Moyſen ; tum
prophetas:& cæteros haudquaq̄ fuiſſe:cū de
Sathana q̄multa pręſenſerint:ſomnia quædā
imaginatos ſane.Et nec Celſus id dixerit:nec
eorꝝ alius quiſpiā qui per dæmonē ipſum ille
cti:a deo diuulſi ſint:de quo recte nil ſentiāt:
et ab huius doctrina ꝑcul eorꝝ animus abſit.
Sed cū de Antichriſto nōnulla Celſus ſit obie G
cturus:vt q ea quæ per Danielem Paulūq; &
Saluatorem ipſum in euāgeliis de illius ad=
uentu tradūtur:haudquaq̄ perlegerit: de eo
perpauca nobis dicēda ſunt. Vt enim diuerſo
rum hominū facies nil habēt plerūq; ſimilitu
dinis:ſic item nec corda cordibus paria. Eſto

differãt inter ſe mortalium corda: vel eorum quidẽ qui ad rectiora inclinent ex æquoq́ʒ ſint & pari ſimilitudine ad bonũ formati: ſint & q ob recti neglectum ad malũ feranť: & in his q̃dem vel quiſpiã fuerit effuſiore neqtia: remiſſiore nonnulli: quid igiť abſurdum: ſi duo quidam exceſſus: recti nimirũ prauiq́ʒ: in hominibus deprehendanť: ita vt recti exceſſus ille in eo ſit qui ſecundũ Ieſum ſit cognit⁹ homo: vñ tanta effluxerit mortalium ad rectiora cõuerſio: curationeſq́ʒ & in melius immutatio. praui vero alter ille exceſſus qui huic ſit priori cõtrarius: his inſit q Antichriſtũ ſectati in vitia pręcipites eunt! Siqdẽ vniuerſa deus pręſcientia ſua complexus: & his longe ante perſpectis quæ ad vtrũq́ʒ id attinent: voluit vt mortalibus per pphetas hæc innoteſcerent: vt horum dictis cognitione perceptis, ſeſe potiori coniũgerent: & a contrario præcauerent. Oportuit autẽ alterꝫ quẽ dixi exceſſum & potiorem: dei filium ob excellentiã nũcupari: qui vero huic ex diametro aduerſať: ſathanæ & diaboli filium dici. Sed pręcipue qđ prauũ eſt: & improbitate affluere & in neqtiæ hoc eſſe exceſſu exprimiť: cũ ſimulat bonitatẽ: idcirco deterior aliqs ſui pr̃is diaboli opitulatiõe vl̃ ſigna facturus eſt: prodigiaq́ʒ: & virtute mẽdacii. Ad dæmonũ nãq́ʒ cõparationes illas ĩ magos factas ad peſſimam hominum deceptionem: accedit q́ʒ dæmon etiam ipſe humanum genus vt fallat ſimul & operã nauat. Hui⁹ autẽ qui diciť Antichriſt⁹, & Paulus meminit: docendo aperiẽdoq́ʒ: qua ſimulatione: quo modo: & quo tempore & quam ob cauſam ſit ad homines quandoq́ʒ venturus. & vide q̃ mira cum grauitate de hoc faciat mẽtionẽ: nihilq́ʒ inferat quod vel minima ſit dignum irriſione. ei⁹ dicta hæc ſunt. Rogamus aũt vos fratres per aduẽtũ domini noſtri & veſtræ congregationis in ipm: vt non cito moueamini a veſtro ſenſu: neq́ʒ terreamini: neq́ʒ per ſpiritũ: neq́ʒ per epiſtolã tanq̃ per nos miſſam: neq́ʒ vos ſeducat vllo mõ: quoniam niſi venerit diſceſſio primũ: & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduerſatur & extollitur ſupra omne qđ diciť deus aut quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tanq̃ ſit deus: nõ retinetis q́ʒ cũ adhuc eſſem apud vos hæc dicebam vobis: & nũc quid detineat ſcitis: nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat: & tũc reuelabiť ille iniqu⁹ quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui: eum cuius eſt aduentus ſecundũ operationem Sathanæ in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus: in omni ſeductione iniquitatis: his qui pereunt: eo q́ʒ charitatem veritatis nõ receperunt: vt ſalui fierẽt. Ideo mittet illis deus operationẽ erroris: vt credant mẽdacio: vt iudicentur omnes: qui non crediderunt veritati: ſed conſenſerunt iniquitati. Horũ ſingula quæq́ʒ nunc explicare haudquaq̃ præſentis eſt operis: quod aũt Daniel de Antichriſto vaticinatus eſt: diximus. Et ſane illud q ſapiẽter & æquo animo legerint: in tantorũ virorũ admiratione cõuertere poterũt: & plane teſtari: vt vere ſpiritus diuini inſtinctu hæc ſint: vt ꝓphetica quædam denuntiata: in quibus de futuris imperiis explicantur nonnulla a Danielis temporibus cœpta aduſq́ʒ mundi defitura corruptionem. Licebit autem volenti cuiq́ʒ ꝓphetiam illam perlegere ſic ſe habentem: Conſurget rex impudens facie & intelligens ꝓpoſitiones: & roborabitur fortitudo eius: ſed nõ in viribus ſuis: & ſupra q̃ credi poteſt vniuerſa vaſtabit: & ꝓſperabitur: & faciet: & interficiet robuſtos: & populũ ſanctorũ: ſecundũ voluntatẽ ſuam: & dirigeť dolus in manu ei⁹: & cor ſuum magnificabit. Qđ aũt Paulus de eo dẽ pr ędixit: qa in tẽplo dei ſit cõſeſſurus: & vt deum ſe oſtẽſurus: in Daniele ſic diciť. Et ĩ tẽplo abominatio deſolationis erit: & vſq́ʒ ad cõſummationẽ & finẽ pſeuerabit deſolatio. Hæc mihi e plurib⁹ viſa ſunt merito explicãda: vt paululũ ſaltẽ intelligat auditor: qd ſenſus diuinis literis inſit: cum de diabolo & Antichriſto cõmonefaciunt. quibus nos hactenus contenti ad alia Celſi dicta noſcenda progrediamur: eaq́ʒ pluribus: vti licuerit: oppugnemus.

Vnde autem his inquit illud obuenerit vt dei filium nominent ſignificabo: maiores olim & priſci viri hunc mundum vt a deo creatũ dei filium & deo ſimilem appellarunt: mũdus ergo & dei filius ille perſimiles ſunt. Putabit ita q́ʒ Celſus nos dei filium ita fateri: perinde ac q̃ de mundi traduntur ſtructura: q́ʒ per deum ſit conditus: & eius filium deum: aliter longe ac ſe haberent falſo commenti ſumus: non eñ potuit Moyſi & prophetarum temporibus diligenter perceptis: videre: vel ante eam gręcorum & veterum quos meminit tempeſtatem omnino dei filium quendam: apud Iudæos ꝓphetas fuiſſe vaticiatos. Nec tñ placuit Celſo quod de filio hoc apud Platonem in epiſtolis traditur: cuius & ſupra meminimus: quemadmodum id omne creatum dei filius exornauerit: nos explicaſſe: ne & ipſe forſitan: quem ſæpe & laudauit: Platonis illud cogatur ſuſcipere: quod vtiq́ʒ huiuſmodi eſt. Qui enim vniuerſum id condidit dei filius eſt. Primus autẽ

& ſupra omnes deos huiꝰ eſt genitor. Q̃ ſi tã
to huic dei filio Ieſu animã dicũt ſumma qua-
dam illius participatione vnitam: necdum ab
eo hãc ipſam ſeiunctam: nil mirum. Nouerãt
enim ſcriptiones diuinæ & alia duo quæ ſua-
pte natura conſtarent: ad inuicem in vnũ coi-
re: exiſtimariq́ & eſſe huiuſmodi: quorum al-
terum de viro & vxore ꝓlatum, non enim de
cætero duo ſunt ſed caro vna: alterũ quod de
perfectiore aliquo dicitur: qui ſe domino ver-
bo coniunxerit: qđ vtiq́ & ſapientia eſt & ve-
ritas ipſa: vt illud qui adhæſerit deo vnus eſt
ſpiritus. Q̃ ſiqui ſe deo connexerit vnitatem
cum deo aſſequitur: quis potius q̃ Ieſu ipſius
anima: domino ipſi hunc fuerit in modum vni
ta: quem conſtat per ſe cum verbum eſſe tũ ſa-
pientiam: tum deniq́ veritatem: per ſeq́ iuſti
tiam? quod quidem ſi ita ſe habet: non ergo ſe-
iuncta eſt Ieſu anima ab vniuerſę creaturę pri
E mogenito deo & verbo. Cæterũ ſi eandem ſtoi
corum & philoſophi hoĩs eſſe affirmãt: quam
& dei virtutem: ita vt feliciorem nil dixerint
præſidentem omnibus deum: ac alium quem-
piam quem ipſi exiſtiment ſapientem: ſed pa-
rẽ eſſe vtriuſq́ felicitatem: haudquaq̃ id irri-
ſerit Celſus: nec decretum illuſerit huiuſmo-
di aliquod: at ſi diuinus ſermo cum eo ob vir-
tutem cõiungi affirmet perfectiorem aliquẽ:
& vniri: qui ſit per ſe verbum: ita vt eo tendat
vt nil penitus Ieſu animã a primogenito omni
um quæ condita ſunt ſeiungamus: ridet Cel-
ſus dici dei filium Ieſum: quippe qui minus in
telligat: quænam ſacris in literis arcane & my
ſtice de hoc proferanť. Verum ad ea quę dicta
ſunt vt hunc inducamus ſuſcipienda: qui ve-
lit rectiora dogmata ſectando ꝓficere: Chriſti
corpus aſſeuerabimus ſacras literas dicere a
dei filio animatum: & eccleſiam id vniuerſam
præferre: huiuſq́ vt totius corporis membra
hos illoſve eẽ q credulitate Ieſum ſectanť. Nã
vt anima corpus viuificat: motumq́ præbet:
qđ de ſe nequeat & ſuapte natura ꝓinde ac vi
uens moueri: ſic & dei doctrina cum ad decen
tiora quædã & monet & agit: totum vtiq́ cor
pus: hoc eſt eccl'iam mouet: & huiꝰ ſingula mẽ
bra quę ſine ratione nil egerint. Id igiť ſi haud
quaq̃ cõtemnendã habet ſequelam: cur debet
moleſtum videri? quãdoquidem participatio-
ne ſumma & inſeparabili quadã inita Ieſu ani-
ma: immo Ieſus ipſe qui vtiq́ ſit per ſe verbũ:
haudquaq̃ ſit ab vnigenito & ante omnia facto
ſeiunctus: ſi filius ſit patris perſimilis: & dei ſit
F filius Ieſus? Sed de his hactenus. Videamus au
tem & quæ deinceps ſequũtur: in quibus vna
quadam & ſimplici dictione decernẽs: nec qđ
ad perſuadendum ſat valeat inferẽs: quã Moy
ſes ſcripſit mũdi carpit creationem: ſic inqui-
ens. Quin & mũdi creatio ſtolida admodum.
Si enim quemadmodũ ſtolida ſibi hæc videať
& quæ ad perſuadendum valerent hic protu-
liſſet: ad hæc refutanda aliquid forte attuliſſe
mus. Non enim nobis par eſſe videtur vel ne-
ceſſarium: vt cõtra huius ſentẽtiam cõfirme
mus: quemadmodum ſtoliditatis non ſit crea
tio hæc arguẽda. Siquis autẽ velit: q̃nam nos
mouerint: quæve & apertioribus argumẽtis
de moyſaica mũdi creatione a nobis ſint con-
firmata ꝓſpicere: legat quæ in geneſim ſcripſi
mus: a libri principio ad illud vſq́ vbi liber ge
nerationis orditur: in his enim enitimur ex li
teris ſacris aſtruere: quidnã ſit illud quod in
principio ſit cœlum creatum: quę terra: quod
ve terræ inuiſibile illud & incõpoſitum: quid
nã abyſſus: & quæ in eo ſint tenebræ: qd aqua
ſibi: quidve dei ſpiritus velit ſup aquam dela-
tus: quid inſuper factum lumen: quid cœli &
firmamentum: quid principio factum cœlum
ſic item & cætera. Oſtendit præterea & ſtultũ G
admodum eſſe: qđ de hoĩm generatiõe literis
ꝓderetur: ſed nullis interea vel argumentis
expoſitis: vel ad hęc refutanda contentionibꝰ
vtitur: non eñ hunc habuiſſe arbitror ratiões
aliquas ad id cõfutandum validiores: q́ ad dei
imaginem eſſet homo effectus. Nec ſane is in-
tellexit quem deus plantauerat paradiſum
nec hominis vitam: quæ prima in eo conſiſte-
ret: quęve poſtmodum in diſcrimen veniſſet:
Adam ipſo ob lapſum eiecto: & ante paradiſũ
delitiarũ deniq́ collocato. Qui vero ſtulte ad
modũ hæc dicta fuiſſe exiſtimauerit: primum
quidem & aliis: & his ĩ pręſentia dictis inſiſtat
Collocauit cherubin & flammeã romphæam
verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.
enimuero credi non poteſt: vt non intelligens
Moyſes iſta conſcripſerit: vel ſecus nil egerit
ac ſoliti ſũt priſcarum comœdiarum poetę: q
per luſum hęc literis cõmendabant: Prito Bel
lorophonti denupſerat: erat Pegaſus ex arca-
dia oriundus. At iſti quidem cum ludicra face
re vellent: & ſpectatoribus riſum mouere: hu-
iuſmodi quædam commentabantur. Moyſem
vero: vt qui vniuerſæ genti: quibus vellet de
rebꝰ ſcripta relinqueret: & perſuaſos haberet
quibus cõdidiſſet & leges: haudquaq̃ diuinũ
fuiſſe: & eius nõ eſſe ex deo ſcripta: crediderit
nemo. Vel ſine aliqua ſignificantia & ratione
quæ ſumus explicaturi vt ederentur: quis di-
xerit? Poſuit Cherubin & flammeam romphę
am: & verſatilẽ ad viam ligni vitæ cuſtodien-
dam: vel aliud quippiã: de hoĩm: quos diximꝰ.

genitura:deq; his q̃ a ſapientibus hebręorum
A prudēter ſunt tradita. Subſequēter aũt exilio
rib⁹ argumentis mundi & hoĩm generationis
differentias cõgerēs Celſus: & a priſcis illis ꝓ
latas:ait q nobis ſcripta hæc relinqſſent Moy
ſem & ꝓphetas:mundi hoĩmq; ignoraſſe qua
liſnā eſſet:naturam: eoq; ꝓfundiora quædam
deliramēta cõpoſuiſſe. At ſi queādmodum ſa
cræ lr̃æ ſolent:quænā eſſent altiora iſta delira
menta is explicaret:adniteremur ꝓfecto pſua
ſiones eas mox refutare:quib⁹ ille exiſtimaret
deliramēta hęc poſſe vt profundiora cõuinci:
nũc vero haud ſec⁹ atq; ipe iā fecerit & nos fa
cturi:veluti ludētes vtiq; oſtendem⁹ quęnā ſit
mētis natura:qve ſit in ꝓphetis & ſermo: quo
rũ ſane neſci⁹ Celſus:deliramenta ꝓfundiora
haud dubie cõment⁹ eſt quędā:q inſolenter id
operis veri ſermõis titulo annotarit. Verũ vbi
vt clara ſibi & optime nota ad criminandũ ꝓ
ducit:q̃ ad dierũ attinēt creationē: quorũ non
nulli priuſq̃ cœlũ:ſolq; ipe & luna & aſtra fie
rent elapſi ſint:quidā vero poſt horũ creatio
nē extiterint:id ei ſumus dũtaxat ſignificatu
ri: q̃ſiturq; num latuit Moyſem cũ p̄dixiſſet
ſexto die perfectũ mũdũ & conditũ? deinde vt
ſui oblitus illud adiecerit:hic liber generatio
nis hoĩm:qua die fecit cœlũ & terrā? Sed pſua
deri his minime poterit Moyſem ipm: vt oĩm
neſciũ:vbi de ſex dieb⁹ diſſeruiſſet:illud dixiſ
ſe qua die fecit de⁹ cœlũ & terrā. Q: ſi quis pu
tet:ad illđ hęc poſſe referri qđ dixerat:fecit de
us cœlũ & terrā:intelligat cum illud ꝓnuntia
ret fiat lux & facta eſt lux:& vocauit deus lucē
diē:p̄dixiſſe hũc illud:in principio fecit de⁹ cę
lũ & terrā. Velle aũt impſentiarũ eorũ q̃ intel
ligũt vel ſentiũt creationē edicere:& quomo
do diſpoſita ſit & partita in ſpecies duas dierꝝ
natura:hauquāq̃ nobis ꝓpoſitum eſt:nec ea vt
quiſq; exigit loc⁹:ſcrutari:ſiquidem nobis eſ
ſent neceſſario repetenda:quæcunq; ad Moyſi
interp̄tandũ examerõ & mũdi creationē edi
dimus:qđ ſane vt licuit longe prius q̃ aduer
ſus Celſi obiecta/hæc ordiremur: p̄ ingenii me
diocritate abſoluimus. Sciendũ aũt eſt queād
modũ ad iuſtos habitus p Eſaiā ſermo id polli
cetur:in cõſtitutione diei fore oĩno vt ĩ eo nõ
ſol ſed dñs:ĩ lucē ſit illis futurus ꝑpetuo : & eo
rũ in gloriā de⁹. Celſus vero qa ex praua ali
qua hæreſi & illud puerſe qđ dicit̃ interp̄tāti:
fiat lux:pinde ac a deo ſit id optante: ꝓnuntia
tũ:accepit:ſic inqt:Nõ eñ vt ſolēt mortales:
lucernā e vicinia mutuat⁹ eſt deus. Quinetiā
ex alia hæreſi quadā acceptũ id ꝓtulit:ſi enim
magno deo contrarius ſit quiſpiam execrabi
lis deus:q hæc præter illius ſententiā egerit:
cur illi lucē tradebat? Ad hęc vero tantũ abſu
mus vt vel in partē reſpõdeamus: vt illorum
potius opinionē velim⁹:tanq̃ errantiũ aptius
incuſare:& cõfutando nõ eorũdē dictis inſiſte
re:q̃ nobis haud ſecus ſint ac Celſo incognita:
ſed his potius q̃ ferme innotuerũt: partim ab
iſtis accepta ſectando:partim diligentius lecti
tando q̃ illi cõſcripſerint. Poſt hæc aũt Celſus B
ſic infert:ipe vero de generatione mũdi & cor
ruptione:vel queādmodũ nec creat⁹ ſit: vel ſi
creatus:nõ tamē incorruptibilis:vel cõtra:vt
dici poteſt:nihil in pręſenti ꝓtulerim: nec ipſi
quidē idcirco de iſtiuſmodi nũc diſputamus:
nõ eñ id ꝓpoſita materia exigit : nec dei qui
dē oĩpotētis ſpm̃ dicim⁹ ad hęc:vt ab his alie
na q̃ apđ nos ſũt pueniſſe:iuxta illud: ſpũs dei
ferebat̃ ſup aquas. Nec illđ nos affirmam⁹:qđ
praue ſentiũt quidā:p aliũ cõditorē: nec ſe in
uito:aliqñ deũ quē dederat ſpm̃ ſublaturum.
quocirca valeant vt ꝓcul exterminādi q talia
dixerit:& cũ his ſimul diſpereat Celſus:qui vt
res depoſcebat:non hos incuſauerit.oportuit
nāq; vt vel hæc ipe nil meminiſſet : vel vt ſibi
viſum fuiſſet ꝓ humanitatis officio diligēti⁹
explicatis:q̃ ab his dicerent̃/impugnando de
niq; refutaret. Nõ eñ maiorē deũ quē cõdito
ri ſpiritũ tradidiſſet:ab eo vnq̃ accepimus re
petiſſe. Ita deinceps & impiis dictis ſtulte nr̃a
Celſus obiurgās inqt. Quis eñ deorum aliqđ
tribuit in poſterũ exacturus? ē quippe indigē
tis exigere. Verꝝ nulla re idiget de⁹. His poſt
modũ & illa adiecit : pinde ac ſapiēter aliquid
meditat⁹ ĩ aliquos iactet: Cur eñ cũ aliqđ ille
cõferret:bñficiũ male ſe collocaſſe nõ ĩtellexit?
illud p̄terea ſubdit. Cur inquā prauũ hũc con
ditorē ſibi negligit aduerſantē? Deinde arbi C
tror hæreſibus aliis hæreſes alias cõfundēdo:
alioqn nec hæreſis auctorē deſignando:p̄du
cit q̃ nos aduerſus Marchionem: vt nobis ĩco
gnita:refutauim⁹. His ipis exiliter forte & im
perite a quibuſdā acceptis dicta ea Celſus re
darguit : q̃ hæreticos arguunt falſitatis : nec
tñ id prudētius agit . Exponēs itaq; q̃ ſunt in
Marchionem iam dicta:nec plane aduertēs:vt
per nos fuerint aduerſus hunc habita:inqt. qđ
eñ furtim/ſummittit corrũpitq; q̃ iſte condi
derat? cur clam ille irrũpit ſubornat & fallit?
cur præterea quos ipſe damnauerit:vel vt ipi
aſſeritis:& execrabiles fouet:& in prędonis cu
iuſpiam morē ſubducit? cur dño deſtituto vt
fugam capiāt:inſtruit? cur patrem fugere cõ
monefacit? cur ipſe ſibi aliquid vendicat patre
inuito nec permittente? cur alienorũ ſe patrē
pronuntiat? & his quaſi admirans & ſtupēs il
lud adiecit ſic inquiēs: Elegās ſane hic de⁹ qui

ſontiũ damnatorũ abdicatorũq;: & vt iſti affir
mant: nullius momenti hoĩm: eſſe pcupiat pr̃:
& quẽ emiſerit a ſe ſubtrahẽdo: vbi cõphẽſus
D eſt vlciſci nõ potuit. Poſthęc nobis vt affirmã
tibus nõ alieni eẽ cuiuſpiã & pegrini dei hũc
mũdũ: ſic inqt. Si ei hęc illi⁹ ſũt opa: quo pacto
deus quæ praua eſſent effecit? quomodo per
ſuadere & cõmonefacere nequit? cur ſuper his
quos creaſſet: nequioribus redditis: vt expers
grãæ pœnitet: & ſui ipſius opificiũ culpat qdẽ &
odit: criminaturq; pprios filios & depdit? vel
quas mũdi huius in ptes eiiciẽdo relegat quos
ipſe cõdiderit? Mihi vero apparet vel ĩ his Cel
ſum: nec ea q̃ mala ſunt explicaſſe: tametſi de
bonis prauiſq; greci varie ſenſerint: & vt con
ſentaneũ eſt: plane videt̃ cũ diuini opis eſſe mũ
dum hũc ipſi aſtruim⁹: illud eũ arripe: perinde
ac iuxta nos maloꝝ eſſe fabricatorẽ deũ qa mũ
dũ cõſtruxerit dicat. Habeãt igit̃ ſeſe vtcũq; q̃
de malis tradunt̃: vtrũ ea fecerit de⁹ an mini
me: haud tamẽ ex pręcedẽtiũ rerum ſequela a
deo facta hæc ſũt. Miror aũt illã noſtrã de mũ
do aſſertionẽ queadmodũ diuini ſit opis: ſubſe
q Celſus id arbitret̃: vt & mala fecerit deus: &
forte id ſeqret̃: ſed de his q̃ ipſe intulerat. Sed q̃
ret a Celſo iam quiſpiã: ſi eñ dei hæc opa ſunt
quo pacto deus & mala hæc fecerit? cur ue nec
ſuadere hic valeat nec plane cõmonefacere? In
eſt aũt in verbis tũc quidẽ ſumma malignitas:
cũ ſiqs ac ipſe ſentiat: aliter ſentientib⁹: decre
ta criminãdo obiecerit: vt q̃ in ſe nil ſani con
tineant: cũ ipſe lõge prius plæraq; ſentiat q̃ iu
re carpant̃. Videam⁹ aũt ipſi & breuiter: iuxta
ſcriptiões diuinas: quęnã eſſe bona hęc cõſtet:
q̃ mala: & quo pacto nobis ſit ad hęc reſpõden
dũ: q; & mala fecerit de⁹: nec pſuaſiõe: nec mo
nitis valeat. Proprie aũt (vt ſacræ lr̃æ volũt)
bona: virtutes ſunt: & q̃ ex virtute geruntur:
queadmodũ & pprie mala: q̃ ſunt virtuti con
traria. Sed erimus in præſenti his ipſis cõtenti
quæ ex tertio & trigeſimo pſalmo ſubdentur:
id ita aſſeuerantibus. Quærẽtes aũt dñm non
minuent̃ oĩ bono: venite filii audite me timo
rẽ dñi docebo vos: qs eſt homo qui vult vitam
diligit dies videre bonos? phibe linguã tuam
a malo: & labia tua ne loquantur dolũ: diuerte
a malo & fac bonũ. Decliare nãq; a malo & bo
na facere haudquaq̃ de bonis his corporalib⁹
ſiue malis his dicit̃: q̃ apd aliquos ſic nũcupen
tur: nec de reb⁹ qdẽ ipſis exteriorib⁹: ſed de bo
nis ſiue malis dici id cõſtat q̃ ad aĩam referant̃
ſiquidẽ q iſtiuſmodi declinauerit mala: & bo
na fecerit: vt verę vitæ pcupid⁹: hãc haud du
bie aſſequet̃: amore ductus dies vidẽdi bonos:
quorũ ſermo eſt iuſtitiæ ſol: ad quos dies hic
ipſe puenerit: deo ipſo a prauo hoc ſæculo libe
rãte: maliſq; dieb⁹: quoꝝ ſic meminit Paulus:
redimẽtes tps: qm̃ dies mali ſũt. Abuſiue aũt
quę corporis ſunt & externa nõnulla in bonis
haberi ſolent: q̃ ad naturalẽ hanc vitã contule
rint: q̃ vero vitæ officiant & aduerſant̃: mala
credi. ſic eñ Iob vxorẽ alloquit̃: Si eñ bona ac
cepim⁹ de manu dñi: mala aũt cur nõ ſuſtinea
mus? Verũ cũ ĩ ſacris literis cõperiat̃ ex dei p
ſona nõnũq̃ illud pferri: ego qui facio pacem
& conſtruo mala: de eodẽ perſæpe hæc dici: de
ſcẽderũt mala a deo ſup portas Hieruſalẽ: cre
pitus armorũ & equitũ. q̃ quidem obturbaſſe
permultos cõſtat q ſacras legerent ſcriptiões:
quãdo ex his minus pſpicere poſſent: bonorũ
malorũq; ſignificãtias. Par ergo fuerit vel hic E
Celſum vt neſcium protuliſſe: q; deus mala fe
ciſſet: vel ex aliquo ea de re indoctius differẽte
id temere pcepiſſe: & ſuo loco eundẽ in modũ
qđ dixim⁹ explicaſſe: nos vero illud aſſerimus
nec mala qdẽ: & q̃ ex his pdeũt facta: deũ ſtru
xiſſe: qui eñ fieri poterat ſi deus mala hęc effe
ciſſet: vt futuri iudicii pdicatio cõmoneface
re auderet futurũ omnino: vt deteriores qq; p
malefactis & cõmiſſorũ facinorũ magnitudie
tormentis afficerent̃: beatos autẽ fore ex deo
q; & pręmia recepturos qui pro virtute duxe
rint vitam: vel ſecundũ hanc opera fecerint re
ctiora? Et ſane intelligo nõnulla iſtos ſacris ex
ſcriptionib⁹ pducturos: q mala p deũ fieri au
deãt affirmare: cũ eorũ neqant vel cõtextũ ali
quẽ vnũ ex ſcriptura oſtẽdere: q nõ praua qdẽ
incuſet facinora: cõprobet rectiora: & ea itẽ il
li enarrent: q̃ etſi ppauca ſint: ſubtrahere alio
quin videant̃: qui pingui (vt aiunt) Minerua
literas legerint. Nũc vero dictiones illas nar
rando percurrere quæ plurimæ ſũt & ſubtra
hendi vim habeãt: & earũ interptationes: qui
bus plurimũ opæ ſit impendendum exprime
re: nequaq̃ ppoſito operi cõſentaneũ duxerim
Mala igit̃: q̃ id nominis pprie ſint ſortita: ſi au
diat quiſpam: intelligat nõ deum fuiſſe ea mo
litum ſed eius præcedẽtia opa: ſiquidẽ quo ad
hãc machinæ diſpoſitionẽ & mala iſta ſũt ſub
ſecuta: queadmodũ & fabri cuiuſq̃ lignarii fa
bricata iã ędificia dũ interea & ſecant̃ & poli
untur: fragmenta reſident quædã: & q domos
item ædificant: cũ facere adnitunt̃ q̃ ædificiis
congruant: lapidũ perinde & cementorũ exci
dentia detrimenta ſequũtur: ſi itaq; iſta ſic nũ
cupata: mala corporalia quędã & abuſiue dicã
tur: vel ſi dixerit quiſpiã concedat̃ & quæ pra
ua ſunt deũ creaſſe: vt per ea nõnullos ad me
liora conuertat: quidnã poteſt qđ abſurdius
ſit id dictũ habere? queadmodũ enim ſi abuſi

ue mala eſſe labores audiamus: qui caſtigandi gratia liberis a pędagogis ſiue parentib⁹ inferuntur: ſiue per medicos curãdi cauſa & ſalutis: dum illorũ ex corpore pręcidendo adurendoq́ aliquid demũt: & parentes dixerimus pædagogoſq́ itẽ & medicos liberis malefacere: tametſi nec cędentibus quidẽ nec pręcidentib⁹ id crimini detur: ſic deus vt in viã reducat: & ſanet quos dolore ad medelã affecerit: ſi mala ſuperinducere prædicet: nihil erit abſurdum nec illud quidẽ ſi mala ſupra Hieroſolymę portas deſcendunt: quæ ad conuerſionẽ ex hoſtili negotio his immittunt: nec ſi in virga viſitabit iniquitates: dei legem iam deſerẽtium: vel in verberibus peccata eorũ: & ſuper carbones ignis faciat hos inſidere: haud ſec⁹ & illd nõ idignum videbitur: qui facit pacẽ & ædificans mala? ſi forte pnũciemus: ſtruit eñ corporalia mala vel quæ exteriora ſunt: qui erudit & purgat inuitos: & q verbis caſtigari & ſaniore doctrina nil volunt. Et his quidẽ ad Celſi dicta reſponderim: deum vel mala feciſſe aſſeuerãtis; ad illud vero q nec pſuadendi vim habeat deus: nec admonẽdi: illud prędixim⁹: q ſi fuerit id crimini dandũ: vel vniuerſis id ipm detulerit Celſus: puidẽtiã eſſe ſuſcipientib⁹. Sed dicet quiſpiã: poteſt pculdubio de⁹ & cõmonefacere & ſuadere: qppe qui p omne diuinorum ſcriptorũ genus id agat: & eorũ inſuper interuẽtu qui ex diuina gratia auditores inſtituũt ni forte quiſpiã ſuopte ingenio adinuẽta quædã & furibunda ingeſſiſſe: cũ interea docet: audiatur: ita vt auditores vel male ſuadẽdo alliciat: & hi præceptori: etſi prauæ doctrinæ: obtẽperent. quod vtiq́ fieret pter tritæ & veræ ſcripturæ ſignificantiam. Ad illud vero q deus dicatur minime poſſe pſuadere: idq́ vel cũctis vitio dati q puidẽtiã diuinã admittũt: dicenda hæc ſũt. Cũ enim perſuadere eorum ſit qui perinde ac mutuo afficiantur affectu: pfecto haud ſecus illud ſe habet ac hominũ quiſpiam: qui dũ interea barba abradit: ſimul & aliquid operetur: & radenti ſe præbeat: quapropter non ſolum indiget quis opera ſuadentis: ſed ita vt dixerim: & ſuadenti ſuccumbat neceſſe eſt: & eius qui ſuadet vt dicta ſuſcipiat: Quo fit vt nõ idcirco quia nequeat deus pſuadere dicendi ſint qui dictis nil obſequũtur: nõ perſuaſi: ſed quia dei verba ad pſuadendũ validiora haudquaq̃ admiſerint. Id ipm et ſi de hominibus nonnullis quis dixerit in ſuadẽdi arte peritiorib⁹: profecto nil fallitur: fieri enim poteſt vel qui mirifice ſit rhetoricæ artis acumina cõſecutus: & his apte & decẽter vtatur: enixeq́ omnia factitet: quæ ad ſuadendũ maxime valeant: vt perſuadere nil videatur: ſi aĩm eius nil aſſequatur vel capiat: cui fuerit pſuadẽdum. Q2 autem verba quis fecerit q̃ perſuadendi vim habeant: dei id munere fit: q vero ſuadeatur: non ſemp ex deo procedere Paulus nos inſtruendo ſic explicat: Perſuaſio autẽ nõ ex eo qui nos vocat. eiuſmodi & illd eſt. Si eñ vultis & audieritis me: bona terrę comedetis: q ſi nec vultis nec audieritis me: gladius vos deuorabit: vt autem ea quis velit quæ monente aliquo proferuntur: & prolata hęc audierit dignus efficietur dei promiſſionibus. Et ſane audientis voluntate eſt opus: & ad ea quæ dicuntur aſſenſu: vnde & ĩ deuteronomio dictũ illud idcirco videtur. Et nũc iſrael quid dominus tuus a te poſtulat niſi vt timeas dominũ deum tuum & ambules in omnibus viis ſuis: & eum colas & cuſtodias omnia mandata ei⁹?

B Erit præterea & his occurrendum quæ ſupra dixerat & huiuſmodi Celſus. Quo eñ pacto vt gratia vacuũ feciſſe hunc pœnitet quos & creaſſet: vbi nequiores ſunt redditi? & ſuũ hic idem culparit ſimul & oderit opificium: & cõminãdo deperdat proprios filios? Carpit inſuper: & falſitatis coarguit: q̃ ĩ geneſi ſunt hũc ĩ modum literis prodita: Videns autem deus q multa malitia hominum eſſet in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tempore: pœnituit eum q hominem feciſſet in terra: & tactus dolore cordis intrinſecus: delebo inquit hominem quẽ creaui a facie terræ ab homine vſq́ ad animãtia: a reptili vſq́ ad volucres cœli: pœnitet eñ me feciſſe eos Sed ſcripturę hic ſenſum inuertit: ſiquidẽ pœnitentia hoc loco non dei eſt nũcupata: nec qa eius hic opificiũ vel reſpuat forte vel oderit. Q2 ſi appareat deus diluuium commiari & filios perdere quos procreaſſet: dicendũ: cũ eñ cõſtet hoĩs immortalẽ aĩam eſſe: hãc quidẽ cõminãdo corripere nitit: & ad ea quæ rectiora ſunt auditores cõuertere: internicio vero illa clades mortaliũ: diluuio facta: terræ pculdubio purgatio fuit: queadmodũ & gręcorũ quidã & nõ cõtẽnẽdi phi tradiderunt: q terrã dii purgauerint. De hac eñ dicẽdi cõſuetudine: qua animi exprimũt affect⁹: qb⁹ hoĩes ipi afficiunt: vt deo etiã tribuant: non pauca nobis ſuperi⁹ ſunt explicata. Porro Celſus ſuſpicat⁹ C & forte nec ipe ignarus qd queat de his reſpõderi q cataclyſmo diſpiere ſic ingt. Sic eĩ nec proprios filios iſte deſpdit: cur ex hoc mundo hos ſubtrahit quos ipe cõdiderit? V l ad hęc reſpõdebimus: e mundo hoc ipo qd cœlo terraq́ cõſtet: nequaq̃ deum penit⁹ ſubduxiſſe q cataclyſmi ſint vim illã ppeſſi: ſed exemiſſe qdẽ e car-

nis hac vita:& e corporibꝰ ip̄is vbi illos emiſit
ſimul etiā ne in terris ſint:diſſoluiſſe:quas ter
ras ſacræ lr̄æ mundū dicere vſurparūt. Et ī lo
annis p̄cipue euangelio ſępe cōperimus terre
ſtrē locū denomīari: vt illđ:Erat lux vera q̄ il-
luminat oēm hoīem venientē in hūc mundū:
& alibi:In mundo preſſuras habetis:ſed cōfidi
te quia ego vici mūdū. Quo fit vt ſi audiat qſ
piā deū de hoc mūdo: vt loco terreſtri:queq̄
ſubducere:nihil occurrat vt abſurdius dictū:
ſin vero mundū ex aere terraqꝫ compactū qs
nuncupet:haudquaq̄ ꝑrſus qui diluuii aquas
perpeſſi ſunt:ſubtrahūtur hoc mundo:qui ſic
appellet:tametſi nobis qđ alibi legit: viſibilia
iſta nihil conſiderantibꝰ: ſed q̄ minus vident:
vt illud:nā iniſibilia illius a creatione mundi
creaturis cognita ſpectant: dixerit quiſpiā ꝙ
ſup inuiſibilia illa:& q̄ ſimpliciter nō apparen
tia nūcupant:inſiſtēs deꝰ mūdū ſubtraxit:ver
bo dūtaxat ip̄o mortales hic ſubtrahente:tra-
ducenteqꝫ ad cœleſtia loca: bona illa ſpectatū.
D Dictis aūt his conquiſitis per ſe & expenſis:cū
ei mens ſit vel verbis vtcunqꝫ librū explere:di
ctionibus aliis ſimillima refert pauloante diſ-
cuſſis:qbꝰ illud p̄dixerat. Longo igit interual
lo id ſtultius:ꝙ prius ſit & dies aliquot in mū
di creatione partitus q̄ dies ip̄i exiſterēt: hoīe
em̄ hoc pacto creato:& terra nōdū obfirmata
necdū ſole hac circūacto:quo pacto eſſe pote-
rāt dies? Quid em̄ hęc a ſupioribꝰ differunt q̄
ip̄i in huiuſmodi dicta ꝓtulimꝰ? Sed iterato q̄
vel ſupius diximꝰ cōtēplemur:queādmodū. ſ.
haudquaq̄ fuerit abſurdior deus primogeni-
tus ille & maximꝰ:q dū ita iuberet:fiat hoc il-
ludve:& primo die tāta hic fabricauerit: & ſe
cundo rurſum eo plꝰ aliqd:tertioqꝫ itē & quar
to:qntoqꝫ & ſexto pegerit. Diximꝰ etiā ſuapte
virtute iuſſiſſe illū:hoc illudve fieri:& illud ꝓ
duximus:ip̄e dixit & facta ſunt:ip̄e mandauit
& creata ſunt:aſtruētes dei filiū affuiſſe fabri-
cæ intendentē:& deū verbū: & p ſe quidē tāq̄
mundi fabricatorē:nec ſecus & verbi patrē:q
filio eius verbo mandauerit: vt mundū hunc
ſtrueret:primū eſſe ſtructorē. Qꝫ autē vna qui
dē & prima die lux ſit effecta:ſecunda vero &
firmamentū:tertiaqꝫ coierint q̄ ſub cœlo ſunt
in cōgregationes ſuas & aquæ:& fructus de ſe
ediderit terra:q̄ vtiqꝫ ſola natura diſpoſuiſſet
& quarto luminaria ip̄a & ſtellæ:qnto natātia
ſexto terreſtria:& homo demū:vt nobis licuit
in geneſis interp̄tatiōe iā diximꝰ. Quinetiā &
in ſuperioribꝰ crimini his ip̄i aſcripſimꝰ q fal-
ſo & promptius illud ſuſcipiunt: ꝙ anni tunc
ex diebꝰ ꝓdierint:qđ ſane cū de mūdi creatiōe
mētio incidiſſet: ꝓduximꝰ:hic liber generatio
nis cœli & terræ:qn̄ facta eſt dies:fecit deꝰ cœ
lū & terrā. Exinde cū illud Celſus minime au- E
diſſet:Cōpleuit aūt deꝰ die ſexto opa eius q̄ fe-
cit & reqeuit die ſeptimo ab vniuerſo opr qđ
patrarat:bn̄dixitqꝫ deus diei ſeptimo & ſancti
ficauit illū:quia in eo ceſſauerat ab vniuerſo
opere qđ patrarat:exiſtimās id ip̄m eſſe ceſſa-
re ſeptimo die & requieſcere:ſic ſubdit. Cæte
rū artificis cuiuſdā deterioris in morē defati-
gatus:otio deꝰ indiguit. Sed haud ſane hic vi-
dit poſt mūdi creationē quoad mūdus cōditꝰ
eſt qualiſnā eſſet ſabbati & dei ceſſantis dies:
quo & deo ceſſant:& illi hūc celebrē agūt: qui
ſua opa ſexto die cōfecerint:& quia nihil vrgē
tiū ſe rerꝫ p̄tereūt: cōtemplatiōe ad iuſtorū &
beatorū feſtū diē aſcendunt. Poſteavero pinde
ac de deo id:vel ſacris lr̄is aſtruētibꝰ vel nobiſ
met affirmātibꝰ:ꝙ defatigatꝰ iam quieuiſſet:
ſic inquit. Non em̄ par eſt ſummū deum laſſi-
tudine affici:nec manibꝰ operari: nec iubere.
Celſus itaqꝫ haudquaq̄ fas eſſe affirmat labo- F
re deū defatigari: nos vero dicturi ſumus deū
verbum nec labore hoc ip̄o affectum:nec alios
quoſuis:q ex potiori ordine illo & plane diui-
niore dependent:laſſeſcere nāqꝫ & defatigari
eorū eſt qui humano hoc corpore obducūtur.
Sed quęres fortaſſe:quos iſtos inquis? num q ī
quouis corpore ſunt:an in terreo hoc & pau-
lo pluſculum meliore? At haudquaq̄ fas ē ſum
mū deū manibꝰ opari. Ita quidē:ſi recte intelli
gas qdnā ſit manibꝰ opꝰ aliqđ facere: nec ſecū
dū aliquē deū:nec ex diuis quēpiā operantē in
tulerſ. Sed eſto vt abuſiue manibꝰ opari dicat
vel tropice deꝰ:vt & illđ interp̄temur:opa ma
nuū eiꝰ annūtiat firmamētū: & opa manuum
tuarū ſunt cœli: vel aliud ſiqd hm̄oi tradit: fi
gurātibꝰ nobis dei cū manus:tū mēbra cętera
qd igit fuerit abſurdū vt deꝰ ſic operet? vt ita-
qꝫ nihil abſurdius deū hæc operari: ita nec eū
iubere:vt & bona eſſēt & laude digna q̄ fierēt:
qa diuino ſint iuſſu effecta. Rurſum Celſus:vt G
q forte vel illđ acceperit:os dn̄i locutum eſt:ſi
ue īdoctos quoſdā audierit & rudiores de hu-
iuſmodi petulātius diſſerēres:nec plane intel
ligat quo referant q̄ ſub mēbrorū corporaliū
noīe de dei virtutibꝰ exprimunt:ſic inqt. Neqꝫ
em̄ vel oris ſpecies vel vox in deo eſt vlla: atq
vox nulla inerit deo:ſiquidē aer repcuſſus ſit
vox:vl aeris verberatio:ſiue aeris ſpēs:ſiue qd
aliud qđ vocē eſſe definiāt peritiores:ſed q̄ dei
vox dicitur eſt qdē vt dei vox viſa: queādmo-
dū dei vocem viſam eſſe populo tradunt:vt ex
his cōſtat:Oīs populus dei vocē videbat:vide
re illud ex ſcripturæ conſuetudine capiendo.
Quinetiam nec eorū aliud qppiā ineſſe deo aſ

firmat q̃ illi ineſſe nos teneam⁹:cũ nihil iterea explicet quęnã ſint illa q̃ nobis ſũt notiora. Si eñ diuinorũ mébrorũ hr̃e nos aſſerit notioñe nil repugnabimus:dũ tñ ſubaudiri velim⁹ cor poraliter hæc nobis innotuiſſe:& vti vulgari⁹ nũcupanẽ. Si vero vniuerſaliter hęc acceperi m⁹: q̃ Celſus ait nos ſcire: pmulta haud dubie nobis de celeberrimo deo cõſtiterint: ſiqdẽ in eo virt⁹:beatitudoq;: & diuinitas iſit. Q̃z ſiqs qd excellẽtius ac ea ſint q̃ nobis innotuerũt in telligat:quãdoqdẽ vniuerſa q̃ ſcim⁹ inferiora ſint deo:haudquaq̃ foret abſurdi⁹ ſi illđ & nos ſuſcepimus:nihil eoꝝ deo ieſſe q̃ nos teneam⁹ & ſęculo innoteſcãt:qppe q̃ deo inſunt nõ mõ his ſint q̃ humana nouit natura lõge ſupiora: ſed vł his ipis q̃ hũanã naturã exceſſerint. Eni uero ſi pphetarũ dicta hic noſſet:Dauid inquã dicẽtis: Tu ãt idẽ ipe es:& Malachiæ:Sũ eqdẽ & nõ imutor:videret pculdubio nr̃orũ hoĩm nemiñe ĩ deo nec re qdẽ nec cogitatu mutabi litatẽ aſtruere. manẽs eĩ ille & ſtabilis:mutabi lia iſta ſic moderaẽ:vti natura ſunt p ſe conſti tuta:& p ipius verbum edixerit hæc guberna
A ri. Celſus pterea nihil aduertẽs qd imaginem dei cũ dicit & imaginẽ ſuã:iter ſe differãt: q̃ñ dei imago oĩs creaturę ſit primogenit⁹:per ſe verbũ & p ſe veritas:p ſeq; iuſtitia: imago exi ſtẽs pprię bonitatis:ad imaginẽ dei & hõ crea tus ẽ:& oĩs hõ cuius caput ſit Chriſtus: dei & glĩa ſit. Nec ſane vel ĩ vllã hoĩs pte id ſtatuens vt ad dei imaginẽ ſit homo formatus: nec id magni faciẽs vtrũ qs veterẽ hoĩem nõ depoſue rit:vel ſi cũ ſuis operibus hunc aliq̃ñ deponat: ad imaginẽ ſit cõditor[futurus: ſic inqt. Neq; hoiem deus ad ſuã imaginẽ fecit:nõ eñ ẽ iſti uſmodi de⁹:nec ſpeciei alteri cuiq̃ ſimilis: qua lis eſt cõpoſiti hoĩs:vt parte deteriore: hoc eſt corpe:ineſſe exiſtimeẽ qđ ad dei imaginẽ ſit. Si Celſi opinioñe & ſñiam ſpectes in eo qđ ad dei imaginẽ tradiẽ factũ:ſi eñ eſſe ad imaginẽ dei ſolo corpore noſcitur:pfecto qđ potius ẽ: hoc eſt aĩa ipa priuaẽ:quo minus ſit ad imaginem dei:& ĩ corpore corruptibili ea erit imago. qđ ſane nequaq̃ nos affirmamus. Q̃z ſi vtrũq; deẽ ad dei imaginẽ eſſe:neceſſario ſequiẽ:vt ſit cõ poſitus deus:& perĩde ex aĩa conſtet & corpo re:vt qđ ſcđm imaginẽ pręſtantius fuerit aĩæ inſit:quod vero inferius & iuxta corpus: ĩ cor pore maneat:qđ vtiq; noſtrũ aſſerit nemo. Re ſtat igitur ad dei imaginẽ eſſe q in interiore & innouato iuxta nos homine diciẽ & natura p penſiore:vt ad cõditoris imaginẽ fiat:tũc ve re ad dei imaginẽ quiſpiã fieri intelligeẽ:cũ p fectior:vt pr̃ ille cœleſtis:euaſerit:audituq; il lud perceperit: Sãcti eſtote quia & ego ſanctus

ſũ dñs deus vr̃: & illđ didicerit:imitatores mei efficiamini:& eius in aĩm virtute iã pditũ dei impreſſiones admiſerit: quãdoquidẽ & dei ſit templũ:q & q̃ dei ſunt:in dei ſuſcepit imaginẽ corpus. ſ. quod iſtiuſmodi ſit aĩam nactũ:& ei⁹ in aĩam deũ ſuſceperit q̃ ad dei ſit imaginẽ fa cta. Rurſus q̃multa ſibi congerit Celſus:per in B
de ac a nobis conceſſa:q̃ vtiq; Chriſtianoꝝ ne mo q mẽtis ſit cõpos cõceſſerit:nõ eñ nr̃m ali quis aſſerit vel coloris vel formæ deũ partici pare:quinetiã nec mot⁹ quidẽ participat cũ cõ ſtans ſit & ſtabilis eius natura:& iuſtũ ſecũ vt maneat exhorteẽ. Q̃z aũt dictiones nõnullę ali quẽ dei motũ deſignãt: vt illud: Audiui dñm deũ deãbulãtẽ in paradiſo poſt meridiem: ita erit ſuſcipiendũ:vt cõmotũ deũ in pctõres in telligas:vel tropice dictũ: queadmodũ de dei ſomno vel ira vel re huiuſmodi aliqua dicitur Quinetiã nec ſubſtãtiæ deus pticipat alienæ: cũ ſui potius pticipẽt alii:q̃ ipe ex alieno quid vẽdicet. Et hi qdẽ dei fiũt participes: q dei ſũt ſpm̃ cõſecuti. Et ſane ſaluator noſter ille haud quaq̃ videẽ iuſtitiæ participare:ſed cũ ipe iu ſtitia ſit:alii fiũt:& iuſtiores quidẽ: ſui partici pes. De ſubſtãtia aũt pmulta eſſẽt dicenda: & difficillima meditatu:& ea pſertim quã pprie pmanentẽ & incorporeã dicimus:& ita vt pla ne cõperiaẽ vtrũ ſupra ſubſtantiã ſit præſtabi litate quadã atq; potẽtia deus:q ſubſtantiã ali is impartiẽ:& ſcđm ſui ipſius verbũ & verbo ipi impartit ſubſtãtiã:an ipe ſubſtantia ſit: cũ alioquin natura ſit inuiſibilis. enimuero ſalua tor noſter inuiſibilis diciẽ dei imago:ex inuiſi bili vero voce:incorporeus deſignaẽ. Quæren C
dũ aũt vtrũ ſubſtantiarũ ſubſtantiã & idearũ ideã:& principiũ:& oĩs primogenitũ creatu ræ fas ſit vnigenitũ nuncupare:& fateri an li ceat hęc oĩa hui⁹ patrẽ & deũ excedere. Celſus vero de deo id aſtruit:q; a ſe faciat vniuerſa de fluere:& neſcio quo pacto:ei⁹ eſſe omnia dicat noſter aũt Paulus & ex ſe ait deum conſtare & per ſe & in ſe oĩa:oſtendens ſubſiſtẽtiæ vniuer ſorum principium cũ ex ſe pfert: & per ſe cun ctarũ rerũ cõplexũ:& finẽ deniq; cũ in ſe inqt. & ſane deus ex nemine cõſtat. Cũ vero Celſus illud ſubiungit:nec verbo quidẽ eſt comprehẽ ſibilis deus:equidẽ diſtinguendo ſic dixerim: ſi eñ verbo dicit hũc minime poſſe comphen di:qđ nobis inſit:ſiue qđ ex aliquo affectu pce dat:vel ore pnuntieẽ:& nos inſup id ipſum fa tebimur:nequaq̃ verbo eſſe cõprehenſibilẽ de um:at ſi verbum illud id eſſe intelligamus qđ per Ioannẽ exprimitur: In principio erat ver bum: & verbũ erat apud deũ:& deus erat ver bũ:oſtenſuri haud dubie ſum⁹ quemadmodũ

hoc verbo ſit comprehenſibilis deus: nec ſibi
ſolum id cognitum ſed cuicunq; pater verbũ
id reuelauerit. Falſitatis ergo coarguemus qđ
Celſus affirmat: nequaq̃ eſſe cõprehenſibilem
deũ. Qꝫ aũt & ſine noĩe eſſe hũc dicit: diſtiguẽ
dũ id erit hoc pacto: ſi eñ nec dictionibus vllis
nec ſignificantiis exprimi poſſe dei ꝓprietates
hic dixerit: verũ ꝓculdubio fuerit qđ intulit:
ſiquidẽ vel qualitates rerũ plereq; noĩatim ex
plicari nil queãt: q̃s eñ nominib⁹ quiuerit dif
ferentiã reddere qualitatis: q̃ in palmularũ ſit
& fici dulcedine? quis inquã noĩe poterit qua-
litatem ipã & ſecernere & demõſtrare? Nil
igit̃ mirũ: ſi hoc modo noĩe careat de⁹. Verꝫ ſi
noĩabilẽ eſſe eũ ita acceperis: queadmodum &
fieri põt vt noĩe indito aliqd queas proferre:
qđ dei ſit: auditoris gr̃a moderãdi: efficiẽdiq;
vt pro humanę naturæ captu de deo nõnulla
intelligat: nihil erit abſurdũ: ſi noĩe hunc ipm
expreſſeris. Sic itẽ & id partiendũ: nõ eñ quic
q̃ patit̃ de⁹ qđ nõie cõprehendat̃: id ſane haud
dubiũ eſt affectione quauis vocare deũ. ſed de
D his hactenus. Videam⁹ & ſubſequẽtia Celſi iã
dicta: in quib⁹ perſonã perinde quandam indu
cit: q̃ vbi hęc audierit iſtiuſmodi ſubdat. Quo
igit̃ pacto nouerim deũ: & q̃ ad cœleſtia ducit
viã didicerim? & hũc mihi quẽ narras quõ de-
um oſtenderis? haud ſane mecũ ſecus nũc agis
ac præ oculis tenebras offudiſſes: ita vt aper-
te nil videã. Moxq; huic animi dubio: perinde
ac reſpõdeat: cauſam putat cur tenebræ ocu-
lis offundant̃ ei attribuendã: q ſupiora illa ꝓ-
tulerit: inquiẽs: Hi eñ quos e tenebris ad cla-
riorẽ lucẽ derepẽte ꝓduxerit quiſpiã: cũ neq̃-
ant obiectũ ſtatim ſplendorẽ inſpicere: & viſu
offẽdi: & cruciari: & deperire plane ſe credũt.
Vel ad hęc illud equidẽ dixerim: oẽs haud du
bie in tenebris reſidere: & in his firmius collo
cari: qui pictorũ & ſtatuas effigiantiũ fallaces
& prauas artes attendunt: nec ſuperna illa ve
lint ſuſpicere: nec ex viſibilib⁹ hiſce & ſenſibili
bus cæteris ad rerũ oĩm fabricatorẽ mente cõ
ſcendere: qui vtiq; & lux verior eſt: & quẽuis ſi
nit in luce verſari: q verbi fulgorẽ illũ ſequat̃.
Et plane oſtendit quãtanã ignorãtia & impie
tate: & nullo prorſus diuini numinis ſenſu:
cũ ſe vt verũ deum colere debuiſſent: inſenſibi
lia hæc venerent̃: cũ alioquin eorũ mentem ad
vnigenitũ & cunctorũ pręſidẽ deũ ipe direxe-
rit q ſaluos fieri ſe vellet: populus eñ q ambu-
labat in tenebris gentiũ. ſ. vidit lucẽ magnam
ſedentibuſq; in tenebris: & vmbra mortis lux
Ieſus. ſ. oborta eſt eis. Chriſtianorũ itaq; nemo
vel Celſo ipi vel aliis diuinũ verbũ culpantib⁹
ita reſponderit: quonã pacto deũ cognouerim
quippe cũ horũ ſinguli: quoad quiſq; cape va-
let: dei habeat notionẽ: nec eorũ quiſpiã illud
ꝓtulerit: q̃nã iter ad cœlũ tendẽs didicerim?
nimirũ q iã audierit: ego ſum via & veritas &
vita: deguſtaueritq; iter id faciẽdo: itineris cõ
moda. Nec p̃terea iſtoꝝ aliq̃s a Celſo petierit:
quõ mihi deũ oſtenderis? id nãq; inter cætera
eius ꝓpoſita dixerat Celſus: & ſi q̃s loquentem
hũc audierit: eſt haud dubie reſpõſurus: quan
doquidẽ huius dicta caliginoſa eſſe ꝓſpexerit:
cũ inquit: præ oculis tenebras mihi offundis. E
Celſus igit̃ & ſui ſimillimi añ oculos nobis ob
iicere tenebras connitunt̃: at nos contra ver-
bi Ieſu ſplendore excutimus dogmatũ impio-
rũ caliginis denſitatẽ. Verꝫ ſic Celſũ affabitur
Chriſtianus vir aliq̃s: apte nihil qđ terreat ex
plicãtẽ: nil eqdẽ tuis ĩ verbis ineſſe video clari
tatis: quo fit vt nõ e tenebris Celſ⁹ ad clariorẽ
nos lucẽ traducat: ſed e luce ad obſcura poti⁹
trãſferat. Ponit eñ lucẽ tenebras: & tenebras
lucẽ: & fit ſane Eſaiæ p̃cipuis dictis obnoxius:
væh vobis qui ponitis tenebras lucẽ & lucem
tenebras. Nos tamẽ nr̃æ aĩæ oclos verbo aperi
ente: cognito tenebrarũ ac lucis diſcrimĩe: vt-
cũq; in luce conſiſtere malum⁹: in tenebris ve-
ro manere nullo pacto eſt anim⁹. Cũ aũt vera
lux vigeat: nouit ꝓfecto cuinã radii ſint: & cui
lux preferenda: cũ alioquin ſuis interea caligã
tibus oculis: cuinã ſit vt lux ipa affulgeat q̃nq;
futuꝝ: plane ignoret. Qꝫ ſi oĩno dicẽdũ & offẽ
di & pœnis affici viſum: cuiuſnã alterius ocu
los aliqd pati dixerim⁹: q̃ eius q dei ignorãtia
teneat̃? & vitiis ſit p̃peditus: quo minus queat
veritatẽ perſpicere? Chriſtiani igit̃ haudquaq̃
exiſtimãt ſeſe vel Celſi dictis vel alterius a dei
cultu alieniſſimi: excęcatũ quãdoq; iri: verũ q
ſe luminibus captos p̃ſenſerint: & vulgus erro
ribus implicari: genteſq; ipas feſtos agere dæ-
monib⁹ dies: ne errantes ſectãdo p̃cipites eãt:
ad verbũ Ieſum ſe ꝓtinus cõferãt: qđ haud ſe
cus oculis ſe cõdonabit: ac ꝓpe viã cubãtes &
ꝓſtratos egenos cęcoſq; ipos curauerit: & ea
ſolũ de cauſa q̃a id ꝓclamaſſent: fili Dauid mi
ſerere mei: vñ mia impetrata oculos mox illi
& viſum recipiũt: hoc eſt nouos quidẽ & niti-
dos: & quales dei verbũ cõdiderit. Quocirca F
ſi quęrat Celſus quõ deum nos noſſe: & quẽad
modũ apud hũc ſaluos nos fore exiſtimemus:
reſpõdebimus ſatis idoneũ eſſe dei id verbum
vbi ſe quęrẽtib⁹ obtulit: vel his q ſe oblatũ ſuſ
ceperint: vt patrẽ & cognitũ faciat & reuelet
q ante eius aduentũ fuiſſet incognit⁹. q̃s enim
alius querit vel ſalutẽ affere: vel ad deũ oĩpo-
tentẽ traducere humanã hanc aĩam: p̃ter deũ
& verbũ? qđ ſane apud deũ cũ a principio ma-

nens:eorum gratia qui carne cõpacti eſſent &
ꝑcreati:quãdo hi carne cõſtarẽt:factum illud
eſt caro: vt comprehendi ab his & cognoſci
poſſet:qui ſe vt verbum:& apud deum:& de-
um verbum videre nequirent. Qui etiam cũ
corporaliter loqueretur:& vt caro eſſet denũ-
tiatus:ad ſe qui caro ſunt conuocat: vt primũ
formari ſecũdũ verbũ hos faciat: qđ caro effe
ctum eſt:deinde ad ſe viſendum deſumat: qua
le antehac fuerit:& priuſq̃ carnem aſſumeret:
ita vt meliores hi redditi:vbi ab inſtitutione
iſta carnali ſuperiora conſcẽderint: inquiant:
etſi Chriſtum olim iuxta carnẽ cognouimus:
nunc tamẽ non vltra ſpectando dignoſcimus
ſed contẽplando. Caro igitur factus eſt ille: &
vbi caro effectus eſt:habitauit in nobis: haud
tamen extra nos factus:inhabitans vero in no
bis & factus:haudquaq̃ in prima forma ꝑman
ſit:ſed nobis ipſis in rationalẽ & celſiſſimum
montem deſumptis: glorioſam eius oſtendit
figuram:& veſtium ſuarum fulgorẽ: nec ſua-
rum modo:ſed ſpiritalis & legis:quę Moyſen
ꝓfert:cũ Ieſu in gloria viſum. omnẽ ꝑterea no
bis prophetiam aperuit:nec tamen poſt huma
nitatem aſſumptam: vt perinde demortuam:
ſed in cœlũ ſublatã:cuius rei Helias indicio fu
it. Enimuero qui hæc cõtẽplabitur: illud ꝑfe-
cto dicturus eſt: vidimꝰ gloriam eius gloriam
quaſi vnigeniti a patre plenum gratię & veri
A tatis. Celſus igitur vel rudiꝰ quidẽ ea cõmen-
tus eſt:quæ nos ad eius quæſtionẽ reſpõſuros
exiſtimauit:quemadmodũ. ſ. opinemur & de-
um nos cognituros & habituros apud eũ ſalu
tem:nos vero eadem illa quæ ꝓpoſita ſunt af-
firmamus:tametſi Celſus non indecẽtibus ar
gumẽtis reſpondere nos fateatur: & ſcribẽdo
ſe palam facturum quid ipſi reſpondeamus:
qđ ita ſe habeat. Qñ em̃ & magnus eſt & ſpe-
ctatu difficilis deꝰ:ꝓpriũ ſpm̃ in corpꝰ immiſ
ſum noſtro aſſimile, huc ad nos miſit: vt ex eo
& audire nõnulla poſſemus & diſcere. Et ſane
nõ ſolus iuxta nos deꝰ ille & pr̃ magnitudine
ꝓſtat:qppe qui ſuimet & ꝓprię magnitudinis
participẽ vnigenitũ & oĩs creaturę primoge
nitũ fecerit:vt cum imago ſit inuiſibilis dei:in
ea magnitudĩe prĩs imaginẽ ſeruet: nõ em̃ fie
ri poterat vt ęqualis eſſet (ita vt dixerim) de-
cora & iuiſibilis dei imago: niſi & magnitudi
nẽ hęc ipã pferret. Sed deꝰ ẽt qa ſit ĩcorporeꝰ
& inuiſibilis ẽ:his vero q ſe cõtẽplanť cor ineſt
& cõtẽplabile:hoc eſt qđ mẽte & aĩo cõtẽplať.
cor aũt nõ qđuis eqdẽ dixerĩ ſed puriꝰ aliqđ:
nõ em̃ fas ẽ deũ vt ĩgnato qs corde cõſpiciat:
ſed neceſſe eſt vt purior ſit puri cuiuſpiam pro
B dignitate & cõtẽplatio. Sed eſto vt non facile
poſſit deꝰ ſpectari:at nõ ſolus eſt cuiq̃ ille ſpe-
ctatu difficilis:ſed eiꝰ & vnigenitꝰ:difficulter
nãq; deꝰ verbũ videť:nõ facile etiã & ſapiẽtia
ipſa in qua vniuerſa fecerit deꝰ:ꝓſpiciť. qs em̃
eã ſapientiã poterit ad ſingula q̃q; ex oĩbus in
qua deꝰ vniuerſorũ & ſingula fecerit cõtem-
plari? Nõ igiť qa ſpectari deꝰ haud facile qat:
vt ſpectatu facilẽ filiũ miſit:cuiꝰ rei Celſꝰ pla-
ne ignarꝰ:ex nr̃a ꝑide ꝑſona id ꝓtulit:ꝙ haud
facile hũanis obtutibꝰ deꝰ pateret:& cũ ꝓpriũ
ſpm̃ ĩ corpꝰ ĩmittẽs nobis ꝑſiľe:in mũdũ demi
ſerit:vt ex eo liceret q̃ ſua ſũt & audire & diſce
re:Sed vt ipſi tradidimꝰ:filiꝰ etſi videri haud
facile poſſit:vt q deus verbũ ꝑ quẽ effecta ſint
oĩa:in nobis tñ inhabitauit. Qꝫ ſi ĩtelligat Cel
ſus q̃ nos de ſpũ dicimꝰ:vt qcũq; ſpũ dei agun
tur:hi dei filii ſint:haudquaq̃ ꝑinde a nobis ſu
iſſe illud aſſertũ ſibi decernet:ꝙ ꝓpriũ ĩmittẽ
do ſpm̃ deꝰ in corpus nr̃o ꝑſiľe ad terras demi
ſerit. Siqdẽ aſſiduo deꝰ his ſpm̃ ſuũ impťit:q ſe
cape pñt:cũ ſpũs ille nõ pciſione vlla vel diui-
ſione ſe dignos inuaſerit: cõſtat em̃ id ſpũs ne
quaq̃ eſſe vt noſtrũ hoc corpus: quẽadmodũ
nec corpus eſſe & ignẽ:qui vtiq; deũ vt in his
ꝓhibeť:ꝓtulerit:deus noſter ignis cõſumens.
hæc em̃ tropice vniuerſa traduntur:vt ex cõſue
tis hiſce noĩbus corpori cõgruentibꝰ:intelle-
ctiuã deſignẽt naturã:haud ſecus: ac ſi pecca-
ta dicãtur ligna fœnũ & ſtipulã eſſe: nõ tamẽ
idcirco dicturi ſumus corporea eſſe delicta: et
ſi virtutes aurũ eſſe argentũ ve aſtruanť: & la
pidẽ ꝑtioſum:haud tñ corpora eſſe virtutes
dixerimus:ſic etſi deus ignis eſſe ꝓhibeať q li-
gna fœnum & ſtipulã & quãuis peccati abſu-
mat ſubſtãtiã:nõ tñ corpus eſſe intelligemus:
cũ vero & ignis ꝓnũtiať:nõ tanq̃ corpꝰ ſit ali
quod noſcimus:ſic igiť ſi deus ſpũs dicitur: non
ꝑinde corpꝰ ſit aliqđ aſſeueramus. Ad ſenſibi
liũ em̃ deſtructionẽ:mos ſacris lr̃is ẽ: vel intel
lectualia quis ad ſpm̃ ptinẽtia:vel ſpiritalia nũ
cupare:quẽadmodũ illud cũ Paulus inqt:Sed
ſufficiẽtia iſta ex deo eſt q & nos ſufficiẽtes fe
cit miniſtros noui teſtamẽti:nõ lr̃æ ſed ſpũs:lr̃a
em̃ occidit:ſpũs autem viuificat:literã ſenſibi
lẽ quãdã dixit diuinaꝝ lr̃aꝝ intelligẽtiã: ſpm̃
vero intellectualẽ. ſic itẽ & alibi:ſpũs deꝰ ẽ. Siq G
dẽ Samaritę illi Iudęiq; corpaliter exeqbãt &
ſpiritaliter q̃ ꝑ legẽ his mãdareť:& iſtiuſmodi
ſaluator Samaritẽ affatꝰ ẽ:Venit hora qñ nec
in Hieroſolymis nec in monte hoc adorabitis
patrẽ:eſt em̃ ſpũs deus & q illũ adorãt in ſpũ
& veritate adorẽt neceſſe eſt. qbꝰ ex dictis edo
cuit nõ in carne & carnalibꝰ ſacrificiis eẽ deũ
colẽdũ ſed ſpũ adorãdũ: is em̃ in ſpũ cognoſce
tur:cui ęque in ſpũ & mẽte deſeruiat aliquis.

At nõ in figuris adorãdꝰ ẽ pr̃:ſed ĩ veritate:q̃
ꝑ Chriſtũ Ieſum effecta ẽ: vbi lex eſt ꝑ Moyſen
tradita.qñcũq; eñ cõuertemur ad dñm: dñs
aũt ſpũs eſt:tollet velamẽ qd̃ cordi ĩpoſitũ;eſt:
& Moyſes plegeť.Celſus itaq; vt q minus ea q̃
ſpũs dei ſunt teneat:(aĩalis eñ hõ non recipit
q̃ ſunt ſpũs dei:eſt eñ inſipiẽs & nõ põt intelli
gere qd̃ ſpiritaliter indicať)ſibi illud deſumit
exiſtimãs nos deũ fateri ſpm̃ eſſe:neq; in eo vi
deť a Stoicis quicq̃ differre: aſtruẽtibꝰ deum
aerẽ eſſe:q ꝑ oĩa diuageť:& in ſe oĩa cõplecta
tur.Peruadit aũt cura & ꝓuidentia deus vtiq;
vniuerſa:nõ tñ vt Stoici volũt: in aeris morẽ:
& cũcta qdẽ ita cõplectiť q̃ ꝓuidẽtia ipſa preui
derit:vt nõ perinde corpꝰ cũ aliquid amplexa
tur iſta cõtineat: qñqdẽ cõſtat & corpꝰ eſſe qd̃
cõtineť:ſed vt diuina vis aliqua ea in ſe q̃ com
ꝓhenſa ſũt: amplectať & teneat.& Iuxta Stoi
cos aũt q corporeas eẽ poteſtates affirmãt: &
idcirco illas vniuerſa corrũpere:& in diſcrimẽ
venire:ne & deũ ipſum & ſũmũ corrũpant:ni
cõſpicuũ admodũ & audax facinus eſſet: vel
dei verbũ qd̃ ad hoĩes vſq; & infimos quoſq;
deſcẽderit:nil aliud:niſi ſpũs quidã corporeꝰ
videreť:iuxta nos vero q aĩam nitimur ratio
nalẽ oſtẽdere quauis corporali natura pſtãtio
rem:& ſubſtãtiã eſſe hãc inuiſibilẽ & incorpo
reã: haudquaq̃ fuerit corporeus deus verbũ:ꝑ
quẽ & facta ſunt oĩa:& verbo hoc ipſo vt oĩa
fiant,nõ ſolũ ad hoĩes ipſos ptingat:ſed vel ad
ea q̃ ꝓ minimis habeanť:& tegant natura. Suc
cẽdãt:itaq; Stoici vniuerſa:nos vero incorpo
reã ſubſtãtiã ſuccẽdi & cõflagrare nil nouimꝰ
neq; in ignẽ reſolutã hoĩs aĩam: vel angelorũ
vel throni:vl' dominationũ: vel pricipatuũ:vl'
D poteſtatũ ſubſtãtiã ſcimus. Quocirca Celſus:
vt qui minus videret quę ſpũs dei ſunt:fruſtra
id intulit:ꝙ cũ ſpũs a deo ſit filius:vbi ad hũa
nũ corpus ꝓuenit:neq; is qdẽ futurꝰ eſt ĩmor
talis:q dei ſit filius. Vnde rurſum alia q̃dã ſibi
cõfingit:ꝓide ac nr̃m nõnullis nõ ſpm̃ eſſe deũ
ſed dei filiũ aſſerturis:& putat hęc ingens:no
bis ſe occurſurũ:nulla eſt ſpũs talis natura vt
ꝑmãſura cõtinuo ſit:& velut nobis aſſeuerãti
bus ignẽ eſſe deũ & cõſumẽtẽ: ſic intulit: & ſa
ne nullã hmõi cõſtat ignis eſſe naturã: vt pſta
re ſemp is q̃at:cũ tñ minus intelligat quorſum
nos referẽdo deũ hũc nr̃m ignẽ eſſe dicamus:
& ad quorũ cõſũmationẽ:& ꝙ peccata ſit & vi
tia cõſumpturꝰ.cõgruit eñ deo q bonꝰ & ęq
or ſit: vbi ſinguli certaſſe iã videbũť: & qualis
quiſq; fuerit certator pſpicuũ erit: vt ꝑ ignem
ſuppliciorũ vitia deleat: & cõmiſſa abſtergat:
Rurſum ſibi qd̃ ipſi nil affirmamus:dicẽdũ de
ſumit:ꝙ neceſſariũ ſit reſpiraſſe quãdoq; deũ
& ſubſequenter nec potuiſſe Ieſum a mortuis
cum corpore ſimul reſurgere: non eñ recepiſ
ſet inquit quẽ dederat ſpm̃ deus corporis iam
natura infectum.Sed delirum ꝓculdubio fue
rit velle ea nos dicta refellere:ꝓinde ac a nobis
deprompta:quæ ipſi nuſq̃ ꝓtulimus. Deinde E
ſępe eadẽ repetendo vbi ꝑmulta ſuperius hu
iuſmodi tradidiſſet: & irriſiſſet dei ex virgine
geniturã:etſi nos huius obiecta ſatis iam vt li
cuit reuincendo illi occurrimus:ſic inquit. Si
eñ placebat ex ſeſe ſpm̃ e cœlo demittere: qd
erat neceſſe vt mulieris vteꝝ inſufflaret? pote
rat nãq; q creare hoĩes noſſet: & huic corpꝰ eſ
fingere & plaſmare:nõ eiꝰ ſpm̃ in tantã ſordẽ
immittere:ſic eñ nec fides huic demeretur: ſi
cęlitꝰ veniẽs ſtatĩ ꝑſeminatꝰ eſſet & genitꝰ.Et
ſane eo hæc intulit Celſus:q̃a virginalẽ illã &
puriorẽ neſciret penitus geniturã:& ex nulla
corruptione eius corporis:ortũ fuiſſe:qd̃ erat
futurũ vt hũanæ ſalutis miniſterio fungereť.
Arbitrať aũt hic Stoicoꝝ dicta narrando:nec
plane diſſimulãdo q̃ de indifferẽtibꝰ ꝑ eos tra
dũť: ſe didiciſſe: in ſordes & inqnamẽta fuiſſe
diuinã naturã aliqñ detruſam:ſiue q̃a in virgi
nali corꝑe fuerit:quoad corpus ſibi effingereť
ſiue quia corpus aſſumpſerit:nec ſecꝰ hic agit
atq; hi ſolent qui ſolis radios putãt in putrido
cœno & olidis cadauerĩbꝰ ĩgnari:nõ puriores
in his ꝑmanere.Eñuero ſi ꝑ Celſi ſentẽtia ſine F
origine aliqua Ieſu dño corpꝰ eſſet illud effigi
atũ:cõfeſtim q id corpus ſpectaſſent de impro
uiſo ſic extitiſſe:non genitũ credidiſſent.neq;
eñ id qd viſum iã eſſet:naturã denũtiaret:vñ
& ortũ cœpiſſet.Et vt ita exẽpli gratia dixerĩ
mel aliquod fuerit:nõ tñ ab apibus fabricatũ:
& id quiſpiã alioqn cũ ex guſtu: tũ ex aſpectu
ꝓnũtiet nõ ex apibꝰ cõſtitiſſe:quẽadmodũ nec
qd̃ ex apibꝰ ſit ſenſu ipõ & guſtu ex his habuiſ
ſe principiũ innoteſcit:ſed experiẽtia ipſa pro
diiſſe ex apibus demonſtrať: & itẽ e vitibus vi
num manaſſe:nõ eñ guſtus referet qd ſapiant
vites:Eũdẽ in modũ & ſenſibile corpus haud
quaq̃ ꝓtulerit nũtiãdo vndenã ſubſiſtere cœ
perit.His ꝑterea adiiciẽtur:& quæ dici de cœ
leſtibus poſſunt:quorũ & ſubſiſtentiã & ſplen
dorẽ vidẽdo ſentimus:haud tñ hic ſenſus ſug
gerit nobis vtrũ ea creata an minime ſint: vn
de & ſectę de his extiterunt varia ſentientiũ:
verũ qui ea condita fuiſſe affirmant:haudqua
q̃ cõueniunt quẽadmodũ ſint illa creata: non
eñ illoꝝ ſuadet ſẽſus quo ſint pacto creata: vl'
ſi ratio ipſa enitẽdo inuenerit cõdita illa fuiſſe
Deinceps eadẽ ſępe reſumẽs q̃ de Marchionis
ſentẽtia dixerat: & alibi quidẽ quę Marchiõis
in vero ſunt explicat:alibi praue audiſſe videť

A quę nec refutãda ꝑ nos hoc tempore ſunt: nec plane coarguẽda. Deinde rurſum ea ſibi adaggerat: q̃ partim in Marchionis faciũt defenſionẽ: partim q̃ illũ impugnãt: ſic ingens: Et ſane in nõnulla crimina iſti declinãt in nõnulla ꝑſus incidunt, cũq; ea puelit dicta ꝓbare quę leſum affirmãt ꝓphetarũ vaticiniis denũtiatũ: vt Marchionẽ ipſum & q ab eo manarũt icuſet id aptius ſubdit. Vñnã arguet dei filius eſſe q tantis ſit affectus ſuppliciis: niſi de hoc fuerit id olim pdictũ? Deinde hũc rurſum ludẽs vt ſolet irridet & cauillatur: deorũ filios duos inducẽs: alterũ cõditoris: alterũ dei: q iuxta Marchionẽ cõſtet: deſcribitq; inter hos initũ ſingulare certamen: qđ haudquaq̃ alienũ a deorum ſit certaminibus: aſſerens haud ſecus iſtorũ diuina certamia ſe habere: ac ea q̃ inter ſe coturnices ineunt: q̃nquidẽ parentes ipſi & filiis in ſe decertãtibus ſiue confecti iã ſenio nulli vſui ſint: ſiue delirent: quia inter ſe nihil conſtituant: & filios ſinãt ſe debellare. Verũ ad id qđ ſuperius Celſus intulerat reſpõdebo. q̃nã anicula cum infanti canendo alludit: non ea dicere vereatur: quæ in ſuis Celſus veridicis dictis deblaterat? Siquidem cum decẽs fuiſſet vt his quæ a nobis dicũtur re ipſa inſiſteret: is vero neceſſariis reb⁹ omiſſis iocu lariter agit & garrit: exiſtimãs mimos ſe & iocularia q̃dã & ſales deſcribere: nec plane aduertit quemadmodũ iſtiuſmodi ad verba & nugas euectio: pter eius ꝓpoſitũ ſit: q nos deniq; velit vt relicta Chriſtiana religione ſuis decretis animũ intẽdam⁹: quæ ſi grauiter & modeſtius pertractaret: plus forſitã ſuaſionis ſint habitura: ſed cũ ꝑ riſum & iocũ ꝑmulta & ſcurriliter eloquẽdo deliret: dicturi ſum⁹ elegãtiũ verborũ inopia: vt q̃ nec nactus eſſet nec ſciret: in tantã hunc incidiſſe garrulitatẽ. Poſt illa vero id ĩfert. Eñ uero ſi diuinus inerat & in corpore ſpũs: oĩno erat neceſſe vt immutatum aliquid habere id corpus a cæteris alienũ: ſiue magnitudinem dixeris: ſiue venuſtatem: ſiue vires validiores: ſiue vocẽ: ſiue ſpeciem horridiorem: ſiue deniq; ſuadẽdi vim aliquã. fieri eñ non poterat vt q præter cæteros aliquid in ſe haberet diuinitatis: nõ itẽ ab his longe differret. Id vero corpus ab alio quouis nihil diſtabat: niſi vt ferũt ꝙ puſillum eſſet & viſu deſpectũ & fragile. Videtur itaq; velle ſe Ieſum vel in his carpe: pinde ac ſcripturas in fidẽ adhibeat: q̃ videant ei criminãdi cauſam exhibere: & q̃ his cõtinent mox explicat: cũ vero ꝑ earũdẽ ſcripturarum ſẽtẽtia: videat qs cõtraria ꝓnũtiare: & his aduerſantia q̃ fuerit ad criminãdũ admiſſa: hęc ſane nec ſcire ſe ſimulat. Q; aũt Ieſu corp⁹ viſu eẽt deſpectius: lris ꝑdit: exhilarat⁹ mox ſuſcipit etſi nõ eiuſmodi quale Celſus expoſuit: cũ nihil apti⁹ ſignificet ꝙ puſillũ id eẽt: q̃uis apđ Eſaiã deſcribit: q vaticinãdo pdiceret venturũ hũc aliqñ nõ decoro aſpectu: nec pſtãti pulchritudine aliqua: Quis eñ is ĩquit credidit auditui noſtro: & brachiũ dñi cui reuelatũ ẽ? & aſcẽdit ſicut virgultũ corã eo & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei nec decor: ſed ſpecies eius ſine honore & deficiens ſupra filios hominũ. Hęc Celſus ac lubẽs audiebat q̃ ſibi ad Ieſũ criminãdũ conducere videbãtur: cũ tñ ea nõdũ aduertiſſet q̃ in quarto & quadrageſimo pſalmo dicũtur: queadmodũ pferãtur: Accingere gladio tuo ſup femur tuũ potẽtiſſime: ſpecie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. Sed cõcedatur vt hanc prophetiam nec legerit Celſus: vel eã forte plectã: fuiſſe ꝑ interp̃tes tã praue diſtractam: vt de Ieſu nil videat penitus pdixiſſe: verũ qdnã dicturus de euãgeliõ fuerit: ex quo illud ſat patet: & cõſcẽdiſſe montẽ altiſſimũ Ieſum: & fuiſſe in diſcipulorũ cõſpectu transfiguratũ: cũ Helia ſimul & Moyſe ĩ gloria apparẽtibus viſum: & huius fatentibus exitũ qualẽ hic eẽt hieroſolymis habitur⁹? qn et ſi ꝓpheta id inquiat: vidimus eũ & nõ erat aſpectus & non eſt ſpecies ei neq; decor: quãtotius id vaticinii ſuſcepit Celſus: vt ad Ieſum relatũ: & vti cęc⁹ irrumpet vt dictũ illud arripiat: nec tñ intelligit q̃ ingẽtis illud myſterii ſit: ꝙ q indecorus ſic videat dei ſit filius: quãdoquidẽ multis antehac annis eius de genitura & ſpecie extiterint prophetię: Q; ſi ali⁹ quiſq̃ propheta decorem illi & pulchritudinẽ ĩeſſe affirmet: haudquaq̃ ad Ieſum qđ vaticinatus is ſit: Celſus retulerit: ſi vero aperte ex euãgelio poſſet illud deſumi: queadmodũ nec ſpeciẽ haberet ille neq; decorẽ: ſed eius ſpecies honore careret: deficiẽs ſupra filios hoĩm: profecto non ex ꝓpheta quis diceret Celſum ſed ex euãgelio hæc protuliſſe. Nũc itaq; quãdo nec ex euangeliis nec ex apoſtolis ipſis id liqueat: perſpicuũ eſt Celſum cõuinci ex ꝓphetis dicta hęc accepiſſe: vt ex certiore Chriſti exitu comprobata: qđ ſane haudquaq̃ in poſterum fiuerit in Ieſum criminatiões procedere. Cæterũ qui iſtiuſmodi diſſerit: B Cum enim diuinus corpori inerat ſpiritus: erat neceſſe vt eſſet omnino vel in partem aliquam a cæteris alienus: ſiue magnitudine dixeris: ſiue voce: ſiue ſpecie quadã horridiore: ſiue ſuadendi vi aliqua: quo pacto non illud videbat Ieſu corpus pro ſe ſpectantium viribus: & vt cuiq; in commodum cederet & immutari & viſum eſſe? Nec mirũ ſi natura hoc

pacto illi mutabilis inerat:ad quoduis condi-
toris arbitrium & nutum ſe verteret:& vt ar
tifici libitum eſſet qualitatem quamcūq; reci-
peret:iuxta quā nec ſpeciē nec decorē tradūt
habuiſſe.Nōnūq̄ vero glorioſum & horribilē
& mirabilem hunc redditum ferunt: vt in fa-
ciem tantæ gloriæ & ſplendoris procumberēt
ſpectatores apoſtoli: tres illi qui cum Ieſu mō
C tem conſcenderent.Sed dixerit Celſus figmē-
ta hæc eſſe & a fabulis nil aliena: quemadmo-
dum & cætera Ieſu miracula fuiſſe decernit:
ad hæc vero ſuperius q̄multa reſpondimus.
habet autem illud arcanū aliquid & myſtice
interpretatum:quod Ieſu varias formas denū
ciat ad diuini verbi referri naturam:& non eq̄
multitudini apparentis:atq; his qui ſe in mon
tem ſubſequi potuerunt:& his quidem qui in
ferius ſubſtitiſſent:& nondum eſſent ad aſcen
ſum paratiores:dei verbum nec ſpeciem ha-
bet neq; decorem:quippe cuius ſpecies hiſce
hominibus ſine honore proculdubio fuerit:&
deficiens ſupra ſermones per homines factos:
in his tropice filios hominū nūcupatos.Dixe-
rim enim philoſophorum dicta pulchriora vi
deri,qui ſunt hominū filii:q̄ dei verbū tā mul
tis iam prædicatū: qđ vtiq; prædicationis ſtul
titiam præferat:& quia ſtulta viſa ſit prædica
tio:affirmaturi proculdubio ſunt, qui id ſolū
attendūt: quod dicitur: vidimus eum nec ſpe
ciem nec decorē habentē:hic vero qui ad hūc
ſubſequendum vires ſuſceperint:montem al-
tiſſimū inſcendentem: diuinam id verbum p̄
ſe tulerit formā viſendam:e quibus extitit Pe
trus:qui a verbo ædificationem in ſe eccleſiæ
cepit:& tantum iam habitus & fidutiæ eſt aſ-
ſecutus:vt inferi portæ aduerſus ſe min⁹ præ-
ualeant:quippe qui eodem ſit verbo a mortis
foribus tātopere ſubleuatus:vt dei laudes oēs
in portis filię Sion denunciet: vel ſiqui alii fue
rint:qui ex ſermonibus & doctrina geniturā
acceperint: ſonori quidam & voce ingenti: &
tonantis cœli fragore nihil inferiores. Sed vn
denam Celſo & aliis diuinæ doctrinæ infeſtiſ
ſimis hoſtibus:nec veritatis ſtudio inueſtigā-
dæ Chriſtianorum res conquirentibus:cupi-
do inceſſit:quid ſibi vellent variæ Ieſu formę:
internoſcendi:quidve illius cū ætas: tū anteq̄
pateretur res geſtæ:tū etiā vbi & reſurrexit q̄
D fecerit ſibi depoſcerent! Deinceps Celſus hæc
ſubdit.Quinetiā et ſi deo id animo inerat:quē
admodū & apud Comicū Iuppiter e longiore
ſomno iam expꝛectus:humanū genus a malis
eximere:cur in angulū quēpiā hunc ipſum de
truſit:quem vos ſpiritum dicitis! cum potius
fuiſſet neceſſe vt eodem ſpiritu permulta cor-
pora inſlarentur:quæ per orbem terrarū vni-
uerſum eſſent in poſterꝫ dimittenda. At comi
cus ille in theatro vt riſum moueret id literis
demandabat: Iuppiter excitatus e ſomno ad
Athenienſes Mercuriū & Lacedæmonios cōfe
ſtim legauit:tu vero,riſu maiore dignū aliqd
feciſſe eū exiſtimas:qui ad Iudæos filiū deſti-
naſſet. Aduerte ex his:Celſi cū ineptias: tū le-
uitatē:pter oēm philoſophi grauitatē comœ-
diæ auctorē ſuſcipiētis:& cū Ioue iam experre
cto Mercuriū delegāti:deū noſtrū temere cō-
ferētis oīm cōditorē.Diximus aūt ſupra:quē
admodū nō vti lōgiori ex ſomno ſurgentē de
us delegaſſet ad hoīes Ieſum: & tūc quidē per
aſſumpti corporis diſpēſationē: nunc vero iu
ſtiores cauſas nactum:humanum dicimus ge
nus bñficiis hūc ſemp afficere:nihil eīm qđ re-
ctius ſit inter homines geritur: niſi diuini ſpi
ritus interuentu:eorū ſe animo inſinuantis: q
vel ad breue quieuerint diuini verbi operatio
nes huiuſmodi capere. Sed iure haud dubie fa
ctum vt in angulum aliquem adueniens ſe Ie-
ſus conferret:ſiquidem erat neceſſe: vt his qui
deum vnicum didiciſſent:eiuſq; & prophetas
perlegerēt:& eſſent certiores effecti:futurum
omnino vt Chriſtus p̄dicaretur:vt qui fuiſſet
prophetarum vaticinio iampridem denuntia
tus:iam deniq; aduentaret:& per id temporis
ad nos ille cōcederet:quo ex angulo iam opor
tebat vt vniuerſum in orbem verbum & ver
bi doctrina diffūderetur. Vnde nec erat neceſ
ſe vt vbiq; & multa exiſterent ab inferis corpo
ra:vl' plęriq; & pares Ieſu ſpiritui ſpiritus: vt
orbis terrarum ex dei doctrina clareſceret. ſat
enim erat vnicum verbum:tāq̄ iuſtitiæ ſol ex
Iudæa exortus:vt in mortaliū animos ſeſe vl-
tro ſuſcipientium:pertingentes emitteret ra-
dios.Q2 ſi quis percupiat freq̄nter corpora in
tueri:ſpū ſanctiore referta haud ſec⁹ ac Chri-
ſto ipſi:ad vniuerſorum ſalutē parata: eorum
habeat notionem:qui vt integerrimi ſunt:ita
& vitę rectitudine Ieſu doctrinam alios edocē
do vulgarūt.Et hos quidē diuinæ literę Chri
ſtos dicunt:vt illud. Nolite tangere Chriſtos
meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Enimuero quemadmodum venturum quan- E
doq; antichriſtum accepimus: cum alioquin
complures eſſe in mundo antichriſtos ſit no-
bis compertum:eundem in modum & Chri-
ſtum iam aduēniſſe nō neſcii: videmus in mū
do permultos eſſe Chriſtos iam redditos: qui
haud ſecus ac ille iuſtitiam diligunt:,& ode-
runt nequitiam:& idcirco & illos vnxit Chri
ſti deus lætitiæ oleo. Qui tamen præter ſuos
participes exoſus iniq̄tatē:adamataq; iuſtitia

primitias ſimul vnctiõis accepit: vel vt rectiꝰ dicam vnctionem penitus omnem lętitiæ olei ita vt participes ſinguli: vt quiſq; capere potuit: vnctionis hmõi & priuatę: admiſſi in partem ſint. Quocirca cum Chriſtus ſit eccleſiæ caput: ita vt vtriq; in vnũ coeant corpus: vnguẽtũ huic e capite ad barbã defluxit: in argumẽtũ Aarõ viri perfectioris: & ros itẽ ad orã veſtimẽti & fimbrias deſcẽdẽdo peruenit. Et hæc quidem Celſi dictis vt leuioribus: reſpondendo ꝓtulerim: aſſeuerantis oportuiſſe deũ ꝓmulta & ſimillima corpora inſpiraſſe: quę in orbem vniuerſum dimitteret. Atqui Comicꝰ ille vt ſpectatoribus riſum moueret: Iouem & dormiẽtẽ fecit: & excitatum: ad Gręcos Mercurium delegãtem: verbum vero: peruigilem ſciens & inſomnem dei naturam: edoceat nos quemadmodum per temporum vices & interualla: mundi res iſtas gubernet & moderetur: vti æquitas ipſa depoſcit. Verum nil mirũ cũ ingentia ſint & ineffabilia dei iudicia ſi rudiores nõnulli a veritate aberrant: & cum his ſimul & Celſus. Nil igitur ridiculũ fuerit: ſi ad Iudæos apud quos olim extitere prophetæ: legatus dei ſit filius: vt inde corporaliter deſũpto principio: virtute & ſpiritu/mundo deniq; illuceſceret: quem minime vellet ſine animarũ diuinitate deſtitui. Viſum ꝑterea Celſo in libri primordio: Caldęorum gentem diuinitate quadam ꝑcellere: e quibus fallax generatio quędam vbi defluxit: homines ipſos depaſta ſit quin & magos diuinas inter cõnumerat nationes: quorum gentis cognomen ſit magica: quę poſtmodum ad natiões cæteras ad exitium & internicionem ꝑuenerit. Et Aegyptii quidẽ in his quę ſupra meminerat Celſus vtiq; fallebantur: vt qui exterius legitimorum delubrorum ambitus elegantiores haberent: intus vero ꝑter ſimias capras & crocodilos & aſpides & huiuſmodi alia nil penitus aſſeruarent: nũc vero viſum eſt Celſo: illud aſtruere: diuinitatis plurimum habere vel a principio Aegyptiorũ hanc gentem: & forte idcirco quia Iudęis tunc primum bella iſti intulerãt: nec ſecꝰ Perſarum gens Celſo diuinior quædam videtur: quia & matres in vxores traducerent: & filiabus admiſcerentur: Indorum pręterea diuinã gentem appellat: quorum quoſdam iam dixerat humanam carnem eſitauiſſe: Iudæos tamẽ & priſcos illos pręcipue cum nihil hmõi factitarẽt: nõ ſolũ dixit nõ diuinitate pręſtare: ſed ſtatim deperditos. & id quidem: vt neſcius vates: de Iudęis hic pręcinit: ignarꝰ prorſus diſpenſationis circa illos diuinæ: & vitæ maiorũ egregie anteactę: nec plane intelligens quemadmodum ex eorum commiſſis ſalus ſit gentibus parta: vt ipſorum peccatum mundo diuitias: & ex illis victoria/gẽtibus opes attulerit quouſq; adimpletio gentium ingrediatur: vt poſtmodũ (ꝙd plane Celſus ignorat) Iſrael demum ſaluetur. Nec ſane intelligo cur & illud intulerit inquiẽs: Qui vniuerſa nouerit deum illud ne fugerit: ꝙ ad prauos homines & ſcelera commiſſuros: & ſe demum excruciaturos: filium mittat! Sed videtur vt volens hic eius dicti oblitus: quemadmodum omnia quæ per peſſurus eſſet aliquando Chriſtus: diuino ſpiritu & præuidiſſe prophetas & pręciniſſe: quibus id neſcientibus haudquaq̃ conſentaneum eſt vt & deus neſciret ad prauos & facinoroſos homines ſe filium trãſmiſſurum: quem hi paulopoſt tormẽtis afficerẽt. Mox deniq; ait iampridem hæc fuiſſe prædicta: per nos affirmari: vt noſtra tuemur. Sed cum ſatis iã multa ſexto hoc libro complexi ſimus: dicendi finem huic faciendo ſeptimum iam tribuente deo aggrediamur: in quo his occurſurum ſe Celſus exiſtimat: quæ nos fateamur de Ieſu ꝑdixiſſe prophetas. Quæ vtiq; cum plurima ſint: & ad ea explicãda longiori opus eſſet oratione: profecto neq; intercidere libuiſſet: niſi libri magnitudo cõpelleret: et ſi nõ ĩtercidere prolixiorem hunc ſeptimũ facturus ſim & immenſum.

Finit Liber Sextus.

Liber Septimus.

IN ſex ſuperioribus libris: Sacer Ambroſi: vt nobis licu- C
it aduerſus Celſi obiecta/in Chriſtianos crimina: contẽdendo: & nihil vſpiam omittendo pro viribus indiſcuſſum: nec quippiam quoad fieri potuit prætereundo: ꝙd eſſet per nos confutandum: deum ipſum per Ieſum precamur quem Celſus tantopere criminatur: vt cordi noſtro affulgeat id ſedulo deprecanti: vt quæ ad refutandum falſa plurimum valeant: ſuggerat: quandoquidem ipſe veritas ſit. Ad ſeptimum hunc librum peruenimus propheticum illud inter ꝑces dictãdo: In veritate tua diſperde illos: hoc eſt contrarios veritati ſermones: hi namq; dei veritate perduntur: vt hiſce deperditis cæteri omnes curis ſoluti: quod deinceps ſubſequitur dicant: Volun-

tarie ſacrificabo tibi: nimirũ rationale & ſine
fumo ſacrificium vniuerſorũ deo erat is obla
D turus. Nũc vero Celſo propoſitũ eſt ea calum
niari quę p ꝓphetas de Ieſu iãpridẽ afferũtur
denũtiata: & carpere: & illud in primis iã con
quiramus: ꝙ eos exiſtimat qui aliũ quẽpiã prę
ter Iudæorũ deũ induxerint: nequaꝗ̃ poſſint
eius ſubdubiis obſiſtere quæſtionib⁹: nos vero
qui eũdẽ qui & Iudæis ſit: deũ tuemur: ad id
vt reſpõdeamus libet cõfugere: ꝙ de Chriſto
ſint ꝑmulta denũtiata. & ad hæc qdẽ ſic inqt:
Sed videamus vbinã ſint excuſationẽ adinuẽ
turi: & ſane qui alium induxerint deũ: nullam
inuenient: qui vero eundẽ: ſapiẽs illud & vſur
patum repetent dictum ꝙ fieri ita eſſet neceſ
ſe: & argumento id dixerint fore: ꝗa quondam
ſint de eo ꝑmulta ꝓdicta. Ad hęc dicturi nos ſu
mus: tantopere eſſe infirmiora quæ de Ieſu &
Chriſtianis pauloãte ſũt tradita: vt ꝗ vel aliũ
deũ induxerint: etſi id impie facerẽt: facillime
queant Celſi dictis obſiſtere: & ni abſurdius eſ
ſet: infirmiorib⁹ cauſam exhibere: ad dogma
ta ꝗdã deteriora ſuſcipiendum: vel ipſi nos fa
cturos idẽtidẽ polliceremur: vt Celſi dicta fal
ſitatis arguerẽt: nequaꝗ̃ poſſe aſſeuerãtis: qui
alium quẽpiã induxerint deũ: ad eius obiecta
quippiã rñdere. Sed age vel ad ea ꝗ̃ ſuperius
E diximus reſpõſuri hæc ſumus: ea eñ inquit ꝗ̃
cũ a Pythia: tũ Dodonęis: tũ Clario: tum Bra
chide: tũ Hammone & innumeris aliis diuĩa
vaticinãtibus: ꝓdicũtur: quorũ opera & bene
ficio vniuerſa humaniter incolitur terra: per
inde ac nullius eſſe momenti hi duxerint: quę
vero in Iudæa ꝑ ipſorũ more ſiue prodita ſint
ſiue minus: queãdmodũ vel hiſce tẽporib⁹ aſ
ſolẽt: ꝗ circa Phœnicẽ icolũt loca: & Palæſtinã
mirãda ꝗdã videri exiſtimãt: & nil cõmutã
da. Ipſe vero ſi de iſtorũ oraculis dicẽdum eſt:
quos meminit Celſus: fieri poſſe exiſtimaue
rim: vt ex Ariſtotele ipſo nonnulla & peripa
teticis colligẽdo: ꝑmulta depromerẽ: quę cum
Pythiæ tum cæterorum quę traduntur ora
cula refutarent: & plane euerterent: quin et ſi
ea quæ per epicurũ & eos qui Epicuri diſcipli
nam ſectantur: de his ipſis feruntur: adiicerẽ:
oſtenderem plane vel Gręcos nõnullos legiti
ma illa ꝑ omnem Græciã: miraculi loco exce
pta: deorũ oracula confutaſſe. Sed eſto nec va
na illa & ficta fuiſſe: nec hominum in ſe deum
habere ſimulantiũ adinuenta: quæ de Pythi
cis hiſce & cęteris tradũt̃ oraculis. Videam⁹
igitur vtrum vel hoc pacto poſſit & his qui in
vero diligẽtius deorum iuſſa conquirendo ex
pendunt: nõ facile demõſtrari quemadmodũ
vel qui ea deoꝝ eẽ crediderit vaticinia: haud
quaꝗ̃ ſit vt aſſerat neceſſarium: apud ſe deos
eſſe: ſed contra potius: dæmones quoſdam de
teriores & improbos: & ſpiritus inſuper gene
ri humano infenſos: qui & animæ ad ſupiora
reditum intercipiãt: & ex virtute ꝓgreſſum:
verę ꝗ̃ in deũ pietatis & ſtatum impediant fir
miorem. De Pythia vero hiſtoriæ proditum
eſt: vt quæ cæteris vatibus in edẽdis oraculis F
videatur celebrior: queãdmodũ Caſtalium os
illud inſideat Apollinea vates: ex ĩferioriꝗ̃ &
muliebri ſinu ſuſcipiat ſpiritũ: quo plena ora
cula reddat: quæ elegantiora admodum & di
uina exiſtimentur. Sed aduerte queãdmodũ
vel ex his ſpiritus hui⁹ impuritas arguatur:
& ſcelus: nõ eñ per habiliores aditus quoſdã
occultioreſꝗ̃ & puriores fœmineo ſinu: aĩam
ille irrepſerit vaticinãtẽ: ſed per eos hãc ſubit
meatus: quos nec inſpicere quidem continen
tem virũ fas ſit: nec ſemel atꝗ̃ iterum id ſpũs
egerit: qđ forſitan tolerabile videretur: ſed to
tiens peragit quoties ex Apolline illa prome
re oracula creditur. Quinetiã & demẽtẽ hãc
reddit: & veluti magicis vatem carminibus
actam: ita exagitando diuexat vt conſtare ſibi
nil poſſit: qđ profecto nõ diuini operis fuerit.
Fuiſſet enim neceſſe vt diuino ſpiritu occupa
ta prior ipſa ꝗ̃ cæteri oẽs oraculo moneret̃:
& qđ in medium faceret & mortalium vitę cõ
duceret in ſui vt cõmodum vendicaret: & per
ſpicacius vt ſuimet cõpos vel eo maxime tẽ
pore ineſſe ſibi diuinitatem ſentiret: vti diui
nis ex literis nos id colligendo aperte oſtende
remus: apud Iudęos olim ꝓphetas: vt diuino
ex ſpiritu tantũ iã eſſent in ſe ſplẽdoris adepti
quantum prophetantibus ſibi ad vtilitatẽ ſat
foret: prę ſciuiſſe in ſe numinis diuini aduẽtũ
Et ſane ꝗa (vt ita dixerim) iſtorũ anima per
inde attrectabatur ſpiritu illo qui ſanctior vo
citatur: vel mẽte perſpicaciores hi proculdu
bio reddebãtur: & animo clariores. Quinetiã
& corpus tam caſtigate moderabantur: vt nil
repugnaret: quominus & ex virtute ducerent
vitam: vbi corpus hoc ipſum quo ad ſapientiã
illã quã carnis dicimus: morte eſſet affectum.
Diuino ſiquidem ſpiritu: corporis opera quæ
carnis ob ſapientiam cum deo inimicitias pa
riũt: mortificata ſat ſcim⁹. Q꞉ ſi eſſertur & fu
rit Pythia vates: nec ſui ſit compos: dũ expro
mit oracula: quotuſnam erit ſpũs ille habẽd⁹:
qui & tenebras menti offundat & ſenſibus: &
tales profecto: quales dęmonũ id genus obdu
cit: quos Chriſtianorum non pauci a patienti
bus abigũt: nulla re magica vel veneficiis: ſed
ꝑcibus & ſimplici quadã adiuratione: quantũ
his niti poteſt ſimplicior aliquis: ita vt rudes

penitus quidam id factitent:ſiquidem eorum
verbis Chriſti inſidens gratia: dæmonum cũ
vilitatem: tum impotentiam arguit: qui vt
vincãtur: & exituros ſe ſtatim ſiue ex anima
ſiue humano ex corpore annuant:nil plane in
digeant ſapiente aliquo & argumẽtis fidei ra-
A tiõalib⁹ obfirmato. Qui etſi paſſim id credit̃
nõ apud Chriſtianos dũtaxat & Iudęos:ſed a-
pud alios plæroſq; tã Græcorũ q̃ Barbarorũ:
victurã perpetuo & permãſurã: vbi exceſſit e
corpore mortalium:animam:apud eoſq; id &
rationibus confirmatur & plane oſtendit̃:quẽ
admodum quæ purior ſit:nec fuerit nequitiæ
liuoribus & põdere degrauata:ad loca illa pu
riſſimorum & cœleſtium corporũ ſublimis fe
ratur:relictis his craſſioribus in terra corpo-
ribus:& iſtorũ inquinamentis:improba vero
vt a prauis facinorib⁹ ad terrã retracta:ita vt
nec aſpirare ad ſuperiora illa iam queat: vaga
bũda in terris his volutetur:& circa ſepulcra
nũc oberrãdo: vbi & vmbratilium animarum
phãtaſmata ſint ſępi⁹ viſa: nũc terras has ob
eundo:cuiuſmodi eſſe & ſpũs illos exiſtiman-
dum eſt:qui omnibus ſæculis & ꝑpediti ſunt,
& coerciti:ſiue veneficiis ſiue ipſorum impu-
ritate:ædificiis etiam & locis aliis deputati.
Chriſtiana vero doctrina nil aſſentitur nõ pra
uos ſpũs iſtos exiſtimari:qui ad hominũ dece-
ptiones pręſcientiæ virtute vtantur: quæ me
dia ſit:& hos inſuper vt a deo & pura in deum
pietate & cultu abducunt:qđ vtiq; eoſdẽ hos
eſſe coarguit: qui & incẽſi ſe odoribus ſangui
niſq; & hoſtiarũ oblationibus foueant:& volu
ptati habeant vt id aſſequant̃:quatenus haud
ſecus frui hac vita poſſint: ac homines quidã
improbiores: qui præcipuũ illud non potius
amplectũtur:vt extra corpus hoc viuant: ſed
ob corporis voluptates in terreno hoc corpo-
re vitam tutantur ac fouent. Atqui ſi deus eſ-
ſet (vt Græci putãt) in Delphis Apollo qſnã
eſſet in vatẽ alius huic eligendus q̃ ſapiens qſ
piam:vel ſi minus talis inueniretur:hunc ſal-
tem elegerit: qui in vita proficeret? Cur præ-
terea nõ virum maluit ſua vaticinari q̃ fœmi
nam? q; ſi fœminam hic potius voluit: perin-
de nec aliter poſſet:nec in re alia vlla niſi ĩ mu
lieris ſinu capere voluptatem: cur nõ virginẽ
potius q̃ prouectam ętate fœminam: quę eius
mandata denuntiaret? Nũc vero Pythius ille
quẽ Græci tantopere demirantur:ſapientem
neminem iudicauit:immo nec virum quidem
vt Græci exiſtimant:dignũ: quem diuinitas
occupaſſet:nec inter fœmineum genus: virgi
nem quãpiam:quę vel ſapientia polleat:vel ex
philoſophia profecerit plurimum: ſed fœmi-
nam neſcio quam rudiorẽ delegit: cum viro
rum præſtãtiſſimi quiq; ad diuinam operatio
nẽ hanc ſubeundã & miniſterium/ accõmoda
tiores fuiſſent. Pręterea ſi deus hic erat:vt pręC
ſcientia vteretur oportuit:veluti ineſcatione
quadam (vt ita dixerim) ad hominum corre-
ctionem medelamq;: & optimis vt hos imbue
ret morib⁹. Nũc vero iſtiuſmodi nihil de hoc
deo hiſtoriæ ꝑditũ eſt:nã ſi cæterorũ hominũ
Socratem eſſe ſapientiſſimum dixit:huius ta-
men laudem hebetauit:qđ de Euripide prius
& Sophocle protuliſſet: ſic inquiens. Pollet ſa-
pientia ſophocles:at Euripides ſapientia præ
ſtat. Tragicis itaq; vt ſapientibus per hũc cõ-
firmatis:Socrates interea ſcænicis & ſaltatri-
ce ſuperior habitus: qui nõ magno præmio ali
quo decertaſſent?: & nũc quidẽ triſtitia & mi-
ſericordia ſpectatores afficerent: nũc riſus in
eptiores mouerent: id enim ſibi depoſcunt ſa-
tyrica dramata:non elegans aliquid prę ſe tu-
lerint e philoſophia & veritate depromptũ:
nec ex grauitate honeſtoq; quid laude dignũ
Et forte non adeo ob ſapientię ſtudiũ: Socratẽ
illum Pythius ſapiẽtiſſimũ prædicauit quan
tum ob ſacrificia & nidores quos ſibi & dæ-
monibus cęteris Socrates obtuliſſet. Et idcir-
co dæmones viſi ſunt potius eorum ad vota
oĩa exeq:qui ſe rogatum cũ oblationibus adue
niſſent:q̃ vllis virtutũ operib⁹. Vnde optim⁹
ille poetarum Homerus deſcribens quæ gere
rentur:& docens quænam præcipue ſint quæ
dæmones ſuadendo inducãt:vt morem ſacri-
ficantibus gerant: Chryſidẽ quẽpiã introdu-
xerit ob coronas nonnullas & tauros mille &
capras quos immolaſſet:aduerſus græcos quę
poſtularet filiæ gratia impetraſſe:ita vt lue in
hos ſ̃quiẽte ſibi Chryſeidam reſtituerint filiã
Memini autem me apud Pythagoreum quem
piam deſcribentem quæ per Homerũ: vt ſub
dubium & ſuſpicantem depromerentur:plæ-
raq; legiſſe: & illud in primis: quemadmodũ
verba per Chryſidem ad Apollinẽ habita ſint:
& per Apollinem in Græcos immiſſa ſit lues:
quæ vtiq; argumento ſunt & plane demon-
ſtrant: crediſſe Homerum eſſe prauos ali-
quot dæmones:qui cum ſacrificiis & nidori-
bus gauderent: in præmium reddant ſibi li-
tantibus/aliorum perniciem: ſi id deprecẽtur
ita vt honeſtatis non habita ratione id ſolum
aduertant: vt ſupplicibus ſuis:etſi nefaria po
ſtulantibus: pro votis videantur ſatiſfeciſſe:
& pro oblatis muneribus flecti. Haud ſecus &
Iuppiter Dodonęus apud quem illotis pedi-
bus & humi cubantes ſunt vates: virili ſe-
xu ad edenda vaticinia repudiato: fœminis:

quas dodonidas nũcupãt: ad id muneris vtiẽ vti & Celſus affirmat. Sed eſto: & ali⁹ quiſpiã iſtorũ aſſimilis Clari⁹ vocitatus: & in Ambracide alius: & alius itẽ apud Hammonẽ vt idẽ inqt: vel ſicubi terrarũ & vates alii ſint: Atvnde palam id fiet: vtrum dii ſint hi an dęmones quidam! Ex prophetis vero nõnulli q apud Iudæos olim extiterãt: vt ꝓphetię & diuinæ inſpiratiõis capaces: ꝓ ſapientib⁹ habebantur: q vero ex ipſa ꝓphetia mẽtem eſſent illuminati: iſtiuſmodi euaſerunt: quia diuina prouidẽtia vt tales eſſent: deligebantur: & ſanctus ſpirit⁹ vt his crederetur: & quæ ſpiritus his reuelaſſet: cum ob vitam imitatu difficilem: tum qa conſtantiores & liberi: & ad mortis diſcrimina obeunda interriti eſſent. Iſtiuſmodi & ſermo diuinus fatebitur: oportere prophetas eẽ qui velut ludũ ac iocum eſſe coarguerũt Antiſthenis & Cratidis & Diogenis cõſtãtiã. vnde & veritatis gratia prædicandæ: & quia libere arguerent peccatores: lapidati ſunt: ſecti ſunt: tentati ſunt: in occidione gladii mortui ſunt: circũierũt in melotis: in pellibus caprinis: egẽtes: afflicti: in ſolitudinibus errãtes: in montib⁹ & ſpeluncis & foraminib⁹ terrę: quorũ dignus nõ erat mundus. Deo ſemper intenti: & his q̃ inuiſibilia dei ſunt: nec ſenſibiliter
D conſpiciuntur: & idcirco æterna ſũt. Queadmodum aũt ꝓphetę duxerint vitã: literis ꝓditum eſt: ſed in pñti ſat fuerit de Moyſi vita: vt cuius eſſe prophetiæ tradũtur: quæ ſunt in lege cõſcriptæ: aliqd explicare: ſimulq̧ de Hieremia nõnulla: qui queadmodũ vixerit: ex ei⁹ ꝓphetia innotuit: vtq̧ & Eſaias: qui corporis caſtigatione plæriſq̧ iam ſuperatis: nudus & diſcalceat⁹ ad tertiũ annũ inceſſerit. Aduerte Danielis & aliorum qui ſecum in lacum miſſi ſunt puerorum abſtemiam vitam: quib⁹ aqua in potum: in cibum legumina eſſent: & ab animatis penitus abſtinerent: qnetiam: ſi per otiũ liceat: vel qui ante hos extiterũt: q̃ fecerũt cõtẽplare: Noe inquã vt ꝓphetauerit: & Iſaac ille qualia ſit filio comprecatus: vtq̧ & Iacob duodecim filios ſit ſingillatim affatus. Venite annũtiabo vobis qđ futurũ eſt in poſtremis diebus. Comperies profecto & alios infinitos: vt iſtos omittam: diuina de Ieſu ꝓcinendo: oracula edidiſſe. Quocirca vt nulli⁹ momẽti ducturi nos ſumus q̃ vel Pythia vates: ſiue Dodonides illę: ſiue Clari⁹: ſiue q̃ in Ambracide ſũt ſiue apud Hammonẽ: ſiue innumerę aliæ quæ vatum ſibi vendicent nomẽ: prædixerint. At
E eorum prędictiões q in Iudęa vaticinandi hoc munere fungebantur: plane nos obſtupeſcim⁹ illoꝝ vitę habita ratione: quæ vtiq̧ integrior et continens eſſet & elegãs: quippe qui in diuini ſpiritus morem: huiuſq̧ & ex ſenſu: futura prædicerent: & cum dæmonũ vaticiniis nihil haberent ſimilitudinis. Ipſe vero haud ſatis intelligo: quo pacto Celſus cum diceret: quę aũt in Iudæa illorũ more traduntur: nec dicta illis fuiſſe adiecerit: vt qui perinde incredul⁹ inquiat: apud Iudæos nec ꝓnũtiata quidẽ fuiſſe quæ ſcriptis ſint tradita. nõ eñ hic tẽpora nouit: nec plane queadmodũ ante multos iam annos: cũ plæraq̧ illi ꝓdicerẽt: de Chriſti aduentu iſta prędixerint. Rurſum cum priſcos illos prophetas velit is carpere: haud ſecus ait ventura hos ceciniſſe: ac ſolent hoc tẽpore qui circa Phœnicẽ & Palęſtinã incolũt loca: nil tamẽ interea explicãdo vtrũ quoſdam a Iudæorum Chriſtianorumq̧ diſciplina alienos nunc referat: an qui ex Iudeorũ conſuetudine & forma Iudaice vaticinẽtur. Vtcũq̧ autẽ ſe Celſi dicta habuerint: vt falſa coarguuntur: quippe cum cõſtet prophetas nulla in re alienos a fide: fuiſſe ſectatos: nec poſt Ieſu aduentũ iuniores aliquos hiſtorię proditur prophetaſſe: nimirum cum certius ſit: & pro confeſſo id habeat: ſpiritũ ſanctũ vbi Chriſtus aduenit: Iudæos iam reliquiſſe: vt qui in deum impie geſſerint: nec ſecus & de eo quẽ ꝓdixiſſent prophetæ venturum: ſint peſſime meriti. Sancti autem ſpiritus argumẽta & ſigna: cũ primũ docere Ieſus cœpiſſet: extitere nõnulla: vbi vero aſſumpt⁹ eſt permulta ſunt edita: pauciora vero in poſterũ: nũc etiã eiuſdẽ ſpiritus extant apud nõnullos veſtigia: q ex Ieſu doctrina & iuxta hãc ipſam operando animã ſordibus repurgarũt. Sanctus ſiquidẽ ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum: & reſurgere faciet a cogitatiõib⁹ inſipientibus. Verũ cũ in Phœnice & Palæſtina vaticinãdi modũ pollicetur ſe Celſus dicturum F
tanq̃ illud acceperit: & optime ſic ſe habere dixerit: age & hæc pernoſcamus. In primis eñ prophetiarum multas eſſe ſpecies aſſerit: nec tamen quales ſint explicat: quippe qui nullas haberet quas diceret: ſed falſo illas prætenderet. & videamus quidnam apud eius homines regionis perfectiſſimum eſſe Celſus affirmet. Multi inquit facillime quauis de cauſa in delubris ſiue extra delubra: obſcuri quidem & in celebres extitere: vagi plæriq̧ ad ciuitates ſe & exercitus cõferũt: & ſub ꝓtextu quodã diuina ſanciendi mouentur. ſed cuinã dicere illud in promptu eſt: & nihil inſolitũ: deus ſum ego vel dei filius: vel ſpiritus quidam diuinus: ecce adſum: iam enim mundus depditur: & vos omes o viri, ꝑditi ob nequitiã eſtis: ipſe verọ reddere vos ſaluos velim. & rurſũ: viſuri me

eſtis cũ cœleſti potẽtia redeuntẽ:& beatiorem dixerim qui me ĩ pręſenti coluerit: cęteris vero mortalibus ignẽ perpetuũ,ciuitatibuſq;,& quibuſuis locis ſuperinducã: ſuarũmet pœnarũ ignaris:ita vt fruſtra tandẽ pœnitudine afficiantur:& ingemiſcãt.Qui vero mihi geſſerint morẽ:ſempiternos ſeruabo.Deinde ſubiũgit.Cũ em̃ iſta ptenderẽt:adiecere ſubinde incognita quædã & furibũda: & prorſus recõdita:quorũ vel nequeat quiſpiam q ingenio valeat inuenire ſententiam:vt minus patẽtem: & nullius momẽti. Vnde & ſtolido cuiq; & mago ex occaſione permittit:vt quoquo velint qđ dictũ ſit ipſi & traducant: & vendicẽt.Fuiſſet autẽ omnino neceſſe:ſi tamen modeſtius ageret nos criminando Celſus: vt ſuiſmet verbis pphetias ipſas exprometet: deinceps & dictiones eas pronũtiaret:ĩ quibus deus omnipotẽs ineſſe promitteret:qui ea ediceret:& ſubſequẽter exprimeret: qbuſnã dei & filius & ſanctus ſpiritus ille fando aliquid crederet: ſic.n.egregie cõtẽdiſſet:ea refellere quę dicerẽtur:& plane arguere:haudquaq̃ eſſe diuina verba quæ illa cõplecterẽtur:q̃ a peccatis auertũt: & pręteritorũ pręferũt argumẽta:& futurorũ prænotionẽ.Vnde & pphetias qui iuxta ſe cõſcripſere:illud pcipue obſeruarũt:vt poſteri q eas eſſent deniq; perlecturi: vt ex deo deprõptas: demitarẽtur:nec ſolũ ex his quæ ad terrorẽ dicũtur:queue & ad meliora cõuertunt:proficerẽt:ſed ex eorũ etiã exitu quæ pręcognita fuerint: vbi modo crediderint ſanctũ ſpiritũ eſſe qui pietatẽ,& cultũ pro Chriſti doctrina pręuixerit:& ĩ ea ſe exercerẽt legi & prophetis obtẽperando.Prophetæ igitur quæcũq; de ſe poterant in auditorũ cognitionẽ venire:vt optima quæq; & perutilia:quæue ad morũ caſtigationem conducerẽt:prorſus nil occulendo: vt deo eſſet collibitum prædixerunt:quæcũq; vero myſtica forent:& perſpicacius attendenda: et a contẽplatione aliqua dependerent: quæ altior eſſet:q̃ vt eam quirent quorũuis aures audire:per ænigmata & allegorias & dicta obſcuriora:perq; parabolas &exempla promebãt:vt hi qui nec laborem defugerent:ſed hoc potius pro virtute & veritate ſuſcepto: myſtica illa inueſtigantes inueniant: inueniendoq; rem omnem vti fuerit expreſſa: diſponant. Atqui Celſus iſte perſtrenuus:perinde ac ira ſuccenſus:quia prophetarum dicta huiuſmodi nil intellexerit:his plane conuitiatur ſic inquiens. Cum enim iſta prætenderent:adiecerunt præterea,& incognita quædã & furibũda, & prorſus obſcura:quorũ ſentẽtiam nemo qui vel ingenio valeat quiuerit inuenire: vt quæ & obſcurior ſit:& nullius momẽti: & ſtolido cuiq; ſiue mago occaſionẽ permittat:vt quoquo velint eam traducant & vendicẽt. Et vafre quidem nobis eſt viſus iſta is intuliſſe:quippe qui haud dubie velit quãtũ in ſe fuerit deniq; prohibere:ne quis prophetias iſtas plegat:nec ipſarũ ſenſa perueſtigãdo expendat. Et ſane rem patitur nihil ab his alienam:qui cum prophetam videant alium quẽpiam conuenire: & obuentura illi pręhicere:ab eo mox quęrãt: quidnam criminoſo huic tecum eſt rei? Non itaq; indecens fuerit eſſe & verba nonnulla:quæ noſtram excedant ſapientia conditionem:quę vel arguere Celſum queant mẽdacii:& diuinas eſſe prophetias oſtendere. qđ vtiq; ipſi(vt licuit)antehac fecimus.ſiquidẽ ea ſumus quæ ſtulta Celſus appellat: & prorſus obſcura: ad verbũ interpretati:& his in operibus: quæ in Eſaiam:Ezechielemq;:& alios ex duodenis pphetis nõnullos edidimus:deoq; ipſo: in eius diſciplinæ profectũ in poſterũ permittente: et quibus illi placitum fuerit tẽporibus:adiiciemus:& ſcriptis his alia:q̃ reliqua ſunt:& quoad licuerit apertius ſumus explicaturi. Nec ſecus & alii poterunt:ſi modo velint:ſacra ſcripta expendendo examinare: ſi mentis ſint cõpotes:vel earũ quiuerint ſenſa cõprehendere: quæ in vero multis in locis obſcuriora & recõdita ſunt: haud tamen vt aſſerit Celſus:nullius momẽti:quippe quæ nec valeat quidẽ:vel demens quiſpiam:vel magus aliquis explanare:vel pro arbitrio vendicanda quocunq; traducere.quãdoquidem ille dũtaxat qui ĩ Chriſto ſit ſapientiam cõſequutus eorũ cõpagem: et congruentiam ceperit: quæ occultius ſunt a prophetis pronũtiata:ſi cũ ſpiritalibus cõtulerit ſpiritalia: & ex ſcripturarũ aſſuetudine comperta ĩ his ſingula diſpoſuerit. Nec Celſo fuerit fides præſtanda:aſſerẽti ſe vel iſtiuſmodi homines audiſſe:non em̃ Celſi temporibus prophetę aliqui extitere priſcorũ illorũ aſſimiles:nã ſi his ſimiles in poſterũ extitiſſent:prophetias itẽ & poſteris reliquiſſent. Perſpicuũ vero mihi videtur Celſi mẽdacium eſſe: ſiquidem ſui tẽporis vates:quos ipſe iam audiſſet: ab ſe plane cõuicti:quibus in rebus deficerent confeſſi ſunt:& vt plęraq; de ſe mentiendo affingerẽt:aliis alia applicando. Sed erant Celſo illorũ quos audiſſe ſe dicit: vel nomina explicanda:vt ex nominũ ipſorũ editione: quib9 iudicandi vis eſſet:facile innoteſceret:vera ne ąp ſe an falſa protulerit.Putat præterea & qui ex prophetarũ dictis tutantur:quę de Chriſto ferũtur:nil poſſe ad ea quæ ipſe intulerit reſpondere:quandoquidẽ de deo proferri aliquid vi- C

mmmm

deatur qđ vel prauum: vel fœdius ſit: vel ſcele ſtum: & idcirco: perinde ac nil poſſit ad hęc reſpōderi: de his ipſis permulta ſibimet cōgerit: quæ in deum cadere cōceſſerit nemo. Sciendū tamen quēadmodum: qui pro diuinarū arbitrio literarum duxerint vitam: nec dictum id ignorauerit: ꝙ īſipientis ſcientia verba inſcrutabilia: & illud Petri ꝑlegerint: parati ſemp ad ſatiſfactionē omni poſcenti rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe: non ſolum aliena confutādo: ad hęc illa ve quę prędicta maioribus ſunt demū ſe conferūt: ſed ſimilia veri & apparētia argumenta diſſoluere connituntur: & plane oſtendere: nil prorſus: vel prauitatis: vel turpitudinis: vł ſceleris prophetarum dictis ineſſe: Sed iſtorum vaticinia talia fieri: qualia neceſſe eſt: vt ab his capiantur: q diuina ſcripta minus intelligant.

D Oportuiſſet eñ vt qđ viſum in his fœdius eſſet: vel forte impurum: vel ſceleſtum hic eſſe ſuſpicaretur: exponeret: ſi eiuſmodi viderat in prophetis iam edita. Et ſane fuiſſet hoc pacto eius oratio, & ad obiurgādū potētior: & ad eā quę voluiſſet longe plurimū efficacior. Nunc vero huiuſmodi nihil appoſuit: ſed perinde minabūdus: ac peruicax ait in ſacris literis quas falſo coarguit: illiuſmodi eſſe. Ad nouos igitur nominū ſonitus nulla ſuggeſſerit ratio: vt idcirco reſpondeatur: quādo diuinis ī literis demonſtretur nec praui quippiam, neqꝫ impuri, aut ſceleris eſſe. Atqui nec infert qdem: nec patitur turpiſſima deus: nec vllis ī malis huic miniſtratur: vt Celſus exiſtimat. Non eñ huiuſmodi nobis prędictum eſt aliquid: vt prędixiſſe nos ipſe affirmat. Oportuit eñ: vt deum oſtenderet prauorū miniſterio delectari: vel facere illum: vel pati quæ turpiſſima ſunt: vt prophetarum ad id cōfirmandum dicta produceret: & ita vt non fruſtra velit auditores ipſos inficere. Quenā autē eſſent Chriſto domino toleranda: prophetæ ipſi iam pridē ſignificarunt: & cauſam adiecerunt cur eſſet ille tā multa hic ꝑpeſſurus: nec ſecus & deus pręſciuit quæ Chriſtus eſſet toleratur[9]. Vnde ergo huius tormēta inqnatiſſima adeo (vt Celſus affirmat) & impuriſſima fuerint? Sed videbitur iam edocere quēadmodum eo et fœditatis: & inquinamēti illa euaſerint: quę tulerit Chriſtus: ſic inquiens: Quid eñ aliud pręferebat cū deus ouillis carnib[9] veſceretur: felqꝫ & acetū ebiberet: niſi ꝙ inquinamenta: & ſtercorea quędā hic eſitaret? Atqui iuxta nos deus nec ouillis vſpiam veſcebatur. Sed conceedatur his illum fuiſſe olim depaſtū: videri poterat: tamē vt corpus gerēs humanū: his veſci de fellis vero & aceti ꝑdictione: vt illud: Dederūt in eſcā meā fel, & in ſiti potauerūt me aceto: etſi ſupra iā fecimus mētionē: cogimur tamen per Celſum eadē ſæpe repetere. Qui. n. veritatis doctrinę cōtinēter inſidias moliunť: fel quidē qđ ex innata his ipſis nequitia: & acetū qđ ex eorūdem ad peiora īmutatione ꝑdierit: dñō videtur offerre: q deguſtata hęc nolit ebibere. Deinde Celſus cū eorū velit credulitatē: et fidē pręuertere: & mox cōfutare q prophetarum de Ieſu ꝑdictiones ſuſcipiūt: ſic infert. E

Sed age. Si eñ prophetæ ſummū hūc deū (ne moleſtius aliquid dixerim) futurū iam ꝑdixiſſent: vel ſeruitute obſtrictū iri: vel morbo: vel morte afficiendū: num propterea erit neceſſe: vti vel ſeruiat iſte: vel moriatur: vel langueat: quia ſit id olim ꝑdictum: vt moriens credatur deus fuiſſe? At iſta ꝑphetæ nunq̄ pręcinerint: quippe qđ malū ſit & nefariū. Nō itaqꝫ ſiue illud ꝑdixerint: ſiue minus prophetę cōſyderādū eſt: ſed vtrū res ipa digna ſit deo & rectior. Qđ eñ vel turpe fuerit: vel īprobū: vel ſi oēs vt furiis agitati prędicere videanť: haudquaq̄ erit fide ſuſcipiendū. Quo igitur pacto q̄ circa hunc vt deū ſunt nequiter geſta: recte facta dicētur? Apparet autē ex his fortius aliquid: et pricipale ad auditores de Ieſu prophetica prædictiōe ꝑſuadēdos adinueniſſe: ex altera parte ſuaſibile quiddam ad hanc refutādam: cum inquit. Non igitur ſiue illud prædixerint: ſiue minus: ſpectandum. Erat quidem neceſſe ſi nō F ad fallendum huic animus inerat: ſed apertioribus argumētis noſtra refellere: vt dictis his confutandis inſiſteret: ita vt hæc ſtatim inferret: Demonſtrandū igitur erit non ea protuliſſe prophetas: nec adimpleta in Ieſu fuiſſe: vel exitum conſequuta: quę de eo hi prędixiſſent: moxqꝫ (vt viſum eſſet) & argumēta proferret Sic enim forte apparuiſſent qualeſnam eſſent prophetarum prædictiones per nos ad Ieſum relatæ: & deniqꝫ conſtitiſſet: quemadmodum expectationem hic noſtram: vt falſam ducat: vt illud comperiretur: vtrum refellat ingenue quæ ex prophetis ipſi ad ea proferimus: quæ de Ieſu per nos aſtruuntur: an is deprehendatur impudentius velle vim apertę veritati inferre: perinde ac haudquaq̄ veritas conſtet. Verum vbi impoſſibilia: & indecentia quædam ſubiecit: ſic inquit. Si enim de vniuerſorum deo hæc prædicuntur: ergo vbi prędicta hęc ſunt: & credēda de deo erunt. Et autumat ſane id confirmari: vt ſi vel in vero prophetæ de deo iſta prædixerint: fieri tamen non potuiſſe: vt vel toleraret: vel faceret deus prædictionib[9] hiſce vt fides adhiberetur. Ad hęc vero dicendum: abſurdiorem eſſe hanc eius cō-

ceſſionem:ſiquidē vt ſimul coeant fecerit: quę
ſibi inuicem aduerſantur.:qđ ſane hunc ille in
modum prætendit. Si enim nos dei veriores
prophetæ:& ſeruire hūc ſemper:aut ægreſce-
re affirmemus:deo forſitan hæc ipſa contige-
rint.Eſt enī neceſſe: vt nil mentiantur ſummi
dei prophetæ. Qui enim dei fuerint veridici
vates: hęc ipſa proculdubio fatebuntur:quan
doquidem quæ fieri natura non poſſunt : nec
veri in ſe habere quippiam conſtet:haudquaq̄
deo acciderint:quæ prophetę iſti prædixerāt.
Quādocūq; enim duo connexa in ea deſierint
quę ſibi ad inuicē aduerſantur:tollit̄ invtriſq;
connexis quod inerat principale.qđ vtiq; licet
et in hiſce ſpectari : in quibus prophetæ iuxta
Celſum prędicerēt ſummū deū: vel ſeruitute
obſtringi:vel vt ęgrotet futurū:vel moriatur.
Vnde illud colligitur : haudquaq̄ prædixiſſe
prophetas ſummū deum:vel ſeruitutē ſubitu
rū quandoq;:vel morbo afficiendū: vel mortē
deniq; obiturum. Quin & illud ſic ſubditur.
Si enī primū aliquid fuerit:& ſecundum futu
rū eſt aliquid:Sic cōtra:ſi primum nō aliquid
fuerit:nec ſecūdū futurū eſt quippiā : ergo nil
dabitur qđ primū ſit:in eadē materia.ſic illud
et ſtoici proferunt.Si enim noſti fuiſſe te mor-
tuum:illud mox ſequit̄. Nō ergo noſti te mor
tem obiiſſe.quę vero connexa ſunt hunc illi in
modū diſponūt: Noſti ꝙ mortuus ſis:eſt ſane
qđ noſti.Et rurſum ſi noſti ꝙ nondū mortem
obieris: & eſt illud qđ noſti. vtiq; haudquaq̄
mortuus es.Poſtq̄ autē q mortuus eſt:ſe mor-
tuū nouit: liquet ſane ſi noſti ꝙ mortuus ſis:
te non mortuum eſſe.Fit itaq; vt ante dixi: vt
connexa hæc vtraq; illud mox ſubſequatur.
nō ergo noſti ꝙ mortuus ſis. Sic item & illud
ſe habet qđ Celſus intulerat: per nos explica-
tum.Non tamē hæc quę ita ſuſcepimus: pro-
phetiis quæ de Ieſu habentur ſimilia fuerint:
Non enī apertius hæ prędixerūt futurum: vt
deus cruci affigeretur: quippe quæ de eo qui
mortē eſſet ī ſe ſuſcepturus: iſta prædixerint.
Sed ſpecies eius ſine honore : præter filios ho-
minū. Homo in plaga cōſtitutus & dolore: &
ſciēs ferre infirmitatē.Aduerte autē vt aperte
hominē dixerint:qui ſit humana perpeſſus: &
id Ieſus vt optime callens:quia homo eſſet qđ
moreretur:q ſibi moliti inſidias eſſent: hūc in
modū affatur.Nunc quæritis me interficere:
hominē qui veritatē loquutus ſum vobis quā
audiui a deo.Siquid autē in homine inerat di
uinitatis ſecundū ſe cognito: quæ vtiq; vnige
nitus dei erat: & omnis primogenitus creatu
ræ:qui dicit ego ſum veritas:& ego ſum vita:
et ego ſum porta : & ego ſum via : & ego ſum
panis viuus qui de cœlo deſcendi: de hac ipſa
deq; eius ſubſtantia aliter eſt q̄ de homine ſe-
cundum Ieſum iam cognito diſſerendū. Quo
circa neq; qui ſimpliciores admodum fuerint
Chriſtiani homines:vel plane inerudíti:& di-
ſciplinarum expertes: quibus res perſpicacius
conquirantur:veritatem dixerint morte affe-
ctam:vel vitam:vel viam:vel panem viuū cœ
litus deſcēdentem : vel ipſam reſurrectionem
mortem obiiſſe:ſiquidem reſurrectionē ſe eſſe
affirmat:qui in apparēte ſecūdum Ieſum ho-
minē:illud docuerit:ego ſum reſurrectio.Sed
nemo noſtrū tā deſipit: vt vitā inquiat morte
ſublatā:vel reſurrectionē ipſam demortuam:
ſuccederet enim hoc pacto qđ Celſus conceſſe
rat:ſi prophetas prędixiſſe nos fateremur:deū
moriturum quandoq;:qui verbum ſit: ſiue ve
ritatem:ſiue & vitam:ſiue reſurrectionem ip-
ſam:ſiue aliud quippiam : quod eſſe ſe filiꝰ dei
profiteretur.Sed eſt in eo duntaxat veridicus
Celſus qđ ita intulerat.Non enim id prophe-
tæ prædicerent.Quippe qđ prauū eſt & nefa-
rium.Quid ſit autem illud ſi quęras?Nimirū
vt obſtringatur ſeruitute deus : vel mortē vt
obeat quandoq; futurū. Dignū autē deo fue-
rat : qđ eſt a prophetis prędictū:vt diuinę na-
turæ ſplendor:& quędam figura:in ſacra Ieſu
anima illa humanum in corpus admiſſa:ad vi
tam ſimul propterea aduētaret: vt doctrinam
diſſeminaret deo conciliantem : qui eius ani-
mo illam cōplecteretur:excoleretq;: & vtcūq;
liceret exequeretur.Et q̄uis deus ipē & verbū
corpore humano: & anima in mūdo eſſet tūc
affuturus : haud tamen intercludebatur hoc
corpore ſplendor ille hoc pacto:vt non & alibi
eſſe aſſeueretur:id eſt verbum ipſum qđ ſplen
doris id prębeat.Quæ igitur circa deum ſunt
geſta:quia diuinitus facta fuiſſe innotuerunt: C
ſanctiora proculdubio ſunt : nec plane impu-
gnāt:qđ de diuinitate ſentitur.Quia vero ho
mo is erat homine quocunq; ornatior:ob eius
ſummam:cum verbi per ſe conſtantis partici-
pationem:tum per ſe ſapientiæ:tulit vt ſapiēs
atq; perfectus:quę vt ferret erat neceſſe: q hu-
mani generis gratia omnia factitaret.Et ſane
nihil abſurdum : hominem fuiſſe morte affe-
ctum:& eius mortē non ſolū fuiſſe in exemplū
expoſitam:vt pro optimo cultu : & pietate ſit
moriendū:ſed vt initiū fieret:& plane ꝑfectus
quidā ad diabolum nequiorē illū & improbū
deperdendū:qui terrā omnē depaſceretur.Cu
ius perditionis hi ſunt argumēto: q vbiq; ter-
rarū dęmones iſtos defugiunt:qui ſe antea oc
cupaſſent:& vt ab iſtorum ſeruitute ſe vindi
cent:deo ſe totos addicūt : vt quoad eis licue-

rit: puriori in dies erga hunc ſeſe exhibeât pie
D tate. Infert deĩde huiuſmodi Celſus. Sed illud haudquaq̃ iterato recordabunť: ꝙ vbi dei: qui Iudæorũ ſit: ꝑdixerũt prophetæ: Ieſum ipſum filium fore: queadmodum & is tulerit de⁹ per Moyſen leges: vt opibus & potẽtia abũdarent Iudæi: & omnes replerẽt terras: & ad vnũ hoſtes internicione occiderent. Qđ vtiq; Iudæis ſpectãtibus (vt Moyſes inquit) patrarit. & ad hęc: ſi minus paruerint facturũ ſe cõminetur: vt paſſim hoſtilia patiantur. At filius eius Nazareus homo cõtrarias conſtituerit leges: nullum ei affirmãs ad patrẽ iter patere: qui vel diuitiis affluat: vel appetat principatum: vel ſapientiã ſibi: aut gloriã vẽdicet: de cibo vero & penu nõ aliam eſſe curã habẽdam, ac cornices habeant. Indumẽtorũ inſuper: longe minorẽ q̃ lilia: eiq; qui ſemel percuſſerit: rurſum vt vapulet: ſeſe vt permittat iniũgit: vter iſtorum: Moyſes ne an Ieſus mẽtitur? An qui hunc miſerit pater oblitus eſt: queãdmodũ ſit Moyſen ipſum affatus? An propriis forte legibus ĩprobatis pœnitentię ducitur: & nuntiũ ad aduerſarios mittit? Sed in his Celſus qui cuncta noſſe ſe iactat: re quidẽ omnino afficitur: qua nec imperitiſſimus quiſpiam in ſcriptura decernẽdis ſentẽtiis afficeretur: cum ĩ lege & prophetis: nil dictum eſſe his profundius putet: quæ iuxta literam exprimuntur. Cũ plane ignoret nõ perſpicue adeo Ieſum verbũ: recte viuentibus: corporales diuitias promiſiſſe: cũ oſtendãtur: vel qui iuſtitia claruiſſent: in ſumma paupertate vitã duxiſſe. Prophetæ igitur & quia vitã egerit puriorẽ: ſpiritus ſancti capaciores effecti: circũierũt in melotis: in pellibus capriniis: egentes: afflicti: in ſolitudinib⁹ errãtes: & montibus: & ſpeluncis: in foraminibus terræ. Multæ eñ ſunt iuxta Dauid tribulationes iu
E ſtorũ. Qꝫ ſi Celſus Moyſen plegiſſet: par vtiq; foret: vt dictum illud ad eũ habitum qui legẽ ſeruaret: qui cõmodat gẽtibus multis: tu autẽ non commodaberis: tale eſſe exiſtimaret: vt ex promiſſione iuſto id diceretur: eo ſcilicet magnitudinis ꝓgreſſas eſſe cęcas diuitias: vt pro ingẽti pecuniarũ copia: non ſolum Iudæis iuſtus aliquis cõmodaret: ſed aliis multis: neve niuiq̃ vel alteri dixerim nationi. quãtum ergo pecuniarum in iuſtitiæ pręmium ex lege acceperit iuſtus: gentibus multis vt cõmodet? Fuerit autẽ ſentẽtiæ huic conſentaneum: vt quis animo capiat: nunq̃ qui iuſtior ſit alicunde aliquid mutuari: quandoquidem id literis proditur: tu autẽ non cõmodaberis. Ea gens igitur in diuino iuxta Moyſen cultu: tam multos annos permanſit: cũ alioquin iuxta Celſum aperte ſpectaret: qui legem condiderat mẽtientem. Non eñ quis legitur eo vnq̃ diuitiarum prouectus: vt multis gentibus cõmodaret. Haud tamen credibile eſt: vt qui in interpretanda lege: vt Celſo videtur: ita fuiſſent inſtructi: & legis promiſſiones liquido falſas eſſe viderẽt: vt pro lege tutanda tantopere decertarent. Qꝫ ſi prauiora populi olim facinora literis cõmendata in argumẽtum ille produxerit: queãdmodum legẽ ii contẽpſiſſent: & forte idcirco quia illam damnauerint: cum perinde quæ diceret mentiretur: erit ei ſic reſpondendum. Sunt ſane et tempora ipſa neceſſario perlegenda: qbus populus vniuerſus deſcribitur: vbi in dei conſpectu nequiora patraſſet: ad meliora hunc & diuinum ex lege cultum poſtmodũ diuertiſſe quin etiam etſi lex ipſa imperium iſtis pollicebatur: dominaberis inquiens in gẽtes multas: tibi vero dominabitur nemo: & nihil per hæc profundius ſignificetur: liquido patet: queadmodum longe aliter: ac ſe habeãt: populus iſte legis promiſſiones interꝑtetur. Corrupte etiã F profert dictiones nõnullas Celſus: & praue in eius ſententiam capit: quę plane demonſtrant terras omnes per Hebraicum ſemẽ repletum iri: qđ ſane quo ad hiſtoriã ipſam: denſitiante (vt ita dixerim) deo: effectum eſt: & poſt Ieſu aduẽtum: in quo benedictionem ille nobis eſt impartitus. Ad illud vero qđ in promiſſione Iudæis fuerit denuntiatum: vt hoſtes occiderẽt: dicendũ: ꝙ ſi quis enumerando diligẽtius colligat in iis quæ tradũtur: & accuratius ea aduertat: cõperturus eſt plane fieri non poſſe: vt ita accipiantur: queadmodum Celſus prędixerat: ſed ſat in præſentia fuerit ex pſalmis producere: quo pacto iuſtus loquens introducatur: vbi poſt alia pleraq; illud ſic inquiat: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt diſperderem de ciuitate domini oẽs operãtes iniquitatẽ. Attẽde id dictum: & dicẽtis affectũ: & vtrũ potuerit res optime geſtas prius is explicare: quæ volẽti cuiq; legere: expoſita ſunt: deinde inducere qđ poterat dici: vti interdiu non alio tempore: niſi matutino: terrę peccatores ita diſperderet: vt iſtorum ne vnũ quidẽ ſuperſtitem reliquum faceret: vtq; ex Hieruſalẽ vniuerſos hic homines ſuſtuliſſet: qui praua eſſent facinora operati: q̃multa huiuſmodi in lege cõpereris. Subiungit Cel- G ſus & illis fuiſſe ꝑdictũ: vt legi minus obtẽperantibus: eadẽ ſe illa paſſuros quibus & hoſtes iam affeciſſent: & priuſq̃ aliquid iis iſte adieceriṫ: deſumet forte & q̃ putat ex Chriſti doctrina legi eſſe cõtraria. verũ de his q̃ Celſus prędixit ſic differemus. Enimuero legem ipſi du-

plicem eſſe fatemur:alteram quę dicto cõſtet:
alteram quę ſenſu & intellectu:vt maiores no
ſtri prodiderũt nõnulli.Et ea quidẽ quę dicto
conſtat:nõ per nos tãtũ: ſed per quẽpiã etiã ex
prophetis deo loquente dicta eſt:iuſtificatio eſ
ſe non recta:& mãdata nõ bona,quę vero mẽ
te cõſtat:& intellectu:iuxta eundẽ illum pro
phetam ex dei perſona: & iuſtificatio eſſe bona
aſſeritur : & rectiora mandata præferre. Non
eñ aperte contraria eadem in re propheta pro
tulerit : in qua ſubſequẽter & Paulus literam
quidem dixit occidere:qđ vtiq; legẽ quę dicto
conſtat:exæquat:ſpiritum vero viuificare:qđ
in eodẽ eſt captu atq; ſententia: qua & lex ipſa
quã ſenſu conſtare:& intellectu iam diximus.
Licet itaq; par aliquid his apud Paulum inue
niri:quæ ſecundum prophetam cõtraria eſſe
exiſtimãtur. Nam vt alibi Ezechiel inquit:Et
ego dedi eis pręcepta nõ bona,& iudicia ĩ qui
bus non viuẽt:ſiue huiuſmodi alia: ita & Pau
lus:vbi legis libet literam carpere ĩquit. Q; ſi
miniſtratio mortis literis deformata in lapidi
bus fuit in gloria:itavt non poſſent intendere
filii Iſrael in faciem Moyſi propter gloriã vul
tus eius quę euacuatur:quomodo non magis
miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Vbi vero le
gem demiratur:& ſuſcipit:ſpiritalem hanc di
cit: ſic inquiẽs. Scimus autem ꝙ lex ſpiritalis
eſt.& ĩ hoc quidem admittit ꝙ lex ſanctior ſit:
et iuſtum præceptum:& bonum. Sic igitur le
gis dictio iuſtis diuitias pollicetur.Celſus qui
dem iuxta occidentem literam cęcas diuitias
putet in promiſſione illa denuntiari:nos vero
contra eum dixerimus:q perſpicacius cõtẽple
tur:vti in omni verbo diteſcat: & omni ſcien
tia:& eos cõmonefacimus : qui ĩ præſenti hoc
ſæculo diuitiis affluunt ſublime ne ſapiãt:nec
ſupercilio efferantur:nec in incerto diuitiarũ
ſpem ponãt:ſed ĩ deo viuo:q præſtat nobis oĩa
abũde ad fruendũ. Nec ſecus & bene agere:di
uites fieri in operibus bonis:facile cõmunica
re hortamur:ſi quidem in veris diuitiis opulẽ
tia:humanam animã pro Salomonis ſentẽtia
redimit : huic vero cõtraria paupertas exitia
lis eſt:per quã pauper calũniam patitur: haud
ſecus ac fuit de diuitiis explicatũ:de earumvi
et robore dicẽdũ eſt:ex his nãq; iuſtus aliquis
vnus:mille aſſeritur perſequi:& duo milia:de
cem fugare.Q; ſi hęc vel ĩ his quæ ad diuitias
attinẽt:ſic capiuntur:aduerte vt & conſenta
neum:& ſubſequens ſit diuinę promiſſioni:vt
qui in omni verbo & ſcientia abundauerit: &
ſapientia quauis: & omni in opere bono afflu
xerit:ex hiſce diuitiis impartiatur: & commo
det quę ſecundum verbi doctrinã ſapientiãq;:

et ſcientiam cõſtet:gẽtibus multis: vt Paulus
cõmodauit : qui ab Hieruſalẽ aduſq; Illyricũ
gẽtibus prædicãdo:Chriſti euãgeliũ adimple
uit. Sed quoniã per reuelationẽ diuina illi in C
notuerũt:vt cuius anima ex verbi eſſet diuini
tate illuſtrior reddita: & plane illuminata:id
circo non ipſe aliunde mutuabať:nec erat ne
ceſſe:vt mortalis quiſpiã verba ſibi ſummini
ſtraret.Sic item & iuxta illud qđ ſcriptum eſt
dominaberis nationib⁹ plurimis: & tui nemo
dominabitur:ex verbi potẽtia Paulus Chriſti
Ieſu ſubiiciẽs diſciplinę:qui ex gẽtibus eſſent:
et ĩ hos plane dominabať:vt qui nuſq̃ ſeſe ho
minibus ſubieciſſent:vt ſe potioribus. Sic eñ
et terrã implebat. Q; ſi quẽadmodũ iuſtus oc
cidat:ſit explicandũ: & huius robur ad oĩa va
leat:dicendũ : ꝙ qui ĩ matutino inquit pecca
tores terrę oẽs interficiebã:vt diſperderẽ de ci
uitate dñi omnes operãtes iniquitatẽ: terram
quidẽ tropice carnẽ expreſſit : cuius ſapientia
inimicitia eſt apud deũ: dei vero ciuitatẽ : ſui
met animã dixit:ĩ qua tẽplum inerat dei:cum
optime de deo ſentiret:qđ vtiq; obſtupeſcerẽt
vniuerſi qui id demũ cõtẽplarẽtur.Simul igi D
tur & ſolis iuſtitiæ affulgentibus radiis:vt ex
his validior redditus:& cõfirmatus oẽm car
nis ſuſtulerat ſapientiã:quę vtiq; terrę pecca
tores pferret:& idẽtidẽ diceret:Diſperdet ini
quitatis oẽs operatores : cogitatiões videlicet
et adinuẽtiones veritati infenſas:ſic item & iu
ſti:ex hoſtib⁹ & vitiis prodeuntẽ capturã:hoc
eſt quos viuos ceperint:oẽs deperdẽt:vt ne in
fans quidẽ:id eſt recẽs obortũ aliquod malũ:re
liquũ fiat.Nosvero e pſalmo quodam ſic illud
accepimus:filia Babylonis miſera: beatus qui
retribuet tibi retributionẽ tuã:quã retribui
ſti nobis.Beat⁹ qui tenebit & allidet paruulos
ſuos ad petram.Paruuli eñ Babylonis:q̃ con
fuſio interpretať:nuper enati:& pullulãtes: in
anima ſunt cogitatus qdã confuſiores:a vitiis
prodeũtes:quos q ita tenuerit atq; peruicerit:
vt diuinę doctrinę firmitate iſtorũ capita con
terat : profecto petræ illiſurus eſt Babyloniæ
paruulos:vt ĩde beatior demũ euadat.Sine vl
lo itaq; ętatis diſcrimine:& ad vnũ oĩa: quæ
vitiorum & nequitię ſunt:diſperdẽda iniũxe
rit deus:quippe q nihil nos doceat:qđ his ad
uerſetur:quę Ieſus denũtiarit.Iudæis inſuper
vel ſcientibus ipſis:vel neſciis:cũ inimicorum
tum vitiorũ ex ipſa prodeuntium prauitate:
internicionẽ hic feceris:nec ſecus & eos qui le
gi minus paruerint:nec eius verbo: hoſtiũ lo
co eſt habiturus.Quandoquidẽvitiis diſtenti
et impinguati:ea perpeſſi ſint:quę pati par fue
rit : qui a dei verbis deſciuerint. At alioquin

ex his vtiq; liquet: vt Ieſus Nazarenus homo
haudquaq̃ aduerſus ea quippiã ſanxerit: quæ
de diuitiis: & ob has ipſas intumeſcẽtibus: tra
didiſſet: quemadmodum difficile ſit diuitem
cœleſte regnum ĩgredi poſſe: ſiue quis diuitẽ
ſimpliciter capiat: q diuitiis diſtrahatur: & ha
rũ perinde ſentib⁹ impediat̃: quo minus verbi
referat fructus: ſiue q ſit falſis dogmatib⁹ opu
lẽtus. De quo in parabolis ſcribitur: Melior eſt
pauper iuſtus: q̃ diues mẽdax. Sed par vtiq; eſ
ſet: vt ex eo qđ ĩ euangelio traditur: Qui vult
eſſe inter vos primus: omnium ſit miniſter: &
prĩcipes gentiũ dominant̃ eorũ: & q poteſtatẽ
habẽt in eis benefici vocant̃: id ceperit Celſus:
cur prĩcipatus ꝓhibeat appetẽtiam Ieſus: qđ
vtiq; ei⁹ dicti nil fuerit abſimile: Dominaberis
tu nationibus plurimis: tui dominabit̃ nemo:
et præcipue earũ rerũ de cauſa: quas alias ſup
E his explicauimus. Adiecit ꝑterea Celſus non=
nulla: exiſtimãs Ieſum edocuiſſe: eius patrẽ nõ
eſſe per ſapiẽtem quẽpiã adeundũ, ſed quanã
hũc dixerit ſapiẽtia ſapientẽ! Si mũdi: quæ eſ=
fertur: & apud deũ ſtultitia eſt: haud dubie &
nos affirmabimus p eã nõ poſſe patrẽ adiri. At
ſi iuxta Ieſum ſapientẽ quis intellexerit: quan
doquidẽ Ieſus dei cũ virtus: tũ ſapiẽtia ſit: nõ
modo ſapiẽti hoc pacto liberũ patere ad patrẽ
acceſſum dixerimus: ſed ab his etiã qui nõ hu
iuſmodi ſint, magno ĩteruallo differre: qui eo
ſit munere ꝑditus: qđ verbũ ſapientię nũcupa
tur: & per ſpiritũ tradit̃. Quietiã & gloriã eſſe
apud hoĩes vendicandã quoq̃ pacto humanã:
nõ modo Ieſu doctrina dicimus ꝓhiberi: ſed &
veterib⁹ ſcriptis. Siqdem ꝓpheta qdam ſi ob=
noxius peccatis fuerit pro ingẽti inquiat malo
humanã ſibi cõtingere laudẽ: & hãc deteſtan=
do ſic ait. Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt ini
quitas in manibus meis: Si reddidi retribuen=
tib⁹ mihi mala: decidã merito ab ĩimicis meis
inanis: Perſequat̃ inimicus animã meã: & com
prehẽdat: & cõculcet in terra vitã: & gloriam
meã in puluerẽ deducat. Et euãgelii illud: No
lite cogitare quid mãducetis: aut quid bibatis
videte volatilia cœli: quoniã non ſerũt nec me
tunt: & pater veſter cœleſtis paſcit illa: quãto
magis vos pluris eſtis illis! Et de veſtimẽto qd
ſolliciti eſtis! Conſyderate lilia agri: & huiuſ=
modi cætera: quæ legis benedictionibus cõtra
ria ſunt: illud nos inſtruentibus: iuſtum come
dendo impleri. nec ſecus & Salomonis his di=
ctis. Iuſtus manducans animã implet. Animæ
vero impiorũ egenę. Eſt autem animę cibus is
contẽplandus: qui ex legis benedictione prę=
fertur: quo nõ cõpoſitus homo: ſed anima dũ=
taxat ipſa expletur. Ex euangelio autẽ: vel pro
fundius quippiã intelligi datur: vel forte ſim=
plicius: ꝙ nequaq̃ debeat anim⁹: vel ciborum:
vel veſtiũ curis alienari & diſtrahi: ſed ĩ vilio=
ribus qbuſdam exercitus perſuaſum habere: a
deo ſibi quãdoq; prouiſum iri: ſi modo is ea ſo
lum curauerit: quæ ad vitæ fecerint neceſſita
tẽ. Celſus itaq; neq; ea producens quæ ex lege
ſunt viſa dictis euangelicis aduerſari: & illud F
ſic ĩtulit: Qui eñ ſemel iam vapulauerit: itera
to vt vapulet ſeſe oblaturus eſt. Nos vero ei⁹
dicti fatebimur Chriſtianos eẽ nõ neſcios: ocu
lũ pro oculo: & dentẽ pro dẽte a maiorib⁹ tra
di: & hæc Ieſu dicta q̃ mox inſequẽtur legiſſe.
Siquis autẽ te percuſſerit ĩ dexterã maxillam
tuã: prębe ei & alteram. Celſus vero vbi (vt ar
bitror) ex eorum diſtinctione offuſus: q iuxta
euangelium ipſum, diuinitatẽ ab ea diuinita=
te diſiungũt: quę iuxta legẽ videtur conſtare:
hæc protulit: eius dictis ſic duxerim reſpondẽ
dum: vel illud optime vetus teſtamẽtum per=
calluiſſet: ꝙ ſiquis in dexterã te maxillam per
cuſſerit: vt alterã porrigas. Siquidem ĩ Hiere=
miæ lamẽtationibus ſcribit̃. Bonũ eſt viro cũ
portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit
ſolitarius: & tacebit: quia leuauit ſuper ſe. Po=
net in puluere os ſuũ: ſi forte eſt ſpes: dabit per
cutiẽti ſe maxillã: ſaturabitur opprobriis. Nõ
eñ dei euangelium legi (vt ille inquit) obſti=
terit: nec in eo qdem quod de capitis traditur
percuſſione: & ſane neuter horũ mẽtitur: nec
Moyſes inquã: nec Ieſus: nec ꝑterea pater ipſe
qui Ieſum legauerit: oblitus eſt qualia Moyſi
demandaſſet: nec veluti ſuis legibus improba
tis facti eum pœnituit: vel nuntium ad aduer
ſarios mittit. Q; ſi vel pauca ſint de vitę diuer
ſitate dicenda: quam & Iudæi ſecũdum Moyſi
legem tunc ducerent: & quã vellent Chriſtia=
ni iuxta Ieſu doctrinam rectius agere: dicturi
profecto ſumus: nec cõſentaneum gẽtium vo=
cationi fuiſſe: vt ex Moyſi lege: & exteriorẽ ad
literã viuerẽt: quãdoquidem ſub Romanorũ
imperio eſſent: nec fieri poterat: vt & Iudæi in
corruptibilẽ illũ haberẽt viuẽdi ſtatum quem
olim habuerãt: ſi (vt ita dixerim) vitæ quæ ex
euãgelio cõſtat obtẽperaſſent. Siquidẽ hoſtiũ
internicionẽ illã: & eorũ perniciem: q vel legẽ
tranſgrederentur: vel alias vtcunq; & merito
eſſent morti adiudicati: quæ vtiq; aut igne eſ
ſet ex Moyſaica lege: aut lapidibus exequẽda:
Chriſtiani exercere pro euangelicis inſtitutis
minime potuiſſent: quãdo neq; id qdẽ Iudæis
ipſis: ſi forſitan libuiſſet: eorũ ex lege facere in
poſterũ licuiſſet. Rurſum vero ſi a Iudæis pro
priũ illũ vitæ ſtatũ ſuſtuleris: cũ & illis fas eẽt
ad hoſtes egredi: & pro patriis rebus tutandis

militiam exercere: & vtcunq̃ e medio tollere
adulteros ipſos: & homicidas: ſiue qui huiuſ-
modi facinꝰ cõmiſiſſent: excruciare: nil tãdem
reſtaret: niſi vt funditus oẽs in vnum cõgeſti:
ſimul deperderent: quãdoquidẽ ſe inuadẽtibꝰ
hoſtibus perinde ac eneruatos: & ſua ex lege ĩ-
becilliores iã redditos: permiſſum haudquaq̃
fuiſſet diuinę prouidẽtiæ interdicto: q̃ olim le
gem tuliſſet: illatas ab hoſte vt iniurias vindi
carẽt: nec Chriſti Ieſu euangelio: de cętero per
mittẽte: Iudæorũ vt reſpublica ſupereſſet. Vn
de iſtorũ & ſublata ciuitas eſt: & tẽplum euer
ſum: & diuinus inſuper cultus: q eo in tẽplo ſa
crificiis peragebať: iã penitꝰ obſoleuit. Et quẽ-
admodũ hæc ne in poſterũ fierẽt diuina proui
dẽtia pro arbitrio ſuſtulit: ita & Chriſtianorũ
res auxit: & abũde in dies accumulat: quin &
fidutiam iis apertiorẽ iniecit: tametſi q̃multis
Ieſu doctrina videatur impedimẽtis intercipi:
ne per terrarũ orbẽ diſſeminetur. Sed cũ deus
is eẽt cui placeret: vt ex Ieſu hac diſciplina vel
ex gẽtibus multi proficerẽt: ſublatum eſt om-
ne initum in Chriſtianos cõſilium: ita vt quo
plurimum reges ipſi: & principes eos deprime
rent: eo magis & multiplicarẽtur: & inualeſce
rẽt. Poſthæc Celſus q̃multis explicãs quę ipſi
nuſq̃ protulimus: perinde ac tamẽ ea nos pro
tulerimus: introducit: Quẽadmodum ſcilicet
corporeus natura ſit deus: & corpus ſit forti-
tus humanũ: & ea nititur confutare: quæ per
nos nõ vſpiam producunť. Sed erit ſane ſuper
uacaneum: vt cuiuſmodi ea ſint: vel q̃bus hæc
refutet is argumẽtis: nũc explicemꝰ. Si eñ de
deo ea nos fateremur quæ & fateri nos ille af-
firmat: & affirmãdo inſiſtit: eſſent profecto hu
ius nobis & dicta neceſſario depromẽda: & no-
ſtra deinceps conſtituenda: & diſſoluẽda quæ
ille obiiceret: & an pro ſe facerẽt explicãdum:
quæ vel a nemine audiuit: vel ſi audiſſe forſitã
concedatur: a ſimplicioribus tamen quibuſdã
acceperit: & ĩ fide nil obſirmatis: vel Ieſu igno
rantibꝰ voluntatẽ. Verũtamẽ haudquaq̃ erũt
per nos conquirenda quæ minus ſunt neceſſa
ria: quandoquidẽ ſacræ literæ deum apertius
incorporeum dicunt: & idcirco hunc neminẽ
vnq̃ vidiſſe. Quin & imago is dicitur inuiſibi
lis dei vt incorporei: qui omnis ſit primogeni
tus creaturæ. De deo autẽ ſuperius diſſerẽdo:
mediocriter quædã complexi ſumus: cũ illud
conquireremus: quo pacto deus vt ſpiritus eſ
ſet intelligendus: & q hunc adorarent: in ſpiri
tu & veritate vt adorẽt neceſſe ſit. In his præ-
terea quæ de deo hic intulit: noſtra carpendo:
interrogat: quonam abituri tãdem nos ſimus:
quidve habeamus & ſpei: & perinde nobis ad

hæc reſpondẽtibus: voces ſubiungit huiuſmo
di: ad terrã aliam hac potiorẽ abituri aliquan-
do nos ſumus. & ad id q̃dem ſic inquit. Memo
rię proditũ eſt a priſcis illis: & diuinis homini
bus: vitã fore feliciorẽ fœlicibus animis. Nam
hi q̃dem ad inſulas beatorũ: illi vero ad Elyſios
cãpos ſunt profecturi: & vt inquit Homerus:
Te aũt ad Elyſium campũ & terrarũ fines im
mortales dimiſſuri ſunt dii: vbi vita perfacilis
futura eſt. Plato vero ĩmortalẽ eſſe animã du-
cẽs: eũ ad quẽ illa locũ trãſmttitur: terrã aper-
tius nuncupauit: permagnũ aliquid eſſe id in-
quiẽs: q̃ a Phaſide ad Herculis vſq̃ columnas
perexiguam mũdi partẽ nos incolamus: nec ſe
cus ac circa paluſtria loca formicę: vel ranę cir
ca maritima: ſiue vtcunq̃ huiuſmodi alias re-
giones inhabitãt animãtes. Eſſe nãq̃ vbiq̃ fe-
rũt concauitates plæraſq̃ & varias: tã ideis q̃
magnitudine: in eaſq̃ & aquã: & caliginẽ con-
fluxiſſe & aerem: ipſam vero terrã: vt purã: ita
et puriori cœlo ſuccũbere. Putat autẽ nos Cel
ſus quæ de terra alia quadã potiore: & ab hac
lõge diuerſa: aſſerimꝰ: ab his excepiſſe: quos ip
ſe & diuinos quoſdã: & priſcos duxerit viros:
et a Platone præcipue q in Phædone de pura
hac terra: vt cœlo puriori ſuccũbat: ſit tãdem
philoſophatus: cũ nihil interea videat: quẽad-
modũ Moyſes: qui vel græcarũ tẽpora litera-
rũ longe plurimũ ætate p̃ceſſit: deũ induxerit
terrã quandã & ſanctiorẽ: & optimã: lateq̃ pa
tẽtem: lacteq̃ itẽ ac melle fluentẽ & vberẽ: his
polliceri: qui pro eius lege duxerint vitã: non
vt quidã exiſtimant optimã dixit inferiorẽ Iu
dæam: quę ĩ terris hiſce ſit ſita: & inter cætera
Adam opera a pĩcipio p̃uaricantis: diuino ſit
maledicto affecta. Illud nãq̃: maledicta terra ĩ
opere tuo: ĩ laboribus comedes ex ea omnibus
diebus vitę tuę: de quauis terra cõſtat eſſe pro
nũtiatũ: vel ĩ laboribus dixeris humanũ genꝰ
eſurũ: quia ſimul cũ Adam & moriť: & cũctis
vitę ſuę diebus ſic veſcitur: & terra oĩs vt de-
teſtabilis reddita illi: & ſentes: & tribulos ger-
minãdo ſit allatura: q quoad vixerit ĩ Adã: fue
rit e paradiſo eiectus: ita vt ĩ ſui vultus ſudo-
re quiuis hominũ pane ſuo tãdiu veſcať: quo-
ad demũ reuertať in terram: de qua ſit ipſe de
ſumptus. Sed longiorẽ p̃fecto orationẽ exige- C
rẽt: quę dici hoc loco poſſent: ad ea q̃ diximus
clarius explicãda: paucis tamẽ erimus imprę-
ſentiarũ contẽti: cũ in animo ſit: ea ſollicitudi
ne liberare: qui putẽt de terra Iudęa hæc dici:
quę de optima terra feruntur: quã deus iuſtis
polliceatur. Si igiť terra omnis ĩ Adam ſit ma
ledictione affecta: liquet ſane huiꝰ & terrę par
tes maledictionis eſſe huiuſce participes: quas

inter & Iudæa connumeratur. Fit itaq; vt nequeat terrę huic conuenire qđ legitur: in terrā bonā: & late patētem lacte: melleq; fluentē: tametſi ſymbolice vmbra quædā cum Iudæa: tum Hieruſalem eſſe arguitur: terrę purioris illius: & puro ſubiectæ cœlo: & optimę: & late patentis: in qua & Hieruſalem ineſt illa cœleſtis: de qua apoſtolus diſſerēs: perinde ac cum Chriſto ſimul hæc reſurrexerit: & ſuperna illa cōquirēs: montē ſit nacta a Iudaica fabula minime dependentē: ſic inquit. Sed acceſſiſtis ad Sion montē: & ciuitatē dei viuētis Hieruſalē cœleſtem: & multorū miliū angelorū frequentiā. Vt aūt ſibi perſuadeat quiſq;: nihil nos prę ter ſpiritus voluntatē de terra hac apud Moyſen & bona & multa diſſeruiſſe: intendat prophetis animū: edocētibus omnes in Hieruſalē aliquādo tandē redituros: qui ex ea vel aberrarint: vel forte exciderint: & vti eū in locū ſint reſtituti: qui dei ciuitas apud tradētem huiuſmodi nuncupetur. In pace ſancta locus eius. & illud pterea diſſerētem. Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius: Fundatur exultatione vniuerſę terrę

D Sed ſat in pręſentia fuerit: qđ ī alio pſalmo de terra iuſtorū ſic tradit̄ produxiſſe. Suſtinētes autē dñm ipſi hęreditabūt terrā. Et paulopoſt Humiles autē hęreditabūt terrā. Et alibi. Iuſti hæreditabūt terrā: & habitabūt in ſæculū ſæculi ſuper eā. Aduerte autē ex eo q̄ purior terra puriore inſideat cœlo: his plane denuntiari qui ea quæ in eodē pſalmo dicuntur percipere quiuerint. Suſtine dominū & cuſtodi vias ei⁹: et exaltabit te: vt hæreditate capias terrā. Nobis vero videtur: quæ de lapidibus hiſce: q pretioſi apud mortales habētur: Plato diſſeruit: ab his hūc accepiſſe: qui ī Eſaia cū de ciuitate dei ſit mētio: ſic deſcribūtur. Ponā propugnacula tua iaſpidem: & lapides tuos lapides cryſtalli: & circuitū tuum lapides electos. Et rurſum. Ponā fundamenta tua ſaphirum. Apud Platonē vero qui fabulam allegorice interpretātur: & elegantius vidētur philoſophi dicta excipere: huiuſmodi narrant. Prophetias vero a quib⁹ Platonē accepiſſe illa nos arbitramur: qui haud ſecus: ac prophetę: & diuinitus vixerint: & omne tēpus ſacris literis ſcrutādis addixerint: illis aperuerunt q & vitę integritate: et ſtudio perdiſcendi q̄ dei ſunt: aptiores ſunt viſi. Nobis vero ꝓpoſitū erat oſtēdere quæ de ſanctiore hac terra iam conſtant: haudquaq̄ a Platone nos deſumpſiſſe: ſed Platonē ipſum: & tūc tēporis hoīes: vt plane poſteriores: nō ſolū a Moyſe antiq̄ſſimo illo: ſed a ꝓphetis aliis plęriſq;: & ſubſequētibus accepiſſe: qui huiuſmodi prętuliſſent: ſiue his demonſtrantibus/hæc audiſſent: ſiue ſacras literas perlegēdo didicerint: ita vt de terra hac potiore dū ſcriberent: rem ſeriam deprauarint. Aggeus eñ ꝓpheta E ille apertius patefacit: aliud qdem aridam eſſe aliud terrā pręferre: aridā nūcupās: in qua ipſi cōſiſtimus. Sic eñ inquit. Adhuc ſemel & ego concutiā cœlū: & terrā: & aridā: & mare. Quē admodū igitur Phædonē Celſus: apud Platonē impoſitā fabulā introducit narrantē huiuſmodi: ſic eñ Plato: Quid autē ex his ille ptendat: haud cuiq; facile eſt cognitu: niſi ei forte q & intelligere queat quidnā ſit illud qđ ait: Prę imbecillitate & tarditate nil poſſe ad aeris poſtrema peruadere: & ſi natura ipſa ſufficiēs ſit cogitatione cōplecti: vbi ad contēplationē intenderit animū: intelliget & verū eſſe id cœlū et veram lucē. Ita & ipſi quę de ſanctiori terra et optima: quęue de ciuitate dei in terra illa iā cōſtituta tradūtur: quia haudquaq̄ eſſe præſentis operis arbitramur: in prophetarū expoſitionē diſtulimus: tametſi in partē (vt licuit) de ciuitate hac dei in pſalmorū expoſitione iā diſſeruimus: & ſane priſci illi Moyſes & ꝓphetæ: in ſuis īſtructionibus nomina quędā ſimillima eſſe affirmāt: ſuperiora illa cū inferiorib⁹ hiſce ſortita: cū verā lucem dicūt & cœlum: & id aliud eſſe q̄ firmamentū: & iuſtitię ſolē aliū q̄ ſit ſol iſte ſenſibilis: & ad ſenſibilium deniq; differētiā: quorū nihil ſit verius: deus īquiunt vera ſunt opera tua: cum in aliis qdem dei opera ſtatuant: in aliis & inferioribus q̄ opera manuum ſuarū dicātur. Vnde per Eſaiam quoſdam deus ipſe coarguēs inquit: Opera dñi nō reſpiciūt: & opera manuū ſuarū nō intelligūt. Sed de his hactenus. De reſurrectione autem F cū admodū multa eſſent dicenda: & interpretatu longe plurimū difficilia: ita vt nō minus q̄ aliud quoduis dogma pręcellens ſapientem hæc quēpiā exigat: vt dei & pręferat dignitatem: & dogmatis magnitudinem edocentis: quēadmodum ſeminis habēda ſit ratio: quod vtiq; diuinis in literis animæ tabernaculum vocitatur: in quo qui iuſti ſunt grauati ingemiſcunt: q̄ nolunt expoliari: ſed ſuperueſtiri. qđ ſane cū neſciat Celſus a rudioribus qbuſdam & nulla ratione id affirmantibus ſe acce piſſe: id dictū irridet. Sed optimū fuerit: vl' ad ea quæ ſuperius hac ipſa de re diſſeruimus: & id ſolū ſignificaſſe: quēadmodū non ex animæ vario quodam e corporibus ad alia corpora demigratu (vt Celſus exiſtimat) perinde non recte acceptū reſurrectionis myſteriū nos confirmemus: cū aliter lōge ſe habeat res: quippe qui ſuapte natura incorpoream: & inuiſibilem

animam norimus:vbicũq; & corporali in loco
conſtiterit:corpore indigere: qđ eius loci na=
turæ cõueniat: nec ſecus id corpus cum geſſe
rit:vt exuat neceſſarium fore, ſuperuacuum
tamen vt ad ſecunda corpora tranſeat. Cũ au
tem aliud ei ſuperinduerit corpori quod pri⁹
habuerat:& meliore indiget indumento vt in
purioribus illis æthereiſq; & cæleſtibus locis
permaneat:vbi vero ad humanã hanc animã
hęc ipa geniturã aduenerit: quoaduſq; geſtã=
tis fœminæ in ſecũdina permanſerit: depoſito
carneo illo & vili velamento mox eo induitur
quod ſuper terrã victurę neceſſariũ fuerit. De
inceps cũ conſtet domus tabernaculum terre
ſtre aliquod eſſe:quę tabernaculo ipſi ſit neceſ
ſaria:idcirco deſtrui ſacrę literę aſſerũt terre=
ſtrem hanc tabernaculi domũ: tabernaculum
vero domũ non manufactã ęternã in cælis in=
duere:& corruptibile incorruptionem quę ab
incorrupto differat plurimũ:& immortalita=
tem mortale qđ a mortali ſit alienum. Quẽad
modum enim ad ſapientẽ ſe ſapiẽtia habet: et
ad iuſtum iuſtitia: & pax ad pacificũ: ſic item
ſe habet ad incorruptionem corruptio: & ad
mortale:qđ ſit immortale. Aduerte autẽ quã
rerum ad magnitudinẽ diuina nos hęc doctri
na hortetur. Incorruptionẽ ſiquidẽ inqt & im
mortalitatẽ induite. Hęc nãq; veluti amiculũ
aliquod & indumẽtum: ei nil quippiã ſinunt
qui his induatur vel corrũpi vel deperire:quo
ſe circũduxerit. Et hęc quidẽ eius gratia dixiſ
ſe nunc auſim:qui minus intelligat quæ de re
ſurrectione dicantur:& ea irrideat: quę plane
ſe fugiant. Cum vero nos iſte exiſtimet ex dei
adepta cognitione:quę reſurrectiõis ſunt præ
dicare:pro arbitrio cõgerit quę ſibi animo in=
ſidẽt:& iſtiuſmodi inqt. Vbi vero hi vndiq; et
coercenť & conuincũtur: haud ſecus ac nil au
diſſent:iterato ad illud vt quærant:iam rede=
unt. Quo igitur pacto vel cogniturí ſumus:
vel viſuri nos deum:vel ad hunc conceſſuri?
Volẽs autem quiſq; intelligat: quemadmodũ
et ſi in rebus aliis: qa & corporeo in loco nos ſi
mus:corpore indigemus:& cuiuſmodi corpo
rei loci natura exegerit: & corpore hoc cũ ipſi
indigeamus:ſuperinduim⁹ quæ diximus cor=
poris tabernaculi eſſe. Ad dei vero aſſequẽdã
cognitionem nihil nobis opus eſt corpore: nõ
enim corporis oculus deum hũc nouerit: ſed
mens quædã:quæ vtiq; cõtẽpletur:qđ plane
ſit ad conditoris imaginẽ factũ: quæve deum
noſcendi vim habeat ex prouidentia dei exce=
ptam. Et ſane cor eſt purius aliquod qđ deum
intueatur:& e quo cogitationes prauæ nullæ
in poſterũ prodeant:vt homicidia: adulteria
impudicitiæ:furta:falſa teſtimonia: vel viſus
impurior: & abſurdiora nõnulla huiuſmodi.
vnde & illud edicitur. Beati mũdo corde quo
niã ipſi deũ videbũt. Sed cũ noſtra haudquaq̃
ſat facere queat voluntas:vt corporis purita=
tem hanc prorſus adipiſcamur: deo eſt opus
qui nobis illud huiuſmodi paret. quo fit vt ꝑ
eũ qui ſcite precetur / illud dicatur. Cor mun
dum crea in me deus. Sed neq; vt loco aliquo
circũſcripto manentẽ deũ / rogaturi aliqđ ſu=
mus dicturiue: quo pacto queat per nos ipſe
adiri: eſt eñ deus quouis loco præſtantior: et
vniuerſa in ſe circũplectitur: & nihil eſt vſpiã
quod deũ cõtineat. Ad deum itaq; vt cõceda C
mus: nõ corporaliter nobis qđ inqt iniũgitur
Poſt dominũ deum tuũ ambulabis:nec corpo
re ꝓpheta ipſe deo inhęrens inter precandum
ſic infert: Adhęſit anima mea poſt te. Menda=
cii igitur Celſus conuincit:per nos aſſerens id
affirmari: futurũ omnino vt corporeis oculis
deũ intueamur: illiuſq; perinde & vocem au=
diamus:& manibus his ſenſibilib⁹ vt hunc at=
trectem⁹. Nec ſane nos præterit hiſdem nomi
nibus: quibus & corporis oculi exprimunť: ſa
cris in literis & animę oculos dici:nec ſecus et
aures ipſas & manus:& qđ his eſt vtiq; mira=
bilius:ſenſum etiam quẽdam diuinũ: & ab eo
diuerſum: q vulgo ſoleat vſurpari. Vbi enim
ſubdit propheta. Reuela oculos meos & con=
ſiderabo mirabilia de lege tua. Pręceptũ domi
ni lucidũ illuminans oculos. & illud: Illumina
oculos meos:ne vnq̃ obdormiã in morte: ne=
mo erit profecto tam ſtolidus:vt corporis ocu
lis putet diuinę legis miranda illa percipi poſ=
ſe:vel dei præceptũ / corporeos oculos illumi=
naturũ:vel mortis ſomnũ inducere:qui corpo
reis oculis illabatur. Verũ cũ ſaluator noſter D
protulerit:qui habet aures audiẽdi audiat:vľ
quiuis iſta intelligat:de diuinis quibuſdã au=
ribus dici. Cũ enim & dei verbũ in manu Hie
remię ꝓphetę vel alterius factum dicatur:vel
lex in Moyſi manu:vel manibus meis quæſiui
deum:& non ſum deceptus:nullus adeo deſi=
pit q nõ man⁹ haſce tropice dictas intelligat:
de quibus & Ioãnes ſic diſſerit: manus noſtræ
attrectauerũt de verbo vitæ. Qđ ſi de potiore
aliquo ſenſu & minus corporeo libuerit quic=
q̃ perdiſcere: Salomonẽ audi in prouerbiis ſic
diſſerentẽ. Scientiã dei inuenies. Nõ itaq; no= E
bis qui deum cõquirimus:eo fuerit quo Cel=
ſus remiſerit concedendũ:nec adeunda erunt
Triphonii & Amphiarei & Moyſi loca:vbi ad
humanã ſpeciem videri hic deos affirmat:nec
commentitios quoſdã & apparẽtes: ſed veros
et plane cõſpicuos. Nos vero nil fugit hos dę=

mones eſſe: nidoribus & ſanguine fotos: & ex ſacrificiis fumo: ita vt velut carcerib⁹ quibuſdam his locis coerceantur: quæ pro eorum ſunt cupiditatibus nacti: & diis ſacrata græcorum opinione creduntur. Nos vero nil ambigẽdo tenemus deorũ hæc eſſe fallacium domicilia. Deĩde pverſe Celſus de his quos dixerat diis ſpeciem præ ſe, vt ipſe iam autumat, humanã ferẽtibus diſſerit: aitq; hos ipſos ſpectare quẽpiam poſſe nõ ſemel illapſos: & volẽtes quoſq; affari/& ſui pręſentiã facere: nec ſecus atq; eũ feciſſe Chriſtiani affirmãt: q ſe plane fefellerit. Et ſane apparet ex his: veluti vmbratilẽ quãdam hũc & apparentẽ imaginem Ieſum dixiſſe: quia vbi a mortuis reſurrexit ſit diſcipulis viſus: & tanq̃ prætereundo dilapſus vt ab his
F videretur. Quos vero ſub humana ſpecie deos hic dixit: eos eſſe exiſtimat: quibuſcũ volentibus ſingulis fiat colloquẽdi poteſtas. Verum qui fieri poterat: vt apparẽs aliqua (vt ipſe affirmat) imago ſic p̃teruecta & repẽte dilapſa vt falleret ſpectatores: vel vbi conſpecta ſit: tãta illa & tam mi[r]a peregerit: & tantorũ hoĩm ad meliora animos immutarit: & perſuaſerit demum: vt tanq̃ iudiciũ ſubituri: omnia factitarẽt: quę deo eſſent acceptiora? quo inquã pacto qui imagine tenus nomẽ ſit iuxta Celſum ſortitus: vel dæmones ipſos abegerit: vel alia plęraq; nil contẽnenda & fecerit ſedulo & operetur? non locũ vnũ aliquẽ nactus: quẽadmodũ ſui ſub humana ſpecie dii: ſed vniuerſum orbẽ peruadẽs: colligat & conſciſcat ad ſui diuinitatẽ quoſcũq; inuenerit ad viam rectiorẽ
G procliuiores? Exinde ad ea quæ p nos ſunt: vt licuit: explicata: rurſum Celſus hæc infert. Et hi quidẽ adhuc ſunt illud dicturi: deũ ſe noſſe quẽ ſenſu non capiãt. Quid eñ poteſt ſine ſenſu perdiſci? moxq; ad hęc ipſa reſpondẽs ſic inquit. Non enim vel hoĩs vel animæ ſed carnis vox eſt. Sed audiãt iſti ſiqd audire forſitã quierint: vt timidum & corpori debitũ hoĩm genus: ſi eñ ſenſu vos fateamini cõniuere & mẽte reſpicere: carniſq; oculos auertẽdo: qui animæ ſunt extuleritis: his ſolum deũ contẽplaturi vos eſtis: vel ſi animę hui⁹ ducẽ perquiritis: nebulones erunt & magi: & idolorũ inductores vitãdi: ne oĩno ſitis vos irridẽdi: q alios quidẽ quos deos eſſe oſtẽdimus: maledictis vt idola inſectamini: & eũ qui idolis ipſis eſt longe miſerior: ſed ne idolum quidẽ: & alias mortuum colitis: & patrem quęritis: huius perſimilem. In primis quidẽ ad ea quę hic falſo confinxit: quippe qui nobis haud ſecus dicenda quædã imponit ac ea dixerimus: de carnis reſurrectione ducimus reſpõdendum. Ei namq; qui perſonam loquentẽ inducit: in laudem cedit: ſi confictæ perſonę cum mentem obſeruat tũ mores. Vitio autẽ datur: ſi verba/loquẽtis dignitati nil congruẽtia promat. Quinetiam æque erunt coarguẽdi: qui vbi perſonas indu- H
cũt loquẽtes: barbaris & ineruditis quibuſdã et plane ſeruilibus: & qui philoſophorum non modo dicta nuſq̃ perceperint: ſed hos potius improbẽt: naturę rationes explicandas imponunt: quas etſi ipi vt fictores didicerint: haud tamen par fuerit vt ficta perſona & rudior aliqua eas pernoſcat: & contra ſi ſapientes introducantur qui & diuina percalleant: his ea iniungant dicẽda: quę ex imperitiori animi quodam affectu: a rudioribus depromant: & inſcite pronuntiẽtur. Vnde Homerus: etſi cætera admiratione dignus videtur: tunc tamen pręcipue: cum heroum dignitatẽ ſeruarit: quos a principio introduxiſſet loquẽtes: vt Neſtorẽ: Vlyſſem: Diomedẽ: Agamẽnonem: Telemachum: Penelopenq;: & huiuſmodi græcorum cæteros principes. Euripides vero ab Ariſtophane carpitur & irridetur: quia intẽpeſtiue quędã protulerit: & qa frequẽtius ex philoſophorũ decretis: vt Anaxagoræ & ſapientium aliorũ: dicta quędam vel barbaris mulierculis vel ſeruis narrãda impoſuiſſet. Si tãtum itaq; virtutis vel vitii in perſonarum introductiõe loquentiũ inerit: quo pacto nõ quiſpiam Celſum irriſerit: qui Chriſtianis dicẽda ingeſſerit quę nuſq̃ per Chriſtianos ſint prodita? q ſi rudiorũ quorũdam hic verba cõfinxerint: vnde nam illis acceſſerit: vt rerũ ſenſa queant ſic internoſcere: vt ſenſibilia ab intellectualibus ſecernendo diiudicent: & poſſint & haud ſecus ſtatuere: ac ſtoici faciũt qui intellectuales ſubſtantias tollunt: & plane decernere quẽadmodum ſenſu haud dubie cõprehẽdant quęcũq; intelligũtur: & animi conceptus oẽs ex ſenſu hoc ipſo dependeãt? Nec ſecus erit hic irridẽdus: ſi philoſophoꝝ quorundã fuerit dicta cõmentus: quę ad Chriſtũ attineãt enixe admodum conquirentium: nec his quidem conſentanea adinuenerit. Siquidẽ eorum nemo qui deum inuiſibilem eſſe didicerit: & eius opera eſſe nonnulla inuiſibilia: hoc eſt quæ mente tantum concipiantur: de his quæ reſurrectionis ſunt: reſponſurus: dixerit deum cognituros quandoq;: qui ſenſibus non eum perceperint: vel fieri poſſe vt ſine ſenſu perdiſci aliqd queat: nec ſolum hiſce in rebus quæ & recondita ſunt: & paucis lectitata: & his quidẽ ſtudioſis & doctoribus: illud contingere affirmarit: ſed in vulgatioribus quibuſdam: vt ſacris eſt proditum literis: inuiſibilia dei a creatio-

ne mũdi creaturis intellecta videri. Ex quib⁹ intelligi poteſt quemadmodũ vel in hac vita neceſſe ſit hoĩes vt a ſenſibus ordiantˀ quæ ſenſibilia ſunt: cum ad intellectualia ſunt progreſſuri. Haud tamẽ erit ſenſibilibus his inſiſtẽdum. Nec ſine ſenſu quidẽ dicturi ſunt homines: impoſſibile fore vt perdiſcantˀ quę mente & animo cõprehẽduntˀ. Qui vero illđ vſurpent: qui fieri poteſt: vt ſine ſenſu queat quis diſcere? profecto coarguẽt nõ iure illud p Celſum hunc in modũ inferri: nec hoĩs quidẽ nec animæ ſed carnis vox fuerit. Cũ igitur deum inuiſibilẽ illum & incorporeũ: & mentem eſſe: vel mentẽ omnẽ & ſubſtantiã ſimul excedere affirmamus: haudquaq̃ id alterius gratia dicimus: niſi eius qui ad hui⁹ ſit mentis imaginẽ factus: & incorporeũ deum nõ alteri cuiq̃ aſſeuerabimus cõprehẽſibilem eſſe & innoteſcere: niſi ei qui huius prę ſe cũ mentẽ: tum imaginẽ ferat. Nunc eñ vt Pauli verbis vtar: per ſpeculum & ænigma deũ videmus: tunc vero facie ad faciem hunc ſumus viſuri. Enimuero vbi faciem dixerim: nil velim ex hac dictione vt mentẽ quiſpiã illam quæ ex ea ſignificatur incuſet: ſed diſcat in his qui facie reuelata dei gloriã ſpeculãtur: & a claritate in claritatem in eandẽ transformantur imaginẽ: haudquaq̃ intelligi faciem ineſſe ſenſibilẽ: ſed tropologice ſumi: queadmodũ & oculos & aures & huiuſmodi alia quæ appellatione eadẽ tradũtur qua & corporis membra: vt ſupra oſtẽdimus. Et homo quidẽ: hoc eſt anima quę corpore vtitur: & homo interior nuncupatˀ: vel anima ipſa reſpõdet: nõ tamen ea quę Celſus deſcripſit ſed quę dei vir ille docet apoſtolus. Carnis autẽ voce nec Chriſtianus quidẽ vtetur: qui didicerit ſpiritu opera carnis mortificare: & Ieſu mortẽ cõtinẽter corpore circũferre: eius dicti nihil ignarus: Mortificate membra veſtra ſup terrã: quidve ex eo ſignificetˀ non neſcius non permanebit ſpirit⁹ meus in hoĩbus his in æternũ quia caro ſunt: nec illud ſe fugiat: qui caro ſunt placere deo nõ poſſe: & idcirco omnia factitat ne de cætero in carne hac maneat. Sed videamus quibuſnam Celſus nos prouocet argumẽtis: & cohortetur ab ſe tandem vti audiamus: quemadmodũ dei in his aſſequi cognitionem poſſimus: quę Chriſtianorũ neminem putat poſſe vt ab ſe tradita audire: ſed alioquin audiat inquit ſiquid audire forſitan poterũt. At quęnam lubet ex ſe vt ipſi audiamus intelligẽdum. Philoſophus enim vir iſte cum nos inſtruere velit conuitiatur: cũ enim in ipſo dicẽdi exordio erga auditores beniuolũ ſe vt pręferret oportuiſſet: longe aliter egit his namq; qui aduſq; mortẽ perniciem ſubeũt ne vel voce tenus Chriſtianã abiurent religionem: & hui⁹ gratia paratiores ſint ſemper qduis ſupplicii perpeti: & mortis quouis genere affici: formidoloſum eſſe hominũ genus obiecit. Ait pręterea & genus eſſe nos hominum: qui corpori ſtudeamus: vbi id aſtruxerimus: etſi Chriſtũ olim ſecũdũ carnem cognouim⁹ nunc tamen nequaq̃ hunc recognoſcimus. qđ vtiq; criminãdi gratia intulit: quippe qui pro pietate & cultu tam prompte corpus exponimus: vt nõ tam facile ſibi philoſophus detraxerit pallium. Nos itaq; ſic Celſus affatur. Si enim ſenſibus conniuẽtes: mẽte vos eſtis contemplaturi: & corporis oculos auertendo: animi attollitis oculos: ſic dũtaxat deum viſuri eſtis. & putat hæc ſane quæ ſub duplici oculorum ſpecie dixit: vt a græcis ipſe deſumpſerit ita & apud nos neminẽ vnq̃ fuiſſe philoſophatum. Ad hęc vero ſic duxerim reſpondẽdum. Moyſem ipſum cum mundi creationẽ deſcriberet hominẽ introduxiſſe: qui anteq̃ dei iuſſa tranſgrederetˀ: alibi quidẽ videret: alibi minus: & vidiſſe tunc ſane cum de muliere id diceretur: & vidit mulier ꝙ bonũ eſſet lignũ ad veſcẽdum & pulchrũ oculis: tunc vero haudquaq̃ vidiſſe: perinde atq; oculis captum: cum per ſerpẽtẽ fœminæ diceretur: ſcit eñ deus ꝙ in quocũq; die cõmederitis ex eo aperientˀ oculi veſtri: nec ſecus & illud cũ traditˀ: & comederunt & aperti ſunt oculi amborũ: eorum igitur ſenſus oculi patuerũt: quibus optime conniuerẽt: ne curis diſtracti impedirẽtur quominus quirẽt animę oculis contẽplari. Quos vero eſſent interea nacti animi oculos cũ perſpicaciores: tum in deo & eius in paradiſo iucunditate affectos: crediderim equidem ob peccata hos conniuiſſe. vnde & noſter ipſe ſaluator duplicem oculorum hanc ſpeciem ineſſe nobis nihil ignarus: ſic inquit. Propterea ego in hunc mundum veni vt non vidẽtes videant: et vidẽtes cęci fiant. arguens plane qui nõ viderent animæ oculos eſſe: quibus verbum lucem præſtiterit: oculos vero ſenſibiles & ſi ſatis viderent: idcirco verbum iam excęcauerit vt abſq; vlla interpellatione & cura: anima ipſa quæ vidẽda ſunt videat. Cuiuſuis itaq; qui Chriſtianę ſit religionis ſectator: animæ attollitur oculus: & ſenſus ſubmittitur: & pro hac potioris oculi ſubleuatione & ſenſus: luminũ ſubmiſſione: vel innoteſcit cuiq; deus: vel plane cõſpicitur: vnaq; & eius filius verbum: qđ vtiq; conſtat & dei ſapiẽtiam eſſe: & quæ eius ſunt cætera præ ſe ferre. Celſus vero vbi hæc ita ſunt conquiſita: vt in Chriſtianos omnes C

dicta quędam obiiciēdo intendit: quę ſi ad eos
haberet qui a Chriſti doctrina alienos ſe peni-
tus faterent̄: accōmodatiora eſſent forſitan vi-
ſa. Ophianos nāq; (vt ſupra meminim⁹) fuiſ-
ſe hos conſtat: qui Ieſum vtcunq; negauerint
dei filiū extitiſſe: vel alios quoſq; q̄ cū his eadē
ſenſerīt: idola inducēdo: fallaces quoſdā & ve-
neficos hoīes. Hi ſiquidē ſunt q̄ fores aſſeruā-
tium noīa & ineptias illas pdiſcunt: quas ante
D cōmemorauimus. Fruſtra igitur Chriſtianis
id obiicit Celſus: cum inq̄t. At ſaltem vitę hu
ius ducē pquirite: Ophianos illos prætēdens.
ſunt eñ hi vobis vt deceptores & venefici &
idolorum introductores vitādi. Et cū nihil in
telligat Ophianos hoſce non min⁹ ac ipſemet
Celſus: vt eiuſdē ſecū veneficii reos: & Ieſum
carpere: & cōuitiis inſuper huius religionē in-
ſectari & cultum: Ophianis hiſce nos intermi
ſcet: id īquiēs. Et ne oīno ridiculi ſitis: alios q̄-
dem qui dii eſſe probātur velut idola quædā
maledictis & probris vos inſectamini: veſtrū
vero deum vel idolis ipſis longe miſeriorem:
nec idolum quidē ſed plane demortuum coli-
E tis: & patrem quęritis huius perſimilē. Qꝛ au
tem neſciat Celſus quid aſſerāt Chriſtiani: q̄d
ve qui tales commenti ſint fabulas: ſed putet
ea nobis ineſſe quę Ophianis illis crimini dan
tur: & ea inſuper quę minus ſentimus obiece-
rit: ex eo liquet: q̄ in q̄bus Ophiani illi fallunt̄:
cum mirabiles proferūt conſultores: & verba
illa dæmonica: quibus leonem compellant: &
qui in terris vitā degat: & aquis: ſiue qui aſini
ſpeciem præferat: cæteroſq; huiuſmodi alios
alloquātur: ianitores quoſdam & ſacros: quo-
rum nomina miſerabiliter & calamitoſe per-
diſcant: & nos delirare inquiat Celſus: & di-
gnos q̄ palo deniq; inſuamur: nec ſane intelli-
git eorum neminē fore quos illi vel aſini habe
re ſpeciem credunt: vel vitam degere vtrobiq;
et deliramenta huiuſmodi cætera qui aduſq;
mortem inſtiterit: vt veritatē ſibi vel ſaltē vi-
ſam tuetur. Q̄d vtiq; pro præcipua quadam
et excellenti erga deum pietate per nos facti-
tatur: ita vt cuiuis mortis generi corpus hoc
offeramus. Quocirca palo potius hi infigan-
tur: qui nihil huiuſmodi patiuntur q̄ ipſi: qui
diuinum ob cultum vel hoc ipſo plęrunq; in-
ſuimur: etſi alioquin Ophianorū fabuloſum il
lud de leonis figura: deq; vtrobiq; viuentibus
et aliis ſimilibus deliramētis: nobis his expro-
bret. Nō igitur Celſi ob gratiam quę de leoni
na hac ſpecie & huiuſcemodi cæteris tradita
ſunt: declinamus: nō enim vel a principio hu-
iuſmodi aliquid complexi nos ſumus: ſed Ieſu
doctrinā ſectati: ea ipſi vt vera aſtruimus quę
ab Ophianorū ſunt dictis admodū aliena: ni-
hil aſſentiendo vel ea eſſe facie Michaelem: vel
alium eorum quos diximus quempiam. Intel- F
ligēdum autem quoſnam velit nos Celſus vt
duces ſectari: qui ducibus nil careamus: et vi-
ris quidem cum priſcis: tū plane diuinis. Re-
mittit namq; nos ille ad diuinos quoſdam (vt
ipſe affirmat) poetas: & ſapientiores philoſo-
phos: cum haud dum tamen his coaptauerit
et impoſuerit nomina. Et vbi duces ſe oſtenſu
rum promiſerit: nihil definiendo decernit di-
uinos poetas & ſapiētes hos eſſe philoſophos.
Qꝛ ſi ſuo quęq; nomine explicaſſet: vel cōten-
dendum forſitan aduerſus hunc non iniuria
videretur: quia cæcos quoſdam circa verita-
tem is nobis duces attulerit: vt demum falla-
mur: et ſi forte nō penitus excęcatos: circa nō-
nulla tamen decreta veritatis deceptos. Or-
pheum deinde: ſiue Parmenidem: ſiue Empe-
doclem: ſiue Homerum ipſum: ſiue Heſiodū:
diuinos eſſe vult vates. Sed oſtēdat cui id for-
te libuerit: quo pacto melius longe incedant:
qui ducibus iſtis vtantur: & maiora aut capi-
ant vitæ hi commoda: q̄ qui ob Ieſu doctrinā:
et ſtatuas iſtas & ſimulacra reliquerint: & Iu-
dæorum ſuperſtitione quauis poſthabita: per
dei verbum: patrem verbi deum contemplan
do obſeruant. Verum quinam fuerint: vel ſa-
pientes hi: vel philoſophi: a quibus audire ve-
lit nos Celſus & multa quidem atq; diuina:
dei ſeruo poſthabito Moyſe: & eius prophe-
tis qui vniuerſa hæc fabricauit: haud dubie
diuinitus tam multa vaticinantibus: & deum
inſuper ipſum fatentibus humano generi illu
xiſſe: iterq; diuini cultus monſtraſſe: & quan-
tum in eo fuerit: neminē pręteriiſſe qui ſuorū
myſteriorū non aliquid deguſtarit: ita vt pro
excellenti eius benignitate: & erga humanum
genus charitate mirifica: quæ diuinarum re-
rum ſcientiam queat ſapientioribus elargiri:
a terrenis hiſce animos ſubleuantē: vel imperi
torum quorūdam: ſimpliciumq; fœmellarum
ſeruorumq;: & eorum quib⁹ nemo hominum
pręter Ieſum opituletur: condeſcēdere ad na-
turam & defectiores habitus poſſit: vt quoad
liceat rectius viuant: & hiſce cum inſtitutis:
vt quę de deo admittere animo potuerūt: ſuſ-
cipiant! Porro Celſus ad Platonem philoſo- G
phum: vt ad rerum diuinarum ſolertiorē ma
giſtrum nos reiicit: explicās quę in ſuo ille Ti
meo hunc in modum protulerat. Factorē igi-
tur vniuerſi huius parētemq; & inuenire ar-
duum eſt: & qui eum inuenerit: ad oēs vt hūc
præferat impoſſibile. & paulopoſt. Videte vt
conquiratis cum rebus diuinitati ſat cōgru-

entibus: tum veritatis & via: & vt Plato ſenſit vt omnibus ea pateret inceſſus: fieri nō poterat quandoquidem ſubdit: vbi vero compertum eſt ſapientibus viris vt de eo qui nomine vocitari nil queat & ſummus ſit: aliquid cōmentemur: quod eum vel ex compoſitione ad res alias quadam vel reſolutione a cęteris: vel proportione demonſtret: cum alias velit quemadmodum is inexplicabilis ſit edocere. mirarer equidem inquiens ſi ſequi poteritis: qui omnino ſitis carne obducti: & nihil quod purius ſit conſpicemini: ingenioſe quidem et mirabiliter hæc protulit Plato: ſed vide ſi non longe humanius ſcriptiones ſacræ deum induxerint: cum a principio hunc apud deum fuiſſe affirment. Et deus verbum vt caro ſit factus: vt deuenire ad omnes verbum id poſſet: quod qui inuenerit: ad omnes vt deferat impoſſibile eſſe Plato diſſeruit. Dicat itaq; Plato conditorem illum & vniuerſi parentem: inuentu difficilem eſſe & plane negotioſum: impoſſibile arguens fore humanæ naturæ: vt deum pro eius dignitate inueniat: etſi minus forte pro dignitate: at ſaltem & magnam in partem & præter cæteros omnes inuenerit: Quod vtiq; ſi verum fuiſſet: & in vero deus a Platone vel a græcorum alio quouis eſſet inuentus: haudquaq̄ hunc præter alium colerent: vel deum vocarent vel adoraſſent: neq; eo poſthabito: qui vniuerſa condiderit: & condita moderetur & regat: alia quędam hi ſuſcepiſſent: quæ minus eſſent in tanto deo cuiq̄ admittenda. Nos vero ita ſtatuimus humanam naturam haudquaq̄ ſat poſſe: vtcunq; deum conquirere: & pure hunc inuenire: ſi nihil ei opituletur qui quæritur: & inueniri quidem ab his: qui vbi fecerint quod ſui erat officii: fatebuntur eo ſe indigere: qui his ſpectandum ſe præbet: a quibus merito indicarit ſpectari ſe poſſe: & vti ſuapte natura eſt. Deus quidem homini vt innoteſcat decernimus: hominis autem anima adhuc in corpore conſtituta dei vt habeat notionem. Cæterum etſi Plato affirmet qui deum inuenerit nil poſſe rerum omnium conditorem parentemq; omnibus explicare: ineffabilem tamen & ſine nomine eſſe non eum fatetur: ſed poſſe: cum nomine explicetur: & ſermonibus pronuntiari. Deinde Celſus tanq̄ eorum oblitus quæ ex Platonis dictis produxerat: ex his ipſis vel nomine carere deum confirmat. Platonis vero hæc ſunt. Vbi vero compertum eſt ſapientibus viris vt de eo qui nomine explicari non poteſt & ſummus eſt: aliquid commentemur et huiuſmodi cætera. Nos vero non ſolum deum ineffabilem eſſe aſtruimus: ſed poſt deum & alia plęraq;: quæ Paulus ſignificare conatus ſic inquit. Audiui arcana verba quæ non licet homini loqui: audiui vſus/pro percepi: quod vtiq; ſimile eſt euangelico dicto: qui habet aures audiendi audiat: factorem itaq; illum vniuerſi parentem: ſpectandum eſſe nos dicimus: videtur autem deus: & aliis dum viſitur innoteſcit: non modo iuxta propheticum illud: beati mundo corde quia ipſi deum videbūt: ſed iuxta illud præterea/quod eſt per inuiſibilis dei imaginem pronuntiatum: qui videt me videt & patrem qui me miſit: quod vtiq; nemo qui mentis ſit compos: quoq̄ pacto fatebitur: Ieſum hæc idcirco dixiſſe: quia ad corpus ſuum ſenſibile illud & humanis oculis patens retulerit. Licuiſſet enim hoc modo vel importunius obſtrepentibus Iudæis & identidem clamitantibus crucifige: & patrem ſpectare: & Pilatus item hunc ipſum vidiſſet: vt qui in Chriſti humanitatem acceperat poteſtatem: quod plane abſurdius eſt. Q; autem illud qui videt me/videt et patrem: non ad communem ſenſum referatur: ex eo liquet: quod Philippo ſic dicitur: tāto tempore vobiſcum ſum & non cognouiſti me Philippe: ſi dixiſſe id modo videtur roganti illi: oſtende nobis patrem & ſufficit nobis: qui vero perceperit quemadmodum illud ſit de vnigenito dei filio capiendum quod legitur: vt primogenito omnis creaturæ: quoad verbum factum eſt caro: profecto inuiſibilis dei imaginem viderit: vt patrem ſit inſuper cogniturus omnium conditorem. Celſus igitur ſiue ex compoſitione quadam ad alia: quæ geometrice illi compoſitioni ęqua proportione reſpondeat: ſiue vtcunq; vt dei cognitio habeatur: in promptu eſſe exiſtimauerit: ſi forte boni aliquid ſic facile poſſit accedere: at dei verbum id inquit: nemo cognouit patrem niſi filius: & cui filius reuelauerit gratia ſcilicet diuina quadam: & niſi diuinitus non animæ ipſi immiſſa: quin & diuino quodam inſtinctu de deo haberi poſſe cognitionem decernit. Par enim fuerit: vt dei illa cognitio longe ſuperior ſit: q̄ vt ab humana poſſit natura comprehendi. Et idcirco tam multi apud mortalium genus varia ſentientium extant de deo errores. Quinetiam bonitate dei & benignitate: & gratia miranda inſuper quadam & diuina: huius diuinitatis cognitionem: vel ad eos pertingere non iniquum videbitur: qui diuina prius fuerint præſcientia occupati: vt impoſterum ſint: pro eius qui cognitus eſt dignitate

victuri:nullo pacto quē ſemel exceperint erga
hunc : cultum & pietatem adulterātes:ita vt
ne vel ab his quidē in viam quæ ducit ad mor
tem impingantur quādoq;: vel forte irridean
tur:qui & pietatem hanc & cultū ignorent:et
quiduis potius hanc eſſe ementiantur: q̄ ꝙ in
vero ſit pietas:dixerint. Ipſe vero deum exiſti
mauerim:vbi eorum conſpexerat inſolentiam
qui cęteros aſpernando in dei cognitione hac
inſoleſcerēt:& ſua plurimi facerent: perinde a
philoſophis diuina perdidiciſſent:cū alioquin
nil ſecus ac rudiſſimi quiq; ad ſimulacra illa
deorum & templa: & celebriora quędā apud
eos myſteria ducerētur:ſtulta mundi hęc ele-
giſſe:hoc eſt Chriſtianorum quoſq; mire ſim-
plicitatis: qui lōge modeſtius q̄ philoſophi ip
ſi & puriusviuerent:vt ſapientes cōfunderet:
nil veritos inanimata quędā & cōmentitiorū
F deorum imagines:vt deos affari. Quis eſt nō
irrideat:qui vbi tanta & tam multa de diuini
tate diſſeruiſſet : ſimulacris aut intentior ſit:
aut ſupplicet:vel ex ſimulacrorū iſtorum aſpe
ctu:ad eum tranſcendendū eſſe imaginet̄:quē
mente & cogitatione conceperit?Chriſtianus
vero: etſi imperitior : quēuis mūdi locum dei
templi totius partem eſſe crediderit: q̄d vbiq;
terrarum ſit: & quouis in loco: vbi & ſenſibi-
les inter precādum cōniuēdo ſubmiſerit ocu-
los:& animę deinceps ſuſtulerit lumina: mun
dum omnē ſuperinſcendit : nec ſuper cæli axe
innititur: ſed ad ſupcęleſtia loca illa: mente et
cogitatione prouehitur:ſancto ſpiritu ductus
et veluti extra hunc mundi orbem elatus:ſub
mittit ad deum: nec pro exiguis quidē rebus:
et preces.quippe q ex deo didicerit nihil exile:
hoc eſt nil q̄d ſenſibile ſit flagitare:ſed grādio-
ra dūtaxat quędam & vere diuina:& quęcūq;
ſint per deum & eius filiū verbum:qui & deus
ſit: contributa: & ad eam ineundā beatitudi-
G nem quę apud ſe ſit:demū contulerint. Sed vi
deamus & ea quę Celſus ſe pollicet̄ nos inſtru
cturum:ſi ſequi forſitan illa licuerit:in quibus
nos plane affirmat carne prorſus & cōſtringi/
et colligari:qua ꝓculdubio ſoluimur: ſi pro le
ſu doctrina & vitam duxerimus:his Pauli di-
ctis:Non in carne eſtis ſed in ſpiritu: ſi ſpirit⁹
dei in vobis inhabitat. Ait præterea nihil nos
quod purius ſit intueri:qui enixi⁹ adnitamur
ne vel cogitatione tenus vitiorū inquinemur
ſuggeſtione: quive inter vota & preces id de-
poſcamus:Cor mundū crea in me deus: & ſpi
ritum rectū innoua in viſceribus meis: vt cor
de dūtaxat hoc puriore: & ſuapte natura deū
ſpectante:hunc cōtemplemur. Celſi vero hæc
ſunt. Subſtantia quidem & generatio & men-
te percipi poſſunt & viſu complecti:cum ſub-
ſtantia veritas:cum generatione vero error et
falſitas. Circa veritatem igitur ſcientia: circa
alterutrum opinatio. Et ſane intellectio:ei⁹ eſt
quod intelligibile fuerit:viſus vero q̄d viſibi-
le ſit.quod intellectuale eſt auris nouit:viſibi-
le oculus. Quod igitur fuerit in viſibilib⁹ ſol:
qui vtiq; nec viſus quidem nec oculus eſt: ſed
oculo videndi cauſam præbet: & viſui vt per
ſe conſtet:& viſibilibus vt videant̄:& ſenſibili
bus oībus vt generētur: nō tamen ipſe ſibi vt
videatur eſt cauſa:Idipſum erit in intellectua
libus oculus: qui neq; mens ſit:nec intellectio
neq; ſcientia : ſed menti quidem vt intelligat
cauſa:& intellectioni vt per ſe conſtet: & ſcien
tiæ vt per ſe noſcat:& item intellectualib⁹ cæ-
teris.& veritas quidē hæc fuerit:& ea ſubſtan
tia:vt ſupra cętera ſit ineffabili quadā virtu-
te intelligibilis. Hęc ſane hoībus prodita ſunt
qui mētis ſint compotes:ꝙ ſiquid ex his & ip-
ſi tenetis:recte vobiſcū agitur. Nec ſecus & ſi
ſpiritum quēpiam diuina afferre mādata aſ-
ſeritis:is profecto futurus ſpiritus eſt qui hu-
iuſmodi prædicet: quo priſci quondā pleni iā
et imbuti:& multa quidē & rectiora denūtia-
runt:quæ ſi audire vobis minus licuerit:con-
ticeſcite:& veſtras ineptias occultate: nec eos
qui vidēt cęcos dixeritis: nec claudos eſſe qui
currūt:quādoquidē ipſi debilitati prorſus ani
mo ſitis:& mutilati:& corpore in ipſo/hoc eſt
in demortuo vitam hanc ducere videamini.
Nos vero qui nihil eorū quę p hos rectius for H
ſitan proferātur:qui a Chriſti fide ſunt alieni:
ne contentioſe agere videamur : quoq̄ pacto
vel repudiāda vel inſectāda cenſuimus: dictu
ri ad Celſi obiecta hæc ſumus: quemadmodū
cauendū ei maxime ſit qui cōuitiari his velit
quibus id animo ſedeat:vt erga cunctoꝝ prę-
ſidem deum ſe pios pro viribus præſtent: qui
vt imperitorū in ſe ſuſcipit fidem:ita & ſapien
tium cum ratione cultum: ſeq; vt omniū con
ditorē precantiū:& ſummittentiū:vt per pon
tificem vota : qui mortalibus ipſis integerri-
mum colendi genus detulerit : ne eos animo
dicat debilitatos & mancos: & corpore hoc in
demortuo viuere: qui ex animi affectu fari il-
lud didicerint. In carne viuētes non ſecūdum
carnem militamus: arma enim militiæ noſtrę
nō ſunt carnalia ſed fortia deo. Nec ſecus qui
dam vt caueāt velim:ne cum alios vt deo ſup
plices carpunt:ſuas animas & claudicantes iā
reddant: & interiorē ſuimet hoīem mutilent:
et in ſemetipſis : cum alios maledictis inceſſe-
rint:qui vitam hanc degere rectiusvelint:de-
coris illud præcidāt & moderātiæ: q̄d natura

eſt per conditorē ipſum rationali cuiq; inditū
Qui vero ad cętera ex diuina doctrina & didi
cerint illud & factitarint: vt maledicētibus be
nedicto reſpondeāt: & quas ſubierint perſecu-
tiones vt tolerent: & pro ſe blaſphemantibus
orent: proculdubio eorū ex numero ſunt futu
ri qui animę dirigūt greſſus: eamq; & purgēt:
et reddant paratiorē non modo vt dictis dun
taxat ſubſtantiā a generatione ſeiungant: & a
viſibili qđ mente percipitur: vel ſubſtātiæ ipſi
veritatē connectāt: cum generatione vero er-
rorem quouis modo defugiāt: cōſiderātes nō
ea quæ generationis ſunt ſeſe fuiſſe edoctos:
quādoquidem cū viſibilia ſint: idcirco & bre-
uia: ſed quę his longe ſunt potiora: ſiue ſubſtā
tiā iſta quis dixerit: ſiue q̄a intelligibilia ſint:
et videri nō poſſint: ſiue quia extra ſenſum ſit
eorum natura: inuiſibilia nuncupet. Sic præ-
terea & his quæ ad generationē attinēt inten
derint animū Ieſu diſcipuli: vt p̄inde ac funda
mento quodam his ipſis vtantur: ad percipien
dam intelligibiliū rerum naturā. Nā inuiſibi
lia dei a mundi creatione: hoc eſt intelligibi-
lia quę creaturis innotuerūt: dum intelligun
tur ſpectātur: neq; pręſtant quidē in inuiſibili
bus dei: vbi ad ea ex hac mundi & creatarum
rerum ſtructura animo agitata deniq; proue-
huntur: ſed ſatis iam in diuinis illis exercita-
ti & plane inuiſibilib⁹: ad ſempiternā dei trā-
ſcendūt potentiā: & ipſius intelligūt diuinita
tem: & queādmodum clementior deus vt ve-
ritatem: ita & ſui cognitionē aperuit: neq; his
modo qui ſibi adhęſerint: ſed plęriſq; aliis qui
extra diuinū illum & integrū cultum & erga
ſe pietatē iā pręſtitiſſent. Quidā vero dei pro
uidentia quadā cū ad tantarū rerū cognitio-
nem euaſerint: nil tamen agendo qđ eam de-
ceat notionē: impie agunt: & veritatē in iniu-
ſtitia detinent: cum interea excuſationis lo-
cum: in tantarū rerū magnitudine pernoſcen
da: apud deum habere adhuc hi minime que-
ant. His igitur qui & Celſi dicta ſuſcipiunt: et
pro decretis huiuſmodi philoſophari ſe profi
tentur: ſacræ literæ teſtimonio ſunt: quemad
modum etſi deū nouiſſent: non tamen vt deū
glorificarint: vel ei gratias egerint. Sed in co-
gitatibus ſuis euanuerūt: & obſcuratū eſt inſi
piens cor eorum. Et ſane poſt tantū ſcientię et
earum rerū ſplendorē: quas deus his reuelaſ-
ſet: obſcuratū eſt & plane coercitū iſtorū cor
illud inſipiens. Spectare itaq; licet queādmo-
dum qui ſe dixerint ſapiētes: maioris quędam
ſtultitię præ ſe iam tulerint argumēta: quan-
do quidē tam multa in ſcholis de deo ac tāta:
deq; rebus cogitatione & mēte perceptis ediſ-
ſerāt: incorruptibilis dei mox gloriam: in cor-
ruptibilis hoīs volatiliūq; & quadrupedū ſer-
pentiumq; ſimilitudinem cōmutarūt. vnde a
dei ſunt prouidētia deſtituti: vt qui pro eorū
dignitate nō viuerēt: quę deus illis aperuiſſet
in ſuorū cordiū cōcupiſcētiis volutētur: & im
munditia: & eorū vt corpora afficiant contu-
meliis & ignominiæ paſſionibus & flagitiis: a
principio dei veritatē in mēdacium mutaue-
runt: coluerūtq; & ſeruierūt creaturæ potius
q̄ creatori. Noſtri vero per Celſum ex imperi
tia abiectiores quidā & ſtolidi & ſeruiles iam
vocitati: vel ſi parum per ſe deo crediderint:
ſuſcepta Ieſu iam diſciplina: tantum abſunt a
flagitio & immunditia: & quauis concubitus
fœditate: vt haud ſecus ac perfectiores ſacer-
dotes nonnulli: quemuis coitū auerſentur: ita
vt vel ī cælibatu ex his quidā oīno permaneāt
ne dixerim vt a quouis venereo congreſſu ab-
ſtineant. Cū vnus neſcio quis apud Athenien
ſes hierophātes inuentus ſit: qui vbi nec ſuas
et viriles cōcupiſcētias contingere ſit creditus
potuiſſe: atq; peruincere: quoad huic libuiſſet
genitalib⁹ medicatis pro caſto ſit & cęlibe ha-
bitus: & q idoneus fuerit ad atheniēſiū ſacra
legitima procuranda. Inter Chriſtianos vero
ſpectari poterunt viri: q̄bus vt pure curent di
uina: nulla eſt opus medela. Quādoquidē ra-
tionis ſat habeant in medelā: vt quoduis con-
cupiſcētię genus ex aīo abigant: ſic deum viri
precibus colunt. Apud alios p̄terea virgines
ſunt: q̄ vt puriores ſe erga diuinū numē exhi-
beāt: vtrum virorū cuſtodia aſſeruenē: nec ne
nil operæpretiū ſit explicaſſe: non em̄ p̄poſitū
eſt nūc iſta diſq̄rere. At inter Chriſtianę ſecta
tores religionis: nō vt honores ab hoībus ven
dicent mulierculę: nec pecuniarum vel glorię
ductę cupiditate ſeſe ad caſtitatē exercent: &
ita: vt queādmodum probauerūt deum habe
re in cognitionē: adeo in mente p̄bata ſeruen-
tur: & omni iuſtitia impleanē & bonitate: vt
faciant quę maxime decent. Hęc autē dixerim C
non vt contendendo his aduerſarer: quę recte
forſitan græcis ſunt adinuenta: nec vt eorum
decreta carperem ſaniora: ſiue perinde oſten-
dere velim his longe maiora diuinioraq; pro-
phetas dixiſſe: & Ieſu apoſtolos identidē con-
firmaſſe: & per eos perquiri qui velint Chriſti
fidem ſeruare: & apprime dictum id teneant:
Os iuſti meditabitur ſapientiā: & lingua eius
loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipſius:
ſed illud plane vt patefaciam: indoctis plęrūq;
et rudioribus probiorē quādam ineſſe ſimpli-
citatem: quam vtiq; nōnulli qui ſe ſapiētes eſ-
ſe fatētur dum minus ſuſcipiūt: cū pueris qui

bus cum diuerſari haudquaq̄ fas eſt:turpiter volutantur:ita vt maſculi in maſculos turpitudinem operētur.Celſus vero nondū aperuit quemadmodū cum generatiōe ſit error : neq̧ quod aīo inerat demōſtrauit:vt ſua vbi cū no
D ſtris his contulerimus:pernoſcamus.Prophetæ autē cū ea quę generationis ſunt preferūt: prudentius offerri pro peccatis ſacrificium dicunt:& pro recentius natis: quia minime ſint omnino peccati expertes. Dauid em̄ ſic inqt: Ecce em̄ in iniquitatibꝰ cōceptus ſum:& ī peccatis concepit me mater mea.& alibi:Alienati ſunt peccatores a vulua.& illud mirifice:Errauerunt ab vtero.Quo fit vt ſenſibiliū omnem iuxta nos ſapiētes iſti criminētur naturam:et ita vt alibi vanitatis nomen ſortita ſint corpora:vt illud:Vanitati em̄ creatura ſubiecta eſt nolens:ſed ꝓpter eū qui ſubiecit in ſpe:& alibi vanitas vanitatū dixit Eccleſiaſtes & oīa vanitas. Alius vero ſic carpſit hoīm in terris vitā: Sed omnia vanitas:oīs homo viuens.Non em̄ de vitæ hic differentia ambigebat:quā anima ducat in terris:vel extra terras has egerit:nec ſane id dixit : ſi em̄ nouit vtrum viuere mors ſit:& mori vita vt Plato: ſed confidētius vera ille profatur. Humiliata eſt in puluere anima mea:& in puluerē mortis deduxiſti me.quemadmodū & Pauli illud : Quis me liberabit de corpore mortis huius? nec ſecus & illud:Qui transformabit corpus humilitatis noſtræ. et alius item propheta quidā:Humiliaſti nos in loco afflictionis: locum terreſtrem hūc dicens ad quem & paradiſo ob nequitiā & pręuaricationem eiectus Adam/hoc eſt homo deuenit. et illud. Videmus adhuc per ſpeculū in ænigmate:tunc vero facie ad faciem.& peregrinātes in corpore peregrinamur a deo:propterea probamus exire de corpore & migrare ad do-
E minum.Aduerte quāta de vitę & animarum diſcrimine ſint cōtēplatione percepta. Sed qđ fuerit neceſſe vt tam multis Celſi nunc dictis occurrā:perinde ac iampridē hęc fuerit apud nos tradita:quādo ex his quę protulimꝰ: ſatis iam pateat:quid nos ſentiamus?proxime autē Celſus id dixerit: quo pacto diuinus ſpiritus ille deſcendens: ex deo diuina denuntiat? Hic ſane ſpiritus fuerit:vt ipſemet intulit hęc ipſa denuntians:quo priſci illi imbuti refertiq̧ permulta quidē & rectiora præcinerēt:nil tamen eorum hic diſcrimē peruidit:quę noſtris ſunt notiora: illud tradētibꝰ:Incorruptibilis tuus in oībus ſpiritus eſt: ꝓpterea cadentes paulatim arguit deus.& illud: Accipite ſpiritū ſanctum.qđ vtiq̧ muneris quantitatē aliam pręfert:q̄ ea ſit quę ex dictis hiſce deinceps exprimitur: Baptizabimini ī ſpiritu ſancto nō poſt multos hos dies.Opus igitur eſt vt qui diligētius hæc intellexerit:eorum & differētias noſcat quæ ex lōgioribꝰ interuallis breuē dei ſententiā capiant:& veritatis conceptū:& aliorū qui & imbuebanť diuinitus & cū deo verſabātur aſſiduo:& diuino ſpiritu ducebanť. quod vtiq̧ ſi Celſus perueſtigaſſet:& inueſtigatum intellexiſſet: haudquaq̄ nos arguiſſet inſcitiæ neq̧ iuſſiſſet quo minus cæcitate captos hos diceremus:qui ex hominū artificio:qđ vtiq̧ e terra & materia cōſtat : ſimulacris his fabrefactis diuinum præferri cultum exiſtimāt.Nemo em̄ qui animę oculis contēpletur/deū alio modo coluerit q̄ eo qui & vacandū ſemp rerū conditori eſſe oſtendit: & illi ſedulo ſupplicandum:& cuncta eſſe ſic peragēda:ac in eius conſpectu aſſiſtereť:qui vel cogitationū adſit noſtrarum ſpectator. Pręcādum igitur nobis:vt videamus:& cæcorū vt efficiamur tandiu ductores : quoadusq̧ ad dei doctrinam peruenerint:& ſuarū animarū recipiant lumen:ignorantia excęcatum:Q; ſi digna quedā eo fecerimus qui diſcipulis dixit:vos eſtis lux mundi: et ſacra doctrina: quæ illud nos edocet/Et lumen in tenebris lucet:profecto & lux eorū ſumus futuri : qui in obſcuro & in tenebris diuerſantur:& item erudituri vt inſipientes: et inſtructuri īfantes.Sed nil ęgre tulerit Celſus vbi & eos claudos dicimus: & animæ greſſus (vt ita dixerim) obcęcatos: qui ad eorū legitima ſacra haud ſecus accedūt:atq̧ ad vera quędam & certiora iter accelerarent:cum interea minus aduertant:nullū vel nebulonū vel ſceleratorū hominū opus:eſſe ſanctiꝰ poſſe.Currunt autem iuxta Ieſu doctrinā veri cultores: quoad viæ tandē finem adepti/vero quodā et ſaniori affectu hæc proferāt. Bonum certamē certaui : curſum conſummaui: fidem ſeruaui de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitię.Et ſane noſtrū quiſq̧ ſic haud dubie currit:vt nō in incertū decurrat:& ſic item aduerſus vitia certat vt non aerem ipſum diuerberet:ſed eos affligat qui ſub principe ſunt poteſtatis aereæ
qui nunc operatur in diffidētię filiis.Dicat iā F
Celſus corpore nos ī demortuo viuere: qui id audimus:Qui ſecūdū carnē viuitis moriemini: Si vero ſpiritu opera carnis mortificabitis viuetis:& illud didicimus:ſi ſpiritu viuimus ſpiritu & ambulemus: ſi ex rebus ipſis qđ ingt oſtēdere poteſt:& mendacii eum arguere: qui illud de nobis protulerit: quēadmodum ſit in corpore mortificato viuendum.Exinde ad ea Celſus quibꝰ vt licuit iam ipſi occurrimꝰ:nos ita affando ſubiungit.Quāto autē vobis lōge

plurimum profuiſſet:ſi noua quędã inducere inceſſiſſet cupido animũ:vt in alium quempiam qui ſtrenue obiiſſet:vel in eos q̃ ad ſuſcipiẽdam diuinam de ſe fabulam accõmodatiores fuiſſent:id ſtudii contuliſſetis:age vt ita dixerim:ſi minus vel Hercules vel Aeſculapiꝰ placuiſſent:vl' quos olim extulit ad cœlum fama: Orpheus tamen erat in promptu: vir ſane & ſanctiore ſpiritu vſus:& ipſe violenta nece affectus.ſed de hoc forte alii p̃dixerũt. At Anaxarchũ habetis:qui in vrnam cõiectus lapideã & iniuſtiſſime ĩ ea attritus:illatos egregie cruciatus contempſerit:quidni?qui inter tormẽta ſic diceret:tũde tunde Anaxarchi vtrẽ:ipm vero haudquaq̃ tutuderis:diuini ſpũs profecto vox illa. Sed hunc & alii ſunt eiuſdem conſtantiæ ſubſecuti philoſophi:ĩter quos & Epictetus extitit:cuius herus cũ ei tibiam intorſiſſet:ſubridens & plane interritus:perfringito inq̃t:at illo frangente:nõne prædixerã ait te hanc perfracturum?quid vnq̃ huiuſmodi veſter deus dũ pœnis afficeret̃ effatus eſt? At Sibyllam cuius dictis veſtroꝝ nõnulli vtuntur vt dei filiã:huic ſaltem prętuliſſetis:nũc vero ſcribendo intermiſcere fruſtra vobis licuerit huius ſcriptis permulta cũ praua:tum & maledica. At eũ q̃ & vita fuerit turpiſſima & morte miſerrima vſus:deum eſſe decernitis: quanto hoc vobis Ionas ille ex ceti ventre ad diuinitatem ſuſcipiẽdã accõmodatior fuerat: vel ex beſtiis Daniel:vel alii quidam qui lõge magis
A portentifica fecerint. At velim equidẽ vbi ad Herculẽ nos Celſus remittit:illius ſaltẽ dictorum proferat monimẽta: vel de ipſius indecora & turpi apud Omphalẽ ſeruitute reſpondeat:oſtẽdatq; vtrũ hic eſſet diuinis honoribus dignꝰ:qui ſolita violẽtia & p̃donis in morẽ eiꝰ bouem ſurripuiſſet:qui agrũ tunc coleret:quẽ iam depaſtus & optime epulatus: tam lætior audiret q̃ in ſe epulantẽ execrabiliter miſer ille cõuitia effudiſſet:vt illud ſit vel hiſtoriæ proditum:Herculis numen cũ imprecationibꝰ & maledictis recipere ſacrificia. Nos præterea p̃uocat vt de Aeſculapio eadẽ repetamus:q̃ antea diximus:ſed nos contenti his ſumus. Verũ quid ille ex Orphei demiratus operibus:pro ĩdubitato affirmat:hũc & ſanctiore ſpiritu vſũ & recte vixiſſe? Sed miror equidem cur idem: vt nobiſcum contendat & Ieſum extenuet:nõ Orpheum extollit: vbi vero & huius legerit de diis impias fabulas:non eius opera auerſet̃: vtq; longe potius ſint digniora:q̃ Homeri ſcripta:vt ex optima republica p̃pulſentur:quippe qui longe peiora de diis:q̃ Homerus ipſe p̃tulerit. Strenuus itaq; Anaxarchus iſte videt̃ qui Ariſtocreonti Cypri tyranno inter tormẽta id dixerit:tunde tunde Anaxarchi vtrẽ. Id vnum in Anaxarcho mirandũ gręci intellexerunt:quo etſi cæteri: vt Celſus exiſtimat: ob virtutẽ merito colẽdum eſſe vel hoiem ducerẽt:haudquaq̃ tñ par foret vt idcirco Anaxarchum deũ q̃s dixerit. Moxq; ad Epictetum nos quẽdã traducit:admiratꝰ huiꝰ ingenue dictũ nõ tñ eius vt verba cũ tibia ſibi infringeretur cũ mirabilibꝰ poſſint Ieſu dictis cõferri: q̃uis nil fidei his p̃beat Celſus: quia diuina virtute ſunt edita:& ad id tẽporis nõ modo ſimplicio-res quoſdã ad rectiora cõuerterit:ſed & ſapiẽtes q̃plurimos. Sed vbi poſt tantoꝝ virorum B
explicatũ iam numerũ inq̃t:quidnã iſtiuſmodi veſter hic deꝰ inter ſupplicia & pœnas p̃tulerit? dicturi ad ea nos ſumus:in plagis Ieſum & verberibꝰ cõticẽdo:etſi inter gręcos cæteri in vitę diſcrimine obloquunt̃: alioq̃n maiorẽ longe cũ fortitudinẽ:tum patiẽtiã Ieſum præ ſe tuliſſe:ſi modo credere his Celſus velit quæ a veridicis ſunt lr̃is p̃dita:qui de Ieſu mirãda nil falſo diſſeruerũt:& hæc inter:& cõticentiã ſimul cõnumerarũt:quã cũ plagis afflictaret̃ ſeruaſſet:vtq; & coccinea dũ veſte indueret̃:& ſpineã capiti impoſitã geſtaret coronã:& pro regio ſceptro in manu calamũ accepiſſet: ſumma quadam ſit manſuetudine vſus:dũ nihil ĩterea vel moleſtũ in eos p̃ferret:q̃ tanta hęc in ſe auderent. Nõ igitur qui prę tolerãtia inter verbera ſubticeret:& pro eius manſuetudine oĩa ſuſtineret q̃ ſibi ab illudẽtibus inferrẽtur: dici põt ex vilitate (vt putant nõnulli) aĩ cõtigiſſe:nec illud quidẽ cũ diceret:Pater ſi fieri põt:trãſeat a me calix iſte:ſed nõ q̃d ego volo ſed q̃d tu. Habet itaq; apparẽs illđ calicis ſubterfugiũ ratiõnẽ:quã & in aliis abunde iam cõq̃ſitã reddidimꝰ:ſed vt ſimplicius dictũ illud audiamus:aduerte vt erga deũ cũ pietate tamẽ a quouis p̃ferri ea p̃catio poſſit:q̃ nullũ p̃cedere putet periculũ:ſed id ferat aĩo ęquiore: q̃d primum acciderit: vbi ad id tempus iã euocet. Nec ſane p̃mittẽtis erat vox illa:ſed eiꝰ potius q̃ ex his q̃ occurrerẽt:p̃inde acſi oblectaretur:& duceret potiora:q̃ ex p̃uidẽtia imminerent diſcrimina:vox illa erat q̃ diceret non q̃d ego volo:ſed q̃d tu. Dein neſcio quo pacto hic C
voluit vt Sibyllã potius dei filiã diceremus:q̃ Ieſum: decernẽs vel huius ſcriptis adſcripſiſſe nos multa:& maledictis referta:tametſi minꝰ oſtẽderit:quænã eſſent q̃ ipſi aſcripſimꝰ. Q; ſi ea monſtraret:p̃fecto vetuſta illa & puriora p̃tulerit:q̃ minus haberẽt:q̃ ipſe putat fuiſſe adſcripta:cũ alioq̃n nec ea oſtẽderit: nec impietatis arguerit. Rurſum non ſecundo vel tertio:

ſed ſępius Ieſu vitam turpiſſimã dixit: cum ni
hil interea ſingulis improbandis inſiſtat: quæ
vel in vita egerit Ieſus: vel quæ vt turpiſſime
facta ſint habita: vt hęc forſitan cõfirmãdo ap
pareat nõ de incertioribus quibuſdã decerne
D re: nec ei cõuitiari quẽ neſciat. Si em̃ vitę tur-
piſſimę ſpecies ex operibus is explicaſſet: quæ
in Ieſu fuiſſe forſitan viderent̃: ad ea nos refu-
tanda cõtẽderemus quę per hũc fuiſſent pro
turpiſſimis iudicata. Quod em̃ de Ieſu iam di
xerat: ꝙ morte eſſet miſerrima vſus: vł dici de
Socrate poteſt & Anaxarcho: quorũ pauloan
te hic meminit: & innumeris aliis. Aut em̃ in-
quit Ieſu mors dicetur miſerrima: iſtorũ vero
haudquaq̃ hmõi: aut non eorundem miſerri-
ma. Ieſu vero miſerrima. Vides igitur quem-
admodũ vel hoc loco voluerit Celſus aduer-
ſus Ieſum contẽdere: & vt arbitror: ſpiritu ali
quo percitus quẽ Ieſus iam ꝑdidiſſet: ne de cæ
tero nidores haberet & ſanguinẽ: qbus iam ſo
tus fallebat q in ſimulacris deũ congrerẽt: nec
verũ deũ reſpicerẽt: qui cunctis ꝑſidet rebus.
E Cæterũ vt is q finẽ libro iam facere ꝓpoſuiſſet
malebat Ionã deũ q̃ Ieſum nos ducere: quẽ etſi
in Niniue ciuitate & ſola pœnitentiã prædi-
caſſet: Ieſu ipſi ꝑponit: cuius ꝑdicatio terrarũ
orbem peruaſerit: & res geſtæ ſint longe maio
res: q̃ Ionæ facta: quæ vnq̃ geſſiſſet. Et qa mira
biliter in ceti ventre tertium iam diem egiſſet
placuit vt deũ appellaremus: at is qui huma-
ni generis gratia mortẽ ſuſceperit: haudquaq̃
libuit vt ob rerũ cœlo terraq; geſtarũ magni-
tudinẽ: poſt deũ oĩm conditorẽ: duplici digna
retur honore: vt quẽ deus ipſe ꝓphetarũ ex va
ticiniis & ſuo teſtimonio comprobaſſet. & Io-
nas quidẽ cũ iniuncta ſibi ꝓ dei arbitrio nõ ꝑ-
dicaret: a cete abſorptꝰ eſt: at Ieſus vbi ea edo-
cuiſſet quę deo collibuiſſent: pro hoĩbus mor-
tem ſuſcepit. Ait ꝑterea Danielẽ potius a leo-
nibꝰ vbi ſe retuliſſet: adorandũ fuiſſe q̃ Ieſum
qui cuiuſuis feritatẽ obſiſtẽtis potẽtiæ concul
caſſet: & nobis ſup ſerpẽtes & ſcorpios: & cu-
iuſuis inimici virtutẽ: ambulãdi fecerit pote-
ſtatẽ: & cũ nihil ei reliquũ eſſet qđ diceret: vel
ſi his alii magis portẽtifici fuerint: adiecit: vt
ſimul Danielẽ & Ionã carperet: quandoquidẽ
ſpũs ſibi ineſſet q iuſtis benedicere ignoraret.
ſed videamꝰ quæ ſubſequẽter & hũc in modũ
F is inferat. Eſt ꝑterea & his aliud quiddã iniun
ctum: nil eſſe in eũ qui iniuriã fecerit vindican
dum: vel ſiquis ingt tibi maxillã percuſſerit: al
terã exhibe. priſcũ ſane id & olim iam dictum:
ab his tñ rudiꝰ cõmemoratũ. Nã & a Platone
Socrates introducit̃ cũ Critone ſic diſputans
Nõ igitur inferẽda iĩuria eſt: nec ſane oportet
vt iniuriam referat: qui ſit affectus iniuria: vt
multi exiſtimãt. Cũ itaq; haudquaq̃ videtur
inferẽda iniuria: quid ergo? nũ mala ſunt in-
gerenda o Criton: an minime? nequaq̃ o Socra
tes. quid aũt? Num etſi mala per eũ referãtur:
qui ſit ea perpeſſus: ęquũ ne an iniquũ id duxe
ris? Nequaq̃. nã & hoĩes malo afficere: haud ſe
cus ſe habet: ac inferre iniuriã. vera dicis. Nõ
ergo referenda iniuria eſt: nec quæ mala ſunt
cuiq̃ hoĩm irrogãda: vel vtcũq; ab his quiſpiã
vt hæc patiat̃: neceſſe eſt. Hæc Plato. & paulo-
poſt. Ipſe igitur id cõtẽplare: vtrũ mecum nũc
ſentias: & tibi id ipſum ne videat̃: ſed ide iam
ordiamur: vt plane velimus nunq̃ ſe recte ha-
bere: vel inferre iniuriã: vel referre: vel mala q
patiat̃ iniuriã vindicare: cũ malũ potius refe-
rat q̃ a malo abſtineat: mihi vero etſi id olim ẽ
viſum & in ꝑſenti videtur. Platoni quidem ſic
placitũ: vel hęc eadẽ diuinis quodã viris ſunt
viſa: ſed de his quidẽ & aliis quęcũq; iſti corrũ
pẽdo deprauãt: hæc ꝓtuliſſe ſat fuerit: cũ alio
quin qui ex his aliqd pluſculũ duxerit conqui
rendũ: poſſit vt lubet hæc ipſa ꝑueſtigare. Ad G
ea vero quæcũq; fecerit Celſus cũ nr̃is cõmu-
nia: cũ nequeat qđ in his inſit veritatis ꝓſpice-
re: aſſerit nãq; vel apud græcos eadẽ illa q̃ apđ
nos fuiſſe ꝑdicta: dicẽda hæc ſunt. Si em̃ vtile
aliqđ fuerit decretũ: qđ ſanius quippiã ſenti-
at: idq; apud græcos ſit traditũ: vt apud Plato
nem vel aliũ ex ſapiẽtibꝰ quẽpiam: ſiue apud
iudæos: vt apud Moyſen vel ex prophetis quẽ
uis aliũ dixeris: ſiue apđ chriſtianos: quorum
noĩa in Ieſu ſermonibus conſcripta ſunt: ſiue
apud apoſtolũ aliquẽ ꝑdita: ꝑfecto haudqua-
q̃ exiſtimãdũ eſt: qđ per iudæos & chriſtianos
traditũ fuerit: eſſe idcirco culpandũ: qa & apđ
græcos dictũ fuiſſe cõperiat̃: præſertim ſi faci-
le oſtẽdat̃: iudæoꝝ res græcis longe antiqores
fuiſſe. nec rurſum qa idipſum ex græcę orõnis
ornatu: elegãtius forſitan exprimat̃: oĩno me-
lius eẽ crediderim: q̃ illud fuerit: qđ apud iu-
dæos ſiue chriſtianos: vel inornatius ſit & ſim
plicioribus verbis ꝓnuntiatũ: tametſi iudæo-
rum primus ille dicẽdi modꝰ: quo ꝓphetæ iã
vſurpato: hebraica lingua libros nobis cõpoſi
tos reliquerunt: accuratiore & compoſita orõ
ne: nec inelegãter iuxta illos: ſit lr̃is ꝓditꝰ. Qz
ſi ea q̃ cũ apud græcos: tũ apud latinos eundẽ
ſunt in modũ decreta: et mirifice videant̃ ꝓnũ
tiata: oſtendendũ eſt tñ longe melius hæc ex-
preſſiſſe tam iudæoꝝ q̃ chriſtianoꝝ ꝓphetas.
Verũ vt ea q̃ dicimus cõfirmentur: e ciboꝝ in
ſtructione & apparatu exẽplũ ſic deſumemus.
Eſto cibi aliqđ genus ſalubrius: qđ & vires in
dat veſcẽtibus. Cibũ itaq; ſic cõparatũ vt dul

coribus ſit multis conditũ: capiát nõ agreſtes hoĩes quidã & ſordidi: ĩ ſtabulis educati: & inopes: & q talibus veſci cõdimẽtis nil conſueuerint: ſed opulenti & ſobrii vel ſoli veſcãtur: cũ alioquin non vt lautioribus viris paratum hi cibum deſumpſerint: ſed pinde atq; agreſtibꝰ. Si igitur cõcedat̃ vt ex cibi hmõi apparatu: q lautiores habent̃ & ĩgenui: etſi pauci qdam vt optime valeant: & ex his ipſis cibatibus: vt ruſticiores pmulti & imperiti rectiꝰ cõualeſcãt: ſi ad hos admittant̃: quoſnã iſtorum ad tam ſaluberrimas eſcas nos admiſerimus? Lautiores ne illos & ſplendidos q pauci ſint? an ſordidos: & ruſticanos q plurimi: cũ tãtundẽ vtriſq; ſi vno eodẽq; cibo veſcant̃: ſit ſalubritatis futurum? nimirũ pſpicuũ eſt humanitatis & charitatis officiũ id ſuadere: vt cõmuni cõmodo lõge magis videatur cõducere medicꝰ qui multorũ ſanitati pſpexerit: q̃ qui paucis medeat̃. Id vero exempli ſi cognitũ fuerit: poterit profecto ad rationalis eſcę & rationaliũ animãtiũ A qualitatẽ transferri. Aduerte aũt Platonẽ ipm & ſapientes illos gręcorũ: in his quę rectiꝰ forte ediſſerunt: eorum perſimiles extitiſſe: qui illis vt medeant̃ permaxime curent: q ſplendidiores exiſtiment̃ & lauti: & hominum turbã non magnifaciant: cũ longe ſecus iudęoꝝ prophetæ: & Ieſu diſcipuli egerint: qui verborum variã illam & ornatã cõcinnitatẽ: vt nulliꝰ momenti abire diſperditum iuſſerint: & ſapientiam deteſtentur: quã humanã & ſecundũ carnem ſacrę literæ nuncupant: propriũ illud & ſimplex dicendi genus vtiq; oſtenſuri his ſimile redditum: qui ciborũ ſaluberrimam aliquã & ſuauiſſimã parauerint qualitatem: q̃ verborum ſalutifera quadã cõpoſitione inſtituat, & exornet quæ poſſint ad turbas pertingere: quibus interea viri iſti pręſtãtiores & ſapiẽtes eloquendo pdeſſe nil poſſunt: & qa peregrinę ſũt nationes: audire haudquaq̃ hos patiunt̃. Eñ uero ſi futurũ eſt: vt ita dixerim: rationalis vt cibus probũ quempiã & mitẽ efficiat q eo veſcatur: cur non longe potior fuerit & rectiꝰ cõparata & diuinitus inſtructa oratio: quę pbos & mites pmultos efficiat: cõfirmetq;: qui virtute hac ipſa pfecerint: q̃ iſtorũ ſit luculẽtius illud dicẽdi genus: vel ſi detur ex hoc perpaucos admodũ probitate & cõſuetudine pfeciſſe? Queadmodũ eñ q græcus natura ſit ſi vel ægyptiis velit vel ſyriis ſaniora quędã decernendo cõducere: perdiſcere mox audiẽdo iſtorum linguã curabit: ita vt pro illorũ vtilitate vel barbare loqui: q̃ gręce malit: ſi lingua nequeat ſua profari qđ ægyptiis poſſit & Syriis conferre: ſic puidẽs illa diuina natura nõ ſolũ eorum qui græce ſcire credunt̃: ſed vel gẽtiliũ cęterorũ imperitię cõdeſcẽdit: & ex his quę ex ſe vbertim audirent̃ pſpexit: vt cõſuetis ſibi & vernaculis dictionibus vſi: qui hos edocerent: ad audiendũ imperitã multitudinẽ puocent quę facile vbi primũ ſit introducta: & paululum inſtituta: auſura ſit poſtmodũ abditiora quędã ſcripturarũ ſenſa percipe. Nã & cuiuis liquet q eas perlegerit: altiores longe diuina ſcripta habere ſentẽtias: q̃ ex his videant̃ præferri: quæ vtiq; his q ad cõquirẽdã dei doctrinam ſe prorſus addixerint: ſic innoteſcunt: vt pro ſe quiſq; in hac aſſequẽda incũbat: vl' pro animi mira quadã cupiditate: ſtudii plurimũ conferat. Nõ igit̃ vt ad propoſitum redeamꝰ B ex his cõfirmat̃: vt prudẽtior Celſus affirmat inepte Ieſum id iniũxiſſe: vt pcutienti maxillã percutiendã quis alterã porrigat: & tunicam volenti relinquat & palliũ: ſed ad vitã pfecto ille cõmodiora vt induceret loquebat̃: cum ea iniungeret quæ vtiq; longe ſunt potiora: q̃ ea q̃ dixerat in Critone Plato: quippe quem nec audire poſſunt ĩdocti qdã & impiti: & vt iſtos omittã: nec doctiores pleriq;: niſi priuſq̃ ad inclytã illam gręcoꝝ philoſophiã perdiſcẽdam acceſſerĩt: imbuti ſint humanitatis & eloquentię ſtudiis. Sciẽdũ pterea nequaq̃ corruptum iri qđ de virtute ſentit̃: ſi incõdite & rudibus verbis id pferat̃. qua in re Celſus & chriſtianã doctrinã ſic inquiẽs criminat̃: Sed de his qdẽ & aliis quæcũq; iſti corruperint: ſat fuerint: q̃ diximꝰ. Et id ſane intelliget q de his plura velit inquirere. Sed age & cætera videamus in q bus hæc infert. At id pſequamur. Non eñ hi C patiunt̃ vel templa vl' aras vel ſimulacra & ſtatuas intueri: qđ vtiq; nec Scythę facerent: nec Libyci agreſtes illi & barbari hoĩes: nec q ſine deo ſunt Syri: nec impiiſſimæ aliæ deniq; & pditiſſimæ nationes. Q2 autem & Perſæ id ſentiant: in his ſic tradit Herodotꝰ. Compertum habeo Perſas his legibus vſos. Simulacra quidem & aras & delubra eos dicunt erigere: qui non ex lege procedũt: qui vero erexerint ſtultitię arguunt: & vt mihi quidẽ videtur: qa non ex hoĩbus genitos deos pro græcoꝝ inſtitutis putarent. Et ſane Heraclitus ita decernit. Et hiſce ſupplicãt ſimulacris: nec fieri põt vt ſiqs in tẽplis obgarriat: vel deos vel heroas: quales ſint neſciat. Quid eñ Heraclito ſapientiꝰ nos inſtruente? Is ſiqdẽ aptiſſime ſuggerit & ſtultũ eſſe fatet̃: vt qs imaginibꝰ ſupplicet: ſi minꝰ intelligat quotinã vel dii vel heroes ſint. hæc Heraclitus. At hi ſimulacra apte vitupãt: q ſi vel lapidẽ negẽt vel lignũ: vl' æs vl' aurũ deũ eẽ ridiclm pfecto erit id ſape. Quis eñ ea niſi ſto D

lid⁹ quiſpiã pro diis habuerit? Sed deorꝝ ſunt iſta vel ſacra vel effigies quędam: vel forte nec diuinas quidē has eſſe imagines duxerim. Nã aliam eſſe dei figurã: vt & Perſis videt̃: ſeipſos iſti coarguendo, ignorãt: cũ dicũt hoĩem deũ ad ſuam feciſſe imaginē: ſpeciē vero ſibimet ſi milē: ſed illud quidē aſſentient̃: in quorũdam honorē hæc eſſe: qui vel ſimiles ſint vel diſſimi les ſpeciē, fabricata: nec deos eſſe q̃bus ea ſint dedicata ſed dæmones: nec eſſe dęmonib⁹ per
B hũc ſeruiendũ qui deũ credat. Ad hæc erit ſic reſpondendũ: etſi Scythę & Libyci agreſtes il li & Syri: quos diis carere Celſus affirmat: & nationes alię cũ impiiſſimæ: tum perditiſſimę & Perſę inſup ipſi: haudquaq̃ ſpectare vel delu bra: vel aras: vel ſimulacra iã tulerint: haud ta men par fuerit: cum illi videre hęc minime pa tiantur: & ipſi nõ eadē toleremus. Eſſent nãq; & dogmata ipſa examinãda: ex quorũ id ſen tentia egerint: q nec tēpla nec ſimulacra hæc ferãt: nec ſpectare eadē patiant̃. Qꜯ ſi ex ſanio ribus quibuſdã decretis id ꝓdeat: vt min⁹ iſta ferantur: profecto q minime tulerit collaudet̃ neceſſe eſt: qui vero falſis inſtitutionibus pare at: vt criminis arguat̃. nam & fieri poteſt vt ex dogmatũ differētia quadã hæc fiant. Exempli gratia: declinant hi adulteriũ q Cyttiæi Zeno nis ſtatuta philoſophãdo ſectant̃: nec ſecus & Epicurei pleriq;: eorum decretis vt pareãt: qui impiiſſimi ſint. Sed vide dũ adulteriũ hi om nes declinant: q̃ inter ſe differant: ſiquidem hi ex mutua partim charitate: partim quia præ ter animantis naturã qui ratione vtatur eſſe decernũt: velle mulierē adulterare: quæ alteri cuiq̃ ex lege prius denupſerit: & alterius hoĩs corrũpere domiciliũ. Illi vero idcirco nihil ad ulterãdo delinquũt: cũ adulterio abſtinent: q͂ bonorũ finē in voluptate præfiniũt: & eis ple raq; obſtent: q̃ voluptatē hanc intercipiãt: qui fornicandi hanc vnã ſubierint voluptatē: ita vt plerũq; vel in carcerē detrudant̃: vel aliis ꝓ ſequentibus ineãt fugã: vel mortes incurrant nõnũq̃: vel pri⁹ q̃ hęc patiant̃: & vitæ diſcrimi na ſubeant: cũ interea vel abeuntem e domo vi rum idcirco obſeruãt: vel eos q viri partes tu tantur: vt quoad fieri poſſit fruſtra hos habe ant adulterando: & domeſticos cæteros fallãt & eos inſuper apud quos ſibi infamiæ nota ex adulterio poterat comparari. Atqui in adul terii crimen vltro inciderit voluptatis gratia Epicurus: priuatus vero vir aliquis & impe ritus: cum liceat ei: vt opportunitatem nact⁹ adulterare: nec tñ adulteret: dep̃hendetur nõ nunq̃ ex iſtãti legis formidine & cruciatu nul lam adulteraſſe: non tamen Epicurei more: vt plurimũ voluptatis venetur: a fornicãdi faci nore abſtinebit. Vides ne igitur cum vnũ ſit adulterii facinus: dum varia ſibi hoĩes abſtinē do ꝓponant: non ipſum id oĩbus fieri: ſed pla ne diuerſum / ſiue ex decretorꝝ quorundam in tegritate / ſiue ex prauis illis & impiiſſimis Epi curæorũ ſtatutis / ſiue ex his quæ priuatorum quorũdam & imperitorum hoĩm fuerint? Vt igit̃ vnum illud: hoc eſt adulterii abſtinentia: etſi idem eſſe pretendit: multiplex tñ pro va riis inſtitutis id fore cõpertũ eſt: ſic & qui mi nus apud aras & tēpla & ſimulacra: Ieſum co lere patiunt̃ / ſiue Scythę hi fuerint / ſiue libyci quidã paſtores / ſiue qui ſine deo ſunt ſyri / ſiue deniq; Perſæ: ex decretis aliis quibuſdã id ege rint: atq; ea ſine q̃bus vel chriſtiani vel iudæi nil tolerent deũ ſic coli: vt multi colendũ hũc duxerint. Et ſane illorꝝ nemo q͂ deorũ religio nem & cultũ in fictilē eam traducat materiã / & ita effigiatã: nec aras nec ſimulacra hęc pa tietur: ſiue q͂ de dęmonibus illud acceperit q; in his imaginibus & locis iſti inſideãt: & vene ficiis quibuſdã ad hæc euocent̃: ſiue alias vt cũ q; ſibi preripere ea loca potuerint: in quib⁹ dũ auidius ſacrificãtium oblationes ſuſcipiũt: vt impiam voluptatē venãtur: ita & impios ca ptant. Chriſtiani vero & itē iudei cũ audiunt: dominũ deũ tuũ timebis & illi ſoli ſeruies: & non erunt tibi dii præter me alii: nec tibi fece ris idolum: nec rei vllius ſimilitudinē: quæcũ q; in cœlo ſunt & in terra deorſum: & quęcũq; in aquis deſup terrã: nõ adorabis ea nec ſerui es illis: & deum tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies & ob alia pleraq; nõ his diſſimilia: non mõ deo rum tēpla & aras & ſimulacra hæc auerſant̃: ſed vel ad mortē ſi fuerit neceſſe: prõptius ve niunt: ne ex aliquo exceſſu & impietate pror ſus inquinēt q̃d de deo oĩm conditore optime ſentiũt. Supius aũt de Perſis facta mentio eſt: quēadmodũ nec tēpla hi ponerēt, cũ & ſolem alias colerēt & dei ſtructuras: ſic eñ ſunt inſti tuti: q̃d vtiq; nobis & interdicit̃: vt intelliga mus poſthabitis cæteris vnũ eſſe deũ colendũ & quēadmodũ ſit oĩno futurũ vt creatura hęc liberet̃ a ſeruitute corruptionis in libertatem glorię filiorũ dei: & q; expectatio creaturæ re uelationem filiorũ dei expectat: & q; vanitati creatura ſit nõ volens ſubiecta: ſed ꝓpter deũ qui eam ſubiecit in ſpe: nec oportere quę ĩ ſer uitute corruptiõis ſint: & vanitati ſubiiciunt̃ & in ſpe meliore hæc faciãt: dei loco nulla re in digētis: vel filii eius oĩs primogeniti creaturæ vicē p̃occupando vt honorent̃. Sed ſatis iã ad ea hæc ſint: q̃ de pſarũ gēte meminim⁹ aras & ſimulacra penit⁹ auerſantiũ: & creaturę poti⁹ F G

ſeruientium q̃ creatori. Sed cũ Heracliti dicta explicãdo ꝓtulerit: quæ ſtultius eſſe ſignificarent vt ſimulachris qs ſupplicet: ni deos prius hic norit & heroas: qualeſnã ſint: dicendũ erit & poſſe deũ cognoſci & cũ eo ſimul & vnigenitum filiũ: & q per deũ eo ſunt & honore digna ti: vt dii dicanṫ: & eius diuinitatis participẽt quos plane cõſtat a gentiũ diis eſſe penit⁹ alienos: q dęmones ſint. Nõ igitur fieri id poterit: vt & deũ quis nouerit & ſimulachris vt ſupplicet: nec ſolũ ſtatuis ſupplicare veſanius eſt: ſed qd pleriq; vſurpãt: vel hoc ipſum diſſimulare: quod vtiq; peripatetici faciũt & Epicurę i & q Democriti decreta ſuſcipiũt. Nil eni oportet eius aĩo qd adulterinũ ſit, inſit: qui in vero ac pie deũ coluerit. Nec ſimulacra qdẽ nos veneramur: nec eo tenus quantũ in nobis fuerit: vt vel in eã incidamus opinionem: qua imagines iſtas aliquos eſſe deos putem⁹. Vnde cum Celſo: tum cæteris item deos eſſe ſimulacra negãtibus: crimini damus: quia cum ſapientes ſint habiti: honorem videnṫ imaginibus detuliſſe: quos poſtmodũ vulgus ſectando: nõ ſolum qa alios imitetur: dũ recte ſe colere arbitraṫ: delinquit: ſed quia inclinatus animus enixe incumbat: vt deos eſſe hos credat quos alii venerenṫ: & ita vt ne audire id tulerit: vt deos eſſe quiſpiam neget qui per ſe adorẽtur. Celſus igitur
A haudquaq̃ pro diis ſimulacra haberi affirmat: ſed diis dicata: cũ alioqn minus oſtendat: non hoĩbus fuiſſe hæc cõſecrata: ſed vt ipſe dixerit immortalib⁹ diis: cum plane perſpicuũ ſit: huiuſmodi facere & affirmare: hoĩm eſſe circa diuinitatẽ errantiũ. ſed ne diuinæ quidẽ imaginis ſimulacra hæc eſſe duxerimus: quippe qui dei vt inuiſibilis ita & incorporei formã nullã effigiamus. Verũtamẽ vbi nos exiſtimat Celſus in cõtraria recidiſſe: quandoquidẽ in hoĩs ſpeciẽ deum eſſe negemus: & eũdem credam⁹ ad ſuam imaginem hominẽ effinxiſſe: ad hæc haud ſecus erit ac ſupius diximus reſpondendum: qa in anima rationali q̃ & ſecũdum virtutẽ qualitatẽ excipiat: ineſſe hanc dei imagi-
B nem dicimus. Deinde Celſus cũ minus intelligat: quidnã interſit cũ dei imaginis dicitur & ad dei imaginẽ: deũ ait nos affirmare ad ſui ſimilitudinẽ hoĩem procreaſſe: & ſibimet ſpecie ſimilem. ſed in ſupioribus ad hæc ſatis reſpondimus. De Chriſtianis præterea meminit: quẽadmodum aſſenſuri ꝓculdubio ſint ſimulacra iſta eſſe quidẽ in quorundã honorem: q ſpecie vel ſimiles ſint vl' diſſimiles: facta: nec deos hos eſſe quibus hæc dedicentur: ſed dęmones: nec fore neceſſe vt dæmonibus ſeruiat: qui deum coluerit. At ſi dæmonũ hic rationẽ teneret: & qualia eorum ſinguli operenṫ: ſiue ab his inuocati qui inuocandi artẽ hanc calleant: ſiue ſpõte ſe offerant: quæ velint vel quiuerint operãdo: & cõciperet aĩo de dęmonib⁹ dici permulta poſſe: & hũanę naturę difficilia captu: haudquaq̃ nos incuſaret: veluti aſſerentes nil oportere eũ dæmonibus inſeruire: deũ qui colat. & profecto tantũ abſumus vt dęmonibus his ſeruiamus: vt vel precib⁹: vel ſacrarũ literarum doctrina ex humanis hos animis abigamus: & ex locis his ꝓpulſemus: in qbus collocati iam per hoĩes eſſent. Perſæpe etiã ex brutis animãtibus ipſos eiicimus. Nã & in horũ pniciẽ non nulla dęmones operanṫ. Verum qa de Ieſu permulta ſupius diximus: haudquaq̃ ſunt ea in pręſentia repetẽda: ſiquidẽ aperte hi cõuincũtur: nec deũ qdẽ nec dæmonẽ: ſed mortuũ colere. His itaq; qua dixim⁹ ratione omiſſis: conſy- C
deremus iam Celſi inſequẽtia dicta: quæ iſtiuſmodi ſunt. Enimuero illud in primis rogabimus: cur eñ dæmones colẽdi nõ ſint? nonne ꝑ dei arbitrio oĩa gubernanṫ: & oĩs ex eo eſt prouidẽtia? & ſane quicqd vſpiã geritur: ſiue per angelos: ſiue ꝑ dæmones alios: ſiue per heroes: id omne ex ſummo deo accipit legẽ. conſtitutum eſt aũt vt ſingulis ĩ rebus vim habeat qſq; qua ſit vt ſortireṫ dignatus. Hũc igitur qui inde ſit id poteſtatis adeptus: nõne iure is colat: qui deũ coluerit? nõ eñ inqt fieri id poteſt vt multis dominis ſeruiaṫ. Aduerte hoc loco quantanã iſte ſit corripiẽdo cõplexus: quæ tñ ſunt nõ negligẽtius inqrenda: ſed ex arte quadam ĩueſtigãda: qua oĩa vel ꝓfundiora cognitu & plane recõdita gubernenṫ. cũ enim vniuerſa pro dei aganṫ arbitrio: q fieri põt vt quis ea examinãdo cõquirat? & ſane quærẽdũ vtrũ dei id regimẽ & rerum oĩm moderatio: ad ea quę delinquunṫ pertingat an minime. Q; ſi vl' ad peccata pertigerit: nec ea ſolum quæ praue per hoĩes cõmittũtur: ſed quæ vel dæmones ipſi & quæuis alia extra corpus patrarit: videat Celſus qd abſurdi ſequaṫ: qui cuncta ꝑ dei arbitrio aſſerat gubernari. Siquidẽ id ſequeretur: vt vel quicqd vbiq; peccaṫ: & quæ a vitiis vniuerſa prodirẽt: pro dei arbitrio inſtituta: eius permiſſu ꝓculdubio fierent: qa deo nil ꝓhibente hæc patrarenṫ: qd vtiq; ab eo eſt longe diuerſum: ꝙ ſe nõ ꝓhibẽte id fiat. Q; ſi qs proprie quid gubernari illud deſignet acceperit: profecto id præ ſe ferre intelliget: quæ a vitiis ſcilicet prodeunt diſpenſari: hoc eſt ꝙ omnia ex dei ſentẽtia diſpẽſenṫ: nec impie agat in dei gubernationẽ quicũq; deliquerit. De prouidẽtia aũt ſic diſtinguẽdo: dicẽdũ. Cũ eñ oĩs ex deo ꝓuidẽtia dicit: pfecto veri aliqd pfert: D

ſi tamen de rebus pręſtātioribus nonnullis ea
ſit ꝓuidētia. Qꝫ ſi oīno rerū oīm quæ gerūtur
prouidentiam eſſe dicamus: vel ſi praue quid
fiat: falſum id eſſe coarguet: ꝙ oīs ex deo ſit ꝓ-
uidētia: ni forte ex his quæ ex ꝓuidētia ſubſe-
E quunt: ex dei eſſe quis ꝓuidētia dixerit. Decer
nit autem vel quicqd in vniuerſo conſtiterit:
vel dei opus / vel angeloꝝ / vel dæmonū aliorū
& heroū: ex ſummo deo legem habere: & ſane
haudquaq̄ vera fatetur. nō em̄ quęcūqꝫ impie
egerint: ꝑinde ac dei legē & ſummi ſectādo: id
agunt: ſed legem excedere: & nequiter facere:
ſcriptiones diuinæ nō ſolū prauos hoīes dicūt
ſed ꝑditos dæmones & improbos angelos. Iſti
uſmodi aūt dæmones nō modo nos eſſe aſſeri
mus: ſed oēs fere qui & dæmones deos eſſe me
moriæ ꝓdiderunt. Fit igitur vt nō oīa ex ſum
mo deo habeāt legē. Quicunqꝫ em̄ vel ſuapte
incuria vel vitio vel malignitate vel bonorū
ignorātia a lege diuina exciderint: dei legem
nō ſunt cōſecuti: ſed id vt noua quadā appel-
latione: & ſacris ex literis exprimam: peccati
haud dubie hi legē habuerint. Ex multoꝝ igi-
tur qui dæmones ponūt: ſentētia: vel improbi
dæmones illi: etſi ex deo nullam ſortiti ſunt le
gem: legem tamē prętereūdo delinquūt. Iuxta
nos vero dæmones quidem ſunt oēs: qui e via
ſint q̄ ad meliora traduceret: lapſi: cū antehac
nullibi dæmones extitiſſent. Et cōſtat ſane dæ
monum eſſe ſpeciē quandā: qui a deo deſciue-
rint. Quocirca nec dæmonibus ipſis inſeruiet
qui deum coluerit. Enimuero quæ dęmonum
ſunt: ex his innoteſcēt: qui vel ad amores con-
ciliandos: vel ad inuidiā faciendā: vel ad ope-
ra quædā interpellāda: & huiuſmodi cętera in
finita: hos inuocauerit. qđ vtiqꝫ peragunt qui
carminibus & veneficiis hos ipſos didicerint
euocare: & quo volunt traducere. vnde & dæ
monū quorūuis ſeruitus a nobis eſt penit⁹ alie
na: qui deū vnicū illū & qui cunctis præſideat:
colimus. Perſpicuū ꝑterea eſt huiuſmodi dæ-
monū ſeruitutē eoꝝ eſſe & cultū: qui dii cre-
dunt. Nā & gentiū dii vniuerſi dęmones ſunt
& ex eo plane id liquet: ꝙ cū primum legitimis
hi extruēdis delubris & puluinaribus iecerit
fundamēta: q̄ ſibi ad id efficaciora vident: va-
rie moliunt: nec ſecus cū locare ibi & ſtatuas
cœperīt: quæ vtiqꝫ peragūt qui dæmonū vene
ficiis vacant: & his obſequunt. Vnde nobis eſt
viſum: dæmonū cultū nō aliter ac ꝑniciē ali
quā declinādū. Dęmonū vero dicim⁹ cultum
quicqd apud aras & ſimulachra legitime gręe-
ci & religioſe coluerit. His pręterea quę ſupra
F dixerat Celſus cōſtitutū eſſe in ſingulis rebus
vt ſummi dei vim ſortiat: quicunqꝫ dignet vt
cuiuis rei ꝑſideat: & illud adiecit. Nō em̄ vt in
vrbibus gladiatores: etſi trucioribus in rebus
diſpoſiti ſunt: ſed alioquin neceſſariis: ſic & ꝑ-
diti dæmones a dei verbo qđ oīa moderat: ſūt
inſtituti: & reb⁹ quibuſdā ꝑſides facti. An vt ī
ſolitudine aliqua & deſertis ī locis prædones:
qui aliquē vnū ſibi ꝑfecerint: q in cæteros do-
minet: ſic dæmones vt terrarū quiſqꝫ locus ex
egerit: gregatim & per cœt⁹ principē ſibimet
quēpiā fecerint: futurum his ad ea gerenda in
ducem q̄ duxerint ad hoīm aīas ſubtrahēdas
perdēdaſqꝫ potiora? Erit aūt ei perneceſſariū:
qui ad hęc refutāda certiorib⁹ dictis ſit cōceſ-
ſur⁹: vt chriſtianos tuet: qui ꝑter deū rerum
pręſidē illū: & oīs primogenitū creaturæ: aliū
quempiā vt colant hoīes dehortent: & ipſi id
plane defugiant: vt euāgelicū illud ꝓducant:
oēs quotquot ante me venerūt: fures ſunt & la
trones & nō audiuerūt eos oues. & illud. Fur
aūt nō venit niſi vt furet: & mactet: & perdat:
& ſiquid aliud inerit ſacris literis iſtiuſmodi
vt illud. Ecce dedi vobis oēm poteſtatē calcā-
di ſup ſerpētes & ſcorpiones & ſup oēm virtu
tem inimici & nihil vobis nocebit. Et illud. Su
per aſpidē & baſiliſcū ambulabis & conculca-
bis leonem & draconē. Sed fruſtra hęc nouerit
Celſus: quippe ſi noſſet nō illud dixiſſet: oībus
in rebus ſiue dei aliqđ opus: ſiue angeloꝝ: ſiue
dęmonū alioꝝ: ſiue heroū: ex ſummo deo legē
habere: & ſingulis eū pręfici rebus: qui eam ſit
poteſtatem vt ſortiretur dignatus. Hunc ita-
qꝫ qui id ſit poteſtatis ſortitus: haudquaq̄ iu-
re coluerit: qui deū vnicū colat. His demū &
illud adiecit. Nō em̄ fieri poteſt vt plurib⁹ idē
dominis ſeruiat. qua de re in ſequēti libro non
nulla mox cōplectemur: cum iam ſatis habeat
ſeptimus iſte quem contra Celſi opus conſcri
pſimus.

Liber Octauus.

EO tandem nobis peruētum G
eſt: vt libros ſeptē iam abſol-
uerimus. Libet itaqꝫ octauū
ordiri. Quocirca deum in
primis & eius vnigenitū ver
bum adeſſe peruelim: vt &
Celſi quidē obiectiones: quæ
reliquæ fuerint ſtrenue per nos refutētur: fru
ſtra veri ſermonis titulo annotatę: & forti⁹ il-
lud Pauli dictum: pro Chriſto legatione fun-
gimur: his innoteſcat qui chriſtianam profitē
tur religionem: vel hanc maxime concupi-
ſcunt / & fouent: perinde ac ſi deo nos cohor
tante: vt feruentiore Pauli illo affectu per

nos ipſos & noſtram cauſam peroremus: & pro
Chriſto legationem ad homines ieamus: illud
denũtiando: dei verbũ ad eius amicitiã omnes
hortari: & eos velle ꝑ iuſtitiã & veritatẽ & per
virtutes hmõi cæteras ſibi cõciliare: q olim &
nõdũ ſuſceptis Chriſti Ieſu decretis: i tenebris
qa deũ neſcirent diuerſarent: & in ignorantia:
qa nec rerũ cõditorẽ pnoſcerẽt. Nec ſec⁹ illud
efflagitauerim: vt ſtrenuũ illũ & verius nobis
verbũ fruendũ concedat: dñm inquã potẽtem
A & fortẽ in bello: ad nequitiam debellandã. Sed
ad Celſi iã dicta q̃ mox ſubſequẽtur ꝓgredia-
mur. Quęſiuit eñ a nobis ſuperius: cur dęmo
nibus nuſq̃ deſeruiremus: & ad ea quidẽ quæ
de dęmonibus dixerat: vt nobis eſt viſum: re-
ſpõdimus: & illa deniq; ꝑ cœleſtis doctrinę ar
bitrio refutauimus q̃ de dæmonib⁹ hic ꝓtuliſ
ſet: poſthæc vero ad eius quæſtionem: cum ve
lit omnino & nos dæmones colere: piñ ac rñdẽ
tes nos hunc in modum inducit: nequaq̃ qui
vnus ſit poſſe pluribus dominis inſeruire. quã
vtiq; vocem ſeditioſorum quorundã eſſe affir
mat: vt ipe inquit: amolientiũ ſe & abſcidẽtiũ
a mortalibus cæteris. Autumat aũt qui iſta ꝓ
tulerit: quãtum in ſe fuerit: qđ ſuum eſt velle
in deũ vitiũ cõferendo, abradere. Vnde in ho-
mines quidẽ id cadere putat: vt cum vni cuiq̃
ſeruiat aliquis nõ ęque alteri poſſit ſeruire: qa
hac ſeruitutis diuerſitate vtriq; offenderent:
nec par eſſe qui ſe cuiq̃ addicaſſet vt alteri ite-
rato ſe dedat: pinde ac ſit obfuturũ: ſiue diuer-
ſis heroibus: ſiue dęmonibus variis ſeruiat. In
deo autem: quia nec offendi appareat nec indi
gnari: abſurdius ducit: vt caueat quiſpiã deos
plurimos colere: pinde ac vel homines vel he-
roas vel dæmones ipſos colẽdos deſumpſerit.
B Ait ꝑterea q diis plurimis ſeruiat: ſummo deo
vel ea in re: qđ gratũ ſit facere: addit inſup nec
honores deferri cuiq̃ poſſe: cui nõ ſit ex illo per
miſſum. Nam & qui honorẽ his iquit & cultũ
detulerit: qui ſummi illius ſint dei: haudquaq̃
eum offenderit, cui⁹ ditionis ſint omnes. Sed
anteq̃ ad ſubſequentia Celſi dicta deueniatur
videamus vtrũ non iure optimo vox ea a no-
bis excipiatur: neminẽ poſſe duobus dominis
inſeruire: cui illud ſubiungitur: futurũ eſt eñ
vt vel alterũ oderit: & alterũ diligat: vl' vt vni
adhęreat & alterũ contẽnat: & illud deinceps
nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Sed noſtra
iſta defenſio eo nos prouocat vt ꝓfundius quę
dam & forte obſcurius de diis ac dominis elo-
quamur: nouit eñ diuina ſcriptura: magnum
& ſupra oẽs deos dñm eẽ: quos inter nõ deos eẽ
hos audimus quos gẽtes adorent: vt q id didi-
cerimus: vbiq; gentium deos / dęmones eẽ: ſed
deos eſſe hos dicimus: quorum congregatio-
nem nouit propheticus ſermo: & vniuerſis vt
ꝑſidens deus ſingulatim opus aliquod ꝓpriũ
demãdarit. Stetit enim de⁹ in ſynagoga (iqt)
deorum: in medio autem deos diiudicat: nimi
rũ q deorũ deus & dominus ſit: qui ve per filiũ
terrã a ſolis ortu adusq; occaſum vocauit. Iu-
bemur ꝑterea deorũ deo nos confiteri: illđ edo
cti: nõ eſſe hunc mortuoꝝ ſed viuẽtiũ deum
& quæ ſic ꝓferantur: non ſolum ex his explica
ri: ſed ex inumeris aliis innoteſcere: ſiquidem
ſcriptiones diuinę iſtiuſmodi multa nos edo-
cent & inueſtigare & ſapere: cum alibi dicant
Confitemini domino dominorum: quoniam
inęternum miſericordia ei⁹: & alibi Rex regũ
ediſſerunt: & dominantium dominus: & deos
quoſdam dici ſat callens: & quoſdam qui in ve
ro ſint dii: ſiue dicant: ſiue minus: id ipſum de
dominis: cum veris: tum falſo aſſertis: ſic Pau
lus edocẽs inquit. Nam & ſi ſunt qui dicãtur
dii ſiue in cœlo ſiue in terra: ſiquidẽ ſunt mul
ti dii: & multi dñi. Deiñ quoniã deorum deus
vocat ab oriente ad occidẽntem: ad eius por- C
tionem per Ieſum quos libuit: dominus vero
Chriſtus ſit dei: oſtendit per quoſnã ſuper om
nium aſcenderit terminos & ad ſe ex omnibus
terminis vocet: qa omnibus eſt dominantibus
celſior. Vnde iſtorum non neſcius Paulus: ad
ea quæ diximus: & iſta ſubiecit: Nobis tamen
vnus deus pater: ex quo omnia: & nos in illo: &
vnus dominus Ieſus Chriſtus: per quem oĩa
& nos per Ieſum. Cum mira quædã contẽpla-
retur: & magni myſterii hoc loco ineſſe: ſic illa
ſubſequitur. Sed non in omnibus eſt ſcientia:
& cum id explicaſſet: ſed nobis vnus eſt deus
pater ex quo oĩa: & vnus dominus Ieſus Chri
ſtus per quem omnia: nobis illud quo ad ſe ip-
ſum & cæteros dixit: qui ad vniuerſorũ ꝑſidẽ
deorum deum aſcenderit: qui ve ſupra omnes
eſt dominos: dominus. Aſcẽdit autem ad deũ
oĩbus ꝑſidẽtẽ: q nec reſcindẽdo: nec diuidẽdo
nec partiẽdo per eũ hunc colit: qui cum dei &
verbum & filius ſit: ad hunc ſolus eos deducit
qui vtcunq; dictis factiſq; & cogitatu deo om
nium conditori conciliare ſeſe enixius adnitẽ
tur. Iuxta hæc autem & iſtis ſimilia: quia deo-
rum deus dicatur: Celſum exiſtimauerim qui
ſe in angelum lucis tranſfigurauerit: hui⁹ mũ
di principem effeciſſe: cum inquit. Hunc vero
deorum exercitus & dæmonum ſequitur: vn-
decim in partes inſtructus. in quib⁹ hęc & de
ſeipſo & æque philoſophantib⁹ intulit. Cum
Ioue quidem nos ſumus: alii vero cum dæmo
nibus aliis. Cum multi igitur dii eſſe dican
tur: & domini item pleriq;: nos tamen omnia

factitamus: vt nõ ſolum quæ a terrę gentibus pro diis coluntur egregie ſuperem⁹: ſed quos vel ſacrę literæ deos appellant: quorũ nullam habent hi notionem: vt q a Moyſi & ſaluatoris noſtri dei teſtamẽtis ꝓcul aberrẽt: & euãgeliis item: quæ ex his exprimunẗ. Tranſcendit etiã omnem deniq́ʒ ſeruitutem: q̃ dęmonib⁹ his deferatur: qui nihil egerit qđ dæmones ipos oblectet: & eorum inſcenderit portionẽ: q apđ Paulum dii dicunẗ: & intentius cõtẽpleẗ: vtcunq́ʒ ſe habeant res: non quę viſuntur & ſub oculos veniunt: ſed quæ minus videnẗ. Et intelligat demum quẽadmodum & creaturę expectatio ipſa reuelationem filiorum dei expectet: non volẽs: ſed ꝓpter eum q ſubiecit eã ĩ ſpe: & creaturam hãc ipam benedicẽdo collaudet: vt quã videat a ſeruitute corruptionis deniq́ʒ liberandam: & in filiorũ dei libertatẽ aliqñ puẽturam ita vt nil diſtrahatur alteri cuiq̃ vt ſeruiat deo

D vel duoꝝ dñorũ vt ineat ſeruitutẽ. Nulla igiẗ his ſeditiõis vox inerit: q iſtiuſmodi norit: nec plane vt velint futurum eſt dñis pluribus ſeruiendo obtẽperare. Vnde Chriſto dũtaxat Ieſu cõtenti ac dño: q eius ſub ditione hos qdẽ erudiat caſtigetq́ʒ: qui ſibi deſeruiant: vt caſtigatos demũ & bene iſtructos veluti regnum: deo dignos tandẽ effectos: deo ipſi tradat & pri. Atq ab his ſe iſti diſiungũt: & plane abſcinderũt q a dei ſunt republica alieni: ab eiuſq́ʒ teſtamẽto longius pegrinanẗ: illi nimirũ ad deũ & viuum & dei ad ciuitatẽ Hieruſalem ſupercœleſtẽ illã acceſſerint: & multorũ miliũ angelorũ frequẽtiã: & primitiuoꝝ eccľiam q ſunt in cœlis conſcripti: ſe idcirco cõtulerit: vt in cœleſtibus domiciliũ cõſequanẗ. Nec ſane qa perinde ac ea de⁹ iactura afficiaẗ: qua ſolẽt homines affici: ſi alteri cuiq́ʒ poti⁹ q̃ ſibi deſeruiatur idcirco defugimus ne hũanę ſim⁹ ſeruituti obnoxii: ſed deo dũtaxat: cui⁹ ex diſciplina & veritate ideo ducim⁹ ſeruiẽdũ ne nobis ipſi officiamus: ſi a dei portiõe diſiũgimur: q iuxta illi⁹ beatitudinẽ: vitæ id agim⁹: ſpũ quodã filiorũ adoptionis ꝑcipuo: ſiquidẽ eius q in cœlis ẽ patris: ſit inter hos filios deus: nõ eñ dictiũculas ſed res ipſas voce ingenti ex occulto abba pr̃ ꝓnũtiamus. Lacedæmoniorũ quondã oratores Perſarũ regẽ: vel ſatellitib⁹ ipſis vrgentibus: venerati nil ſunt: vnũ dũtaxat dñm veriti: Lycurgi legẽ: ipſi vero dũ pſtãtiore & lõge magis diuina fungimur ꝓ Chriſto legatione: nec perſarũ qdẽ: nec grecorũ: neq́ʒ ægyptiorũ: nec cuiuſuis deniq́ʒ nationis principẽ ſumus veneraturi: ſiue principũ cogãt ſatellites: ſiue dæmones ipſi: ſiue ſathanici angeli vrgere nos velit: vel forte pſuadere eũ vt aſpernemur q quauis

lege ſit terrena pſtãtior. Atq eoꝝ q ꝓ Chriſto legantur: Chriſtus eſt dñs: cuius ob gratiã legatione funguntẗ: & q eſt in principio verbũ: & apud deum: deus proculdubio eſt. Deiñ Celſus vbi ita eſt viſum: & de hominum ſeruitute diſſeruit: pinde ſi hęc alteri forte pſteẗ: iacturã vt ſubeat alter neceſſe ſit: de heroib⁹ ſcilicet & nonnullis dęmonibus dicere ꝓfundiora q̃dam hunc in modum orditur. Sed eſto vt de heroibus item id dici & dæmonibus poſſit. Verũ rogandus hic fuerit: quoſnã eſſe intelligat heroas: & quales eſſe affirmet hos dæmones: ita vt qui ex heroib⁹ vni ſe cuiq̃ ſeruitute obſtrinxerit: ne alteri ſeruiat omnino oporteat: ſic itẽ & q dęmoni ſe huic illive ſeruiẽdo addixerit: ne alteri obſequaẗ: qa haud ſecus ac homines ipſi iacturã hi ſint ex hoc ſubituri. At ſiquã vel heroum iſtorum vel dęmonũ iacturã hic eſſe exiſtimat: pſpicuã hanc fecerit velim. Cogeẗ eñ vel in imenſum garrulitatis & nugarũ hic pelag⁹ irridẽdo reſumere: & ea q̃ dicta iam ſunt refutare: vel ſi garrire forſitã & ieptias dicere min⁹ libuerit: fateri demum: quia nec heroas ſciat: nec dęmonũ naturã intelligat. Ad illud vero qđ de hominib⁹ dixerat: futurũ omnino vt qbus prius fuiſſet ſeruiendi officiũ pſtitũ: dãno afficerenẗ: vbi his derelictis: alteri qs deſeruiret: dicendũ. qđ eñ iacturę prioribus illis factũ hic dixerit: ſi is q ſibi ſeruierit: ſeruire & aliis velit: ſi eñ vt imperitus iſta ꝓtulerit: & ĩdignã philoſopho iacturã is pdicet: vt pecuniarũ: & rerũ cęteraꝝ q̃ externa eſſe ſignificãtur coargueret plane mẽdacii: vt qui Socratis dictũ illud egregie nil aduertiſſet: Me vero Anytus ipſe & Melytus: morte qdẽ poſſunt afficere: damno vero nil queunt. Non eñ fas eſt vt qđ poti⁹ ſit: a deteriore lædatur. Qđ ſi iacturã hic dixerit motũ animi quendã ſiue affectũ: q ex vitio ꝓdeat: pfecto perſpicuũ eſt: cum nulla ſapiẽtũ iactura: vľ diſtãtibus qdẽ in locis duobus ſapiẽtibus ſeruire quẽpiã poſſe. Verũ ſi neq́ʒ hoc ipſum vt fiat par fuerit: fruſtra eſt ergo illi deſumptũ exẽplũ: quo dictum id crimineẗ: neminem poſſe dominis duobus ſeruire: pſertim ſi ea de ſeruitute dicaẗ quæ deo rerum pręſidi: & ei⁹ vnigenito filio exhibeẗ. Deo autem haudquaq̃ perinde ac noſtra idigeat opera in ſeruitutem nos dedimus: nec tanq̃ mœrore afficiatur: ſi ſibi minus deſeruiamus. Sed ipſi ex eo ſeruitutis genere longe proficimus: & vtilitatis plurimum vendicamus: triſtitiæq́ʒ expertes & cuiuſuis paſſionis efficimur: vbi deo per eius vnigenitum filium verbum inquam & ſapientiam ipſam ſeruimus. Aduerte autẽ quẽadmodum nihil ſit illud quod dixerat Cel-

ſus inueſtigandũ: quãdoquidẽ in eo plane oſtẽditur queadmodũ cultus ille p nos deo ſine vlla noſtra iactura delatus: ad quẽpiam ipſos nos
A deferat: qui ex dei ſit ſorte. At Celſus pinde ac pſenſerit nõ ad ſanitatẽ illud ſe ptuliſſe: Si eñ vl aliud quippiã ex vniuerſis colueris: mox ita ſe recipit: & ei⁹ dicta caſtigat ſic inquiẽs: In hoc vero nulli licet vt honoribus amplieť: cui nõ il le permiſerit. Nos vero hũc ĩ modũ Celſum rogabimus: de honoribus differentẽ: qui ſiue heroibus ſiue dæmonibus haud ſecus ſint ac diis delati: vndenã heus tu id patefeceris pmiſiſſe quãdoq; deum vt honoribus iſti augeantur: & nõ ex humana potius ignorantia fieri vel imperitia: mortalibus ipſis errore non exiguo intercep tis: & ab eo deniq; excidẽtibus cui pprie honos deferť. Honoranť igiť: vt p te Celſe paulo ante aſſertũ eſt: Adriani amatoria ſacra: nec ſane dicturus es pinde a deo re℞ oĩm pſide: Antinoo illi adamato fuiſſe honores pmiſſos: qb⁹ vt deus iã colereť: id ipm dicturi & de cæteris ſumus: argumẽta exigendo & ſigna: cur iſtis per deũ ſint honores delati? Q̃ ſi de Ieſu ſimile qppiã nobis iſte obiecerit palã mox ſumus dicturi per deũ illi fuiſſe honores delatos: vt filium honorificent oẽs queadmodũ & honorificant patrẽ. Siquidẽ quę ante huius natiuitatem per prophetas edita ſunt: eius fuiſſent honoris ſtabilimenta: & inſuper quæ mirabiliter geſſerit: non veneficiis: vt Celſus exiſtimat: ſed ſola diuinitate: a prophetis iampridẽ denuntiata: ex deo teſtimoniũ habuere: & ita: vt qui filium honorificaret: quẽ verbũ eſſe ſat conſtat: dũ inter ea nihil agat abſurdi⁹: vtilitatis plurimũ ſit ex delato illi honore cõſequuturus: & qui hũc honoribus proſequatur: qui & veritas ſit: melior fiat: qa honorẽ veritati detulerit. Nec ſecus & meliores futuros dixerimus: qui cũ ſapiẽtiam ipſam: tum & iuſtitiã: tum cætera deniq; quibus diuina ſcripta affirmant filium dei conſtare: veneratione proſequanť & cultu. Q̃ aũt erga deũ filium in vitæ integritate honor ſeruetur: nec ſecus vel erga deũ ipſum & patrẽ: aduerte vt ex Pauli dictis huiuſmodi iſtruamur: qui in lege gloriaris: per prȩuaricationem legis deum inhonoras: nomen enim dei per vos blaſphemať. Et alibi. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia: qui filium dei conculcauerit: & ſanguinẽ teſtamenti duxerit pollutũ: in quo ſanctificatus eſt: & ſpiritu gratię contumeliam fecerit? Si igitur per legis trãſgreſſum deum quis contumelia afficit: profecto & filiũ dei conculcat qui huius cõculcauerit diſciplinam: & liquet ſane deum hunc honorare: qui legem ſeruauerit: & deũ colere: qui dei ſit cum doctrina: tum operib⁹: Q̃ ſi intelligeret Celſus quinam ſint dei: & vt ſapiẽtes duntaxat illius ſint portionis: qui ve ab eo ſint alieni: vt improbi omnes: qui nihil omnino ad ſuſcipiendã virtutem inclinant: ſciret queadmodũ id eſſet dicendum: quod ipſe hunc in modum protulerat. Aliquis ergo cum venerať & colit qui illius ſunt omnes: quidnam deo iacturę attulerit: cuius ſunt omnia? deinceps ſic infert. Enimuero B
qui vnum dici aliquem dominum profitebiť: ſi de deo id aſſerat, impius eſt: quippe qui diuinum ſeiungit & partiť imperiũ: & ſeditioſum deniq; reddit: pinde ac diuerſæ in eo ſint factiones: & ali⁹ quiuis exiſtat qui ex ſimultate huic & odio aduerſetur. Hęc Celſus dicere forſitan non iniuria potuiſſet: ſi linearibus argumẽtis: qui a gẽtibus ipſis vt dii colunť: deos eſſe oſtenderet: & qui circa ſimulachra et delubra et aras verſari exiſtimanť: non improbos quoſdã dæmones eſſe monſtraret. Sed dei regnum quod apud nos frequentius vſurpatur: & literis proditur: nos quidem & noſſe optarimus: & tales aliquãdo reddi: vt & regi per deum & eius eſſe ſub ditione liceret: & dei regnum vt noſtrum efficeretur. At Celſus cum multis nos iſtruit: vt deorum deos colamus: debuit potius ſi ſibi conſentanea quædam eloqui animo inerat: dei nobis imperium explicare. non enim vel factiones ſunt apud deum: nec deus eſt alius quiſpiã ſeditioſus: qui illi obſtiterit: ni forte (vt fabulę ferunt) gigantes nonnulli: vel alii quidam ex innata malignitate deo velint bellũ inferre: ſociis ad id: tũ Celſo: tũ cęteris plane deſumptis: vtcũq; hũc impugnãtib⁹: qui argumẽtis innumeris quæ de ſe vt Ieſu traduntur demonſtrãdo confirmat: qui ve terrarũ orbi: pro noſtri generis humani ſalute: vt pro ſe quiſq; hunc caperet: ſeſe ſimul vt dei verbũ tradiderit. Poſt C
hæc autem videri Celſus forſitan alicui poterit ſimilia veri aduerſum nos protuliſſe: cũ inquit. Si enim alium neminem præter vnicũ hi deum coluerint: poſſent deorũ aliorũ nullam habere hi rationẽ: nunc vero qui nup cõparuit ſuperſtitioſius colunt: & alioquin nihil ſe putant erga deum delinquere: tametſi huius ſeruus colať. Vel ad id quidẽ dicendũ: ſi eñ illud Celſus teneret ego & pater vnũ ſumus: nec ſecus & qđ dei fili⁹ inter precãdũ ſic inqt: ego & tu vnũ ſum⁹: haudquaq̃ putaret nos aliũ quẽpiam colere: pter deũ illũ præſidẽ rerũ: nã & illud profať: ego ĩ patre & pater ĩ me eſt. Q̃ ſiqs forte addubitauerit ne vltro ad eos nos accedamus q duas ſubſtantias eſſe patrẽ & filiũ negent: his dictis velim inſiſtat: erat autẽ credentiũ oĩm cor vnũ & aĩa vna: vt illud intelligat:

ego & pater vnũ ſum⁹. Deum itaq; vnũ: vt ſæpe iam diximus: patrẽ & filiũ colimus: de cæteris vero nulla apud nos ratio cõſtat. Nec eũ vt Celſus inquit: qui nuper comparuit: tanq̃ nõ a ſæculo ſit: ſuperſtitioſe nos colimus: quippe q dicenti fidem præſtamus: anteq̃ Abrahã eſſet ego ſum: & illud inſuper affirmanti: ego ſum veritas. Nec ſane quis noſtrũ ineptus adeo fuerit & imperit⁹: vt putet veritatis ſubſtãtiã ante Chriſti aduentũ nuſq̃ fuiſſe: quo fit vt veritatis patrẽ & filiũ qui veritas ſit, ſimul vt vnũ colamus: quos vtiq; conſtat duas res eſſe ſubſtãtia: vnam vero cõſenſu cõuenientiaq; & voluntatis identitate: ita vt qui filium videat: q ſplendor eſt glorię eius: & forma ſubſtãtię dei: in hoc ipo qui ſit dei imago: & deũ haud dubie
D viderit. Exinde quia cũ deo & filiũ colimus: illud ſequi exiſtimat: vt nõ modo iuxta nos de⁹ colatur: ſed ei⁹ inſup ſerui. Q2 ſi i vero hic noſſet veros dei cultores & ſeruos: poſt vnigenitum Ieſum: & Gabrielẽ & angelos cęteros & archangelos: nil ignoraret: vel his quidẽ ſeruiendum iam fateretur: quorum miniſterii ſignificantiã & miniſtrãtis opera ſuo loco exprimerẽ vbi tantis eſſet de rebus his diſſerendũ: vtcũq; ea capere licuiſſet. Nũc vero cũ miniſtros eſſe exiſtimem qui a gẽtibus adorant & dæmones: haudquaq̃ rerum ſequela nos cogit: vt his ſeruiendũ ducam⁹ quos Sathanę miniſtros ſacrę literę prædicent: qui & princeps huius ſit mũdi: et a deo quos poteſt ſubducat. Fit igitur vt quos cæteri homines colũt nõ vt miniſtros: et ipſi colere declinemus: nõ enim ipſi ſi dei miniſtros hos eſſe edoceremur: dęmonia dici quoq̃ pacto cõfiteremur: cũ vnius dei ob gratiã: tũ ꝓpter huius vnicũ filiũ: verbũq; et dei imaginẽ: quẽ vtiq; votis et precib⁹: vtcũq; licuerit: adoramus: ipſiq; deo omnibus præſidenti per eundem vnigenitum et ſupplices vota offerimus: cui his primum oblatis: deniq; ſupplicamus: quãdoquidem noſtrorũ ſit ille delictorũ propitiatio: vt tanq̃ pontifex: et noſtras offerat deo cũ preces: tũ ſacrificia. Circa deũ igitur noſtra omnis eſt fides: quia hanc in nobis obfirmet et fili⁹. Et ſane quas deferat nullas habet nũc Celſus in filiũ dei: ſeditiones: nã et patrem ſic colimus vt et filiũ demiremur: q et verbũ et ſapientia veritaſq; et iuſtitia ſit: et huiuſmodi cętera quæ dei filii propria eſſe didicimus: ſic itẽ et ꝙ tanto ſit patre ꝓgenitus. Sed de his hactenus.
E Deinde Celſus ſic inquit. Si enim vel iſtos commonefeceris haudquaq̃ dei eſſe hunc filiũ: ſed deũ eſſe omniũ genitorem: nil tamẽ voluerint qđ potius expediret: ſolũ hunc colere: niſi et eũ ſimul coluerit: q ſibi factiõis eſt prĩceps: et quẽ dei nuncupant filiũ: nõ vt deum maiorem colant in modũ: id agunt: ſed vt filiũ maxime prouehãt. Nos vero edocti qs ſit dei fili⁹ & qa ſplẽdor eſt gloriæ & figura ſubſtãtiæ eius: & virtutis diuinæ potentia: & lucis perpetuę ſplendor & ſpeculum immaculatum dei operationis: bonitatiſq; eius imago: certo ſcim⁹ ex deo talem filium prodiiſſe: & hui⁹ patrem deum eſſe: nec indecens quippiam his inerit dictis: nec deo incõgruens: ſi talem ille & vnigenitum ſuſtineat filiũ: nec nobis quiſpiam perſuaſerit: nõ eſſe ingeniti dei & patris tantũ hũc filium. Q2 ſi ab illis forte id Celſus acceperit: qui dei filiũ negẽt conditoris rerũ filium eſſe: id omne is viderit: & qui hui⁹ dictis aſſentiunt. Non igitur factionis princeps nobis eſt Ieſus: ſed quietis & pacis quippe qui hunc in modũ diſcipulos alloquat: Pacem relinquo vobis: moxq; cũ ſciret hui⁹ ſæculi non dei homines, nos eſſe in poſterũ oppugnaturos: & illud ſubiecit: nõ quomodo mundus dat: ego vobis do pacem. Et illi quidem: et ſi in mundo opprimimur: dicenti confidimus: in mundo preſſurã habetis: ſed confidite quia ego vici mundum: & hunc ipſum dei filiũ eſſe aſſerimus: & eius dei: quem ſi Celſi dicta ſequamur: pręcipue colimus: & eius filium nouim⁹: a patre egregie auctum. Sed eſto: vt ex credentium multitudine quidã diſcordias facile admittentium: eorum ex petulantia: ſaluatorem præponant: & deum eſſe & cæteris præſidere affirment: nos tamen haudquaq̃ id aſtruxerimus: qui dicẽti illi fidem præſtamus: pater qui miſit me maior me eſt: quocirca quem patrem nunc dicimus: non dei filio: vti Celſus nos carpſerit: facimus ipſi inferiorem. Poſt hęc infert huiuſmodi Celſus. Q2 autem nõ ex coniectura id ſentiam: vtar equidem iſtorummet vocib⁹: qui in ſuo cœleſti quodam dialogo: quod ſequitur: his exprimunt verbis: potentior deo eſt filius: & illius dominus filius hominis: & qſnam alius regnanti dominabitur deo? quo pacto tã multi circa puteum fuerint: & nullus ĩ puteo? cur is qui tantum confecerit viæ nil audeat: latet ne te? præſto ſunt mihi cõfidẽtia & gladius Fit itaq; vt illis propoſitũ ſit non deum ſupcœleſtem illũ vt colant: ſed quẽ huius & falſo ſubiiciunt patrem: & cuius de cultu inter hos cõuenitur: vt ſub magni dei prætextu: hunc ipm quem plane prætulerint hominis filium: & fortiorem decernant: et vt dei regnantis vel dominum: ſolum tandem & vnice colant. Vnde et illud cõſtat eſſe iniunctum: non eſſe duobus dominis ſeruiendũ: vt factio omnis in hoc vno ſeruetur. Ipſe equidem neq; ex his ſatis intelligo: a qua nã obſcuriſſima hæreſi iſthæc Celſus

deſumens vniuerſos Chriſtianæ religionis ſe-
ctatores:e dictis huiuſmodi crimineť. Obſcu-
riſſimam vero idcirco hanc dixerim: quia nec
nobis quidem adhuc: qui omne hæreſum ge-
nus ſat calleamus: vt in his ſæpe exercitis: ſen-
tentia hæc innotuerit: e qua hæc Celſus acce-
perit: ſi forte accepit: & non de ſe iſta cõfinxit:
vel vt ſequelam rei adiecerit. Nos vero qui &
eius eſſe mundum dicimus ſenſibilem iſtum:
qui vniuerſa condiderit: haudquaq̃ fatemur
filium patre potentiorẽ: ſed inferiorẽ aſſerim⁹
præſtita dicenti ſibi hæc: fide: Qui miſit me pa
ter maior me eſt. nec noſtrum quiſpiã adeo fu-
rit: vt dominum dei eſſe affirmet: qui filius ho
minis ſit: at ſaluatorẽ tũc præcipue cũctis quæ
ſibi ſubdita ſunt nõ tamẽ patri & deo dicimus
dominari: cũ deũ verbũ & ſapiẽtiã & veritatẽ
hunc eſſe cognorimus. Porro quia non inuitis
imperat verbũ: & extant nõnulli: nec homines
ſolũ: ſed angeli inſuper & dæmones omnes: in
quos aliquo modo dixerimus nullũ habere id
verbũ imperiũ: quippe quia ſibi non vltro ſe illi
ſubiiciant: cũ alioquin: quoad aliã quandã do-
minatus ſignificantiã: & his dominetur: haud
ſecus id dicimus his dominari ac homines ip-
ſos in bruta ditione potiri: quæ mãſuetiora ef
fecerint: vel edomitis animantibus huiuſmo-
di cæteris: alioquin enixe omnia factitat ver-
bum: vt vel his dominetur: perſuadendo & ex
hortando: qui ſibi vel dudũ nihil obſequeren-
tur. Iuxta nos ergo mendacii quod dixerat Cel
ſus arguitur. Quis em̃ alius imperantis dei do
A minus fuerit? Deinceps vt arbitror: iterato res
ipſas confundens: ex hæreſi alia quadam id in
tulit. Circa puteum multi: & nemo ĩ puteo. Et
illud item. Cur tantũ conficiẽs vię nil audeat:
te ne latet? Et præſto mihi eſt cõfidẽtia & gla-
dius. Quæ vtiq; ipſi q ex eccleſia ſum⁹: a Chri
ſto & ſolo cognomẽ ſortiti: haudquaq̃ vera eẽ
fatemur. Sed hæc Celſus profatus: videtur ſi-
bi conſentanea dicere: quæ ſi nos ipſos ſpecte-
mus: nullius ſint momẽti futura. Eſt enim no-
bis illud propoſitum: vt non ex opinatione ali
quẽ deũ colamus hũc præter q & vniuerſa hęc
cõdidit: & alia item: quæ nec ſub tactũ veniũt
nec ſub aſpectũ. Sed hoc viderint qui vel aliud
iter incedunt: & alias ſemitas: & verũ deũ ne-
gando: nouis quibuſdam figmentis & nomine
tenus credito deo: perinde conditori rerũ præ
ſtãtiori: ſeſe addixerunt. Reddita itaq; per nos
ratio eſt: cur duobus nil ſit dominis ſeruiẽdũ.
Siquidẽ perſpicuũ fecimus: nullas circa Ieſum
& dominũ poſſe factiones prętendi: nec ſeditio
ſos eſſe q dominũ cõfitentur omnia peruiciſſe:
& ſoli huic vt dei verbo & filio aſſerunt ſeruiẽ
dum. Poſthęc Celſus & aras: & ſimulachra: & B
delubra nos ait defugere quominus fundenť:
quandoquidem inuiſibilis noſtræ huius & in
explicabilis cõmunionis fidẽ: & charitatis: fa-
ctionem eſſe exiſtimat: cũ nihil interea videat
nobis quidẽ ꝑ aris & delubris iuſtorũ eſſe men
tem: a qua haud dubie emittuntur ſuauiſſimi
incenſi odores: vota inquã & ꝑces ex conſcien-
tia puriore. vnde in Apocalypſi Ioannes ſic in
quit: incenſa aũt ſunt orationes ſanctorum. &
apud Hymnidicũ illũ: Fiat oratio mea ſicut in
cenſum in conſpectu tuo domine. Sunt ꝑterea
& ſimulachra & deo dignæ oblationes: nõ per
impuros opifices aliquos fabricata: ſed per dei
verbũ in nobis cũ edita & formata: tunc & vir
tutes inerũt primogeniti omnis creaturæ imi
tatrices: in quo cũ iuſtitiæ ſint: tũ cõtinentiæ:
tũ fortitudinis: tũ ſapientiæ: & pietatis: tũ de-
niq; cæterarũ virtutũ exẽpla. Inſunt itaq; oĩb⁹
ſimulachra huiuſmodi: qui ex diuĩa doctrina:
continẽtiam ſibi & iuſtitiã: fortitudinemq; &
ſapientiã: & pietatẽ pararint: & reliquarũ vir-
tutũ ſtructuras: in quibus par eſſe crediderim
ei honorẽ deferri qui omniũ ſit ſimulachrorũ
exemplar: imago ſcilicet inuiſibilis dei: vnige-
nit⁹ deus: vel hi quidẽ qui veterem hominem
cũ ſuis operibus exuentes: nouũ deniq; induũt
qui renouatur in agnitione dei ſecundũ ima-
ginẽ eius qui creauit eũ: vt eius qui ſe creauit
recipiant imaginis ſimilitudinem: in ſe ipſis fe
cerint ſimulachra: qualia ſummus ille vult de
us. Quemadmodũ enim ſimulachrorum ſcul
C ptores longe plurimũ inter ſe differunt: ita vt
quidam opus aliquod mirifice fingant: vt Pra
xiteles: & Polycletus: vel ex pictoribus Zeuzis
ille & Apelles: alii vero in ſtatuis hiſce effigian
dis ſint longe inferiores: & alii item fictores lõ-
go ab his interuallo abſint: quos ſecundo loco
poſuimus: ac demum inter ſtatuarios multũ:
nec minus inter pictores interſit: Sic etiam in-
ter Chriſtianos exiſtunt & reperiunť nõnulli:
qui veri dei longe melius q̃ alii quidã: & perfe-
ctiori ex arte ſimulachra hæc faciant: & ita: vt
nullo pacto Iouis Olympii ſtatua quam Phi-
dias ſculpſerit: queat cũ hac comparari quę ſit
ad creatoris dei imaginem facta. Et ſane id fue
rit ex ſtructura hac omni: melius lõge atq; prę
ſtantius: quod ineſſe ſaluatori apparet: id affir
manti: Pater in me eſt: & ego in patre: vel in ſin
gulis plane pro viribus hunc imitantibus: &
ſimulachra hæc inerunt ad ſaluatoris imagi-
nem: quæ vtiq; corde puro deũ cõtemplando
hi conſtruunt: qa imitatores facti ſunt dei. Et
vt ſummatim expediam: Chriſtiani omnes: &
quas diximus aras: & quæ iam oſtendimus ſi-

mulachra:collocare maxime adnituntur: non
tamen inanimata:& inſenſibilia quædam: nec
dæmonum: ſiue loca: ſiue ſimulachra vt dixi-
mus:ſuſceptibilia:quę prius illi inſederint: ſed
ſpiritus dei capacia: qui virtutē inhabitet:ta-
bernacula:& eius vtiq; dei:qui ad ſui nos ima-
ginem ſtruxerit:& veluti ad domeſticos: & fa-
miliares accedat. Sic autem Chriſti & ſpiritus
(vt ita dixerim) ſimiliter figuratis inſederit:
& hæc ipſa cū vellet diuinus ſermo ꝑtendere:
deū deſcripſit in promiſſione iuſtos ſic alloquē
tem: Inhabitabo in ipſis:& inambulabo: eroq;
illorū dominus & ipſi erunt mihi in populum.
Saluatorē vero ita dicentē: Siquis autē verba
mea audierit & fecerit ea: ego & pater venie-
mus ad eū & manſionē apud eū faciemus. Diſ-
quirat igit̃ qcunq; velit aras iſtas:quas nuper
expoſui:& ſi lubet:cū aris his conferat:quas in
tulit Celſus:& ſimulachra ipſa:deū colentium
animis inſidentia:cū Phidiæ illius & Polycleti
ſimulachris:& opificū cæterorū huiuſmodi.
Profecto aperte intelliget:illa quidē inanimata
& tēporis ꝓceſſu corruptibilia fore:noſtra ve-
ro hęc in anima immortali permanſura tādiu:
q̃diu rationalis anima in ea voluerit permane
D re. Vel ſi tēpla tēplis ſint cōferenda:vt Celſi di
cta ſuſcipientibus demōſtremus:quēadmodū
vt delubra fundent̃: ſimulachris & aris ſupra
iam explicatis aptius cōgruentia: haudquaq̃
ſumus ipſi prohibituri:ſed ꝑcipue id auerſabi
mur:vt ei qui vitam nobis hāc elargitur:tēpla
quædā inanimata neglectis certioribus:collo-
centur: audiat quiſq;:ſi lubet:quo pacto nos
inſtruamur:dei tēplū noſtra eſſe hæc corpora:
& qui per libidinem hęc ipa:& praua facinora:
hoc eſt dei id tēplū:corruperit:& in verius tē-
plum ſe impie geſſerit:diſperditū iri. Iſtiuſmo
di aūt tēplis oībus:id nomē ſortitis: longe po-
tius erat:atq; ꝑſtantius ſacroſanctū illud & ni
tidiſſimū ſaluatoris noſtri Ieſu corpus: q cum
certo ſciret moliri poſſe ab impiis in dei tēplū
qđ vtiq; in ſe eſſet:inſidias:non tamē ꝙ eorum
animi prōptitudo q has molirentur:diuinita-
te ipſa q̃ id tēplū ædificaſſet: validior foret:ſic
illos affatur. Soluite templū hoc: & ego in tri-
duum excitabo illud. qđ vtiq; de ſuo corpore
affirmabat. Et alias quidē diuia doctrina de re
ſurrectione hos myſtice cōmonefacit: qui dei
verba auditu quodā diuino percipere querint
plane id aſſertura:ꝙ e viuis & ꝑtioſiſſimis qui
buſdā lapidibus ſit id tēplū exædificandū quā
doq;:& quēadmodū eorū quiſq; qui ex diuinæ
doctrinę monitis in eū qui fuerit ſecundū ſe cō
ſpirauerit cultū:dei tēpli totius ꝑtioſus futu-
rus ſit lapis:ſicuti & Petrus ſubiungit. Vos au
tem ædificati eſtis lapides viui: & domus ſpi-
ritalis in ſacerdotium ſanctū offerre ſpiritales
hoſtias acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum.
Et Paulus. Aedificati ſuper fundamentū apo-
ſtoloꝝ:& prophetarum:ipſo ſummo angulari
lapide Chriſto Ieſu domino noſtro. Et item
Eſaiæ illud myſtice dictum:perinde ad Hieru
ſalem in eā ſententiā habitū. Præparo tibi car-
bonē lapidē tuū:& fundamenta tua ſaphyrus:
& ꝓpugnacula tua iaſpis: & portas tuas lapi-
des cryſtalli:& circuitū tuum lapides electi:et
omēs filios tuos docibiles dei:et in multa pace
filii tui:et in iuſtitia ædificaberis. Cōſtat autē
iuſtoꝝ nonnullos carbonē lapidē eſſe:ſaphyrū
alios:alios iaſpidē:cryſtallū alios:ſic fit vt omē
electorū et ꝑtioſorū lapidū genꝰ prę ſe tulerint
iuſti. Nūc vero de lapidibus hiſce et eorum na
tura:et qualeſnam ad animas referri poſſit ex
pretioſo hoc lapide nomen:haudquaq̃ præſen
tis eſt temporis explicare. Illud duntaxat eſſet E
vel breuiter differēdū:quidnā ꝑ ſe ferant iuxta
nos tēpla:et dei vnius tēplū:qđ ex pretioſis cō
ſtet lapidibꝰ. Quēadmodum em̄ ſi in aliorum
conſpectu ſua ſinguli et legitima tēpla:pro ci-
uitatis amplitudine extollendo iactarēt: expli
caturi omnino ſint:vt q tēplorum magnificē-
tiā gloriæ duxerint:quæcunq; in ſuis delubris
præcipua viderētur:vt aliorū inferiora eſſe ar
guerent:ſic et his q idcirco nos criminant̃: qa
haudquaq̃ deū in inſenſibilibus templis colen
dū exiſtimamus:noſtra hæc et ſpiritalia oppo-
nimꝰ tēpla:et his plane oſtēdimꝰ:q nō omnino
inſenſibilitate laborant:nec ſuorū inſenſibiliū
deorū ſimiles ſint:nullo pacto noſtra hæc tem-
pla poſſe cū gentiū tēplis conferri: nec noſtras
aras cū iſtorū aris quicq̃ habere ſimilitudinis:
nec nidores qdē ipſos et ſanguines:nec ea quæ
nos ſuſcipiunt tēpla:cū eorū q ſenſu carent de
lubris:quæ vtiq; inſenſati hoīes demirant̃:qui
nec diuinū ſenſum animo verſant: quo deum
quis ſentiat:nec ſimulachra ſimul et aras deo
cōuenientia cōtēplant̃. Non igit̃ ad noſtræ hu
ius inuiſibilis et inexplicabilis animorū cōiun
ctionis:et tāti cōuentus cōfirmationē:ſimula-
chrorū tēplorūve fundationes defugimus:ſed
quia vbi p Ieſu doctrinā cōperimus quēadmo-
dū colendus ſit deus:ea nos euitamus:quę ſub
pietatis prętextu:et opinatione quadā impios
reddant:qa vero per Ieſum cultu errādo fallū-
tur:q vtiq; ſolus ad pietatem eſt via:et in vero
illud profatur:Ego ſum via et veritas et vita.
Sed videamus quę deinceps de deo dicturꝰ eſt
Celſus:quādo(vt vera fatear)vt idolothytis:
vel:vt ita dixerim: Dæmonothytis vtamur:
hortetur:Et vt ipſe forſitan:vt plane neſcius:

quid ī vero ſit ſacrū: & qualia ſint apud deum
A hunc ſacrificia: hierothyta nūcupauerit. Quę
aūt infert iſtiuſmodi ſunt. Vniuerſis qdem cō
munis eſt deus: bonus preterea: & nullius indi
gens rei: & inuidia liber: quid igitur impedit
quominus: q ei admodum ſint dedicati: publi
cis vt ſacris fruantur? Et ſane haud ſatis intelli
go: qđ iſte imaginando: vbi deū: & bonū dixit:
& nulla re indigentē: & carentē inuidia: ſubſe
qui illud exiſtimet: qui ei ſunt dedicati: frui vl'
ſacris publicis oportere. Et dixerim equidem
illud forte ſubſequuturū: quādoquidē & bon⁹
ſit deus: & nulla re egeat: & inuidia vacet: vt
publicis ſacris hi perfruantur: ſi modo nihil il
la haberent qđ falleret: & ex diuina quadā con
tēplatione eſſent hæc inſtituta: vt quæ ad dei
cultū: & pietatē deducerent. Q̨ ſi publica iſta
nomine tenus q̄ diximus ſacra nil penitus ha
beant qđ plane oſtēdat diuino ſe cultui conue
nire: ſed eorū eſſe figmenta coarguant: qui ex
hiſtoriis qbuſdā humanis iſta hæc ſanxerint:
ſeu ex aliis nōnullis rerū naturā cōtinentibus:
vt aquæ: terræ: vel fructuū ex hac prodeuntiū
vtcūq; tamē ſe habeāt: liquet ſane qui deū cole
re accuratius velint: id rite facturos: ſi publica
rū ſolēnitatū participent. Feſtus ſiquidē dies:
vt e Grecorū inquit ſapientibus quidā: nil ali
ud præfert: niſi vt quis decentia faciat: & in ve
ro celebrem diē is egerit: q ſemper quæ deceāt
orando perficiat: & cōtinēter deo cū ſupplicat
ſine ſanguine offerat ſacrificia. Vnde accom
modatiſſime illud apud Paulū dictum videtur
Dies autē obſeruatis: & mēſes: & tēpora: & an
nos: timeo ne forte ſine cauſa in vobis labora
B uerim. Q̨ ſiquis ad hæc fortaſſe obiecerit: vel
dominicos dies: vel paraſceues: & paſchatis: vl'
penthecoſtes tempora: quæ ex diebus vtiq; cō
ſtant: dicendū perfectiorē queq;: qui pro verbi
domini: ac dei natura: dictis: factiſq;: & cogita
tibus ſemper inſiſtat: aſſiduo in domini diebus
verſari: & dominicos perſeueranter agere dies
& ad recte viuendū ſedulo paratiorem ſe red
dere: a mundiq; ſuauitudinibus his abſtinere:
hominum pleroſq; fallētibus: nec carnis ſapiē
tiam enutrire: ſed proprium caſtigando corp⁹
in ſeruitutem redigere. Sic fieri: vt ſine inter
miſſione paraſceues dies hic ducat: quippe qui
& illud ſat calleat: vt paſcha noſtrum immola
tus eſt Chriſtus: & intelligat ei feſtū eſſe hunc
diem ducēdū: qui verbi carnem iuſtius edat:
& ita vt ſemper paſcha hic peragat: qđ tranſ
itus latine interpretat: nimirū qui continuo
cū mente: tū verbis: tū re ipſa & opere: ex vitæ
huius negotiis: ad deum ipſum: & eius ciuita
tem iter trāſeundo acceleret. Neq; ſecus & qui
in vero id dicere quiuerit: Conſurreximus
Chriſto: & ille nos ſimul & ſuſcitauit: & conſi
dere in ſupercœleſtib⁹ in Chriſto effecit: haud
dubie ſemper in penthecoſtes diebus verſatur
& tunc præcipue vbi ſuperiore cœnaculo Ieſu
ipſi apoſtolorū more incenſo: precib⁹ ita & vo
tis intenderit: vt dignus vehemēti ſpiritu illo
& cœlitus aduenta nte reddatur: qui vtiq; id
circo & vehemēs erat: & violentus: vt ex homi
nū genere nequitiā tolleret: & quæ ex hac pro
deūt mala: nec ſecus & linguæ illius a deo igni
tæ diuiſione dignetur. Is vero qui inter credē
tes videtur præcellere: nec tamē tanti eſſe poſt
modū deprehendat: indiget (vt ita dixerim)
ſenſibiliū exemplorū: cū vel nolit qdem: vel ne
queat omnes: & tales dies hos ducere: vt non
penitus dilabat. Iſtiuſmodi arbitror vbi Pau C
lus cognouiſſet feſti diei partem: feſtū id nomi
naſſe: qđ pręter dies cęteros feſtos: ſtatis dieb⁹
celebraretur: & ex iſtiuſmodi dicto aperuiſſe:
nō in parte aliqua feſti diei: ſed in integra qua
dam & indeficiente hūc eſſe: qui pro verbi do
ctrina vitam perpetuo duxerit. Aduerte itaq;
rurſum vbi noſtri hi celebres dies cum Celſi
fuerint publicis ſacris collati: & feſtis diebus:
vt elegantiores longe apud nos ſint: q̄ ſolēnes
apud alios dies publice obſeruati: in quibus ſa
pientia carnis ad ebrietates: & luxus demum
conuerſa petulantius agit. Sed longum eſſet
velle nunc explicare: cur iuxta dei legē ſacrati
dies doloris panem comedere doceant: & item
cum lactucis agreſtibus azima: & animas vt
ſuas humilient: et ſiquid eſt huiuſmodi aliud.
Non enim fieri poteſt vt cōpoſitus e pluribus
homo: q̄diu caro aduerſus animā cōcupiſcit:
& aduerſus carnē & ſpiritus: ab vniuerſis ca
uendo: feſtū diem vt agat. Aut enim quis ſpi
ritu dum feſtum id agit: corpus caſtigat: quod
vtiq; nequeat carnis ob ſapientiam cū ſpiritu
hoc ipſo diem celebrē ducere: aut ſi iuxta car
nem hunc celebrem duxerit: haudquaq̄ quiue
rit qui iuxta ſpiritum ſit: feſtū diē hic capere.
De feſtis hęc hactenus. Sed videamus iam qui D
buſnam dictis Celſus vtatur: cū nos vt idolo
thytis veſcamur: hortetur: & ad publica: &
in publicis ſacris ſacrificia: & immolationes
compellat. quæ vero infert huiuſmodi ſunt. Si
enim nullius momenti eſſe hæc idola iudicen
tur: cur non moleſtius fuerit in publicis Athe
nienſium ſacris epuli participare? Si dæmones
præterea extent nōnulli: perſpicuū eſt: dei hos
eſſe: vnde & præſtanda erit his fides: & ex lege
rite ſacrificandū: & vt propitii ſint ſupplican
dū. Hæc vero vt acrius refutētur: optimū fue
rit ea in manus deſumere: quæ de idolothytis

Paulus in epiſtola ad Corinthios prima ediſſe
rit: vbi nil eſſe idolum inſiſtendo affirmat: &
quid iacturæ poſtmodũ ſubſequatur edicit: ſi
idolothytis qs in eſum vtatur. his plane oſten
dens q audire huiuſmodi quiuerint: lõge dete
riora deniq; patraturũ: q his veſceretur: q̃ qui
hominẽ trucidarit: quippe qui ſuos fratres de-
perderet: pro qbus mortẽ obierit Chriſt⁹. Poſt
hæc vero ſtatuẽs q̃ immolant: dæmonibus im
molari: participes dæmoniorũ fieri oſtendit q
dæmoniorũ mẽſæ participẽt: nec ſecus & fieri
nõ poſſe vt Chriſti quis menſæ et dæmoniorũ
E ſimul particeps fiat. Sed quoniã orationis con
textũ omnẽ q vtiq; in epiſtola ad Corinthios
prima pluribus conſtat: res ipſa in pſenti exige
ret: cũ de idolothytis et dæmoniis agitur: con
tenti his erimus quæ paulopoſt inferentur. In
quibus ea perueſtiganti plane videbit: quẽad-
modum etſi nihil ſint idola: alioquin vel hoc
pacto grauius eſſe vt idolorũ epuli quiſq̃ parti
cipet. Q, ſi vel extent dæmones quidã: qbus ſa
crificia hæc offerantur: haud tamen eſſe et no
bis de his quoq̃ pacto participandũ ſat liquet:
qui optime calleamus: quid domini menſa: et
dęmoniorũ inter ſe differant. Quod vtiq; cum
ſit nobis compertũ: enixe omnia facimus: vt do
mini mẽſæ participes perpetuo ſimus: quouis
modo cauentes: ne ex dęmonũ menſa partẽ ali
F quã vendicem⁹. Sed cũ inquiat Celſus dei vel
dæmones eſſe: et idcirco pręſtãdã fore his fidẽ:
et ſacrificandũ legitime: et vt propitii ſint ſup
plicandũ: vel de his quidẽ volẽtes ſinguli erũt
per nos certiores reddendi: monendiq; quẽad-
modum dei verbũ nil velit qđ improbũ ſit nũ
cupari dei rem eſſe: quippe quod tãto domino
indignum plane decernat. vnde nec dei homi
nes appellantur: niſi qui deo ſunt digni: qualis
Moyſes fuit: qualis Helias: et ſiquis alius dei
homo deſcribitur: vel eorũ quis ſimilis ſit: quo
rum res optime geſtæ ſint literis proditæ. Sic
item nec omnes angeli: dei angeli nuncupan-
tur: ſed qui beatiores ſunt ſolũ: nam q ſe olim
ex angelis ad deteriora cõuerterant: diaboli an
geli nominãtur: quemadmodum: et qui ex ho
minibus improbi ſunt: peccati homines aſſerũ
tur: et pęſtilentię filii: vel iniquitatis dicuntur
Sed cum inter homines probiores ſint quidam
nonnulli autem improbi: eoq; dei hos eſſe: illos
diaboli affirmamus: nec ſecus et angelorum
partim dei: partim diaboli ſint: dęmones tamẽ
non ita partimur: nimirum qui nequiores eſſe
omnes coarguũtur. Dicturi idcirco ſumus: fal
ſa eſſe omnino quæ hũc in modum intulit Cel
ſus: q; ſi dæmones fuerint nonnulli: perſpicuũ
eſt dei hos eſſe: vel proferat quiuis pro eius ar-
bitrio argumenta: quibus oſtendat nequaq̃ vl
ſaniora: vel integra eſſe quæ de angelorum par
titione huiuſmodi diximus: vel vtrum dici ali
quid poſſit: quo vel in dæmones cadere iſtiuſ-
modi quippiã proferatur. Q, ſi id impoſſibile
fuerit: liquet ergo nõ dei dæmones eſſe: vt quo
rum non princeps ſit de⁹: ſed Beelſebub ille vt
diuina ſcripta affirmant. Nec credendum eſſe
dęmonibus monent: vel ad id Celſo nos cohor
tante: ſed mortem potius obeundam: q̃ his ſit
fidei quippiam adhibendum: vel quæuis inſu
per huic toleranda: qui deo apprime obſequa-
tur: ne dęmonibus hiſce ſacrificandum annue
ret. Siquidem fieri non poſſit vt his aliquid im
moletur: qui & nequiores ſint & hominibus ip
ſis officiant. Verum quibuſnam legibus Celſo G
placitum eſt vt dæmonibus rite ſacrificemus?
Si enim ex his quæ ſunt ciuitatibus cõſtitutę:
oſtendat id confirmando cum diuinis has legi
bus conuenire: quod ſane nil quiuerit hic pate
facere: non enim vel ſi hæc viciſſim edixerint:
improborum quorundam decreta: vel multa-
rum vrbium leges: quas diuinas nos dicimus
haudquaq̃ eſſe proprie leges: his erit fides prę
ſtanda. quid ni? cum deo ſit potius q̃ homini-
bus obſequendum? Propulſandũ eſt itaq; Celſi
cõſiliũ affirmãtis ſupplicãdũ dæmonibus eſſe:
nec quoq̃ pacto audiendũ. Deus nãq; & ſolus
eſt adorandus. Vnigenitusq; & omnis primo-
genitus creaturę deus verbum ſuppliciter eſt
& vt põtifex deprecandus: vt noſtras quę ad ſe
peruenerint preces: ad ſuũ deũ & noſtrũ domi
nũ deferat: q eius & pater eſt: & eoꝝ prępterea q
pro dei doctrina duxerint vitã. Quẽadmodum
enim eos homines habere propitios haudqua-
q̃ vellemus: quibus placeret & nos ex ipſorum
nequitia degere: ſi minus ſe in eos benigniores
præſtarẽt q aliter longe atq; ipſi ſentirẽt: & cõ-
traria mallent: quãdoquidẽ illorũ benignitas
infenſos eſſet deo nos reddìtura: ſic item & qui
dæmonũ naturæ: voluntatiſq; & nequitiæ ha
buerint cognitionẽ: nunq̃ profecto optauerint
dęmones hoſce habere propitios. non enim vel
ſi nihil hos habeant fautores: pati ab his ali-
quid poterunt: vt qui a deo benignitate erga
ſe quadam: & ſuæ gratia pietatis: & angelorũ
tutela ſeruentur: ne quid iacturę a dęmonibus
ſubeant. Qui vero deum habuerit ob eius in ſe
pietatem: propitium: quiue permagni conſilii
angelum dei dominum Ieſum ſuſceperit: cõtẽ
tus dei per Chriſtum Ieſum iam parta clemen
tia: vt a dæmonũ vniuerſo exercitu nil perpeſ-
ſurus: fidens id dixerit. Dominus defenſor vi-
tæ meæ: a quo trepidabo? Et ſi exurgat aduer-
ſum me pliũ: nõ timebit cor meũ. Hęc velim ad

A ea quæ Celſus intulerat:reſpondiſſe.Cęterum quæ deinceps dicturus eſt exponentes:age pro viribus & hæc perſcrutemur:q̃ ita ſe habẽt.Et enim ſi ex patria quadã cõſuetudine immolationibus nõnullis hi abſtinẽt: erit ergo vel ab omniũ animantiũ eſu his abſtinendũ:quatenꝰ & Pythagoræ ipſi videt̃:cũ animã: tũ eius organa veneranti.Si vero:quod ipſi affirmãt: id agunt:ne cũ dæmonibus vna cibum deſumãt: beatã iſtorũ dixerim ſapientiã:quãdoq̃dẽ id ſero intelligũt:cũ aſſidui ſint dæmonũ cõuiuatores:& tũc ſolũ id caueant:cũ hoſtiã viderint immolatã:cũ vero frumẽto veſcunt̃:& vinum perpotant:& aquã:arborũq̃ fructus deguſtãt & hanc aurã ſpirãt: haudquaq̃ a dæmonibus ſingula hæc iſti deſumpſerint:quibus ſeorſum & ſingulis:iſtarũ ſit rerũ cura iniuncta.Ipſe vero neſcio quo pacto ex his Celſo illud ſit ſubſequi viſum: vt vel a quorũuis animantiũ eſca ſit his abſtinendũ:quos e patria quadã conſuetudine ab hoſtiis dixerat q̃buſdã cauere. Neq̃ id dixerim:ꝑinde ac nõ eadẽ hæc ſuggerat & hunc in modũ diuina doctrina:vt & tutius vita degatur & purius:bonũ eſt non manducare carnem:& non bibere vinũ:in quo frater tuus offendit̃.et alibi rurſum. Ne forte ex tua eſca illũ perdas:ꝑ quo Chriſtus mortuus eſt.Et iterũ.Si eſca ſcãdalizat fratrẽ meũ:nõ manducabo carnẽ in æternũ.Sciẽdũ aũt q̃ cũ Iudęi noſſe ſe Moyſi legẽ putarẽt:eãq̃ in eſcis duntaxat ſeruarent:dũ ea ſolũ in cibũ deſumerẽt:quę ex lege ſibi ſunt mundiora:& ab imũdis cauerent ita vt ne beſtiarũ quidẽ in cibum ſanguine vterentur:neq̃ q̃ a beſtiis caperent̃: & aliis itẽ pleriſq̃ de quibus q̃a longũ eſſet differere:eo & in præſenti nõ opportunũ ducimus hęc cõquirẽda: ſubſequuta poſtmodum Ieſu domini diſciplina:vbi oẽs vellet ad puriorẽ illũ & diuinum cultũ:mortales hortari:& nõ ſub legis grauioris prætextu multos q̃ moribus ꝓfeciſſent:interpellare:definiuit demũ & ſanxit non ea hominẽ ingnare q̃ os ipſum ingrederent̃:ſed quæ ex ore ꝓdirẽt.Nã omne (inq̃t) q̃d in os intrat in ventrẽ vadit:& in ſeceſſum emittit̃:quę aũt procedũt de ore:de corde exeũt:& ea ſunt quæ coinquinant hominem.De corde enim exeunt cogitationes malæ:homicidia:adulteria: fornicationes:furta:falſa teſtimonia:blaſphemię. Inquit pręterea Paulus:eſca nõ cõmendat nos deo:neq̃ enim ſi non manducabimus deficiemus:neq̃ ſi manducauerimus:abundabimus.
B Exinde q̃a obſcuriora hæc aliquãto ſunt viſa: niſi ſeorſum vt clarius innoteſcerent:ſecernerentur:viſum eſt Ieſu apoſtolis: vel in Antiochia ſenioribus ad id coeuntibus: eadẽ hæc cũ ſancti ſpiritus nũmine explicãdo:his q̃ ex gentibus credidiſſent ꝑ epiſtolã ſcribere: qua his ipſis ea in eſum neceſſario interdicerent q̃ ipſi nominatim edixerint: vti idolothyta ſunt & ſuffocata:& pręguſtata a beſtiis:& ſanguis cũ carne:nã idolothytũ dæmonibꝰ immolat̃:nec decet q̃dẽ q̃ deũ ſectetur dæmonũ menſæ fieri participẽ.Suffocata aũt fuerint:ſanguine non expreſſo demortua:q̃ vtriq̃ dæmonum eſſe aſſerunt cibũ:vt ex cuius nidore hi nutriant̃. Hęc idcirco diuinꝰ ꝓhibet ſermo ne in cibũ ſumãt: ne forte dæmonum cibis enutriamur:perinde ac nobiſcũ iſtiuſmodi ſpiritus coalant̃ ſi ſuffocatis veſcamur. Ex his autẽ quæ de ſuffocatis iam diximus poterit item & ſanguinis abſtinẽtia hæc innoteſcere:verũ cũ ad id loci perueniũ ſit:haudquaq̃ fuerit abſurdũ eius ſententię meminiſſe:quam Chriſtianorũ pleriq̃ in Xeſti cuiuſdã dictis hũc in modũ perlegunt.Eorũ q̃ animata ſunt vſus indifferens eſt:ſed ab his abſtinere rectius fuerit.Non igitur a beſtiis hiſce ſimpliciter & patrio quodã more nos abſtinemus:quas iſti ꝑ hoſtiis ducũt:& his imolant̃: qui vel dii:vel heroes: vel dæmones: vtcunq̃ traduntur:ſed rationi multiplici in partẽ iam explicata.Nec ſane queadmodũ non ſolum ab omni eſt vitio abſtinendũ:ſed ab his etiam quę a vitiis prodeunt:& a cuiuſuis beſtię:& carnis eſu cauendũ eſt:ſed a quauis re abſtinendũ: q̃ crimini detur.Fugienda ſunt nãq̃ quæ vel ad voluptatẽ: vel ad ingluuiẽ fiunt:ne videamur perinde his acti vt temere veſci:quæ vel ad ſanitatẽ nil faciãt corporis:vel medelam:etſi animã nil affirmemus viciſſitudine quadã ad corpora:vel brutorum plerũq̃ ad ſuimet ignominiam demigrare.Et ſane nec Pythagoræ illius in morẽ ab animantibus his abſtinemus: quippe q̃ rationalẽ duntaxat animam honorare didicimus:& huiꝰ organa ſepulchro honorifice demandare.Non eñ par fuerit rationalis animæ domicilium vtcunq̃ ſors tulerit:quemadmodum & brutorum ſolemus: inhonoratum abiicere:& illud præcipue quod animę ſanctioris receptaculum fuerit. Poſt hęc Celſus quod tam Chriſtiani:q̃ Iudæi prędixerãt:cũ reddũt C de euitandis idolothytis rationem:& aſſerũt nequaq̃ ei eſſe cũ dæmoniis conueſcendũ qui deo ſe prorſus addixerit: ſic inquiens ſubdit. Nos igitur quo ad cibatum:potumq̃ attinet: haudquaq̃ aliter nouimus quempiam poſſe cum dæmonibus veſci:ni forte ex his quæ diis libantur:& immolantur aliquid in cibum deſumat.Sed Celſus quidem id opinetur: & vt alias dixit:eos exiſtimet dæmonum menſę participes fieri qui pane: terræq̃ fructibus aliis

diueſcatur: & vinum potet & aquam ebibat: quia ſuo iudicio per dæmones iſta ſumminiſtrentur. Dicat præterea: ſi modo id lubet: & q vel auram ipſam hanc ſpiret: a dæmonibus qbuſdam id forſitan accepiſſe: perinde ac his ipſis donantibus: vt aeris conſtitutis pręſidibus vitæ hanc auram vt animātia ſpirent. Oſtendat etiam quicunq; vt lubet: ex Celſi his dictis & arguat velim apertius: non per dei angelos quoſdam: ſed dæmones: quorū ſit genus omne nequiſſimum: vniuerſa hæc regi: & nos ipſos affirmet id aſſerturos: haudquaq̄ iniuſſu (vt ita dixerim) inuiſibiliū agricolarum: & aliorū diſpenſatorum: qui nō modo e terra: ſed e quouis aquæ profluuio: vel aere generent: terram producere: quæ per naturā regi: & diſponi dicuntur: et aquā quidē in fontibus ipſis & natiuis fluminib⁹ inundare: deferriq; : aeremq; itē indifferenter ſeruari: & vitalem his fieri: qui ipſum hunc ſpirent: nil tamen fatebimur dæmones eſſe inuiſibiles quoſdam qui rebus hiſce terrenis præſideant. At ſi audientibus nobis profari nonnulla licuerit: dicturi plane id ſumus. Q; ſi vel vindemiæ graciles ſint: & vuarum ſterilitates: vel arborum: fructuumq; iacturā: & ſiccitates: & aeris demū corruptionē ſiue ad animātium plerūq; perniciem: ſiue ad deſæuientē in homines luem: dæmones ipſos perinde ac carnifices hæc omnia facere diuino quodam iudicio poteſtate accepta: vt hæc ſtatutis temporibus operentur: ita vt & res ipſas eneruent: & hominum vitient valitudinem: ſiue vt ſe ad rectiora conuertant: vbi in profuſiorem nequitiā erupiſſent: ſiue ad rationalis generis exercitationem id fiat: vt qui inter tam multos mortalium in vera pietate & cultu perſtiterint: cū minus interea deteriores reddantur: inuiſibilibus item & viſibilibus ſpectatoribus innoteſcant: qui nōdum eorū cōtemplētur conditionem: & qui ſe longe aliter habent: ſua vitia occultantes: vbi quales ſint tandem ex his quæ cōtigerint arguuntur: vt deniq; reſipiſcant: & notiores (vt ita dixerim) ſpectatoribus fiant. Quod vtiq; hymnidicus Dauid ille teſtatur: quemadmodum ſcilicet diuina ſententia per nequiores angelos quoſdā: quæ truciora ſunt exercētur: cū inquit. Immiſit in eos iram īdignationis ſuæ: indignationē: & iram: & tribulationē per angelos malos. Si vero hæc præter, alterius rei cauſa fiat q; dæmones hæc agere permittuntur: qui enixe ad nequitiam ſe exercere peruelint: & perpetuo quæ praua ſunt factitare: etſi alioquin: quia prohibentur nonnunq̄: hæc nequeant ſemper pro arbitrio exequi: qui poterit: diuinū ſcrutetur iudiciū pro humanæ naturæ viribus imaginādo multiplicem: & repentinū e corporib⁹ animarum exceſſum: viis hiſce vtentium quę ad mortem mediam ferant. Nam & magna ſunt dei iudicia: & eorum præ magnitudine, haudquaq̄ ſunt mente ſuſceptibilia: quæ mortali ſit adhuc corpori illigata. Vnde & īexplicabilia ſūt & rudioribus animis nullo pacto ſpectanda: quo ſit vt qui iudicia dei ignorent: dum peruicacius audēt: & diuinitati dum petulanter inſiſtunt: & aduerſus prouidentiam ipſam impia quædam decreta dum inferunt: mirum in modum eorum veſaniam augeant. Non itaq; a dæmonibus ſingula quęq; ad vitā neceſſaria ſumimus: & hi præcipue qui decenter his vti didicerint. Nec ſane dæmonibus hi conueſcūtur: qui frumento: vino: fructibuſq; aquæ: & aere perfruuntur: ſed diuinis potius angelis: q dei ex inſtituto his pręſident rebus: & perinde eius qui pietate polleat, ad cœnam vocentur: dicta hæc audiant: iſtiuſmodi nos inſtruentia: Siue enim manducatis: ſiue bibitis: omnia in gloriam dei facite. Et alibi: Siue manducatis: ſiue bibitis: omnia in nomīe dei facite. Cum ita q; in dei gloriam manducamus: & bibimus: & auram hanc ipſam ſpiramus: & ea ex diſciplina omnia facimus: alteri profecto nulli conueſcimur: niſi angelis duntaxat cœleſtib⁹. Nam & omnis creatura dei bona: & nihil reiiciendū quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum dei: & orationem. Neq; enim creatura vel bona fuiſſet: vel ſanctificari ſat poterat: ſi dæmonibus eſſent (vt Celſus affirmat) curanda cuncta hæc tradita. Ex his autem liquet: quemadmodum & ſubſequentibus Celſi dictis ſit per nos occurſandum: quæ huiuſmodi ſunt. Aut enim nullibi nobis viuendum: cum interea repudiandū id minime ſit: aut certe neceſſe fuerit omnino vt qui ad vitam conceſſerit: dæmonibus his gratias agat: qui ſunt terrena iſta in curam ſortiti. Primitiæq; item & vota quoad vixerimus illis reddenda: vt benigniores hos naniſcamur. Et ſane nobis viuendum eſt: & ex dei doctrina viuendum: q̄diu licuerit: & ſecundū hūc fuerit vt viuatur permiſſum. Quod vtiq; tunc permittetur: cum ſiue nos manducamus ſiue & bibimus: in dei gloriam cuncta fecerimus. Nec per nos erit repudiandū: quominus gratias conditori rerum agendo: quæ ille creauerit perfruamur. Et ſane ad hæc potius ſumus in vitam per deum inducti: q̄ ea qua Celſus putat de cauſa. Nec dæmonū ditioni ſubiicimur: ſed præſidi rerum deo: per Chriſtum leſum nos offerentē. Et ex lege quidem diuina:

nullus profecto quæ in terris ſunt præ innata nequitia ſortitus eſt dæmon: lex ſiquidem his vel loca præſcripſit: in quibus cognitionis dei ſit ſolitudo & vitę quę iuxta ſe degitur: vel vbi is plurimum valeat qui a diuinitate ſit alien9. Vel forte pro hui9 cupiditate & præſides qui dam: ad nequiores quoſdam excruciãdos: per verbum qđ omnia moderatur: ſunt inſtituti: et in eos vt imperium habeant: qui iſtorum ſe ſe nequitiæ potius q̃ deo ſubiecerint. Quocirca Celſus: vt dei ignarus: gratias dæmonibus reddat. Nos vero conditori rerum morem gerentes: pro eius collatis in nos beneficiis: vbi & gratias diximus: oblatis panib9 veſcimur: qui vtiq; ex oratione & precibus ſanctius quiddã corpus conflantur: qđ ſane ſanctiores hos reddit: qui mente integriore hoc ipſo vtãtur. Placet præterea Celſo: vt & primitiæ dęmonibus offerãtur. Nos vero iubenti illi: Germinet terra hęrbam virentem afferentem ſemen iuxta genus ſuum & ſpeciem ſuam: & lignum fructiferum faciens fructum: cuius ſemẽ in ſe ipſo ſecundũ genus ſuum in terra: oblaturi primitias ſumus: vbi vero has obtulerimus: huic et vota ſummittimus: pontificem nacti vt magnum: ita & cœlum pertranſeuntem: Ieſum filium dei: ſpei noſtræ teneamus: q̃diu ſuperſtites ſumus: cõfeſſionẽ: cũ ſint erga nos cũ deus tum eius filius clementiores: qui vtiq; deus in Ieſu nobis innotuit. Q2 ſi angelorum multitudinem aliquam cõcupiſcimus: in nos ſe vt clementius gerat: diſcendum id erit: & mille milia aſſiſtebant ei: & mille milia miniſtrabãt ei: quæ vtiq; multitudo cognatos ſibi: & amicos hos fecerit: quos ſuam viderint erga deum pietatem imitari & cultum: ita vt eorum opitulentur ſaluti: qui deum & inuocẽt: & ex animo deprecentur: apparendoq; & exhortando: neceſſarium ducunt vt ſibi obtẽperetur: & ipſi veluti ex vno eodemq; cœtu ad eorum cum beneficium: tum ſalutem concedãt: qui deum ſupplicando adorent: quẽ ipſi item & adorant et ſuppliciter venerantur. ſiquidem ſpiritus omnes qui miniſtrandi funguntur hoc munere: eorum gratia ad diſpenſationes mittũtur: qui ſalutẽ ſunt vt hęreditariam habituri. Dicant igitur Græcorum philoſophi humanam animam dæmones quoſdam fuiſſe vel a creatione ipſa ſortitos. At Ieſus nos docuit: ne vel eccleſiæ qui paruuli ſunt: aſpernemur: cum inquit. Iſtorum angeli ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Et item propheta. Immittet angelos domini in circuitu timẽtium eum: & liberabit eos. Non itaq; & ipſi dæmones eſſe ĩ terris perq̃ multos negamus: quippe quos conſtare aſſerimus: ſed in prauos quoſdã ob eorum nequitiam ditionem habere: nil poſſe tamen in eos qui dei armaturam ſuſceperit: vt poſſint aduerſus diaboli inſidias ſtare: & illorum colluctationes animo ſemper verſare: vbi primum cognouerint: nõ eſſe nobis aduerſus carnem & ſanguinem colluctandum: ſed aduerſus principatus & poteſtates: & aduerſus mundi rectores & tenebrarũ: aduerſus ſpiritalia nequitię in ſupercœleſtibus. Sed perno ſcenda nobis ſunt Celſi & alia dicta huiuſmodi: nũ ſane Perſarum: ſiue Romanorum imperatoris præfectus aliquis: ſiue eparchus: exercituſq; ductator: ſiue procõſul: vel ſiqui ſunt alii qui & minores geſſerint magiſtratus: vel procuratione fungantur: ſiue adminiſtranda quædam ſuſceperint: magnũ quiuerint in modum officere ſi negligãtur. Qui vero aerea et terrena hæc moderantur & adminiſtrant: parum ne ſunt obfuturi: ſi cõtumeliis forte afficiant. Aduerte queadmodũ humanos quoſdã pręfectos eparchos, duceſq;, & procõſules qui ve minorum funguntur magiſtratuum munere: procurationeſq; gerant: & plæraq; adminiſtrant: induxerit Celſus: vt plurimum nocituros ſe laceſſentibus: cum minus intelligat: nec ſapientẽ quẽpiam virum obeſſe cuiq̃ velle: ſed quoad ei dũtaxat licuerit: qui ſeſe iniuria quauis affecerit: maximum in modum percupere: vt ad rectiora traducat: & reddat: ſi liceat: meliores: ni forte Lycurgo qui leges Lacedęmoniis condidit: Cyttięo illo Zenone: iuxta Celſum: dei cum ſatrapes iſti: tum eparchi & pręfecti exercitus: fuerint ĩferiores. Lycurgus ſiquidem cum in ditionem iam accepiſſet: qui oculum ſibi excuſſerat: nõ modo illatam iniuriam nil vindicauit: ſed illũ tam diu enixe cõmonefecit: quoad tãdem ſe vt ad philoſophiã conferret: ſuaſit. Et Zenon item ad eum qui ſibi cõuitiaretur: diſpeream dixit niſi te amicũ conciliauerim. Nec eos cõmemoro: qui ex dei doctrina iam impinguati: id audiunt. Diligite inimicos veſtros & orate pro perſequẽtibus vos: vt efficiamini filii patris veſtri qui in cœlis eſt: & qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et in prophetis iuſtior ille ſic inquit. Domine deus meus ſi feci iſtud ſi eſt iniquitas in manibus meis: Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam: comprehẽdat & conculcet ĩ terra vitam meam. Non eñ vt autumat Celſus dei Satrapes ipſi & eparchi: procuratoreſq; angeli: & miniſtri: malis affecerint: qui iniuriam inferãt. At ſiqui dęmo

C

nũ quos imaginatꝰ eſt Celſus:quia praui ſunt
forte offecerint: vt quibꝰ nullus ſit vel militã
di:vel procurandi a deo creditus magiſtratus
vel illis haud dubie ſunt: qui ſibi veluti domi
nis obſequũtur:obfuturi q̃maxime: & hac for
te de cauſa:qui quouis in loco legẽ pręuaricã-
tur:qua plane cauetur:vt re quauis veſci nil li
ceat:ſi ſub iſtorũ ſunt dæmonũ poteſtate:pro-
culdubio malo afficiuntur. Si vero haudquaq̃
eorũdem ſeſe obnoxios numini fecerint: liberi
ſunt:nec mali quippiã ab his perpeti poſſunt:
ita vt abire procul & in rem malam dæmones
iubeant:qui vero:vt ĩ cæteris ignari & rudes:
dæmonũ ſe ſeruituti obſtrinxerint:lædi ab his
facile queunt. Non tamẽ qui in vero Chriſtia-
nę ſit religionis ſectator:& deo ſeſe & eius ver
bo addixerit: ab hiſce dæmonibus quippiam
patietur:vt qui longo ſit interuallo illis ſupe-
rior:nec malo affici pręterea poterũt: quia im
mittit angelus domini in circuitu timentium
eũ:& eripiet eos:& eorũ angelus ſemper videt
faciem patris qui in cœlis eſt:orationeſqꝫ &vo
ta per ſolum põtificem Ieſum ad deum defert
omnipotentẽ. Quinetiam illorũ ſimul hic cau
ſa ſupplicabit:quorum & procurationẽ ſuſce-
perit. Non igitur teneat Celſus: offenſum iri
nos:dæmones cõminando: quippe qui vel ne-
glecti & ſpreti obeſſe nobis nil quiuerint: ei iã
inhærentibus:qui ſolus poteſt ſe quibuſuis di
gnis opitulari:& angelos inſuper his ſuos præ
ficere: qui pie ſe colant:ne aduerſantes angeli
angelorumqꝫ iſtiuſmodi peruerſorum ductor
et huius ſæculi q dicitur princeps:in hos que-
D ant aliquid operari:qui deo inhæſerint. Dein-
inde oblitus iam Celſus ad Chriſtianos ſe ora
tionem habere:& hos dũtaxat affari: qui deo
per filium ſupplicẽt:vel aliena temere quædã
confundens:& Chriſtianis dicenda coaptans:
ſic inquit. Si enim barbare quis hos appellaue
rit,vim vtiqꝫ ſunt habituri:ſi græce latineve:
profecto nullã. Verũtamen oſtẽdat hic velim:
quẽnã ipſi:vt auxilio ſit:inuocãtes barbare ap
pellemus: & tandẽ ipſe ſibi ſuadeat fruſtra ſe
hæc in nos effudiſſe: his ſedulo inſiſtendo: qꝫ
Chriſtianorum qui reliqui ſunt:haudquaq̃ in
ter vota & preces his ipſis vtãtur nominibus:
quę ſacris ſunt literis prodita:& in dei ſint nũ
cupationibus inſtituta. At græci quidem græ
ce hunc nominant:& latine Romani: & ſingu
li item natiua:& vernacula lingua deũ precan
tur:& laudibus pro ſe quiſqꝫ extollit. Enimue
ro qui eſt linguarũ omnium dñs audit qdem
quauis lingua orantes:nec ſecus ac ſi vnã tan
tiſper(vt ita dixerim)pro rerum ſignificãtia
vocẽ exciperet e variis linguis expreſſam: non
enim præſidẽs vniuerſę machinæ deus:veluti
vnus aliquis fuerit: qui barbaram ſit linguã
vel gręcam ſortitus:& ita:vt cæteras neſciat:
vel vt nil cæteros curet:qui alio quodã dicen-
di genere vtcũqꝫ loquantur. Poſthæc Celſus: E
vt qui Chriſtianũ neminem audiſſet: ſed quẽ-
piam forte e turba:q & impius:& rudior fue-
rit:huiuſmodi ait Chriſtianos iactare:eccevbi
vel Iouis ipſius:vel Apollinis:vel cuiuſuis dei
aſtiterim ſimulacris: & maledictis inceſſerim:
ita vt alapis cædam: profecto iniuriam nemo
hanc vlciſcetur: nec ſe quoq̃ pacto tutabitur:
qui cęditur deus. Cum tamen minus intelli-
gat eſſe diuina lege ita iniunctũ: diis non ma-
ledixcris:ne veſtrum os inſueſcat cuiuis male
dicere:qui id auditis:benedicite &nolite male
dicere:& illud ſitis edocti: maledici dei regnũ
non hæreditabunt. Quis enim noſtrum adeo
deſipit:vt non plane intelligat: nihil iſta vale-
re ad tollendã de legitimis apud hos diis opi-
nionem: quãdoquidem vel q deos penitus ne-
gant:& prouidentiã tollunt:& per praua quæ
dam & impia dogmata philoſophorum perin
de ſectam conflauerint: vel qui iſtos ſequun-
tur:haudquaq̃ malis hiſce afficiantur:quibus
affici plærıqꝫ hos putant:ſed diuitiis:affluunt
et proſperiore ſunt corporis valitudine. Qꝫ ſi
quis quærat quidnam iſtos affecerit:aduertat
vt ingenti & præcipuo quodam ſint malo af-
fecti. Quid eñ aliud fuerit qđ acrius poſſit of
ficere:q̃ vel ex hac mundi ſtructura: & diſpoſi
tione:nullam habere conditoris ſui cognitio-
nem? Quid præterea calamitoſius:q̃ mẽte pe-
nitus excæcari:nec eum attẽdere:qui vt pater
eſt:ita & vniuerſa condiderit? Iſtiuſmodi dicta
cum iſte nobis accommodat: Chriſtianos ſe-
dulo criminatur:ea minime affirmantes quæ
in ſui defenſionem afferre is arbitratur. Quod
ſane ludibrium potius q̃ defenſio foret:in qua
perinde ac nos alloquens:ĩquit. Non igitur vi
des vir optime:quemadmodum tuum dæmo
nem non ſolum quis obſiſtẽdo maledicẽtia in-
ſectatur:& terra mariqꝫ exterminat:ſed te ſibi
vt ſimulacrũ aliquod dedicatũ: vinctũ dedu-
cit:& palo ſuffigit:& dęmon iſte:vel vt ipſe af
firmas dei filius:nil prorſus illatam ſibi iniu-
riam vindicat? Locũ forſitan eſſet Celſi iſta de-
fenſio habitura: ſi dictis hiſce nos vteremur:
quę nos protuliſſe falſo cõſcripſit:tametſi neqꝫ
hoc pacto vera hic fateretur:cum dei filiũ dę-
monẽ dicit: quandoquidẽ iuxta nos q dęmo-
nes oẽs nequiores eſſe aſſerimus:haudquaq̃
dęmon hic fuerit:qui hominũ multitudinem
ad deũ cõuerterit:ſed deus verbũ & dei filius
eſt nũcupãdus. Per Celſum vero qui de prauis

dæmonibus nihil conſtituat:neſcio quo pacto
vt ſui oblitũ Ieſus dæmon denominatur. Cæ=
terũ quæ de impiis apud nos tradita ſunt: vel
poſt omnes medelas:quas tamẽ haudquaq̃ ad
mittunt:ad eos pertigerint:qui nequitia qua=
dam & incurabili capiũtur. Nos vero cum de
futuris ſuppliciis nõnunq̃ diſſerimus: cõmo=
nefaciendo:permultos a prauis facinoribus ad
rectiora conuertimus. At pro Celſi ſententia:
vel Apollinis:vel Iouis ſacerdos qualia reſpon
ſa ediderit:pernoſcamus. Aliquãdo tandẽ in=
quit cõmoliturę deorũ ſunt molę aduſq; nato
rũ natos:& qui naſcentur in poſterũ. Aduerte
q̃ melius illud qđ ſacris in literis traditur. Nõ
em̃ moriẽtur parẽtes pro filiis:nec filii pro pa=
rẽtibus ſunt morituri: vnuſquiſq; in peccato
ſuo morietur. Et illud. Patres comederũt vuã
acerbã:& obſtupuerunt dẽtes filiorũ. Et filius
nõ portabit iniquitatẽ patris:nec pater filii. Iu
ſtitia iuſti ſuper eũ erit: & impietas impii erit
ſuper eũ. Qđ ſiquis his dictis aduſq; natorum
natos & qui naſcentur in poſterũ:noſtrũ illud
ſimile afferat:qui reddit peccata patrũ in filios
ad ſecundã & tertiam generationẽ qui ſe ode=
rint:ediſcat queãdmodũ in Ezechiele parabo
la ipſum hoc pręferat: vt perinde dictũ id im=
probet:patres comederunt vuam acerbam:et
obſtupuerũt dẽtes filiorũ: qđ dictũ mox illud
ſubſequit̃:viuo ego dicit dominus: niſi quiſq;
ſuomet peccato morietur. Sed nequaq̃ huius
eſt temporis explicare: quidnam hęc parabola
ſentiat:quæ ad tertiam generationẽ & quartã
denuntiat referri peccata. Deinde:vt conten=
tioſæ aniculæ ſolent:nobiſcũ iurgando:ſic in=
fert. Ipſe vero iſtorum ſimulacra conuitiando
irrides:q; ſi præſentes vel Bacchum criminan
do:vel Herculẽ obiurgaris nil forte lętus abſ=
ceſſeris. At qui tuũ hũc deum pręſentẽ diſten
tum excruciarunt:nullũ ſunt infortuniũ: vbi
tam fœda patraſſent:perpeſſi:ſed neq; in poſte
rum quidẽ per tot vitæ curricula: mirandum
aliquid per hũc in eum editũ eſt:qui ſe nõ ma=
gum eſſe hominem:ſed dei filium crederet. et
ſane qui filium ouium quarũdam ob gratiam
miſerit:crudeliter poſtea ita excruciatum: vt
oues partim deperderet:partĩ negligeret: tot
iam elapſis temporibus: nullam adhuc huius
curam ſuſcepit:quis tam fuerit impius pater!
At ille inquies ſic voluit forſitan: & contume
liis idcirco afficiebatur:at Bacchus & Hercu
les:vt ipſe in deos id impie dixeris: dici etiam
poterũt voluiſſe:& idcirco conuitia tolerant:
nam & optimũ fuerit:vt cũ paribus paria con
ferãtur. Sed hi quidẽ:in maledicum:vel fuga=
cẽ: vel latitantẽ cõprehenſumq; & deperditũ
demũ acrius vindicarunt. Et ad hæc quidem
dicturi nos ſum9:nemini nos maledicere:quip
pe qui dicenti obtemperemus:maledici regnũ
dei non hæreditabunt: et illud legamus: bene
dicite maledicentibus vobis:benedicite & no=
lite maledicere: nec ſimus eius dicti ignari:cũ
maledicimur & benedicimus. Qđ ſi maledicen
tia hæc ius aliquod ei ad vindictam attulerit:
cui inferri iniuria videatur:non tamen id no=
bis dei doctrina permiſerit: quanto minus cũ
plurimum præ ſe ſtultitiæ ferat maledicentia
iſta:in neminẽ erunt cõuitia ingerẽda! Aeque
autẽ ſtultum erit:vel lapidem:vel aurum: vel
argentum:maledictis inceſſere:quę vtiq; ſunt
in deorũ formam effigiata: & illis dicata qui a
diuinitate longius abſunt. Quo fit:vt non ſi=
mulacra hæc ipſa inanimata nos magis irri=
deamus:q̃ eos qui iſta adorẽt. Sed eſto: ſint dę
mones quidam:qui imaginibus iſtis inſederit
e quibus is quidem ſit Bacchus:Hercules ille:
haud tamen his ipſi conuitiamur & maledici
mus:ſuperuacaneum nãq; id foret:nec ex eius
conditione cui anima ſit quiete & mãſuetudi
ne prædita:& quæ plane didicerit:haudquaq̃
homini ex liuore cõuitiari. Neſcio tamen quo
pacto in id vel nolens reciderit Celſus:hos ip=
ſos vt dæmones:quos paulo ante vt deos col=
laudaſſet:nunc re ipſa nequiſſimos eſſe coar=
guat:ſiquidẽ vlciſcẽdi ſe potius gratia:q̃ alios
corrigẽdi:pœnas ingeſſerint:vbi iis quiſpiam
maledixerit. Inquit em̃ ſi Bacchũ ipm̃ vel Her
culem maledictis inceſſeris:nil forte ſis lætior
abſceſſurus. Verũ quo pacto nõ pręſentẽ quis
audiat:qui velit oſtendat:curve nũc dii hi ad
ſint:nũc vero abſcedãt:& quęnã ſit dęmonum
iſta de loco ad locũ demigrãdi induſtria. Poſt C
hęc Celſus exiſtimãs Ieſu corpus illud diſtẽtũ
et tormẽtis affectũ:poſſe perinde ac deũ nos eſ
ſe aſtruere:& nihil ĩ eo extitiſſe diuinitatis:ſic
inquit. Tuũ vero hũc deũ vel p̃ſentẽ:qui diſtẽ
tũ patibulo excruciarunt:nil mali ſunt tanta
hæc patrando perpeſſi. Hæc Celſus. Ipſi vero:
etſi plęraq; quę dei filius humanũ in modum
pertulerit in ſuperioribus iam explicarimus:
ne eadẽ ſæpe videamur repetere: miſſa nũc fa=
cimus. Sed cũ deinceps affirmet: vel in poſte=
rũ in tãto vitę hoc ſpatio:nil prorſus mali per
peſſos fuiſſe:qui Ieſum excruciaſſent: cum ei:
tum cæteris id dicere cupiẽtibus:palã facturi
ſumus:queãdmodum ciuitas ipſa: in qua Iu=
daicus populus dignum duxerat:vt patibulo
Ieſum ſuffigeret:illud ſedulo clamitans Cru=
cifige crucifige eũ:& latronem ex ſeditione:et
homicidio coniectum in carcerem maluerit li
berari:Ieſum vero ob inuidiam proditum cru

eiſigi;haud ſane longe poſt debellata ſit:& tan diu obſeſſa:quoad diruta &deſolata funditus eſt:Deo ipſo qui locum incolerent vel cõmuni hac vita iudicante indignos. Nam vt mirum quid dixerim:cum indulgẽtiorẽ erga Iudæos ſe deus antea preſtitiſſet: vidiſſetꝗ tãdem curari haudquaq̃ hos poſſe:vt ſe ad potiora con uerterẽt:ſed quotidie magis ad deteriora pro cedere:in hoſtiũ vt ditionẽ venirent,ꝑmiſit. Et id ſane Ieſu pro illorũ inſidiis effuſi ſanguinis gratia factum:ita vt nec terra ipſa & genitale ſolum ferre diutius ac tolerare hos poſſet: qui ĩ Ieſum fuiſſent tantũ ſceleris auſi. Nouũ igitur illud & admirabile : vel ex eo effectum eſt:quo Ieſus ꝑpeſſus eſt tẽpore : ꝙ circa Hierosolymã ipſam & geſtũ eſt:& in Iudaicum genus ꝙ tam crudeliter ſit deſeuitũ:& cũ Chriſtianorũ vniuerſa gẽte tam feliciter actũ : vt
D hi ꝑinde ſint denuo geniti.Mirũ pręterea:ꝙ qui a dei teſtamento:& euangeliis:& a veritate ipſa tam procul abeſſent:diuina quadã virtute veritatem demum ſuſceperint.Hæc ſane tam mira haudquaq̃ venefici hominis erant: ſed dei opera : & cœleſtia quædam & admiranda:qui vtiꝗ ſui gregis ob gratiam: ei⁹ doctrinam quã in Ieſu eſſe cõſtaret:tranſmiſit. Ieſus vero:etſi affectus ſupplicio eſt:illorum potius incuſanda ſęuitia fuerit:qui hũc iniuſtius cruciarunt:& huius tolerantia demiranda:q tam multa & cũ omni manſuetudine tulerit: cum nihil interea huius ſupplicia dei greges corruperint:ſed vt dicendũ eſt potius:ad ſui cognitionem traduxerint:qđ vtiꝗ & Ieſus ipẽ affirmat ſic inquiens.Si em̃ granum frumenti cadens in terram non mortuum fuerit ipſum ſolum manet:ſi vero mortuum fuerit: multum fructum affert.Moriens itaꝗ frumenti granũ Ieſus ſcilicet plurimum detulit fructus:& aſſiduo pater his prouidet fructibus:qui ex triticei grani morte hac prodiere:prodeũtꝗ ĩ dies et in poſterũ ſunt prodituri.Sanctus itaꝗ pater ille q Ieſu genitor eſt: huic vt proprio filio nihil indulſit:ſed pro nobis omnibus tradidit: qui vt dei agnus tolleret mũdi peccata,mortẽ ſubiuit:cuius rei de cauſa:haudquaq̃ coactus ſed volens quæ ꝑ cõuitiatores ſibi & maledi
E cos inferrẽtur ęquo animo tulit. Poſthæc Celſus ea reſumẽs quæ de his dixerat qui ſimulacra ipſa de execrationib⁹ & maledictis inſectarẽtur:ſic inquit.At hi quos ipſe tã acriter deteſtaris:dici etiã poſſent idvelle:& idcirco alio rũ in ſe maledicẽtiam ferre: ſiquidẽ cum paribus vt paria cõferas optimũ fuerit.Sed hi pro fecto maledicos vehemẽtius cruciando : illatã vlciſcũtur iniuriam:ſiue latitent fugitãdo : ſi ue cõprehẽſi ꝑdãtur. Nõ ergo dii iſti vt maledicẽtię ſint Chriſtianorũ vltores:vindicãdũ exiſtimãt:ſed quia ſuapte virtute Chriſtianæ fidei ſectatores:& Chriſti noĩs ĩuocatiõe: a ſtatuis & humanis corporib⁹ animiſꝗ ſe ꝑtinus abigãt.Celſus ſiqdẽ qđ eſſet effectũ nihil ĩtelligẽs:verius quippiã:vt locus exegerat:pronũtiauit. Sed verũ id fuerit:eorũ animas dæmonibus eſſe oppletas:q Chriſtianos & cõdẽnant et prodũt:& hos ĩpugnãdo maxime oblectantur.Sed cũ aię ipſę quę pro Chriſtiana religione ſubeunt mortẽ:ob verũꝗ dei cultũ: & ſumma cũ gloria e corpore ipſo excedũt: vim oẽm dæmonũ ſuſtulere : & eorũ in humanũ genus inſidias debilitarũt:crediderim equidẽ idcirco dęmones ipſos:experientia quadã & re ipſa edoctos:vbi deuictos ſe tandẽ ab his eſſe ſenſiſſent:& plane comprehenſos:qui veritatẽ ſunt moriendo teſtificati:veritos eſſe ad vindictam iterato procedere.Vnde quoaduſꝗ tandẽ memoria exceſſerint illa q̃ cũ dolore ſunt dæmones iidẽ martyrũ virtute ꝑpeſſi:par etiã fore exiſtimauerim : vt cũ Chriſtianis ꝑ mũdum pax ineatur.Poſtq̃ vero dæmones ipſi & vires collegerint:& prę nequitia obcęcati:iterato vlciſci iniuriam velint: & Chriſtianos deniꝗ inſectari:rurſum vt hi deꝑdantur : & piorum denuo animæ : ob pietatem corporibus iſtis exutæ:diaboli ſint exercitus ſublaturę.Nec ſecus & dęmones iſtos vbi Chriſtianos: quia victores euaſerint:& pietatis tutandę gratia optẽt mortẽ:eorũ vim oẽm viderint ſuſtuliſſe et idcirco diſcruciẽtur q̃maxime : litigaturos his duxerim:& alias varie ob eorũ incõſtantiã affici:qui doloribus ſuꝑati:& dei veri cultu repudiato ſibi in ſeruitutẽ conceſſerint: ita vt mirifice in his conquieſcant.cuius rei veſtigia ſpectare tum licet:cũ apud iudices Chriſtiani et in carnificina torquẽtur.Vbi cũ alios viderint tormẽta:& plagas viriliter tolerare:angũtur ipſi & dolẽt:gaudio vero magnopere efferũtur:cũ alii dolorib⁹ victi ſuccũbunt: & ſuperãtur.Nec tamẽ id:quia clemẽtiores ſunt:egerint:cũ aperte intelligant ſuccũbentiũ linguã Ieſum qdem negaſſe:mẽtẽ vero immotã ꝑſiſtere.Sed hęc hactenus ad ea quę Celſus intulerat: ꝙ dii maledicẽtẽ ſibi ſint vlti:vel fugientẽ & latitantem:& demũ comprehẽſum & ꝑditum:cũ alioquin ſi fugã ceperit Chriſtian⁹: nõ timore profugerit:ſed pręceptoris vt iuſſa obſeruet:vt ſi ſe puriorẽ ſeruauerit:ex ſua ſalute ſit aliis profuturus.Videamus & quæ deinceps Celſi ſubſequunt huiuſmodi.Quid.n. (inqt)fuerint omnia explicãda : q̃ ex oraculis cõſtãt?Nam hoc prophetę: & vates aliæ:illud F

vero ſpiritu capti nonnulli:viriq; item & mu
lieres:voce quadā p̄dixerunt diuina:ſiue quę-
cūq; iſtorū e penetralibus miranda ſunt audi-
tu percepta:ſiue alia quæuis a ſacrificantibus
et immolātibus denūtientur:ſiue e ſignis qui
buſdā & portētificis aperte ſint viſa nōnulla:
iſtorū ſane plena omnis eſt vita. Quot eñ vr-
bes meliores ſunt ex oraculis redditę: & mor-
bi depoſiti:& deſęuiens lues ſedata? Quot prę
terea vel vaticiniis iſtis neglectis: vel forte la-
tentibus:deperdita ſunt? quot item & in colo-
nias miſſi:ita vt deorum iuſſa mox exequendo
feliciores euaſerint? Quot principes vel priua
ti homines alii hiſce ex vaticiniis: vel vtilita-
tis:vel detrimenti plurimū retulerunt? Quot
inſuper cum ęgre ferrēt ſine liberis eſſe:ſuppli
cando hos ſuſceperūt? Quot etiā dæmonū de-
clinarunt furorē? Quot inquā e corporū ſunt
cęcitate in optimā valitudinē reſtituti? Quot
demū cum ſacra contumeliis affeciſſent: q̄pri
mum vel mente ſunt capti:vel manus ſibimet
intulerunt:vel incurabili ſunt morbo affecti?
Quinetiam e penetralibus ipſis vox grauior
edita ſuſtulit quoſdā. Ipſe vero haud ſatis in-
telligo quo pacto aperte hæc proferat Celſus:
quæ apud nos vt miranda quædā:ſunt literis
prodita:ſiue Iudaica olim illa:ſiue quę de Ieſu
et eius diſcipulis cōmemorantur:fabuloſa eſ-
ſe hic duxerit. Cur eñ noſtra vera non fuerint
quę Celſus cōmentitia fuiſſe & vana fatetur?
vt quibus nec philoſophorū ſectę crediderit:
vt Democriti,& Epicuri,& Ariſtotelis: cū ta-
men quia apertiora ſunt:credituri ſint forſitā:
ſi noſtra perlegerint:& Moyſen ipſum: vel ex
prophetis aliū quēpiam q mirifica factitaſſet:
A vel Ieſu res geſtas? Tradunt Pythiā Vatē falſa
olim reſponſa dediſſe:cū noſtri prophetę: non
ſolū hominibus ſuorum tēporū: verū & poſte
ris:ob ea quæ clarius protuliſſent:admiratio-
ni fuiſſent:quippe quorū ex dictis: & ciuitates
ſunt optime cōſtitutę: & homines redditi ſan
ctiores:& peſtis ſedata:& veluti in coloniā gēs
Iudæorum omnis ad Aegyptios per oracula
in Paleſtinam conceſſit:quæ vtiq; cū dei iuſſa
exequeretur:proſpere egit: lapſa vero pœnitē
tia ſatiſfecit. Verū qd fuerit neceſſe nūc expli-
care:quotnā mortalium iuxta ſcripturę hiſto
rias vel dominationē adepti ſunt: vel priuati
vixerūt:vbi p̄phetias ſtudioſius negligentiuſ
B ue aduertiſſent? Q; ſi de liberorum carētia di
cēdum quid erit:quā ęgre ferētes nōnulli om
niū conditori ſupplicādo:vouēdoq; ſint paren
tes effecti:legat aliquis quę de Abraham & Sa
ra tradūtur:ex quibus eſt vel ſenectute confe-
ctis Iſaac natus: qui Iudaicæ gentis & parens
fuit:& vt Iudæos omittam: & aliis de ſe dedit
originē. Legat inquā & quę de Ezechia ſcribū
tur:qui nō ſolū iuxta Eſaię vaticinia ęgritudi
ne liberat:ſed cōfidenter id dixerit: ſed ex nūc
filios faciam q annuntiabūt iuſtitiā tuā. Et in
quarto Regū:mulier q̄ Helyſęum ſuſceperat:
de filii genitura dei gratia p̄dicēte:p Helyſæi
precibus mater effecta eſt. Quin & cęcis per Ie
ſum reſtituti ſunt oculi:& Hieroſolymis qui-
dam in ipſo tēplo Iudaicam auſi religionē in-
ceſſere maledictis & deteſtari:ea ſunt demum
perpeſſi q̄ in Macchabęis ſcribunt. Sed dixerit
græci ficta hęc eſſe & fabuloſa:etſi in vero cæ-
terarum nationū teſtimonio cōprobent: verū
cur potius nō ea q̄ gręci cōmēti ſunt:q̄ noſtra
hęc:vanitatis coarguant? Q; ſi non temere qs
ad dicēdum proceſſerit:ne ex his alterū qdem
videat omnino ſuſcipere: alterū vt alienū nil
credere: dicturus haud dubie eſt græcorū in-
ſtituta per dæmones fuiſſe cōfecta:Iudæorum
vero per deū prophetaſq; & angelos fuiſſe diſ
poſita:Chriſtianorū preterea per Ieſum:& per
Ieſu virtutem:quę in apoſtolis ſit operata. Sed C
age hęc omnia inter ſe cōferamus: & quid ope
rātibus animi fuerit: quoue hi tenderēt:quid
inſuper vel cōmodi eorū ex opera: vel incōmo
di his afferretur qui legitimis affecti ſint bene
ficiis:iam contemplemur: ſpectemuſq; vtrum
priſcorū Iudęorū gens illa non ſit prudentior
viſa:priuſq̄ deum cōtumelia affeciſſet: a quo
tandem ob exuberantē nequitiam ſunt deſti-
tuti:& Chriſtianos vtrum ſat conſtet mirifice
conſtitutos: & in primordiis ipſis præcipue
ex ſignis quidem & prodigiis longe magis q̄
ex verborum ſuaſione eo inductos: vt patriis
ritibus deſtitutis: ea mallent & ſequerentur:
quæ ab ſe eſſent admodū aliena. Nam ſi decen
ter fuerit id explicādum: quo pacto tū primū
Chriſtiani cōſtiterint:dicturi ſumus:nec veri
ſimile fore:Ieſu diſcipulos rudes tūc homines
et literarum ignaros:rei alteri cuiq̄ fuiſſe con
fiſos:vt Chriſti fidem denūtiarent:niſi virtu-
ti dūtaxat:q̄ his tradita eſſet:& gratię:quę ſer
moni ineſſet aliqd explicanti. Neq; p̄terea:qui
hos audirēt:īmutari ab inolitis ſibi: & diutur
nis:& patriis moribus potuiſſe:niſi magni mo
mēti vis aliqua:& portentifica quædam:ad ea
ſectāda hos cōcitaſſent:quæ ab inſtitutis & ri
tibus:in quibus tādiu coaluiſſent:longo inter
uallo pegrina eſſent & aliena. Proinde neſcio:
quo pacto eorū prōptitudine Celſus tā perti-
naci reiecta:qui aduſq; mortem cōtenderēt:et
decertarent:ne Chriſtianā negarēt religionē:
nōnulla ſubiūgit:perinde ac cū his noſtra ex-
æquet:q̄ iſtorum ī ſacrificiis & initiationibus

proferũtur. Inquit enim. Sed heus optime tu:
quemadmodum enim ipſe ſupplicia perpetua
duxeris:& aliis cõminaris:ſic item & qui illo-
rum ſacra:vel docẽdo exponũt : vel initiando
conficiunt:eadem illa vobis intentant & mini
tãtur. Vtra vero vel veriora:vel validiora ſint
ſacra:facile poteſt conſyderari:ſiquidem ęque
verbis vtriq; ſua ſibi confirmant. Qꝫ ſi ad hęc
demonſtranda opus ſit argumentis:permulta
illi & apertiora oſtendunt:cum hæc ex dæmo-
num:ſiue oraculis:ſiue ex alio quouis vaticinii
D genere proferũt. Placet igiť Celſo:vt & æter-
na in terris ſupplicia:& qui ea producant nos
explicemus:& illud inſuper inquiramus : qui
nam iſtorũ quæ vera ſint:fateantur. Ipſe vero
eos dixerim veriora fateri:qui auditorum qui
uerint animos ita diſponere:vt ex his quæ di-
cũtur ſic viuant:vt ea haud ſecus eſſe ac pro-
ferũtur:exiſtimẽt. Iudæi ſiquidẽ & Chriſtiani
de ſæculo qđ futurum appellãt:deq; in eo tam
pręmiis qbus iuſti afficiuntur:q̃ cruciatibus:
quibus ſontes & peccatores:ediſſerunt. Oſten
dat ergo ſiue Celſus ipſe : ſiue alius quiſpiam
quinam mortalium ſint de perpetuis illis tor-
mẽtis per eos commonefacti:& ſatis inſtructi:
qui deorũ ſacra procurẽt. Par eñ fuerit vt qui
aliqua ad aliorũ correctionẽ quę dicenda ſunt
adinuenerit: non modo de tormẽtis & pœnis
delinquentibus inferendis vbertim ediſſerat:
ſed auditorum etiam diſponat hic animos: vt
totis viribus caueant:nequa in poſterum ope
rentur:quorũ gratia ſupplicia hęc irrogãtur.
Quin & prophetias ſat equidem ei duxerim
fore ad ſuadendũ:qui & prudentior ſit & illas
non negligẽter:ſed patienti animo legerit : vt
dei ſpiritus his olim viris inſederit : quorũ cũ
dictis nec dęmonũ poſſint opera vlla conferri:
nec oraculorũ vel vaticinii vis aliqua compa-
E rari. Sed videamus Celſi iam dicta quæ ſubſe-
quunť:& quę ad nos habet huiuſmodi. Quin
etiam quo pacto nõ veſtra hæc fuerint abſur-
diora? Corpus.ſ.vt concupiſcat : & ſperet ſeſe
quale nunc eſt quãdoq; reſurrecturũ: ita vt ni
hil nobis ſit melius quicq̃ futurũ:nec p̃tioſius
deinde id ipſum vt ignominioſum & vilius:
in ſupplicia:& pœnas impingere. At æquum
minime fuerit:apud eos qui iſta crediderint:
et corpori inhiant:id diſputare:hi nãq; etſi cę
tera aggreſtes ſint & impuri:proculdubio ſe-
ditionis:& ſimultatis morbo laborãt. Enimue
ro qui animam ipſam:ſiue mentem:ſiue ſpiri-
talem:ſiue intellectualẽ:ſiue ſpiritũ beatiorem
quẽdam:ſiue viuentem protulerint:ſiue quid
uis aliud voluptati ſit nuncupare:ſperant per
petuum corpus ſe habituros. ſed id quidẽ cũ
deo dixiſſe peruelim. Illud autem recte hi ſen-
ſerint:vt qui optime vixerint feliciores ſint ali
quando futuri:qui vero nequiter omnino per
petuis ſint malis corripiendi. a qua ſententia:
neq; hi quidem neq; hominum quiſpiam reni
tendo deſciuerint. De reſurrectione vero etſi
alias ſæpe ꝑmulta detrectando Celſus obiece-
rit:nobis tamẽ qđ ęquum eſt viſum opportu-
ne(vt licuit)demonſtrantibus: haudquaq̃ li-
bet ad vnum aliquod crimen freqũter antea
repetitũ:frequentius reſpondere. Celſus itaq;
eo nos criminať:perinde ac nihil in noſtro hoc
ſtatu:vel corpore melius:vel pretioſius eẽ du
camus. Ipſi namq; hãc animam & rationalem
pręcipue:maioris rem eſſe momenti aſſeuera-
mus:quia ad conditoris ſit imaginẽ facta non
corpus. Non eñ iuxta nos cõſtat corporeum
deum eſſe:ne in abſurdiora illa & nos concida
mus:in quæ & hi conciderunt:qui Chryſippi
vel Zenonis philoſophãdo ſunt opinionem ſe
ctati. Verum vbi & illud is exprobrando cri- F
mini dat : corpus perinde nos id concupiſce-
re:intelligat velim ꝙ ſi id forte cupiditatis ini
quius fuerit:nil prorſus nos cupere: ſi medio-
cre:ea nos etiam deſyderare:quæ deus iuſtio-
ribus pollicetur. Quo fit vt iuſtos reſurrectu
ros & ſperemus ſimul:& cupiamus. Putat au
tem Celſus vel incertiora nos quædam nobiſ-
met pollicendo cõfingere:inquiens. Nõnunq̃
eñ corpora reſurrectura hi duxerint: vt quæ
honoribus ſint per deũ dignãda. Nõnũq̃ vero
vt ignauum:& honore indignũ:in pœnas cor
pus hoc & tormẽta detrudũt. Cum tamẽ nec
indecorũ ſit:vt ob pietatẽ tutandã aliquid pa
tiatur:vel ob virtutem malit ſubire diſcrimi-
na:ſed illud penitus turpe : ꝙ vitioſe & in vo
luptate cõſumiť. Inquit eñ diuinꝰ ſermo: Ho
norabitur ſemen. At qđ erit id ſemen? Nimi-
rũ hominis ſemen. At quodnã fuerit inhono-
ratũ? Nẽpe hominis ſemen. Proinde exiſtimat
Celſus nihil eſſe apud hos diſputandũ: qui ea
ſperẽt & cupiãt:q̃ corporis ſunt:& pro eoꝝ ſpe
temere impoſſibilia cõcupiſcãt:vt quos agre-
ſtes quoſdã & plane ĩpuros appellet: & ſimul-
tatibus inhæſiſſe affirmet. Vnde erit neceſſe
vt his:ex humanitatis officio : vt rudioribus
ſuccurrať. Non eñ eundẽ in modũ hominibꝰ
hiſce agreſtibus ſunt:quę ad cõmunionẽ atti-
nent ꝑſcribẽda:ac brutis ꝑſcribimus. Qui eñ
nos cõdidit:æque in oẽs & liberales effecit.
Par igiť fuerit:vt vel ad agreſtes : & rudiores
habeať oratio: & quoad licuerit ad vrbanita-
tẽ hi traducãtur:tametſi fuerint impuriores:
et quoad fieri poterit vt puriores reddãtur:&
ita agere:vt q temere ſenſerint:vel animi ęgri

tudine detinentur: de cætero ne quid inconſultius agant: nec animo ipſo ægrotent. Cæterum hos ſuſcipit Celſus: qui vel animam ipſam: vel mentem quæ apud ſe ſpiritalis / vel rationalis ſpiritus dicitur: intellectualiſq; item et ſanctior: & beatus: vel viuens anima ſit: habituros ſe perpetuo ſperent: & id omnino diuina ope futurum. Admittit inſuper perinde ac recte creditum dogma: vt qui rectius vixerint ſint feliciores futuri: qui vero nequiter: perpetuis vt ĩ poſterum malis corripiantur. Et Celſi equidem illud demiror: q̄ præter eius cætera dicta: hunc in modum protulerit. Et ab hac ſane ſententia neq; hi quidem: nec quiuis hominum quandoq; deſciuerint. Et fuerat plane huic aduertendum: qui aduerſus Chriſtianos ſcripſiſſet: quibus fidei materia omnis eſt de⁹: et per Chriſtũ de iuſtis promiſſiones & inſtructiones quæ de ſuppliciis fiunt nequiorib⁹ dũtaxat deniq; inferendis: quẽadmodum q Chriſtianum hominem: quia in Chriſtianos dicta ſuſceperit: auerſetur: par etiam ſit: ſi doctrinã reiiciat: & decreta ſimul vt aſpernetur. Inquit tamẽ ab his nec Chriſtiani quidem: nec hominũ quiſq̃ deſciuerint. Ipſe vero Chryſippũ cenſuerim humanius longe q̃ Celſum egiſſe: ĩ eo libro quẽ de vitiorum curatione cõſcripſit: cũ mederi vitiis vellet: quę mortalium animos et vrgerẽt plurimũ & diuexarent. Et primũ quidem ſanis quibuſdam quibus viſum eſt rationibus: nititur: ſecundo vero & tertio: decretis nonnullis: quę minime placeant: nam etſi tria (inquit) bonorũ ſint genera: vel hũc in modũ curanda ſunt vitia: vt qui ab his obturbẽtur: in ipſo vitiorũ ardore: minus aduertant quæ ſe anticipaſſet ſententiam: ne forte ex ſtudio dogmata refutãdi: q̃ animũ præoccupaſſent: intẽpeſtiuo: ſimul & ſucceſſura curatio pereat. Deinceps & illud ſubiecit. Enimuero etſi pro voluptate habeat id bonũ: id ipſumq; ſentiat: qui vitiis detinetur: nihilominus erit & huic ſuccurrẽdum & oſtendẽdum plane q ſummũ bonum ĩ voluptate poſuerint: omnia vitia de ſe profiteri. Oportuit ergo & Celſum quæ de recte viuẽtibus decernuntur: ſuſcipere: q̄ ſint felices futuri: nec ſecus & quæ de his proferũtur: qui nequiter vixerint: q̄ ſit omnino futurum: vt malis perpetuis capiantur: deinde et ea ſibi conſentanea facere: ſi fieri id licuiſſet: et explicatis potioribus qbuſdam pro eius ſentẽtia rationibus: & id confirmare & multis oſtẽdere iniuſtos quoſq; & ĩprobos ęternis correptum iri ſuppliciis: iuſtos vero & probos ĩ perpetua felicitate futuros. Nos eñ e plurimis illis & infinitis: quibus perſuademur in primis: vt chriſtiane viuamus: omnes quoad demũ licuerit volumus homines Chriſtianorũ diſciplinę & ſacris ſcriptis conciliare. Vbi vero ex aliorũ in Chriſtianos calumniis & detractionibus pręoccupatos forte inuenimus: ita vt ex imaginatione quadã Chriſtianæ ĩpietatis: ne aures qdem velint his adhibere: qui docturos ſe pollicentur: quæ diuinę ſunt diſciplinę: omni niſu duximus inſiſtẽdum: vt decretis ſaltẽ certioribus confirmatis: hi ea admittant quæ de æternis traduntur ſuppliciis: qbus ſint impii demũ excruciãdi. Sic item & de eorũ felicitate qui rectius vixerint perſuaſos eſſe hos velim: cum videam vel a noſtra fide hac alienos q̃multa de vitę integritate nobiſcum ſentire. Non eñ qui cõmunes de vitiis & virtutibus et æquitate ipſa ſententias quãdoq; ſuſtulerit inuẽturus eſt quiſpiam. Omnes igitur homines qui & mundi hanc machinã contẽplãtur: et inſtitutum ĩ cœlo ipſo aſtrorũ: vel inerrantium motũ: quæ his ex aduerſo feruntur: quæ errantia nũcupantur: & aeris tẽperiem ipſam: cũ ad animantium: tũ vel maxime ad hominũ vtilitatẽ optime conſtitutã: & rerũ tantarum vbertatẽ & copiam: videat hominũ gratia cõparatã: vereãtur: velim quippiam agere: qđ ei nil placeat: q condidit vniuerſa: & ĩ his animã et ĩ anima mentem crearit: credãtq; ſe pro peccatis ſupplicia luituros: relaturoſq; paria rebus optime geſtis ab eo & beneficia: q ſingula pro dignitate diſpenſat. Perſuaſum p̄terea habeant hoĩes vniuerſi: tũc optime ſe exceſſuros e vita: vbi ea quę rectiora ſunt geſſerint: & malos male diſperditũ iri: & doloribus eſſe & pœnis tradendos: vbi nequiter & flagitioſe & impudice duxerint vitã: vel minus ſe fortes: ſed timidos: & quouis modo inſipientes pręſtiterint. Verum his hactenus explicatis hoc loco videamus & quæ deinceps hunc ĩ modum dicturus eſt Celſus. Cum eñ corporeo nexu ſint conditi hoĩes: ſiue pro eius diſpenſatione qui ea cætera fabricauit: ſiue vt pro commiſſis hi luerent pœnas: ſiue ſuggeſtionibus quibuſdã animæ prægrauantis: quoad præſtitutis tẽporum circũactionibus hęc repurgetur (ſiquidẽ iuxta Empedoclẽ illa ad horas ter mille a beatorũ locis aberret: & diuagetur neceſſe eſt: tẽporũ proceſſu in quãuis mortalium ſpeciẽ redituras) credendum eſt animã hanc nõnullis carceris huius aſtringi pręſidibus. Vel in his quidem aduerte: quãtiſnã iſte de rebus humanitus ambiget: & productis multorum decretis noſtrę geniturę cauſas explicãtibus: neſcio quid præ ſe reuerentiæ ferat: cum nil audeat prorſus: quid horũ ſit falſum: decernere. Quo D

circa non ex iſtiuſmodi viri fuerit ſentẽtia: vt
ſemel iam decernẽtis: nec temere eſſe aſſeuerã
da: nec audẽtius repudianda: quæ priſcis illis
ſunt viſa. His vero quæ de Iudæis ab eorũ pro
phetis & Ieſu traduntur: ſi fidem pręſtare nil
placuiſſet: addubitare tamen hunc decuit: et
cogitatione verſare: quemadmodum decens
fuiſſet a deo minus neglectum iri qui ſevt om
nium pręſidentẽ coluerint: ſi honore proſeque
rentur: & venerationi leges haberẽt: quas cre-
ditur is condidiſſe: & infinita: & ſępe diſcrimi
na huius gratia ſubiiſſent & mortes: ita vt et
diuinitus nõnulla pręuiderint: & arte huma-
na fabricata contempſerint ſimulacra: mente
vero ad omnipotentem deum conſcendere ad
E niterentur. Quinetiam erat illi conſyderan-
dum: quemadmodum qui omnia intuetur: et
audit cõmunis ille omnium pater & cõditor:
ſingulorum animum ſe conquirentem: volen
temq; pie vitam hanc ducere: cõfeſtim diſcer-
nens: duxerit dignũ & his ſuſceptę tutelæ fru
ctum aliquẽ impartiri: vt longe plurimũ quã
ſemel de ſe cepiſſent ſententiam: augerent.
Hæc vero ſi ſecum Celſus animo reputaret: &
cum eo ſimul qui Moyſen & Iudæorum pro-
phetas: Ieſumq; & diſcipulos eius oderũt: qui
pro Ieſu doctrina plurimũ inſudaſſent: haud-
quaq̃ his omnibus conuitia ingeſſiſſent: nec
Iudęos pręter cæteras nationes tantopere im-
probarent: hos affirmando Aegyptiis eſſe lon
ge inferiores: qui vel aduſq; bruta animantia
quędã: quãtum in eis fuerat: diuinos honores
ſiue ſuperſtitione quadã: ſiue errore ducti trãſ
miſerint. Hæc autem diximus: non vt aliquos
de Chriſtiana doctrina ambiguos redderem⁹:
ſed his vt plane oſtẽderemus: qui hãc cauillan
tur: ſatius fore: vt de ea ambigerent: & non te
mere adeo & audacter de Chriſto: vel eius di-
ſcipulis quę minus ĩtelligũt quicq̃ differerẽt:
cum interea iſti non imaginatione illa decer-
nunt quã ſtoici comprehenſibilẽ dicũt: neq; ex
iudicii ſchola: e qua philoſophorum ſingulæ
ſectę quodcunq;: vt viſum fuerit: conſtituunt.
F Deinde cũ hos inquiat Celſus carceris quibuſ
dam pręſidibus tradi: dicendum erit: quemad
modum anima quæ ſolertior fuerit: & ſoluta
tandem nequitiæ vinculis: & in hac vita: quã
vtiq; Hieremias terrã dixit cõpeditorum: per
Ieſum fit vt ſoluatur neceſſe: qui multis ante
eius aduentum tẽporibus: per Eſaiam prophe
tam prędixit. At quidnam ille prædixerit? ni-
ſi compeditis vt egrederẽtur: & qui ĩ tenebris
eſſent: vt reuelẽtur? Et illud item hic Ieſus: vt
de ſe Eſaias ipſe prędixerat: ſedentibus in vm-
bra mortis lux orta eſt eis. Vnde & nos illud
pronuntiamus. Dirumpamus vincula eorum
et proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Qꝫ ſi
Celſus ipſe & ſui cæteri ſimiles: qui erga nos
tam praue afficiuntur: euangeliorum poſſent
audire profunditatem: haudquaq̃ nobis con-
ſultum vellent: vt carceris iſtis quos dicunt
pręſidibus: obſequeremur. Scribitur namq; in
euãgelio: quemadmodum mulierem quæ in-
clinata iam eſſet: nec omnino poterat ſurſum
reſpicere: vbi Ieſus vidiſſet: & cauſam ſciens
cur illa inclinaretur: ſic dixit: Hãc autẽ filiam
Abrahæ quã alligauit Sathanas ecce decẽ et
octo annis: non oportuit ſolui in die ſabbati?
Quot eñ vel hoc tempore alii per Sathanam
alligati conſtrictiq;, in terrã vergunt? cum in-
terea nequeant prorſus ad ĩferiora hęc illo pre
mente: ſuperiora illa reſpicere: & nemo hos eri
git: niſi qd̃ in Ieſu prodiit verbum: & ab initio
diuinitatẽ haberet. Et Ieſus quidẽ idcirco ad-
uenit: vt eos a ſeruitute eximeret: qui a diabo
lo vim paterẽtur: de quo cũ decẽti ſe quadam
profunditate ſic loquitur: Princeps mũdi hu-
ius iam iudicatus eſt. Non igitur dęmonibus
hiſce cõuitiamur: ſed illorũ ad generis huma
ni perniciẽ operationes arguimus: qui ſub ora
culorũ pretextu: curationũq; & aliarũ rerum
obtentu: a deo ipſo animã nitũtur ſeiungere:
quæ in humilitatis corpus cõciderit: quã ſane
qui norit humilitatem: hoc pacto exclamat.
Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore
mortis huius? Verum nec temere quidẽ cor- G
pus hoc ipſi & torquendũ offerimus & p̃cidẽ-
dum: ſiquidẽ nõ fruſtra id fiat: cũ idcirco cor-
pora illis noſtra permittimus cruciãda: ne ter
reſtres dæmones / deos eſſe nos fateamur: cum
nobis iſti: vel eorũ cultores inſidias moliãtur:
et ſit deo pergratũ: vt & virtutis gratia quiſ-
piam crucietur: & ob pietatem torqueatur: &
cultũ: et pro religione deniq; mortẽ oppetat:
quandoquidẽ in domini cõſpectu pretioſa ſan
ctorũ mors eſt. Optimũ vero fore aſtruimus:
nullo vitæ ſtudio detineri. At Celſus cum ma
leficis qdem q iure ob latrocinia tolerant quæ
his inferuntur: nos conferens: & nil deniq; ve-
ritus: noſtrum id ac tantum propoſitũ: pędo
nũ affectibus non abſimile eſſe decernit: cũ ta-
men ĩ his: illis ſe ſocium addat qui cũ iniuſtis
deputant Ieſum. in qbus conſequuta eſt finem
ſcriptura: quæ dicit. Et cum iniuſtis reputat⁹
eſt. Poſthęc Celſus ſic inquit. E duobus alterũ H
futurum omnino ratio ipſa aſtruxerit. Si eñ
hi colere quę decẽtia ſunt dedignant: & iſtorũ
pręfecti quidã & duces nec viros adiri p̃miſe-
rint: nec vxorẽ quẽpiã: nec liberos tollere: nec
aliud quippiã in vita hac facere: ex eaq; nullo

prorſus relicto ſemine tandē decedere:futurū eſt vt e terris deſoletur oīno & pereat id hoīm genus:& contra ſi vxores & duxerint & ſuſceperint filios:& deguſtauerint fructus:& vitæ negotiorū & rerum participarint: vt & mala tolerēt erit neceſſe in humanis his conſtituta. Natura nāq; iſtiuſmodi eſt: vt oēs hoīes mala experiātur:eſt quippe vt mala ſint:neceſſariū: neq; hūc pręter & in terris aliū vllum hęc nacta ſunt locū.Deferēdi ſunt ergo honores permittentibus nobis iſta præſidibus:quales hos deceant: & vitę tam diu quę competūt ſubminiſtranda: quoad tandem vinculis hiſce ſoluamur:ne forte rerū præſidibus inutiles eſſe appareant hoīes.Eſſet nāq; iniquius:eorū quæ illi iam habeāt participare:& his nulli vſui eſſe. Vel ad hęc quidē dixerimus: æquiorē vitę exitum alium nullum nobis videri:hunc præter qui ex pietate duntaxat & virtute contigerit: vbi ab his qui & iudicandi vitę neciſq; habere poteſtatē exiſtimātur: alterum ex his offerat: vel vt oīa præter Ieſu inſtituta factitādo viuamus: vel moriamur Ieſu dictis obtemperādo. At vel vxorē ducere nobis de⁹ permiſit: tanq̄ non oēs capere queant egregiū illud & præſtātiſſimū decus:vt ſine labe oīno ſint cęlibes:vel vxorem ducēdo quę genita fuerint vt quouis modo ita enutriant: ne liberos qui diuina prouidētia tradunt:deperdant.Nec tamen hęc ſibi inuicē aduerſant: quia dęmonibus ipſis terram hanc depaſcētibus minus nos pareamus. Armatura nāq; dei induti perſtam⁹:vt pietatis athletę:etſi dæmonū genus nobis inſidiet. Quin vel ſi ei⁹ verbis e vita nos prorſus exterminet Celſus:vt pro ſua ſententia noſtrū & humanū id genus in terris penitus deſoletur: at nos hiſce in reb⁹ quæ cōditoris ſunt noſtri: et pro dei legibus ſumus vitā ducturi.Nec libet plane peccati ſeruitutē ſubire:et ſi forte libuerit:vxores ducturi mox ſum⁹: & noſtris in nuptiis traditos liberos ſuſcepturi:et ſi fuerit neceſſe eorum quæ ſunt in vita participabimus: et perinde animæ tentationes: mala iſta laturi.Sic eñ diuinę ſolent ſcripturę:quæ mortalibus in vita contigerint:nuncupare aduerſa. Nam terrenis hiſce in rebus tanq̄ aurū in fornace anima ipſa probata: vel perinde inertior arguetur:vl' digna quā hoīes demirētur.quo fit vt ita ſimus ad ea mala quę protulit Celſus ſubeunda paratiores:vt & illud dicamus: tenta me dñe & proba me: vre renes meos & cor meū. Nō eñ quiſpiā coronat: niſi in terris legitime:& cū humilitatis hoc corpore decertarit.Accedit etiā φ neq; honores his congruētes deferimus:per quos Celſus affirmat terrena iſta diſponi:quippe qui dęmonum dūtaxat deum & noſtrū colamus: & illi ſoli deſeruiendo Chriſti imitatores fieri votis & precib⁹ cupiamus:qui dicēti diabolo oīa tibi hęc tradā ſi ꝓcidēs me adoraueris:ita reſpondit.Dominū deum tuū adorabis:& illi ſoli ſeruies. Et idcirco honores illos legitimos quos putat Celſus his deferēdos qui iuxta ſe terrena hæc moderentur: haudquaq̄ nos reddimus: quādoquidem duobus dominis ſeruire poterit nemo: nec deo morem poſſimus & māmonæ gerere. Quinetiā vel ſi ex legis exceſſu condenti legē quis iniuriā fecerit:nobis vtiq; perſpicuū fiet: quemadmodū duabus ex legibus ſibi inuicē aduerſantib⁹:dei inquā & māmonę:ſit potius longe futurū:vt māmonę legem pręuaricādo māmonæ inferamus iniuriam: vt ex lege diuina rectius obſeruata,deum honorib⁹ ꝓſequamur: q̄ per dei legis exceſſum ignominia deū afficiamus:vt ex māmonæ legis obſeruatione māmonā veneremur.Celſus igitur hoīes putat eo tenus vitę huic cōgruētia ſubminiſtrare:quoad demū vinculis hiſce ſoluant: quādo iuxta legitimā plęriſq; conſuetudinē diis ſingulis per ciuitates & loca legitime: etſi alioquin nequiter inſtitutis:īmolet quiſpiā:ignarus tamen in vero quid congruat. qđ vtiq; ex certiori pietate concipit.Nos vero vitæ hunc dicimus quæ congruāt miniſtrare:qui memoria repetit:quiſnam rerum ſit cōditor:quæue illi ſint gratiora: quiſue ꝑ dei arbitrio omnia peragat. Vult pręterea Celſus ingratitudinis C nos coarguere: in eos pręcipue q pro diis ī terris ducātur:& perinde ac gratias his debeam⁹ Nos vero quidnā ſit gratias agere explicātes: fatemur hos plane q erga eos qui nil beneficii conferāt:ſed obſint potius & aduerſent:haudquaq̄ qđ ingratū ſit facere:cum ipſis minus ſacrificamus: quippe quia eos nil colim⁹: ſed ad illud enitimut ne erga deū ingratitudinis arguamur:cuius beneficiis aucti in dies ꝓuehimur:per quēve & cōditi ſumus: & ꝓuidentia ducimur:vtcūq; ſepoſiti:vt extra hanc vitam degamus:operiēdo quę ab eo ſperantur.Panis pręterea euchariſtiæ ille: bona gratia nuncupatus:argumēto eſt nobis: quemadmodū gratias deo agamus. At dæmones ipſi nullā earū rerum diſpēſandi vim ſunt cōſequuti: quę ad noſtros vſus ſunt conditę:vnde inique nil agimus ſi rerum creatarū participamus:neq; his immolamus qui creata hæc minus cōtingūt: vel moderantur.Itaq; etſi dæmones quoſdam non vſpiam cōſpicemur:ſed angelos his terrę fructibus & animantiū genituræ vt præſideant inſtitutos: hos ſane & efferimus laudādo

et beatos eſſe aſtruim⁹: quibus permiſſa a deo tanta hæc ſunt: quę humano generi conferũt plurimũ: nil tamẽ debitos deo honores his impertimur. non enim id deo placitũ eſt: neq; his quidẽ quibus tanta hæc permittũtur. Et ſane cũ offerre ipſis ſacrificia abſtinem⁹: nõ minus nos iſti ſuſcipiunt acſi rite obtuliſſemus. Non enim indigẽt illi terrenis hiſce ex incenſo odo
D ribus. Deinde infert hæc Celſus. Licet autẽ in his vel minimũ quẽq; perdiſcere: cui poteſtas ſit aliqua demãdata. Vnde ferunt ægyptii humanum id corpus dęmones ſex & triginta ſuſcepiſſe curãdum: vel deos quoſdã ęthereos: in tot partes diuiſum. Quidã vero longe plures hos eſſe affirmant: cũ dæmon alius aliam iuſſus tamẽ in curam ceperit portionẽ. Et dęmonum quidẽ hi voce patria tenent vel noĩa: et vernacula hęc ꝑferunt lingua: ita vt hos inuocando: vitiatas plærũq; corporis partes ſanitati reſtituant. Quid igitur impedit vt vel alios dęmones quiuis ſuſcipiat: cui magis expediat vt proſpera potius corporis ſit valitudine: q̃ morbo afficiat: & ſecũda magis q̃ aduerſa vtatur fortuna: tormẽtiſq; & ſuppliciis quoad fieri licuerit: liberet? Vel ex his vtiq; Celſus nũc enitendo animũ nobis ad dęmones ipſos traducere: ꝑinde ac corpora noſtra in curã ſortitos: & horũ ſingulos aſſerẽdo, noſtrorũ corporum parti præeſſe: vult haud dubie: vt hiſce quos inquit dæmonibus fidẽ præſtemus / colamuſq;: vt ex ea credulitate & cultu: bona nobis ſit potius valitudo q̃ morbus: & felicitas q̃ infortunium: & omni niſu: quoad fieri poterit: ſuppliciis liberemur. Adeo ne ergo honorem deo omniũ pręſidi iure delatũ is improbauerit: qui ab eo ſeiungi nil poteſt: vt nequaq̃ exiſtimet deũ hunc ipſum: cũ vnice adorat & colitur: & vocis ſono ingenti ſedulo venerat: ſatis valere: vt ſe colẽti vel ipſum ob cultum: virtute donet & poteſtate: vt dæmonũ queat aduerſus religioſos & ſanctiores quoſq; inſidias intercipere? Non eñ intelligit: qđ in Ieſu nomine ab his inuocetur: qui vere crediderit quemadmodũ ab ægritudine plurimos & dęmonum prauorũ incurſibus: & quouis diſcriminum genere liberandi vim habeat: ad ſanitatẽq; traducendi. Et ſane par fuerit vt in riſum erumpat qui Celſi dicta admiſerit: cum illud pronuntiabimus: In nomine Ieſu omne genu flectatur: cęleſtiũ: terreſtriũ: & infernorum et omnis lingua confiteatur: quia dominus Ie
E ſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Vbi vero efficaciora argumẽta irriſerit: ſuſcepturus eſt ita ſe ea habere quę de dæmonum nominibus tradidit & ægyptiorũ dęmonum catalogo cõtineri: q; vitiatas corporis partes optimę reſtituant valitudini. Veruntamen aduerte quẽadmodum nos dehortãdo ne in oĩm & cõmunem deum credamus: per Ieſum Chriſtũ ad fidem ob noſtri corporis curationẽ iam prouocet. Sex namq; & triginta barbarorũ dæmonũ inquit: quos nõ ſoli ægyptii præſides nuncupant: neſcio quo pacto nobis quę potiora ſunt pollicentur. Quin & illud attende: quẽadmodum nobis pro Celſi ſententia veneficiis longe magis ſit intendendũ: q̃ Chriſtiana ſectãda religio: & infinitis dęmonibus fides potius exhibenda: q̃ deo ipſi qui vel ex rebus his conditis: & verus quidem & viuẽs eſſe arguitur: et aperte oĩbus pręſidere: per eum qui in virtute multa diſſeminauit in vniuerſum terrarũ orbem veri cultus doctrinã. Nec mẽtiar equidẽ ſi illud adiecerim: & ad aliorũ dixerim qui ratione vtuntur medelam: & a vitiis vt ad virtutem deſciſcerent: id Ieſum feciſſe. Celſus vero eorum qui magicam perdidiciſſent veritus lapſum: & nõ ignarus vtcũq; futuræ inauditores iacturę: ſic inqt. Illud vero cauendũ: vt ne quis q cũ iſtis verſetur: ex medela his ipſis adhibita contabeſcat: corpori indulgẽdo: & quę potiora ſunt auerſando: obliuione corripiat. Eſt autẽ ſapiẽtib⁹ viris fides nõ abrogãda tra-
dentibus: Dęmonũ qui circa terras verſentur plęroſq; geniturę & ſanguini inhiare: & nidoribus inhæſiſſe: modulationibus inſup & huiuſmodi aliis addicari: & nil meli⁹ poſſe q̃ corpus curare: & futurã ſortẽ vel homini vel ciuitati ꝑdicere: & quęuis alia humanoꝝ operũ noſſe & exequi. Cũ itaq; tãt⁹ ſit in ea re lapſus vt diuinæ veritati infenſior Celſus teſtificat: quanto hic rectius egerit: ſi nihil hęrens & dubius: ne vel dęmonibus inhiet: vel corpori ſtudeat: nec perinde obliuioſus quę potiora ſunt auerſetur: vt deo ſe credat præſidi rerum per Ieſum doctrinã nobis huiuſmodi ſuggerenti: ab eoq; omnem cum opem tum & tutelam depoſcat: a ſanctis angelis & iuſtioribus cæteris prodeuntẽ: vt nos a terrenis hiſce dęmonibus vindicent: qui vtiq; & genituræ: vt diximus: inhient: ſanguiniq; & nidoribus affixi inhæreant: & alienis quibuſdam modulationibus deducantur: & aliis irretiantur huiuſmodi: & iuxta Celſum nil melius valeant q̃ vt corpora curent. Ipſe vero illud aſſeuerauerim: haudquaq̃ perſpicuum eſſe: dæmones hoſce vtcũq; medendo ſanare corpora poſſe: quin potius neceſſarium fuerit dum curanda ſunt corpora: vt medici ope curentur: ſi ſimplicem velit et cõmunem vitam quis ducere: ſi rectiorem q̃ cæteri: erga deum vt pietate nitatur & pre-

A cibus. Ipſe vero tecum tacitus reputa: quorũ nam potius mores ſuſcipiat deus: qui & ea po teſt efficere quæ alius nemo: etſi vniuerſis ĩ re bus: præcipue tamen in his quę mortalibus ip ſis in beneficiũ cedant: ſiue animæ dixeris: ſi ue & corporis: ſiue in rerum externarũ vtilita tem & commodũ: eorũ ne qui ſibi prorſus in hęſerint? an qui dæmonũ nomina vireſq; & fa cta aduertant? carmina inſuper & hęrbas dæ monibus gratas: lapideſq;: & his ipſis inſcul ptiones: quæ vtiq; dæmonũ: ſiue vt traditum eſt: ſiue vtcũq; figuræ præ ſe ferunt ſimilitu dinem: maximi faciãt? Hoc pacto liquido con ſpicaberis id ei perſpicuũ fore: qui parumper animo hæc ſubſequi valeat: quemadmodum qui optimis moribus prędit ſint: vitamq; de gant ſimpliciorẽ & puram: vbi ſe deo addixe rint: cũ illi: tum cęteris huic charitate coniun ctis: omnino ſint acceptiores futuri. Illos ve ro qui pro corporis tum valitudine proſpera tum mediis hiſce & humanis in rebus pro fe licitate adipiſcenda: dęmonũ nomina diligen ter attẽderint: quærantq; vel carminibus quo velint vt iſtos deuoluant: vt perditos hoĩes et dæmonicos potius q̃ humanos relicturus ſit deus Ieſus dæmonibus diſcerpendos: vt horũ ſinguli vel prauas cogitationes ſuggeſſerint: vel cætera mala intulerint. Par enim fuerit: vt dæmones hi: quia & improbi ſunt: & vti Cel ſus fatetur: ſanguini & nidoribus inhiant: mo dulationibuſq; & huiuſmodi cæteris oblectã tur: ne vel his traditam fidem tutẽtur: nec per inde datam vt dexteram ſeruent: qui ſibi im molando & obſequẽdo gratificẽtur: ſiquidem aliis aduerſus primos cultores ſe forſitan in uocantibus: & ſanguine abundantiore ac ni doribus: & quo indigent cultu: iſtorũ coemen tibus ſeruitutem: eis profecto ſunt dæmones iſti inſidias molituri: qui ſe pridie litando co luerint: & grata obtulerint ſacrificia. Celſus vero cum de oraculis ꝑmulta ſuperius dixerit ad dęmonumq; perinde ac deoꝝ remiſerit nos vaticinia: nunc ſane rectius egit: fatendo quẽ admodum dęmones ſint qui futuram ſortem cum homini: tum ciuitati prædicunt: & qui uis alii qui circa mortalia facta in terris ver ſantur: venereis rebus & inhient & contabeſ cant: ſanguiniq; & nidorib⁹: & modulatis car minibus hæreant: & aliis huiuſmodi alligen tur: cum alioquin nil melius aliis valeant re bus. Et ſane nõ abſurdum forſitan videretur: cum Celſo de oraculis diſſerenti inſiſteremus et cultu: qui legitimis iſtorum diis habetur: et nos quiſpiam vt impios ſuſpicetur: qui dæ monum eſſe hęc opera affirmemus: humanos animos ad prauas huiuſmodi cupiditates tra hentium. Sed velim equidem qui in ſuſpitio nem hanc venerit: his fidem adhibeat quę per Chriſtianos recte denuntiantur: cum vel hũc videat qui aduerſus Chriſtianos ſcribẽdo per multa ementiatur: nunc in ſui operis calce: vt a veritatis ſpiritu vict⁹: ſcribẽdo rurſum quæ dixerat confirmaſſe. Itaq; etſi Celſus inquiat quoad conduxerit faciẽdum eſſe dæmonibus ſatis: Chriſtiana tamẽ doctrina haudquaq̃ cõ monefecerit vt nidoribus ſit & ſanguini inhi antibus obſequendum: vel diuinitas ipſa quo q̃ ſit pacto coinquinanda: vt eam vel ad pra uos dęmones deferamus. Qꝫ ſi recte Celſus te neret quidnã ſit vtilitas ipſa: & quid de ſe prę ferat: videretq; vt vtilitas hæc ſit proprie vir tus: & ex virtute qđ geritur: haudquaq̃ quod dixerat illud quoad cõduxerit in hos coaptaſ ſet: qui pro ei⁹ confeſſione dęmones ſunt. Nos C vero ſi dæmonum opera & curatione: proſpe ram ſimus corporis valitudinem adepturi: et in rebus hiſce terrenis & vitæ felicitatẽ: ęgre ſcere præſtat & infelices eſſę in his vitæ bo nis: ſalua duntaxat erga deum conſcientia et pietate: q̃ a deo diuelli & eius gratia excidiſſe: vel vtcunq; ad mortem animo ęgrotare: cum interea detur: vt corporis optima valitudine ſim⁹: & fortunæ bonis felicius hiſce vtamur. Quo fit vt ad eum potius ſit concedendum: qui præter humanam ſalutem re nulla indi geat: q̃ his inhærendum: qui & nidoribus & ſanguine egeant. Celſus igitur vbi tam mul D ta de dęmonibus dixit: nidore & ſanguine in digentibus: perinde ac prauitatis cantico ite rato: longe magis exiſtimandi ſunt dæmones ait nec carere re aliqua nec indigere: ſed illis adgaudere: qui pie erga ſe geſſerint. Sed nõ pe nitus humana natura a deo eſt & vnigenito filio deſtituta. Et Celſus quidem quę de nido re & ſanguine dixit: quibus indigeant dæmo nes: vera vtiq; protulit: rurſum tamen ex ſua pte natura ad mendacia lapſus: & dæmones ipſos cum hominibus confert: qui perfecte & iuſtius quę rectiora ſunt factitent: vel ſi nemo his gratias habeat: in eos vero & conferant bo na: qui gratitudinis referant vicem. Mihi ve ro videtur Celſus hoc loco confundi: & men te nonnunq̃: vt dęmone percitus: nonnũq̃ ve ro ex inconſideratius dictis & reſipiſcere: ita vt paulopoſt veritatis aliquid conſpicetur. Iterato enim & illud hũc in modum inducit. A deo autem haudquaq̃ eſt deſciſcendum: nec interdiu quidem: nec noctu: nec publice: nec priuatim: verbo vero vbiq; & opere ſem per: ſed cum his: vel ſine his anima ſemper ſit

deo intenta. Ipſe vero cum his illud quod Celſus inquit ita acceperim: hoc eſt cum publico opere quouis: & quibuſuis dictis. Deinde rurſum tanꝙ aduerſus emotæ & furiatæ mentis exceſſus: vt per dæmonem inditos animo: reluctãdo: & in multis iam ſuperatus: hęc infert
E Si enim ita ſe habẽt: cur difficile fuerit & graue: vt vel in terris principes ipſi placentur: et alii item & inter homines potentiores & reges: ita vt ne hi quidem ſine dæmonum vi terrenis ſint his rebus dignati. In ſuperiorib⁹ Celſus quãtum in eo fuit: animam hanc noſtram ad dæmones ipſos traduxit: nunc vero libet per nos vt potentiores iſti placentur: & ſecundum hos reges: & quoniam ſunt quæ ad hos attinent vulgatiora: & vt exemplorum plena eſt vita: ita & omnis hiſtoria: haudquaꝙ neceſſarium duxi de his aliquid impræſentiarum proferre. Vnus tamẽ nobis placandus eſt deus: & vt propitius ſit exoptandum. qui vtiqꝫ et pietate: & virtute placatur. Qꝫ ſi quos alios velit præter deum omnipotentem placatum hic iri: intelligat quemadmodum & corpus id cum mouetur & vmbram habet ſe ſubſequentem: ſic item & qui ſummum deum placarit: et illius amicos propitios vt habeat ſequitur: Angelos ſcilicet animaſqꝫ & ſpiritus cæteros beatiores: quippe qui ſimul & ſentiãt quinam dei ſint benignitatẽ promeriti. Nec ſolum ſe hi erga digniores quoſqꝫ propitios reddunt: ſed & deo gratificari volentibus opitulantur: hiſqꝫ & placatiorẽ hunc faciunt: vnaqꝫ & ſupplicant & precantur: & ita: vt affirmare id auſim: vel hominibus vltro quę potiora ſunt animo deſtinantibus: deoqꝫ ſupplicantibus: poteſtates illas innumeras: nec vocatas quidem: vltro deum vna comprecari: generiqꝫ huic noſtro adeſſe: & cum dęmonibus: vt ita dixerim: vel certamen inire: quos viderint eorum impugnare ſalutem: qui ſe deo permiſerint. Nec dæmonum iſtorum magni faciunt odia: ſi in hominem forte deſęuiant illorum cultum defugientem: qui nidore conſtet & ſanguine: et quouis modo dictis & actionibus incumbentem vt omnipotẽti ſe deo per Ieſum conciliet et plane coniungat: qui infinitam dæmonum multitudinem ſuſtulit: cum obeundo loca ſanaret ægrotos: & multos ad rectiora conuerteret: quibus vim diabolus iam intuliſſet. Nobis vero hominum erit vel regum quidẽ placatio contemnenda: nec ſolum quæ per cædes et flagitia fiat: & ſæuiora facinora: ſed quæ vel in deum impietate prætenditur: vel voce quadam ſeruili & ſupplici: viris fortibus indecora: & animi pręſtantibus magnitudine nil cõſentanea: & qui tolerantiã duxerint pro ſumma virtute: etſi cæteras omnes ſint conſequuti. Ita ſit vt nihil agamus quod dei vel doctrinæ aduerſetur vel legi: non enim adeo inſanimus: vel furore corripimur: vt contra nos ipſos principis & potentioris cuiuſpiam iracundiam concitemus: quæ plagas ſuppliciave et mortes ferat. Quippe qui Pauli illud perlegimus: Omnis anima poteſtatibus præcellentibus ſubdita ſit: non eſt enim niſi a deo poteſtas. Quæ autem ſunt: a deo ordinata ſunt. Itaqꝫ qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit. Id dictum in prima ad Romanos epiſtola: abunde ſatis & varie alias explanauimus: nunc vero preſſius: vti & locus exigit: & plane ſimplicius: & pro communi hominum captu deſumpſimus. Cęterum cum Celſus affirmet: neqꝫ principes ipſos ſine dæmonum numine quodam & vi: fuiſſe his terræ bonis dignatos: cũqꝫ & plæraqꝫ eſſent de iſtorum ſtatu dicenda: ita vt longior oboritura ſit quæſtio: eorum gratia qui per tyrannidem dominantur: vel ob principatum in laſciuiam et delitias collabuntur: in aliud tempus hæc differenda diſtulimus. Vnde nec per regem iuramus: vt Celſo placet: perinde ac nõ alium deum eſſe duxerimus: nec per fortunam quidem: quam plæriqꝫ rei euentum dixere: quando nec aliquid ſit: nec omnino ſubſiſtat: nec quippiam valeat: ne iuriſiurandi forte vim illam in rebus non neceſſariis deſumamus: vt ſolent plæriqꝫ: qui vel in Romani imperatoris numen ſiue fortunam iuſiurandum id fecerint. Fit itaqꝫ vt nobis potius ſit moriendum: ꝙ per dæmonis aliquod numen & praui: iureiurando aliquid confirmemus: qui et plęrũqꝫ nullius ſit fidei: & cum eo ſimul quem forte ſortitus ſit homine: fallitur: etſi is longe plurimum peccet. Rurſum Celſus haud ſecus ac qui dæmone perciti dum aliquid referunt: & loqui mox deſinunt: & inter loquendum labuntur: perinde atqꝫ ſobrius huiuſmodi infert. Si enim quis iubeat eum qui deum forte coluerit: vel impie facere: vel fœdius aliquid pronuntiare: haudquaꝙ fuerit illi obtẽperandum: nec fides præſtanda: ſed cuncta ſunt potius toleranda ſupplicia: & mortes quæuis inſuper ſubeundæ: ꝙ irreligioſum de deo aliquid: ne dicam protulerit: ſed ne cogitatione quidem admittat. Moxqꝫ & iterato: vt noſtræ doctrinæ ignarus: & vniuerſa confundens: hæc ſubdit. Si enim iniunxerit quiſpiam vt Solem Mineruam ve laudibus efferas: promptiſſime pulchrum pęana decantando extuleris. Sic enim videbere ſummũ deum

F (margin, beside "Cęterum cum Celſus affirmet")

G (margin, beside "Rurſum Celſus haud")

percolere:ſi iſtos collaudaueris. Diuinus ſiqui dẽ cultus vbi ad omnes peruaſerit: perfectior redditur. Vel ipſi quidem æquiore animo la turi ſumus: qui ſolem iuſſerit collaudãdum: vt qui plane didicimus: non his ſolum quæ diuinæ diſpoſitioni ſubiiciuntur: ſed vel in fenſis & hoſtibus benedicere. Solem itaq; vt dei pulcherrimum opus collaudamus: vt qui dei legẽ obſeruet: & illud inſuper audiat: Lau date dominum ſol & luna: & enixius patrem et rerum omnium laudet conditorem. Miner uam vero cum ſole vna inter deos relatã grę corum fabulę prodiderunt: qđ ſiue ſic ſe habe re: ſiue minime hi ſuſpicentur: Mineruã hanc tamen tradunt e Iouis capite natam: arma tamq; prodiiſſe: quam poſtmodum inſectan do Vulcanum corrũpere voluiſſe: & eius pu dicitiam vitiare: cuius vim renitendo hãc ef fugiſſe: ita eius ex deſiderio Vulcanum ſemen profudiſſe in terram: vnde ſit Ericthonius na tus: quem vt inquit Homerus: Minerua nu triuit Iouis filia: Terra vero genuit vitæ da trix. Et ſane qui Iouis filiam Mineruam affir mat: vt fabulas affatim ſuſcipiat & fictiones neceſſe eſt: quas vtiq; nequaq̃ eſt admiſſurus: qui eas defugerit: & veritatem perquirat. Q; autem ex tropologia quadam Minerua hęc ſa pientia eſſe aſſeueretur: & ita interpretetur: oſtẽdat aliquis quemadmodum illa ſubſiſtat: vtq; & tropice de ſe præferat ſapientiam: ſi ve ro vetuſtior fuit Minerua: vt cui & fuerint: accolis ipſis cum myſteria: tum & ſacra tra dentibus: delati honores: cum vellent hanc apud homines diuinitatis nomen ſortiri: & in deam referri: at eo minus vel commemoran da hæc fuerit: vel veneranda vt dea: quo nec tãtus ſol iſte a nobis: vt veneretur fas ſit: tam etſi hunc: & laudibus efferamus & benedictis proſequimur. Celſus igitur tunc maxime co lere nos deum affirmat: cum Solem & Miner uam extollimus laudãdo. Nos vero aliter lon ge ſentimus: quippe qui hymnos cum in dei: tum in vnigeniti dei & filii laudem decanta mus: & deum quidem & eius vnigenitum fi lium nil ſecus collaudamus: ac ſol ipſe & luna collaudat: ſtellęq; & cæleſtis item omnis exer citus. hi enim omnes: vt chorus diuinus: cum iuſtis vna qui inter homines agunt, deum ip ſum & vnigenitum filium laudibus efferunt.

Diximus ſupra haudquaq̃ iurandum eſſe per regem qui in humanis his agat: nec per eam quam dicunt fortunam: vnde nec neceſſariũ fuerit vt iterato ad ea reſpondeamus quæ di xerat Celſus huiuſmodi: Si enim per regẽ vel potentiorem quẽpiam qui inter homines de gant: iurare te quiſpiam iuſſerit: haud ſane vi deri id grauius debet: his namq; terrena hæc tradita ſunt: & quicquid in vita acceperis: ab his ꝑculdubio accepiſti. Nos vero haudquaq̃ aſſerimus fuiſſe his omnia quæ in terris ſunt tradita: nec quicquid in vita accepimus: ab ip ſis his accepiſſe. Cum enim iure aliquid & re cte accipim⁹: vt domeſticos fructus: & panem cor hominis confirmãtem: vitemq; flexibilem et caducam: & vinum hominis corda lætifi cans: oleæ pręterea fructus: ex dei id ſumimus prouidentia: vt in oleo hominis facies hilare ſcat. Porro Celſus ſic inquit. Non enim priſco rum cuiq̃ fides eſt abroganda: olim hæc præ dicanti: vnus ſit imperator: cui Saturni tor tuoſi conſilii filius: imperium dederit. deinde mox ſubdit. Si enim decretum regium ſolue ris: merito de te vindictam ſumpſerit rex. Q; ſi tecum id egerint omnes: vt legẽ diſſoluant: nihil impediet quominus in cæteros vindicã do ſolus hic relinquatur: quæ vero in terris ſunt per iniquiſſimos & immaniſſimos barba ros gubernentur. Ita fiet vt nec tuę religionis vel cultus: nec veræ ſapientię relinquatur in ter homines gloria. Sed velim equidẽ vt vnus ſit dominus: vnus ſit imperator: non tamen is cui Saturni tortuoſi cõſilii filius imperium dederit: ſed alius potius cui ille detulerit do minatum: qui & reges cõſtituit: & regna con firmat: & optimũ in tempore erigit ſuper ter ram. Nec ſane Saturni filius tortuoſi conſilii qui vt gręcorum fabulę ferunt: patrem regno expulerat: reges per loca conſtituit. non enim vt locus quiſq; exegerit: allegorice quis iſta in terpretabitur. Sed deus qui omnia modera tur: optime nouit quidnam eſſet in cõſtituen dis regibus hiſce facturus. Diſſoluimus ergo qđ Saturni tortuoſi & varii conſilii filius tu lit decretum: cum nihil interea quod curuũ et tortuoſum ſit dei patrem & deum velle cre damus: cũ alioquin quæ de prouincia ſtatuũ tur haudquaq̃ diſſoluim⁹: nec quæ in primis per prouidentiam hanc ipſam geruntur: vel e quibuſdam prouidentiæ appendicibus fiunt. Neq; hoc quidem pacto in nos animaduerte ret imperator: id ſedulo affirmãtes: haudqua q̃ ſibi Saturni filium detuliſſe imperium: ſed qui deponit & conſtituit reges. Et id ſane me cum fecerint omnes: vt homericum illud ſol uant decretũ: Quę vero deus de imperiis ſta tuat: tutentur & ſeruẽt. Nec ſecus & illud qđ ita iniungitur. Regem honorificate & obſer uate. Quo fit vt nec hũc ipſum in modum im perator ſolus deſtituatur: vel ad ſolitudinem redigatur: nec quę in terris ſunt ad iniquiſſimos

et efferatiſſimos barbaros trãſferant. Q̄ꝫ ſi vt
Celſus affirmat: id ipſum mecũ vna fecerint
oẽs: ꝑfecto vel barbaros hoĩes diuina ſuſcepta
doctrina & iuſtiſſimos qdẽ & manſuetiſſimos
fore aſſeuerauerim: & cultum omnẽ ſuperua-
caneum iri quandoq; ſublatum: & Chriſtiano
rum duntaxat permãſurũ: duraturumq; per-
petuo ſolum Chriſti doctrina ꝑmultas ſemper
D animas depaſcente. Porro Celſus vt prorſus
ignarus quidnam qđ dixerat ſubſequatur: ſic
inquit. Nõ em̃ dixeris perinde ac tibi ꝓſtita fi-
de: Romanos legitimis ſuis cum erga deos: tũ
in homines neglectis officiis: tuum hunc quẽ
celſiſſimũ dicis: vel alium quẽpiam pro tuo ar
bitrio inuocaturos: vel fore vt ſupplices ro-
gent: ſeſe vt cælo deſcendens tutetur: ita vt
aliorum nõ indigeant viribus. Quondã enim
vt vos affirmatis: vel id quidem facturum ſe
ille pollicitus: ſpectare licet ꝙ̃ vel iudæis vel
vobis profuerit. His ſiquidẽ pro vniuerſę ter-
rę promiſſo imperio: nec gleba quidẽ: vel quã-
tulacũq; hæc fuerit: relinquitur. Veſtrum au
tem etſi quiſpiam latitando oberrat: quęritur
tamen ad mortis ſupplicia. Vbi vero quærit
hæc Celſus: quidnam ſit Romanis his occur-
ſurum ſi legitimis diis neglectis chriſtianę do
ctrinę fidem adhibeant: & ex primis illis homi
num legibus celſiſſimum colãt: audi quid ad
hæc dicere libeat. Si enim duo ex vobis inquit
conſenſerint ſuper terrã de omni re quancũq;
petierint fiet illis a patre meo qui in cælis eſt.
Lætatur ſiquidem rationalium animantium
concordia deus: & diſcordiã auerſatur. Quid
erit ergo hiſce ex dictis exiſtimandum: niſi per
paucos eſſe hoc tempore inter ſe conuẽturos?
at omnes qui ſub Romanorũ ſunt ditione in
vnum ſint forſitan coituri & illi ſupplicaturi
qui hebræos cum ab ægyptiis ſe perſequenti-
bus fugarentur: hunc in modum alloquitur.
Dominus pugnabit pro vobis: vos autem ta-
cebitis. Et ſane vbi illi concordi animo domi-
num precabuntur: longe plures poterunt ho
ſtium vel ſe inſectantiũ trucidare: ꝙ̃ Moyſes il
le ad dominũ clamitando: vel aliis qui aderãt
deprecantibus trucidarit. Quod autẽ his qui
legem ſeruarent promiſerat deus: ſi minus vt
erat pollicitus fecit: non idcirco quia menti-
tus ſit ille: effectum id eſt: ſed quia cũ pactio-
ne & promiſſiones ſint factæ: ſi lege ſeruata et
E iuxta legem ducerent vitam. Porro ſi nec gle-
bæ quidem nec larium iudæis nil reliquũ eſt:
cum pactionibus promiſſa ſuſcipientib⁹: pro-
fecto eorum eſt omnis incuſanda præuarica-
tio: & ea præcipue qua in Ieſum ſunt vſi. Sed
pro Celſi materia vbi vel Romani ipſi credide
rint: & deum precãdo inſtiterint: hoſtes vtiq;
ſuperabunt: vel ſaltem eorum ſalua republica
minus oppugnabuntur: diuina quadam vir-
tute ſeruati: quæ & iuſtorũ ob gratiam quin-
quaginta ciuitates quinq; /ſeſe pollicita ſit ſer
uaturam. Conſtat namq; dei homines ad re-
rum terrenarum confirmationẽ & ſtatum: ve
luti ſal eſſe: qđ cætera ne putreſcant obduran
do conſeruet. ꝙ ſi ſal euanuerit ad nihilum va
let vltra: niſi vt eiiciatur foras & conculcetur
ab hominibus. Qui habet aures audiendi au-
diat quorſum iſta dicantur: & nos quidẽ vbi
deus tentatori tradita poteſtate permiſerit vt
nos perſequatur: perſecutiones quidem ſub-
imus. Cum autem deo placitum eſt: vt has to
leremus: vel in hoc qui nos oderit mundo pa-
cifice degimus: & ſane dicenti illi confidimus
et id affirmanti: Cõfidite: ego vici mundum.
Vnde inquantum hic mundum peruicerit: a
patre vult hanc mũdi victoriam accepiſſe: in
quo ipſi habemus fiducię plurimum. Q̄ꝫ ſi de
integro velit de pietate & cultu nos certamẽ
inire: procedant in medium aduerſarii: quib⁹
plane dicturi ſumus: Omnia poſſum in eo qui
me cõfortat Chriſtus. Nõne duo paſſeres aſ-
ſe veniunt: & vnus ex illis nõ cadet ſuper ter-
ram ſine patre veſtro qui in cælis eſt? Tantope
re enim vniuerſa dei complexa eſt prouiden-
tia: vt nec capitis noſtri capilli hanc fugiant
numerati. Deinde rurſum in Chriſti perſona F
loquentis: vt aſſolet Celſus in ſubſequentibus
ea inducit: quæ nemo noſtrum conſcripſerit.
Inquit enim. Nec illud vtiq; tolerandũ: ꝙ no-
ſtros dixeris imperatores vt obſequentiores
iam redditos per te captos iã eſſe: & alios item
in poſterum imperaturos perſuaſos te habi-
turum: non tamen vt illi alios ſint capturi in
poſterum: & alios inſuper atq; alios: quouſq;
tandem captis oĩbus ac tibi deniq; obſequẽti-
bus: imperium aliquod in medium prodeat:
quod vt circunſpectius fuerit: ita & proui-
dẽtia ſit plurimum valiturum: & futuri iam
præſciũ: ita ne priuſꝙ̃ ſe diſperditum eat: vos
funditus perdat. Sed ad hæc nil duxerim re-
ſpondendum: non enim de præſentibus hiſce
imperatoribus quis noſtrum hæc dixerit: ꝙ ſi
perſuaſi hi capiantur: vel aliis ſumus /quæ vo
lumus perſuaſuri. At vndenam illud Celſus
deſumpſit: vt perinde ac nobis ex ſucceſſione
quadam poſteris ipſis ſemper obtemperanti-
bus: & venientibus in capturam: quia in ho-
ſtes nihil animaduertant: affuturum ſit quan
doq; imperium aliquod vnũ & circunſpectius
qđ & futura prȩuideat & noſtra vt longe pri-
uſꝙ̃ ſua diſpereãt: funditus ſit ſublaturũ: ſed

videtur in iſtis nugas Celſus ſubnectere: & id quidẽ ex ſe deliraſſe. Poſthęc autẽ qđ cuperet forſitan: explicans ingt: Si enim fieri aliquãdo poſſet vt vnam in legẽ: qui Aſiam Europã et Libyã incolunt: cõuenirẽt: gręciꝙ item & barbari qui vel terrarũ tenent vltimos terminos moxꝙ vt impoſſibile factu exiſtimãs illud ſic infert: qui eñ id fieri poſſe exiſtimauerit: profecto nullius eſt rei gnarus. Hęc vero ſi ſunt ꝑ nos differẽda: ſuo loco explicabũtur & paucis qui vtiꝙ locus vt diligẽtius eſt ingrendus: ita et confirmandus: vt non ſolum poſſibile factu id arguaẽ: ſed verũ etiã eſſe mõſtreẽ: ꝙ in vnã legem cõueniat genus omne mortaliũ pręditum ratione. Stoici vero ſuperãte: quoad fieri poteſt: cætera elementa qđ validius eſt elemẽto cõflagratura eſſe vniuerſa affirmãt: vbi in ignem oĩa cõflabunẽ. Nos vero diuinã doctrinam aſſeueramus humanã omnẽ & rationalẽ ſuperaturã quãdoꝙ naturã: & animã in ſui ꝑfectionem immutaturã: vbi quiſꝙ vel tenui vſus licentia: & q̃ velit elegerit: & in qbus malit verſetur. Nec par eſſe dixerimus: vt quemadmodũ in corporũ ſiue morbis ſiue vulneribus cõtingere ſolet: vt ex his nõnulla plærũꝙ q̃uis medicã artem excedant periculi magnitudine: ita & animis ipſis vt aliquid inſit a vitiis prodiẽs: qđ minime queat per eum qui et deus ſit & ſumma ratiõe vtatur: vtcũꝙ curari. Diuina itaꝙ diſciplina: oĩbus animæ vitiis cum fortior ſit & ſuperior: & quę itẽ huic adhibetur curatio: ꝑfecto cuiꝙ pro dei arbitrio medicatur: & rerũ eo exitus tendit vt vitia deperdãtur. Vtrũ autẽ de integro naſci hęc permittantur nec ne: haudquaq̃ pręſentis eſt vel materię vel tẽporis edocere: ꝑmulta eñ de vitiorum internicione & cuiuſuis animæ caſtigatione diuinis vaticiniis explicanẽ. Sat autẽ in pręſentia fuerit ex Sophonia dicta quędam producere: quæ huiuſmodi ſunt. Verũtamen diluculo ſurgentes corruperũt oẽs cogitationes ſuas. Quapropter expecta me dicit dñs in die reſurrectionis meę in futurũ: qa iudicium meũ vt congregẽ gẽtes: & colligã regna: & effundã ſup eos indignationẽ meã: & oẽm iram furoris mei. In igne eñ zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tũc reddã populis labiũ electum: vt inuocent oẽs in noĩe dñi: & ſeruiãt ei humero vno vltra flumina Aethiopiæ: inde ſupplices mei / filii diſperſorũ meorum deferẽt munus mihi. In die illa nõ cõfunderis ſup cunctis adinuentionibus tuis: quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ: & nõ adiicies exaltari amplius in mõte ſancto meo: & derelinquam in medio tui populũ pauperem & egenum: & ſperabunt in noĩe dñi reliquiæ Iſrael. Non facient iniquitatẽ nec loquẽtur mendacium: & nõ inuenieẽ in ore eorũ lingua doloſa quoniã ipſi paſcenẽ & accubabũt & non erit q exterreat. Qui autẽ quiuerit hęc cuncta pnoſcere: apertius velim oſtẽdat ꝓphetię ſentẽtiã quin potius diſquirat ꝑcipue: quidnã illud deſignet: vt terra omni penit[9] deſolata: redeat ad populos lingua: in eius generatione his rebus aſſimilis: q̃ ante linguarũ confuſionẽ fuiſſent: intelligatꝙ qdnã ſit illud vt oẽs dñi innocent nomẽ: vt ſeruiãt ei humero vno: vt demãtur contumeliæ improbitates: nec de cætero futura ſit iniuſtitia: nec ſermo van[9]: nec lingua doloſa. Hæc autem viſa ſunt nobis: mediocriter nec diligẽti narratione iã ꝑferẽda: Celſi ob dicta exiſtimãtis fieri nõ poſſe vt vnũ ſentirent qui Aſiã Europãꝙ & Libyã incolũt: gręciꝙ itẽ et barbari. Et forte illud his ĩpoſſibile fuerit: qui adhuc in corpore degũt: nõ tamẽ his qui hoc liberi ſunt. Cæterũ hortaẽ nos Celſus totis virib[9] vt opem regi feramus: inſumamuſꝙ vna ad ęquitatẽ labores vt illũ tuemur: illi vt bella geramus: ſi bella gerẽda ſunt. Nos vero principib[9] quãdoꝙ opitulamur: hiſꝙ opitulatione quadã diuina præſidio ſumus: dei armaturam recipiẽtes: & id quidem apoſtolicæ voci obtẽperãdo nos agimus: ſic diſſerẽti. Obſecro itaꝙ vos primũ facere petitiones: orationes gratiæ: pro oĩbus hominib[9]: pro regib[9]: et pro oĩbus qui in pręcellẽtia ſunt. Et nimirum quanto quis erga deum pietate pręſtiterit: tãto & regibus ad opitulandũ efficacior præter cæteros milites erit in expeditionẽ euntes: vt quoad liceat permultos hoſtiũ perdat. Deinde ad eos qui & a fide ſunt alieni: & dignum ducunt pro republica nos militiæ munus inire: et homines morte conficere: dicturi id ſumus quẽadmodum iuxta ſe ſimulacrorũ: heroum quorũdam quos deos putent ſacerdotes neocori dexteram manum ſacrificãdi gratia ſeruant innoxiam: vt manibus ſanguine nil inquinatis: his offerant ſacrificia: quos deos eſſe affirmant: ita vt nec ſi ingtuat bellum: militare hos alii cogant. Quod vtiꝙ ſi iure id fieri apud iſtos videtur: quãto magis vel aliis militantibus & noſtri homines vt dei ſacerdotes preces & vota ſubminiſtrando: pro his haud dubie ſunt orando potius q̃ belligerando militaturi: qui bella iuſtius geſſerint: & rectius dominẽtur: vt hoſtilia cuncta & his aduerſantia qui iuſtiores ſint tollãtur e medio! Nos vero precando & ſupplicãdo longe magis dęmones oẽs qui vel prælia excitãt: vel iuſiurandũ C

confundunt:vel pacem perturbāt:dum perdi
muſ:regibꝰ ipſis pſidio ſumus: quaſi bella ge=
rere videremur. Rebꝰ ꝑterea publicis cū cæte
ris vna & nos inſudamꝰ:quia æquitate ſerua=
ta cum operibus & vota offerimus : & q̄mul=
ta meditādo cōſcribimꝰ:quę ad voluptatis cō
tēptū inſtituunt:vt ab his duci ſe nil hoīes ſi=
nāt. Nos īquā &ꝓ imꝑatore lōge acrius bella
ſuſcipimus:etſi alioqn cū eo nullibi militemꝰ.
Priuatim tamē interea eius ob gratiā militiæ
munere fungimur: hoc eſt pietatis & cultus:
cū deū precando & votis:hunc enixe iuuamꝰ.
Qꝫ ſi velit inſup Celſus pro patria nos depu=
gnare : intelligat idipſum nos ſedulo facere:
non oſtētationis & gloriæ cupiditate ab homi
nibus vindicādę: ſiquidē e noſtrę mentis recō
dito:preces fundunt:vt per ſacerdotē pro pa=
D tria tutanda emiſſę. Accedit etiā ꝙ chriſtianę
ſectatores religionis : plus ſane q̄ cæteri hoīes
in patriā beneficii conferunt : cū & ciues eru=
diunt /& ad pietatē inſtituunt:ad vetuſtū illū
dierū deū & diuinā cæleſteꝗ ciuitatē recipiē=
do: qui in minimis ciuitatibꝰ rectius vixerint
quibus id dicitur: Si in exigua ciuitate fidelis
effectus es:veni & ad magnam vbi deus eſt in
Synagoga deorū: & in medio deos diiudicat:
te illis annumerās:ſic nō vltra morieris vt ho
E mo:nec ſicut vnus de principibus cades. Nos
præterea Celſus ad capeſſendam rempublicā
et patriæ nos principatū hortat̄: ſi id vel legū
ſalutis:vel pietatis gratia fieri oporteat . Nos
vero in ſingulis ciuitatibus aliū quēdam eſſe
patrię ſtatū dei doctrina conſtructū callentes:
eos qui cū verbo ſunt fortiores: tum vitę inte
gritate vtuntur:vt præſidere eccleſiis velint:
hortamur:cū eos interea minus ſuſcipiamus:
qui dominādi ſtudio detinent̄ : illos vero eni=
xe cogamus: vt eccleſiæ dei curam capeſſant:
qui hanc prōptius nolint & ꝑtulanter capeſ=
ſere. & ſane qui optime inter nos præſunt:vel
inuiti cogunt̄:rege illo & ſummo inſtāte:quē
et dei filium ſcimus & deū verbū eſſe cogno=
uimus. Vnde etſi in eccleſia teneant principa
tum qui rectius pręſidēt:hoc eſt ſi hi q eccleſię
eſſe dicūtur:vel ſi iuxta dei inſtituta potiūtur
imperio : cū alioquin nihil ex eo poſitas leges
inquinēt: nec vulgatioris vitę vt Chriſtianos
ritus ſectātes fugiant miniſteria: diligētius ꝓ
culdubio impoſitū onus procurant: et ſeipſos
miniſterio ſeruant:qđ & diuinius ſit & eccle=
ſiæ dei & ad hoīm ſalutē perneceſſariū. Vnde
et iure ſimul & neceſſario cū alios ducant:tū
vt internis ita & externis prouident rebus:vt
ex his in dies rectius viuant:ex illis vero vt in
præſtātioribus diuini cultus doctrinis:operi=
buſꝗ verſentur:ita vt vere deū colēdo:& quo
ad licuerit erudiendo q̄plurimos:dei verbo et
diuinæ ſimul legi iungātur:& deo ipſi per dei
filium verbū cohęreant:quē vtiꝗ cōſtat & ſa=
pientiā & veritatē & iuſtitiā eſſe:qui hominū
quemuis patri conciliat qui ſit ad recte viuen
dum paratior.

HAbes igitur ī his ſa= F
cer Ambroſi:pro at=
tributis viribus eo=
rū iā finē:quæ per te
nobis impoſita ſunt:
ita vt octo iam libris
cōplexi ſimus: quæ=
cunꝗ par duximus
vt ad inſcriptum fal
ſo Celſi veritatis ſer
monē reſponderemus. Eius itaꝗ fuerit qui &
illius ſcripta & aduerſus hunc noſtra perlege
rit:ſententiā ferre:vtra potius : vel deum ſpi=
rent:vel quēadmodum ille colendus ſit ſapiāt
magis:vel ſaniorū dogmatū quæ ad homines
ipſos ꝑuenerint: & ad optimū viuēdi genus
hortētur:melius ſentiant veritatem. Sed intel
ligas Celſum aliud opus ſe polliceri in poſte=
rum editurū:quo doceat quēadmodū his qui
et velint & poſſint ſibi fidem præſtare:viuen=
dū ſit. Qꝫ ſi de cætero ſecūdum aliquod opus
nō ille conſcripſerit:bene habet: & octo his li=
bris contenti erimus eius ſcriptis iam reſpon
diſſe:ſin vero ꝑgat: & alia quędā incœptans
perfecerit:conquiſita ad me cōfeſtim trāſmit=
tito:vt vel ea inſup quæ deinceps falſo hic ſen
ſerit: reſpondendo ſtrenue refutemus:vtcūꝗ
pater ille veritatis ſuggeſſerit : & ſiqua forte
veriora narrauerit:vt rectius dicta:noſtro te=
ſtimonio comprobemus.

Adamantii Origenis contra Celſum
liber octauus & vltimus finitur: trāſ
latus per Chriſtophorū Perſonā:ciuē
Romanū: & priorem ſanctę Balbinę.

B

Incipit Prologus Ruffini preſbyteri in librum primũ Peri archon Origenis preſbyteri.

A

SCio q̃plurimos fratrũ ſciẽtię ſcripturarũ deſyderio prouocatos popoſciſſe ab aliquantis eruditis viris: & graecarũ literarũ pitis vt Origenẽ Romanũ facerent: & latinis auribus condonarent. inter quos etiã frater Hieronym⁹ ſcilicet collega noſter ab epiſcopo Damaſo deprecatus cũ homilias duas de cantico cãticoꝝ in latinũ tranſtuliſſet ex gręco: ita in illo opere ornate magnifice ꝙ pręfat⁹ eſt: vt cuiuis legẽdi Originẽ: & auidiſſime ꝑquirẽdi deſyderiũ cõmoueret: dicẽs illius animę cõuenire qđ dictũ eſt: Introduxit me rex in cubiculum ſuũ: aſſerẽs ꝙ cum in caeteris libris oẽs vincat: in cãticis canticorũ ipſe ſe vincit. Pollicet̃ ſane in pręfatione ſe & ipſos in canticis canticorũ libros: & alios q̃plurimos Origenis romanis auribus largiturũ. Sed ille vt video in ſtilo proprio placens: rem maioris gloriae ſeqtur: vt pater verbi ſit poti⁹ q̃ interpres. Nos ergo rem ab illo quidem coeptam ſequimur & ꝓbatã: ſed nõ ęquis eloquẽtiae viribus tanti viri ornare poſſumus dicta: vnde vereor ne vitio meo illud accidat: vt is vir quẽ ille alterũ poſt apoſtolos eccleſiae doctorẽ ſciẽtię/ac ſapiẽtię merito cõprobauit: inopia ſermonis noſtri longe eẽ inferior videat̃. Quod ego ſaepius conſyderans reticebam: & deprecãtibus me frequẽter in hoc fratrib⁹ nõ annuebã: ſed tua vis fideliſſime frater Machari tãta eſt: cui obſiſtere ne imperitia quidẽ poteſt. Propter qđ ne te vltra grauẽ paterer exactorẽ: etiã citra ꝓpoſitũ meũ ceſſi. Ea tamẽ lege atq; ordine inquantũ fieri poteſt: interpretando ſequor regulã prędeceſſoꝝ: & ei⁹ praecipue viri cuius ſuperius fecimus mẽtionem qui cum vltra ſeptuaginta libellos Origenis quos homiliatos appellauit: aliquãtos etiam de tomis in apoſtolũ ſcriptis trãſtuliſſet in latinum: in quibus cũ aliquanta offendicula inueniantur in gręco: ita elimauit omnia interpretando: atq; purgauit: vt nihil in illis quod a fide noſtra diſcrepat latinus lector inueniat Nũc ergo etiã nos licet nõ eloquẽtiae viribus diſcipulũ tamen regulis inquantũ poſſumus ſequimur: obſeruantes ſcilicet vt ea quae in libris Origenis a ſeipſis diſcrepãtia inueniũtur proferantur. Cuius diuerſitatis cauſam plenius tibi in apologetico quem Pamphilus ꝓ libris ipſius Origenis ſcripſit edidim⁹: breuiſſimo libello ſuperaddito: in quo euidẽtibus (vt arbitror) ꝓbamẽtis corruptos eſſe in q̃plurimis ab hęreticis & maliuolis libros eius oſtendimus: & pręcipue iſtos quos nũc exigis: vt interpreter: id eſt peri archon: qđ vel de principiis: vel de poteſtatib⁹ dici poteſt: qui ſunt reuera alias & obſcuri: & difficillimi. De rebus enim talibus ibi diſputat: in q̃bus philoſophi omni ętate ſua conſumpta inuenire potuerũt nihil. Hic vero noſter quãtum potuit id egit: vt creatoris fidem: & creaturarũ naturã: quã illi ad impietatẽ traxerãt: ad pietatem conuerteret. Sicubi ergo nos in libris ei⁹ aliq̃d circa id inuenimus: quod ab ipſo in cęteris locis de pietate: de trinitate fuerat diffinitũ: velut adulteratũ hoc & alienũ: aut pretermiſſum: aut ſecundũ eam regulã ꝓtulimus: quam ab ipſo frequenter inuenimus affirmatã. Siqua ſane velut peritis iam & ſciẽtibus loquens dũ breuiter tranſire vult obſcuri⁹ ꝓtulit: nos vt manifeſtior fieret locus: ea quae de ipſa re in aliis eius libris aptius legeram⁹ adiecimus: explanationi ſtudẽtes: nihil tamen noſtrũ diximus ſed licet in aliis locis dicta: tamen ſua ſibi reddim⁹. Hoc aũt idcirco in pręfatione cõmonui ne forte calumniatores inde ſe criminandi putent inueniſſe materiam. Sed viderint quid ꝑuerſi: & cõtentioſi hoĩes agant: nobis interim tantus labor (ſi tamen orantibus vobis deus annuerit) idcirco ſuſceptus eſt: non vt calumnioſis os (qđ fieri non poteſt: licet forte etiam hoc deus faciet) clauderemus: ſed vt ꝓficere inſolentiã ad ſcientiã rerum volentibus materiam pręberemus. Illud ſane omnẽ qui hos libros deſcripturus eſt: vel lecturus in cõſpectu dei patris/& filii/& ſpiritusſancti cõteſtor: atꝙ conuenio per futuri regni fidem: per reſurctionis ex mortuis ſacramentũ: ꝑ illum q̃ praeparatus eſt diabolo: & angelis eius aeternum ignem: ſic nõ illum locum aeterna haereditate poſſideat: vbi eſt fletus & ſtridor dentium: & vbi ignis eorum non extinguetur: & vermis eorum non morietur: ne addat aliquid huic: neu auferat: ne inferat: neu immutet: ſed conferat cũ exẽplaribus vnde cõſcripſerat: & emẽdet ad literã: & diſtinguat: & inemẽdatũ: vel indiſtinctũ codicẽ nõ habeat: ne ſenſuum difficultas ſi diſtinctus codex nõ ſit, maiores obſcuritates legentibus generet.

Explicit Prologus Ruffini preſbyteri.

Incipit Liber prim⁹ Peri archon opus Origenis preſbyteri a Ruffino traſlatum.

Prooemium Origenis Adamantii in libros Peri archon.

C OMnesqui credũt & certi ſunt ꝙ gratia & veritas ꝑ Ieſum Chriſtũ facta ſit: & Chriſtũ eſſe veritatem nouerũt: ſecũdum qđ ipſe dixit. Ego ſum veritas: ſcientiã q̃ ꝓuocat hoĩes ad bene beateq́ꝫ viuendum nõ aliunde q̃ ab ipſis verbis Chriſti: doctrinaq́ꝫ ſuſcipiunt: Chriſti aũt verbis dicimus: nõ his ſolũ q̃ homo factus: atq́ꝫ in carne poſitus docuit: & prius namq́ꝫ Chriſtus dei verbũ in Moyſe: atq́ꝫ ꝓphetis erat. Nam ſine verbo dei quomodo poterant ꝓphetizare de Chriſto? Ad cuius rei ꝓbationem nõ eſſet difficile ex diuinis ſcripturꝭ oñdere: quomodo vel Moyſes: vel ꝓphetæ ſpiritu Chriſti repleti: vel locuti ſunt: vel geſſerunt omnia quę geſſerunt: niſi ſtudii nobis eſſet præſens hoc opus omni qua poſſimus breuitate ſuccingere. Vnde ſufficere ęſtimo vno hoc Pauli teſtimonio debere nos vti ex epiſtola quã ad hebręos ſcribit: ĩ qua ita ait Fide magn⁹ factus Moyſes negauit ſe dici filium filię Pharaonis: magis ęligens affligtari cũ populo dei: q̃ habere temporalẽ peccati iucunditatem: maiores diuitias ęſtimans ægyptiorũ theſauris impropiũ Chriſti. Sed & poſt aſſumptionem eius in cælos ꝙ in apoſtolis ſuis locut⁹ eſt: ſic hoc mõ indicat Paulus. An probamentum eius quæritis qui in me loquitur Chriſtus? Quoniam ergo multi ex his q Chriſto credere ſe profitentur: nõ ſolum in paruis & in minimis diſcordãt: verũetiã in magnis & maximis: id ẽ de deo vel de domino noſtro Ieſu Chriſto: vel de ſpiritu ſancto: non ſolum autem de his: ſed & de aliis creaturis: id ẽ vel de dominationibus: vel de virtutibus ſanctis: propter hoc neceſſariũ videtur prius de his ſingulis certam lineam: manifeſtamq́ꝫ regulã ponere: tum demum etiam quærere. Sicut .n. multis apud græcos & barbaros pollicentib⁹ veritatem deſueuimus apud omnes eã quęrere: qui eam falſis opinionibus afferebant: poſtea q̃ credidimus filium dei eſſe Chriſtum: & ab ipſo nobis diſcendam eſſe perſuaſimus: ita cum multi ſint: qui ſe putẽt ſentire quę Chriſti ſunt: & nonnulli eorum diuerſa a priorib⁹ ſentiant: ſeruetur eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſſiõis ordinem ab apoſtolis tradita: & vſq́ꝫ ad præſens eccleſiis permanens: illa ſola credenda eſt veritas: quæ in nullo ab eccleſiaſtica diſcordat traditione. Illud tamen ſcire oportet: quoniam ſancti apoſtoli fidem Chriſti prędicantes: de quibuſdam quidem quæcunq́ꝫ & neceſſaria crediderunt omnibus credentibus etiã his qui pigriores erga inquiſitionem diuinæ ſcientiæ videbantur manifeſtiſſime tradiderunt: rationẽ ſcilicet aſſertionis eorũ relinquentes ab his inquirendã qui ſpiritus dona excellentia pręcipue ſancti ſermonis ſapientiæ: & ſciẽtię per ipſum ſpiritum ſanctum percipere merebantur. De aliis vero dixerunt q̄dam quia ſint: quomodo autẽ aut vnde ſint ſiluerunt profecto: vt ſtudioſiores quoq́ꝫ ex poſteris ſuis amatores ſapientiæ: & ſcientię exercitium habere poſſent: in quo ingenii ſui fructũ oſtendere valerẽt: hi videlicet qui dignos ſe & capaces ſapientiæ præpararẽt. Species vero eorum quæ per prædictionem apoſtolicam manifeſte traduntur: iſtæ ſunt.

D ¶Primo ꝙ vnus deus eſt qui oĩa creauit: atq́ꝫ compoſuit: quiq́ꝫ ex nullis fecit eſſe vniuerſa deus a prima creatura: & conditione mundi: & omnium iuſtorum: deus Adam / Abel / Seth Aenos / Enoch / Noe / Sem / Abraham / Iſaac / Iacob. xii. patriarchaꝝ: Moyſi: & prophetarũ: & ꝙ hic deus in nouiſſimis diebus ſicut per ꝓphetas ſuos ante promiſerat, miſit dominum Ieſum Chriſtũ: primo quidẽ vocaturum Iſrael: ſecundo vero etiam gentes poſt perfidiam populi Iſrael. Hic deus iuſtus & bonus pater domini noſtri Ieſu Chriſti legem: & prophetas: & euãgelia ipſe dedit qui: & apoſtolorum deus eſt: & veteris: & noui teſtamẽti. Tum deinde quia Ieſus Chriſtus ipſe q venit ante omnem creaturã natus ex patre eſt. Qui cum in omni cõditione patri miniſtraſſet (per ipſum enim omnia facta ſunt) nouiſſimis temporib⁹ ſeipſum exinaniẽs factus eſt homo. Incarnatus eſt cum deus eſſet: & homo manſit quod deus erat. Corpus aſſumpſit noſtro corpori ſimile: eo ſolo differẽs ꝙ natum ex virgine & ſancto ſpiritu eſt. Et quoniam hic Chriſtus natus eſt & paſſus in veritate: & nõ per imaginẽ communem hanc mortem vere mortuus eſt: vere enim a mortuis reſurrexit: & poſt reſurrectionem conuerſatus cum diſcipulis ſuis: aſſumptus eſt: tum demum honore: ac dignitate patri ac filio ſociatum tradiderunt ſpiritum ſanctum. In hoc nõ iam manifeſte diſcernitur

vtrum natus aut innatus.Sed inquirēda iam iſta pro virib⁹ ſunt de ſacra ſcriptura: & ſagaci perquiſitione inueſtigāda. Sane ꝙ iſte ſpiritus ſanct⁹ vnum queq; ſanctoꝝ:vel prophetarum:vel apoſtolorū inſpirauit:& nō alius ſpiritus in veteribus:alius vero in his qui in aduētu Chriſti inſpirati ſunt: manifeſtiſſime in eccleſiis prædicatur.Poſthæc iā ꝙ anima ſubſtantiam:vitamq; habēs propriam: cū ex hoc mundo diſceſſerit:& pro ſuis meritis diſpēſabit:ſiue vitæ æternæ:ac beatitudinis hęreditate potitura:ſi hoc ei ſua geſta præſtiterint: ſiue igne æterno ac ſuppliciis mācipāda: ſi in hoc eam ſcelerū culpa detorſerit. Sed & quia erit tempus reſurrectiōis mortuorū cum corpus hoc qđ in corruptione ſeminatur,ſurget in incorruptione:& qđ ſeminatur in ignominia ſurget in gloria.

A ¶Eſt & illud diffinitū in eccleſiaſtica prędicatione omnē animā eſſe rationabilem: liberi arbitrii & volūtatis:eē quoq; ei certamē aduerſus diabolum & angelos eius: cōtrariaſq; virtutes:ex eo ꝙ illi peccatis eā onerare contendant:nos vero ſi recte conſulteq; viuamus ab huiuſmodi nos exuere conemur. Vnde & cōſequens eſt intelligere non nos neceſſitati eſſe ſubiectos:vt omni modo etiam ſi nolimus vel mala vel bona agere cogamur.Si enim noſtri arbitrii ſumus:inſtigare fortaſſe poſſunt aliquę virtutes ad peccatū:& alię iuuare ad ſalutem:nō tamen neceſſitate cogimur vel agere recte vel male.Quod fieri arbitrant̄:qui ſtellarum curſum & motus cauſam dicunt humanorum eſſe geſtorū:nō eorum eſſe quæ extra arbitrii accidunt libertatē: ſed eorum quæ in noſtra ſunt poſita poteſtate.De aīa vero vtrū ex ſemine traducis ducatur: ita vt ratio ipſius:vel ſubſtantia inſerta ipſis ſeminibus corporalibus habeatur: an vero aliud habeat initium:& hoc ipſum initium ſi genitum eſt:an non genitum:vel certe ſi intrinſecus corpori inditur:necne:non ſatis manifeſta prędicatione diſtinguitur.De diabolo & angelis ei⁹ contrariiſq; virtutibus eccleſiaſtica prædicatio docuit:quoniam ſunt quidem: ſed quid ſint: aut quomodo ſint: non ſatis clare expoſuit. Apud plurimos tamē iſta habetur opinio: ꝙ angelus fuerit iſte diabolus: & apoſtata effectus ꝗplurimos angelorum ſecum declinare perſuaſerit:qui & nunc vſq; angeli ipſius nuncupantur.

B ¶Eſt præterea illud eccleſiaſtica prædicatiōe diffinitum: ꝙ mūdus iſte factus ſit:& a certo tempore cœperit:& pro ipſa ſui corruptione ſoluendus. Quid tamē ante hunc mundum fuerit:aut quid poſt mundū erit:iam non pro manifeſto multis innotuit.Non enim euidenter de his in eccleſiaſtica prædicatione ſermo profertur. Tum demum ꝙ per ſpiritū ſanctū ſcripturæ conſcriptæ ſint: & ſenſum habeant non eum ſolum qui in manifeſto eſt: ſed & alium quendā latentem ꝗplurimos. Formæ eñ hæc quæ ſcripta ſunt ſacramentorū quorūdā & diuinarum rerum imagines ſunt.

¶De quo totius eccleſiæ vnus eſt ſenſus:eſſe C quidem omnem legem ſpiritualem:nō tamen ea quæ ſpirat lex eſſe oīibus nota:niſi his ſolis ꝗbus gratia ſpiritus ſancti in verbo ſapientiæ: ac ſcientiæ condonatur: ſat inſequitur. Appellatio autē ασωματου:id eſt incorporei non ſolū apud multos alios: verūetiam apud noſtras ſcripturas eſt inuſitata & incognita. Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello qui Petri doctrina appellatur:vbi ſaluator videtur ad diſcipulos dicere:Non ſit dæmonium incorporeum: primo reſpondendum eſt ei:quoniam ille liber intēr libros eccleſiaſticos non habetur. Et oſtendendum quia neq; Petri eſt ipſa ſcriptura:neq; alterius cuiuſꝗ ꝗ ſpiritu dei fuerit inſpiratus. Qđ etiam ſi ipſum concederetur: nō idem ſenſus ex iſto ſermone ασωματου indicatur qui gręcis vel gētilibus auctoribus oſtenditur cum de incorporea natura a philoſophis diſputatur.In hoc enim libello incorporeū dęmonium dixit pro eo ꝙ ipſe ille quicunq; eſt habitus: vel circunſcriptio dæmonici corporis: nō ē ſimilis huic noſtro craſſiori:vel viſibili corpori:ſed ſecundum ſenſum ei⁹ qui compoſuit illam ſcripturam intelligendum eſt qđ dixit:id eſt non eſſe tale corpus quale habent dæmones: quod eſt naturaliter ſubtile: & velut aura tenue: & ꝓpter hoc vel imputatur a multis: vel dicitur incorporeum:ſed habere ſe corpus ſolidum: vel palpabile.In cōſuetudine vero hominum omne quod tale non fuerit:incorporeum in ſimplicioribus:vel in imperitioribus nominatur: velut ſiquis aerem iſtum quo fruimur incorporeum dicat: quomodo quidem non eſt tale corpus:vt comprehendi ac teneri poſſit: vrgentiq; reſiſtere. Quęrem⁹ tamē ſi vel alio noīe res ipſa quā gręci philoſophi ασωματην id eſt incorpoream dicunt:in ſcripturis ſanctis inuenitur.Deus quoq; quomodo intelligi debeat inquirendum eſt corporeus:an ſecūdum aliquē habitum deformatus:an alterius naturæ ꝗ corpora ſunt: quod vtiq; in ꝑdicatione noſtra manifeſte nō deſignatur. Eadem quoq; hæc de Chriſto:& de ſpiritu ſancto requirenda ſunt:ſed & de omni anima:atq; oīi ra

cau te le ge.

tionabili natura nihilominus requirendũ eſt.
D ¶Eſt etiam illud in eccleſiaſtica prędicatione
eẽ angelos dei quoſdã: & virtutes bonas quæ
ei miniſtrent ad ſalutẽ hominũ cõſummandã
Sed quando iſti creati ſunt: & quomodo ſint:
non ſatis in manifeſto diſtinguitur.
¶De ſole aũt & luna & ſtellis vtrũ animantia
ſint:an exanima:manifeſte nõ traditur.Opor
tet igitur velut elementis:ac fundamẽtis hu-
iuſmodi vti ſecundũ mandatũ quod dicit:Il-
luminate vobis lumen ſciẽtiæ:eum qui cupit
ſeriem quandã & corpus ex horum oĩm ratio
ne cõficere:vt manifeſtis:& neceſſariis aſſerti
onibꝰ de ſingulis quibuſqꝫ quid ſit in vero ri-
metur:& vnũ(vt diximus)corpus efficiat ex
cerptis affirmationibꝰ:vel his quas in ſanctis
ſcripturis inuenerit: vel quas ex cõſequentia
ipſius indagine ac recti tenere reꝑerit.

E De Deo. Cap.Primum.

SCio quoniã conabunť q̃dam
& ſecũdũ ſcripturas noſtras
deũ corpus eẽ aſſerere:quo-
niam inueniunt ſcriptũ eſſe
apud Moyſen ꝙ deus noſter
ignis cõſumens eſt.In euan-
gelio vero ſecũdũ Ioannem
deus ſpiritus eſt:& eos qui adorãt eum in ſpi-
ritu:& veritate oportet adorare.Ignis vero &
ſpiritus nõ aliud apud eos:q̃ corpus eſſe puta
bitur.Quos interrogare volo quid dicant de
eo qđ ſcriptũ eſt: quia deus lux eſt: ſicut Ioan
nes in epiſtola ſua dixit:Deus lux eſt: & tene-
brę nõ ſunt in eo. Iſta nempe lux eſt quæ illu-
minat oẽm ſenſum eoꝝ qui poſſunt capere ve
ritatẽ:ſicut in.xxxv. pſal.dicit. In lumine tuo
videbimus lumẽ.Quid em̃ aliud lumẽ dei di-
cendũ eſt:in quo quis videt lumen:niſi virtus
dei ꝑ quam quis illuminatus:vel veritatem
rerum oĩm ꝑuidet:vel ipſum deum cogno-
ſcit qui veritas appellatur?Tale eſt ergo quod
dicitur.In lumine tuo videbimus lumen:hoc
eſt in verbo & ſapiẽtia tua quæ eſt filius tuus
in ipſo te videbimus patrem. Nunquidnam
quia lumẽ nominatur: ſimile putabitur ſolis
huius lumini?Et quomodo vel eius aliqs da-
bitur intellectus:vt ex iſto quis corporali lu-
mine cauſam ſciẽtiæ capiat:& veritatis inue-
niat intellectũ?Si ergo acquieſcunt huic aſſer
tioni noſtræ:quam de natura luminis ipſa de
monſtrauit ratio: & fatẽtur nõ poſſe corpꝰ in
telligi deum ſecundũ luminis intellectũ: ſimi
lis quoqꝫ ratio eadem igni cõſumẽti dabitur.
Quid em̃ cõſumet deus ſecundum hoc quod
ignis eſt?Nunqdnã putabitur cõſumere ma-
teriã corporalẽ: vt eſt lignũ/vel fœnũ/vel ſti-
pula?& quid in hoc dignũ de dei laudibus di-
citur:ſi deus ignis eſt huiuſmodi materias cõ
ſumens?Sed ſi cõſyderemus quia deus conſu
mit quod exterminat:ſi conſumit malas men
tium cogitationes:cõſumit geſta turpia:con-
ſumit deſyderia ꝑccati: cuius ſe credẽtiũ mẽ
tibus inſerit:& eas animas quæ verbi eius: ac
ſapiẽtię efficiũtur capaces: vna cũ filio ſuo in
habitans:ſecundũ ꝙ dictum eſt: Ego & pater
veniemus:& mãſionẽ apud eum facíemꝰ:oĩbꝰ
eorũ vitiis:paſſionibuſqꝫ conſumptis ſibi eas
ſeqꝫ dignum efficit templũ.Sed & his qui ꝑ
hoc qđ dictum eſt:& quoniã deus ſpiritus eſt
corpus eſſe arbitrantur:hoc modo arbitror eẽ
reſpondendum.
¶Conſuetudo eſt ſcripturę ſanctę cum aliq̃d F
cõtrariũ corpori huic craſſiori:& ſolidiori de
ſignare vult:ſpiritũ nomĩare:ſicut dicit.Lite
ra occidit: ſpiritus autẽ viuificat. In quo ſine
dubio ꝑ literam corporalia ſignat:ꝑ ſpiri-
tum intellectualia:quæ & ſpiritualia dicimꝰ.
Apoſtolꝰ quoqꝫ dicit: Vſqꝫ in hodiernũ cum
legitur Moyſes velamẽ eſt poſitum ſuꝑ cor
eorum:cum aũt conuerſus fuerit quis ad do-
minũ auferetur velamen:vbi aũt ſpiritus dñi
ibi libertas.Donec em̃ quis nõ ſe conuerterit
ad ĩtelligẽtiã ſpũalẽ:eſt poſitũ velamẽ ſuꝑ cor
eius:quo velamine.i.intelligẽtia craſſiore ſcri
ptura ipſa velari dicit vel putat.& hoc eſt qđ
ait ſuppoſitũ eẽ velamẽ vultui Moyſi cũ loq̃re
tur ad populũ.i.cũ lex vulgo recitaret. Si aũt
cõuertamꝰ nos ad dñm vbi eſt & verbũ dei:&
vbi ſpiritus ſanctꝰ reuelat ſciẽtiã ſpũalẽ:tũc au
feret velamẽ:& tũc reuelata facie in ſcripturis
ſanctis gloriã dñi ſpeculabimur. Sed & cũ de
ſpũ ſãcto multi ſancti ꝑticipãt:nõ vtiqꝫ corpꝰ
aliquod ĩtelligi põt ſpũſſanctꝰ:qđ diuiſum in
ꝑtes corꝑales ꝑcipiat vnuſqſqꝫ ſctõꝝ:ſed virtꝰ
ꝓfecto ſanctificãs eſt:cuiꝰ ꝑticipiũ debẽt habe
re oẽs q ꝑ eiꝰ gratiã ſanctificari meruerũt. Et
vt facilꝰ qđ dicimꝰ poſſit intelligi:ex rebꝰ(q̃
uis imparibus)ſumamus exemplum.
¶Multi ſunt q diſciplinę:ſiue artis medicinæ G
participãt:& nũq̃ putãdũ eſt oẽs eos q medi-
cinę ꝑticipãt corꝑis alicuiꝰ qđ medicina dica-
tur in medio poſiti ſibi auferre ꝑticulas:& eiꝰ
participiũ ſumere.An potiꝰ intelligẽdũ eſt ꝙ
quicũqꝫ prõptis paratiſqꝫ mẽtibus intellectũ
artis ipſius diſciplinæqꝫ ꝑcipiũt: hi medicinę
participare dicunt?Sed hęc nõ oĩ modo ſimi-
lia exẽpla putãda ſunt de medicina ſancto ſpi
ritui cõparata: ſed ad hoc tãtũmodo ꝓbãdũ
quia nõ cõtinuo corpus putãdũ eſt id cuius
ꝑticipatio habet a plurimis:ſpũs em̃ ſanctꝰ lõ
ge differt a medicinæ ratione: vel diſciplina:

pro eo ꝙ ſpiritus ſanctus ſubſiſtentia eſt intel
lectualis & proprie ſubſiſtit & extat: nihil aũt
tale eſt medicina. Sed ad ipſum iam ſermonẽ
euangelii tranſeũdum eſt: vbi ſcriptum ꝙ de-
us ſpiritus eſt: & oſtendẽdum eſt q̃ conſequen
ter his quę prędiximus intelligi debeat. Inter
rogemus namq; quando iſta dixerit ſaluator
noſter: vel apud quẽ cum quid quęreret. Inue
nimus ſine dubio ꝙ ad Samaritanam mulierẽ
loquens iſta protulerit: ad eam quę putabat ꝙ
in monte garizim ſecũdum opinionem Sama
ritanorũ adorari oporteret deum dicens: quo
modo deus ſpiritus eſt? Quęrebat ẽm ab eo ſa
maritana mulier putãs eum eſſe vnum ex iu-
dæis: vtrum in hieroſolymis adorari oporte
ret deum: an in hoc monte: & ita dicebat. Pa-
tres noſtri hoc in monte adorauerunt: & vos
dicitis: q̃a in hieroſolymis eſt locus vbi adora
re oportet. Ad hęc aũt quę opinabatur Sama
ritana: putãs ex locorum corporalium pręro
gatiua: ꝙ minus recte: vel recte adoretur deꝰ
aut a iudęis in hieroſolymis: aut a Samarita-
nis in monte Garizim: Reſpondit ſaluator eẽ
recedẽdum a præſumptione corporalium lo-
corum: huic qui vult ſequi dominũ: & ita ait.
Venit hora vt veri adoratores: neq; in Hiero
ſolymis: neq; in monte hoc adorent patrẽ. De
us ſpiritus eſt: & eos qui adorãt eum in ſpiri-
tu & veritate oportet adorare. Et vide q̃ con-
ſequenter veritatẽ ſpiritum ſociauit: vt ad di
ſtinctionẽ quidem corpoꝝ nominaret ſpiritũ
ad diſtĩctionẽ vero vmbrę: vel imaginis: veri-
tatem. Qui enim adorabãt in Hieroſolymis:
vmbræ vel imagini cęleſtiũ deſeruientes: non
veritatẽ: neq; ſpiritũ adorabant deum: ſimili-
ter aũt & ii qui adorabãt in monte Garizim.
A ¶Omni igitur ſenſu qui corporeum aliq̃d de
deo intelligi ſuggerit prout potuimus con-
futato dicimus: ſecundũ veritatem quidẽ de-
um incomprehenſibilem: atq; ineſtimabilem.
Siquid ẽm illud eſt quod ſentire vel intellige
re de deo potuerimus: multis longe modis eũ
meliorẽ eſſe ab eo q̃d ſenſimus neceſſe eſt cre-
di. Sicut ẽm ſi videamus aliquẽ vix poſſe ſcin
tillam luminis: aut breuiſſimę lucernę lumen
aſpicere: & eum cuiꝰ acies oculorum plus de
lumine capere (q̃ ſupra diximꝰ) nõ valet: ſi ve
limus de claritate: ac ſplendore ſolis edocere:
nonne oportebit nos ei dicere: quia omni hoc
lumine q̃d vides ineffabiliter: & inæſtimabili
ter melior ac pręſtãtior eſt ſolis ſplendor? Ita
mens noſtra cũ intra carnis & ſanguinis clau
ſtra cõcluditur: & pro tali materię participa-
tione hebetior: atq; obtuſior redditur: licet ꝑ
comparatione naturæ corporeę longe pręcel-
lens habeatur: tamẽ cũ ad incorporea nititur
atq; eorum intẽtionẽ rimatur: tunc ſcintillæ
alicuius lucernę vix obtinet locum. Quid au
tem in oĩbus intellectualibus. i. incorporeis: tã
pręſtans omĩbus: tam ineffabiliter: atq; inæſti
mabiliter pręcellens eſt: q̃ deus? Cuiꝰ vtiq; na
turam: humanæ mentis intendi: atq; intue-
ri q̃uis puriſſima mens: ac limpidiſſima nõ po
teſt. Verum nõ videtur abſurdũ ſi ad euiden B
tiorem rei manifeſtationẽ etiam alia vtamur
ſimilitudine. Interdum oculi noſtri ipſam na-
turam lucis: id eſt ſubſtantiã ſolis intueri non
poſſunt: ſplẽdorẽ vero eiꝰ: vel radios feneſtris
forte & quibuſlibet aliis receptaculis breuibꝰ
infuſos intuẽtes cõſyderare poſſumus fomes
ipſe ac fons quantus ſit corporei luminis. Ita
ergo quaſi radii quidã ſunt dei naturæ opera
diuinę prouidentiæ & vniuerſitatis huius ad
cõparationẽ ſubſtantię ac naturæ. Quia ergo
mẽs noſtra ipſum per ſe deum ſicut eſt nõ po-
teſt intueri: ex pulchritudine operũ: & deco-
re creaturaꝝ: parentẽ vniuerſitatis intelligit
Non ergo aut corpus aliquod: aut in corpore
eſſe putandus eſt deus: ſed intellectualis natu
ra ſimplex: nihil oĩno in ſe adiũctionis admit
tens: vti ne maius aliquid & inferius eſſe cre
datur: ſed vt ſit ex omĩ parte μοναϛ: & vt ita
dicam totus & mens: ac fons ex quo initiũ to-
tius intellectualis naturę: vel mentis eſt. Mẽs
vero vt moueatur vel operetur: nõ indiget lo
co corpeo: neq; ſenſibili magnitudine vel cor-
porali habitu: aut colore: neq; alio vllo pror-
ſus indiget horum quæ corporis vel propriæ
materiæ propria ſunt. Propter quod natura
illa ſimplex: & tota mẽs vt moueatur: vel ope-
retur aliq̃d dilationis habere poteſt: ne per hu
iuſmodi adiũctionẽ circũſcribi vel inhabitari
aliquatenus videat̃ diuinæ naturæ ſimplici-
tas: vti ne q̃d principium oĩm cõpoſitũ inue-
niatur & diuerſum: & ſit multa non vnum: ꝙ
oportet totiꝰ corporeę admixtiõis alienũ vna
ſola (vt ita dixerim) deitatis ſpecie conſtare.
¶Quia ergo mens nõ indiget loco: vt ſecũdũ C
naturã ſuã moueat̃: vt certũ eſt noſtrę mentis
contẽplatione. Hæc ẽm ſi in ſua mẽſura conſi
ſtat: nec ex aliqua cauſa aliq̃d ei obtuſiõis eue
niat: nihil vnq̃ ex locorũ diuerſitate tardabit̃:
quo minus ſuis motibus agat: neq; rurſus ex
locorũ qualitate augmẽtũ aliq̃d: vel incremẽ-
tum mobilitatis acq̃rit. Q̃ ſi cõtẽdat aliquis
(verbi gratia) q̃a nauigãtibus fluctibꝰ maris
iactatis minus aliquãto mens vigeat q̃ vigere
in terris ſolet: non ex loci diuerſitate id pati:
ſed ex corporis commotione: vel cõturbatiõe
credendũ eſt: cui mens adiũcta vel inſerta eſt.

Videtur enim quaſi cõtra naturã in mari de
gere corpus humanũ:& ꝓpterea velut quadã
ſui inęqualitate motus incompoſite inordina
teq; ſuſcipere:& acuminis eius ictus obtuſio
ri miniſterio diſpenſare:nõ minus q̃ ſiqui etiã
in terra poſiti febribus vrgeantur : quorũ cer
tum eſt ꝙ ſi minus aliqd per vim febriũ mens
ſuũ non ſeruet officium:non loci culpam: ſed
morbũ corporis eẽ culpãdũ:ꝓpterea ꝙ turba
tum atq; cõfuſum nequaq̃ notis:ac naturali
bus lineis ſolita menti dependit officia:quan
doquidẽ nos homines animal ſumus compoſi
tum ex corporis animęq; concurſu.Hoc enim
modo habitare nos ſuper terrã poſſibile fuit.
Deum vero qui omnium eſt principiũ cõpoſi
tum eſſe non eſt putandũ:ne forte priora ipſo
principio inueniãtur elemẽta eſſe : ex quibus
compoſitũ eſt omne quicqd illud eſt quod cõ
poſitum dicitur.Sed nec magnitudine corpo
rali mens indiget vt agat aliqd:vel moueatur
ſicut oculus cum in maiora quidem intuẽdo
diffunditur:ad parũa vero & exigua coarcta
tur:& aſtringit̃ ad vidẽdũ.Indiget ſane mens
magnitudine intelligibili:quia nõ corporali
ter:ſed intelligibiliter creſcit.Non eñ corpo
ralibus incrementis ſimul cum corpore mens
vſq; ad vigeſimũ:vel trigeſimũ annum ętatis
augetur:ſed eruditionibus exercitiis adhibi
tis acumẽ quidẽ elimat̃ ingenii: quo quę ſunt
ei inſita ad intelligẽtiã prouocant̃:& capax ef
ficitur maioris intellectus : non corporalibus
incremẽtis aucta:ſed eruditionibus & exerci
tiis elimata.Quæ idcirco non ſtatim a puero
vel a natiuitate recipere põt:quia inualida ad
huc:& imbecilla membrorũ eſt cõpago: qbus
velut organis ad exercitium ſui mens vtitur:
neq; operandi vſum ſuſtentare valet: nec per
cipiẽdæ diſciplinę exhibere ſufficit facultatẽ.
Siqui autem ſunt qui mentem ipſam: animã
q; corpus eſſe arbitrentur:velim mihi reſpon
derent:quomodo tantarum rerum tam diffi
cilium:tamq; ſubtilium rationes/aſſertioneſ
q; recipiat?vnde ei virtus memoriæ? & vnde
ei rerũ viſibiliũ cõtẽplatio?vnde certe incor
poralium intellect⁹ rerum corpori ineſt?Quo
modo natura corporea diſciplinas artium/re
rum cõtemplationes/rationeſq; rimatur? Vn
de etiã diuina dogmata quæ manifeſte incor
porea ſunt:ſentire ac intelligere poteſt? Niſi
forte aliquis putet ꝙ ſicut forma iſta corpo
rea:& habitus ipſe aurium:vel oculorum cõ
fert aliqd ad audiendũ:vel ad videndũ: vt ſin
gula membra quæ a deo formata ſunt habent
aliquid opportunitatis : & iam ex ipſa formæ
qualitate ad hoc qđ agere naturaliter inſtitu
ta ſunt:ita etiam habitũ animæ vel mentis in
telligi debere arbitrentur: quaſi apte accom
modeq; formatũ:ad hoc vt de ſingulis ſentiat
atq; intelligat:atq; vt in talibus motibus mo
ueatur.Verum qualem colorẽ mentis ſecun
dum hoc ꝙ mens eſt:& intelligibiliter moue
tur:deſcribere quis poſſet:aut dicere : non ad
uerto.

¶Adhuc ad confirmationẽ atq; explanationẽ D
eorum quæ de mente vel anima dicimus : eo
ꝙ pręſtantior ſit tota natura corporea:& iam
hæc addi poſſunt vnicuiq; corpeo ſenſui: ſub
ſtantiaq; etiam ſenſibilis ſubiacet:proprie in
quam ſenſus ipſe corporalis intẽditur. Verbi
gratia viſui ſubiacẽt colores/habitus/ & ma
gnitudo.auditui voces & ſonus.odoratui ni
dores:boni vel mali odores.guſtui:ſapores.ta
ctui calida vel frigida:dura vel mollia:aſpera:
vel lęuia.His autem ſenſibus de quibus ſupra
diximus:quia multo melior ſenſus ſit mentis
omnib⁹:clarum eſt.Quomodo ergo non vide
tur abſurdũ his quidẽ quę inferiora ſunt ſub
ſtantias eſſe ſubiectas ad intẽdẽdũ : huic autẽ
virtuti quę melior eſt:id eſt mentis ſenſus: ni
hil omnino ſubiici ſubſtãtiale:ſed eſſe intelle
ctualis naturę virtuti corporibus accidentẽ:
vel conſequentẽ?Quod q dicũt : ſine dubio in
contumeliã eius ſubſtãtię quæ in ipſis melior
eſt hoc proferũt:immo vero ex hoc etiã ad ip
ſum deum refertur iniuria:cũ putãt eum per
naturã corporeã poſſe intelligi:vel ſentiri: vt
volunt hoc intelligi ꝙ propinquitas quędam
ſit menti ad deum:cuius & ipſa mens intelle
ctualis imago ſit:& per hoc poſſit aliqd de di
uinitatis ſentire natura: maxime ſi expurga
tior ſit a materia corporali.Verum iſtę aſſer
tiones min⁹ fortaſſis authoritatis habere vi
dẽtur apud eos qui ex ſanctis ſcripturis de re
bus diuinis inſtitui volũt:& etiã ſibi inde ap
probari quęrunt quomodo natura dei ſuper
eminet corporũ naturã. Vide ergo ſi non etiã
apoſtolus hoc idem ait cum de Chriſto loqui
tur:dicẽs. Qui eſt imago inuiſibilis dei primo
genit⁹ oĩs creaturę. Nõ eñ (vt quidã putãt)
natura dei inuiſibilis eſt alicui: & aliis viſibi
lis eſt.Nõ eñ dixit apoſtolus: imago inuiſibi
lis dei hoĩb⁹:aut inuiſibilis peccatoribus : ſed
valde conſtanter ꝓnuntiat de ipſa natura dei
dicẽs:imago inuiſibilis dei. Sed & Ioannes in
euangelio dicens:Deum nemo vidit vnq̃:ma
nifeſte declarat omnibus qui intelligere poſ
ſunt:qa nulla natura eſt cui viſibilis ſit deus:
nõ quaſi q viſibilis quidẽ ſit per naturã:& ve
lut fragilioris creaturæ euadat : atq; excedat
aſpectũ:ſed qm̃ naturaliter videri impoſſibile ẽ.

A Qꝫ ſi requiras a me quid etiã de ipſo vnigenito ſentiã:ſi nõ ipſe quidẽ viſibilem dicam naturam dei qui naturaliter inuiſibilis eſt:ne tibi ſtatim vel impiũ videat̃ eẽ:vel abſurdũ.rationem quippe dabimus conſequenter.

¶Aliud eſt videre:aliud ẽ cognoſcere: videri & videre corporum res eſt:cognoſci & cognoſcere intellectualis naturę eſt.Quicquid ergo proprium corporum eſt:hoc nec de patre eſt: nec de filio ſentiẽdũ.Quod vero ad naturam pertinet deitatis : hoc inter patrem & filiũ cõſtat.Deniqꝫ etiã ipſe in euangelio nõ dixit: qa nemo vidit patrem niſi filius:neqꝫ filium niſi pater:ſed ait.Nemo nouit filium niſi pater:neqꝫ patrem quis nouit niſi filius.Ex quo maniſeſte indicatur ꝙ quicqd inter naturas corporeas videri:& videre dicitur:hoc ĩter patrem & filiũ cognoſcere dicit̃ & cognoſci: per virtutem ſciẽtię nõ ꝑ viſibilitatis fragilitatẽ. Quia igitur de incorporea natura & inuiſibili : nec videre ꝓprie dicitur: nec videri: idcirco neqꝫ pater a filio:neqꝫ filius a patre videri in euangelio dicit̃:ſed cognoſci.Qꝫ ſi proponat nobis aliqs:quare dictũ eſt:Beati mundo corde quoniã ipſi deum videbunt:multo magis etiã ex hoc(vt ego arbitror)aſſertio noſtra firmabit̃. Nã quid aliud eſt corde deũ videre niſi ſecundum id qđ ſupra expoſuimus mẽte eũ intelligere:atqꝫ cognoſcere? Frequẽter eñ ſenſibiliũ membrorũ noĩa ad aĩam referũtur:ita vt oculis cordis videre dicat̃:id eſt cũ virtute intelligẽtię aliqd intellectualis cõiicere.Sic & audire auribus dicitur: cũ ſenſum intelligẽtię profundioris aduertit.ſic & vti eam poſſe dẽtib⁹ dicimus:cũ mandit:& panẽ comedit vitę q de cælo deſcẽdit.Similiter & cæteris vti mẽbrorum officiis dicit̃:quę ex corporali appellatione tranſlata virtutibus animæ coaptãtur : ſicut & Salomon dicit:ſenſum diuinum inuenies.Sciebat nãqꝫ duo genera eſſe ſenſuũ:vnum mortale corruptibile humanũ.Aliud gen⁹ immortale/ & intellectuale : quod nũc diuinum nominauit.Hoc ergo ſenſu diuino non oculorum ſed cordis mundi:quę eſt mens:deus videri ab hiſqui digni ſunt poteſt.Cor ſane pro mente:id eſt ꝑ intellectuali virtute nominari in om̃ibus ſcripturis nouis: ac veteribus abũdantius inuenies.Hoc igitur modo q̃uis longe inferius q̃ dignus eſt:vtpote pro infirmitate humanę intelligentię naturam dei intelligentes:nunc quid ſibi velit nomẽ Chriſti videamus.

Finis primi Capituli.

De Chriſto Capitulum ſecundum.

PRimo illud nos oportet ſcire : ꝙ aliud eſt ĩ Chriſto deitatis eius natura quę ẽ vnigenitus filius patris : & alia humana : quã in nouiſſimis temporibus ꝓ diſpẽſatione ſuſcepit.Propter qđ vidẽdũ primo eſt qd ſit vnigenit⁹ fili⁹ dei: q multis q̃dẽ & diuerſis noĩb⁹ ꝑ rebus:vel opinionib⁹ appellãtiũ nuncupat̃.Sapiẽtia nãqꝫ dicit̃:ſicut & Salomõ dixit.Dñs creauit me initiũ viarum ſuarũ:& in opera ſua anteq̃ aliqd faceret:ante ſæcula fundauit me. In initio prius q̃ terrã faceret:prius q̃ ꝓduceret fontes aquarũ: anteq̃ formarent̃ montes:ante oẽs aũt colles genuit me.Dicit̃ aũt & primogenit⁹ ſicut dixit apl's qui eſt primogenit⁹ oĩs creaturæ. Nec tñ alius eſt primogenitus ꝑ naturã q̃ ſapientia: ſed vnus atqꝫ idẽ eſt.Deniqꝫ & apl's Paulus dicit Chriſt⁹ dei virt⁹ & dei ſapiẽtia.Nemo tñ putet aliqd nos inſubſtãtiuũ dicere cũ eũ dei ſapiẽtiã noĩamus:id eſt (vt exẽpli cã finxerim) ꝙ eũ nõ velut aĩal qđdã ſapiẽs:ſed rẽ aliquam q̃ ſapiẽtes efficiat intelligam⁹ : ꝑbẽtẽ ſe:& mẽtibus inſerentẽ eoꝝ q capaces virtutũ ei⁹ atqꝫ intelligẽtię fuerint.Si ergo ſemel recte receptũ eſt vnigenitũ filiũ dei/ſapiẽtiã ei⁹ eſſe ſubſtãtialiter ſubſiſtẽtẽ:neſcio ſi euagari vltra ſenſus noſter debeat ad ſuſpicandũ: ne forte ipſa ideę ſubſtãtia eius corporeũ aliqd habeat : cũ omne qđ corporeũ eſt:vel habitu/ vel colore/ vel magnitudine deſignet̃.Et qs vnq̃ ſani ſenſus:habitũ vel colorẽ:vel mẽſurę magnitudinẽ ĩ ſapiẽtia dei reqſiuit ꝑ hoc ꝙ ſapiẽtia eſt? Quomõ aũt extra huius ſapiẽtię generationẽ fuiſſe aliqñ deũ patrẽ: vel ad punctũ momẽti alicuius qs põt ſentire:vel credere:qui tñ piũ aliqd intelligere nouerit:vel ſentire?.Aut eñ nõ potuiſſe deum dicet generare ſapiẽtiã anteq̃ generaret:vt eam q̃ ante nõ fuerat poſtea genuerit vt eſſet:aut potuiſſe qdẽ:&(qđ dici de deo nefas eſt)noluiſſe gñare. Quia vtrũqꝫ & abſurdũ eſſe:& impiũ omnibus patet:id eſt vt ex eo qđ nõ potuit deus ꝓficeret vt poſſet: aut cũ poſſet diſſimularet: ac differret gñare ſapiẽtiã.Propter qđ nos ſemp deũ patrẽ nouim⁹ vnigeniti filii ſui ex ipo qdẽ nati:& qđ ẽ ab ipo trahẽtis:ſine vllo tñ ĩitio:ñ ſolũ eo ꝙ aliqbus tẽporũ ſpatiis diſtĩgui põt: ſed ne illo ꝙ ſola apud ſemetipam mẽs intueri ſolet:& nudo (vt ita dixeri)intellectu:atqꝫ aĩo cõſpicari.Extra oẽ ergo qđ vel dici:vel intelligi põt initiũ gñatã eẽ credẽdũ eſt ſapiẽtiã.In hac ipa ergo ſapiẽtiæ ſubſiſtentia:qa omnis virtus : ac deformatio futurę inerãt creaturæ:vel eoꝝ quę

principaliter exiſtunt:vel eorum quę accidūt
cōſequenter virtute pręſcientię præformata:
atq; diſpoſita pro ipſis quæ in ipſa ſapiētia ve
lut deſcripta:ac præfigurata fuerant creatu-
ris:ſed ipſam per Salomonē dicit creatā eē ſa-
pientiā initiū viarū dei: continēs ſcilicet in ſe
metipſa vniuerſę creaturę:vel initia : vel for-
D mas:vel ſpecies . Quali aūt modo intelleximꝰ
ſapiētiā initiū viarū dei eē: & quomodo crea-
ta eſſe dicit̄: ſpecies ſcilicet in ſe:& initia totiꝰ
præformās:& cōtinēs creaturæ: Hoc etiā mo
do verbū dei eſſe eam intelligēdum eſt: p hoc
ꝙ ipſa cęteris oībus:id eſt vniuerſæ creaturæ
myſterioꝝ:& arcanorū rationem quę vtiq; in
tra dei ſapiētiam cōtinent̄,aperiat : & per hoc
verbū dicitur: qa ſit tanq̄ arcanorū mentis in
terpres. Vnde & recte mihi dictꝰ videt̄ ſermo
ille qui in actibus Pauli ſcriptus eſt: qa hic eſt
verbū animal viuens. Ioānes vero excelſius:&
ꝑclarius in initio euāgelii ſui dicit ꝓpria diffi
nitione deū eſſe diffiniēs verbū dicens. Et deꝰ
erat verbum : hoc erat in initio apud deum.
Qui aūt initiū dat verbo dei: vel ſapiētiæ dei
intuere ne magis in ipſum ingenitū patrē im
pietatē ſuā iactet. cū em̄ neget ſemp patrē fuiſ
ſe:& genuiſſe verbū:& habuiſſe ſapientiam in
oībus anterioribꝰ /vel tēporibus/vel ſæculis:
vel ſicut illud eſt qđ noīari poteſt:hic ergo fili
us etiā oīm quę ſunt veritas eſt & vita. Et re-
cte. Nā quomodo viuēt q̄ facta ſunt:niſi ex vi
ta?vel quomodo veritate conſtarēt ea q̄ ſunt:
niſi ex veritate deſcēderent?vel quomodo ra-
tionabiles poſſent eſſe ſubſtātiæ: niſi verbū vľ
ratio ꝑcederet?vel quomō ſapiens:niſi eſſet ſa
pientia? Verū quomodo futurū erat vt etiam
deciderēt aliq a vita:& mortē Chriſti cōſciſce
rent ex eo ipſo ꝙ a vita deciderēt?Non em̄ ali
ud eſt mors q̄ a vita diſcedere : & vtiq; nō eēt
cōſequēs:vt ea q̄ ſemel ad viuendū fuerant ꝓ
creata a deo penitus deperirēt. Oportuit autē
mortē eſſe talem virtutē:quę futurā diſſolue
ret mortē:& eēt reſurrectio in dn̄o & ſaluato-
re noſtro:quę reſurrectio in ipſa dei ſapientia
& verbo:ac vita cōſiſteret. Tum deinde quo-
modo futurum erat:vt aliq ex his qui creati
ſunt pro eo ꝙ nō naturaliter:id eſt ſubſtantia
liter, ineſſet eis bonū:ſed accidēs:nō volentes
incōuertibiles: & incōmutabiles ſemp perma
nere:ac ſemp in eiſdē bonis ęqua:ac moderata
libratione durare:ſed conuerſi atq; mutati de
ſtatu:via factus eſt verbū dei & ſapiētia?Quę
via idcirco dicit̄:ꝙ ad patrē ducat eos qui per
eam incedunt.
E ❡Quęcūq; ergo diximus de ſapiētia dei:hæc
conueniēter aptabūtur: & intelligētur etiam
pro eo ꝙ filius dei vita eſt:vt pro eo ꝙ verbū
eſt:& pro eo ꝙ veritas eſt:& pro eo ꝙ reſurre-
ctio eſt:quia hæ omnes appellationes ex operi-
bus eiꝰ:ac virtutibus nominatę ſunt:& in nul
la harum:vel leui opinione intelligi corpora-
le aliud poteſt:qđ vel magitudinem deſigna-
re videat̄:vel habitum:vel colorem. Quomo-
do quidem hi qui videntur apud nos hominū
filii:vel cæterorum animaliū ſemini eorum a
qbus ſeminati ſunt reſpondent : vel in earum
quarum in vtero formant̄:ac nutriuntur ha-
bent ex his quicq̄:illud eſt qđ in lucē hāc aſſu
munt:ac deferūt ꝓceſſuri. Infandū autē eſt:&
illicitū deū patrē in generatiōe vnigeniti filii
ſui:atq; ī ſubſtātia ſua exęquare alicui: vel ho
minū vel aliorum animantium generanti:ſed
neceſſe eſt aliquid exceptum eſſe:deoq; dignū
cui nulla prorſus comparatio non in rebus ſo
lum:ſed ne in cogitatione quidem : vel ſenſu
inueniri pōt:vt humana cogitatio poſſit ap-
prehēdere quomodo vnigenitus deus efficit̄
vnigeniti filii. Eſt nāq; ita æterna:ac ſempiter
na generatio:ſicut ſplēdor generatur ex luce.
Nō em̄ per adoptionē ſpūs filius fit extrinſecꝰ
ſed natura filius eſt. Videamus tamē quomo
do hæc quæ dicimus etiā diuinę ſcripturę au
thoritate muniant̄. Ait apoſtolus vnigenitū
filiū imaginē eſſe dei viſibilis:& primogenitū
eum eē totius creaturæ:ad hebręos vero ſcri-
bens dicit de eo qa ſit ſplendor glorię:& figu-
ra expreſſa ſubſtātię eiꝰ. Inuenimus nihilomi-
nus etiam in ſapiētia q̄ dicitur Salomonis de
ſcriptionem quandā de dei ſapientia hoc mo-
do ſcriptam. Vapor eſt em̄(inqt)virtutis dei
& aporrœa glorię om̄ipotētis puriſſima. Ideo
ergo in eā nihil commaculatū incidere poteſt
Splendor enim eſt lucis æternæ:& ſpeculū im
maculatū opatiōis dei:& imago bonitatis eiꝰ.
Sapiētiā vero dicimus ſicut ſuperius diximꝰ
ſubſiſtentiā habentē: nō alibi niſi in eo qui eſt
initium omniū: ex quo & nata eſt quęq; ſapiē
tia:quia ipſe eſt ſolus natura filius: idcirco &
vnigenitus dicitur.
❡Videamus ſane quid intelligi debeat etiam F
de hoc ꝙ imago inuiſibilis dicitur:vt & ꝑ hoc
aduertamus quomodo deus recte pater dicit̄
filii ſui:& conſyderemus primo ex his quæ cō
ſuetudine hominum imagines appellari ſolēt
imago interdū dicitur ea q̄ in materia aliqua
id eſt ligni vel lapidis depingi:vel exſculpi ſo-
let. Interdum imago dicit̄ eius qui genuit is q
natus: cum in nullo ſimilitudinum lineamen
ta eius:qui genuit in eo qui natus eſt mentiū
tur. Puto ergo poſſe priori quidem exemplo
aptari eū:q ad imaginē: & ſimilitudinem dei

factus eſt homo.de quo diligentius fauente
deo cum locũ ipſum in Geneſi exponere cœ-
perimus:videbim⁹.Secũdę vero cõparationi
imago filii dei de qua nũc ſermo eſt cõparari
poteſt:& ſecũdũ hoc ꝙ inuiſibilis dei imago
inuiſibilis eſt:ſicut ſecũdũ hiſtoriã dicimus
ſimilitudinẽ Adæ filiũ Seth.ita eñ ſcriptum
eſt.Et genuit Adam Seth:ſecũdum imaginẽ
ſuã:& ſecũdũ ſpeciẽ ſuã.Quæ imago etiã na
turæ:ac ſubſtãtię patris:& filii cõtinet vnita
tem.Si enim omnia quę facit pater hęc & fili
us facit:ſimiliter in eo ꝙ omnia ita facit fili⁹
ſicut pater:imago patris ĩ filio deformatur:q
vtiq; natus ex eo eſt velut q̃dã voluntas eius
ex mẽte ꝓcedẽs.Et ideo ego arbitror ꝙ ſuffi-
cere debeat volũtas patris ad ſubſiſtẽdũ hoc
qđ vult pater.Volẽs enim non alia via vtitur
niſi quę conſilio volũtatis ꝓfertur.Ita ergo &
filii ſubſiſtẽtia generat̃ ab eo. Qđ neceſſe eſt
in primis ſuſcipi ab his q nihil ingenitũ:id eſt
innatũ p̃ter ſolũ deũ patrẽ fatẽtur.Obſeruan
dum nãq; eſt:ne quis incurrat in illas abſur-
das fabulas eoꝶ:qui prolationes quaſdã ſibi
ipſis depingũt vt diuinã naturã in partes vo
cent:& deũ patrẽ quantũ in ſe eſt: diuidunt:
cũ hoc de incorporea natura,vl' leuiter ſuſpi
cari,nõ ſolũ extremæ impietatis ſit:verũetiã
vltimę inſipiẽtiæ:nec omnino ad intelligẽtiã
cõſequẽs vt incorporeæ naturæ ſubſtãtialis
diuiſio poſſit ĩtelligi.Magis ergo ſicut volun
tas ꝓcedit e mẽte:& neq; partẽ aliquã mẽtis
ſecat:neq; ab ea ſeparatur:aut diuiditur: tali
quadã ſpecie putãdus eſt pater filiũ genuiſſe
imaginẽ.ſ.ſuã: vt ſicut ipſe inuiſibilis eſt ꝑ na
turã:ita imaginẽ quoq; inuiſibilẽ genuerit.
Verbũ enim eſt filius:& ideo nihil in eo ſenſi
bile intelligẽdum eſt.Sapientia eſt:& in ſapiẽ
tia nihil corporeũ ſuſpicãdum eſt.Lumen eſt
veꝶ:qđ illuminat omnẽ hominẽ veniẽtẽ in
hũc mũdum:ſed nihil habet cõmune ad ſolis
huius lumẽ.Imago ergo eſt inuiſibilis dei pa
tris Saluator noſter:quãtũ ad ipſũ qdẽ patrẽ
veritas:quantũ aũt ad nos quibus reuelat pa
trẽ:imago eſt per quã cognoſcimus patrẽ:quẽ
nemo alius nouit niſi filius:& cui voluerit fi
lius reuelare.Reuelat aũt per hoc ꝙ ipſe intel
ligitur.A quo ipſe enim fuerit intellectus:cõ
ſequẽter intelligetur & pater:ſecũdũ hoc qđ
ipſe dixit.Qui me videt:videt & patrem.Sed
qm̃ ſermonẽ Pauli inſeruim⁹ de Chriſto:dicẽ
tis in eo qđ ait:quia ſplendor eſt glorię dei:&
figura expreſſa ſubſtantiæ eius: quid ex hoc
ſentiendũ ſit videamus.Deus lux eſt ſecũdũ
A Ioannem.Splẽdor ergo huius lucis eſt vnige
nitus filius:ex ipſo inſeparabiliter:& vt ſplen
dor ex luce ꝓcedens:& illuminãs vniuerſam
creaturã.Secundũ hoc nãq; quæ ſuperius ex-
poſuimus: quõ via ſit:& ducat ad patrem:&
quomõ verbũ ſit arcana ſapiẽtiæ:ac ſcientiæ
myſteria interpretans:ac ꝓferens rationabili
creaturæ quõ etiã veritas & vita eſt:& reſur-
rectio:cõſequẽter intelligere debemus etiam
ſplendoris opus:per ſplendorẽ nãq; etiã quid
ſit lux ipſa intelligitur:& ſentitur.Qui ſplen
dor fragilib⁹ ſe,& infirmis mortalium oculis
placidius ac leni⁹ offerens:& paulatim velut
edocens:& aſſueſcens claritatẽ luminis pati:
cũ ab eis dimouerit omne qđ viſum obducit
et impedit:ſecundum ꝙ dominus dixit:Eiice
trabem de oc'lo tuo:capaces eos efficit ad ſuſ
cipiendam gloriam lucis etiã in hoc: velut q
dã mediator hominũ:ac lucis effectus. Verũ
quomodo nõ ſolũ ſplẽdor gloriæ eſſe dicit̃ ab
apoſtolo:ſed & figura expreſſa ſubſtantiæ:vl'
ſubſiſtentiæ eius:nõ mihi videtur otioſi eſſe
intellectus aduertere:quõ alia præter ipſam
dei ſubſtantiã:quæcũq; illa ſubſtãtia:& ſubſi
ſtẽtia dicitur:figura ſubſtãtię eius eſſe dicat̃.
Et vide ne forte quoniã filius dei qui verbũ
eius:& ſapiẽtia dicitur:& ſolus nouit patrẽ:
& reuelat quibus vult.i.qui capaces verbi ip
ſius:& ſapiẽtiæ fuerit:ſecũdum hoc ipſum ꝙ
intelligi atq; agnoſci facit deum:figurã ſub-
ſtantiæ:atq; ſubſiſtẽtię eius dicatur exprime
re.i.cũ ſemetipſum.i.primũ deſcribit ſapien
tia ea quæ reuelare vult cæteris ex quibus ab
illis agnoſcitur:& intelligitur deus:& hoc di
catur figura expreſſa ſubſtantiæ dei.Vt aũt
plenius adhuc intelligatur quomodo Salua-
tor figura eſt ſubſtãtię:& ſubſiſtẽtiæ dei:vta
mur etiã exẽplo:qđ q̃uis rem nõ plene nec ꝓ
prie ſignificet de qua agimus: tamen ad hoc
ſolũ videatur aſſumptũ:ꝙ exinaniens ſe fili⁹
qui erat in forma dei per ipſam ſui exinanitio
nem ſtudet nobis deitatis plenitudinem de-
mõſtrare:Verbi cauſa:ſi facta eſſet aliqua ſta
tua talis quę magnitudine ſui vniuerſum or
bem terræ teneret:et ꝓ ſui immẽſitate conſy
derari a nullo poſſet:fieret aũt alia ſtatua mẽ
broꝶ habitu,ac vultus lineamẽtis, ſpecie ac
materia per omnia ſimilis abſq; magnitudi-
nis immẽſitate:pro eo vt qui illam immẽſam
cõſyderare:atq; intueri nõ poſſunt:hãc vidẽ
tes illam vidiſſe conſyderent:pro eo ꝙ omnia
mẽbroꝶ,& vultus lineamẽta,vel ipſam ſpeciẽ
materiãq; ſimilitudine prorſus indiſcreta ſer
uaret:tali quadã ſimilitudine exinaniens ſe
filius dei ęqualitate patris:& viam nobis co-
gnitionis oſtẽdẽs:figura expreſſa ſubſtantiæ
eius efficitur: vt qui in magnitudine deita-

tis ſuę poſitā gloriā miræ lucis nō poteramus aſpicere: per hoc qđ nobis ſplendor efficitur intuendę lucis diuinę viam per ſplendoris capiamus aſpectū. Comparatio ſane de ſtatuis quaſi in rebus materialibus poſita: ad nihil aliud recipitur: q̄ ad hoc ꝙ filius dei apparēs in terris in humani corporis forma ex operū virtute: atq; ſimilitudīe dei patris in ſe īmenſam: ac inuiſibilē magnitudinē deſignabat: per hoc qđ dicebat ad diſcipulos ſuos: quia q me videt: videt & patrē: & pater & ego vnū ſumus. Quibus etiā illud ſimile intelligendū eſt qđ ait: quia pater ī me eſt, & ego in patre. B Videamus nunc etiam illud qualiter ſentiendum eſt: qđ in ſapiētia Salomonis ſcriptum legimus: qui ita ait de ſapiētia: quia vapor eſt quidē virtutis dei: & aporrœa omnipotentis gloriæ puriſſima: & ſplendor lucis æternæ: & ſpeculū immaculatū inoperatiōis ſiue virtutis dei: & imago bonitatis eius. Quę ergo hic de eo diffinit ex ſingulis quibuſq; certa quidē ineſſe ſapiētiæ dei deſignat: virtutem nāq; dei nominat: & gloriā: & lucem æternam: & ī operationē: & bonitatem. Ait aūt ſapiētiā vaporē eſſe nō gloriæ omnipotētis: neq; æternę lucis: ver̄ nec inoperationis patris: nec bonitatis eius: neq; eēm cōueniēs erat aliquē horū aſcribi vaporē: ſed tum cū ꝓprietate ait virtutis dei vaporē eſſe ſapientiā. Intelligenda eſt ergo virtus dei qua omnia viſibilia: & inuiſibilia: & inſtituit: & cōtinet: & gubernat: quæ ad omnia ſufficiens eſt: quoꝝ prouidentiam gerit: quibus velut vnita omnibus adeſt. Huius ergo totius virtutis tantæ: & tā immēſæ vapor: & (vt ita dixerim) vigor ipſe in ꝓpria ſubſiſtentia effectus: q̄uis ex ipſa virtute velut volūtas ex mente procedat tamen & ipſa volūtas dei: nihilominus dei virtus efficitur virtus altera: Ita dictum eſt ſicut in euāgelio alius eſt qui teſtimoniū de me reddet pater. Et de ſpiritu ait: Mittā vobis aliū paracletū. Efficit̄ igit̄ virtus altera in ſua ꝓprietate ſubſiſtēs vt ait ſermo ſcripturæ: vapor quidē primę: & ingenitæ virtutis dei: hoc quidem qđ eſt intra ens non eſt ante qñ nō fuerit. Si eēm quis voluerit dicere quaſi prius nō extiterit: ſed poſtea ad ſubſiſtētiam venerit: dicam cauſam quare qui eam ſubſiſtere fecit pater ante hoc non fecerit. Q; ſi aliquod ſemel initiū dederit: quo initio vapor iſte ex dei virtute proceſſerit: iterum interrogabimus quare non et ante illud qđ dixit initiū: & ita ſemp de anterioribus inquirentes: & verbum interrogationis aſcēdentes: peruenimus in illum intellectum: vt quomodo ſemper poterat: & volebat: nunq̄ vel decuit: vel cauſa aliqua exiſtea re potuerit vt nō hoc qđ volebat ſemper habuerit. Ex quo oſtēditur ſemper fuiſſe vaporē iſtum virtutis dei nullum habētem initium niſi ipſum deum: neq; decebat aliud eſſe initiū niſi ipſum (vnde & eſt, & naſcitur) deum. Secūdū apoſtolū vero dicentē quia Chriſtus dei virtus iam non ſolum vapor virtutis dei ſed virtus ex virtute dicenda eſt: videamus etiam de eo qđ dictū eſt: quomodo aporrœa eſt puriſſima gloriæ omnipotētis: & prius quidem cōſyderemus quid eſt gloria omnipotētis dei: deinde etiā qđ ſit eius aporrœa ſentiemus. Quemadmodum pater nō poteſt eē qs ſi filius nō ſit: neq; dominus quis eſſe poteſt ſine poſſeſſione: vel ita ne omnipotēs quidem deus dici poteſt: ſi nō ſit in quos exerceat poteſtatē: & ideo vt omnipotēs oſtēdatur deus omnia ſubſiſtere neceſſe eſt. Nā ſiqs eſt q velit, vel ſęcula aliqua, vel ſpatia tranſiſſe: vel quodcūq; aliud nominare vult: cū nondū facta eſſent: quæ facta ſunt, ſine dubio hoc oſtēdet ꝙ in illis ſæculis: vel ſpatiis omnipotens nō erat deus: & poſtmodū omnipotēs factus eſt: ex quo habere cœpit: in quos ageret potētatū: & per hoc videbitur perfectionē quandā accepiſſe: & ex inferiorib⁹ ad meliora veniſſe. Siquidē melius eſſe nō dubitatur eſſe eū omnipotentē q̄ nō eſſe. Et quomodo nō videbit̄ abſurdū: vt cū nō haberet aliquid ex his de⁹ quę eū habere dignū erat: poſtmodū per profectū quendā in hoc venerit vt haberet? Q; ſi factū nūq̄ eſt quādo nō omnipotēs fuerit: neceſſario ſubſiſtere oportet etiā ea per quæ omnipotens dicitur: & ſemper habuit in quibus exercuerit potētatū: & quę fuerit ab ipſo, vel rege vel principe moderata. De quibus plenius in locis propriis: in qbus de creaturis eius diſputandū fuerit differemus. Sed & nūc ſtrictim licet tñ admonitiōe neceſſariū puto: qūo quidē quo nobis de ſapientia agitatur: quemadmodū aporrœa ſit ſapiētia gloriæ oīpotētis puriſſima: ne videatur alicui interior eſſe in deo omnipotētis appellatio natiuitate ſapientiæ: per quā pater vocatur: quomodo dicta ē aporrœa omnipotētis gloriæ puriſſima ſapiētia que eſt filius dei. Audiat qui hoc ita vult ſuſpicari: qđ manifeſtiſſime ſcriptura ꝓnūtiat dicēs: qa omnia in ſapiētia feciſti: & per euāgeliū docet̄: quia omnia per ipſum facta ſunt et ſine ipſo factū eſt nihil: & intelligat ex hoc quia nō poteſt antiquius eſſe in deo omnipotentis appellatio q̄ patris: per filiū enim omnipotens eſt pater. Sed quomodo gloriam dixit eſſe omnipotentis: cuius gloriæ corporea

eſt ſapiẽtia:hoc intelligi datur ꝙ etiam in omnipotẽtia gloriæ ſocietatem habeat ſapientia per quã deus omnipotẽs dicitur.Per ſapiẽtiã eñ quæ eſt Chriſtus:tenet deus omnipotẽtatũ nõ ſolũ dominãtis auctoritate: verũetiam ſubiectoꝝ ſpõtaneo famulatu.Vt aũt vnã & eandẽ oĩpotentiã patris ac filii eſſe cognoſcas ſicut vnus,atq idẽ eſt cũ patre deus:& dominus:audi hoc modo Ioannem in Apocalypſi dicentẽ.Hoc dicit dominus deus qui eſt,& q erat,& qui venturus eſt omnipotens.Qui eñ vẽturꝰ eſt omnipotẽs:qs eſt alius niſi Chriſtꝰ? Et ſicut nemo debet offendi cum deus ſit pater:ꝙ etiã Saluator eſt deus:ita & cũ oĩpotẽs deus pater:etiã nullus debet offendi : ꝙ etiã filius omnipotẽs dicitur.hoc modo nãq verũ erit illud qđ ipſe dicit ad patrẽ:quia oĩa mea tua ſunt:& omnia tua mea : & glorificatus ſum in eis.Si vero omnia quæ patris ſunt Chriſti ſunt:inter omnia vero quæ ſũt pater eſt etiã oĩpotẽs:ſine dubio etiam vnigenitus filius debet eſſe omnipotẽs:vt omnia quæ habet pater etiam filius habeat.Et glorificatus ſum(inquit)in eis.In nomine eñ Ieſu omne genu flectetur:cœleſtiũ,terreſtriũ,& infernorũ:& oĩs lingua cõfitebitur:quia dñs Ieſus in gloria eſt dei patris.Igiť aporrœa gloriæ dei ſecũdum hoc ꝙ oĩpotens eſt:pura:ac limpida ipſa ſapiẽtia eſt dei glorificata tanq̃ aporrœa omnipotẽtię,vel glorię.Vt autẽ manifeſtius intelligatur quæ ſit gloria omnipotẽtiæ:etiã hoc addimus.

A ¶Deus pater omnipotẽs eſt eo ꝙ potẽtatum omniũ tenet.i.cœli,& terræ:ſolis,& lunæ,& ſtellarũ,omniũq q̃ in ipſis ſunt.Horũ aũt potentatũ gerit per verbũ ſuũ:quoniam in nomine Ieſu omne genu flectetur & cœleſtiũ,& terreſtriũ,& infernorũ.Et ſi omne genu flectitur Ieſu:ſine dubio Ieſus eſt cui ſubiecta ſunt omnia.Per ſapiẽtiam nãq.i.verbo,& ratione non vi,ac neceſſitate cuncta ſubiecta ſunt.Et ideo in eo ipſo quo obtinet omnia,gloria ſua eſt:& hæc eſt oĩpotẽtiæ puriſſima & limpidiſſima gloria:cũ ratione,& ſapiẽtia non vi, ac neceſſitate cũcta ſubiecta ſunt. Puriſſima vero ac limpidiſſima gloria ſapiẽtiæ,ſatis cõueniẽter dictũ eſt ad diſtinctionẽ eius gloriæ quæ non pure, nec ſyncere gloria diciť. Oĩs vero natura quæ cõuertibilis eſt:& cõmutabilis:etiã ſi glorificatur:glorificatur in operibus iuſtitiæ:vel ſapiẽtiæ per Ieſum ipſum:ꝙ accidẽtem habet iuſtitiã:vel ſapiẽtiã:& quod accidit etiã decidere põt:gloria tñ eiꝰ ſyncera,ac limpidiſſima decidere nõ põt. Sapiẽtia vero dei quæ eſt vnigenitus filius eiꝰ quoniã in omnibus inconuertibilis eſt:& incommutabilis:& ſubſtãtiale in eo omne bonũ eſt : qđ vtiq mutari:atq cõuerti nũq̃ poteſt:idcirco pura eius,ac ſyncera gloria prædicatur. Tertio deus ſapiẽtia eſt:& ſplendor lucis æternę. Cuius rei virtutẽ iam in prędecẽtibus expoſuimus:cũ ſolis ſimilitudinem:& radioꝝ eius ſplendorẽ introduximus:& proviribꝰ noſtris oſtendimus quomodo hoc deberet intelligi. Addemus tamẽ etiam hoc vnũ.Sempiternũ vel æternũ proprie dicitur qđ neq initiũ vt eſſet habuit:neq ceſſare vnq̃ poteſt eẽ. Quid autẽ hoc ſit:deſignatur apud Ioannem cũ dicit.Quoniam deus lux eſt. Splendor autem lucis eius ſapiẽtia eſt:nõ ſolũ ſecũdum ꝙ lux eſt:ſed & ſecundum id ꝙ ſempiterna lux eſt: ita vt æternus,& æternitatis ſplendor ſit ſapientia ſua.Quod ſi integre intelligať:manifeſte declarat:quia ſubſiſtẽtia filii ab ipſo patre deſcendit:ſed non temporaliter , neq ab vllo alio initio:niſi(vt diximus)ab ipſo deo. Sed & ſpeculum immaculatum ἐνεργείας.i. inoperationis dei eſſe ſapientia nominatur. Ergo inoperatio virtutis quæ ſit:prius intelligenda eſt:quæ eſt vigor quidam(vt ita dixerim)per quæ ĩoperatur pater:vel cum creat: vel cum prouidet:vel cum iudicat : vel cum ſingula quæq in tempore ſuo diſponit : atq diſpenſat.Sicut ergo in ſpeculo omnibus motibus:atq omnibus actibus quibus is qui ſpeculum intuetur mouetur:vel agitur : his & ipſis etiam ea imago quæ per ſpeculum deformatur:actibus & motibus commouetur: vel agitur:in nullo prorſus declinans : Ita etiam ſapientia de ſe vult intelligi cum ſpeculum immaculatum æternæ virtutis inoperatiõiſ ꝙ nominatur : ſicut & dominus Ieſus Chriſtus qui eſt ſapientia dei de ſeipſo pronuntiat dicens:quia opera quæ facit pater hæc etiam filius facit ſimiliter.Et iterum dicit: Quoniam non poteſt filius a ſe facere quicq̃,niſi viderit patrem facientem . Quoniam ergo in nullo prorſus filius a patre virtute operũ immutatur ac differt:nec aliud eſt opus filii q̃ patris:ſed vnꝰ,atq idem(vt ita dicam)etiam motus in omnibus eſt:idcirco ſpeculum eum immaculatũ nominauit:vt per hoc nulla omnino diſſimilitudo filii intelligatur ad patrẽ. Ea ſane quæ ſecũdum ſimilitudinem:vel vnitionem diſcipuli ad magiſtrum a quibuſdam dicta ſunt:& ꝙ in materia corporali ea a filio fiant quæ a patre in ſubſtantiis ſpiritualibus prius fiunt deformata: conuenire quomodo poſſunt?cum in euangelio filius dicatur non ſimilia facere:ſed eadem ſimiliter facere? Su-

B pereſt quid ſit imago bonitatis eius inquirere in quo eadem vt opinor intelligi cōuenit quæ ſuperius de imagine ea quæ per ſpeculum deformatur expreſſimus. Principalis namq; bonitas ſine dubio ex qua filius natus: q per omnia imago eſt patris: proculdubio etiam bonitatis eius conuenienter imago dicetur. Non enim alia aliqua ſecunda bonitas exiſtit in filium: præter eam quæ eſt a patre. Vnde & recte ipſe Saluator in euangelio dicit: quoniam nemo bonus niſi vnꝰ deus pater: quo ſcilicet ꝑ hoc intelligatur filius non eſſe alterius bonitatis: ſed illius ſolius quæ in patre eſt. Cuius recte imago appellatur: quia neq; aliunde eſt: niſi ex ipſa principali bonitate: ne altera bonitas q̄ in patre, eſſe videatur in filio: neq; aliqua diſſimilitudo: aut diſtantia bonitatis in filio eſt Propter quod non debet: velut blaſphemiæ aliquod genus putari in eo qđ dictum eſt: nemo bonus niſi vnus deus pater: vt propterea putetur: vel Chriſtus: vel ſpiritus ſanctus negari q bonus ſit: ſed vt ſuperius diximus principalis bonitas in deo ſentienda eſt patre: ex quo & filius natus: & ſpiritus ſanctus procedens ſine dubio bonitatis eius naturam in ſe retinent: quæ eſt in eo fonte de quo vel natus eſt filius: vel procedens ſpiritus ſanctus. Iam vero ſiqua alia bona in ſcripturis dicuntur: vel angelus: vel homo: vel theſaurus: vel cor bonum: vel arbor bona: hęc omnia abuſiue dicuntur: accidētalem non ſubſiſtentialem in ſe continētia bonitatem. Multum autē eſt: & alterius vel operis: vel tēporis congregare omnes filii dei appellationes. Verbi cauſa quomodo vel lumen verum eſt: vel oſtium eſt: vel iuſtitia: vel ſanctificatio: vel redemptio: & alia innumera: in quibus cauſis vnumquodq; horum nominetur exponere. Sed contenti his de quibus ſuperius diſſeruimus: conſequenter reliqua perquiramus.

De Spiritu ſancto. Cap. III.

C COnſequens igitur eſt nunc: vt de ſpiritu ſancto q̄ poſſumus breuiter requiramus. Et omnes quidem q quoquo modo prouidentiā eſſe ſentiunt: deum eſſe ingenitum qui vniuerſa creauit: atq; diſpoſuit confitentur: eumq; potentem vniuerſitatis agnoſcunt. Huic tamē eſſe filium nō nos ſoli pronūtiamus: q̄uis ſatis hoc & mirum: et incredulum videatur iis qui apud Græcos: & Barbaros philoſophari videt̄: tamē a nōnullis etiam ipſorum habita eius videtur opinio cum verbo dei: vel ratione creata eſſe omnia confitentur. Nos vero ſecundum fidem doctrinæ eius: quoniā diuinitus aſpiratam pro certo habemus eminentiorem: diuinioremq; rationem de filio dei: nullius alterius poſſibilitatis eſſe credimus exponere: atq; in hominum cognitionem proferre: niſi eiꝰ filius ſcripturæ quæ a ſpiritu ſancto inſpirata eſt: id eſt euangelicæ: atq; apoſtolicæ, nec non legis, ac prophetarum: ſicut ipſe Chriſtꝰ aſſeruit. De ſubſiſtētia vero ſpiritus ſancti ne ſuſpitionē quidem vllam habere quis potuit præter eos qui in lege & prophetis verſati ſunt: vel eos: qui ſe Chriſto credere profitentur. Nam de deo quidem patre q̄uis quidem proloqui nemo valeat: tamen poſſibile eſt intellectum aliquem capi ex occaſione viſibilium creaturaꝝ ex his quæ humana mens naturaliter ſentit. Inſuper etiam de ſcripturis ſanctis confirmari poſſibile eſt. Sed & de filio dei q̄uis nemo nouerit filium niſi pater: tamen ex diuinis ſcripturis etiam de ipſo qualiter ſentiri debeat mens humana formatur: & nō ſolum ex nouo: ſed etiam ex veteri teſtamento: per ea quæ a ſanctis geſta ad Chriſtum figuraliter refertur: ex quibus aduerti, vel diuina eiꝰ natura, vel humana quæ ab eo aſſumpta eſt poteſt. De ſpiritu vero ſancto q ſit: multę nos ſcripturę docuerunt: ſicut Dauid in quinquageſimo pſalmo dicit: Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Et ī Daniele dicitur. Spiritus ſanctus qui eſt in te. In nouo vero teſtamento abundantius teſtimoniis edocemur cum ſpiritus ſanctus ſuper Chriſtum deſcendiſſe deſcribitur: & cum ipſe dominus inſufflauit in apoſtolos poſt reſurrectionem dicēs Accipite ſpiritum ſāctum. Et ad Mariam ab angelo dicitur: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Paulus vero dicit: qa nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto. Et in actibus apoſtolorum per impoſitionem manuū apoſtolicarum ſpiritus ſanctus dabatur in baptiſmo. Ex quibus omnibus didicimus tantæ eſſe auctoritatis: & dignitatis ſubſtantiam ſpiritus ſancti: vt ſalutarē baptiſmū nō aliter niſi excellētiſſimæ omnitrinitatis auctoritate. i. patris, & filii, & ſpiritus ſancti cognominatione compleatur: & ingenito deo patri: & vnigenito eius filio nomen quoq; ſpiritus ſancti copuletur.

¶ Quis ergo nō obſtupeſcat quanta maieſtas ſit ſpiritus ſancti: cū eū qui dixerit verbū ī filium hominis: audiat ſperare veniam poſſe:

eũ vero q in ſpiritũ ſanctũ blaſphemauerit ve
niá nõ hẽre neq; in pñti ſęculo: neq; ĩ futuro.
¶ Q; aũt a deo vniuerſa creata ſũt: nec ſit vl
la creatura q̃ nõ ab eo hoc ipſũ vt eẽt accepit
ex mltis ſcripturę aſſertionibus cõprobatur.
Repudiatis, atq; depulſis his quæ a quibuſ-
A dam falſo perhibentur: vel de materia deo co
æterna: vel de ingenitis animabus: quibus tã
ſubſiſtẽdi naturam: q̃ vitæ qualitatẽ: atq; or-
dinẽ a deo inſitum volũt. Nã et in eo libello
q paſtoralis dicitur: de angeli poſitiõe: quem
Hermes conſcripſi t: ita refertur. Primo oĩm
crede: quia vnus eſt deus qui omnia creauit
atq; cõpoſuit: q cũ nihil eẽt prius fecit omnia
qui eſt omnia capiens: ipſe vero a nemine ca-
pitur. Sed & in Enoch libro his ſimilia deſcri
buntur: verũtamẽ vſq; ad præſens nullũ ſer-
monem in ſcriptis ſanctis inuenire potuim⁹
per quẽ ſpiritus ſanctus factura eſſe: vel crea-
tura diceretur: ne eo quidem modo quo de ſa
pientia referre Salomonẽ ſupra edocuim⁹: vł
quo de vita: vel uerbo: aliiſq; appellationib⁹ fi
lii dei intelligẽda eſſe tractauimus: Spiritus
igiť dei qui ſuper aquas ferebať: ſicut ſcriptũ
eſt in principio facturæ mundi: puto q; nõ ſit
alius q̃ ſpiritus ſanctus ſecundum quod ego
intelligere poſſum: ſicut & cum ipſa loca ex-
ponerem oſtendimus: non tamen ſecundum
hiſtoriam: ſed ſecundum intelligentiam ſpi-
ritualem.

¶ Quidam ſane ex prędeceſſoribus noſtris in
nouo teſtamẽto obſeruanti q; ſicubi ſpiritus
nominatur ſine adiectione ea quæ aſſignet
qualis ſit ſpiritus: de ſancto ſpiritu deberet in
telligi: vtputa: Fructus autẽ ſpiritus eſt cha
ritas, gaudium, & pax, & cætera. Item & ibi.
Cum cœperitis ſpiritu: nunc carne perficimi
ni. Nos vero etiam in veteri teſtamẽto puta-
m⁹ diſtinctionem iſtam poſſe ſeruari ſicut cũ
dicit. Qui dat ſpiritum populo qui eſt ſuper
terram: & ſpiritum his qui calcant eam. Sine
dubio enim omnis qui calcat terram. i. terre-
na, & corporalia: particeps eſt a deo eum acci
piẽs. Dicebat autem & Hebręus magiſter: q;
duo illa ſeraphin quæ ĩ Eſaia ſenis alis deſcri
bũtur clamantia ad inuicem: & dicẽtia: San-
ctus, Sanctus, Sanctus dominus de⁹ Sabaoth
de vnigenito filio dei: & de ſpiritu ſancto eſ-
ſent intelligẽda. Nos vero putamus etiam il
lud quod in cantico Abacuc dictum eſt: In
medio vel duorum animalium: vel duarum
vitarum cognoſceris: de Chriſto: & de ſpiri-
tu ſancto ſentiri debere. Omnis enim ſapien-
tia de patre reuelãte filio in ſpiritu ſancto co
gnoſcitur: vt ambo quæ ſecũdum hoc vel ani
mantia, vel vitę dicũtur: cauſa ſciẽtiæ dei pa-
tris exiſtant. Sicut eñ de filio dicitur q a ne-
mo nouit patrem niſi filius: & cui voluerit fi
lius reuelare: hæc eadem etiã de ſpiritu ſan-
cto dicit apoſtolus cum ait. Nobis autem re-
uelauit deus per ſpiritum ſanctum. Spiritus
enim omnia ſcrutatur etiam alta dei. Sed &
rurſus in euangelio de diuinis ac profundio
ribus, diſcipulis commemorãs Saluator quæ
nondum capere poterãt diſcipuli ſui: ita ait
ad diſcipulos: Adhuc multa habeo quę vobis
edicam: ſed non poteſtis portare modo. Cum
autẽ venerit paraclitus. i. conſolator ſpiritus
ſanctus ille vos decebit omnia: & commone-
bit omnia quę dixi vobis. Et ita ſciendnm eſt
q; ſicut filius qui ſolus cognoſcit patrem: re-
uelat cui vult: ita ſpiritus ſanctus qui ſolus
ſcrutatur etiã alta dei: reuelat cui vult. Spiri
tus enim vbi vult ſpirat. Neq; enim putãdũ
eſt q; etiam ſpiritus filio reuelante cognoſcit:
Si enim reuelãte filio cognoſcit patrem ſpiri
tus ſanct⁹: ergo ex ignorãtia ad ſciẽtiã venit.
Quod vtiq; & impiũ pariter & ſtultũ eſt ſpi
ritũ ſanctũ cõfiteri: & ignorãtiã ei aſcribere.
Non enim cũ aliud aliqd eſſet anteq̃ ſpiritus
ſanctus per profectũ venit ĩ hoc vt eſſet ſpiri-
tus ſanctus: vt quis audeat dicere: quia tunc
quidẽ cũ nõdũ eſſet ſanctus ignorabat patrẽ:
poſtea vero q̃ recepit ſciẽtiã etiã ſpũs ſanctus
effectus eſt. Q đ ſi eſſet: nũq̃ vtiq; ĩ vnitate tri
nitatis. i. dei patris incõuertibilis: & filii ei⁹
etiã ipſe ſpiritus ſanctus haberetur: niſi quia
et ipſe ſemper erat ſpiritus ſanctus.

¶ Hoc ſane qđ dicimus: vel ſemper erat: vel ſi B
quid aliud tale temporalis ſignificationis no
men adducimus: ſimpliciter & cũ venia acci
piẽdũ eſt: quomodo nominũ quidẽ hoꝝ ſigni
ficationes tẽporales ſunt: ea autem de quibus
loquimur tractu quidẽ ſermonis tẽporaliter
nominanť: natura aũt ſui omnẽ intelligẽtiã
ſenſus tẽporalis excedũt. Rectũ tamen videť
inquirere qd cauſæ ſit: q; qui regenerať p deũ
in ſalutẽ op⁹ habet & patre, & filio, & ſpiritu
ſancto. De quibus diſcutiẽtes ſine dubio ne-
ceſſariũ erit vt operationẽ ſpecialẽ ſpirit⁹ ſan-
cti, & ſpiritualẽ patris, ac filii deſcribamus.

¶ Arbitror ergo operationẽ qdẽ patris, & filii
tã in ſanctis, q̃ in peccatoribus: in hoĩbus ra-
tionabilibus: & in mutis aĩalibus: ſed & ĩ his
quæ ſine aĩma ſunt: & in oĩb⁹ oĩno quæ ſunt.
Operationẽ vero ſpiritus ſancti nequaq̃ pror
ſus ĩcidere, vel in ea quæ ſine anima ſunt: vel
in ea quæ animãtia quidẽ: ſed muta ſunt: vel
in illis quidẽ inueniri q rationabiles qdẽ ſunt
ſed in malitia poſiti: nec omnino ad meliora

conuerſi: in illis ſolis arbitror eſſe opus ſpiritus ſancti qui iam ſe ad meliora conuertunt et per vias Chriſti Ieſu incedunt .i. qui ſunt in bonis actibus: & in deo permanēt. Quia quæ operatio patris, & filii, & in ſanctis, & in peccatoribus ſit: manifeſtatur ex eo ꝙ rationabiles omnes qui ſunt, verbi dei .i. rationis ꝑticipes ſunt: & per hoc velut quædā ſemina īſita ſibi genuit ſapiētiæ & iuſtitię qđ eſt Chriſt⁹. Ex eo autem qui vere eſt: q dixit per Moyſen: Ego ſum qui ſum: omnia quæcunq; ſunt participant. Quæ participatio dei patris peruenit in omnes tā iuſtos, q̄ peccatores, & rationabiles, atq; irrationabiles: & in omnia omnino quæ ſunt. Oſtendit ſane & apoſtolus Paulus ꝙ omnes habeant participium Chriſti dicens. Ne dixeris in corde tuo quis aſcendit in cœlū: id eſt Chriſtū deducere: aut quis deſcendit in abyſſū: id eſt Chriſtū a mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo: & in corde tuo. Ex quo ī corde omniū ſignificat eſſe Chriſtum ſecundū id quod verbū, vel ratio eſt: cuius participatione rationabiles ſunt. Sed & illud quod in euangelio dictum eſt: niſi veniſſem, & locutus fuiſſem eis: peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo hi qui rationem norunt: vſq; ad quod tempus peccatum homo non habeat: & ex qua ætate obnoxius peccato ſit: manifeſtum eſt: & patet quomodo ex participatione verbi, vel rationis homines peccatum habere dicuntur: videlicet ex quo intellectus: atq; ſcientiæ capaces effecti: iam eis boni vel mali diſcretionem ratio intrinſecus inſerta ſuggeſſerit: & cum ſcire iam cœperit quid ſit malum: ſi faciunt illud: peccato efficiuntur obnoxii: & hoc eſt quod dicit: quia excuſationem non habēt de peccato ſuo: ex quo eis diuinus ſermo vel ratio oſtendere cœpit in corde diſcretionem boni, & mali: & per hanc debeant refugere, & cauere qđ malum eſt: quia ſcienti bonū: & non facienti: peccatum eſt illi.

C ¶Item ꝙ omnes homines non ſunt extra communionē dei: hoc modo euangelium docet: dicente Saluatore: Regnū dei cum obſeruatione non venit: neq; dicent: ecce hic: aut ibi: ſed regnum dei intra vos eſt. Sed & illud videndum eſt: ne forte idem ſignificet quod in Geneſi ſcriptum eſt cum ait. Et inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. Qđ ſi generaliter eſt in omnes homines: habent participiū dei. Si vero hoc de ſpiritu dei dictum intelligendum eſt: quomodo & Adam prophetaſſe de

nonnullis inuenitur: ergo iam non generaliter: ſed ſanctis quibuſq; datum accipi poteſt. Deniq; etiam diluuii tempore cum omnis caro corrupiſſet viam ſuam: iam de illis tanq̄ de indignis & peccatoribus ſcriptum eſt dixiſſe deum: non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis inæternum: ꝓpterea ꝙ caro ſunt. In quo manifeſte oſtenditur: ꝙ ab indignis quibuſq; aufertur ſpirit⁹ dei. In pſalmo quoq; ſcribitur: Auferes ſpiritum eorum: & deficient: & in puluerem ſuum reuertentur. Emittes ſpiritum tuū & creabuntur: & renouabis faciē terræ. Qđ & manifeſte de ſpiritu ſancto deſignatur: qui ablatis, atq; extinctis peccatoribus, & indignis ipſe ſibi nouum populum creet: & renouet faciem terrę: cum per gratiam ſpiritus deponentes veterem hominem cum actibus ſuis in nouitate vitæ cœperit ambulare. Et ideo de eo competenter dicitur: quia non in omnibus, neq; in his quæ caro ſunt: ſed quorum terra renouata fuerit ſpiritus ſanctus habitabit. Deniq; idcirco per impoſitionem manuū apoſtolorum poſt baptiſmum gratiam & reuelationem ſancti ſpirit⁹ tradebatur.

¶Sed & Saluator noſter poſt reſurrectionem cū vetera iam trāſiſſent: & facta fuiſſent omnia noua (nouus ipſe homo & primogenitus ex mortuis renouatur quoq; per fidem ſuę reſurrectionis) apoſtolis ait: Accipite ſpiritum ſanctum: hoc eſt nimirum quod & ipſe Saluator dominus in euangelio deſignabat cum nouum vinum in vtres nouos mitti poſſe: & in veteres denegabat: ſed videbat vtres fieri nouos .i. homīes ī nouitate vitæ ambulare: vt vinum nouum .i. ſpiritus ſancti gratiæ ſuſciperent nouitatem. Hoc ergo pacto operatio virtutis dei patris, & filii indiſcrete ſuper omnē pertenditur creaturam: ſpiritus ſancti vero participationem a ſanctis tantummodo haberi inuenim⁹. Propter quod dicitur: nemo poteſt dicere dominū Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Et vix aliquando ipſi angeli digni habentur audire: Accipiens virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos. propter quod et conſequēs puto: quia qui peccauerit quidē in filium hominis venia dignus eſt: pro eo ꝙ is qui verbi dei rationis eſt particeps ſi deſinat rationabiliter viuere: videtur in ignorantiam: & ſtultitiam decidiſſe: & propter hoc veniam ꝓmereri. Qui autem dignus iam habit⁹ eſt ſancti ſpiritus participatione: & retro fuerit cōuerſus: hic re ipſa & opere blaſphemaſſe dicitē in ſpiritum ſanctum. D

¶Sane ne quis exiſtimet nos ex eo ꝙ dixi- E

mus ſpiritum ſanctum ſolis ſanctis præſtari:
patris vero:& filii beneficia vel inoperatiões
peruenire ad bonos,& malos:iuſtos,& iiuſtos
prætuliſſe per hoc patri & filio ſpiritum ſan-
ctum:vel maiorem eiꝰ per hoc aſſerere digni
tatem:quod vtiq; valde inconſequẽs eſt.Pro-
prietatem nãq; gratiæ eius operiſq; deſcripſi-
mus.

¶Porro autem nihil in trinitate maius mi-
nuſve dicendum eſt:cũ vnius diuinitatis fõs
verbo:ac ratione ſua teneat vniuerſa: ſpiritu
vero oris ſui quæ digna ſunt ſanctificatione
ſanctificet:ſicut in pſalmo ſcriptũ eſt: Verbo
domini cœli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius
omnis virtus eorum.Eſt etiã quędam inope-
ratio dei patris pcipua pter illã quã omnibꝰ
(vt eſſent naturaliter)præſtitit.Eſt & domi
ni Ieſu Chriſti precipuum quoddam miniſte
riũ in eos quibus naturaliter vt rationabiles
ſint confert:per qđ ad hęc quę ſunt pręſtatur
eis:vt bene ſint.Eſt & alia quoq; etiã ſpiritus
ſancti gratia quę dignis pręſtatur:miniſtrata
quidẽ per Chriſtũ:Inoperata autem a pře ſe-
cundũ meritũ eorꝝ: qui capaces efficiuntur.
Quod manifeſtiſſime indicat apoſtolus Pau-
lus:vnã eandẽq; virtutẽ trinitatis expõnẽs in
eo cum dicit:Diuiſiones ſunt donorꝝ,vel do-
nationũ:idem autem ſpiritus. Et diuiſiones
ſunt miniſteriorũ:idem autẽ dominus.Et di
uiſiones operationũ ſunt:idẽ autẽ deus q ope
ratur omnia in omnibus.Vnicuiq; aũt datur
manifeſtatio ſpiritus ſecũdum id qđ expedit.
Ex quo manifeſtiſſime deſignatur ꝙ nulla eſt
in trinitate diſcretio:ſed hoc qđ donũ ſpiritꝰ
dei/miniſtratur per filiũ:& inoperatur p deũ
patrem.Omnia autem operatur vnꝰ atq; idẽ
ſpiritꝰ diuidens ſingulis prout vult.His igiť
de vnitate patris,& filii,& ſpiritus ſancti pro
teſtatis: redeamus nũc ad eũ ordinẽ quẽ diſ-
ſerere cœperamus.

¶Deus pater omnibus pręſtat vt ſint:partici
A patio vero Chriſti ſecundũ id qđ verbum vel
cau ratio eſt:facit ea eſſe rationabilia.Ex quo con
tele ſequens eſt ea vel laude digna eſſe: vel culpa:
ge quia virtutis & malitię ſunt capacia.Propter
hoc cõſequẽter adeſt etiã gratia ſpiritus ſan-
cti:vt ea quę ſubſtãtialiter ſancta nõ ſunt:par
ticipatione ipſius ſancta efficiantur.Cũ ergo
primo vt ſint habeant ex deo patre: ſecundo
vt rationabilia ſint habeant ex verbo: tertio
vt ſint ſancta habeant ex ſpiritu ſancto: rur-
ſum Chriſti(ſecundũ hoc ꝙ iuſtitia dei eſt)
capacia efficiuntur ea quæ iam ſanctificata
ante fuerint per ſpiritũ ſanctũ:& qui in hunc
gradũ proficere meruerint per ſanctificatio-
nem ſpiritus ſancti conſequẽter nihilominus
donũ ſapere ſecũdum virtutem & inoperatio
nem ſpiritus dei.Et hoc puto Paulum dice-
re cum ait:quibuſdam dari ſermonem ſapien
tiæ:alii ſermonem ſciẽtiæ ſecundũ eundem
ſpiritum.Et deſignãs vnãquãq; diſcretionẽ
donorum refert omnia ad vniuerſitatis fon-
tem: & dicit.Diuiſiones ſunt inoperationum
ſed vnus deus qui operatur omnia in omnibꝰ
Vnde & inoperatio patris quæ præſtat omĩ
bus clarior:ac magnificẽtior inuenitur cum
vnuſquiſq; per participationem Chriſti ſecũ-
dum id ꝙ ſapientia eſt:& ſecũdũ id ꝙ ſciẽtia
eſt:& ſanctificatio eſt proficit:& in altiores p
fectuũ gradus venit:& p hoc ꝙ participatiõe
ſancti ſpiritus factus eſt quis purior,atq; ſyn
cerior effectus,dignus recipit ſapiẽtię,ac ſciẽ
tiæ gratiam:vt depulſis omnibus, expurga-
tiſq; pollutionis atq; ignorãtię maculis tan-
tũ profectũ ſynceritatis,ac pietatis accipiat:
vt hoc qđ accepit a deo vt eſſet tale:ſit quale
deo dignũ eſt eo qui vt eſſet pure præſtiterit
ac perfecte:vt tam dignũ ſit id qđ eſt q̃ eſt ille
qui id eſſe fecit.Ita namq; & virtutem ſemper
atq; in æternũ manere perciperet a deo qui ta
lis eſt qualem eſſe voluit ille qui fecit. Qđ vt
accidat: atq; indeſinenter, atq; inſeparabili-
ter aſſint:& qui eſt:& ea quę ab ipſo facta ſũt
ſapere id opus eſt inſtruere, atq; erudire ea:
et ad perfectionem perducere ex ſpiritus ſan-
cti confirmatione,atq; indeſinenti ſanctifica-
tione per quã ſolum deum capere poſſunt.Ita
ergo indeſinentiam erga nos opera patris,&
filii,& ſpiritus ſancti per ſingulos quoſq; pro
fectuũ gradus inſtaurato corde vix forte ali-
qñ intueri poſſumus ſanctam,ac beatã vitam
in qua cum poſt agones multos in eam per-
ueniri potuerit:ita perdurare debemꝰ vt nul-
la vtiq; nos boni illius ſatietas capiat:ſed quã
tomagis de illa beatitudine percipimus tan-
tomagis in nobis vel dilatentur eius deſyde-
ria,vel augeantur:dum ſemper ardentius pa
trem,vel filium,ac ſpiritum ſanctum:vel ca-
pimus:vel tenemus.Si autem aliquando ſati
etas cepit aliquem ex his qui in ſummo perfe
ctoq; conſtiterint gradu:non arbitror ꝙ ad
ſubitum quis euacuetur,ac decidat:ſed pau
latim,& per partes defluere eum neceſſe eſt:
ita vt fieri poſſit interdum:vt ſi breuis, aliqs
lapſus acciderit:& cito reſipiſcat:atq; in ſe re
uertatur,non penitus ruere:ſed reuocare pe-
dem,& redire ad ſtatum ſuum:& rurſum ſta
tuere poſſe id quod per negligentiam fuerat
lapſum.

De dimminutione vel lapſu.
Capitulum Quartum.

B VT autem iſtã dimminutionem:vel lapſum eorũ q̃ ſe negligẽtius egerũt oſtẽdamus: & ſimilitudine alicuius extempli vti nõ videt̃ abſurdũ.Igitur ſi ſit aliq̃s q̃ peritia vl'arte(verbi gr̃a geometrię:vel medicinę)paulatim fuerit imbutꝰ vſq̃quo venerit ad perfectũ: multo.ſ.tp̃e inſtitutionibꝰ:atq̧ exercitiis ſemetipſũ ĩformans vt ad integrũ ſupradictæ artis aſſumeret diſciplinã:huic nũq̃ profecto accidere poterit vt cũ peritus dormierit,euigilet imperitus.Nec enim ea quę per lęſionem aliquã:vel debilitatẽ accidũt:in mediũ adducere aut cõmemorare nos conuenit.Neq̧ eñ ſimilitudini propoſitæ:exemploq̧ conueniunt.

¶Secundũ ergo id quod propoſuimus geometres ille: vel medicus donec exercet ſe in meditationibus artis ſuæ:& rationabilibꝰ inſtitutis:permanet apud eũ etiã ſciẽtia diſciplĩæ.Si vero diſſimulet ab exercitiis:& negligat ab induſtria:paulatim primo per negligẽtiam pauca excidũt:tũ deinde etiã plura: & ita permultũ abeũt omnia ĩ obliuionem:atq̧ vniuerſa ex memoria penitus abolentur.Poteſt ſane fieri:vt cũ decidere ab initio cœpit: et parua adhuc corrũpi negligẽtia: ſi reſuſcitetur:& citius in ſemetipſum reuertatur:reperit ea quæ adhuc nuper amiſſa ſũt:& recolit ea q̃ ab eo fuerãt tenui abolitione ſublata.

C ¶Tráſferamus nũc hoc ad eos qui ſe dei ſciẽtiæ ac ſapiẽtię dederunt:cuius conditio atq̧ induſtria incomparabilibꝰ omnino reliquas diſciplinas ſupereminet modis:ſecundũ propoſitæ ſimilitudinis formã:vel quæ ſit aſſũptio ſcientię:vel quę ſit eius abolitio cõtemplemur:maxime cum audiamus ab apoſtolo cum de perfectis dicit̃:q̧ facie ad faciem gloriam domini ab interioribus reuelationibus ſpeculabũtur.Verũ nos volentes diuina ĩ nos beneficia demonſtrare:quę nobis per patrem et filium:& ſpiritum ſanctum prębẽtur:quæ trinitas totiꝰ eſt ſanctitatis fons:exceſſu quodam etiam hoc dicimus:& ſermonem de anima qui inciderat ſtrictim licet contingendũ putauimus:vicinũ vt pura locum de natura rationabili differẽtes.Opportunius tamẽ in loco proprio de omni rationabili natura quæ in tria genera:ſpecieſq̧ diſtingunt̃:deo nobis per Ieſum Chriſtum:& ſanctum ſpiritũ cõcedente:diſputabimus.

De rationabilibus naturis.
Capitulum Quintum.

D POſt eam diſſertionẽ quã de patre:& filio:& ſpiritu ſancto quantũ valuimus breuiter digeſſimꝰ:conſequẽs eſt etiã de naturis rationabilibus,ac de ſpeciebus earũ: & ordinibꝰ: vel officiis tã ſanctarũ q̃ etiã malignarũ virtutũ:ſed & de his q̃ inter has bonas & malas medii qdẽ ſiut:& vt hic ĩ agone:atq̧ in certamĩe poſiti:pauca diſſerere:(Q̃ plurima namq̧ in ſanctis ſcripturis inuenimꝰ)ordinũ quorũdã:atq̧ officiorũ tã ſanctorũ q̃ etiam cõtrariorũ nomina prius proponẽtes. Tũc deinde quid ſibi velit horũ ſignificatio ꝑ viribꝰ noſtris diſcutere pertentabimus.

¶Sunt quidã ſancti angeli dei,quos Paulus miniſteriales ſpiritus appellat,ad miniſteriũ deſtinatos propter eos qui hęreditatẽ capiũt in ſalutẽ.Apud ipſum quoq̧ ſanctũ Paulum inuenimus:neſcio vnde ſumentẽ: cognominantẽ tamen quaſdã ſedes,& dominationes: et principatus:& poteſtates.Et poſt enumerationẽ horũ,vel vt alia adhuc quædã rationabilia officia:atq̧ ordines eſſe ſentiens p̃ter eos quos ſupra dixerat:ait de Saluatore.Qui eſt ſuper omnẽ principatũ:& poteſtatẽ:& virtutem:& dominationẽ:& omne nomẽ:qđ nominat̃ nõ ſolũ in hoc ſæculo:ſed etiã in futuro.Ex quo videlicet oſtendit eſſe quædã p̃ter hæc quę commemorauit q̧ nominent̃ qdem in hoc ſæculo:nõ tñ ab ipſo enumerata fuerit forte nec ab alio aliquo intellecta:eẽ vero alia quæ in hoc ſæculo quidẽ non nominentur:tñ nominabuntur.

E ¶Tunc deinde ſciendũ eſt quia omne qđ rationabile eſt:& ratio in terminos ſtatutaq̧ declinat:ſine dubio per præuaricationem recti iuſtiq̧ efficit̃ in peccato.Eſt ergo omnis creatura rationabilis laudis & culpæ capax.Laudis:ſi ſecũdũ rationẽ quã in ſe habet ad meliora ꝓficiat Culpę:ſi rationẽ recti,tenorẽq̧ declinet:propter qđ recte etiam pœnis & ſuppliciis ſubiacet.Qđ etiam de ipſo diabolo:& his qui cũ ipſo ſunt:& dicũtur eiꝰ angeli:ſciendũ eſt.Exponẽdæ tamẽ ſunt etiã appellationes eorũ vt ſciamus quæ ſint iſta de q̃bus ſermo nobis mouẽdus eſt.Diaboli igitur nomẽ: & Sathanę,& maligni in multis ſcripturę locis deſignatur:qui & inimicus dei eſſe deſcribitur.Necnon & quidã angeli diaboli nominantur:ſed & principes mũdi huiꝰ qui vtrũ

ipſe ſit diabolus:an alius quis:nõdum manifeſte declaratũ eſt.Principes quoqꝫ huius mũdi quidem dicunť ſapientiã quandã habẽtes q̃ deſtruetur.Sed vtrum iſti ſunt prĩcipes illi q ſũt principatus aduerſus quos nobis eſt colluctatio:an alii ſunt:non facile mihi ab aliquo pronuntiandum videtur. Poſt principat⁹ autem & poteſtates quædam nominantur aduerſus quas colluctatio nobis eſt:& agon geritur.Sed aduerſus principes mũdi & rectores tenebrarũ harũ quædã ſpiritualia malitiæ in cœleſtibus ab ipſo Paulo nominantur.Quid aũt dicẽdũ eſt etiam de ſpiritib⁹ malignis:& dęmonibus:& immundis q in euãgeliis nominãť? Tũ deĩde appellanť q̃dam em̃ ſimili noĩe cœleſtia.

¶ Sed q̃ dicũtur genu flectere: vel eſſe flexura in noĩe Ieſu:ſed & terreſtria & inferna quę per ordinem Paulus enumerat:in loco ſane in quo de rationalib⁹ naturis diſſeremus:reticere nõ conuenit:cũ de nobis quidem hominibus qui vtiqꝫ rationabile animal eſſe dicimur:pertractabimus.Sed ne illud quidem otioſe p̃tereundũ eſt:ꝙ etiam de nobis ipſis hominibus diuerſi quidẽ ordines nominanť cũ dicitur.Pars domini populus eius Iacob:funiculus hæreditatis eius Iſrael.Pars aũt angelorum dicunť cæterę nationes:quoniã quidem cũ diuideret excelſus gẽtes:& diſpergeret filios Adã:ſtatuit fines gentiũ ſecũdũ numerũ angelorũ dei.Et idcirco cũ cæteris irrationalibus naturis etiã
A humanę animæ ratio peruidenda eſt.

¶Igitur tot & tantis ordinũ:officiorũqꝫ nominibus cognominatis:quibus certũ eſt ſubeſſe ſubſtantias requirẽdũ eſt vtrũ cõditor & creator omnium deus:quoſdã quidẽ ex his ita fecerit ſanctos ac beatos:vt nihil poſſint recipere omnino cõtrarium: & quoſdam ita fecerit vt poſſint tã virtutis q̃ malitiæ eſſe capaces:aut ſi putandũ eſt ꝙ alios ita fecerit vt omnino incapaces ſint ad virtutem:& alios ad malitiam quidẽ nequaq̃ poſſe recipere: ſolũmodo autẽ poſſe in beatitudine permanere:alios vero tales qui poſſunt vtraqꝫ recipere.

¶Vt aũt ex ipſis nominib⁹ prima nobis inquiſitio moueatur:conſyderemus ſi ſancti angeli ex quo ſunt ſemper ſancti fuerũt:& ſancti ſunt ſanctiqꝫ erunt:& neqꝫ receperunt vnq̃ neqꝫ recipere potuerũt peccati locum.

¶Tum deinde etiã hi qui ſancti principatus appellantur conſyderemus ſi ſtatim vt creati a deo ſunt prĩcipatum exercere cœperũt ĩ aliquos qui eis eſſent ſubiecti.

¶Similiter aũt & quæ appellantur poteſtates vtrũ tales & in hoc ipſum createç ſunt vt exercerẽt poteſtatẽ: an meritũ aliquod iſtud eſt & premiũ virtutis:per quod ad poteſtatem iſtã: dignitatẽqꝫ venerunt. Necnon & hi q throni dicuntur:vel ſedes:an iſtam beatitudinis ſedẽ ſtabilitatẽqꝫ ſimul cũ ſubſtantię ſuæ prolatiõe meruerint:an ex volũtate ſola hæc poſſideant creatoris? Vel quæ appellantur dominatiões hę ſi ꝙ dominãtur non per facti ſui meritũ eis fuerit additũ:ſed de cõditionis ꝓrogatiua donatũ ſit:& ideo ſit ab eis inſeparabile quodã modo:ac naturale.Qđ vtiqꝫ ſi ita recipiamus vt putentur ſancti angeli:& ſanctę poteſtates & beatæ ſedes:glorioſæqꝫ virtutes: & magnificæ dominationes ſubſtantialiter poteſtates iſtas:ac dignitates: gloriaſqꝫ poſſidere: conſequens ſine dubio videbitur etiam ea quæ in contrariis officiis nominata ſunt ad hunc modũ intelligi debere:vt prĩcipatus illi aduerſus quos nobis ẽ colluctatio illud ipſum obluctãs: ac reſiſtens omni bono propoſitum non poſtmodũ recepiſſe declinãtes a bono per arbitrii libertatem:ſed cũ ipſis ſimul ſuſtantialiter extitiſſe:ſimiliter etiam poteſtates & virtutes: nec eſſe in eis minorẽ ſubſtantia ſua malitiam poſteriorem.Illos quoqꝫ mũdi tenebrarũ rectores:& principes appellauit:eo ꝙ principatus: & obtinẽt tenebras nõ ex peruerſitate propoſiti:ſed ex conditionis neceſſitate dicũtur deſcendere.Eadẽ quoqꝫ de ſpiritualib⁹ nequitiæ & de ſpiritibus malignis: & dæmonibus immũdis cõſequẽtiæ ipſius ratio coget intelligi Qđ ſimiliter ita de malis:contrariiſqꝫ virtutibus intelligi videtur abſurdum:ſicut certe abſurdũ eſt vt cauſa malitię ipſarum remota ab arbitrii ſui ꝓpoſito conditori earũ neceſſario aſcribať.quõ nõ etiã de bonis: ſanctiſqꝫ virtutibus cogimur ſimilia cõfiteri.i.qa nõ ſubſtantiale ſit in ipſis bonum:qđ vtiqꝫ in ſolo Chriſto & in ſpũ ſancto euidẽter eſſe oſtẽdim⁹:ſine dubio vtiqꝫ & in patre. Nõ em̃ trinitatis natura habere aliqd cõpoſitionis oſtẽſa eſt: vt hæc ei cõſequẽter videanť accidere. Vnde ſupeſt vt B
oĩs creatura ſui operis: ſuorũqꝫ motuũ fuerit ꝙ virtutes iſtæ q̃ vel principatũ agere in aliis vel poteſtatẽ exercere: vel dñationem: videať ex merito:& nõ per cõditionis ꝓrogatiuã platę ſint:& ſuppoſitę his qbus p̄eſſe: vel in quos poteſtatẽ exercere dicũtur.Sed ne de tãtis: ac tã difficilibus rebus conſequẽtię ſolius ratiõe inuitati videamur aſſerere: atqꝫ ex cõiecturis tm̃mõ in aſſenſum cogere auditores: videamus: ſi quid etiam de ſcripturis ſanctis poſſumus aſſertionis aſſumere: quarũ auctoritate hęc credibilius aſtruanť.Et primũ qdẽ de malis virtutibus qd ſancta ſcriptura cõtineat ꝓferamus:tum deinde etiam de cæteris inueſti

gabimus: ſecundū q̄ dn̄s nos fuerit illuminare dignatus: vt in rebus tam difficilib⁹ qd magis veritati ſit proximū: vel quid ſecundū pietatis regulā opinādum ſit: conſequamur.

¶Inuenimus namq̄ in Ezechiele ꝓpheta duas quaſdam ꝓphetias ſcriptas eſſe ad principem Tyri: quarū prima fortaſſe videbit alicui añq̄ audiat & ſecundā: dici de hoīe aliquo qui princeps fuerit Tyriorū. Et ideo nos interim nihil de prima illa ſumemus: Secunda vero qm̄ euidētiſſime talis eſt vt nihil prorſus de hoīe: ſed de virtute aliqua ſuperiori ītelligi debeat: q̄ de lapſa fuerit a ſuperioribus ad inferiores: & ad deteriora deiecta: ex ipſa deferemus exēplū: ex quo manifeſtiſſime demonſtreē cōtrarias iſtas magnaſq̄ virtutes non natura tales eſſe cōditas: vel creatas: ſed de melioribus veniſſe in peius: atq̄ in deterius eſſe conuerſas. Beatas quoq̄ illas virtutes non eſſe talis naturæ: quæ contrariū recipere non poſſit ſi velit: ac negligat: et ſtatus ſui beatitudīnē non omni cautela cuſtodiat. Si eñ is q̄ dicit̄ princeps Tyri refertur quia inter ſanctos erat: & immaculatus erat: & in paradiſo dei cōſtitutus: corona quoq̄ decoris & plenitudinis exornatus: is qui talis erat qūo aliquo ſanctorū inferior putād⁹ eſt! Corona eñ decoris & pulchritudinis ipſe fuiſſe: & in paradiſo dei ambulaſſe īmaculat⁹ deſcribit̄. Et quomō ab aliquo putari ſolet q̄ iſte talis nō vnus fuerit de illis ſanctis: beatiſq̄ virtutibus quas vtiq̄ in beatitudine poſitas nō alio q̄ tali honore præditas eſſe credendum eſt!

cau te le ge

C

¶Sed videamus tandem qd etiā ipſa ꝓphetica verba nos doceant. Et factus eſt (inq̄t) ſermo dn̄i ad me: dicēs. Fili hoīs accipe lamentū ſup principem Tyri: & dic ei: Hæc dicit dn̄s deus. Tu ſignaculū ſimilitudinis: & corona decoris in delitiis paradiſi fuiſti. Omni lapide vel gemma bona exornatus es: & īdutus ſardio: & topazio: & iaſpide: argēto: & auro inſertus: & achate: amethiſto: & chryſolito: & berillo: & onychio: auro quoq̄ repleſti theſauros tuos & prōptuaria tua in temetipſo. Ex qua die creatus es cum Cherubin poſui te: in monte ſancto dei fuiſti: in medio lapidum igneorū fuiſti īmaculatus tu in diebus tuis: & qua die creat⁹ es tu: donec cōminuēdę ſunt iniquitates in te ex multitudine negotiationis tuæ. Repleſti iniquitate prōptuaria tua: & peccaſti: & vulneratus es & a monte dei eieci te cherub de medio lapidum igneorū: & elatū eſt cor tuū in decore tuo: corrupta eſt diſciplina tua cum plenitudine tua propter multitudiem peccatorū tuoꝝ & iniquitatum tuarū: & negotiatione tua polluiſti ſancta tua. Et educā ignem de medio: & comedet te: & dabo te in cinerem: ac fauillam ſup terrā in cōſpectu omniū vidētiū te: & oēs q̄ ſciebāt ī gētibus mœrebūt te. Perditio effect⁹ es: & nō ſubſiſtes vltra in æternū tempus.

¶Hec cū ita dicta ſint: quis eſt q̄ audiens ſignaculum ſimilitudinis: & corona decoris in delitiis paradiſi fuiſti: vel audiēs q̄ ex quo creatus es tu cum Cherubin poſui te in monte ſancto dei: vltra ſēſum ſuū poterit relaxare: vt de aliquo hominū: vel ſanctorum: nō dicā Tyri principe hęc dicta eſſe ſuſpicetur! aut quos lapides igneos putabit in quorū medio ab eo aliq̄s conuerſari poterit! Aut quis īmaculat⁹ ab ipſa die qua creatus eſt intelligi poterit: in quo poſtea aliq̄n iniuſtitiæ in ipſo inuentę ſint: & tūc ī terrā proiectus eſſe dicat̄! Qđ vtiq̄ ſignificat: q̄a de eo dicitur q̄ cū nō eēt in terra: in terram ꝓiectus eſt: cuius etiā ſancta polluta eſſe dicuntur. Hæc quidē de prīcipe Tyri ex ꝓpheta Ezechiele q̄ in aduerſariā virtutē referūt̄ oſtendimus: per q̄ manifeſtiſſime demōſtrāt̄ q̄ ſancta virtus hæc fuerit & beata: de qua beatitudine ex quo in ea inuenta eſt iniquitas: ruerit: in terrāq̄ demerſa ſit: & non per naturam conditio nemq̄ talis extiterit.

¶Arbitrantur ergo dici hoc de angelo quodā qui Tyriorū gentis diſpēſandę ſit ſortitus officiū: cui etiā animæ eorū ꝓcurādæ vident̄ eſſe cōmiſſę. Quā ſane Tyꝝ: vel quas Tyrioꝝ aīas ſentire debeamus: vtrū hāc q̄ ī Phœnicis ꝓuīciæ regionibus ſita eſt: an aliā aliquā cui⁹ hæc quā in terris nouimus forma eſt: & aīas tyriorū vtrū horū: an eorū q̄ domeſtici ſunt illi⁹ tyri q̄ ſp̄ūaliter intelligit̄: in hoc loco nō videtur reqrendū: ne forte velut ī trāſitu de tātis & tā abſconditis rebus videamur ingrere: qđ vtiq̄ propriū vel opus exigit vel laborem.

¶Rurſum tamē etiā de alia virtute contraria ab Eſaia ꝓpheta talia q̄dā docemur. Ait enim. Qūo deſcēdit de cœlo Lucifer q̄ mane oriebat̄! confractus eſt: & colliſus in terrā q̄ īmittebat ad omnes gentes. Tu vero dixiſti in corde tuo Aſcendā in cœlū: ſup ſtellas cœli ponā meum thronū: ſedebo in monte excelſo ſup oēs excelſos q̄ ſunt in aquilone: aſcēdam ſup nubes: ero ſimilis altiſſimo. Nūc autē in infernū demergeris: & in fundamenta terrę. Qui te viderint admirabunt̄ ſup te: & dicēt. Hic eſt homo q̄ exacerbabat totā terrā: q̄ mouebat reges: qui fecit vniuerſum orbē deſertū: qui vrbes deſtruxit: nec eos q̄ ī vinculis ſunt reſoluit. Omnes reges gētiū dormierunt in honore vnuſq̄ſq̄ ī domo ſua: tu vero proiiceris in mōtibus ſicut mortuus et execrabilis cū multis mortuis q̄ tranſfoſſi ſunt gladiis: & deſcenderunt in infernum D

Sicut veſtimentū ſanguine concretū & īfectū
nō erit mūdū:ita nec tu quidē eris mūdus pro
eo ꝙ terrā meam perdidiſti & populū meū oc
cidiſti:nō manebis in æternum tempus.Semē
peſſimū præpara filios tuos ad interfectionē ꝑ
pctīs patris tui ne reſurgāt:& terrā hæredita
te poſſideāt:& repleāt terrā bellis: & inſurgā
in eos dicit dominus Sabaoth: & deperire fa-
ciam nomē ipſorum:reliquias: & ſemen eorū.
¶ Manifeſtiſſime ergo per hæc oſtēditur ceci
diſſe de cœlo is vtiq̨ q prius erat Lucifer:& q
mane oriebatur.Si enim(vt putāt)aliqua na-
tura tenebrarū erat:quomodo ante fuiſſe luci-
fer dicitur?vel quomodo poterat oriri mane
qui nihil in ſe habebat ex luce?
¶Sed & ſaluator docet nos de diabolo dicens:
Ecce video Sathanam cecidiſſe de cœlo ſicut
fulgur.Lux ei erat aliquando. Sed & dn̄s nr̄ q
veritas eſt,glorioſi aduentus potētiā nihilomi
nus fulguri cōparauit dicens.Sicut em̄ fulgur
a ſūmo cœlo fulget vſq̨ ad ſummū eiꝰ:ita erit
aduentus filii hoīs.Et nihilominꝰ hūc fulguri
cōparat:& dicit eū cecidiſſe de cœlo:vt oſten-
deret per hoc fuiſſe & ip̄m aliqn̄ in cœlo:& ha
buiſſe locū inter ſanctos:& ꝑticipaſſe de hac lu
ce:de qua om̄s ſancti ꝑticipant: ex q̄ angeli lu-
cis efficiuntur:& apl̄i mūdi dicunť a dn̄o.Hoc
ergo mō erat iſte lux aliqn̄ anteq̄ ꝑuaricareť:
& caderet in hunc locū:& gloria eius cōuerte
retur in puluerē:qđ eſt ꝓprie impioꝝ:ſicut &
propheta dicit.Ex quo & princeps huiꝰ mun-
di.i.terrenę habitationis appellatꝰ eſt.Prīcipa
tū nāq̨ egit ī eos q eius malitiæ obſecuti ſunt:
qūo qdē totus hic mundꝰ(mūdū aūt nūc ter-
renū iſtum appello locū)in maligno poſitꝰ ē &
A in hoc apoſtata.Qꝫ aūt apoſtata ſit iſte.i.refu-
ga etiam dn̄s ī Iob ita dicit. Educes autem dra
conem in hamo apoſtatā.i.refugam.Certū eſt
aūt quia draco ipſe diabolus intelligitur.Si er
go cōtrarię virtutes refugę nominanť: & ima
culatæ fuiſſe aliquando dicūtur. Immaculatū
aūt eſſe ꝑter patrē:& filiū: & ſpiritū ſanctum
nulli ſubſtantialiter ineſt: ſed ſanctitas in om̄i
creatura accidēs res eſt.Qđ autē accidit:& de
cidere poteſt:& iſtę virtutes contrariæ īmacu
latę aliqn̄ fuerūt:& īter illas vtiq̨ fuerūt q̄ ad-
huc īmaculatę ꝑmanēt.Per hoc oñdiť neq̨ ſub
ſtantialiter vel naturaliter eē aliquid īmacula
tū:neq̨ ſubſtātialiter pollutum:& ꝑ hoc conſe
quēs eſt ī nobis eē:atq̨ in nr̄is motibꝰ: vt vl̓ be
ati & ſcti ſimꝰ:vel ꝑ deſidiā & negligētiā a bea
titudīe ī malitiā & perditionē vergamꝰ:Intm̄
vt vnꝰ perfectę(vt ita dixeri)malitiæ ſi pecca
tum ſuū neglexerit vſq̨ ad eū ſtatū deueniat:
vt ea quæ dicitur cōtraria virtus efficiať.

De fine vel conſummatione.
Capitulum Sextum.

FInis vel conſūmatio rerum B
perfectarū cōſummatarūq̨
videtur eſſe iudiciū. Quæ
res etiam nos ī hoc loco cō-
monet:ꝙ ad hęc tā ardua &
difficilia intelligēda:ſiquis
ille eſt qui legendi horū: & talia cognoſcendi
deſyderiū ceperit: perfectū & eruditū ſēſum
debet adhibere:ne forte ſi aut nullum vſum in
huiuſcemodi q̄ſtionibꝰ habuerit: vana quædā
hæc illi:& ſupflua videantur: aut ſi tam præ-
iudicatum & præuentum animū gerit:hære-
tica hæc:& contra fidem catholicā putet:non
tam ratione cōuincens q̄ animi ſui prędiudicio
definiens. Quæ quidem a nobis etiā cum ma-
gno metu: & cautela dicūtur: diſcutientibus
magis & pertractantibꝰ q̄ pro certo ac defini-
to ſtatuentibus.Indicatum namq̨ a nobis in ſu
perioribus eſt: de quibus manifeſto dogmate
terminandum ſit:qđ & pro viribus nos feciſſe
puto cum determinate loqueremur. Nūc aūt
diſputandi ſpecie magis q̄ definiēdi prout poſ
ſumus exercemur.
¶Finis ergo mundi:& conſummatio dabitur
cum vnuſquiſq̨ pro merito peccatorum etiā
pœnis ſubiicietur. Quod tempus deus ſolus
agnoſcit:quando vnuſquiſq̨ qđ meretur expē
det. In vnum ſane finem putamus ꝙ bonitas
dei per Chriſtū ſuum vniuerſam reuocet crea
turam: ſubactis & ſubditis etiam inimicis.Sic
enim dicit ſancta ſcriptura. Dixit dominꝰ do
mino meo:ſede a dextris meis: Donec ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Qꝫ
ſi minus nobis manifeſtum eſt:quid in hoc in-
dicet propheticus ſermo:ab Apoſtolo diſca-
mus apertius dicente:ꝙ oportet Chriſtum re-
gnare donec ponat omnes inimicos ſub pedi-
bus ſuis. Quod ſane iſta quidem apoſtoli tam
apta ſententia ſatis nos edocuit. Quid ſit ini-
micos poni ſub pedibus:audi adhuc eum in cō
ſequentibus.Oportet enim ei omnia eſſe ſub-
iecta. Quæ ergo eſt ſubiectio qua Chriſto de-
bent eſſe omnia ſubiecta? Ego arbitror quia
hæc ipſa:qua nos quoq̨ optamus ei eſſe ſubie-
cti:qua ſubiecti ei ſunt & apoſtoli: & om̄s ſan-
cti q ſecuti ſunt Chriſtū. Subiectionis enim no
mē qua Chriſto ſubiicimur,ſalutem,q̄ a Chri-
ſto eſt,indicat ſubiectorum: ſicut et Dauid di-
cebat:Nonne deo ſubiecta erit anima mea? ab
ipſo enim ſalutare meum.
¶ Talem igitur finem videntes cum omnes
inimici ſubiecti erunt Chriſto:et cum nouiſſi-

me inimicus deſtruetur mors: & cũ tradetur
a Chriſto cui omnia ſubiecta ſunt regnũ deo
patri: ab iſto inquã tali fine rerũ contẽplemur
initia. Semper enim ſimilis eſt finis initiis. Et
ideo ſicut vnus omniũ finis: ita vnum omniũ
intelligi debet initiũ: & ſicut multorum vnus
finis: ita ab vno initio multę differentiæ: ac va
rietates: quæ rurſum per bonitatẽ dei & ſubie
ctionẽ Chriſti: atq; vnitatem ſpiritus ſancti in
vnũ finẽ qui ſit initio ſimilis reuocantur: oẽs. ſ.
hi q in noĩe Ieſu genu flectentes per hoc ipſum
ſubiectionis ſuæ inſignia declararunt: qui ſũt
cœleſtium: terreſtriũ: & infernorum. In quibꝰ
tribus ſignificationibus omnis vniuerſitas in-
dicatur. Hi videlicet qui ab vllo vno initio ꝑ
ſuis vnuſquiſq; motibus varie acti per diuer-
ſos ordines pro merito diſpenſati ſunt. Non
enim in his bonitas ſubſtãtialiter inerat ſicut
in deo: & Chriſto eius: & in ſpiritu ſancto.
¶ In hac enim ſola trinitate: quæ eſt auctor om
nium: bonitas ſubſtãtialiter ineſt: cæteri vero
accidentẽ eam: ac decidentẽ habẽt: & tunc ſũt
in beatitudine: cũ de ſanctitate: ac ſapientia: &
de ipſa diuinitate participant. Si vero ab hu-
iuſmodi participatione negligant: atq; diſſi-
mulent: tunc vitio proprię deſidię alius citius
alius tardius: plus alius: alius minus ipſe ſibi
cauſa ſui lapſus: vel caſus efficitur. Et quomo
do (vt dicimꝰ) caſus iſte: vel lapſus quo de ſta
tu ſuo quiſq; declinat: q̃plurimam in ſe habet
diuerſitatem pro mentis ac propoſiti motibꝰ:
ꝙ alius leuius: alius grauius ad inferiora decli
nat: in hoc iam iuſtum iudicium dei prouiden
tiæ: vt vnicuiq; ſecundum diuerſitatem mo-
tuum pro merito ſui deceſſus, & cõmotiõis oc
currat.
¶ Ex his ſane qui in illo initio permanſerunt
C quod futuro fini ſimile eſſe deſcripſimꝰ: quidã
ex ipſis vel ordinatione: ac diſpenſatione mun
di: ordinem angelicum ſortiuntur: alii virtu-
tum: alii principatuũ: alii poteſtatum: quo in
eos videlicet exerceant poteſtatem qui habe-
re ſuper caput indigent poteſtatem: alii thro
norum ordinẽ. i. iudicandi vel regendi eos qui
hoc indigent habentes officium: alii domina-
tionũ ſine dubio ſuper ſeruos: qui omnia eis ꝑ
merito: & profectibus ſuis quibus in dei parti
cipationem immutatoinemq; profecerãt: ęquo
iuſtoq; iudicio diuina contulit prouidentia.
cau Hi vero qui de ſtatu primæ beatitudinis moti
te le quidem ſunt: non tamẽ irremediabiliter moti
ge. illis quos ſupra deſcripſimus ſanctis: beatiſq;
ordinibus ſubiecti ſunt ad regẽdũ: quorum ad
iutorio vſi & inſtitutionibus: ac diſciplinis ſa-
lutaribus reformati: redire ac reſtitui ad ſtatũ
beatitudinis poſſunt. Ex quibus æſtimo: prout
ego ſentire poſſum: hũc ordinẽ humani gene-
ris inſtitutum: qui vtiq; in futuro ſæculo: vel
ſuperuenientibus ſęculis cũ cęlũ nouũ: & ter-
ra noua ſecũdum oẽs iã cœperit: reſtituetur ĩ
illã vnitatem quã promittit dominus Ieſus di-
cens ad deum patrẽ pro ſuis diſcipulis. Non ꝓ
iſtis rogo ſolũ: ſed pro omnibus qui credituri
ſunt per verbũ eorũ in me: vt omnes vnũ ſint:
ſicut ego in te pater: & tu in me: & iſti in no-
bis vnũ ſint. Et iteꝝ vbi ait: Vt ſint vnum ſicut
& nos vnũ ſumus. Ego in ipſis: & tu in me: vt
ſint & ipſi conſummati in vno. Et ſicut confir-
mat nihilominus Paulus apoſtolus dicens: Do
nec occurramus omnes in vnitate fidei in vi-
rum perfectũ: & in menſura ætatis plenitudi-
nis Chriſti. Et ſicut idẽ apoſtolus iam eos etiã
in præſenti vita in eccleſia poſitos: in qua vti-
q; futuri regni eſt forma: ad hanc eandẽ vnita
tis ſimilitudinẽ cohortatur dicens: Vt eadẽ di
catis omnes: & nõ ſint in vobis ſchiſmata: ſitis
autẽ perfecti in vno eodemq; ſenſu: atq; in vna
eademq; ſcientia. ¶ Sciendũ tamẽ eſt quoſdam no
qui ex vno principio qđ ſupra diximus delapſi a
ſunt in tantam ĩdignitatem: ac malitiã vt ĩdi-
gni habiti ſint inſtitutione hac: vel eruditione
qua per carnẽ humanum genus adiutorio vir
tutum cœleſtiũ inſtituitur: atq; eruditur: ſed
econtrario etiam aduerſarii: atq; repugnãtes
his, q eruditũtur: atq; imbuũtur exiſtũt. Vnde
& agones quoſdam atq; certamina oĩs hæc ha
bet vita mortaliũ: reluctantibꝰ. ſ. & repugnan
tibus aduerſum nos his ſine vllo reſpectu qui
de ſtatu meliori dilapſi ſunt: qui appellantur
diabolus: & angeli eius: cæteriq; ordines ma-
litiæ: quos apoſtolus de virtutibus contrariis
nominauit. Iam vero ſi aliqui ex his ordinibꝰ
qui ſub principatu diaboli agunt: ac malitiæ
eius obtemperant: poterunt aliquando in fu-
turis ſæculis conuerti ad bonitatem: pro eo ꝙ
eſt in ipſis liberi facultas arbitrii: an vero per-
manens & inueterata malitia velut in naturã
quãdam ex conſuetudine conuertatur: etiam
tu qui legis probato: ſi omnimode neq; in his
quæ videtur temporalibus ſęculis: neq; in his
quę non videntur & æterna ſunt: penitꝰ pars
iſta ab illa etiam finali vnitate: atq; conuenien
tia diſcrepabit.
¶ Interim tam in his quæ videntur: & tem- cau
poralibus ſæculis: q̃ in illis quæ non viden- te le
tur & æterna ſunt: omnes iſti pro ordine: pro ge.
ratione: pro modo: & meritorum dignitati-
bus diſpenſantur: vt alii in primis: alii in ſe-
cundis: nonnulli etiam in vltimis tempori-
bus: & per maiora: ac grauiora ſupplicia: nec-

non & diuturna:ac multis(vt ita dicam)ſæ-
culis tolerata aſperioribus emendationibus
reparati:& reſtituti eruditionibus primo an
gelicis tũ deinde etiã graduũ virtutibus: vt
ſic per ſingula ad ſuperiora ꝓuecti vſq; ad ea
quæ ſunt inuiſibilia & æterna peruenĩat: ſin-
gulis videlicet qbuſq; cœleſtiũ virtutũ offi-
ciis quadã eruditiõe in ſpecie peragratis. Ex
quo vt opinor hoc conſequentia ipſa videtur
oſtendere: vnãquãq; rationabilẽ naturã poſſe
ab vno in alterum ordinẽ trãſire: & per ſingu
los in omnes: & ab omnibus in ſingulos ꝓue-
nire: dũ acceſſus profectuum defectuũ ve va-
rios ꝓ motibus vel conatibus propriis vnuſ-
quiſq; pro liberi arbitrii facultate ꝓpetitur.

A ¶ Quoniam ſane viſibilia quædam dicit eſſe
Paulus & temporalia: alia vero præter hæc i
uiſibilia & æterna: quærimus quomodo hæc
quę videntur tẽporalia ſint: vtrum ne pro eo
ꝙ nihil omnino poſthæc erũt in omnibꝰ illis
futuris ſpatiis ac ſęculis: quibus diſperſio illa
vniꝰ prĩcipii atq; diuiſio ad vnũ eundẽ modũ
ac ſimilitudinẽ reparetur: an ꝓ eo ꝙ habitus
quidẽ eorũ quæ videntur tranſeat: non tamẽ
eorum qualitas omnimode corrumpatur. Et
Paulus quidẽ videtur id qđ poſterius diximꝰ
cõfirmare cũ dicit: Trãſiet enim habitꝰ huiꝰ
mũdi. Sed & Dauid cũ dicit: Cæli peribũt tu
autẽ permanes: & omnes ſicut veſtimentum
veteraſcent: & velut amictũ mutabis eos: ſi-
cut veſtimentum mutabuntur: eadem videt
oſtendere.

¶ Si enim mutabũtur cęli: vtiq; non perit qđ
mutatur: & ſi habitus mũdi tranſit: non omi
mode exterminatio: vel perditio ſubſtantiæ
materialis oſtenditur: ſed immutatio quædã
fit qualitatis/atq; habitus tranſformatio.

¶ Eſaias quoq; cũ prophetiam dicat: quia erit
cœlum nouũ & terra noua: ſimilẽ ſine dubio
ſuggerit intellectum. Innouatio nãq; cœli &
terræ: & trãſmutatio huiꝰ mũdi: & ĩmutatio
cœlorũ: his ſine dubio ꝓparabit q per illã viã
quã ſupra oſtendimꝰ iter agẽtes ad illũ finem
beatitudinis tẽdũt: cui etiã ipſi inimici ſubii-
ciendi dicũtur: in quo fine oĩa & in omnibus
dicitur eſſe deus. In hoc fine ſiquis materialẽ
naturam: id eſt corporeã penitus interiturã
putet: nullo omnino genere intellectui meo
occurrere poteſt: quomõ tot: & tãtę ſubſtãtię
vitam agere & ſubſiſtere ſine corporibus poſ
ſunt cum ſolius dei. i. patris & filii & ſpiritus
ſancti naturę id propriũ ſit: vt ſine materiali
ſubſtantia: & abſq; vlla corporeę adiectiõis ſo
cietate intelligat ſubſiſtere. Alius fortaſſe di
cet quoniam in illo fine oĩs ſubſtãtia corpora

lis ita pura erit: atq; purgata vt ætheris in
modũ & cęleſtis cuiuſdã puritatis atq; ſynce
ritatis poſſit intelligi. Certiꝰ tamen q̃liter ſe
habitura ſit res: ſcit ſolus deus: & ſiq eius per
Chriſtũ, & ſpiritum ſanctum amici ſunt.

De incorporeis & corporalibus.
Capitulum ſeptimũ.

HAec quidem q̃ ſuperiꝰ diſſe B
ruimꝰ in generali nobis ſer
mone digeſta: ſunt per cõſe
quẽtiam magis intellecta q̃
definito dogmate ꝑtracta-
ta atq; diſcuſſa: de rationa-
bilibus naturis: ſecũdum eũ locũ quẽ de patre
& filio & ſpiritu ſancto ꝑ noſtris viribꝰ expo
ſuimus. Nũc ergo videamꝰ quæ ſint de qbus
diſſerere in cõſequentibꝰ cõuenit ſecũdũ do
gma noſtrum. i. ſecundum eccleſię fidem.

¶ Omnes animæ atq; omnes rationabiles na
turæ factæ ſunt: quoniã quidem omnia: a deo
per Chriſtũ facta ſunt: ſicut generaliter Ioan
nes docet in euãgelio dicẽs. In principio erat
verbũ: & verbũ erat apud deum: & deus erat
verbum: Hoc erat in principio apud deum.
Omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factũ
eſt nihil. Per ſpecies autem & numeros ordi
nemq; deſcribens ea quæ facta ſunt Paulus a
poſtolus: diſſerit hoc modo: quo omnia oſten
dit facta eſſe per Chriſtũ dicens: Et omnia in
ipſo creata quæ in cœlis: & quæ in terra: ſiue
viſibilia: ſiue inuiſibilia: ſiue dominationes:
ſiue principatus: ſiue poteſtates: omnia per
ipſum: & in ipſo creata ſunt: & ipſe ante om
nes: & ipſe eſt caput. Manifeſte ergo in Chri-
ſto & per Chriſtum facta eẽ omnia: & creata
pronuntiat: ſiue viſibilia quæ ſunt corpora-
lia: ſiue inuiſibilia: quæ nõ alia etiam arbitror
q̃ ĩcorporeas: ſpiritualeſq; virtutes. Horum
autem quæ corporea: vel incorporea genera
liter dixerat vt mihi videtur in ſequentibus
enumerat ſpecies. i. ſedes: dominationes: prin
cipatus: poteſtates: virtutes.

¶ Hæc autem a nobis prædicta ſint volenti-
bus per ordinem ad inquiſitiõem ſolis: & lu-
nę: vel ſtellarum per conſequentiam ꝓuenire
vtrũ inter principatus haberi conueniat pro
eo ꝙ dicuntur in principatum diei facta: vel
noctis: an putanda ſint iſtum ſolẽ habere prin
cipatũ diei: ac lunã noctis: quos illuminando
officium gerũt: non tamen ſint de illo ordine
principatuũ principes. Veruntamen cum di
cit quia oĩa per ipſum facta ſunt: & ĩ ipſo crea
ta ſunt oĩa ſiue q̃ in cœlis ſunt: ſiue q̃ ſunt in

terra: non poteſt dubitari ꝙ etiam ea quæ in
firmamẽto ſunt: qđ cœlũ vtiq; appellatur: in
quo luminaria iſta poſita eſſe dicuntur: inter
cœleſtia eſſe numerentur. Cum deinde omnia
facta eſſe: vel creata: & in his quæ facta ſunt ni
cau hil eſſe qđ nõ bonũ: malũq; recipiat: atq; vtri
te le uſq; capax ſit: ſermo diſputationis inuenerit:
ge. quomõ putabitur conſequens qđ etiã nr̃orũ
quidam de ſole: & luna: vel de ſyderibus opi-
nantur: vt incõuertibiles ſint: & cõtrarii inca
paces? idq; nonnulli etiã de ſanctis angelis: hę
retici vero etiam de animabus quę apud illos
ſpirituales naturæ appellantur: ęſtimauerũt.
C ¶Primo ergo videamus quid ipſa ratio de ſo
ca le, & luna, ac ſtellis inueniat: ſi rectũ eſt quod
ue. quidã putant, inconuertibilitatis eos eſſe alie
nos. & quãtũ fieri poteſt de ſanctis ſcripturis
primũ adhibeatur aſſertio. Iob nãq; ita videt̃
oſtendere: ꝙ non ſolũ ſtellæ poſſunt eſſe ſubdi
tę peccatis: verũetiam ꝙ mundæ nõ ſint a cõ
tagione peccati. Ita namq; ſcriptum eſt. Stellę
quoq; non ſunt mundę in conſpectu eius. Qđ
non vtiq; de corporis earum ſplendore ſentit̃
(verbi cauſa) vt ſi diceremus veſtimentum
non eſt mũdum. qđ ſi ita intelligatur ad con-
ditoris ſine dubio reuocatur iniuriam: ſiquid
immundum in ſplendore earum corporis ac
cuſetur. Si eñ per induſtriã ſuã: neq; lucidiꝰ
ſibi corpus aſſumere: neq; minus purum per
deſidiam poterunt: cur quaſi nõ mũdæ ſtellæ
culpabuntur: ſiue quę mũdę ſunt laudabunt̃?
ca ¶Sed vt hæc manifeſtiꝰ intelligi poſſint: etiã
ue. illud primo debemus inquirere: ſi animantia
hæc eſſe & rationabilia intelligi fas eſt, tũ de-
inde vtrũ aĩę ipſarũ pariter cũ ſuis corporibꝰ
extiterunt: an anteriores ſuis corporibus vi-
deantur. Sed & poſt cõſummationẽ ſæculi ſi
intelligendum eſt eas relaxandas eſſe corpo-
ribus: & ſicut nos ceſſamus ab hac vita, etiam
ipſa & a mũdi illuminatione ceſſabunt. q̃uis
hoc inquirere audaciæ cuiuſdam videatur.
Quando tamen captandæ veritatis ſtudio
prouocamur: quæ poſſibilia nobis ſunt: ſecun
dum gratiã ſpiritus ſancti ſcrutari: & perten
tare non videtur abſurdum. Putamus ergo
D poſſe ea per hoc animãtia deſignari: ꝙ & mã
ca data dicuntur accipere a deo: quod vtiq; non
ue. niſi rationabilibus animãtibus fieri ſolet. Ait
ergo. Mandatum ego omnibus ſtellis præce-
pi. Quæ aut ſunt iſta p̃cepta? ſcilicet vt vnũ
quodq; aſtrum ſuo ordine ſuiſq; curſibus in-
dultæ ſibi quãtitatis ſplendorẽ præbeat mun
do. Aliis enim qui vocantur planetæ mouen
tur ordinibus: aliis hi quos aplanes vocant.
In quo id manifeſtiſſime oſtẽditur: ꝙ neq; mo
tus illius corporis ſine anima effici poteſt: ne
ꝙ quæ animantia ſint: poſſint aliquando eſſe
ſine motu. Stellæ vero cum tanto ordine: ac
tanta ratione moueãtur: vt in nulla prorſus
curſus earũ aliquando viſus ſit impeditꝰ: quo
modo nõ ẽ vltra omnem ſtoliditatem tãtũ or
dinem tantãq; diſciplinę rationis obſeruan-
tiã dicere ab irrationabilibꝰ exigi vel expleri?
Apud Hieremiam ſane etiam regina cęli lu-
na eſſe memoratur.
¶Quod ſi animatæ ſunt ſtellæ: & rationabiles ca
ſine dubio videbitur inter eas & profectꝰ ali- ue.
quis & deceſſus. hoc eñ qđ ait Iob: ſtellæ non
ſunt mũdę in conſpectu eius: talẽ mihi quãdã
videtur indicare intellectum.
¶Iam vero ea quæ animantia eſſe, & rationa
bilia, conſequentia diſputatiõis inuenit: vtrũ
cum corporibus pariter animata videantur
eo tempore: cum dicit ſcriptura: quia fecit de
us duo luminaria magna: & luminare ma-
ius in principatum diei: & luminare minus
in principatum noctis: & ſtellas: an non cum
ipſis corporibus: ſed extrinſecus factis iam
corporibus inſeruit ſpiritum? E
¶Ego quidẽ ſuſpicor extrinſecus inſertũ eſſe
ſpiritũ: ſed operę p̃cium videbit̃ de ſcripturis ca
hoc oſtẽdere. Nã per cõiecturam facilis aſſer ue.
tio eſſe videbitur: ſcripturarũ aũt teſtimonio
vtiq; difficilius affirmatur. Nã per cõiectu-
ras ita poſſibile eſt oſtendi. Si hoĩs anima quę
vtiq; inferior eſt dũ hominis anima eſt: nõ cũ
corporibus facta: ſed extrĩſecus proprie ꝓba-
tur iſerta: multo magis eorũ animãtium quę
cœleſtia deſignantur. Nam quantũ ad hoĩes
ſpectat: quomodo cũ corpore ſimul facta anĩa
videbitur eius qui in ventre ſuũ fratrem ſup
plantauit: id eſt Iacob? aut quomodo ſimul cũ
corpore facta eſt anima vel plaſmata eius qui
adhuc in ventre matris eius poſitus replet̃ꝰ
eſt ſpiritu ſancto? Ioannem dico tripudiantẽ
in vtero matris: & magna exultatione gaudẽ
tem: & ſe iactãtem pro eo ꝙ ſalutationis vox
Mariæ ad aures Elizabeth ſuæ matris adue-
nerat? Quomodo cũ corpore ſimul facta eſt:
& plaſmata etiam illius anima qui anteq̃ in
vtero formaretur notus eſſe deo dicit̃: & an-
teq̃ de vulua ꝓcederet ſanctificatus eſt ab eo?
Ne forte nõ iudicio: nec ꝑ meritis replere ali
quos deus videatur ſpiritu ſancto: & ſanctifi
care non merito. Et quomodo effugiemus il
lam vocem quæ ait. Nũqđ iniuſtitia eſt apud
deũ? Abſit. Vel illud. Nũquid pſonarũ acce-
ptio eſt apud deũ: Hoc eñ conſequitur eã de-
fenſiõem: qua animas ſubſiſtere ſimul cũ cor
poribus, aſſeueratur.

A ¶Quantū ergo ex comparatione humani ſta
tus coniici poteſt conſequens puto multo ma
gis hæc de cœleſtibus ſentiēda quæ etiam in
hoībus ratio ipſa & ſcripturæ auctoritas vi-
detur oſtēdere. ¶Sed videamus ſiquā ꝓprie
etiā de ipſis cœleſtibus ſignificantiā iā apud
ſcripturā ſanctam poſſim⁹ inuenire. Paulus
apoſtolus ait ita. Quoniam (inquit) vanitati
creatura ſubiecta eſt nō volēs: ſed propter eū
qui ſubiecit in ſpe: qa & ipa creatura liberabi
tur a ſeruitute corruptionis in laudē gloriæ
filiorū dei. Cui obſecro vanitati creatura ſub
iecta eſt: vel quæ creatura: vel quomō non vo
lens: vel ſub qua ſpe? Quo aūt modo ipa crea-
tura liberabitur a ſeruitute corruptiōis? Sed
& alibi ipſe apoſtolus ait. Nā expectatio crea
turę reuelationem filiorū dei expectat. Et ite
rum alibi ait: Nō ſolum autem nos: ſed & ipa
creatura cōgemiſcit: & parturit vſq; nūc. vñ
inquirendū eſt quid ſit gemitus: vel qui ſunt
dolores eius.
¶Et primo ergo videam⁹ quę eſt vanitas cui
creatura ſubiecta eſt. Ego quidē arbitror nō
eſſe aliam vanitatē q̄ corpora. Nā licet æthe-
reū ſit corpus aſtrorū; tamē eſt materiale. vn
de & Salomon mihi vniuerſam corporeā na
turā velut oneroſam quodāmō & vigorē ſpi
rituū retardantē hoc mō videt appellare: va
nitas vanitatum & oīa vanitas dixit Eccleſia
ſtes. Oīa vanitas: reſpexi eñ (inquit) & vidi
vniuerſa q̄ ſub cœlo ſunt: & ecce oīa vanitas.
¶Huic ergo vanitati creatura ſubiecta eſt:
illa pręcipue quę vtiq; maximū in hoc mūdo
obtinet principatū operis ſui: & illa quæ egre
ca gia: id eſt ſol: & luna: & ſtellæ vanitati ſubie-
ue. cta dicūtur corporibus indita: atq; ad illumi
nandi officium humano generi deputata. Et
non (inquit) volens creatura hæc vanitati
ſubiecta eſt. Non eñ voluntate exhibendum
ſuſcepit miniſterium vanitati; ſed quomodo
volebat ille qui ſubiiciebat propter eum qui
ſubiecit: promittēs his quæ nō voluntate ſub
debātur ꝙ expleto magnifici operis miniſte-
rio liberabūtur ab hac ſeruitute corruptiōis
& vanitatis cū redemptionis glorię filiorum
dei tēpus aduenerit. Qua ſpe accepta: & quā
promiſſionem complendam ſperās vniuerſa
creatura congemiſcit nunc interim: vtpote
etiam affectum habens erga eos quibus mini
ſtrat: condolet: per patientiam quæ promiſſa
ſunt ſperās. ¶Intuere etiā illud: ſi forte apta-
ri poteſt illa vox Pauli his qui licet non volē
tes: pro voluntate tamen eius qui ſubiecit &
pro repromiſſione ſpei vanitati ſubiecti ſunt
qua ait. Optarem enim reſolui: vel redire: &
eſſe cum Chriſto. multo enim melius. Et pau
lo poſtea quidem dicit: ſed permanere in car-
ne magis neceſſarium puto propter vos. Sol
vero poteſt dicere. Permanere autem puto
in hoc cœleſti & lucido corpore magis neceſ
ſarium propter reuelationem filiorum dei.
Eadem ſane etiam de luna & ſtellis ſentienda
ſunt & dicenda. cau
¶Videamus nunc quę ſit etiam libertas crea te
turæ: vel quæ abſolutio ſeruitutis. Cum tra- lege
diderit Chriſtus regnū deo & patri: tūc etiā
iſta animantia cum prius regnū Chriſti fue-
rint effecta ſimul cum omni regno etiam pa
tri regenda tradentur vt cū deus erit in om
nibus: etiam iſta cum ſint ex omnibus ſit & in
iſtis deus in omnibus.

De angelis. Capitulum Octauum.

Similí quoq; ratiōe & iam de B
angelis vtendum puto: nec
æſtimandū ꝙ fortuito acci-
dat vt illi angelo illud iniū-
gat officiū (verbi gratia)
vt Raphaeli: curandi: & me
dendi opus. G agrieli bellorum prouidentia.
Michaeli mortalium preces: ſupplicationeſq;
curare. Hæc enim officia promeruiſſe eos nō
aliter putandū eſt q̄ ex ſuis quęq; meritis: &
ſtudiis: ac virtutibus quæ ante mundi huius
compagem geſſerint: ſuſcepiſſe tamen deīde
in archangelico ordine illud: vel illud officii
genus vnicuiq; deputatum: alius vero in an-
gelorū ordine meruiſſe deſcribi: & agere ſub
illo vel illo archangelo: vel illo duce: vel prin
cipe ordinis ſui. Quæ omnia (vt dixi) nō for
tuito: atq; indiſcrete: ſed aptiſſimo: & iuſtiſſi
mo dei iudicio ordinata ſunt; & pro meritis
diſpoſita ipo iudicāte: & probāte. Vt illi qdē
angelo Epheſiorū committi eccleſia debeat:
Illi vero alii Smyrnenſiū. & ille qdē angelus
vt ſit Petri: alius vero vt ſit Pauli. Tū demū
per ſingulos minimorum q ſunt in eccleſia: q
vel q cōſcribi ſingulis debeāt angeli: qui etiā
quotidie videant faciē dei; ſed & quis debeat
eſſe angel⁹ q circūdet ī circuitu timētiū deū.
¶Quæ vtiq; omnia nō caſu; neq; fortuito ge
ri; neq; qa naturaliter tales facti ſunt ęſtiman
dū eſt: ne etiā in hoc factoris inæqualitas ac-
cuſet: ſed pro meritis: & virtutibus: ac ꝓmiis
cuiuſq; vigore & ingenio deferri: a iuſtiſſimo
moderatore oīm credēdū eſt deo: ne forte in-
curramus in illas ineptas: atq; impias fabulas
eoꝝ q naturas ſpūales diuerſas: & ob hoc a di
uerſis cōditoribus inſtitutas tā in cœleſtib⁹

ꝙ etiã inter animas hominũ fingũt: dũ & vni eidemꝙ cõditori diuerſas naturas rationabiliũ creaturarũ aſcribi videt̃ abſurdũ: ſicut vere abſurdũ eſt: & cã tñ ei⁹ diuerſitatis ignorat̃. ¶ Aiunt eñ: cõſequens nõ videri vt vn⁹ atꝙ idem conditor nulla extante cauſa meritorũ aliis poteſtatem dominationis iniungat: alios ſubiiciat dominantibus: aliis tribuat principatũ: alios ſubiectos faciat principibus eſſe. Quæ vtiꝙ omnia (vt ego ęſtimo) conſequentia ratiõis hui⁹ quã ſupra expoſuim⁹ redarguit: atꝙ cõfutat. Per quã cauſa diuerſitatis ac varietatis in ſingulis qbuſꝙ creaturis oſtẽditur ex ipſarum motib⁹: vel ardẽtiorib⁹: vel pigrioribus: ſecũdũ virtutẽ: vel ſecũdũ malitiã: nõ ex diſpẽſantis inæqualitate deſcẽdere Sed quo facilius hęc ita eſſe in cęleſtib⁹ agnoſcantur: de his quæ inter hoĩes geſta ſunt: vel geruntur: proferamus exẽpla: vt cõſequẽter ex viſibilibus etiã inuiſibilia cõtemplentur.

C ¶ Paulum vel Petrum ſine dubio ſpiritualis naturæ confirmant. Cum ergo multa cõtra pietatem Paulus egiſſe inueniatur: in eo ꝙ perſecutus eſt eccleſiam dei: cumꝙ Petrus peccatum graue cõmiſerit: vt ancilla oſtiaria interrogante ſe, cum iuramento affirmarit: neſcire ſe quis ſit Chriſtus: quomodo iſti: qui ſecũdum illos ſpirituales ſunt: in peccata huiuſmodi corruerũt: maxime cũ ſoleãt frequẽter diſſerere: & dicere: qm̃ nõ poteſt arbor bona malos fruct⁹ facere? Et ſi vtiꝙ arbor bona nõ poteſt fructus malos facere: ſecundũ ipſos vero de radice bonę arboris erãt Petrus & Paulus: quomõ iſtos fructus tã peſſimos attuliſſe putãdi ſunt? Qꝫ ſi reſpõderit ea ꝙ cõminiſci ſolent: quoniam nõ Paulus perſecut⁹ eſt: ſed alius neſcio qs q erat ĩ Paulo: neꝙ Petrus negauit: ſed alius negauit in Petro: quare Paulus ſi nihil peccauerat dixit: Quia nõ ſum dignus vocari apoſtolus: quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei? Cur aũt & Petrus alio peccante ipſe fleuit amariſſime? Ex quo omnes quidẽ illorum ineptię arguentur.

¶ Secundũ nos vero nihil eſt in omni rationabili creatura: quod non tam boni ꝙ mali ſit capax. Sed non continuo: quia diximus nullam eſſe naturam quæ nõ poſſit recipere malum: idcirco confirmamus omnem naturam recepiſſe malum. i. malã effectã: ſed ſicut eſt dicere ꝙ omnis hominis natura recipit vt poſſit nauigare: non tamen ex eo & omnis nauigabit: et iterũ omni homini poſſibile eſt diſcere artẽ grãmaticã: & medicinã: nõ tamẽ idcirco ideo oſtenditur omnis homo vel medic⁹: vel grãmaticus: ita ſi dicimus nullã eſſe naturã quæ non poſſit recipere malũ: nõ tñ cõtinuo etiam recepiſſe malum deſignatur.

¶ Secundũ nos namꝙ ne diabolus quidẽ ipſe incapax fuit boni: nõ tamen idcirco qui potuit recipere bonũ etiã voluit: vel virtuti operã dedit. Sicut eñ per hęc quę de prophetis exẽpla ꝓtulimus, edocetur: fuit aliquãdo bonus cũ in paradiſo dei in medio cherubin verſaretur. Sicut ergo iſte habuit quidẽ in ſe: vel virtutis recipiẽdę: vel malitiæ facultatẽ: & a virtute declinans tota ſe mẽte cõuertit ad malũ ita etiã cęterę creaturæ cũ vtriuſꝙ habeãt facultatẽ: ꝑ arbitrii libertate fugiẽtes malũ, adhærent bono. ¶ Nulla igitur natura eſt quæ nõ recipiat bonũ vel malũ: excepta dei natura: quę bonoꝝ omniũ fons eſt: & Chriſti ſapiẽtia. Sapientię enim fons eſt: & ſapientia vtiꝙ ſtultitiã recipere non poteſt: & iuſtitia eſt: ꝙ nunꝙ profecto iniuſtitiam capiet. Et verbũ ẽ: vel ratio: quę vtiꝙ irrationabilis effici nõ poteſt. Sed & lux eſt: & lucẽ certũ eſt ꝙ tenebræ non cõprehendant. Similiter quoꝙ & natura ſpiritus ſancti quæ ſancta eſt nõ recipit pollutionẽ. Naturaliter enĩ: vel ſubſtãtialiter ſancta ẽ. Siq autẽ alia natura ſancta eſt: ex aſſumptione hac: vel inſpiratione ſpiritus ſancti habet vt ſanctificetur: nõ ex ſua natura hoc poſſidens: ſed accidẽs: propter qđ & decidere poteſt qđ accidit: ita & accidentẽ iuſtitiam quis habere poteſt: vnde & decidere poteſt. Vnde & decidere eã poſſibile eſt. Sed & ſapiẽtiam quis accidentẽ nihilominus habet: quis ĩ noſtra poſitũ ſit poteſtate: ſtudio noſtro & vitæ merito ſi ſapiẽtię operã dam⁹ effici ſapiẽtes & ſi ſemꝑ ſtudii curã geramus ſemꝑ ſapiẽtię participes eſſe: & ad nos vel plus, vel minus accidat: ſiue pro merito vitæ: ſiue pro ſtudii quãtitate. Benignitas enim dei ſecundũ ꝙ ſe dignũ eſt prouocat omnia: & attrahit ad beatum finem illum: vbi perit: & aufugit oĩs dolor & triſtitiæ gemitus. Puto ergo ſecũdum ꝙ mihi videtur ꝙ pręcedens diſputatio ſufficienter oſtendit ꝙ nõ indiſcreto, vel fortuito aliquo caſu dominatiões, vel principatus teneãt pricipatum: ſed pro meritis ſuis gradũ dignitatis huius adepti ſunt: licet non ſit noſtrum vel ſcire: vel quærere qui illi actus fuerint per quos ĩ iſtũ ordinẽ venire meruerũt. Sed hæc tamen ſcire ſufficit ad dei æquitatẽ & iuſtitiam demõſtrandã: quia ſecũdum ſententiã apoſtoli Pauli: perſonarũ acceptio nõ ẽ apud deum: qui poti⁹ omnia pro meritis ſingulorum: profectibuſꝙ, diſpenſat. Neꝙ ergo angelorum officiũ niſi ex merito cõſtat: neꝙ poteſtates ex ꝓfectu ſuo agũt poteſtatẽ: neꝙ D

nominant ſedes.i.iudicādi,vel regendi poteſtates:niſi id ex meritis adminiſtret:neq; dominationes contra meritū dominātur.Et eſt vnus iſte ſummus & excellentiſſimus ordo in cœleſtibꝰ rationabilis creaturę glorioſæ officiorum varietate diſpoſitus.

A ¶Similiter ſane etiā de aduerſariis virtutibꝰ ſentiendū eſt:quia ſe in id loci atq; officii prębuerunt:vel hoc ꝙ principatus: vel poteſtates:vel mundi rectores tenebrarū:vel ſpiritualia neqtię:vel ſpiritus maligni: vel dęmonia immunda ſunt:non ſubſtātialiter id habeāt:neq; quia tales etiā creati ſunt:ſed pro motibus ſuis & profectibus qbus in ſcelere ꝑfecerunt hos malitię ſortiti ſunt gradus.Et eſt altiſſimus iſte ordo rationabilis creaturę:qui ſe ita pręceps nequitiæ dedit:vt reuocari nolit magis q̄ nō poſſit:dum ſcelerꝫ rabies iam libido eſt: & delectat.

¶Tertius vero creaturę rationabilis ordo earū quæ ad humanū genꝰ replendū aptę iudicantur a deo.i.animę hoīm profectę eſſe & in illum angelorū ordinē aſſumptę:ex qbꝰ quoſdam videmus aſſumi: illos videlicet qui filii dei facti fuerint:vel filii reſurrectionis:& hi q dereliquerint tenebras: & dilexerint lucem & facti fuerīt filii lucis:vel hi qui oēm pugnā ſuperātes:& pacifici effecti:filii pacis: & filii dei fuerint:vel qui mortificātes membra ſua quæ ſuper terram:& trāſcēdētes nō ſolū corporeā naturā:verūetiam animæ ipſius ambiguos fragileſq; motus:adiunxerit ſe dn̄o facti ex integro ſpiritus:vt ſint cum illo vnus ſp̄us ſemper:cū illo ſingula queq; diſcernentes vſq; quo perueniēt ad hoc vt perfecte effecti ſp̄uales oīa diſcernant ꝑ hoc ꝙ in omni ſanctitate illuminati ſenſu,per verbū & ſapientiā dei a nullo penitus poſſint diſcerni.

B ¶Illa ſane nos nequaq̄ recipienda cenſemus q̄ & a quibuſdā ſuperfluo vel regri: vel aſtrui ſolent.i.ꝙ animæ in tantū ſui deceſſum veniāt:vt naturę rationalis, ac dignitatis oblitæ: etiā in ordinē irrationabiliū animaliū: vel beſtiarū:vel pecudū deuoluātur.Pro quibus etiam quaſdā ex ſcripturis cōmentitias afferre aſtructiones ſolēt.i.ꝙ vel pecus cui ſe mulier contra naturā ſubiecerit,in reatū pariter cū muliere deuocatur:ac lapidari pariter iubeatur:vel ꝙ taurꝰ cornupeta lapidari nihilominus pręcipitur:ſed & ꝙ Balaam aſina os eius deo aperiente locuta eſt:& ſubiugale mutū i hominū voce reſpōdens arguit prophetę iclementiā.Quas nos non ſolum non ſuſcipimꝰ: ſed & oēs has aſſertiones eorum contra fidē noſtrā venientes refutamus: atq; reſpuimus Veruntamen ſuo loco & tempore confutato hoc peruerſo dogmate & depulſo,ea quæ de ſanctis ſcripturis ſūt ab aliis prolata exponemus.

Explicitus eſt Liber Primus.

Incipit Liber Secundus.
Capitulum Primum.

C Onſequēs nūc videtur : licet omnia quę ſuperiori libello diſſerta ſunt,de mūdo atq; eius ordinatione diſſerta ſint,ꝓprie tamē de ipſo mundo pauca repetere:id ē de initio eiꝰ ac fine : vel his quæ ad terminū ac finē eius per diuinā ꝓuidentiā diſpēſantur:ſeu de his q̄ ante mūdum:vel poſt mūdū putantur.

¶In quo primū euidēter apparet quoad om̄s ſtatus eius q eſt varius atq; diuerſus ex rationabilibus & diuinioribus naturis:& ex diuerſis corporibus cōſtans:ſcilicet ex mutis aīantibus:id eſt feris beſtiis:pecudibus: & auibꝰ: atq; oībus quæ in aquis viuunt. Tum deinde ex locis.i.cœli:vel cœlorū:& terrę vel aquæ: ſed & ex eo qui mediꝰ eſt aere:vel quē ętherē dicimus:atq; ex oībus quæ ꝓcedūt:vel naſcūtur ex terra.Cum ergo tanta ſit mūdi varietas : atq; in ipſis rationabilibus aīantibus ſit tanta diuerſitas propter quā etiā oīs reliqua varietas ac diuerſitas putanda eſt extitiſſe: quā cauſam aliā dici oportebat:qua mundus extiterit:præcipue ſi intueamur illū finē per quem oīa reſtituēda in ſtatum initii ſui libro ſupiori diſſertū eſt.Quod vtiq; ſi cōſequēter dictū videt:quam aliā(vt dicimus)cauſam putabimus tantę huius mūdi diuerſitatis:niſi diuerſitatem ac varietatem motuū: ac ꝓlapſum eorum qui ab illa initii vnitate atq; cōcordia in qua a deo primitus ꝓcreati ſunt,deciderūt:& ab illo bonitatis ſtatu cōmoti atq; diſtracti:diuerſis dehinc animorū motibꝰ ac deſyderiis agitati,vnum illud & indiſcretū naturę ſuę bonū pro intentionis ſuæ diuerſitate in varias deduxerūt mentium q̄litates.Deus vero per ineffabilē ſapientię ſuę artē,oīa q̄ quoquo mō fuerit ad vtile aliqd, & ad cōmunem oīm tranſformās ac reparās ꝑfectū:has ipſas creaturas q̄ a ſemetipſis intantū aīorū varietate diſtabāt in vnum quendā reuocat

opis ſtudiiq́ cõſenſum:vt diuerſis licet moti
bus animorum:vnius tamen mũdi plenitudi
nem perfectionis cõſumet:atq́ ad vnum per
fectionis finem varietas ipſa mentiũ tendat.
Vna namq́ virtus eſt quæ omnẽ mũdi diuer
ſitatem cõſtringit et continet: atq́ in vnum
opus varios agit motus ne ſcilicet tã immen
ſum mundi opus diſſidiis ſolueret animoꝝ.

¶Propter hoc em̃ opinãs quidẽ parẽtem om
nium deũ pro ſalute vniuerſarũ creaturarũ
ſuarũ ineffabilẽ verbi ſui:ac ſapientię rationẽ
ita in hoc ſingula diſpenſaſſe vt ſinguli quiq́
ſpiritus:vel animi:vel quomõ appellãdæ ſũt
rationabiles ſubſtantię nõ cõtra arbitrii liber
tatẽ:vel ĩ aliud q̃ motus mẽtis ſuę ageret co-
gereẽt: & ꝑ hoc & adimi ab his videreẽt liberi
facultas arbitrii.Qđ vtiq́ qualitatẽ iã natu-
rę ipſius immutabat:& diuerſi mot⁹ ꝓpoſiti
earum ad vnius mũdi cõſonãtiam cõpetẽter
atq́ vtiliter aptarentur dum alię iuuari ĩdi-
gent:alię iuuare poſſint:alię vero ꝓficientib⁹
certamina atq́ agones mouent:in q̃bus eorũ
probabilior habereẽt induſtria:& certior poſt
victoriã reparati grad⁹ ſtatio tenereẽt:q̃ per-
difficultates laborantiũ conſtitiſſet.

¶Quis ergo in diuerſis ſit officiis ordinat⁹
nõ tamen diſſonans atq́ a ſe diſcrepãs mũdi
totius intelligẽdus eſt ſtatus: ſed ſicut corp⁹
noſtrũ vnum ex multis membris aptum ẽ:&
ab vna aĩa continetur:ita vt vniuerſũ mũdũ
velut animal quoddã immane opinãdũ puto
qđ quaſi ab vna anima virtute dei: ac ratio
ne teneatur.Qđ etiam a ſancta ſcriptura in-
dicari arbitror per illud qđ dictum eſt per ꝓ
phetã.Nonne cœlum & terrã ego repleo di-
cit dñs! Et iterũ.Cœlũ mihi ſedes:terra autẽ
ſcabellum pedũ meorũ. Et quod Saluator cũ
ait nõ iurandũ neq́ per cœlũ quia ſedes dei ẽ
neq́ per terram:quia ſcabellũ pedum ei⁹ eſt.
Sed illud quod ait Paulus cũ apud athenien-
ſes cõcionaretur dicens:quoniam in ipſo viui
mus:& mouemur & ſumus. Quomodo.n.in
deo viuimus & mouemur & ſumus: niſi q́ in
virtute ſua vniuerſum cõſtringit & cõtinet
mundum!Quomodo aũt cœlũ ſedes dei eſt:
& terra ſcabellũ pedum eius: ſicut & ipſe Sal
uator pronunciat:niſi quia & in cœlo & ĩ ter
ra virtus ei⁹ replet vniuerſa ſicut & dicit do
minus.Quomodo ergo parens oĩm deus vni
uerſum mundũ virtutis plenitudine repleat
atq́ contineat ex his quæ oſtẽdimus:nõ puto
quicq̃ difficulter annuere.

D ¶Clam ſane quomodo diuerſos motus rationa
bilũ creaturarũ:variaſq́ ſententias cauſam
dediſſe diuerſitatis mũdo huic ſermo ſupio-
ris diſputationis oſtendit:videndũ ne forte ſi
mul cũ initio exit⁹ quoq́ huic mũdo cõueni-
at.Dubiũ em̃ nõ eſt quin finis ipſius ĩ diuerſi
tate multa adhuc & varietate repiend⁹ ſit: q̃
vti varietas in huius mundi fine deprẹhenſa
rurſus diuerſitatum alterius mũdi poſt hũc
futuri occaſiones præſtabit: q́ ſcilicet huius
mundi finis initium ſit futuri.

¶ Qꝫ ſi hæc ita eſſe ordo diſputationis inue-
nit conſequens nunc videtur:quoniam mun
di diuerſitas ſine corporibus ſubſiſtere nõ po
terit naturæ corporeæ diſcutere rationem.

¶Ex rebus ipſis apparet q́ diuerſam variãq́
permutatiõem accipiat natura corporea:ita
vt poſſit ex oĩbus in oĩa tranſformari:ſicut
(verbi gratia dixerim)lignum in ignem ver
titur:& ignis in fumũ:& fumus in aerẽ. Sed
& olei liquor in ignẽ mutatur. Eſcæ quoq́ ip
ſæ vel hoĩm:vel animaliũ nõne eandẽ ꝑmuta
tionis cauſam declarãt!Nam quodcũq́ illud
eſt qđ per cibum ſumpſerim⁹ in corporis no
ſtri ſubſtãtiã vertitur.Sed qualiter aqua mu
tatur in terram:vel in aerem: & aer rurſus ĩ
ignem:vel ignis in aerem:vel aer in aquam: q̃
uis non ſit difficile exponere: tamen in præ-
ſenti loco ea ſufficit tantũmodo cõmemoraſ
ſe volenti corporalis materiæ diſcutere rati-
onem.

¶Materiam ergo intelligimus quæ ſubiecta
eſt corporibus.i.ex qua inditis atq́ inſertis q̃
litatibus corpora ſubſiſtunt.Qualitates autẽ
quatuor dicimus:calidam:frigidã: aridã: hu
midam.Quę quatuor e qualitate ὕλησ id eſt
materiæ inſertę qa materia ꝓpria ratione ex
tra has eſſe inuenitur quas ſupradixim⁹ q̃li-
tates diuerſas corporũ ſpecies efficiũt:hęc ta
men materiã q̃uis(vt ſupra diximus)ſecun
dum ſuã propriã rationem ſine qualitatibus
ſit:nunq̃ tamen ſubſiſtere extra qualitatem ĩ
uenitur.Hãc ergo materiam quę tãta & talis
eſt vt ſufficere ad oĩa mundi corpora quę eſſe
deus voluit:queat & conditori ad quaſcunq́
formas velit:& ſpecies famuletur in omnib⁹
& ſeruiat recipiens qualitates quas ipſe vo-
luerit imponere:neſcio quomodo tanti ac ta-
les viri ingenitã.i.nõ ab ipſo deo factã cõdito
re omniũ putauerũt:ſed fortuitã quandã ei⁹
naturã virtutẽq́ dixerunt. Et miror quomõ
iſti culpẽt qui vel opificem deum: vel ꝓuidẽ
tiam huius vniuerſitatis nõ negant:& impie
eos ſentire arguũt:q́ tantum mundi opus ar
bitrentur ſine opifice vel ꝓuiſore cõſtare: cũ
ipſi quoq́ ſimilem culpam impietatis incur-
rant ingenitã dicentes eſſe materiã: deoq́ in
genito coæternam.

A ¶Secundū hāc ergo ratiōē ſi ponamus (verbi gratia) materiā fuiſſe: non vt iſti diſſerunt dicētes: qa deus nō potuerit aliqd facere cū nihil eſſet: ſine dubio futurus erat otioſus materiā non habēs ex qua poſſit opari: quā ei nō ſua puiſione: ſed fortuito ſentiūt affuiſſe: videturq; eis ꝙ hoc qd fortuito īuentū eſt ſufficere ei poterit ad tāti operis molem: & ad ſuę virtutis potentiā: qd totius ſapiētiæ ſuę ſuſcipiens rationē diſtingueret ac formaretur ad mundum. Quod mihi perabſurdum videret & eorū eē hoim: q virtutē atq; intelligentiam ingenitę naturæ penitus ignorant. Sed vt rationē rerum poſſimus dilucidius intueri: concedatur paulisper nō fuiſſe materiā: & deum cum nihil eſſet prius feciſſe vt eſſent ea quæ eſſe voluit: Quid: putabimus qa meliorē: aut maiorē: aut alterius generis materiā factur⁹ eſſet deus: q̄ ex ſua virtute & ſapientia pferebat: vt eſſet quæ ante non fuerat? An inferiorem & deteriorē: an ſimilē atq; eandē? vt eſt illa quā iſti ingenitā dicunt. Et puto cuiuis facillime pateat intellectus: ꝙ neq; melior: neq; inferior potuiſſet mūdi formas ſpecieſq; ſuſcipere niſi talis fuiſſet qualis iſta eſſet quę ſuſcepit. Et quomodo ergo nō videbit impium id īgenitū dicere: qd ſi factū a deo credat tale ſine dubio inuenitur quale & iſtud eſt qd īgenitum dicitur?

¶Vt aūt ex ſcripturarū auctoritate hæc ita ſe habere doceamus: audi quomodo in Macchabeorum libris: vbi mater ſeptē martyrū vnū ex filiis cohortatur ad toleranda tormenta: ait enim: Rogo te fili reſpice cœlū & terram: & ad omnia quę in eis ſunt: & videns hoc ſcito quia deus hæc omnia cum non eſſent fecit. Sed & in libro paſtoris in primo mandato ita ait: Primo omnium crede quia vnus eſt deus qui omnia creauit: atq; compoſuit: & fecit ex eo qd nihil erat vt eſſent vniuerſa. Fortaſſis ad hoc reſpicit etiam illud quod in pſalmis ſcriptum eſt: quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Nam quod ait: quia ipſe dixit & facta ſunt: videtur oſtendere ſubſtantiam dici eorum quæ ſunt: qd vero ait: mandauit & creata ſunt: de qualitatibus dictum videtur quibus ſubſtantia ipſa formata eſt.

De perpetuitate corporeę naturę.

Capitulum ſecundum.

HOc in loco quęrere ſolent q̄dam: vtrū ſicut ingenitum filiū generat pater: & ſpiritum ſanctū profert nō quaſi qui āte nō erat: ſed quia origo & fons filii vel ſpirit⁹ ſācti pater eſt: & nihil in his anterius poſteriuſ ve ītelligi poteſt: ita etiā ad materiā corporalem ſimul quędā ſocietas: vel propīquitas poſſit intelligi. B Quam rem vt plenius atq; intentius inueſtigent: illuc ſolent initium diſputationis inflectere: vt inquirant ſi hæc ipſa natura corporea quæ ſpiritualium & rationabilium mentiū vitas fert: & continet: motus pari cum ipſis æternitate perferet: an vero abſoluta interibit & peribit?

¶Quod vt poſſit ſcrupuloſius deprehendi: quęrendū primo videtur: ſi poſſibile eſt penitus incorporeas remanere rationabiles naturas: cū ad ſummū ſanctitatis ac beatitudinis venerīt: qd mihi quidem difficillimū & pene impoſſibile videtur: an neceſſe eſt eas ſemper coniunctas eſſe corporibus. Si ergo poſſet qs oſtēdere rationem qua poſſibile eſſet eas omīmode carere corporibus: conſequens videbitꝰ ꝙ natura corporea ex nihilo per īterualla tēporū procreata: ſicut cū nō eēt effecta eſt: ita & eſſe defineret cum vſus eius miniſterii præteriſſet. Si vero impoſſibile eſt hoc vllo modo affirmari: id eſt ꝙ viuere pręter corp⁹ poſſit vlla alia natura pręter patrē & filiū & ſpiritū ſanctū: neceſſitas cōſequētiæ ac rationis coarctat intelligi: prīcipaliter qdē coarctatas eſſe rationabiles naturas: materialē vero ſubſtantiam opinione quidē & intellectu ſolum ſeparari ab eis: & pro ipſis vel poſt ipſam effectam videri: ſed nunq̄ ſine ipſa ea vel vixiſſe vel viuere. ſolius namq; trinitatis incorporea vita exiſtere recte putabitur.

¶Vt ergo ſuperius dixim⁹ materialis ſubſtātia huius mundi habens naturam quę ex omnibus ad omnia tranſformatur: cū ad inferiores quoſq; trahitur: ī craſſiorem corporis ſtatum: ſolidioreq; formaē: ita vt viſibiles iſtas mundi ſpecies variaſq; diſtinguat: cum vero cau
perfectioribus miniſtrat: & beatiorib⁹ ī fulgo te le
re cœleſtium corporum micat: & ſpiritalis ge.
corporis indumentis, vel angelos dei: vel filios reſurrectionis exornat: ex quibus omnib⁹ diuerſus: ac varius mundi complebitur ſtatus.

¶Verum ſi plenius hęc diſcutere libet: oportebit attentius & diligentius cum omni metu & reuerentia perſcrutari ſcripturas diuinas: ſiquis forte in his talibus arcanis & recā

ditus ſit arcanus ſenſus:ſi quid in abſcōſis & recōditis(ſancto ſpiritu demonſtrante his q̄ digni ſunt)poterit īueniri:cū plura teſtimonia de hac ipſa ſpecie fuerint congregata.

De initio mundi & cauſis eius. Capitulum tertium.quod caute legendum eſt.

C SVpereſt vt poſt hęc reqramus vtrū ante hunc mundū qui nunc eſt mūdus alius fuerit: & ſi fuit,vtrū talis fuerit qualis iſte q̄ nunc eſt : an paulo differentior: vel inferior : aut omnino non fuerit mundus ſed tale aliquid fuerit qualem illum intelligimus poſt omnium finem futurum cum tradetur regnum deo & patri:qui nihilominus alterius mundi fuerit finis:illius.ſ. poſt quē hic mundus cœpit lapſus:an varius & intellectualium naturarum ꝓuocauerit deū ad iſtā variā,diuerſamq̧ cōditionē mūdi . Sed & illud ſimiliter requirendū puto:vtrū poſt hūc mūdum curatio aliqua & emēdatio erit aſperior quidē & doloris plena erga eos qui verbo dei obedire noluerūt:per eruditionē vero: ratiotionabileq̧ inſtitutionē ꝑ quā poſſent ad locupletiorē ꝓficere veritatis intellectū hi qui in pręſenti iam vita in hoc eſſe ſtudio didicerūt & mentibus purgatiores effecti capaces iam hui⁹ diuinę ſapiētię effecti ſunt: & ſi poſt hāc vitam ſtatim finis oīm cōſequet̄:& pro correctione & emendatiōe eorum qui talibus indigent,alius rurſus mundus erit:vel ſimilis iſti q̄ nūc eſt:vel huic melior:aut multo deterior Et qualiſcūq̧ erit ille poſt hunc mundū q̄diu erit:aut ſi oīno nō erit:& ſi erit aliquando cū nullus vnq̄ ſit mūdus: aut ſi fuit aliquādo cū mundus non fuerit oīno:aut ſi fuerint plures vel erunt:aut ſi accidat aliquando vt alter alteri ęqualis & ſimilis per oīa atq̧ indiſcretus eueniat.

¶ Vt ergo manifeſti⁹ appareat vtrum materia corporalis ꝑ materiā ſubſiſtat : & ſicut nō fuit anq̄ fieret: iterū reſoluat̄ vt iterū nō ſit: videamus primū ſi fieri poteſt vt viuat ſine corpore.Si em̄ aliquis poteſt viuere ſine corpore:poſſunt & omnia eſſe ſine corpore.Omnia enim ad vnum finem tēdere ſuperior tractatus edocuit.Si autem omnia poſſunt carere corporib⁹:ſine dubio nō erit ſubſtātia corporalis cuius vſus nullus exiſtet. Et quomodo ſentiemus illud q̄d dixit apoſtolus in his locis in quibus de reſurrectiōe diſputat mortuorum:cum ait:Neceſſe eſt aūt corruptibile hoc induere incorruptionē : & mortale hoc īduere immortalitatem.Cū autē corruptibile hoc induerit īcorruptionē: & mortale hoc induerit immortalitatē:tūc fiet ſermo qui ſcriptus eſt:abſorpta eſt mors in victoria : vbi eſt mors victoria tua ! vbi eſt mors ſtimul⁹ tu⁹! Aculeus aūt mortis peccatū:virtus aūt peccati lex.Talem autem quendā videtur apoſtol⁹ ſuggerere ītellectū.Q̄d em̄ ait : Corruptibile hoc:& mortale hoc:velut tangentis:& oſtēdētis affectu:cui alii cōuenit niſi materię primę!

¶ Hæc ergo materia corporis q̄ nunc corruptibilis eſt,induet incorruptionē:cū perfecta anima & dogmatibus incorruptionis inſtructa vti eo cœperit. Et nolo mireris ſi indumētum corporis perfectā animā dicimus:quæ ꝓpter verbum dei & ſapiētiā eius nūc incorruptio nominatur : cū ipſe vtiq̧ qui eſt domin⁹ & creator animę Ieſus Chriſtus indumētum ſanctis eſſe dicat:ſicut apoſtolus dicit. Induite dominū Ieſum Chriſtū.Sicut ergo chriſt⁹ indumētum eſt animę:ita intelligibili quadā ratione etiam anima indumentum dicitur eſſe corporis.

¶ Tale eſt ergo q̄d dicit̄:Neceſſe ē corruptibile hoc induere incorruptionem: vt ſi diceret naturā hanc corruptibilē corporis neceſſe eſt indumentum accipere īcorruptiōis animam habentē in ſe incorruptionē: pro eo videlicet ꝙ induta eſt Chriſtū qui eſt ſapiētia & verbū dei.Cum aūt vitę participauerit corpus hoc quod aliquādo glorioſius habebimus:tunc id quod immortale ē accedit vt etiam incorruptibile fiat.Siquid nāq̧ mortale eſt: hoc continuo & corruptibile eſt:nō tn̄ ſi quid corruptibile eſt:hoc etiā mortale dici poteſt.Deniq̧ lapidē vel lignū corruptibilē quidē dicim⁹ non tn̄ etiam mortalē conſequenter dicem⁹. Corpus vero q̄d vitæ participat:ex eo ꝙ ſeparari ab eo vita poteſt & ſeparat̄ conſequenter nominamus:& ſecūdum alium quoq̧ intellectum etiam corruptibile dicimus. E

¶ Mira ergo ratione ſanctus apoſtolus ad generalem primam cauſam reſpiciens materię corporalis:cui⁹ materię aīę vſū ſemp habent in qualibet qualitate poſitæ:nūc quidē carnali:poſtmodum vero ſubtiliori:& puriori quę ſpiritalis appellatur:Neceſſe eſt ait corruptibile hoc induere incorruptionē.Secūdo vero ad ſpiritualē corporis reſpiciens cauſam ait. Neceſſe eſt mortale hoc induere īmortalitatem.Incorruptio aūt & īmortalitas q̄d aliud erit niſi ſapiētia & verbū & iuſtitia dei: q̄ formant animam:& iduūt:& exornāt! Et ita fit

vt dicatur quia corruptibile incorruptionem induet:& mortale imortalitatem. Nūc etiā ſi valde ꝓficiamus:tamen quodāmodo ſolum ex parte cognoſcimus:& ex parte prophetamus: & per ſpeculum in ęnigmate videmus ea ipa q̃ videmur intelligere:& nōdū corruptum hoc induit incorruptionem:neq; mortale ab imor talitate circundatur. Et quodāmodo ſine dubio in lōgius ꝓtrahetur noſtra hęc corruptio: videlicet vſquequo ipſa corpora noſtra quib⁹ circūdati ſumus ꝓpter verbū dei & ſapientiā ad perfectā iuſtitiā & icorruptionē deuenerit & mortale hoc induerit immortalitatem.

¶ Veruntamen hi qui putant id nunq̃ decere irrationabiles creaturas; poſſunt in hoc loco talia quędam mouere. Si verum eſt ꝙ corruptibile hoc induet incorruptiōem: & mortale hoc iduet immortalitatem; & ꝙ abſorbeatur in victoria mors:nō aliud q̃ materialē naturā exterminādam declarat; in qua operari mors aliquid poterat:dum hi qui ſūt in corpore per naturam materiæ corporalis mentis acumini vident obiiciendi. Si vero extra corp⁹ ſunt tunc omnem moleſtiā huiuſmodi ꝑturbatiōis effugient. Sed quomodo nō ad omne indumētum corporeum effugere poterūt? Pri⁹ in ſubtilioribus ac purioribus immorari corporibus ęſtimādi ſunt:quo vltra nec a morte vinci:nec aculeo mortis compūgi præualeant; vt ita demum paulatim ceſſante natura materiali; & abſorbeatur mors:& etiā extermineť in finem atq; omnis aculeus eius penitus retundať per diuinā gratiā:cū eius capax effecta aīa incorruptionē:atq; imortalitatē meruerit adipiſci. Et tunc merito diceť ab oībus: Vbi mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Acule⁹ autem mortis peccatum eſt. Si ergo hoc hēre cōſequētiā videtur:reliquum eſt vt ſtatus noſter aliquādo incorpore⁹ futur⁹ eſſe credať; quod ſi recipitur:& oms ſubiiciendi Chriſto eē dicūtur:neceſſe eſt vt in oībus & hoc deferatur: in quos peruenit ſubiectio Chriſti:qa oēs qui ſubiecti ſunt Chriſto:in finem quoq; ſubiecti erūt deo patri cui regnum traditur⁹ diciť Chriſt⁹ & ita videť vt tūc etiā vſus corporū ceſſet. Si aūt ceſſat:in nihilū redit ſicut & ante nō erat.

¶ Sed videamus quid eis occurrat qui hoc ita
A aſſerunt. Videbitur enim eē neceſſariū vt ſi exterminata fuerit natura corporea:ſecundo iterū reparanda ſit & creanda:poſſibile em̄ videť vt rationabiles naturæ a qbus nunq̃ aufertur liberi facultas arbitrii:poſſint iterū aliquibus motib⁹ ſubiacere:indulgente hoc ipſum dn̄o: ne forte ſi immobilē ſemꝑ teneant ſtatū:ignorent ſe dei & non ſua virtute in illo fine beatitudinis conſtitiſſe. Quos mot⁹ ſine dubio rurſum varietas corporum & diuerſitas ꝑſequtur: ex qua mūdus ſemꝑ adornať: nec vnq̃ poterit mundus niſi varietate ac diuerſitate cōſtare: ꝙ effici nullo genere poſſunt extra materiam corporalem.

¶ Iam vero qui indiſſimiles ſibi ac per oīa pares aliquando euenire cōfirmāt:neſcio quibus id poſſint aſſerere documentis. Si em̄ ſimilis ꝑ oīa mundus diciť:erit vt iterū Adam vel Eua eadē faciāt quę fecerunt. Idē iterū erit diluuiū atq; idem Moyſes rurſum populū ſexcēta fere milia numero educet ex ægypto; Iudas quoq; bis dominū tradet:Paulus ſecundo lapidantiū Stephanū veſtimēta ſeruabit:& oīa quę in hac vita geſta ſunt etiā gerenda dicētur. Quod nō puto ratione aliqua poſſe firmari: ſi arbitrii libertate aguntur animę:vel ꝓfect⁹ ſuos:vel deceſſus ꝑ voluntatis ſuę ſuſtinēt poteſtate. Nō em̄ curſu aliquo in eoſdē circulos poſt multa ſęcula reuolutę aguntur animę:vt hoc vel illđ vel agant:vel cupiant:ſi quocūq; ꝓprii ingenii libertas intenderit illo geſtorum ſuorum dirigit curſum.

¶ Tale em̄ eſt qđ ab iſtis dicitur:vt ſiquis velit aſſerere,ꝙ frumenti medimnū ſi ꝓfundatur in terrā:poteſt fieri vt iidem & penitus idiſcreti ſecundo accidant caſus granorū:ita vt vnūqđq; granū iuxta ꝓfuſum iaceat ſecūdo:quo primo aliquādo deiectū eſt:& eodē ordine:eiſdemq; diſperſum ſit ſignis:qbus fuerat primo diffuſum. Quod innumerabilibus medimni granis impoſſibile eſt prorſus accidere:etiā ſi per diuerſa ſęcula indeſinenter:ac iugiter effundātur. Ita ergo impoſſibile mihi videtur eodem ordine:eiſdēq; modis naſcentiū:& morientiū: & agentiū quid ſecūdo poſſe reparari:ſed immutationibus innūeris diuerſos poſſe mūdos exiſtere:ita vt ꝑ manifeſtis qbuſq; cauſis melior ſtatus ſit alterius mūdi: & ꝑ aliis inferior & ꝑ aliis medi⁹ qdā ſtatus. Qui aūt veriſſim⁹ modus horū ſit:ego me neſcire fateor. Siquis aūt poſſet oſtendere:libentius diſcerem.

¶ Verūtamē multorꝝ ſclorꝝ finis dr̄ eē hic mundus:q & ipſe ſæculū dr̄. Docet aūt ſctūs apl'us ꝙ Chriſt⁹ ī eo ſclo qđ āte hoc fuit nō eſt paſſ⁹ ſed nec in illo qdem qđ ante ipm̄ fuit:& neſcio ſi enumerare ſufficiā quāta fuerunt anteriora ſæcula in quib⁹ paſſus non eſt. Ex quib⁹ aūt ſermonibus Pauli ad occaſionem huius intelligētiæ (vt verū ꝓferā) facile deueniemus, ait em̄. Nunc vero ſemel in conſummatione ſęculorū ad refellendū peccatum ꝑ hoſtiā ſui manifeſtatus eſt. Semel em̄ ait hoſtiā effectū:& in cōſummatione ſæculorū ad refellendū peccatum eſſe

cau te le ge

manifeſtatũ. Qꝫ autẽ poſt hoc ſæculũ quod ad conſummationem aliorum ſęculorũ dicitur factum: erunt alia ſęcula ſuperuenientia: manifeſte ab ipſo Paulo didicimus dicente: Vt oſtẽderet in ſæculis ſupuenientibꝰ ſuperabundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos. Nõ dixit in ſæculo ſupueniente: neq̃ in duobus ſæculis ſupuenientibus: vnde arbitror multa ſæcula iudicio ſermonis illius declarari. Si vero aliqd eſt ſæculis maius: ita vt in creaturis quidem ſęcula intelligant: in aliis vero quæ excedunt & ſupgrediũtur: viſibiles creaturas (qđ erit forte in reſtitutione omniũ cũ ad perfectũ finem vniuerſa peruenient) id fortaſſe plus aliquid eſſe q̃ ſæculũ intelligendũ eſt: in quo erit omniũ cõſummatio.

B ¶Mouet aũt in hoc ſcripturæ ſanctæ auctoritas quæ dicit in ſæculũ. Et adhuc enĩ qđ dicit plus aliquid ſine dubio q̃ ſæculum vult intelligi. & vide ne illud quod dicit Saluator: qa volo vt vbi ego ſum & iſti ſint mecum: & ſicut ego & tu vnum ſumus: & iſti ſint in nobis vnũ oſtendere videatur plus aliquid q̃ eſt ſæculum et ſæcula: forte etiam pluſq̃ eſt ſæcula ſęculoꝝ id videlicet cum iam non in ſęculo ſunt omĩa: ſed omnia, & in omnibus deus.

¶His pro noſtris viribus de mũdi ratione diſſertis nõ incõgruum etiã videtur ipſius mũdi appellatio quid ſibi velit inquirere. quæ appellatio in ſcripturis ſanctis diuerſa ſignificans frequenter oſtenditur. Quod latine mundũ dicimus græce κόσμος appellatur. κόσμος autem non ſolum mundum: ſed & ornamentum ſignificat. Deniq̃ in Eſaia vbi ad principes filias ſion increpationis ſermo dirigitur: & dicitur: Per ornamentum capitis aurei caluitium Hebręis propter opera tua ornamẽtum: ibi eo nomie quo mũdũ apellauit, idem κόσμος ſcribit. Dicit etiã ĩ indumẽto põtificis mundi ratio contineri: ſicut in ſapientia Salomonis ĩuenimus: cũ dicit: Quia ĩ veſtimẽto poderis erat vniuerſus mundus.

¶Mundus dicitur etiã noſter cũ habitatoribꝰ ſuis orbis terrarũ iſte: ſicut cũ ſcriptura dicit Omnis mũdus in maligno poſitꝰ eſt. Meminit ſane Clemens apoſtolorũ diſcipulus etiã eorũ quos   greci nominãt: at q̃ illius partes orbis terrę ad quas neq̃ noſtrorum quiſq̃ accedere põt: neq̃ ex illis q ibi ſunt quiſq̃ trãſire ad nos: quos & ipſos mundos appellauit cum ait. Oceanꝰ intrãſibilis eſt hoibꝰ & hi qui trans ipſum ſunt mũdi: q his eiſdẽ dominatoris dei diſpoſitionibus gubernant. Dicitur etiam mũdus iſta vniuerſitas quæ eſt ex cœlo & terra: ſicut Paulus ait. Trãſiet eñ habitus huius mundi.

¶Deſignat ſane & alium quendã mundũ præter hunc viſibilẽ etiã dñs & ſaluator: quẽ reuera deſcribere & deſignare difficile eſt: ait nãq̃ Ego nõ ſum de hoc mundo. Tanq̃ enim ex alio quodã eſſet mundo ita dicit: q̃ nõ ſum de hoc mundo. Cuius mundi difficilem nobis eſſe expoſitionẽ idcirco prædiximus: ne forte prębeatur aliqbus occaſio illius intelligentiæ: qua putent nos imagines quaſdam quas græci nominant ideas, affirmare. Quod vtiq̃ a noſtris alienum eſt: mundum incorporeum dicere in ſola mentis phantaſia: vel cogitationum lubrico conſiſtẽtem. Et quomõ Saluatorẽ inde eſſe vel ſanctos quoq̃ illuc ituros poterunt affirmare non video. Verũtamẽ præclarius aliqđ & ſplẽdidius q̃ iſte qui præſens eſt mũdus indicari a ſaluatore nõ dubiũ eſt: in quo etiã credẽtes in ſe tẽdere prouocat: & hortat. Sed vtrũ mũdꝰ iſte quem ſentiri vult ſeparatus ab hoc ſit lõge q̃ diuiſus: vel loco: vel qualitate: vel gloria: an gloria quidem: qa qualitate præcellat: intra tamen huius mũdi circunſcriptionẽ cohibeatur qđ & mihi magis veriſimile videt. Incertũ tñ eſt vt ego arbitror humanis adhuc cogitationibus, & mentibꝰ inuſitatum. Ex his tñ q̃ Clemens viſus eſt indicare cum dicit: Oceanus intranſmeabilis eſt hoĩbus: & hi mundi qui poſt ipm ſunt: q poſt ipſum ſunt mũdos pluraliter nominans: quos & eadem dei ſummi ꝓuidẽtia agi: regiq̃ ſignificat: ſemina quędam nobis huiuſmodi intelligentię videt aſpergere: quo putetur oĩs quidẽ vniuerſitas eorũ quę ſunt atq̃ ſubſiſtũt cœleſtiũ: & ſupcœleſtiũ: terrenorũ: ĩfernorũq̃ vnus & pfectus mũdus gñaliter dici: intra quẽ vel a quo cęteri ſiqui illi ſũt: putãdi ſunt contineri. Vnde voluit qdẽ globũ lunę vł ſolis: cæterorũq̃ aſtrorũ (quos planetas vocãt) per ſingula mũdos noĩari. Sed & ipm ſupeminẽtẽ quẽ dicunt   globum nihilo minus mũdũ appellari volũt. Deniq̃ etiã Baruch ꝓphetæ librũ in aſſertionis huiꝰ teſtimoniũ vocãt: qđ ibi de. vii. mundis vel cęlis euidẽtius indicat eſſe: tñ ſuper illam ſphærã quã dicunt: volũt aliã: quã ſicut apud nos cœlũ cõtinet oĩa q̃ ſub cœlo ſunt: ita illam dicunt ĩmẽſa quadã ſui magnitudine & ineffabili complexu ſpatia vniuerſarũ ſphęrarũ ãbitu magnificẽtiore cõſtrĩgere: ita vt oĩa ĩtra ipam ita ſint ſicut ẽ hęc terra nr̃a ſub cęlo: q etiã ĩ ſcripturis ſctĩs terra bona & terra viuẽtiũ credit noĩari: habẽs ſuũ cęlũ illđ qđ ſupiꝰ: in quo cœlo ſctoꝝ noĩa ſcribi: vel ſcripta eẽ dicũt a ſaluatore. quo cœlo cohibet illa terra atq̃ concludit quã ſaluator in euãgelio mitibꝰ & mãſuetis ꝓmittit. cau tele ge.

Et illi⁹ namq; terræ noïe etiã hãc nr̃am cui ari da prius nomẽ fuerat:cognominatã volunt:ſi cut & firmamẽtum hoc cęlum illius cęli voca bulo nuncupatum eſt.

A ¶Verum de huiuſcemodi opinionibus plenius in illo loco tractauimus:cum requireremus quid eſſet ꝙ in principio fecit deus cœlum & terrã. Aliud em̃ cœlum & alia terra iudicat̃ eẽ ꝗ illud firmamentũ qđ poſt biduum factũ dici tur:vel aridã quæ poſtmodum terra nuncupa tur. Sane hoc qđ dicunt quidã de hoc mundo quomodo corruptibilis quidẽ eſt ex quo factus eſt:nec tamen corrumpit̃:qa corruptione fortior & validior eſt voluntas dei:qui fecit eum & continet illum ne ei corruptio dominet̃: rectius ſentiri iſta poſſunt de eo mũdo quem ἀκηράτων ſphęrã ſupra dixim⁹:q ex volũtate dei nequaꝗ corruptioni ſubiaceat: pro eo ꝙ nec cauſas corruptionis accepit. Sanctorũ quippe eſt:& ad liquidũ perfectorũ mundus ille:& nõ impiorum ſicut iſte noſter.

¶Vidẽdum autem eſt ne forte in hoc reſpiciẽs apoſtolus dixerit:ꝑſpicientibus vobis nõ ea ꝗ videntur:ſed ꝗ non vidẽtur. Quæ enim nõ vi dentur ęterna ſunt:quæ autẽ vident̃ tẽporalia ſunt. Scimus aũt quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluat̃:ędificationem habem⁹ a deo domum nõ manu factã ęternam in cœlis:cum alibi dicatur:qa videbo cœ los tuos opera digitorũ tuorũ. Et de oĩb⁹ viſi bilib⁹ per ꝓphetam dixit: qa manus mea fecit hæc oĩa. Iſtam æternã domũ quã ſanctis ꝓmittit in cœlis manu factam nõ eſſe ꝓnũtiat: differentiam ſine dubio creaturę in his quę vident̃ oſtendens. Non enim idẽ intelligit̃:ea ꝗ non vi dentur:& ea ꝗ viſibilia ſunt. Ea nãq; quæ ſunt inuiſibilia:nõ ſolũ nõ vidẽtur: ſed ne naturã q dẽ habent vt videri poſſint ꝗ gręci ἀσώματα .i. ĩcorporea appellarunt. Hęc aũt de quib⁹ Paulus dixit:quæ nõ vident̃ naturam quidẽ habẽt vt videri poſſint:nondũ tamẽ videri ab his quibus promittuntur exponit &c.

B ¶His igitur trib⁹ opinionibus de fine omniũ & de ſumma beatitudine prout ſentire potuimus adumbrans vnuſqſq; legẽtiũ apud ſemet ipſum diligẽtius & ſcrupulos indicet:ſi poteſt aliqua harũ ꝓbari vel eligi. Dictũ eſt enĩ ꝙ vel incorporea vita agi poſſe putanda ſit: poſteaꝗ Chriſto fuerint ſubiecta:oĩa & in oĩbus deus: vel cũ nihilomin⁹ Chriſto fuerit vniuerſa ſub iecta & per Chriſtũ deo:cũ quo & vnus ſpũs ſe cundũ hoc ꝙ ſpiritus ſunt naturæ ꝙ rationabiles fuerint:tũc ipſa quoq; ſubſtantia corporalis optimis: & puriſſimis ſpiritib⁹ ſociata pro aſſumentium qualitate vel mẽtis in æthereum ſtatum tranſmutata:ſecũdum ꝙ apoſtolus dicit:& nos immutabimur:refulgebit:aut certe ꝙ eorũ quę vident̃ habitu ꝑtereunte omni corruptibilitate decuſſa atq; purgata: oĩsq; huius mũdi ſtatu: ἀκηράτωρ dr̃ ſphęra ſupgreſſo atq; ſuperato:ſup illã quę aplanes dicitur: ſphæ rã:piorũ atq; beatorũ ſtatio collocat̃: quaſi in terra bona:& terra viuorũ quã mãſueti & mi tes hæreditate poſſideant:cuius eſt cœlũ illud quod ambitu magnificentiori: ipſam illam cir cundat & continet terrã:qđ vere cœlũ & prin cipaliter appellatur:in quo cœlo vel terra finis omniũ atq; perfectio tota ac fidiſſima poſſit ſta tione conſiſtere:quo ſcilicet vel hi qui poſt correptionẽ caſtigationẽq; quas pro delictis ꝑtulerant purgationis obtentu expletis oĩbus atq; depenſis ter rę illius habitaculũ mereant̃:hi vero qui verbo dei obedientes fuerũt ac ſapiẽtiæ eius iam hinc capaces ſe obtemperãtes prę buerunt:cœli illius:vel cœlorũ regna promereri dicãtur:& ita dignius cõpleatur illud qđ dictũ eſt:Beati manſueti qa ipſi hęreditate poſ ſidebũt terram: & Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſi hęreditatẽ capient regnũ cœlorũ:& qđ dicit in Pſal. Exaltabit te vt hæredites terram. ad hanc etem̃ terrã deſcendi dicit̃:ad illã autẽ quæ in alto eſt exaltari. Hoc ergo modo videtur quaſi iter quoddã ſanctorũ profectib⁹ aperiri ab illa terra ad illos cęlos vt non tam ꝑ manere in illa terra ꝗ habitare videantur:trãſ ituri ſcilicet cũ id quoq; fecerunt ad hæreditatem regni cœlorum.

Q͛ vnus eſt deus legis & prophetarum & domini Ieſu Chriſti pater.

Capitulum quartum.

His itaq; per ordinẽ prout po C tuimus breuiter digeſtis:cõ ſequens eſt ſecũdũ ꝙ ex ĩitio ꝓpoſuim⁹:cõfutare etiã eos qui putant aliũ deũ patrẽ eẽ dñi nr̃i Ieſu Chriſti:ꝑter illũ ꝗ Moyſi reſponſa legis dabat:vel ꝓphetas mit tebat:q eſt de⁹ patrũ Abraham:Iſaac:& Iacob. oportet em̃ primũ in hac nos fidei ratione firmari. Cõſyderãdũ ergo eſt illud qđ frequẽter in euãgeliis dicit̃: & ſinguliſq; quibuſq; dñi & Saluatoris nr̃i geſtis adiũgit̃:vt impleat̃ qđ di ctũ ẽ per prophetam illũ vel illũ: cũ manifeſtũ ſit qa ꝓphetę illi⁹ ſunt dei q mundum fecit. Ex ipſa ergo cõſequẽtia cõcludit̃:quoniã qui pro phetas miſit de Chriſto ꝗ prædicãda erãt ipſe prædixit. Et dubiũ nõ eſt:ꝙ hęc nõ alienus qſ ꝗ ab eo:ſed pater ipſius prędicebat.

¶Sed & illud ꝙ frequenter exempla de veteri teſtamento a ſaluatore proferunt: vel ab apoſtolis eius: nõ aliud ĩdicat niſi ꝙ auctoritas veteribus a ſaluatore & ab eius diſcipulis adhibetur. Sed illud quod ad benignitatem prouocans diſcipulos Saluator dicit: Eſtote pfecti ſicut & pater veſter cęleſtis perfectus eſt: qui ſolem ſuum oriri iubet ſuper bonos & malos: & pluit ſup iuſtos & iniuſtos: cui etiam exiguæ intelligentiæ viro euidentiſſimũ nõ ſuggerit ĩtellectũ: ꝙ nõ aliũ ad iurandum ꝓponit deus diſcipulis ſuis dominũ niſi factorem cęli: & imbrium prębitorem? Q aũt dicit: quia orantes oporteat dicere: Pater noſter qui es in coelis: quid aliud videtur oſtẽdere niſi deum ĩ melioribus mundi: id eſt creaturæ ſuæ partibus requirendum?

¶Sed & de iuramẽtis optima quædã inſtituta definiens ait: nõ oportet iurare: neq; per coelũ quia ſedes eſt dei: neq; per terrã: quia ſcabellũ eſt pedum eius: nõ ne apertiſſime videtur propheticis vocibus cõſonare qbus dicitur cęlum mihi ſedes: terra aũt ſcabellũ pedũ meorũ? Sed de templo eiiciens eos qui vęndebant oues: & boues: & columbas: effundens quoq; menſas nummulariorũ: & dicẽs tollite iſta hinc: & nolite facere domum patris mei domum negotiationis: patrem ſine dubio dominũ dicebat eum cuius nouum Salomon magnificum templum extruxerat.

¶Sed & illud quod ait: non legiſtis qđ dictũ ẽ a deo ad Moyſem: ego ſum deus Abraham: & deus Iſaac: & deus Iacob: non eſt aũt deus mortuorũ: ſed viuẽtium: manifeſtiſſime nos docet quomodo deum patriarcharum pro eo ꝙ ſancti eſſent & viuerẽt: deum appellabat viuẽtiũ illum ſcilicet qui dixerat in ꝓphetis: ego ſum deus & nõ eſt deus præter me. Sciens nãq; Saluator deum Abraham eſſe eum q in lege ſcriptꝰ eſt: & ipſum eſſe qui dicit: quia ego ſum deus: & non eſt deus præter me: ſiqui ipſum illũ patrem eſſe fatent qui ignorat alium ſuper ſe eſſe deum: ſicut putant hæretici: abſurde eum patrem pronuntiãt qui eminẽtiorem ignorãt deum. Si vero nõ quidem ignorat: ſed fallit: dicens non alium eſſe deum præter ſe: mlto magis abſurdũ eſt ſi mẽdacem patrem ſuum fatetur. Ex quibꝰ omnibꝰ in hanc indaginẽ ſenſus adducitur: qa alium neſciat patrem niſi omnium conditorem & creatorem deum.

D ¶Congruum erit ſi ex oĩbus euangeliorum locis teſtimonia cõgregemus: quibus vnus atq; idem deus legis & euangeliorũ eſſe doceatur Contingemus breuiter etiã de actibus apoſtolorum: vbi Stephanus & apoſtoli preces ſuas dirigunt ad eum deum qui fecit cęlum & terram: & qui locutus eſt per os ſanctorum prophetarum ſuorum ipſum dicẽtes deũ Abrahã Iſaac & Iacob: deum qui eduxit populũ ſuum de terra ægypti. Quę ſententię ſenſum noſtrũ euidentiſſime ſine dubio ad creatoris dirigũt fidem: & affectum eius inſerũt his qui hæc pie de eo fideliterq; didicerunt: ſicut & ipſe ſaluator cũ interrogatus eſſet: quod mandatũ eſſet maximũ oĩm in lege: reſpondit dicens. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua. Secundum autẽ ſimile eſt huic: Diliges proximum tuũ ſicut te ipſum. Et his addidit: quia in iſtis duobꝰ mãdatis tota lex pendet & prophetæ. Quomodo ergo ei quẽ erudiebat: atq; in diſciplinatũ producebat: hoc mandatum ante omnia mãdata cõmẽdat: per quod ſine dubio in deum legis eius cõciliaretur affectus: eo ꝙ ipſis his hæc fuerant a lege prædicata?

¶Sed cõcedatur circa has oẽs euidentiſſimas approbationes: qa de alio neſcio quo deo dicat ſaluator. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo: & reliqua quæ dicta ſunt. Et quomodo ſi lex & prophetę creatoris ſunt ſicut dicũt: id eſt alterius dei præter eum quem aiũt bonum: conſequenter deinde videbitur id qđ addidit legẽ & prophetas: in his duobus pendere mandatis? Quomodo enim quod alienũ & peregrinum a deo eſt: pendebit in deo? Paulus autẽ dicens: gratias ago deo meo cui ſeruio in ſpiritu meo pro auis meis in cõſcientia pura: dilucide oſtẽdit: qa nõ ad aliquẽ nouum deũ niſi Chriſtum venerit. Quos enim alios proauos Pauli oportebit intelligi: niſi eos de qbus ipſe dicit: Hebræi ſunt & ego. Iſraelitę ſunt & ego?

¶Sed & præfatio ipſa epiſtolę eiꝰ ad Romanos hęc eadẽ his q intelligere Pauli literas norunt diligẽter oſtendet: quẽ deũ Paulus pdicat. Ait eñ. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatꝰ apłus ſegregatus in euangeliũ dei: qđ añ ꝓmiſerat per prophetas in ſcripturis ſanctis de filio ſuo q factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdum carnem: qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecũdum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectiõe mortuorũ Chriſti Ieſu dñi noſtri &c. Sed & illud qđ ait. Nõ obturabis os bouis triturantis: nunqd de bobꝰ cura eſt deo: an ꝓpter nos voluit dicere? ꝓpter nos enim ſcriptum eſt: qa in ſpe debet qui arat arare: & qui triturat ſub ſpe fructus percipiendi. In quo euidẽter oſtendit: quia qui legem dedit deus propter nos. i. propter apoſtolos dicit: non obturabis os bouis triturantis: cui cura erat non boum: ſed apoſtolorum qui Chriſti euangelium prędicabãt.

A ¶In aliis quoq; promiſſionē legis amplectens Paul⁹ ipſe ita ait. Honora patrē tuū: & matrē quod eſt mandatū primū in ꝓmiſſione: vt bene ſit tibi: & longęuus ſuper terrā ſis: terrā bonam quā dñs deus tuus dabit tibi. Perſæpe ſine dubio placere ſibi legem: & deum legis: atq; eius iuſſa ꝓnuntiat. Sed qm̄ ſolent interdū huius hęreſis aſſertores per deceptioſa quędā ſophiſmata ſimpliciorū quorūq; corda ſurripere: abſurdū nō puto ſi etiā ea quæ ī aſſertionibus ſuis ꝓferre ſolent ꝓponētes ſubreptionem eorum ac dementiam confutemus.

¶Aiunt igitur. Scriptum eſt: deum nemo vidit vnq̄: ille autem deus quē Moyſes prędicat & ab ipſo Moyſe viſus eſt: & antea a patribus eius: is vero q a ſaluatore annūtiat̃ a nullo penitus viſus eſt. Interrogemus ergo eos: & nos ſi hunc quē fatētur deum: alium eſſe deum q̄ creatorē deum dicunt viſibilē: an inuiſibilē dicāt eſſe? Et ſi qdē dixerint qa viſibilis eſt: ꝑter hoc q contra ſcripturæ ſententiam venire arguentur: quę dicit de ſaluatore: qa imago ē inuiſibilis dei primogenitus oīs creaturę: incurrent etiā in illud abſurdum q deum corporeum eſſe dicant. Nō em̄ aliter videri quis pōt niſi per habitum: & magnitudinem: & colorē quæ ſunt ſpecialia corporū. Et ſi corpus eſſe ꝓnuntietur deus: quoniā omne corpus ex materia eſt: inueniet̃ & deus eſſe ex materia: qđ ſi ex materia ſit: materia autē ſine dubio corruptibilis eſt: erit ergo iam ſecundū illos corruptibilis deus.

¶Rurſum quoq; interrogabimus eos. Materia facta eſt an ingenita: id eſt infecta? Et ſi quidem dixerint infecta eſt: id eſt ingenita: requiremus ab eis ſi materię pars aliqua deus: pars autem mūdus eſt. Si vero reſpōderint de materia qa facta eſt: ſine dubio conſequitur: vt eū quem deum dicūt, factū ī eſſe confiteantur: qđ vtiq; nec ipſoꝝ: nec noſtra ratio admittit. Sed dicēt inuiſibilis eſt deus. Et qd agetis? ſi inuiſibile eum eſſe dicitis per naturā: neq; ſaluatori debet eſſe viſibilis. quimmo & videri deus pater Chriſti dicit̃: qm̄ q videt (inqt) filiū: videt & patrē. Quo vtiq; nos quidam vehementer anguſtāt: a nobis vero rectius non ꝓ vidēdo: ſed ꝓ intelligēdo ſentit̃. Qui enim intellexerit filium, intelliget & patrem.

¶Hoc ergo modo Moyſes etiā deū vidiſſe putādus eſt: nō carnalibus oculis eū intuēs: ſed viſu cordis: ac ſenſu mentis intelligēs: & hoc ex parte aliqua. Manifeſtū em̄ eſt quia faciem (inqt) meam non videbis (ſcilicet qui Moyſi reſpōſa prębebat) ſed poſteriora mea. Quę vtiq; cum eo ſunt intelligenda ſacramento quomodo intelligi cōuenit dicta diuina: abiectis profecto illis & ſpretis anilibus fabulis quę de anterioribus dei ab imperitis poſterioribuſq; fingūtur. Neq; ſane nos impiū aliquid ſenſiſſe arbitremur qđ diximus: quia nūc ſaluatori viſibilis eſt pater. Conſyderent quali diſtinctione aduerſ⁹ hęreticos agentes vtimur. Dixim⁹ em̄ q aliud ſit videre: & videri: & aliud noſſe & noſci: vel cognoſcere atq; cognoſci.

¶Igitur videre & videri corporum res eſt: qđ vtiq; nec patri: nec filio: nec ſpiritui ſancto inter ſe inuicē cōpetēter aptabit̃. Natura em̄ trinitatis modū viſionis excedit his q in corpore ſunt. Idem omnibus reliqs creaturis qualitatē inter ſe inuicem viſionis indulgens. In corporeę vero naturæ & principaliter intellectuali, nihil aliud conuenit niſi noſſe & noſci: ſicut & ſaluator ipſe ꝓnuntiat dicens: quia nemo nouit filium niſi pater: neq; patrem qs nouit niſi filius: & cui voluerit fili⁹ reuelare. Manifeſtum eſt ergo quia nō dixit nemo vidit patrem niſi filius. B

¶Si vero ꝓpter illa quę dicunt̃ in veteri teſtamēto q ira ſcitur deus vel pœnitet: vel ſiqua alia humani affectus paſſio deſignatur: materiam ſibi ad confutandos nos præberi putāt: affirmātes penitus impaſſibilē deum: atq; his oībus carentē affectibus ſentiendi: oſtendēdū eſt eis etiam in euangelicis parabolis habere ſimilia cum dicit: quia is qui plantauit vineā: & locauit eam colonis: qui coloni miſſos ad ſe ſeruos interemerūt: ad vltimū etiam filiū ad ſe miſſum occiderūt: iratus dominus dicitur abſtuliſſe vineam ab eis: & malos colonos male perdidiſſe: & vineam colonis aliis tradidiſſe qui redderēt ei fructus in tempore ſuo. Sed & illos ciues qui profecto patrefamilias accipere ſibi regnum legatos miſerunt poſt eum dicentes: Nolumus eum regnare ſuper nos: impetrato regno ingreſſus paterfamilias & iratus interfici coram ſe iubet: & ciuitatem eorū igne conſumi. Sed & nos ſiue in vetere teſtamento: ſiue in nouo cum de ira dei legim⁹: nō ſecundum literam quę dicuntur aduertim⁹: ſed ſpiritualem intellectum requirimus in talibus: vt ita ſentiamus ſicut intelligere de deo dignum eſt. De quibus ſecundum paruitatem ſenſus noſtri eum ſecundi Pſalmi exponeremus illum verſiculū: Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo cōturbabit eos: prout potuim⁹ qualiter hoc intelligi deberet oſtēdimus.

Finis quarti Capituli.

De iuſto & bono.
Capitulum Quintum.

C Verum quomodo mouet etiã illud quoſdã ꝙ pricipes iſtiꝰ hęreſis diuiſionẽ quandã feciſſe ſibi videnť q̃ dixerũt aliud eẽ iuſtum: aliud bonũ: & in hac diuiſione in diuinitate etiã vſi ſunt: affirmãtes bonũ qdẽ deũ patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti: & non iuſtum eſſe: Iuſtum vero legis & prophetarum deum: nec tamen bonum. Cui quęſtioni reſpondere q̃ potuero breuiter neceſſarium puto.

¶Aeſtimant igiť bonitatẽ affectũ talem quendã eſſe: ꝙ bene fieri oĩbus debeat etiam ſi indignus ſit is cui benefactũ datur: nec bene conſeq̃ mereať. Sed vt mihi videť nõ recte vſi ſũt tali diffinitione: putantes non fieri bene huic cui auſterũ vel triſte aliquid inferť. Iuſtitiã vero putarunt affectũ eſſe talẽ q vnicuiq; prout mereť retribuat. Sed & in hoc rurſum diffinitionis ſuę ſenſum nõ recte interpťanť. Putant eñ quia qd iuſtũ eſt malis mala faciant: bonis bona. i. vt ſecundũ ſenſum ipſoꝝ iuſtus malis nõ videať bene velle: ſed velut odio quodã fieri aduerſus eos: & colligũt ſicubi forte in ſcripturis veteris teſtamẽti inueniũt hiſtoriã referentẽ: verbi gratia: de diluuii pœnis: & eoꝝ q in eo extĩcti referũtur: vel cũ Sodoma & Gomorra ignei ſulphureiq; imbris vaſtatione depopulanť: vel cum in deſerto pro peccatis ſuis mortui decidũt: ita vt nullus ex his q de ægypto fuerant ꝓfecti inueniať terrã ꝓmiſſionis intraſſe pręter Ieſum & Caleph.

¶De nouo aũt teſtamẽto miſericordię: ac pietatis congregãt verba: qbus a ſaluatore diſcipuli informanť: & quibus ꝓnuntiari videtur: quia nemo ſit bonus pręter vnum deũ patrẽ: & per hoc auſi ſunt bonũ quidẽ nominare patrem ſaluatoris Ieſu Chriſti: alium aũt eſſe dicunt mundi deũ: quẽ iuſtum eis: & nõ ſolũ bonum placuit appellare: a qbus primo illud exigendum puto ſi ſecũdũ ſuam diffinitionẽ iuſtum poſſunt oſtẽdere cõditorẽ punientẽ pro meritis: vel eos qui diluuii tempore perierũt: vel Sodomitas: vel eos qui ex ægypto ꝓfecti fuerãt. Sed cũ videamꝰ interdũ multo neqora: & ſceleſtiora committi flagitia q̃ fuerint illa pro quibus hi quos ſupra diximus interempti ſunt: & nondum tamen videmus vnũ quẽq; peccantium pœnam luere meritorum: nunquidnã bonum dicũt effectũ eum qui aliquãdo iuſtus erat? an potius illud putabunt ꝙ iuſtus quidẽ eſt nunc: ſed patiẽter fert humana delicta: tunc vero nec iuſtus quidẽ erat qui innocentes paruulos & lactẽtes ſimul cũ imanibus & impiis extinguebat?

¶Sed hęc ita ſentiũt: quia nihil audire pręter literã norũt: alioquin oſtẽdãt quomodo iuſtũ D
eſt ſecundũ literam in tertiã: & quartã progeniẽ parẽtũ reddi peccata in ſinũ filiorũ: & in filiorũ ipſorũ filios poſt ipſos. A nobis aũt talia iſta nõ ſecũdũ literã intelliguntť: ſed ſicut Ezechiel docuit parabolã eã dicens: requirimꝰ qd ſignificet introrſus ipſa parabola.

¶Sed & illud debent oſtẽdere: quomodo iuſtꝰ ſit: & ꝓ meritis vnicuiq; retribuẽs: q punit terrenos & diabolũ cum nihil dignum pœna cõmiſerint. Nõ eñ poterãt (ſi ſecũdum iſtos naturæ malę & perditæ erant) aliqd boni agere. Nam & ꝙ iudicẽ eum dicunt: non tam geſtorum: q̃ naturarũ iudex videtur. Quippe ſi natura mala benefacere non poteſt: nec bona male. Tum deinde eum quẽ bonũ dicũt: ſi ad omnes bonus eſt: ſine dubio & ad eos qui perituri ſunt bonus eſt. Et quomõ non eos ſaluat? ſi non vult: iam nõ erit bonus: ſi vult & non poteſt: omnipotẽs non erit. Quin potius audiãt in euãgeliis patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti ignẽ præparãtẽ diabolo & angelis eius. Et quomodo iſtud opus tam pœnale: tam triſte ſecundũ ſenſum eorum boni dei videbitur?

¶Sed & ipſe ſaluator boni dei filius in euãgeliis proteſtatur & dicit: quia ſi ſigna & prodigia facta fuiſſent in Tyro & Sydone olĩ: in ſacco & cinere ſedentes pœnitẽtiam egiſſent. Et cum proximis vtiq; ipſis vrbibꝰ acceſſiſſet ingreſſus: cur qſo declinat ciuitates iſtas ingredi: & præſtare eis ſignorum & prodigiorũ copiam: ſi eas his geſtis in ſacco: & cinere certum erat acturas eſſe pœnitẽtiam? Quod vtiq; cum non facit: ſine dubio perditioni eas relinquit: quas malę & perditę vitę non eſſe ipſe euangelii ſermo indicat: qui eas potuiſſe pœnitere deſignat. Sed & in quadam euãgelii nihilominus parabola ingrediẽs rex videre diſcumbentes qui fuerant inuitati vidit quendam non indutum nuptialibus indumentis: & ait ei. Amice quomodo introiſti huc nõ habens indumentũ nuptiale? Tunc ait miniſtris Ligantes ei manus & pedes mittite eum foras in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ: & ſtridor dentium.

¶Dicant nobis quis eſt iſte rex: qui ingreſſus eſt videre diſcumbentes: & inueniẽs inter eos quendam ſordidis indumẽtis: iubet eum vinctum ꝑ miniſtros ſuos in exteriores tenebras detrudi? Nunquid nõ ille eſt quẽ iuſtũ dicũt?

Et quomodo bonos ac malos īuitare iuſſerat: nec merita a miniſtris ſciſcitari præceperat? Per quod vtiꝙ nō iuſti alicuiꝰ (vt iſti dicūt) & pro meritis retribuētis: ſed erga omnes indiſcretæ benignitatis indicatur affectꝰ. Si vero neceſſe eſt hoc de bono deo.i.de Chriſto: vl' de patre Chriſti intelligi: quid illud eſt qđ iuſto dei iudicio obiicitur? Immo qđ tale eſt qđ in deo legis criminatᷣ? Quale eſt: vt eum q̄ ab his ſeruis quos miſerat vocare bonos & malos fuerat inuitatus: iuberet pro ſordidioribꝰ indumētis vinctum manibus: pedibuſꝙ in exteriores tenebras pręcipitari.

¶Et hæc qdē ſufficere debent quæ ex auctoritate aſſumpſimus ſcripturarū ad refellēda ea quę hæretici obtendere ſolent. Non tamen indecens videbitur: ſi etiā ex ratione ipſius cōſequentiæ paucis agamus cum eis.

A ¶Interrogamus ergo eos ſi norunt quę ratio apud hoīes virtutis: ac malitiæ habeatur: & ſi videtur cōſequens eſſe: vt virtutes dicamꝰ in deo: vel (vt ipſis videtᷣ) in duobus iſtis diis Reſpondeāt hi quoꝙ ſi videtur eis eſſe aliqua quod puto ſine dubio fatebuntur: quid etiam dicent de iuſtitia. Nunq̄ profecto vt mihi videtur ita deſipient: vt iuſtitiam negent eē virtutem.

¶Ergo ſi bonum virtus: & iuſtitia virtus eſt. Si vero dixerint nō eſſe bonum iuſtitiā: ſupereſt vt aut malum ſit: aut indifferens. Et quidē dicentibus malum eſſe iuſtitiā: reſpōdere ineptum puto. Videbor enim vel inſanis ſermonibus: vel mente motis hominibus reſpondere. Malum enim quomodo videbitur id quod bonis bona retribuere poteſt: ſicut etiā ipſi fatentur? Si vero indifferens dixerint: cōſequēs eſt: vt cum iuſtitia indifferens ſit: & ſobrietas & prudentia: & omnes reliquę virtutes indifferentes habeātur. Et quid reſpōdebimꝰ Paulo dicenti: ſiqua virtus: ſiqua laus hæc cogitate quæ & didiciſtis: & accepiſtis: & audiſtis & vidiſtis in me?

¶Diſcant ergo perſcrutantes ſcripturas diuinas quę ſunt ſingulæ virtutes: & nō ſurripiāt in hoc quod dicūt: quia eis deus qui vnicuiꝙ ſecundū meritum retribuit malis mala: & nō pro eo ꝙ auſterioribus curari indigent medicamentis hi qui deliquerunt: & poſtea his adhibet ea quę emēdationis proſpectu ad pręſens videntur ſenſum doloris inferre. Non legunt quid ſcriptum ſit de ſpē illorū qui in diluuio perēpti ſunt: de qua Petrus ipſe in prima epiſtola ſua ita ait: quia Chriſtus mortuꝰ quidem carne: viuificatur aūt ſpiritu: in quo pergens ꝓdicauit his ſpiritibus qui in carcere tenebantur: qui increduli fuerant aliquando cū expectarēt dei patientiā in diebus Noe cum fabricaretᷣ arca: in qua pauci.i.octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam: ꝙ & vos ſimili forma nunc baptiſma ſaluos facit.

¶De Sodoma autem & Gomorra dicant nobis ſi credunt creatoris dei eſſe ꝓpheticas voces: eius ſcilicet qui refertur ſuper eos ignis & ſulphuris imbrem pluiſſe. Quid dicit de ipſis Ezechiel ꝓpheta? Reſtituetur (inquit) Sodoma in antiquum. Quid autē affligens eos qui pœna digni ſunt nō pro bono affligit? qui etiam ad Caldæā dicit. Habes carbones ignis: ſede ſuper eos: ipſi erūt tibi adiutorio. Sed & dę his qui in deſerto ceciderūt audiant: quid in lxxvii. pſalmo q̄ Aſaph ſuperſcribitᷣ referatur ait.n. Cū occideret eos tunc exquirebāt eum. Non dicit: quia aliis interfectis: alii requirebant eum: ſed ait quia eorum qui occidebantur talis erat interitus: vt mortificati requirerent deum. Ex quibus omnibus cōſtat vnum eundemꝙ eſſe iuſtum: & bonum legis: & euāgeliorum deum: & benefacere eum iuſtitia: & bonitate punire: quia nec bonū ſine iuſto: nec iuſtum ſine bono dignitatem diuinę poteſt indicare naturæ.

¶Addemus adhuc etiam hoc verſutiis eorū B
compellētibus nos. Si aliud iuſtum q̄ bonum: quoniam bonum malo contrarium eſt: & iuſto īiuſtum: ſine dubio & iniuſtum aliud erit q̄ malum: & ſicut iuſtus apud nos non eſt bonus: ita neꝙ iniuſtꝰ erit malus. Et rurſum: ſicut bonus nō eſt iuſtus: ita & malus nō erit iniuſtus. Quomodo autem nō erit abſurdū: vt deo quidem bono contrarius ſit malus: deo autem iuſto quem inferiorē bono dicimus: cōtrarius nemo ſit? Non enim ſicut ſathanas eſt qui malus dicitur: ita eſt alius aliquis qui dicatur iniuſtus. Quid ergo eſt? Reſcindamꝰ ea quæ defendimus. Non enim poterunt dicere: quia malus non etiam iniuſtus ſit: & iniuſtus malus. Qꝫ ſi in iſtis contrariis indiſſociabiliter inhęret vel malo iniuſtitia: vel iniuſtitiæ malum: ſine dubio & bonus indiſſociabilis erit iuſto: & iuſtus bono: vt ſicut vnam eandemꝙ nequitiam malitiæ & iniuſtitiæ dicimus: ita bonitatis ac iuſtitiæ virtutem vnam eandemꝙ teneamus.

¶Sed iterum ad ſcripturæ nos reuocant verba proferentes illam famoſiſſimam quæſtionē C
Aiunt namꝙ. Scriptum eſt quia nō poteſt arbor mala fructus bonos facere: ex fructu enim arbor cognoſcitur. Quid ergo eſt aiunt? qualis arbor ſit lex ex fructibus ſuis: id eſt ex præceptorum ſermonibus declaratur. Si enim bo

na inueniatur lex: ſine dubio & qui dedit eam
bonus deus eſſe creditur. Si vero iuſta magis
q̃ bona: iuſtus etiā legiſlator putabitur deus.
¶Paulus apoſtolus nulla circuitione vſus ait
Lex ergo bona eſt: & mādatum ſanctum & iu
ſtum & bonum. Ex quibus eſt manifeſtū: quia
Paulus nō iſtorum literas didicerat: qui iuſtū
a bono ſepararent: ſed ab eo deo fuerat inſtru
ctus: & eius dei ſpiritu fuerat illuminatꝰ: qui
ſimul & ſanctus/ & bonus/ & iuſtus eſt: per cu
ius ille ſpiritū loquens, dicebat mādatū legis
eſſe ſanctum/ & iuſtum/ & bonū. Et vt euiden
tius ſupra iuſtitiam & ſanctitatē/ bonitatem
magis ineſſe oſtenderet in mandato: repetito
ſermone pro his tribus ſolam protulit bonita
tem dicēs. Quod ergo bonum eſt mihi: mors
eſt? abſit. Sciens quippe bonitatem genus eſſe
virtutum: iuſtitiam vero vel ſanctitatē ſpeci
es generis: & ideo cum in ſuperioribus genus
ſimul ac ſpecies nominaſſet: repetens ſermonē
ad ſolum genus retorſit. Sed & in conſequen
tibus: Peccatū inquit per bonum mihi opera
tum eſt mortem. In quo id per genus conclu
dit: qđ ſuperius per ſpecies expoſuerat.
D ¶Hoc modo namq̧ intelligendū eſt etiam il
lud quod dictū eſt: Bonus homo de bono the
ſauro cordis ſui profert bonum: & malus de
malo profert malum. Genꝰ namq̧ aſſumpſit
etiam huic bono vel malo: oſtendens ſine du
bio in bono homine eſſe & iuſtitiam: & ſobrie
tatem: & prudentiam: & pietatem: & om̄e qđ
dici bonum: vel intelligi poteſt. Similiter etiā
& malum hominem dixit: qui ſine dubio eſſet
iniuſtus: & impurus: & impius: & omnia quę
per partes hominem malum deformāt. Sicut
em̄ ſine his nequitiis nemo aliquis malum ho
minem putat: nec eſſe malus poteſt: ita & ſine
illis virtutibus certum eſt ꝙ nemo putabitur
eſſe bonus.
¶Supereſt eis adhuc etiam illđ: qđ ꝓprie ſibi
datum ſcutum putant: quod dixit dominꝰ in
euangelio: Nemo bonus niſi vnus deus pater
dicentes hoc eſſe propriū vocabulum patris
Chriſti: qui tamē alius ſit a creatore omnium
deo: cui creatori bonitas nullam dederit ap
pellationem. Videamus ergo ſi in veteri teſta
mento deus prophetarum: & mundi creator:
ac legiſlator nō dicitur bonus. Et qđ eſt quod
in pſalmis dicit: Qꝫ bonꝰ Iſrael deus rectis cor
de: & Dicat nūc Iſrael bonus: quoniā in ſæcu
lū miſericordia eius. Et in lamentationibus
Hieremiæ ſcriptum eſt. Bonus dominus his
qui ſuſtinēt eum: animę quærenti eum. Sicut
ergo bonus in veteri teſtamento frequēter di
citur deus: ita etiam iuſtus in euangeliis ap
pellatur domini Ieſu Chriſti pater.
¶Deniq̧ in euangelio ſecundū Ioannē orans
ipſe dominus noſter ad patrem dicit. Pater iu
ſte & mundus te nō cognouit. Ne forte dicāt
quia etiam mundi creatorē pro aſſumptione
carnis patrem vocabat: & ipſum iuſtum no
minabat: excludunt ab eo ſermone qui ſtatim
ſequitur: ait enim. Et mūdus te nō cognouit
Secundum ipſos enim ſolum deum bonū mū
dus ignorat. Nam conditorem ſuum veriſſi
me recognoſcit: domino ipō dicente: quia mū
dus quod ſuū eſt diligit. Aperte ergo ille quē
putāt bonum deum, iuſtus eſſe in euangeliis
dicitur. Ex otio ſane licebat plura teſtimonia
congregare: ſicubi in nouo teſtamento pater
domini noſtri Ieſu Chriſti iuſtus appellatur:
etiam in veteri teſtamento cæli ac terrę crea
tor bonus dicitur: vt pluribus teſtimoniis cō
uicti hęretici, aliquando forte erubeſcant.

De incarnatione Chriſti. Capitulum Sextum.

TEmpꝰ eſt his decurſis repe E
tere nos de incarnatiōe do
mini: & ſaluatoris nr̄i quo
modo vel quare homo fue
rit factus. Pro viribus igit̃
noſtris perexiguis cōſydera
ta ex operum ſuoꝝ magis q̃
ex noſtri ſenſus contēplatione diuina natura
intuitiſq̧ nihilominus creaturis eius viſibili
bus: fide quoq̧ inuiſibilibus contēplatis: quia
nō oīa vel oculis videre poteſt humana fragi
litas: vel ratione cōplecti: pro eo ꝙ oīm ratio
nabilium infirmius & fragiliꝰ animal nos ho
mines ſumus: Præſtantiora em̄ ſunt illa quæ
vel in cælo: vel ſup cælos habentur: Supereſt
vt harum omnium creaturarum: & dei medi
um: id eſt mediatorē quæramus: quē Paulus
apoſtolus primogenitū oīs creaturæ pronun
tiat. Vidētes quoq̧ nos ea quæ de eius maie
ſtate in ſcripturis ſanctis referuntur: & intu
entes ꝙ imago inuiſibilis dei: & primogeni
tus omnis creaturæ dicatur: & ꝙ in ipſo crea
ta ſunt omnia viſibilia & inuiſibilia: ſiue thro
ni/ ſiue dominationes/ ſiue principatus/ ſiue
poteſtates: omnia per ipſum facta ſunt: & in
ipſo: & ipſe eſt ante omnes: & omnia illi con
ſtant: qui eſt caput omniū: cū ſolus habeat ca
put deum patrem. ſcriptum eſt enim. Caput
autem Chriſti deus. Peruidentes etiam quod
ſcriptū eſt: quomodo nemo nouit patrem niſi
filius: neq̧ quis nouit filiū niſi pater. Quis em̄
poteſt noſſe quę ſit ſapientia niſi q genuit eā?

aut quis ad liquidum quę ſit veritas nouit ni
ſi veritatis pater?Quis certe vniuerſam ver=
bi ſui naturā:atq; ipſius dei quę ex deo eſt in=
ueſtigare potuit:niſi ſolus deꝰ apud quē erat
verbū?Pro certo habere debemus ꝙ hoc ver=
bum:ſiue ratio dicenda eſt:hanc ſapientiam:
hanc veritatem nullus alius niſi pater nouit
de quo ſcriptū eſt:Ne ipſum quidem mundū
capere arbitror libros qui ſcriberent: de glo=
ria ſcilicet & maieſtate filii dei.Impoſſibile nā
ꝙ eſt literis committere ea quæ ad ſaluatoris
gloriam pertinent.

A ¶His igitur trāſactis:ac talibus de natura fi=
lii dei cōſyderatis:cū ſumma admiratione ob
ſtupeſcimus ꝙ eminens omnium iſta natura
exinaniens ſe de ſtatu maieſtatis ſuæ homo fa
ctus ſit:& inter homines cōuerſatꝰ: ſicut gra
tia labiis eius infuſa teſtatur: & ſicut teſtimo
nium ei reddit pater cæleſtis:& vt ſignis quo
q; & prodigiis variis virtutibuſq; ab eo geſtis
confirmatur.Qui etiā ante pręſentiam ſuam
hanc quā oſtēdit in corpore:pręcurſores ſuos
& nuntios aduētus ſui miſit prophetas. Poſt
aſcenſionē vero ſuam in cælos, ſanctos apoſto
los diuinitatis ſuæ virtute repletos homines
vel ex publicanis:vel ex piſcatoribus imperi=
tos:& indoctos circuire fecit orbem terrarum
vt ex omni gente:atq; ex oībus populis piorū
plebem in ſe credentium congregarent.

¶Verum ex omnibus de eo miraculis:& ma=
gnificētiis illud penitus admirationē huma=
næ mentis excedit:nec inuenit mortalis intel
ligētiæ fragilitas quomodo ſentire vel intelli
gere poſſit:ꝙ tanta illa potentia diuinæ maie
ſtatis:ipſum illud verbum patris:atq; ipſa ſa=
pientia dei:in qua creata ſunt omnia viſibilia
& inuiſibilia:intra circūſcriptionem eius ho=
minis q apparuit in Iudęa: fuiſſe credenda ſit
ſed & ingreſſa eſſe dei ſapiētia vuluam fœmi=
næ:& naſci paruulus:& vagitū emittere ad ſi
militudinē plorantiū paruulorū. Tum dein=
de ꝙ & in morte cōturbatus refert:vt ipſe eti
am ꝓfitetur dicens:Triſtis eſt aīa mea vſq; ad
mortē:& ad vltimū ꝙ vſq; ad eā quę inter ho
mines indigniſſima habebat adductꝰ eſt mor
tem:licet tertia die reſurrexit.

¶Cum ergo in eo quædam ita videamus hu=
mana vt nihil a cōmuni.i.mortalium fragili=
tate diſtare videantur:quędam ita diuina:vt
nulli alii:niſi illi primo & ineffabili in ſe con=
ueniat deitati habere:humani intellectus an=
guſtia tantæ admirationis ſtupore percuſſa
quo declinet:& quo ſe conuertat ignorat. Si
deum ſentiat:mortalem videt: ſi hominē pu=
tet,deuicto mortis imperio cum ſpoliis redeū
tem a mortuis cernit.Propter quod cum om=
ni metu:& reuerentia contemplandum eſt:vt
in vno eodemq; ita vtriuſq; naturę veritas de
monſtretur:vt neq; aliquid indignum: & in=
decens in diuina illa & ineffabili ſubſtātia ſen
tiatur:neq; rurſum quæ geſta ſunt falſis illu=
ſa imaginibus ęſtimentur.Quę quidem in au
res humanas proferre:& ſermonibus explica=
re:longe vires vel meriti noſtri:vel ingenii:ac
ſermonis excedit.Arbitror autem quia etiam
ſanctorum apoſtolorum ſupergrediatur men
ſuram.Quinimmo etiam fortaſſis totius cre=
aturæ cæleſtium virtutum eminentior eſt ſa
cramenti iſtius explanatio.De quo nos nō te=
meritate aliqua:ſed quomodo ordo loci depo
ſcit:ea magis quę fides noſtra continet:q̄ hu=
manæ rationis aſſertio vendicare ſolet: q̄pau
ciſſimis ꝓferemus:ſuſpitiones potius noſtras
q̄ manifeſtas aliquas affirmationes in mediū
proferentes.

¶Igitur vnigenitus dei per quem omnia facta B
ſunt viſibilia & inuiſibilia(vt in ſuperioribus
ſermo diſputationis edocuit: ſecundum ſcri=
pturæ ſentētiam)& fecit omnia: & quæ fecit
diligit. Nam cū inuiſibilis dei ipſe ſit imago
inuiſibilis:participationē ſui vniuerſis ratio=
nabilibus creaturis inuiſibiliter præbuit:ita
vt tantum ex eo vnuſquiſq; participii ſume=
ret:quanto erga eum dilectionis inhæſiſſet af
fectu. Verum cum liberi arbitrii facultate va
rietas vnūquenq; ac diuerſitas habuiſſet ani=
morum:vt alius ardētiore: alius tenuiore: &
exiliore erga auctorem ſuum amore tenere=
tur:illa anima de qua dixit Ieſus:quia nemo
auferet a me animā meam:ab initio creaturæ
& deinceps inſeparabiliter ei: atq; indiſſocia=
biliter inhærens:vtpote ſapiētiæ & verbo dei
& veritati:ac luci veræ:& tota totum recipi=
ens:atq; in eius lucem ſplendoremq; ipſa ce=
dēs: facta eſt cum ipſo principaliter vnus ſpi
ritus:ſicut & apoſtolus his q eam imitari de=
berent promittit:quia qui ſe iungit domino
vnus ſpiritus eſt.

¶Hac ergo ſubſtantia animę inter deum car= cau
nemq; mediante: nō em̄ poſſibile erat dei na= tele
turam corpori ſine mediatore miſceri: naſcit ge.
(vt diximus)deus homo: illa ſubſtātia exiſtē
te:cui vtiq; cōtra naturā nō erat corpus aſſu
mere.Sed neq; rurſus aīa illa (vtpote ſubſtan
tia rationabilis)cōtra naturā habuit cape de
um:in quē vt ſupius diximus:vel vt in verbū
& ſapientiam: & veritatē totam iam ceſſerat.
vnde & merito pro eo vel ꝙ tota eſſet in filio
dei:vel totum in ſe caperet filium dei: & iam
ipſa cū ea quā aſſumpſerat carne dei filiꝰ & dei

virtus Chriſtus dei ſapiētia appellatur:& rurſum dei filius per quem oīa creata ſunt Ieſus Chriſtus & filius hoīs nominatur.Nam & filius dei mortuus eſſe dicit̄ pro ea.ſ.natura: q̄ mortem vtiq; recipere poterat: & filius hoīs appellatur qui venturus in dei patris gloria cum ſanctis angelis prędicatur.

C ¶Et hac de cauſa per oēm ſcripturā tam diuina natura humanis vocabulis appellat̄: q̄ humana natura diuinæ nuncupationis inſignibus decorat̄.Magi eni de hoc q̄ de vllo alio dici poteſt qđ ſcriptū eſt:quia erūt ambo in carne vna:& iam non ſunt duo:ſed caro vna.Magis eni verbū dei cū anima in carne vna eſſe q̄ vir cum vxore putandū eſt. Sed & vnus ſpiritus eſſe cū deo:cui magis conuenit q̄ huic animæ:quæ ſe ita deo per dilectionē iunxit: vt cū eo vnus ſpiritus merito dicatur? Q; aūt dilectionis perfectio & meriti affectus ſynceritas: ei hanc inſeparabilē cū deo fecerit vnitatē:ita vt nō fortuita fuerit:aut cū perſonæ acceptione animę eius aſſumptio:ſed virtutū ſuarū ei merito delata: audi ad eum ꝓphetā dicentē. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatē: ꝓpter ea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię prę pticipibus tuis.Dilectionis ergo merito vngitur oleo lętitię.i.aīa Chriſti cū verbo dei vnū efficitur.Vngi nāq; oleo lętitiæ nō aliud intelligitur q̄ ſpiritu ſancto repleri. Quod aūt præ participib⁹ dixit:indicat quia nō gratia ſpūs ſicut ꝓphetis ei data eſt:ſed ipſius verbi dei in ea ſubſtantialis inerat plenitudo:ſicut & apoſtolus dixit:in quo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.Deniq; ꝓpter hoc nō ſolum dixit dilexiſti iuſtitiā:ſed addidit & odiſti iniquitatē.Odiſſe eni iniquitatē illius eſt: de quo ſcriptura dicit:qui peccatum nō fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius: & de quo dictum eſt: Tētatū per oīa ꝑ ſimilitudine abſq; pctō.Sed ipe dn̄s dicit:Quis veſtrum arguet me de peccato? Et iterum ipſe dicit de ſe.Ecce venit princeps mundi huius & in me nō inuenit quicq̄.Quę oīa nullum in eo peccati ſenſum indicant extitiſſe.

D ¶Quod vt ꝓpheta euidentius deſignaret:qa nunq̄ in eum iniquitatis ſenſus intraſſet:ait. priuſq̄ ſciret puer patrem: aut matrē vocare: auertit ſe ab iniquitate. Quod ſi alicui difficile videbitur:ꝓ eo ꝙ rationabilē animā eſſe in Chriſto ſupra oſtēdimus:cū vtiq; animarum naturā boni maliq; capacē per omnes diſputationes noſtras frequēter oſtendimus: hoc modo rei huius explanabitur difficultas.Naturam quidem animæ illius hanc fuiſſe quæ eſt omnium animarum; nō poteſt dubitari: alio

cau te le ge

quin nec dici anima potuit ſi vere nō fuit anima.Verum quoniam boni maliq; eligendi facultas pſto eſt huic aīæ quæ Chriſti eſt:ita elegit diligere iuſtitiā:vt pro immenſitate dilectionis ei incōuertibiliter inhęreret:ita vt propoſiti firmitas: & affectus immenſitas:& dilectionis inextinguibilis calor:omnē ſenſum cōuerſioīs: atq; immutatioīs abſcinderet: & qđ in arbitrio erat poſitū:longi vſus affectu iam verſum ſit in naturam: ita vt fuiſſe quidē in Chriſto humana & rationabilis anima credēda ſit:& nullum ſenſum vel poſſibilitatem eam putādum eſt habuiſſe peccati. Ad pleniorem tamen rei explanationen non videtur abſurdum:ſi etiā ſimilitudine aliqua vtamur:licet in re tam ardua tamq; difficili ne exēplis quidē vti cōmodis copia eſt. Tamen vt abſq; aliquo pręiudicio dicamus:ferri metallum capax eſt frigoris & caloris.

¶Si ergo maſſa aliqua ferri ſemper in igne ſit poſita:oībus ſuis poris:omnibuſq; venis ignē recipiens:& tota ignis effecta:ſi neq; ignis ab ea ceſſet aliquādo:neq; ipſa ab igne ſeparetur nunq̄ dicemus hāc quæ natura quidem ferri maſſa eſt: in igne poſitā & indeſinēter ardētē poſſe frig⁹ aliquando recipere. Quinimo (qđ verius eſt) magis eam ſicut in fornacibus ſæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignē effectā dicimus:qm̄ nec aliud in ea niſi ignis cernitur.Sed etſi qui contingere atq; tractare tētauerit: non ferri: ſed ignis vim ſentiet. Hoc ergo modo etiā illa anima quæ quaſi ferrū in igne:ſic ſemper in verbo:ſemper in ſapientia: ſemper in deo poſita eſt:oīe quod agit: quod ſentit:quod intelligit:deus eſt:& ideo nec conuertibilis & mutabilis dici poteſt: quæ inconuertibilitatem ex verbi dei vnitate indeſinenter ignita poſſedit. Ad omnes deniq; ſanctos calor aliquis verbi dei putandus eſt perueniſſe:in hac autem anima ipſe ignis diuinus ſubſtātialiter requieuiſſe credēdus eſt: ex quo ad cæteros calor aliquis venerit.

¶Deniq; quod dixit:quia vnxit te deus deus tuus oleo lętitię præ participibus tuis:oſtendit ꝙ aliter iſta anima oleo lętitiæ: id eſt verbo dei vngitur:& aliter participes eius.i.ſancti ꝓphetę & apoſtoli.Illi eni in odore vnguētorū eius cucurriſſe dicunt̄.Iſta aūt anima vaſculum vnguenti ipſius fuit:ex cuius fragrantia participātes digni quiq;, prophetæ fiebāt & apoſtoli.Sicut ergo aliud eſt vnguēti ſubſtātia:aliud odor eius:ita aliud eſt Chriſtus: & aliud pticipes ſui.Et ſicut vas ipſum quod ſubſtantiā cōtinet & vnguentū:nullo genere poteſt aliqd recipe fœtoris:hi vero q ex odore E

eius participant:ſi ſe paulo longius a fragran
tia eius remouerint:poſſibile eſt vt incidentē
recipiant fœtorē:ita Chriſtꝰ velut vas ipſum
in quo erat vnguenti ſubſtātia impoſſibile fu
it:vt contrariū reciperet odorē.Participes ve
ro ſui q̄ propinqui fuerint vaſculo tam odoris
erunt participes & capaces.

¶Arbitror ſane etiā Hieremiā ꝓphetā intelli
gentem quę ſit in eo natura dei ſapiētiæ:quæ
etiā hæc quā pro ſalute mundi ſuſceperat:di
xiſſe.Spiritus vultus noſtri Chriſtus dn̄s:cui
diximus ꝙ in vmbra eius viuemus in gētibꝰ
pro eo em̄ ꝙ ſicut vmbra corporis noſtri inſe
parabilis eſt a corpore:& indeclinabiliter mo
tus ac geſtus corporis ſuſcepit & gerit:puto
eum animę Chriſti opus:ac motus qui ei inſe
parabiliter inhęrebat:& pro motu eius ac vo
luntate cuncta ꝑpetrabat: oſtēdere volentem
vmbrā Chriſti dn̄i hāc vocaſſe:in qua vmbra
nos viueremus in gentibus. In huius nāq̧ aſ
ſumptionis ſacramēto gentes viuūt:quę mu
tantes eam per fidem veniūt ad ſalutem.

¶Sed & Dauid dicens:Memor eſto opprobrii
mei dn̄e quo exprobrauerunt me in cōmuta
tionē chriſti tui: ſimilia mihi videtur oſtēde
re.Et Paulus quidaliud ſentit cū dicit: Vita
noſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo? Et qdē
in alio loco dicitur:aut documentū quæritis
eius q in me loqtur Chriſtus. Et nūc Chriſtū
video dicit abſconditū. Cuius rei intellectus
niſi talis aliquis iudicetur qualem per vmbrā
Chriſti a ꝓpheta ſignatū eſſe ſupradiximus:
fortaſſis etiam hoc ſenſum humanę mētis ex
cedit.Sed & q̄plurima alia de ſcripturis diui
nis de vmbrę ſignificātia videmus inſerta:vt
illud in euāgelio ſecundū Lucam:cū dicit Ga
briel ad Mariā.Spiritus dn̄i ſuperueniet in te
& virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et apoſto
lus de lege dicit: quia ſimilitudini & vmbræ
deſeruiūt cæleſtium hi qui carnalem habent
circūciſionem.& alibi dicitur. Nonne vmbra
eſt vita noſtra ſuper terram?

¶Si ergo & lex quæ ſuper terrā eſt: vmbra eſt
A & vita oīs noſtra quę eſt ſuper terrā vmbra
eſt:& in vmbra Chriſti viuimus inter gentes
videndum eſt ne harum omniū veritas vm
brarum vlla reuelatiōe noſcatur:cum iam nō
per ſpeculum in ænigmate:ſed facie ad faciem
ſancti quiq̧ gloriam dei:& rerū cauſas:ac ve
ritatem ſpeculari merebuntur. Cuius veri
tatis accepto iam pignore per ſpiritum ſan
ctum dicebat apoſtolus. Etiam ſi cognouimꝰ
Chriſtum ſecundū carnem aliquādo: ſed nūc
iam non nouimus.Hęc interim nobis ad præ
ſens de rebus tam difficilibus diſputātibus.i.
de incarnatione:& de deitate Chriſti occurre
re potuerūt. Siquis ſane melius poterit inue
nire:& euidētioribus de ſcripturis ſanctis aſ
ſertionibus cōfirmare: quę dicit:illa potius q̄
hæc recipiantur.

De ſancto Spiritu.
Capitulum Septimum.

Quia ergo poſt primas illas B
diſſertiones quas de patre:
& filio:& ſpū ſancto in ini
tiis ſecundū ꝙ res popoſce
rat expoſuimꝰ: viſum ē rur
ſum repetere nos debere: &
oſtendere ꝙ deus idem eſſet
creator & conditor mundi:& pater dn̄i noſtri
Ieſu Chriſti.i.legis & ꝓphetarum: atq̧ euan
geliorum vnus atq̧ idem deus: tum deinde
etiā de Chriſto ꝙ is qui verbū & ſapientia dei
ſuperius fuerat oſtēſus: etiā qualiter homo fa
ctus eſt in conſequentibus debuit demōſtrari
ſupereſt vt etiam de ſpiritu ſancto q̄ poſſumꝰ
breuiter repetamus.

¶Tēpus eſt ergo nunc de ſpiritu ſancto nos ꝓ
viribus pauca diſſerere:quem dn̄s & ſaluator
noſter in euāgelio ſecūdū Ioānē pacletū noīa
uit.Sicut em̄ idē ipſe deꝰ:atq̧ idē ipſe Chriſtꝰ
ita idē ſpūs ſanctus eſt q in ꝓphetis:& in apo
ſtolis fuit.i.ſiue in illis q ante aduētū Chriſti
deo crediderunt:ſiue in his q p Chriſtū confu
gerunt ad deum. Et duos quidem deos auſos
eſſe hęreticos dicere:& duos Chriſtos audiui
mus:duos aūt ſpūs ſanctos nunq̄ cognouimꝰ
ab aliquo ṗdicari. Quomodo em̄ hoc de ſcri
pturis poterunt affirmare:aut quā differētiā
dare poterūt inter ſpiritū ſanctū: & ſpiritum
ſanctum:ſi tn̄ definitio aliqua: aut deſcriptio
inueniri poteſt ſpiritus ſancti?

¶Nā vt cōcedamus Marcioni:vel Valentino
poſſe differētias deitatis inducere: & aliā bo
ni naturā: aliā vero mali deſcribere: qd exco
gitabit:atq̧ qd inueniet:vt differentiam ſpūs
ſancti introducat? Nihil ergo illos poſſe ad in
diciū qualiſcūq̧ differētiæ arbitror inuenire.
Nos ęſtimamus ꝙ participationē eius ſimili
ter vt ſapiētię dei:& verbi dei abſq̧ vlla diffe
rētia creatura ratiōabilis oīs affirmat. Video
tn̄ ꝙ ṗcipuus ſancti ſpiritus aduētꝰ ad hoīes
poſt aſcenſionē Chriſti in cælos magis q̄ ante
aduentū eius declarat. Antea namq̧ ſolis pro
phetis& paucis(ſiq forte in ppl̄o meruiſſent)
donum ſpiritus ſancti prębebatur.Poſt aduē
tum vero ſaluatoris ſcriptum eſt adimpletū
eſſe illud:quod dictum eſt in propheta Iohele

quia erit in nouiſſimis diebus: & effundã de
ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem: & ꝓphetabũt
Quod vtiq; tale eſt ſicut illud qđ ait: Oẽs gẽ-
tes ſeruiẽt ei. Per gratiã ergo ſpiritꝰ ſancti cũ
reliquis q̃plurimis etiam illud magnificẽtiſſi
mum demonſtratur: ꝙ ea q̃ in prophetis ſcripta
ſunt: vel in lege Moyſi: pauci tũc iidem ipſi ꝓ
phetæ & vix ſicubi vnus ex omni populo ſu-
perare poterat ĩtellectũ corporeum: & maius
aliqđ (id eſt ſpirituale qđ) poterat intelligere
in lege & ꝓphetis. Nunc autẽ innumerę ſunt
multitudines credentiũ: qui licet nõ oẽs poſ-
ſunt per ordinẽ: neq; ad liquidũ ſpiritualis in
telligẽtię explicare cõſequẽtiã: tamen oẽs per
ſuaſum habẽt: ꝙ neq; circunciſio corporaliter
intelligi debeat: neq; otium ſabbati: vel ſan-
guinis effuſio pecoris: neq; ꝙ de his Moyſi re-
ſponſa darẽtur a deo. Qui vtiq; ſenſus dubiũ
nõ eſt ꝙ ſpiritus ſancti virtute omnibus ſug-
geratur.

B ¶Sicut aũt multi ſunt intellectus de Chriſto
q vtiq; q̃uis ſapiẽtia ſit: non tamen in oĩbus
ſapientię agit aut obtinet vim: niſi in his q in
ipſo ſapiẽtię ſtudent: neq; cum medicus dicatur
erga oẽs quaſi medicus agit: ſed erga illos tan
tum q ęgritudinis ſuę intellecto languore cõ-
fugiunt ad miſericordiã eius: vt poſſint cõſe-
qui ſanitatẽ: ita arbitror etiã de ſpiritu ſancto
in quo oĩs eſt natura donorũ. Aliis namq; prę
betur ꝑ ſpiritũ ſermo ſapiẽtię: aliis ſermo ſciẽ
tię: aliis fides: & ita per ſingulos qui eũ capere
poſſunt hoc efficitur: vel hoc intelligitur: ipſe
ſpiritus: quo indiget ille qui eum participare
meruerit.

¶Quas diuiſiones ac differẽtias nõ aduerten
tes hi qui eum paracletũ in euãgelio audiũt
nominari: neq; conſyderãtes ex quo opere: vel
actu paracletus nominetur: vilibus eũ neſcio q-
bus ſpiritibꝰ cõpararũt: & per hoc cõturbare
conati ſunt eccleſias Chriſti: ita vt diſſenſiões
fratribus nõ modicas generarẽt. Euangelium
vero tantę eũ potentię ac maieſtatis oſtendit:
vt dicat apoſtolos nõ poſſe capere adhuc ea q̃
volebat docere eos ſaluator: niſi cum aduení-
ret ſpiritꝰ ſanctus: qui ſe eorum animabus in
fundens illuminare eos poſſit de ratione: ac fi
de trinitatis. Iſti vero pro imperitia ſui intel-
lectus: quia nõ ſolum ipſi quod rectũ eſt conſe
quenter nõ valent exponere: ſed ne his quidẽ
quæ a nobis dicũtur poſſunt audiẽtiã cõmo-
dare: minora q̃ dignum eſt de eius diuinitate
ſentiẽtes erroribꝰ ſe ac deceptionibꝰ tradide-
runt: erratico magis ſpiritu deprauati q̃ ſan
cti ſpiritus inſtitutionibꝰ eruditi: ſecundũ ꝙ
apoſtolꝰ dixit: Doctrinã ſpirituũ dæmoniorũ
ſequẽtes ꝓhibentiũ nubere ad interitũ & rui
nam multorũ: & importune ſe abſtinere a ci-
bis: vt ꝑ oſtẽtationẽ acrioris obſeruãtiæ ſedu-
cant animas innocentum.

¶Oportet ergo nos ſcire qa paracletus eſt ſpi
ritus ſanctus docens maiora q̃ voce fieri poſ- C
ſunt: & vt ita dixerim quę ineffabilia ſunt: &
quę non licet hoĩbus loqui. i. quę indicari hu-
mano ſermone nõ poſſunt. Quod aũt ait licet
pro eo qđ nõ poteſt dictũ ſentimus ab apoſto-
lo: ſicut & alibi ait. Oĩa mihi licent: ſed nõ oĩa
expediũt. Oĩa mihi licent: ſed nõ oĩa ædificãt.
Ea eñ quorũ poteſtas nobis eſt ꝑpter qđ ha-
bere ea poſſimus licere nobis dicit. Paracletus
vero ꝙ dicit ſpiritꝰ ſanctꝰ a cõſolatione dicit.
Paracleſis eñ latine conſolatio appellat. Siqs
nãq; de ſpiritu ſancto pticipare meruerit: co-
gnitis ineffabilibus ſacramẽtis cõſolationẽ ſi-
ne dubio & lętitiã cordis aſſumit. Cum eñ ra
tiones oĩm quę fiunt quare vel qualiter fiant
ſpiritu indicãte cognouerit: in nullo vtiq; cõ
turbari eius aĩa poterit: aut vllum ſenſum ti-
moris accipere: nec in aliquo terret: cũ verbo
dei & ſapiẽtię eius inhęrẽs dominũ Ieſum di-
cit in ſpiritu. Verum qm̃ paracleti fecimꝰ mẽ
tionẽ: & pro viribus nr̃is qualiter de eo ſenti-
ri debeat expoſuimus. Dicitur aũt etiã ſalua-
tor noſter paracletꝰ in ep̃la Ioãnis cũ dicit. Si
qs noſtrũ peccauerit pacletũ habemꝰ apud pa
trẽ noſtrũ Ieſum Chriſtũ: & ipſe eſt ꝓpiciatio
ꝑ peccatis nr̃is. Cõſyderemus ne forte aliud ſi
gnificet hęc appellatio paracleti de ſaluatore:
aliud de ſpiritu ſancto. Videt eñ de ſaluato-
re pacletꝰ dici depcator. Vtrũq; eĩ ſignificat
in græco paracletus: & depcatorẽ: & cõſolato
rẽ. ꝓpter eũ ergo q ſubſeqtur ſermonẽ: quo ait
& ipſe ẽ repropiciatio ꝑ peccatis nr̃is: magis
in ſaluatore nomẽ pacleti ꝑ depcatore intelli
gẽdũ videt. Deprecat eñ patrẽ ꝑ peccatis no
ſtris. De ſpiritu ſancto pacletus debet intelli-
gi ꝑ eo ꝙ cõſolationẽ pſtat aĩabus: qbꝰ aperit
& reuelat ſenſum ſcientiæ ſpiritualis.

De Anima. Capitulum Octauum.

POſt hoc iam ordo depoſcit D
nos etiã de aĩa gñaliter inq
rere: & ab inferioribꝰ incipiẽ
tes ad ſupiora cõſcẽdere. Eſ
ſe nãq; aĩas ĩ ſingulis qbuſq;
aĩalibꝰ etiã in his q̃ in aquis
degunt: a nullo arbitror dubitari. Nã & com
munis oĩm hoc ſeruat opinio: & confirmatio
ſanctę ſcripturę auctoritatis accedit: cũ dicit
quia fecit deus cetos magnos: & oẽm animam

animantiũ repentiũ quæ produxerũt aquę ſe
cũdũ genus eoꝝ. Ex cõmuni vero rationis in
telligẽtia cõfirmatur etiã ab his qui diffini-
tionẽ animæ certis determinant verbis. Diffi
nitur nãq; hoc modo: quia ſit ſubſtãtia phan
taſtica & hormetica: qđ latine licet nõ tã pro
prie explanetur: dici tamẽ poteſt ſenſibilis &
mobilis. Quod vtiq; cõuenit etiam de omni
bus animalibus dici: & in his quę in aquis de
gunt: ſed & in volucribus eadem diffinitio
animę conuenienter oſtenditur.

¶Addidit ſane ſcriptura etiam alterius ſen-
tentię auctoritatẽ cũ dicit. Nõ manducabitis
ſanguinem: quia anima totius carnis ſanguis
eius eſt: & non mãducabitis animam cum car
nibus. In quo euidentiſſime ſanguinem omni
um animalium animam eorum eſſe deſignat.
Iã vero ſiquis requirat: quomõ animã omnis
carnis ſanguinem eius eſſe dixit de apibus,
veſpis, & formicis: & de his quę in aquis ſunt
oſtreis & cocleis: & quæcunq; ſunt talia quæ
carent ſanguine: & eſſe animãtia manifeſtiſ-
ſime demonſtrantur? Reſpondendum eſt quo
niam huiuſcemodi animãtibus quã in cæte-
ris vim habet rubri ſanguinis vigor: hãc vim
obtinet in iſtis humor iſte q ineſt in eis: licet
alterius ſit coloris. nihil enim refert qui ſit co
lor dũmodo ſubſtãtia ſit vitalis. De iumentis
vero, vl' pecudibus q; animãtia ſint etiã apud
cõmunẽ opinionem nulla dubitatio eſt. Eui
dens tñ ẽ & diuinę ſcripturę ſentẽtia cũ dicit
deus: Producat terra animã viuã ſecũdũ ge-
nus. Iam vero de homine q̃uis nulli dubium
ſit, nec requirere aliqs poſſit: tamẽ & ſcriptu-
ra diuina deſignat q; deus in faciẽ eius inſpi-
rauerit ſpiramentum vitę, & factus eſt homo
in animam viuentem.

¶Supereſt de angelico ordine requirere: vtrũ
A et ipſi animas habeant: an animæ ſint: vel de
cæteris diuinis cœleſtibuſq; virtutibus: ſed
et de cõtrariis poteſtatibus. Auctoritatẽ qđẽ
diuinæ ſcripturæ vſq̃ nullã inuenimus q; vel
angeli: vel ſiqui ſunt diuini ſpiritus miniſtri
dei, vel animas habere, vel animæ dicantur:
animãtia tamen eſſe a q̃plurimis ſentiũtur.
De deo autẽ inuenimus ſcriptũ ita. Et ponã
animã meã ſuper animã illam quæ manduca
uerit ſanguinẽ: & eradicabo eam de populo
ſuo. Et item alibi. Neomenias veſtras: & Sab
bata: & diem magnũ acceptum nõ habeo. Ie-
iunia: & ferias: & dies feſtos veſtros odit ani
ma mea. Et in. xxi. pſalmo de Chriſto (Certũ
eſt enĩ: quia ex pſona ipſius iſte pſalmus aſcri
bitur ſicut euãgeliũ cõteſtatur) ita dictũ eſt.
Tu aũt domine ne longe facias auxiliũ tuũ:
ad defenſionẽ meã reſpice: Erue a framea deꝰ
animã meã: & de manu carnis vnicam meam.

¶Quis & multa alia ſint teſtimonia de ani-
ma Chriſti in carne poſiti: ſed & de Chriſti
quidem anima omnem nobis adiuuet quę-
ſtionem ratio incarnationis occurrens. Si-
cut enim vere carnem habuit: ita vere et
animam habuit. De eo vero q; dei anima in
ſcripturis nominat qualiter intelligi debeat
et ſentire, & proferre difficile eſt. Semel enĩ
ſimplicẽ illam naturã: & abſq; vllius adiectio
nis permixtione profitemur. Tñ quoquomõ
ſentiendũ eſt nominari interim dei anima vi
detur. De Chriſto vero non dubitat. Et ideo cau
non videtur abſurdũ etiã de ſanctis angelis te le
cæteriſq; cæleſtibus virtutibus tale aliquid ge
vel dicere, vel ſentire. Siquidẽ diffinitio illa
animæ etiã in ipſos videtur incurrere. Quis
enim rationabiliter ſenſibiles eos eſſe, vel mo
biles poterit denegare? Qđ ſi recta iſta vide-
tur eſſe diffinitio: q; ſubſtantia rationabiliter
ſenſibilis: & mobilis anima dicatur: videt hęc
diffinitio etiam ad angelos ptinere. Quid
enim aliud in illis q̃ ſenſus rationabilis com-
motus eſt? Quoꝝ autem vna diffinitionis ra
tio eſt: horũ ſine dubio eadem ſubſtantia eſt.
Paulus ſane eſſe quẽdã animalẽ hominẽ ſigni
ficat: quẽ negat ea quæ ſunt ſpiritus dei poſ-
ſe recipere: ſed ſtultum dicit ei videri ſpiritꝰ
ſancti doctrinã: nec poſſe eũ intelligere quod
ſpiritualiter diſcernatur. Sed & alio loco ait:
ſeminare corpus animale, & ſurgere corpus
ſpirituale: oſtendẽs in reſurrectione iuſtorũ
nil animale futuꝝ. Et ideo requirimus ne for
te ſubſtãtia aliqua ſit quæ ſecũdũ hoc q; ani-
ma eſt imperfecta ſit. Veꝝ vtrũ propterea im
perfecta ſit q; a perfectione decidit: an talis a
deo facta ſit: cum per ordinem ſingula diſcuti
cœperint: requiremꝰ. Si enim animalis homo
non recipit quæ ſunt ſpiritus dei: & pro eo q;
animalis eſt melioris naturæ. i. diuinæ intelli
gẽtiã recipere nõ poteſt: hac fortaſſis de cau-
ſa euidẽtius nos Paulus docere volens qđ ſit
q; per ea quæ ſunt ſpiritus: id eſt ſpiritualia:
intelligere poſſumus: mentẽ magis q̃ animã
ſpiritui ſancto cõiungit, & ſociat. Hoc enim
eũ puto oſtẽdere cũ dicit. Orabo ſpiritu & mẽ
te pſalmũ dicam: ſpiritu pſalmũ dicam: & mẽ
te. Et non dicit quia anima orabo: ſed ſpiritu,
et mente: & non dicit anima pſallam: ſed ſpiri
tu pſallam, & mente.

¶Sed fortaſſe requiritur ſi mens eſt quę cum
ſpiritu orat, & pſallit: & ipſa eſt quę & perfe-
ctionẽ percipit, & ſalutẽ. Quomodo dicit Pe- B
trus: Percipiẽtes finẽ fidei noſtrę ſalutem ani

maꝝ noſtraꝝ. Si anima cum ſpiritu nec orat: nec pſallit: quomodo ſperabit ſalutem? An ſi cum ad beatitudinē venerit iam anima nō dicetur? Sed videamus ne forte poteſt hoc modo reſpōderi: quia Saluator venit ſaluare qđ perierat: etiā cū ſaluatur nō eſt perditum qđ prius perditū dicebatur. Ita fortaſſis etiā hoc qđ ſaluat anima dicitur: cū autem iam ſalua facta fuerit: ex perfectioris partis ſuę vocabulo iam nūcupatur. Sed & illud adiici poſſe videtur quibuſdam: quia ſicut hoc qđ perditū erat ſine dubio anteq̄ periret cū aliud neſcio quid erat q̄ perditū ſuccurrerit vtiq; cū iam non eſt perditū: ita etiā anima quæ periſſe dicitur videbitur fuiſſe quid aliquādo cū non dum periſſet. Et propter hoc anima dicetur quæ rurſum expeditione liberata poteſt iteꝝ illud eſſe qđ fuit anteq̄ periret: & aīa diceret.

¶ Sed & ex ipſa nominis animæ ſignificatiōe quā in gręco indicat: viſum eſt & nōnullis requirentibus curioſius poſſe vero mediocrē ſuggeri intellectū. Nam ſermo diuinus deū ignem eſſe dixit cum ait. Deus noſter ignis ē conſumēs. Sed & de angelorum ſubſtātia ita ait. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos ignem vrentem. Et alibi. Apparuit angelus domini in flamma ignis in rubo. Inſuper etiam mandatum accepimus vt ſimus ſpiritu feruētes: per quod ſine dubio igneum oſtenditur & calidum dei verbū. Sed & Hieremias propheta audit ab eo qui ſibi reſpōſa dabat: Ecce dedi verba mea in os tuū ignem. Sicut ergo de9 ignis eſt: & angeli flāma ignis et ſancti quiq; ſpiritu feruent: econtrario hi qui ceciderunt a dilectione dei, ſine dubio refrixiſſe in charitate, ac frigidi facti dicendi ſunt. Ait enim & dominus: quia propterea ꝙ multiplicata eſt iniquitas refrigeſcet charitas multorum.

C ¶ Sed & omnia quæcunq; ſunt quæ aduerſæ poteſtati i ſcripturis ſanctis comparātur, frigida ſemper inueniēs diabol9 dicit: quo quid frigidius inuenitur? Sed ei magis regnare dicit draco. Serpētē nāq;, & draconē: quod vtiq; ad aliquem de malignis ſpiritibus retorquetur: & in mari ꝓpheta eſſe deſignat. Et alibi dicit propheta. Inducam gladiū ſanctū ſuper draconem fugientē: ſuper draconē ſerpētem peruerſum: & interficiet eū. Et iteꝝ ait. Etiā ſi abſceſſerint ab oculis meis, & deſcenderint in profundum maris: ibi mādabo draconi & mordebit eos. Sed & in Iob ipſe rex eſſe omniū quæ in aquis ſunt dicitur. A borea vero accēdi mala ſuper omnes qui habitant terram ꝓpheta denūtiat. Boreas autem vetus in ſcripturis ſanctis frigidus deſignatur: ſicut ſcriptum eſt in ſapientia: Frigidus vētus Boreas. Quod & ipſum ſine dubio ſentiendum eſt de diabolo. Si ergo ea quę ſancta ſunt, & ignis, & lumen, & feruentia nominantur: quæ autem contraria, frigida: & charitas peccato dicitur frigeſcere: requirēdum eſt ne forte & nomen aīæ qđ gręce dicit ΨΥΧΗ: Pſyche a frigeſcendo de ſtatu diuiniore ac meliore dictū ſit: & tranſlatum inde ꝙ ex calore illo naturali & diuino refrixiſſe videatur: et ideo in hoc quo nunc eſt & ſtatu, & vocabulo ſita ſit. Deniq; proprie laudabiliter animam poni in ſcripturis ſanctis require ſi facile inuenias. Culpabiliter aūt frequēter occurrit: vt anima male ꝑdet eum qui poſſidet eam: & anima quæ peccat ipſa morietur. Poſtea enim q̄ dictū eſt: oēs animæ meæ ſunt: ſicut anima patris: ita anima filii mea eſt: vtiq; conſequens videbatur vt diceret: Anima quæ agit iuſtitiam ipſa ſaluabitur: & anima quæ peccat ipſa morietur.

Sed nunc videmus quoniam quod culpabile quidem eſt adiūxit ad animam: quod autem laude dignū erat reticuit. Vidēdum ergo eſt ne forte ſicut diximus ex ipſo nomine declarari ab eo ꝙ refrixerit a feruore iuſtorū & diuini ignis ΨΥΧΗ Pyſche: anima appellata ſit Nec tamen amiſit facultatem reſtituēdi ſe in illum ſtatum feruoris, in quo ex initio fuit. Vnde & propheta tale aliquid videtur oſtendere: cum dicit. Reuertere anima mea in requiem tuam. Ex quibus omnibus illud videtur oſtendi: ꝙ mens de ſtatu ſuo ac dignitate declinās: effecta vel nūcupata eſt anima: quæ ſi reparata fuerit: & correcta redit in hoc vt ſit mens. Qđ ſi ita eſt: deceſſus ipſe mentis ac deuolutio videtur mihi ꝙ non æqualis omniū ſentiendus ſit: ſed vel plus, vel minus in animam verti: & aliquas quidem mentes ſeruare aliquid etiam prioris vigoris: aliquas vero aut nihil: aut exiguum aliquid. Vnde inueniūtur quidam ſtatim ab ineunte ætate ardentioris acuminis: alii vero tardioris: nonnulli autem obtuſiſſimi, & penitus indociles naſci. Veruntamē quod diximus mentem in animam verti: vel ſiqua alia in hoc videntur aſpicere: diſcutiat apud ſe qui legit diligentius, & pertractet: a nobis tamen non putentur velut dogmata eſſe prolata: ſed tractandi more: ac requirendi eſſe diſcuſſa.

D

cau te le ge

¶ Addat autem & qui hoc legit ad tractatū quod etiam de Saluatoris anima ex his quidem quæ in euangelio ſcripta ſunt: obſeruatur: ꝙ alia ſunt quæ ei ſub animæ nomine aſcribuntur: & alia quę ſub ſpiritus nomine

deputantur. Nam cum paſſionem aliquam: vel perturbationem ſui vult indicare: ſub animę nomine indicat: vt cum dicit: Nũc anima mea turbata eſt. Et triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Sed ego pono eam abs me. In manus autem patris commendat non animam ſed ſpiritum: & cum carnem dicat infirmam non animam promptam dicit: ſed ſpiritum. Vnde videtur quaſi medium quoddam eſſe anima inter carnem infirmam: & ſpiritum promptum.

A ¶Sed fortaſſis occurrat nobis aliquis ex his de quibus ipſi in noſtris propoſitionibus admonuimus: & dicat. Quomodo ergo etiam dei anima dicitur? Cui reſpondebimus hoc modo: quia ſicut omnia quæ de deo dicũtur: id eſt vel digiti, vel manꝰ, vel brachia, vel oculi, vel pes, vel os: dicimus non hæc humana membra: ſed virtutes eius quaſdam i his corporeorum membrorum appellationibus indicare: ita & eſſe aliud putãdum eſt q̃ quod appellatione hac quæ anima dei dicitur indicatur. caute lege Et ſi fas eſt audere nos in tali re ampliꝰ aliquid dicere: poteſt fortaſſe anima dei intelligi vnigenitus filius eius. Sicut enim anima per omne corpus inſerta mouet omnia: & agitat quæ operatur vniuerſa: ita & vnigenitus filius dei: qui & verbum, & ſapientia eius: pertingit, & peruenit ad omnem virtutem dei & inſertus eſt ei. Et fortaſſis ad huius ſacramenti indicium corpus in ſcripturis: vel dicitur deus: vel deſcribitur. Conſyderandũ ſane eſt ne forte poteſt etiam per hoc anima dei intelligi vnigenitus eius: quoniã venit & ipſe in locum hunc afflictionis: & in conuallẽ fletus deſcendit: & in locum humiliatiõis noſtrę: ſicut dicit in pſalmo. Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis.

¶Deniqꝫ ſcio quoſdam exponẽtes illud quod in euangelio de Saluatore dictum eſt: Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem: interpretantes eſſe de apoſtolis: quos eos velut meliores a reliquo corpore animam ſuam dixerit. Nã quia multitudo credentium corpus illius dicitur: apoſtoli velut a reliquo corpore meliores animam intelligi debere dixerunt. Hæc prout potuimus de rationabili anima diſcutienda magis a legentibus q̃ ſtatuta ac definita protulimus.

B ¶De animabus vero pecudum: cæterorumqꝫ mutorum: ſufficiant illa quæ abſolute ſuperius diximus de mundo & motibus rationabilium creaturarum, vel bonarum, vel malarũ et de cauſis earum: ſed nunc ad propoſitę diſputationis ordinem reuertamur: & intueamur creaturæ initium: quodcunqꝫ illud initium creantis dei mens potuerit intueri. In illo ergo putandum eſt tantum numerum rationabilium creaturarum, vl' intellectualium vel quomodolibet appellandę ſunt quas ſuperius diximus feciſſe deum quantum ſufficere poſſe ꝓſpexit. Certũ eſt quippe ꝙ pręfinito aliquo apud ſe numero: eas fecit: non enim (vt quidam volunt) finem putandum eſt nõ habere creaturas: quia vbi finis non eſt, nec comprehẽſio vlla, nec circumſcriptio eſſe poteſt. Qđ ſi fuerit vtiqꝫ: nec cõtineri, vel diſpẽſari a deo q̃ facta ſunt poterunt. Naturaliter nempe ſi quicq̃ infinitum fuerit: & incomprehenſibile erit. Porro autem ſicut ſcriptura dicit: in numero, & menſura vniuerſa condidit deus: & idcirco numerus quidem recte aptabitur rationabilibus creaturis, vel mentibus: vt tantæ ſint quantę a prouidentia dei diſpenſari, regi, & contineri poſſint. Menſura vero materiæ corporali conueniẽter aptabitur: quã vtiqꝫ tãtam a deo eſſe creatam credendum eſt: quantã ſibi ſciret ad ornamẽtum mundi poſſe ſufficere. Hæc ergo ſunt quæ in initio: id eſt ante omnia a deo creata eſſe æſtimandum eſt. Quod quidem etiam in illo initio: qđ Moyſes latẽtius ĩtroduxit: indicari putamus cum dicit: In principio fecit deus cœlum & terram. Certum eſt enim quia non de firmamento, neqꝫ arida: ſed de illo cęlo ac terra dicatur: quorum cęlum hoc & terra quam videmus vocabula poſtea mutuata ſunt. Verum quoniam rationabiles iſtæ naturæ: quas in initio factas ſupra diximꝰ: factæ ſunt: cum autem non eſſent: hoc ipſo: quia non erant: & eſſe cœperunt: neceſſario conuertibiles ſubſtiterunt: quoniam quæcunqꝫ inerat ſubſtantię earum virtus, non naturaliter inerat: ſed beneficio conditoris effecta. Qꝫ ergo ſunt non eſt propriũ: nec ſempiternũ: ſed a deo datũ. Non enim ſemper fuit: & omne quod datum eſt: etiam auferri, & recedere poteſt. Recedendi autẽ cauſa in eo erit: ſi non recte probabiliter dirigitur motus animorũ. Voluntarios enim & liberos motus a ſe conditis mentibus creator indulſit: quo. ſ. bonũ in eis propoſitum fieret cum id voluntate propria ſeruaretur. Sed deſidia & laboris tædium in ſeruando bono: & auerſio ac negligentia meliorum: initium dedit recedendi a bono. Recedere autem a bono non aliud eſt q̃ effici in malo. Certum namqꝫ eſt: malum eſſe bono carere. Ex quo accidit: vt in quanta menſura quis deuolueretur a bono: in tantam menſurã malitiæ deueniret. In quo vtiqꝫ pro mo-

ribus ſuis: vnaquæq; mens, vel amplius bonũ negligens in contrarium boni qđ ſine dubio malũ eſt trahebatur. Ex quo videt̃ ſemina q̃dam: & cauſas varietatis, ac diuerſitatis ille omniũ conditor accepiſſe: vt pro diuerſitate mentiũ. i. rationabiliũ creaturaꝝ: quã diuerſitatem ex ea cauſa quã ſuperius diximus putandę ſunt concepiſſe: variũ ac diuerſum mũdũ crearet. Quod aũt variũ ac diuerſum dicimus: hoc eſt quod volumus indicare.

De Mundo. Cap. IX.

C Mundũ nũc dicim⁹ oẽ qđ eſt ſuper cœlos, & in cœlis: vel ſupra terram: vel in his quę inferi appellantur: vel quæcunq; vſq̃ prorſus loca ſũt & hi qui in ipſis degere nominant̃. Totũ ergo hoc mũdus vocat̃. In quo mũdo quædã dicunt̃ eẽ ſupcæleſtia: in habitatiõibus beatioribus poſita et corporibus cæleſtiorib⁹, ac ſplendẽtiorib⁹ inclyta. Et in his ipſis multę differẽtię oſtẽdũtur: ſicut (verbi cauſa) ẽt apl's dicit: q̄ alia ſit gloria ſolis: alia lunæ: alia ſtellaꝝ: ſtella eñ a ſtella differt in claritate. Quædam vero terrena dicunt̃: & inter ipſa nõ parua eſt differẽtia ſicut inter homines: alii nãq; eoꝝ barbari: alii gręci. Et Barbaroꝝ qdã ĩmanes & feri: alii mitiores. Et qdã qdẽ legibus ꝓbatiſſimis vtunt̃ alii vilioribus, vel aſperioribus: alii quoq; ĩhumanis & ferinis magis morib⁹ q̃ legib⁹ vtunt̃. Et qdẽ qdã ab initio natiuitatis ſuæ humiliãtur, & ſubiecti ſunt: ac ſeruiliter educant̃: vel ſub dominis, vel ſub principibus poſiti, vel tyrãnis: alii vero liberius, & ratiõabilius educãtur: alii ſanis corporibus: nõnulli ægris ſtatim a prima ętate: alii viſu: alii auditu: & voce decepti: nõnulli ita nati: alii ſtatim poſt natiuitatem huiuſcemodi ſenſibus defraudati: vel certe iam adulta ætate tale aliquid paſſi. Et quid refert euoluere me omnes: atq; enumerare humanarũ clades miſeriarũ: a quibus alii liberi: alii inuoluti ſunt: cũ poſſit vnuſqſq; etiã apud ſemetipm conſyderare de his ſingulis atq; perpendere?

¶ Sunt & q̃dã inuiſibiles virtutes: qb⁹ q̃ ſuper terram ſũt, ſunt diſpẽſanda cõmiſſa: & nõ parua etiã in ipſis differẽtia credẽda eſt: ſicut & in hominib⁹ inuenitur. Sane apoſtolus Paul⁹ eſſe quędã & inferna deſignat: & ĩ ipſis ſimili modo, ſine dubio, varietatis cauſa requirẽda eſt. De mutis vero animalib⁹: & volucribus: atq; de his quę in aquis habitãt, requirere: ſuperfluũ videtur: cũ hæc nõ principalia: ſed cõſequẽtia accipi debere certum ſit. Quomodo ergo omnia quæ facta ſunt per Chriſtũ: & in Chriſto facta eſſe videtur? Sicut & apoſtolus Paulus manifeſtiſſime deſignat dicens. Quoniam in ipſo, & per ipſum creata ſunt omnia: ſiue quæ in cęlo ſunt, ſiue quę in terra: viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue poteſtates, ſiue principatus, ſiue dominationes: omnia ꝑ ipſum, & in ipſo creata ſunt. Sed & in euãgelio Ioannes nihilominus eadẽ oſtẽdit dicens. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. ſed & in pſalmo ſcriptũ eſt: qa omnia in ſapiẽtia feciſti. Quia ergo Chriſt⁹ ſicut verbũ & ſapeintia eſt: ita etiã iuſtitia eſt: conſequẽs ſine dubio erit: vt ea quę in verbo, & ſapiẽtia facta ſunt etiã ea iuſtitia q̃ eſt in Chriſto facta eſſe dicãtur: q̄. ſ. in his quę facta ſunt nihil iniuſtũ, nihil fortuitũ videatur: ſed oĩa ita eſſe vt æquitatis, ac iuſtitiæ regula expetit doceantur. Quomodo ergo tanta iſta rerum varietas: tantaq; diuerſitas iuſtiſſima & æquiſſima poſſit intelligi? Certus ſum humano ingenio, vel ſermone explicari non poſſe: niſi ipſum verbum: ac ſapientiam, & iuſtitiam: qui eſt vnigenitus filius dei: proſtrati: ac ſupplices deprecemur: qui per gratiam ſuam ſenſibus ſe noſtris infundens obſcura illuminare: clauſa patefacere: pandereq; dignetur arcana: ſi tamen inueniamur eam digne vel petere: vel quærere: vel pulſare: vel vt petentes accipere mereamur: vel quærentes inuenire: vel pulſantibus iubeatur aperiri. Non ergo fręti noſtro ingenio: ſed ipſius ſapientię auxilio quæ fecit vniuerſa: & iuſtitiæ ei⁹ quã ineſſe creaturis omnibus credimus: interim etiam ſi aſſerere non valemus: ipſius tamẽ cõfiſi miſericordia inquirere, perſcrutariq; tentabimus: quomodo iſta tanta varietas mundi, atq; diuerſitas omnium iuſtitiæ: ratione conſtare videatur. Rationem autem dico dũtaxat generalem. Nam ſpecialem ſingulorũ, et quærere rationem imperitiæ eſt, & reddere velle dementis eſt.

¶ Dicentibus igitur nobis mũdum iſtum in hac varietate poſitum, qua ſupra expoſuimus a deo factum: quem deum, & bonum: & iuſtum atq; æquiſſimũ dicimus: obiicere hoc plurimi ſolent: & hi maxime q ex ſchola Marcionis, & Valentini, & Baſilidæ venientes aſſerunt diuerſas eſſe naturas animarum: quo modo iuſtitiæ dei conueniat, mundum faciẽtis: vt habitaculum aliis quidem in cœlis prębeat: & non ſolum his habitaculum melius: verumetiam gradũ aliquẽ celſiorẽ, ſpectacu- D

ſuq; cõcedat: principatũ aliis indulgeat: aliis
poteſtates: dominatiões quoq; aliis tribuat:
aliis ampliſſimas ſedes cœleſtium tribunaliũ
pręſtet, & luceát: aliis rutilantiá, & coruſcẽt
fulgore ſydereo: alia ſit gloria ſolis: alia lunæ:
alia ſtellarũ. Stella a ſtella in gloria differat: &
vt ſimul, ac breuiter totũ dicá: ſi creatori deo
nec volũtas ſummi boniq; operis, nec perficiẽ
di facultas deeſt: quid cauſæ exiſtere potuit:
vt naturas rationabiles creans. i. quibus vt eſ
ſent ipſe extitit cauſa: celſiores vt alios face-
ret: alios ſecũdo aut tertio, & multis inferio-
res gradib⁹ deterioreſq; procrearet? Tũ dein
de obiiciũt etiam de his quæ in terris ſunt: q
alii naſcẽdi ſors felicior euenerit: vt quis (ver
bi gratia) ex Abraham generetur, & ex repro
miſſione naſcatur. Ali⁹ quoq; ex Iſaac et Re-
becca: quiq; adhuc in ventre poſitus ſupplan
tat fratrem ſuũ: & anteq̃ naſcatur diligi dicit
a deo. Vel quid hoc ſit oĩno: q in Hebræis qs
naſcitur apud quos eruditionẽ diuinæ legis
inueniat. Alius vero apud græcos: et ipſos ſa
pientes: & nõ paruę eruditionis homines. Iá
vero alius apud Aethiopes quibus humanis
carnib⁹ vſus eſt: aut apud Scythas apud quos
parricidiũ quaſi ex lege gerit: vel apud Tau-
ros vbi hoſpites immolantur.

A ¶ Aiunt ergo nobis: Si hęc tanta rerũ diuerſi-
tas, naſcendiq; conditio tã varia: tãq; diuer-
ſa: in qua cauſa vtiq; facultas liberi arbitrii lo
cum nõ habet. non enim quis ipſe ſibi eligit:
vbi, vel apud quos: vel qua cõditione naſcat.
Si ergo (inquiũt) hoc non facit naturæ diuer
ſitas: vt mala natura animæ ad gentẽ malam
deſtinetur: bona aũt ad bonos: quid aliud ſu-
pereſt niſi vt fortuitu iſta agi putẽtur, & ca-
ſu? Quod vtiq; ſi recipiatur: iam nec a deo fa-
ctus eſſe mũdus: nec a prouidentia eius regi
credetur: et cõſequẽter, nec dei iudicium de
vniuſcuiuſq; geſtis videbitur expectandũ. In
qua re quæ ſit quidẽ ad liquidũ veritas rerũ
illi⁹ eſt noſſe ſoli⁹ qui ſcrutatur omnia: etiam
alta dei. Nos vero quaſi homines (ne hæreti-
corum inſolentiam reticendo nutriamus) q̃
pro viribus noſtris occurrere nobis poſſunt:
ad ea quæ obtenderunt hoc modo reſponde-
bimus. Bonũ eſſe, & iuſtum, & omnipotentẽ
deum creatorem vniuerſorum: quibus valui
mus ex diuinis ſcripturis aſſertionibus in ſu
perioribus frequenter oſtendimus. Hic cum
in principio crearet ea quæ creare voluit. i. ra
tionabiles naturas: nullã habuit creandi cau-
ſam præter ſeipſum. i. bonitatem ſuam. Quia
ergo eorum quę creanda erãt ipſe extitit cau
ſa: in quo neq; varietas aliqua: neq; permu-
tatio, neq; impoſſibilitas inerat: ęquales crea-
uit: qppe cũ nulla ei cã varietatis, ac diuerſita
tis exiſteret. Verũ quomõ rationabiles ipę cre
aturę ſicut frequẽter oſtẽdimus: & ĩ loco ſuo
nihilomin⁹: oñdem⁹ arbitrii facultate donatę
ſunt: libertas vnũquodq; volũtatis ſuæ: vel
ad profectũ p imitationẽ dei ꝓuocauit: vel ad
defectũ per negligentiá traxit. Et hoc extitit
cauſa (ſicut & antea iá diximus) diuerſitatis
inter rationabiles creaturas: nõ ex creatoris
volũtate, vel iudicio originẽ trahens: ſed pro
prię libertatis arbitrio. Deus vero cui iá crea
turá ſuá ꝓ merito diſpenſare iuſtũ videbatur
diuerſitates mẽtiũ in vnius mũdi cõſonantiá
traxit: q velut vná domũ in qua eſſe deberẽt
nõ ſolũ vaſa aurea, & argẽtea: ſed & lignea, &
fictilia: & alia quędã ad honorẽ: alia aũt ad cõ
tumeliá: vt ex iſtis diuerſis vaſis, vel animis,
vel mentibus ornaret. Et has cauſas (vt ego
arbitror) mũdus iſte ſuę diuerſitatis accepit
dũ vnũquodq; ꝓ varietate motuũ ſuorũ, vel
animorum ꝓpoſitiq; diſpenſat. Qua ratione
neq; creator iniuſtus videbit: ſed ſecũdũ pce
dẽtes cauſas ꝓ merito vnicuiq; diſtribuit: ne
q; fortuita vniuſcuiuſq; naſcẽdi vel felicitas,
vel infelicitas putabitur: vel qualiſcũq; acci-
derit: illa cõditiõe qua diuerſi creatores, & di
uerſę creaturæ credunt animarum.

¶ Verum ne ſcriptura quidẽ ſancta videtur B
mihi penitus arcaná hui⁹ tacuiſſe rationem:
ſicut cum apoſtolus Paulus de Iacob, & Eſau
diſputás. Cũ eñ nõdũ nati fuiſſent: neq; egiſ
ſent aliquid boni, vel mali: vt ꝓpoſitũ qđ ſecũ
dũ electionẽ dei factũ eſt ꝑmaneret: nõ ex ope
ribus: ſed ex eo q vocauit dictũ eſt: quia maior
ſeruiet minori: ſicut ſcriptũ eſt: Iacob dilexi:
Eſau aũt odio habui. Et poſt ſibi ipe reſpõdet
et dicit. Quid ergo dicemus: nunqd iniuſti-
tia eſt apud deũ? Et vt occaſionẽ pſtaret inqui
rẽdi de his: & perſcrutádi qũo hęc nõ extra ra
tionẽ fiát: reſpondet ſibi ipſi: & ait. Eadẽ náq;
vt mihi videtur quę de Iacob & Eſau quęſtio
proponit: haberi etiá de cœleſtibus oĩbus: &
terreſtribus creaturis, & formis poteſt. Et ſi-
militer mihi videt ſicut ibi ait. Cũ eñ nondũ
nati fuiſſent, neq; aliqd egiſſent boni vel mali
vt ſecũdũ electionẽ propoſitum dei maneat: ſi
cut putant quidá: ſancta ſunt illa quidem cœ
leſtia: hæc autem terreſtria, & inferna. Alia
non ex operibus (vt putant illi) ſed ex eo qui
vocauit. Quid ergo dicemus ſi hæc ita ſunt?
Ergo iniuſtitia eſt apud deum? Abſit. Igitur
ſicut de Eſau & Iacob diligentius perſcruta-
tis ſcripturis inuenitur: quia non eſt iniuſti-
tia apud deum: vt anteq̃ naſcerentur: vel age

rent aliquid in vita hac: diceretur: quia ma-
ior ſeruiet minori. Et vt inuenitur nō eſſe in
iuſtitia: ꝙ & in ventre fratrē ſuum ſupplanta
uit Iacob: ſed ex pręcedētis videlicet vitæ me
ritis digne eum electum eſſe ſentiamus a deo:
ita vt fratri præponi mereretur: & ita etiā de
cęleſtibus creaturis: ſi aduertamus quia iſta
diuerſitas non creaturæ principium: ſed ex
præcedētibus cauſis pro meriti dignitate di
uerſum ſingulis a conditore miniſterii para-
tur officium: ex eo profecto ꝙ vnuſquiſq; vel
mens a deo creatus eſt: vel rationabilis ſpiri-
tus: pro motibus mentis: & ſenſibus animoꝝ
vel plus, vel minus ſibi meriti parauerit: vel
amabilis deo: vel etiam odibilis extiterit. Eū
tamen aliquis ex his qui melioribus meritis
ſunt ad exornandum mundi ſtatum compar
reliquis: & officium præbere inferiorib⁹ opi
nentur: quo per hoc & ipſi participes exiſtāt
patientiæ creatoris: ſecūdum quod apoſtolus
ipſe dicit: Vanitati enim creatura ſubiecta eſt
non volens: ſed propter eum qui ſubiecerit in
ſpem.

C ¶Obſeruantes igitur iſtam ſententiam: quā
apoſtolus de natiuitate Eſau, & Iacob expo-
nēs dixit: Nūqd iniuſtitia eſt apud deū? Abſit:
etiam in omnibus creaturis rectum arbitror
hāc eandem debere ſentētiam cuſtodiri: quo-
niam ſicut ſuperius diximus, iuſtitia debet
creatoris in omnibus apparere. Quæ vt mihi
videtur ita demū lucidius oſtendetur: ſi cau-
ſas diuerſitatis vnuſquiſq; vel cœleſtium: vel
terreſtrium, vel infernorum in ſemetipſo pro
cedentes natiuitatem corpoream habere di
catur. Verbo enim dei & ſapiētia creata ſunt
vniuerſa: & per ipſius ordinata ſunt iuſtitiā.
Per gratiam vero miſericordiæ ſuæ omnib⁹
prouidet: atq; omnes quibuſcunq; curari poſ
ſunt remediis hortatur: quia prouocat ad ſa
lutem.

¶Sicut ergo dubium non eſt in die iudicii fu
turum ꝙ ſeparentur boni a malis: & iuſti ab
iniuſtis: & ſinguli quiq; pro merito per ea lo-
ca qbus digni ſunt diſtribuantur iudicio dei
ſicut deo volente in conſequentibus oſtende
mus, tale aliquid opinor etiam iam factum.
Omnia demum deus & ſemper iudicio agere
ac diſpēſare credēdus eſt. Illud quoq; quod
apoſtolus docet dicens: In domo magna non
ſunt tantūmodo vaſa aurea, & argentea: ſed
& lignea, & fictilia: & alia quidem ad honorē:
alia autem ad cōtumeliam: & quod addit di-
cēs: Quia ſiquis ſe expurgauerit erit vas ſan
ctificatum domino vtile ad omne bonum: ſi-
ne dubio illud oſtendit: quia qui ſe expurga-
uerit in hac vita poſitus: ad omne bonū opus
erit paratus in futuro: qui autem non ſe pur
gauerit ſecundum quantitatem immūditiæ
ſuæ: erit vas ad contumeliam: id eſt indignū.
Ita ergo poſſibile eſt intelligi etiam antea fu-
iſſe vaſa rationabilia, & purgata: vel minus
purgata. i. quæ ſeipſa vel purgauerint, vel nō
purgauerint: & ex hoc vnūquodq; vas ſecun-
cūdū naturam puritatis, aut impuritatis ſuę
locum, vel regionem, vel cōditionem naſcen-
di, vel explēdi aliquid in hoc mūdo accepiſſe:
ꝙ omnia deus vſq; ad numerum virtute ſa-
pientiæ ſuæ prouidens, atq; dignoſcens mo-
deramine iudicii ſui æquiſſima retributione
vniuerſa diſponit: quatenus vnicuiq; pro me
rito vel ſuccurri, vel conſuli deberet. In quo
profecto omnis ratio æquitatis oſtēdit ut dū
inæqualitas reꝝ retributionis ſeruat æquita
tem. Quorum meritorum rationes per ſingu
los quoſq; ſecūdum veritatem ad liquidū ſo-
lus ipſe cum vnigenito verbo de ſapiētia ſua:
et ſpiritu ſancto recognoſcit.

De reſurrectione & iudicio: Capitulum Decimum.

Sed quoniā nos ſermo cōmo D
uit de iudicio futuro, & de
retributiōe, ac ſuppliciis pec
catoꝝ ſcđm ꝙ cōminātꝰ ſā-
ctę ſcripturę: & eccleſiaſtica
ꝑdicatio cōtinet: eo ꝙ iudi-
cii tempore ignis ætern⁹: &
tenebræ exteriores, & carcer, & caminus, &
alia his ſimilia peccatoribus præparata ſint:
videam⁹ quid etiam de his ſentire oporteat.
Sed vt ad hoc cōpetenti ordine veniatur: pri⁹
mihi videtur de reſurrectione ſermo mouen
dus: vt ſciamus quid eſt illud qđ vel ad ſup-
pliciū: vel requiē: vel ad beatitudinē veniet.
De quo in aliis quidem libris quos de reſurre
ctione ſcripſimus plenius diſputauim⁹: & qđ
nobis de hoc videretur oſtēdimus. Sed & nūc
ꝓpter conſequētiam tractatus pauca inde re
petere non videtꝰ abſurdū: maxime ꝓpter hoc
ꝙ offenduntꝰ quidā in eccleſiaſtica fide: quaſi
velut ſtulte: & penit⁹ inſipiēter de reſurrectio
ne credamus: ꝓcipue hęretici. Quib⁹ hoc mo
do arbitror reſpōdēdū. Si confiterentꝰ etiā ipſi
quia reſurrectio ſit mortuoꝝ: reſpōdeāt no-
bis qđ eſt qđ mortuū eſt. Nonne corpus? Cor
poris ergo reſurrectio fiet. Tū deinde ſi vten
dum nobis putatur eſſe corporibus: an non
arbitror apoſtolo Paulo dicēte: quia ſemina-
tur corpus animale: reſurget corpus ſpiritu

ale. Iſtos negare nõ poſſe ꝙ corpus reſurgat: vl' quia in reſurrectione corporibus vtamur. Quia ergo ſi certum eſt ꝙ corporibus nobis vtendum ſit: & corpora quæ ceciderunt reſurgere prædicantur: nõ enim proprie reſurgere dicitur niſi id quod ante ceciderit: nulli dubium eſt idcirco ea reſurgere vt his iterũ ex reſurrectione induamur. Alterũ ergo hæret ex altero. Nam etiam ſi reſurgant corpora: ſine dubio ad indumentum noſtri reſurgunt: et ſi neceſſe eſt nos eſſe in corporibꝰ: nõ in aliis q̄ in noſtris corporibus eſſe debemus. Q; ſi verꝫ eſt ꝙ reſurgunt, & ſpiritualia reſurgunt: dubiũ non eſt quin abiecta corruptione & depoſita mortalitate reſurgere dicãtur a mortuis: alioqn vanũ videbitur, & ſuperfluũ reſurgere queq̄ a mortuis: vt iterꝫ moriatur. Quod ita demũ intelligi euidentius poteſt: ſi qui diligenter aduertant quę ſit animalis corporis qualitas: quæ in terrã ſeminata ſpiritualis corporis reparet qualitatem. Ex animali namq; corporea virtus reſurrectionis & gratia ſpirituale corpus educit: cum id ab indignitate tranſmutat ad gloriam. Quoniam ergo hæretici eruditiſſimi ſibi videntur: & ſapientiſſimi: interrogabimus eos: ſi omne corpus ſchema aliquod habet. i. habitu deformetur. Et ſi quidem dixerint etiam corpus ꝙ non aliquo habitu deformetur: imperitiſſimi omniũ, atq; inſipientiſſimi videbuntur. Nullus enim hoc negabit niſi ſit ab omni eruditione penitus alienus. Si vero ſecundũ id quod conſequens eſt dixerint: quia omne corpꝰ certo habitu deformatur: regremus ab eis ſi poſſunt nobis ſpiritualis corporis habitum demonſtrare: atq; deſcribere: quod vtiq; nullo modo facere poterunt.

A ¶Sed & differentias eorum qui reſurgunt inquiremus ab eis: quomodo oſtenderent verũ eſſe illud quod dictum eſt; quia alia caro volucrum: alia piſcium: & corpora cœleſtia: & corpora terreſtria: ſed alia quidem cęleſtium gloria: alia vero terreſtrium: alia gloria ſolis alia lunæ: alia ſtellarum. Stella a ſtella differt in gloria: ita & reſurrectio mortuorum. Secũdum iſtam ergo conſequentiam cœleſtium corporum: oſtendant nobis differentias eorum qui reſurgunt: et ſi vllo genere conati fuerint ſecundum cœleſtium corporum differentias aliquam excogitare rationem: quæramus ab eis vt etiam terrenorum corporũ cõparationum differentias aſſignent. Nos vero ita intelligimus: ꝙ volens apoſtolus deſcribere quanta eſſet differentia eorum qui reſurgunt in gloria: id eſt ſanctorum: comparationem cœleſtium corporum ſumpſit dicens alia gloria ſolis: alia gloria lunæ: alia gloria ſtellarum. Et iterum volens differentias eorum oſtendere: qui in hac vita nõ expurgati ad reſurrectionem venient: id eſt peccatores de terrenis ſumit exemplum, dicens: Alia corpora volucrum: alia piſcium. Digne etenim ſanctis cœleſtia: terrena peccatoribus comparantur.

¶Hæc quidem dicta ſint aduerſus eos qui reſurrectionem mortuorum. i. reſurrectionem corporum negant. Nunc vero ſermonem cõuertimus ad nonnullos noſtrorum: qui vel ꝑ intellectus exiguitate: vel explanationis inopia valde vilem, & abiectum ſenſum de reſurrectione corporis introducunt. Quos interrogamus: quomodo intelligant animale corpus gratia reſurrectionis immutandum: et ſpirituale futurꝫ? Et quomodo qđ in infirmitate ſeminatur reſurrecturum ſentiant in virtute? Qđ in ignobilitate, quomodo reſurget in gloria? & quod in corruptiõe, quomodo ad incorruptionẽ transferatur? Quod vtiq; ſi credunt apoſtolo quia corpus in gloria: et virtute, & incorruptibilitate reſurgẽs ſpirituali eã effectum: abſurdum videtur: & cõtra ſenſum apoſtoli dicere id rurſum carnis, et ſanguinis paſſionibus implicari: cum manifeſte dicat apoſtolus: quoniam caro & ſanguis regnũ dei non poſſidebunt: neq; corruptio incorruptelã poſſidebit. Sed illud quomodo accipiunt: Sed non omnes immutabimur? Quæ immutatio ſecundum illum ordinem quem ſuperius docuimus expectãda eſt. In qua ſine dubio dignũ aliquid ex diuia gratia ſperantes: non cõuenit quod futurum credimus hoc ordine quo nudũ granum frumẽti, aut alicuius cæterorum in terra ſeminatũ deſcribit apoſtolus: cui deus dat prout vult: cum primũ granũ ipſum frumenti mortuũ fuerit. Ita namq; etiam noſtra corpora velut granũ cadere in terram putãda ſunt: quibus inſita ratione ea quæ ſubſtantiam continet corporalem: q̄uis emortua fuerit corpora: & corrupta, atq; diſperſa: verbo tamẽ dei ratio illa ipſa quæ ſemper in ſubſtãtia corporis ſalua eſt: erigat ea de terra, & reſtituat, ac reparet: ſicut ea virtus quæ eſt in grano frumenti: poſt corruptionem eiꝰ & mortem reparat ac reſtituit viuũ corpus & ſpicæ. Et ita his q̄dem q̄ regni cœlorũ hæreditatẽ cõſeq̄ merebũtur ratio illa reparandi corporis quã ſupra diximus dei iuſſu ex terreno, & animali corpore corpus reparat ſpũale: qđ habitare poſſit in cœlis. His vero q̄ inferioris meriti fue-

B

rint,vel abiectiores,vel etiã vltimi,& abſtru
ſi pro vniuſcuiuſq; vitę,atq; animę dignita-
te,etiam gloria corporis,& dignitas datur:
Ita tamen vt eorũ qui etiam ad ignem ęternũ
vel ad ſupplicia deſtinandi ſunt:per ipſam re
ſurrectiõis permutationẽ ita corpus incorru
ptum ſit:vt reſurgat:vt ne ſuppliciis quidem
corrumpi valeat,& diſſolui.Si ergo ita ſe ha
bet qualitas eius corporis qđ reſurget a mor
tuis:videamus nũc quid ſibi velit ignis æter
ni comminatio.

De igne inferni & pœnis eiuſdem. Capitulum Vndecimum.

INuenimus nãq; in Eſaia ꝓ
C pheta deſignari vniuſcuiuſ
q; proprium eẽ ignem quo
punitur:Ambulate in lu-
mine ignis veſtri:& flãma
quã accẽdiſtis.Per quos ſer
ca ue mones hoc videt̃ indicari
peccator vt flãmã ſibi ipſe ꝓprii ignis accẽdat
et nõ in aliquẽ ignẽ:q antea fuerat accẽſus ab
alio:vel añ ipm ſubſtiterit:demergat̃.Cuius
ignis materia atq; eſca nr̃a ſunt peccata:quæ
ab apoſtolo Paulo ligna,& fœnũ,& ſtipula no
minantur.Et arbitror q; ſicut in corpore eſcę
abũdantia,& qualitas,& quãtitas cibi febres
generãt:& febres diuerſimode,vel temporis
ſecũdũ eã menſurã qua intẽperies collectam
materiã ſuggeſſerit:ac fomitẽ febriũ:quæ ma
terię qualitas ex diuerſa intẽperie cõgregata
cauſa vel acerbioris morbi:vel prolixioris exi
ſtit:Ita anima cũ multitudinẽ malorũ operũ,
et abundantiam in ſe cõgregauerit peccato-
rum:cõpetenti tẽpore omnis illa malorum cõ
gregatio efferueſcit,atq; ſupplicium inflam-
matur ad pœnas:cũ mens ipſa,vel conſciẽtia
ꝑ diuinam virtutem omnia in memoriam re
cipiẽs:quorũ in ſemetipſa ſigna quædã & for
mas cum peccaret expſſerat:& ſingulorũ quæ
vel fœde,ac turpiter geſſerat:vel etiã impie
cõmiſerat:hiſtoriã quandam ſcelerũ ſuorũ an
te oculos ſuos videbit expoſitã:tunc & ipſa
conſcientia ꝓpriis ſtimulis agitat̃:atq; cõpũ
gitur:& ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis.
Quod ita ſenſiſſe puto etiã Paulũ apoſtolum
cum dicit:Inter ſe inuicẽ cogitationibus:ac-
cuſantibus:aut etiã defendẽtibus in die qua
iudicabit deus occulta hominũ ſecũdũ euan
gelium meum ꝑ Ieſum Chriſtum.Ex quo in-
telligitur q; circa ipſam animæ ſubſtantiam
tormẽta quædã ex ipſis peccatorũ noxiis af-
fectibus generantur.Et ne ſatis tibi hui⁹ rei
intellectus difficilis appareat,cõſyderari poſ
ſibile eſt ex his paſſionũ vitiis:quæ animabus
accidere ſolent:id eſt cũ flãmis exuritur ani-
ma vel zeli:vel liuoris ignibus macerat̃:aut
cum irę agitatur inſania:vel triſtitiæ immẽſi
tate conſumitur:quoniam horum malorum
duritias aliquanti intolerabiliter ferentes q̃
huiuſcemodi cruciatus ꝑpeti,tolerabilius
habuere.

¶Requiris ſane ſi his qui vitiorũ malis iſtis D
quæ ſupra diximus irretiti ſunt:nec emẽda-
tiõis aliquid in hac vita adhuc poſiti cõpare
ſibimet potuerũt:& ita ex hoc mũdo abſceſſe
rãt:ſufficiat illis ad pœnã q; illis ipſis pdurã
tibus in ſe noxiis affectibus crucian̄t:id ẽ vel
iræ,vel furoris,vel inſanię,vel mœroris:quo
rum vtiq; mortiferũ virus nullo in hac vita
emẽdationis medicamẽto mitigatum eſt?An
his affectibus immutatis generalis pœnæ,ſti
mulis vexabunt̃?Sed & aliorũ ſuppliciorũ ſpe-
ciem intelligi arbitror poſſe:quia ſicut ſenti- ca
mus ſoluta corpis membra:atq; a ſuis inuicẽ ue
auulſa compagibus immẽſi doloris generare
cruciatum:ita anima cũ extra ordinẽ:atq; cõ
pagem:vel eã harmoniã quã ad bene agendũ
et vtiliter ſentiendũ a deo creata eſt,fuerit in
uẽta:nec ſibimet ipſi rationabiliũ motuũ cõ-
pagine conſonare:pœnã cruciatũq; putanda
ſit ſuimetipſius ferre diſſidii:& incõſtantiæ
ſuæ:atq; inordinationis ſentire ſupplicium.
Quæ animę diſſolutio,atq; diuulſio:cum ad
hibiti ignis ratione fuerit explorata:ſine du-
bio ad firmiorẽ ſui compagẽ in reſtaurationẽ
q; ſolidat̃.Multa ſunt etiam alia quæ nos la-
tent quæ illi ſoli cognita ſunt:qui eſt medic⁹
animarũ noſtrarũ.Si ẽm ad corpis ſanitatem
ꝓ his vitiis quæ ꝑ eſcam potumq; collegim⁹
neceſſariũ habemus interdum auſterioris,ac
moderatioris medicamenti curam:nonnun
q̃ vero id vitii qualitas depopoſcerit:rigore
ferri:& ſectionis aſperitate indigemus:q; ſi
etiã hoc ſupgreſſus fuerit morbi modus:ad
vltimũ conceptũ vitiũ etiã ignis exurit:quã
to magis intelligendũ eſt & hũc medicũ no-
ſtrũ deũ volentẽ diluere vitia animarũ noſtra
rũ:quæ ex peccatorũ,& ſcelerũ diuerſitate col
legerãt:vti huiuſcemodi pœnalibus curis?In
ſup etiã ignis inferre ſuppliciũ his qui ſanita
tem animę pdiderũt.Cuius rei imagines etiã
in ſcripturis ſanctis referũtur.

¶Deniq; in Deuteronomio ſermo diuin⁹ pec E
catoribus comminat̃ q; febrib⁹,& frigorib⁹,
et aurigine punient̃:& oculorũ vacillationi-
bus,& mentis alienatione,& paraplexia,& cę
citate,ac debilitate renũ cruciandi ſint.Siqs

igitur ex otio de omni ſcriptura cōgreget oēs
languoꝝ cōmemorationes q̄ de peccatoribus
velut corporearum ægritudinum appellatio
nibus memorantur: inueniet ꝙ animarum vł
vitia, vel ſupplicia per hoc figuraliter indicen
tur. Vt autem intelligam⁹ quia ea ratiōe qua
medici adiutoria languentibus adhibent: vt
per curas reparent ſanitatem: etiam deus agit
circa eos qui lapſi ſunt, & deciderunt in iudi-
cio. Eſt & illud: ꝙ per Hieremiam prophetam
iubetur calix dei propinari omnibus gentibus
vt bibant, & inſaniant, & euomant. In quo cō
minatur dicens: quia ſiquis noluerit bibere nō
mūdabitur. Ex quo vtiq; intelligitur ꝙ furor
vindictæ dei ad purgationem proficiet anima
rum. Quomodo aūt & a pœna quę per ignem
inferri dicitur pro adiutorio intelligitur adhi
beri, Eſaias docet: qui de Iſrael quidē ſic dicit:
cautele ge Habes carbones ignis: ſede ſuper eos: hi erūt ti
bi in adiutorio. Et in aliis dicit: Sāctificabit do
minus in igne ardenti. Et in Malachia prophe
ta dicit. Sedens conflabit: & purgabit: & fun-
det purgatos filios Iuda. Sed & illud quod de
diſpenſatoribus non bonis in euangelio dictū
eſt: qui diuidendi dicuntur: & pars eorum cū
infidelibus terræ poni: tanq̄ ea quæ ipſoꝝ pro
pria non ſit cum aliorum partib⁹ ſit mittēda:
ſine dubio genus aliqđ indicat pœnæ eorum:
quorum (vt mihi videtur) ſeparandus ab ani
ma ſpiritus indicatur. Qui ſpiritus ſi quidem
diuinę naturæ. i. ſpiritus ſanctus intelligend⁹
eſt: ſentiemus hoc dictum de dono ſpiritus ſan
cti: quod ſiue per baptiſmum, ſiue per gratiam
ſpiritus cum alicui ſermo ſapientiæ: & ſermo
ſcientiæ: vel alicuius alterius cui datus eſt do
ni: & non recte adminiſtratus: id eſt aut ad ter
ram defoſſus eſt: aut in ſudario colligat⁹: aufe
ratur ab anima donum ſpirit⁹: & pars reliqua
quæ ſupereſt. i. animæ ſubſtantia, cum infideli
bus ponit̄ diuiſa, ac ſeparata ab eo ſpiritu cum
quo adiungens ſe domino vnus ſpirit⁹ eſſe de
buerat. Si vero hoc non de dei ſpiritu: ſed de
animæ eius natura intelligendum eſt: pars me
lior illa dicetur quæ ad imaginem dei, & ſimi-
litudinem facta eſt. Alia autem pars, ea q̄ poſt-
modum per liberi arbitrii lapſum cōtra natu-
ram primę conditionis, & puritatis aſſumpta
eſt: quę vtiq; pars vtpote amica: & chara mate
riæ cum fidelium ſorte mulctatur.

A ¶Poteſt autem & tertio ſenſu illud ītelligi de
diuiſiōe iſta: vt quoniam vnicuiq; fidelium ſi
cautele ge minim⁹ ſit, in eccleſia adeſſe angelus dicitur:
qui etiam ſemp videre faciē dei patris a ſalua-
tore phibetur: et hic qui vtiq; vnū erat cū eo
cui perat: ſi is per inobedientiā efficiatur indi-
gnus, auferri ab eo angel⁹ dicitur: & tūc pars
eius, id eſt humanæ naturæ pars, auulſa a dei
parte cū infidelib⁹ deputat̄: qm̄ cōmonitionis
appoſitio ſibi a deo angeli nō fideliter eſt cuſto
diuit. Sed & exteriores tenebras (vt ego opi-
nor) nō tā aerē aliquem obſcurū: & ſine lumi-
ne intelligēdū puto: q̄ de his q ꝓfundæ ignorā
tiæ tenebris īmerſi extra diuinæ intelligentiæ
lumē effecti ſunt. Vidēdū quoq; ē: ne forte eti-
am illud iſte ſermo ſignificet: ꝙ ſicut ſancti cor
pora ſua: in qbus ſancte, & pure in huius vitæ
habitatiōe vixerūt: lucida & glorioſa ex reſur
rectione ſuſcipiēt: ita & impii quiq; qui in hac
vita erroꝝ tenebras: & ignorātiæ dilexerunt
obſcuris & tetris poſt reſurrectionē corporib⁹
induantur: vt ea ipſa caligo ignorātiæ quæ in
hoc mūdo interiora eoꝝ mentis obſederat: in
futuro per exteri⁹ corporis appareat indumē
tum. Similiter quoq; & de carcere ſentiēdum
eſt. Sed ſufficiant iſta in præſenti loco: quæ in
terim nunc vt dicendi ordo ſeruaretur: q̄ pau
ciſſimis dicta ſunt.

De repromiſſionibus. Capitulū. XII.

VIdeamus nūc breuiter quid B
& de repromiſſionibus ſen-
tiēdū ſit. Certū eſt qa nullū
animal oīnī modo otioſum:
atq; īmobile eſſe poteſt: ſed
oī gñe moueri: & agere ſem
per, & velle aliqd geſtit. Et
hāc ineſſe naturā oībus animātib⁹ manifeſtū
puto. Multo magis ergo rationale aīal. i. hoīs
naturam neceſſe eſt ſemp aliqd mouere, vł age
re. Et ſiqdē īmemor ſui ſit: & qđ ſe deceat igno
ret: circa vſus corporales oīs ſua mouet̄ inten
tio: & per oēs motus ſuos erga voluptates ſu-
as, ac libidines corporis occupat̄. Si vero talis
q in cōmune aliqd curare, vel ꝓuidere ſtudeat
aut reipublicæ conſulens: aut magiſtratibus
parens: aut quicquid illud eſt qđ in commune
prodeſſe videatur exercet. Iam vero ſiqs talis
ſit vt aliqđ melius q̄ hæc quæ corpore viden-
tur intelligat: & ſapientiæ & ſcientiæ operam
habet: ſine dubio erga huiuſcemōi ſtudia om
nem declinabit induſtriam quo poſſit inqſita
veritate rerum cauſas cognoſcere. Sicut ergo
in hac vita alius qdem ſummū bonū corporis
iudicat voluptatē: alius vero in cōmune con-
ſulere: alius ſtudiis & intelligentię operā dare:
ita requiramus in illa vita quæ vera eſt: quæ
abſcondita eſſe dicitur cū Chriſto in deo. i. in
illa æterna vita: ſi aliquis talis erit nobis viuen
di ordo, vel ſtatus. Quidā ergo laborē quodā

modo intelligētiæ recuſantes: & ſuperficiem
quādā legis literæ conſectantes: & magis dele
ctationi ſuæ quodammodo: ac libidini indul-
gentes: ſolius literæ diſcipuli: arbitrantur fu-
turas voluptates, & luxurias corporis expectā
das: & propterea præcipue carnes iterum de-
ſyderant poſt reſurrectionem: tales quib⁹ mā-
ducādi, & bibendi, & omnia quæ carnis, & ſan
guinis ſunt, agendi nunq̄ deſit facultas: Apo-
ſtoli Pauli de reſurrectione ſpiritalis corporis
ſententiam nō ſequētes. Quibus cōſequenter
addunt & nuptiarum cōuentiones, & filiorū
procreationes etiam poſt reſurrectionem futu
ras: fingentes ſibimetipſis Hieruſalem terre-
nam vrbē ædificandā lapidibus p̄tioſis: eos in
fundamenta eius iacētes: & lapide iaſpide mu
ros eius erigendos: & propugnacula ex lapide
cryſtallo: peribolū quoq; habituram ex lapi-
dib⁹ electis, & variis: id eſt iaſpide, & ſaphiro:
& calcedonio: & ſmaragdo: & onychio: & chry
ſolito: & chryſopaſſo: & iacyntho: & amethiſto
quinetiam miniſtros delitiarum ſuarum dan
dos ſibi alienigenas putant: quos vel aratores
habeant: vel ſtructores parietum: a quibus di-
ruta ipſorum, & collapſa ciuitas extruatur. &
arbitrantur q̄ facultates eorum accipiant ad
edendum: & in diuitiis eorum dominentur vt
veniant, & afferant eis aurum, & thus, & lapi
des pretioſos. Et hæc conantur ex auctoritate
prophetica confirmare ex his quæ de Hieruſa
lem repromiſſionibus ſcripta ſunt: vbi etiā di
citur quia qui ſeruiēt domino manducabunt,
et bibent: peccatores autem eſurient, & ſitiēt:
& q̄ lætitiam agent iuſti: impios vero mœror
poſſidebit.

C ¶Et de nouo quoq; teſtamento vocem profe-
runt Saluatoris: qua diſcipulis p̄mittit de vi-
ni lætitia dicēs: Quia non bibam ex hoc iā vſ-
q; bibam illud vobiſcum nouum in regno pa-
tris mei. Addunt quoq; illud: q̄ Saluator bea-
tos dicit eos qui nunc eſuriunt & ſitiunt: pol-
licens quia ſaturabuntur: & multa alia ex ſcri
pturis exempla proferūt: quorum vim figura
liter intelligi debere non ſentiunt. Tum vero
ſecundū formam quę in hac vita eſt: & ſecūdū
mūdi huius diſpoſitiones dignitatū, vel ordi-
num, vl' eminentias poteſtatum, reges ſe fore,
& principes arbitrātur ſicut ſunt iſti terreni:
propter illud videlicet qđ in euāgelio dictum
eſt. Habēs poteſtatem ſuper quinq; ciuitates.
Et vt breuiter dicam, ſecūdum vitæ hui⁹ con
uerſationem p omnia ſimilia volunt eē omnia
quæ de repromiſſionibus expectāt: id eſt vt in
terim ſit qđ eſt. Hoc ita ſentiunt q Chriſto q-
dem credētes: Iudaico autē quodam ſenſu ſcri
pturas intelligētes: nihil ex his dignum diui-
nis pollicitationibus preſumpſerunt. Hi vero
qui ſecundum apoſtolorū ſenſum theoriā ſcri
pturarum recipiunt: ſperāt quidē māducatu
ros eſſe ſanctos: ſed panem vitæ: qui veritatis
& ſapientiæ cibis nutriat animā, & illuminet
mētem: & potet eam diuinę ſapientię poculis:
ſicut dicit ſcriptura: Quia ſapiētia p̄parauit
menſam ſuam: miſcuit in cratere vinū ſuū: &
ſumma voce clamat. Diuertite ad me: mandu
cate panes quos præparaui vobis: & bibite vi-
num qđ miſcui vobis. Quib⁹ ſapiētię eſcis nu
trita mēs ad integrum, & perfectū ſicut in ini-
tio factus eſt homo, ad imaginē & ſimilitudi-
nem dei reparet̄: vt etiam ſiquis ex hoc min⁹
eruditus abierit: probabilia tamē opera detu-
lerit: inſtrui poterit in illa Hieruſalē ſanctorū
ciuitate doceri, & informari, & effici lapis vi-
uus: lapis pretioſus & elect⁹: pro eo q̄ fortiter
& cōſtāter pertulerit agones vitæ, & certami
na pietatis: ibiq; hoc qđ iam hic p̄dictū eſt ve-
rius manifeſtiuſq; cognoſcet: q̄ nō in pane ſo-
lo viuit homo: ſed in omni verbo qđ p̄cedit de
ore dei. Sed & principes & rectores intelligen-
di ſunt hi qui inferiores & regunt, & erudiūt,
& docent, atq; inſtruunt ad diuina. Verum ſi
minus vident̄ hęc ſperantibus ea dignum mē
tibus incutere deſyderiū: paululum repeten-
tes: q̄q̄ naturalis ſit & inſita animæ rei ipſius
cupiditas: ingramus: vt ita deinde velut ſpe-
cies ipſas panis vitæ, & qualitatem vini eius,
ac proprietatem principatuū per theoriæ con
ſequētiā deſcribamus. Igitur ſicut in artibus
quæ manu adimpleri ſolent, ratio quidē quid
vel qualiter, vel ad quos vſus fiat, verſatur in
ſenſu: efficacia vero operis manuū miniſterio
explicatur: ita in operibus dei quę ab ipſo facta
ſunt: ſentiendum eſt: q̄ eorum quę videmus
ab eo facta ratio, & intelligentia manet in oc-
culto. Et ſicut quæ ab artifice facta ſunt cum
oculus noſter viderit: ſiquid præcipue fabre-
factum proſpexerit: cōtinuo qualiter, vel quo
modo, vel ad quos vſus factū ſit ardet animus
ſciſcitari: multo amplius, & ſuper omnē com-
parationē eorum quę a deo facta peruidemus
ineffabili deſyderio ardet animus agnoſcere
rationem. Quod deſyderiū: quem amorē ſine
dubio a deo nobis inſitum credimus: & ſicut
oculus naturaliter lucem requirit ad viſum:
& corpus noſtrū eſcam, & potū deſyderat per
naturā: ita mens noſtra ſciendæ veritatis dei:
& rerū cauſas noſcēdi p̄priū, ac naturale deſy
deriū gerit. Accipimus aūt a deo iſtud deſyde
riū, nō ad hoc vt nec debeat vnq̄, nec poſſit ex
pleri: alioquin a conditore noſtro fruſtra vi-

debitur amor veritatis inſertus: ſi nunq̄ deſy
deriis compos efficitur.

A ¶ Vnde & in hac vita q̄ ſummo labore piis ſtu
diis, ac religioni operam dederint: q̄q̄ parua q̄
dam ex multis, & immenſis diuinæ ſcientię ca
piant theſauris: tñ hoc ipſum ꝙ animos ſuos,
mentemq; erga hæc occupant, atq; in hac ſemet
ipſos cupiditate præueniunt: multum vtilita
tis accipiunt: & ex hoc ipſo ꝙ animos ſuos ad
inquirendæ veritatis ſtudium, moremq; con-
uertunt: & paratiores ſe faciunt ad eruditio-
nis futuræ capacitatē: ſicut cum aliquis vult
imaginem pingere: ſi ante formæ liniamēta te
nui ſtili adumbratione deſignet: & ſuperponē
dis vultibus capaces præparet notas: ſine du-
bio per adumbrationē impoſita præformatio
ad ſuſcipiendos veros illos colores iā paratior
inuenitur: ſicut modo adumbratio ipſa defor
mata ſtilo domini noſtri Ieſu Chriſti in cordis
noſtri tabulis perſcribatur. Et idcirco fortaſſe
dicitur: quia omni habēti dabitur: & adiiciet.
Vnde cōſtat habentibus deformationem quā
dam in hac vita veritatis & ſcientiæ, adden-
dam etiam eſſe pulchritudinem perfectæ ima
ginis in futuro.

B ¶ Tale opinor indicabat deſyderiū ſuum ille
q dicebat: Coarctor aūt ex duob⁹: deſyderium
habens diſſolui & cū Chriſto eſſe. Multo enim
melius ſciens: ꝙ tūc cū regreſſus eſſet ad Chri
ſtum omniū quæ gerūtur in terris manifeſti⁹
agnoſceret rationes: vel de homine: vel de ani
ma hominis: vel de mente: vel ex quibuſcunq;
illis qui ſint ſpiritus: qui operent̄: qui ſint: qui
ve vitales, vel quæ ſit gratia quæ datur fideli-
bus ſpiritus ſancti. Tūc quoq; intelliget qui ſi
bi videatur Iſrael: vel quę diuerſitas gentium:
quid etiam ſibi velint iſrael duodecim trib⁹: &
quid ſinguli populi per ſingulas tribus.

C ¶ Tunc intelliget etiā de ſacerdotibus & leui-
tis: & de diuerſis ſacerdotalibus ordinibus ra
tionem: & cuius formę erant: immo ſentiet ni-
hilominus quę ſit veritas iobileoꝝ: & ſeptima
narū annorū: ſed & feſtorū dierū, & feriarū ra-
tiones videbit: & omniū ſacrificiorum, & puri
ficationum intuebitur cauſas: quę ſit quoq; ra
tio leprę purgatiōis: & quæ leprę diuerſæ: & q̄
purgatio ſit eorū qui ſeminis profluuiū patiū
tur aduertet: & agnoſcet quoq; quales virtu-
tes ſint bonę: quæq; nihilominus contrarię: &
qui vel illis affectus ſit hominibus: vl' iſtis con
tentioſa æmulatio. Intuebitur quoq; quę ſit ra
tio animarum: quæ vel diuerſitas animalium
vel eorū quę in aquis viuunt: vel auiū: vel fera
rū: quid ve ſit ꝙ in tam multas ſpecies ſingula
genera deducūtur: qui creatoris proſpectus:
vel quis per hæc ſingula ſapiētiæ eius tegitur
ſenſus. Sed & agnoſcet qua ratione radicibus
quibuſdā: vel hęrbis aſſociantur quædā virtu
tes: & aliis ecōtrario hærbis vel radicibus de-
pelluntur: quę ratio apoſtatarū angeloꝝ: quæ
ve cauſa ꝙ iis qui eos non tanta fide contēpſe-
rint, vel adulari in aliquibus poſſent, vel erro-
ris cauſa, ac deceptionis exiſtere. Sed & de ſin-
gulis diuinę prouidētiæ iudiciū diſcet: de his
quæ accidūt hominibus: ꝙ nō fortuito, vel ca
ſu accidūt: ſed ratione quadam tā examinata
tam ardua: vt eam nō ſolum ſanctorū: ſed for-
taſſis omniū hominū ne numerus quidem prę
tereat capillorum: cuius prouidētiæ ratio ꝑ
ducat̄ vſq; ad duos paſſeres, qui denario ſub-
trahūtur: ſiue ſpiritualiter, ſiue iam ſecūdum
literam paſſeribus intellectis. Qđ enim nunc
interim quęritur: tūc autē ibi iam manifeſtū
videbitur. Ex quibus omnibus putandum eſt
ꝙ iterim nō parū tēporis trāſeat vſquequo eo
rū tantūmodo q̄ ſuper terrā ſunt ratio poſt vi
tæ abſceſſum dignis & benemeritis oſtendat̄:
vt per eoꝝ omnium agnitionē: & plenę ſciētię
gratiā: lętitia inenarrabili perfruantur. Tunc
deinde ſi aer iſte qui inter cœlū & terrā eſt, nō
eſt vacuus ab animātibus, & animantibus ra-
tionabilib⁹: ſicut & apoſtolus dixit: In quibus
aliquādo ambulaſtis ſecundū ſęculum mundi
huius. Spirit⁹ qui nunc operatur in filiis diffi
dentię. Et iterū ait. Rapiemur in nubibus ob-
uiam Chriſto in aera: & ita ſemper cū domino
erimus. Putandū eſt igitur ꝙ tādiu ſancti ibi ca
permaneant vſquequo vtriuſq; modi rationē ue
diſpēſationis eorū quæ in aere gerūtur agno-
ſcant. Qđ autem dixi vtriuſq; modi: hoc eſt
(verbi gratia) cū in terris eſſemus, vidimus
vel animalia, vel arbores: & differētias eorum
proſpeximus: ſed & diuerſitatē q̄plurimam
inter homines: verū vidētes hęc rationē eorū
nō intelleximus. Sed hoc nobis tantum ex ipſa
quā vidimus diuerſitate ſuggeſtū eſt vt: inqui
ram⁹, & perſcrutemur qua ratiōe iſta omnia,
vel diuerſa fuerint creata, vel varie diſpenſen
tur: & cōcepto in terris huiuſcemodi, vel ſtu-
dio, vel amore dabitur nobis poſt exitū etiam
cognitio eius, & intelligentia: ſi tamē res ꝓce-
dat ex voto. Cū ergo cōprehenderim⁹ integre
eius rationē: tunc vtroq; modo cōprehēdem⁹
ea quæ vidimus ſuper terrā. Tale ergo aliquid
etiam de aeria ſede dicēdum eſt. Puto enim ꝙ
ſancti quiq; diſcedentes de hac vita ꝑmaneant
in loco aliquo in terra poſito: quē paradiſum
dicit ſcriptura diuina: velut in quodam erudi
tionis loco: & (vt ita dixerim) auditorio, vel
ſchola animarum: in quo de oībus his quæ in

terris viderāt,doceātur.Iudicia quoq; quædā accipiant etiam de conſequentibus & futuris ſicut in hac quoq; vita poſiti iudicia q̄dam futurorum licet per ſpeculum in ænigmate: tamen ex aliqua parte conceperant: quæ manifeſtius,& lucidius ſanctis in ſuis & locis, & temporibus reuelant. Siquis ſane mundus corde: & purior mēte,& exercitatior ſenſu fuerit: velocius proficiēs: cito ad aeris locū aſcendet:& ad cœlorum regna perueniet:per locorum ſingulorum(vt ita dixerim)māſiones: quas gręci quidē ſphæras.i.globos appellauerūt:Scriptura vero diuina cœlos nominat.In quib⁹ ſingulis primo quidem perſpiciet ea quæ ibi geruntur:ſecundo vero rationem quare geruntur agnoſcet. & ita per ordinem aggreditur ſingula ſequens eum qui tranſgreſſus eſt cœlos Ieſum filium dei dicētem: volo vt vbi ſum ego & iſti ſint mecum.

C ❡Sed & de his locorum diuerſitatib⁹ indicat cum dicit:Multę manſiones ſunt apud patrē meum.Ipſe tamen vbiq; eſt,& vniuerſa percurrit.Vel vltra intelligamus eum non in ea exiguitate in qua nobis ꝓpter nos effect⁹ eſt.i.nō in illa circunſcriptione quā in noſtro corpore in terris poſit⁹ inter homines habuit:quomodo velut in vno aliquo circunſeptus loco putetur.Cum ergo(verbi gratia)ad cœleſtia loca peruenerint ſancti:nūc iam rationem aſtrorum per ſingula peruidebunt:& ſiue animantia ſunt:ſiue quicquid illud eſt:comprehēdēt. Sed & alias rationes operū dei quas eis ipſe reuelabit intelligent.Iam enim tanq̄ filiis rerum cauſas,& virtutem ſuæ conditionis oſtendet: & docebit eos quare illa ſtella cœli in illo loco poſita eſt:& quare ab alia tanto dirimente ſpatio ſeparatur.Verbi gratia:ſi ꝓpinquior fuiſſet:quid ex hoc eſſet futurum:ſi vero longius, quid accideret:aut ſi maior fuiſſet illa ſtella q̄ illa:quomodo ſimilis non ſeruaretur diuerſitas:ſed in aliam quandam formam cuncta formarentur.

cautele ge

❡Sic decurſis omnibus quæ in aſtroꝝ ratione & in his conuerſationibus quæ in cœlo ſunt continentur:venient etiam ad ea quæ non videntur:vel ad ea quorū ſola nomina nunc audiuimus,& ad inuiſibilia:quæ multa quidem eſſe Paulus apoſtolus docuit.Quæ autē ſint: vel quā habeāt differentiā:ne exiguo quidem aliquo intellectu conuincere poſſumus. Et ita creſcens per ſingula rationabilis natura non ſicut in carne,vel corpore,& anima in hac vita creſcebat: ſed mente,ac ſenſu aucta ad perfectam ſcientiam mēs iam perfecta perducitur: nequaq̄ iam vltra iſtis carnalibus ſenſibus impedita:ſed intellectualibus incremētis aucta: ſemper ad purum &(vt ita dixerim)facie ad faciem rerum cauſas inſpiciens:potiturq; perfectione:primo illa qua in id aſcendit: ſecūdo qua permanet:cibos quibus veſcatur habens theoremata,& intellectus rerum, rationeſq; cauſarum.Sicut enim in hac vita corpora noſtra primo in hoc ipſum qđ ſum⁹ corporaliter creſcunt: in prima ætate ciborum ſufficientia nobis incrementum pręſtante:poſtea vero q̄ creſcendi ad menſuram ſui fuerit expleta ꝑceritas:vtimur cibis iam non vt creſcam⁹:ſed vt viuamus,& conſeruemur in vita per eſcas: Ita arbitror & mētem etiam cum venerit ad ꝑfectum:veſci tamen & vti propriis& competētibus cibis: in ea menſura: cui neq; deeſſe aliquid debeat:neq; abundare. In omnibus autē cibus hic intelligendus eſt theoria,& intellectus dei: habens menſuras proprias & competentes huic naturæ q̄ facta eſt,& creata.Quas menſuras ſingulos quoſq; incipientium videre deum,id eſt ītelligere per puritatem cordis, competit obſeruare.

Explicitus eſt Liber Secundus.

Incipit Liber Tertius.
Pręfatio Rufini.

Qui legis memor eſto mei ī tuis ſanctis orationib⁹:vt & nos effici mereamur æmulatores ſpūs. D Supiores duos peri archō libellos te nō ſolū inſiſtēte:verū etiā cogēte:diebus q̄drageſimę interp̄tat⁹ ſum.Sed qm̄ illis diebus etiam tu religioſe frater Machari:& vicini⁹ monebas,& ampli⁹ vacabas:etiam ego amplius operabar: hos vero poſteriores duos tardius explicuim⁹:dum ad nos ab extrema,& vltima parte orbis rarior exactor accedis. Verū ſi meminiſti qđ in p̄fatiuncula priore cōmonui:quia indignaturi eēnt q̄dam ſi nos audiſſent non aliquid mali loqui: continuo id arbitror perſecutum probaſti. Qꝫ ſi in illo opere ita inflammati ſunt hi qui hominum linguas ad male loquendum excitant,dæmones: in quo nondum eorum ſecreta ad plenū nudauerat: quid in hoc futurum

putas: in quo omnes eorum cæcas & occultas
vias quibus humanis cordibus irrepũt: & ani
mas infirmas ac fragiles decipiunt: reuelabit?
Videbis illico perturbari omnia: ſeditiões mo
ueri: clamores tota vrbe diffundi: ad damnati
onem vocari eũ qui euangelicæ lucernæ lumi
ne diabolicæ ignorantiæ tenebras fugare co=
natus eſt. Verum hæc paruipendat qui cupit
(ſalua fidei catholicæ regula) in diuinis eru=
ditionibus exerceri. Illud autẽ neceſſario com
moneo: ꝙ ſicut in priorib⁹ libris fecimus: etiã
in iſtis obſeruauimus: ne ea quæ reliquis eius
ſentẽtiis, & noſtrę fidei cõtraria videbanť: in=
terp̃tarer: ſed velut inſerta ea ab aliis, & adul=
terata præterirẽ. De creaturis vero rationabi
libus ſi quid noui dixiſſe viſus eſt (quia nõ in
hoc eſt ſumma fidei) ſciẽtię gratia & exercitii
cũ forte nobis aduerſum nõnullas hęreſes ta=
li ordine neceſſario reſpõdẽdũ eſt: neq; in his
libellis: neq; in ſuperiorib⁹ p̃termiſi niſi ſiqua
forte iam in ſuperioribus dicta repetere etiam
in his poſterioribus voluit: & breuitatis gra=
tia aliqua ex his reſecare cõmodũ duxi. Siquis
tamẽ proficiendi & non obtrectãdi ſtudio hęc
leget: rectius faciet ſi exponi ſibi hæc a peritio
ribus velit. Abſurdũ nãq; eſt poetarũ ficta car
mina, & comœdiarũ ridiculas fabulas a gram
maticis exponi: & ea quæ de deo, vel cœleſtib⁹
virtutibus, ac de omni vniuerſitate dicũtur:
in quibus omnis vel paganorum philoſopho=
rum, vel hęreticorum prauus error arguitur
ſine magiſtro & explanatiõe aliqd poſſe ſeſe di
cere. Et ita fit: vt res difficiles & obſcuras ma=
lint homines per temeritatem, & inſcitiã con
demnare: q̃ per diligentiam & ſtudiũ diſcere.

De libertate arbitrii.
Capitulum Primum.

TAlia quædam de repromiſ=
A ſionibus diuinis credimus
ſentienda: cũ intelligẽtiam
noſtram ad cõtemplationẽ
ęterni illi⁹, & nullo fine clau
dendi ſæculi iaculamur: at
q; ineffabilem eius lætitiã,
ac beatitudinẽ cõtemplamur. Verũ quoniã in
eccleſiaſtica p̃dicatione ineſt etiã de futuro iu
dicio fides: q̃ iudicii credulitas p̃uocat homi=
nes, & ſuadet ad bene beateq; viuẽdũ: & omni
genere fugere peccatum: & per hoc ſine dubio
indicatur ꝙ in noſtra ſit poſitum poteſtate, vľ
laudabili nos vita, vel culpabili degere: pro=
pterea neceſſarium reor pauca etiam de arbi=
trii libertate diſſerere: eo ꝙ nõ ignobiliter hęc
quoq; quæſtio a q̃plurimis agitetur. Vt autẽ
facilius quid ſit libertas arbitrii cognoſcam⁹:
& quid ſibi velit natura ipſius arbitrii volun=
tatiſq; requiramus:

¶Omniũ quæ mouẽtur: alia in ſemetipſis cau
ſas motuum gerũt: alia extrinſecus accipiũt.
vtputa extrinſecus tantũmodo mouenť om=
nia quæ ſine vita ſunt: vt lapides, & ligna, & q̃
cunq; ſunt quæ ſolo habitu materiæ ſuæ vel
corporum conſtant. Omittenda ſane nunc eſt
illa quæſtio quæ etiam illum motum putat eſ
ſe cum per corruptelam corpora diſſoluũtur.
Nihil enim nunc ad propoſitũ conducit. Alia
vero in ſeipſis habent mouendi cauſam: vt ani
malia, vel arbores: & omnia quæ per naturalẽ
vitam, vel per animam cõſtant. Inter quæ etiã
metallorum venas deputari ab aliquibus vi=
ſum eſt. Sed & ignis ſui motus eſſe putandus
eſt: fortaſſis autem etiam & fontes aquarum.
Hæc autem in ſemetipſis cauſam ſuorum mo
tuũ habẽt. Quædam dicuntur ex ſe, quædam
a ſe moueri: & ita diuidũtur ꝙ ex ſe moueanť
ea quæ viuunt quidem, nõn tamen animantia
ſunt: a ſe autem mouentur animantia cũ eis
phantaſia. i. voluntas quędam, vel incitamen=
tum affuerit: quæ ea moueri ad aliquid vel in
citari prouocauerit. Deniq; etiam in quibuſ=
dam animalibus ineſt talis phantaſia. i. volun
tas, vel ſenſus: qui ea naturali quodam inſtin=
ctu prouocet, & concitet ad ordinatos & com
poſitos motus: ſicut videmus araneas facere q̃
phantaſia. i. volũtate. i. ſtudio textrino ad op⁹
texendi ordinatiſſime concitantur: ſine dubio
naturali quodam motu intentionem huiuſce
modi operis prouocante: nec tamen vltra aliũ
ſenſum aliquid q̃ texendi naturale ſtudiũ ha=
bere ipſum animal inuenitur: ſicut & apes fin
gendi fauos, ac mella (vt aiunt) auaritia con=
gregandi.

¶Rationabile vero animal cum habeat in ſe B
& hos naturales motus: habet tamẽ amplius
cæteris animalib⁹ etiam rationis vim: qua iu
dicare, & diſcernere de motibus naturalibus
poſſit: & alios vero reprobare & abiicere: alios
vero probare, atq; ſuſcipere: cuius rationis iu
dicio dirigi, & gubernari hominis motus ad
vitam probabilem poſſint. Vnde conſequens
eſt vt quoniam natura rationis huius quæ eſt
in homine habet in ſe vim dinoſcendi boni vel
mali: idq; cũ diſcernit, ineſt ei facultas etiam
eligendi quod probauerit: in eligendo quidẽ
quod bonum eſt: laudabilis: in ſequendo vero
quod turpe vel malum eſt: iure culpabilis iu=
dicetur.

¶Illud ſane nequaq̃ latere nos debet: ꝙ in non

nullis mutis aīalibus ordinatior quidē mot⁹ ceteris animalibus inuenitur: vt in ſagacibus canibus, vel bellatoribus equis: ita vt videantur aliquib⁹ velut rationabili quodam ſenſu moueri. Sed id non tam ratione, q̄ incentiuo quodā, & naturali motu ꝑ huiuſcemodi vſu largius indulto fieri credēdū eſt. Verum vt dicere cœperamus cū ita ſe habeat irrationabile animal: nobis hominibus incidere quędam extrinſecus poſſunt aliqua, & occurrere ſiue ad viſum, ſiue ad auditū, vel ad alios ſenſus: quæ nos cōcitent, & prouocent ad bonos, vel cōtrarios motus. Quæ vtiq̧ quia extrinſecus incidunt: non eſt in noſtra poſitū poteſtate ne incidant: vel occurrant. Iudicare vero, & probare qualiter vti debeamus his quæ incidunt: nullius alterius res eſt vel opus, niſi rationis eius quæ eſt in nobis. i. noſtri iudicii. Cuius rationis iudicio incidentibus extrinſecus concitamentis abutimur ad id quodcunq̧ ipſa ratio probauerit: naturalibus motibus noſtris nutu eius vel ad bona, vel ad mala gubernatis. Si vero quis dicat ea quæ extrinſec⁹ accidūt motus noſtros prouocantia, talia eſſe vt poſſibile nō ſit aduerſari eis ſiue ad bonum, ſiue ad malum nos concitantibus: in ſe ipſum paulıſper qui hoc æſtimat conuertat animū: & proprios diligentius inſpiciat motus: niſi inuenerit cum alicuius deſyderii pulſat illecebra nihil prius geri q̄ animi accommodetur aſſenſus: vt ſuggeſtioni prauæ nutus mentis indulgeat: ita vt etiā veriſimilibus quibuſdam cauſis intra cordis noſtri tribunalia velut iudici exiſtenti ab vtraq̧ parte adhiberi videatur aſſenſio: vt cauſis prius expoſitis gerendi ſententia de rationis iudicio proferatur. Non enim (vt verbi gratia dixerim) huic qui ſtatuit continenter & caſte viuere: atq̧ ab omni ſe muliebri contagio continere: ſi forte apparuerit mulier prouocans eum & alliciens aliquid contra propoſitum gerere: cauſa ei vel neceſſitas præuaricandi mulier extitit: cū poſſit vtiq̧ ſtatuti ſui memor libidinis incitamenta refręnare: & irritantis illecebrę delectamenta auſterioribus virtutis increpationibus coercere: vt omni luxurię ſenſu fugato, propoſiti firmitas, & conſtantiæ perſeueret. Deniq̧ ſi eruditiorib⁹ quibuſq̧ viris: & in diuinis inſtitutionib⁹ roboratis huiuſcemodi irritamenta peruenerit memores continuo ſui ea quæ dudum meditati ſunt, & quibus eruditi ſunt in memoriā reuocantes: & ſanctioris ſe doctrinæ adminiculis munientes: reſpuunt: ac refellūt omnem incitamenti illecebrā: atq̧ aduerſas concupiſcētias inſitæ ſibi rationis obiectione depellunt.

Cum ergo hæc ita eſſe naturalibus quodam modo teſtimoniis comprobentur: quomodo non ſuperfluum eſt geſtorum noſtrorum cauſas ad ea quæ extrinſecus ſunt retorqueri: & a nobis culpam, in quib⁹ omnis cauſa eſt, remoueri? Hoc eſt dicere ſimiles nos eſſe lignis, vel lapidibus: quæ intra ſe nullum habēt motum cauſas autem mot⁹ ſui extrinſecus patiūtur. Quod vtiq̧ nec vere dicitur, nec decenter: ſed ad hoc ſolum fingitur vt libertas arbitrii denegetur: niſi putemus ita demum poſſe cōſtare arbitrii libertatem: ſi nihil ſit quod nos extrinſecus incidens ad bona prouocet: aut ad mala.

¶ Verum qui ad naturalem corporis intemperiem culparum refert cauſas: contra rationem id eſſe totius conditionis oſtenditur. C
Quoniam enim videm⁹ in q̄plurimis qui cū prius incontinenter, intemperateq̧ vixiſſent: ac luxuriæ fuiſſent libidiniſq̧ captiui: ſi forte verbo doctrinæ, atq̧ eruditionibus in melius prouocati ſunt, tantam extitiſſe commutationem vt ex luxurioſis, & turpibus ſobrii, & caſtiſſimi, ac manſuetiſſimi redderentur. Et rurſum videmus in aliis quietis & honeſtis: q cū ſe forte inquietis hominib⁹ aſſociarint: corrūpi mores bonos colloquio, & effici eos tales q̄les ſunt illi quibus nihil ad turpitudinem deeſt. Et hoc interdum venit matura iam ætate viris: ita vt continentiores in iuuentute vixerint q̄ cum prouectior ætas facultatē vitæ liberioris indulſit. Conſequentia ergo rationis oſtendit ꝙ ea quidem quæ extrinſecus incidunt in noſtra poteſtate non ſunt: bene vero vel male vti his quæ incidunt: ea ratione quæ intra nos eſt diſcernente ac diiudicante quomodo his vti oporteat: noſtrę eſt poteſtatis.

¶ Vt autem ea quæ ratio conſequenter oſtendit etiam ſcripturarum auctoritate firmem⁹: D
id eſt ꝙ noſtræ opis eſt recte, vel minus recte viuere: & nō vel ex his quæ extrinſecus incidūt: vel (vt quidā putant fatis) vrgentibus cogimur: teſtimonium dabit Micheas propheta his verbis dicens. Si annuntiatum eſt o homo quid eſt bonum: aut quid dominus requirit abs te: niſi vt facias iudiciū, & diligas miſericordiam: & paratus ſis ire cum domino deo tuo. Et Moyſi dicit. Poſui ante faciem tuam viam vitæ: & viam mortis: elige quod bonum eſt & incede cum eo. Et Eſaias ita ait. Si volueritis, & audieritis me: quæ bona ſunt terræ comedetis. Si vero nolueritis neq̧ audieritis me: gladius vos conſumet. Os eīn domini locutū eſt hoc. Et in pſalmis ita ſcriptum

eſt: ſi populus me⁹ audiſſet me Iſrael: ſi in viis meis ambulaſſet: in nihilū vtiq; inimicos eius humiliaſſem. Per quod oſtendit q; erat in populi poteſtate incedere in viis dei. Sed & Saluator dicens: Ego autem dico vobis: non reſiſtere malo: & quicunq; iratus fuerit fratri ſuo reus erit iudicio: & quicunq; inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam mœchatus eſt iam in corde ſuo: et cum dat cætera queq; mādata: qd aliud indicat: niſi q; in noſtra poteſtate eſt obſeruare poſſe quæ mandantur? Et propter hoc recte rei efficimur iudicio ſi præuaricemur ea quæ vtiq; ſeruare poteramus.

¶ Vnde & ipſe ait: quia omnis qui audit verba mea / & facit ea: oſtendam vobis cui ſimilis eſt: ſimilis eſt viro prudenti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram &c. Et quod ait: qui autem audit hæc, & non facit: ſimilis eſt viro ſtulto qui ædificauit domū ſuper arenam, & reliqua. Sed & illud quod dicit his q a dextris eius ſunt: Venite ad me omnes benedicti patris mei &c. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mādūcare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: euidenter oſtendit quia in ipſis fuit vt vel laudabiles iſti eſſent facientes quæ mandata ſunt: & percipientes quæ promiſſa ſunt: vel hi culpabiles: qui contraria vel audire, vel percipere meruerunt: quibus dicitur: Ite maledicti in ignē æternum.

A ¶ Videamus quomodo etiam Paulus apoſtolus velut poteſtatem arbitrii habentibus nobis loquitur: & tanq; in nobis ipſis vel ſalutis, vel perditionis habentibus cauſas, ait. Aut diuitias bonitatis, ac patientiæ, ac longanimitatis contemnis: ignorans q; benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum duritiam autem tuam: & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iudicii, & reuelationis iuſti iudicii dei: qui reddet vnicuiq; ſecundum opus eius: his quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloria & incorruptio qui q̄runt vitam æternam: his autem qui ex contētione: & qui nō credunt quidem veritati: credunt aūt iniquitati: ira, idignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum: Iudæo primum, & græco. Similiter autem & honoratio, & pax omni operanti bonum: Iudæo primum, & græco. Multa quidem alia & innumera in ſanctis ſcripturis inuenies: quę euidenter oſtendent habere nos arbitrii liberi poteſtatem: alioquin perconcontrarium eſſe dare nobis mandata: ex quorum vel obſeruatione ſaluemur: vel præuaricatione damnemur: ſi obſeruandi ea in nobis facultas non eſt.

¶ Verum quoniam inueniuntur in ipſis diuinis ſcripturis quædam verba ita poſita: vt cōtrarium ex his aliquid videatur intelligi poſſe: proferentes ea in medium: & ſecundum pietatis regulam diſſerentes: adhibeam⁹ eorum abſolutiones: quo ex his paucis quæ expoſuimus etiam cæterorū quæ ſimiliter dicta ſunt quibus arbitrii poteſtas videtur excludi, abſolutio euidens fiat. Igitur q̄plurimos mouent ea quæ de Pharaone a deo dicta ſunt: dicente frequentius: ego indurabo cor Pharaonis. Si enim a deo induratur: & per hoc quod induratur delinquit: nō ſibi ipſe extitit cauſa delicti. Qđ ſi ita eſt: nō videbitur Pharao habere arbitrii libertatem. Et iam conſequenter aſſeretur q; hoc exemplo nec cæteri quidem qui pereūt ex arbitrii ſui libertate cauſam perditionis accipiunt. B

¶ Sed & illud qđ in Ezechiele ſcriptum eſt: cū dicit: Auferam eorū lapidea corda: & immittam eis carnea vt in præceptis meis incedant: & iuſtitias meas cuſtodiant: mouet aliquē pro eo q; a deo dari videtur, vel incedere in mandatis eius, vel iuſtificationes ei⁹ cuſtodire: qppe ſi ipſe id quod obſtat ad cuſtodienda mandata lapideū cor auferens: cor melius & ſenſibilius qđ nūc carneum nominatur īmittit, & inſerit. Vide aūt etiā illud qđ in euangelio dominus & Saluator reſpondit ad eos: qui quęrebant de ipſo quare ad turbas in parabolis loq̄retur: quale ſit: ait enim. Vt videntes nō videant: & audientes, non audiant & intelligāt: ne forte conuertantur & remittatur eis.

¶ Sed & illud quōdam a Paulo apoſtolo dictū eſt: quia nō volētis, neq; currentis: ſed miſerentis eſt dei. Et in alio loco: Et velle, & perficere ex deo eſt. Et iterū ī alio loco: Ergo cui vult miſeretur: & quem vult indurat. Dices itaq; mihi: Quid ergo adhuc culpamur? volūtati em̄ eius quis reſiſtet? O homo tu quis es: qui contra reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit quid me feciſti ſic? Aut non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere vas: aliud quidem ad honorem: aliud autem ad contumeliam? Hęc & his ſimilia non parum videntur deterrere poſſe q̄plurimos: ne putetur vnuſquiſq; habere ſui arbitrii libertatem: ſed q; ex dei voluntate, vel ſaluari aliquis, vel perire videatur.

¶ Incipiamus igitur ab his quæ ad Pharaonē dicta ſunt: quia a deo dicit̄ induratus ne dimitteret populū: cū quo pariter etiam apoſtoli ille ſermo tractabitur: quo ait: Ergo cui vult miſeretur: & quem vult indurat. His enim p̄cipue nitūtur hæretici dicētes: non eſſe in noſtra po C

teſtate vt ſaluemur: ſed naturas eſſe animarũ tales quæ omni genere, vel pereant, vel ſaluentur: nec vllo modo poſſit anima quæ mala facta eſt, bona fieri: aut quę bona fuerit, mala effici. Vnde aiunt & Pharaonem: quoniam naturæ erat perditæ: propterea indurari a deo: qui indurat eos qui terrenæ naturæ ſunt: miſeretẽ autẽ eorũ qui ſpiritualis naturæ ſunt. Videamus ergo quale eſt iſtud qđ aſſerunt: & interrogemus eos primo vt reſpondeãt nobis: ſi terrenę naturæ quã perditam dicũt aſſerunt fuiſſe Pharaonem? Reſpondebũt ſine dubio terrenæ. Si ergo terrenæ naturæ erat: credere deo vel obedire ei reſiſtente natura omnino nõ potuit. Q; ſi hoc ei erat per naturã: quid ad hoc opus ei erat indurari cor eius: & hoc non ſemel: ſed frequenter: niſi q vtiq; poſſibile erat eum ſuaderi? Nec indurari ab alio diceretẽ, niſi is qui ante non erat durus. Q; ſi ex ſe nõ erat durus: conſequens eſt vt nec fuerit terrenę naturæ: ſed talis: qui poſſet obſtupefactus ſignis & virtutibus cedere. Neceſſarium erat deo vt pro ſalute multorum in ipſo oſtenderet virtutem ſuam: dum reſiſtit plurimum: & obluctatur voluntati dei: & per hoc cor eius dicitẽ indurari.

¶Hæc autem dicta ſint primo aduerſus illos per quæ illa eorum ſubruatur aſſertio qua putant naturaliter perditũ fuiſſe Pharaonẽ. Sed & de his q ab apoſtolo Paulo dicta ſunt ſimiliter aduerſus eos agemus.

¶Quos enim indurat deus ſecundũ opinionẽ veſtram? Nempe eos quos naturę perditæ dicitis: quid aliud credo facturos ſi non fuiſſent indurati. Si vero ex induratiõe ad perditionem veniunt: iam non naturaliter: ſed ex accidentibus pereunt. Tũc deinde dicite nobis: quorũ miſeretur deus? Nempe eorũ qui ſaluãdi ſunt. Et in quo iſti ſecũda miſericordia indigent q ſemel ſaluãdi ſunt per naturã, & ad beatitudinem veniũt naturaliter: niſi qa etiã ex his oſtẽditur q quia perire eos poſſibile erat: idcirco miſericordiã cõſequuntẽ vt per hoc nõ pereãt, ſed veniãt ad ſalutẽ: & piorũ regna poſſideant?

D ¶Et hæc quidẽ dicta ſint aduerſus eos qui naturas bonas vel malas. i. terrenas, vel ſpirituales cõmotiones fabulis introducunt: ex qbus fieri dicũt: vt vel ſaluetur vnuſquiſq;, vel pereat. Nunc vero reſpondendũ eſt etiã his q deũ legis iuſtum tantũmodo volunt: nõ etiam bonum: quomõ putẽt a deo idurari cor Pharaonis quid faciente, vel quid proſpiciente? Obſeruandus eſt enim proſpectus & intuitus dei: ſecundum nos quidem iuſti, & boni: ſecundum ipſos vero iuſti tantũmodo. Et oſtendãt nobis quomodo deus quẽ vtiq; & ipſi iuſtũ fatẽtur iuſte faciat cor hominis indurari: vt ex ipſa induratione peccet, & pereat. Et quomõ in hoc dei iuſtitia defendetur: ſi ipſe iis cauſa perditionis exiſtit: quos pro eo q duritie increduli extiterint ipſe poſt modum iudicis auctoritate damnauit. Quid etiam culpat eum dicẽs: Tu autem quoniam non vis dimittere populum: ecce percutiã omnia primitiua in Aegypto: etiã primitiuũ tuũ: & q̃cũq; alia ſcripta ſunt p Moyſen dicta eſſe a deo ad Pharaonẽ? Neceſſe eſt eñ q oĩs q vera aſſerit ea q̃ in ſcripturis referũtur: & oſtẽdere vult iuſtũ eſſe deũ legis & prophetarũ: pro his oĩb⁹ reddere rationẽ: qũo per hoc nihil prorſus dei iuſtitię derogetẽ: qũo licet bonũ eũ negent: iuſtũ tñ & iudicẽ, & mũdi creatorẽ fatẽtur. Alius eñ reſpõſiõis ordo eſt aduerſus eos qui malignũ. i. diabolũ mũdi huius aſſerunt creatorẽ. Nos vero qm̃ nõ ſolũ iuſtũ: ſed & bonũ deum fatemur qui per Moyſen locutus eſt: reſpiciamus diligentius qũo iuſto, bonoq; conueniat q cor indurare dicitẽ Pharaonis. Et videamus ſi forte poſſumus ſequẽtes apoſtolũ Paulũ difficultatẽ rei exemplis qbuſdã ac ſimilitudinib⁹ ſoluere: ſi oſtẽdimus qm̃ vno eodemq; tẽpore deus alteri⁹ qdẽ miſeretur, & aliũ indurat: nõ agẽs, neq; volẽs vt induretur ille q induratur: ſed dũ ipſe benignitate ſua, & patiẽtia vtitẽ: his quidẽ qui eius benignitatẽ & patiẽtiã ad cõtẽptũ, atq; inſolentiã ducũt, induratur cor dum ad terminũ pœna differtur. Hi vero q benignitatem & patientiã eius ad occaſionẽ pœnitẽtiæ & emẽdationis accipiunt: miſericordiam cõſequũtur.

¶Vt aũt euidentius qđ dicimus demõſtrem⁹ vtamur exẽplo quo in epl'a ad Hebręos vſus ẽ apoſtolus Paulus dicens. Terra eñ quæ bibit frequẽter ſup ſe veniẽtẽ hymbrẽ: & germinat herbã optimã his qbus colitur: pcipiet benedictionẽ a deo: quæ autẽ pfert ſpinas & tribulos reproba eſt: & maledicto pxima: cuius finis ad exuſtionẽ. Igitẽ ex his quos aſſumpſimus Pauli ſermonibus, euidẽter oſtẽditẽ: q vno eodemq; opere dei quo hymbrẽ terrę largitẽ alia qdẽ terra diligẽter exculta fructus afferat bonos: alia vero quæ negligenter inculta eſt, ſpinas, & tribulos pferat. Et ſiquis quaſi ex pſona impiorũ loquẽs dicat: ergo hymber fecit fruct⁹ bonos: & ſpinas, ac tribulos ego feci: q̃uis dure dici videatur: vere tamẽ dicitur. Niſi enim hymber fuerit, nec ſpinę, nec tribuli naſcerẽt. Supueniente vero pluuia, vtrunq; terra pduxit. Sed q̃uis pluuię beneficio terra germẽ vtrũq; pduxerit: nõ tñ hymbribus merito diuerſitas germinis aſcribetẽ. Sed ad illos iure culpa ſeminis E

reflectet̄; q cū poſſent frequēti aratro terrā ſcin
dere: & raſtris grauibus torpentes glębas ver-
tere: & oēs inutiles radices noxii germinis am
putare: atq; ſuccidere: cunctiſq; quibus cultus
ille depoſcit laborib⁹ ac ſtudiis purgata, excul
taq; noualia venturis hymbribus pręparare:
hoc quidem facere neglexerūt: deſidiæ autem
aptiſſimos fructus ſpinas, ac tribulos metent.
Ita vt bonitas, & æquitas hymbrium ſuper om
nem terram æqualiter veniat: ſed vno eodēq;
opere pluuiæ, ea quidem terra quæ culta eſt di
ligentibus cultoribus cum benedictione vti-
les fructus proferat: ea vero quæ cultorum de
ſidia obduruit: ſpinas, ac tribulos germinet.
¶ Sic ergo accipiamus ꝙ ea ſigna & virtutes q̄
a deo fiebant, hymbres quidē erant & a deo de
ſuper miniſtrati: propoſitū vero hominū/& vo
luntates terra accipienda eſt culta/vel inculta
vnius quidē naturæ: vtpote omnis terra cū ter
ra: non tamen vnius eiuſdēq; culturæ. Ex quo
fit: vt vniuſcuiuſq; propoſitū vel induret̄ vir-
tutibus: & mirabilibus dei: ſi incultum: & ferū
eſt: & barbarum: & ſemetipſo ſuperbius ac ſpi-
noſius fiat: at miteſcat amplius ac tota mente
ſe in obedientiam tradat: ſi purgatum a vitiis
fuerit: & excultū. Vnde ad euidentiorē rei pro
bationē ſuperfluū nō erit vti etiā alia ſimilitu-
dine: verbi gratia, ſiquis diceret quia ſol eſt q
reſtringit: & qui reſoluit: cum contrariū ſit &
reſolutio/& conſtrictio. Sed non erit falſum qđ
dicitur dum vna eademq; caloris virtute ſol q
dem cęrā ſoluit: limū vero arefacit & ſtringit:
nō ꝙ virtus eius aliter in limo: & aliter operet̄
in cæra: ſed ꝙ limi alia: alia quoq; cæræ ſit qua
litas: cū vtiq; ſecūdū naturā vnū ſit: qa vtrūq;
de terra eſt. Ita ergo vna eademq; operatio dei
quæ per Moyſem in ſignis ac virtutib⁹ gereba
tur: Pharaonis quidem duritiā arguebat: quā
malitię ſuę intentione conceperat: reliquorum
vero Aegyptiorū qui Iſraelitis admiſcebantur
obediētiā declarabat: qui etiā cū Hebræis pari
ter exceſſiſſe Aegyptum referunt̄. Quod vero
ſcriptum eſt: quia paulatim edomaret̄ domus
Pharaonis: vt aliquādo diceret: nō longe abea
tis: iter tridui abibitis: ſed vxores veſtras relin
quite: & infantes veſtros: & pecora veſtra: ſed
et ſiqua alia ſcripta ſunt: per quæ paulatim vi
detur acquieſcere ſignis: & virtutib⁹: quid ali
ud ex his indicatur niſi ꝙ agebat quidem in eo
aliquid ſignorum & mirabiliū virt⁹? Non ta
men tantum quātum deberet, operabatur. Si
enim talis erat induratio qualē plurimi putāt
nō vtiq; inueniretur vel in paucis acquieſcere.
A ¶ Tropum vero vel figuram ſermonis ei⁹ qui
ſcript⁹ eſt de induratione, etiam ex communi
conſuetudine exponere puto ꝙ non videatur
abſurdū. Frequēter eīm benigniores qq; demū
ad eos ſeruos qui per multā patiētiam & man
ſuetudinem dominorū & inſolentiores impro
bioreſq; fiunt dicere ſolent. Ego te talem feci:
ego te perdidi: mea patientia te peſſimum fecit
ego tibi cauſa huius tam duræ & peſſimæ inſo
lentię exiſto: qui te non ſtatim per ſingulas cul
pas punio pro merito delictorum. Neceſſe eīm
nos eſt tropum vel figuram ſermonis aduerte
re: & ita demum virtutem dei intelligere: nec
inferre calumnias verbo: cuius interiorem ſen
ſum diligentius exploremus.
¶ Deniq; apoſtolus Paulus euidēter de talib⁹
tradens ait ad eū qui permanebat in peccatis.
An diuitias bonitatis eius/ac patientiæ/& lon
ganimitatis contemnis: ignorās quia benigni
tas dei ad patientiam te adducit? Secundum
duritiā aūt tuā & impœnitēs cor theſaurizas
tibi ipſi irā in die iudicii dei. Hęc dicit apoſto-
lus ad eū qui in peccatis eſt. Conuertamus hęc
ipſa nos ad Pharaonē dici: & vide ſi non ea etiā
de ipſo dici cōſonanter inuenies: qa ſecūdū du
ritiam eius/& cor impœnitēs theſaurizauit &
recōdidit ſibiipſi iram in die iræ: pro eo ꝙ nūq̄
duritia eius ita argui: & in manifeſtum venire
potuiſſet: niſi ſigna & prodigia fuiſſent tā mul
ta: tamq; magnifica proſecuta. Q; ſi minus ple
nę videntur eſſe probationes quas diximus: &
apoſtolicæ ſimilitudinis parum munimēti ha
bere adhuc videatur aſſertio: adhibeam⁹ etiā
prophetícę authoritatis aſſenſum: & videam⁹
quid etiam prophetę pronuntient de his: qui
primo quidem recte viuentes benignitatis dei
habere q̄plurima experimenta meruerunt:
poſtea vero vt hoīes deliquerunt: cum quibus
ſe quoq; vnum faciens ꝓphetauit: Vt quid do
mine errare nos feciſti a via tua: & quare indu
raſti cor noſtrū vti nō timeremus nomen tuū?
Conuertere propter ſeruos tuos: propter tri-
bus hęreditatis capiamus de mōte ſancto tuo.
Sed & Hieremias ſimiliter dicit. Seduxiſti nos
domine & ſeducti ſumus: tenuiſti/& potuiſti.
Quod ergo ait: Ad qđ domīe induraſti cor no
ſtrum vti ne timeamus nomen tuū: dictum ab
his qui miſericordiā precabātur, morali vtiq;
tropo accipiendū eſt: velut quis dicat: vt quid
intātum pepercíſti nobis: nec requiſiſti nos cū
peccaremus: ſed reliquiſti nos vt per hoc incre
ſceret malum: & propagaretur peccandi licen
tia animaduerſione ceſſante? Sic equus ſi non
aſſidui ſeſſoris patitur calcem/& fręnis ora fer
ratis obterit̄/indureſcit. Sic puerilitas ſi nulla
plagæ aſſiduitate curuet̄ur, inſolentē ſimul &
ad vitia pręcipitē iuuenē reddet. Relinqt ergo

deus: & negligit eos quos correptione iudicarit indignos. Quē em̄ diligit domin⁹ corripit: Flagellat autē omnem filium: quem recipit. Ex quo arbitrandum eſt filiorum: & in ordinem & affectum recipi eos qui flagellari a domino meruerint: & corripi: quo ſcilicet & per tentationū & tribulationum patientiam poſſint etiam ipſi dicere. Quis nos ſeparabit a charitate dei quę eſt in Chriſto Ieſu? Tribulatio? an anguſtia an nuditas? an periculum? an gladius?

B ¶Per hæc oīa manifeſtatur & ꝓditur vniuſcuiuſqꝫ ꝓpoſitū: & perſeuerātię firmitas indicatˀ: nō tam deo qui nouit oīa anteq̄ fiant: q̄ rationabilibus virtutib⁹: quæ vtiqꝫ procurationem ſalutis humanæ velut quædā adiutrices dei, miniſtræqꝫ ſortitæ ſunt. Hi vero qui nōdum ſe tāta cōſtantia: neqꝫ tāto affectu offerūt deo: neqꝫ parati ſunt accedentes ad ſeruitutē dei præparare animas ſuas: ad tētationem derelinqui dicuntur a deo: id eſt nō erudiri: pro eo ꝙ ad erudiendū parati non ſunt: in poſterū ſine dubio tempus eorum diſpenſatione vel curatione dilata. Qui vtiqꝫ quid a deo conſequentur ignorant: niſi prius ad beneficia cōſequenda ꝑ deſyderium venerint. Quod ita demū fiet: ſi quis ante ſemetipſum cognoſcat & ſentiat quid ſibi deſit: & quod ſibi deeſt: a quo quærere vel debeat vel poſſit intelligat. Qui em̄ nō intellexerit prius infirmitatē vel ægritudinē ſuā: medicum quærere neſcit: vel certe cū receperit ſanitatē nō egerit gratias medico: quoniā nō prius periculū ſui languoris cognouit. Ita et ſi qui nō prius animæ ſuæ vitia & peccatorū ſuorū cognouerit mala: ac ꝓprii oris cōfeſſione ꝓdiderit: purgari is abſoluiqꝫ non poterit: ne ignoret ſibi per gratiā conceſſum fuiſſe quod poſſidet: & diuinā liberalitatē ꝓpriū bonū putet. Quæ res ſine dubio arrogantiā generet & elationē: & denuo ei cauſa ſit ruinę. Quod etiā de diabolo ſentiēdū eſt: qui primitus honores ſuos proprios & non a deo datos eſſe credidit: quos habebat tunc cum immaculatus erat: & impleta eſt in eo illa ſententia quę dicit: ꝙ omnis qui ſe exaltat humiliabitˀ. Vnde mihi videtˀ ꝙ ideo occultata ſint prudentiorib⁹ & ſapiētioribus diuina myſteria: quemadmodum ſcriptura dicit: vti ne glorietˀ omnis caro in conſpectu dei: & reuelata ſint paruulis: his videlicet qui poſt eaq̄ infantes facti fuerint & paruuli: id eſt ad humilitatem ſe: & in ſimplicitatem reuocauerint paruulorum: tunc proficiunt: & cum ad perfectionem venerint: meminerint vtiqꝫ ꝙ non iam ſuis virtutib⁹, ſed gratia & miſericordia dei beatitudinem conſecuti ſunt.

C ¶Igitur dei iudicio derelinquitur is qui derelinqui debet: & patientiam habet deus ſup nō nullis peccantibus: nō tamē ſine certa ratione. Sed & hoc ipſum ꝙ patiēs eſt, ad vtilitatē ipſorū facit: quoniā quidem immortalis eſt anima: cuius curā & prouidentiā gerit. Et vtiqꝫ quod immortale & ęternū eſt: etiā ſi nō cito curetur non tamen excluditur a ſalute: quæ in tēpora opportuniora differtˀ. Nam & fortaſſis expedit tardius cōſequi his qui venenis malitiæ ꝓfundioris infecti ſunt. Sicut em̄ medici interdum cum poſſint celerius obducere vulnerum cicatrices: præſentē diſſimulāt et differūt ſanitatē melioris ſanitatis firmioriſqꝫ proſpectu: dū melius eſſe norunt moram facere in tumoribus vulnerum: et maligni humoris fluentes pauliſper ſinere meat⁹: q̄ feſtinare ad ſuperficiem ſanitatis: et obtruſis in venis fomitem venenati humoris includere: qui vtiqꝫ excluſus a ſalutis meatib⁹ ſerpet ſine dubio in interiora membrorum: atqꝫ ipſa vitalia viſcerum penetrabit: nō iam morbū corpori: ſed vitæ illaturus exitiū. Hoc ergo modo et deus q̄ noſcit occulta cordis: et pręnoſcit futura: per multam patientiā indulget fieri quædā quæ extrinſecus incidentia hoībus ꝓuocent proferri: et in lucem procedere paſſiones: et vitia quæ celantˀ intrinſecus vt per hæc expurgari et curari poſſint hi qui ꝑ multam negligētiam / et incuriā peccatorū in ſe radices, ac ſemina receperunt: vt eiecta foras atqꝫ ad ſuperficiē ꝓuocata, euomi quodammodo poſſint et digeri: vt etiā ſi videatur quis in grauioribus affici malis dum membrorū oīm ſuſtinet conuulſiones: poſſit tamen ceſſare aliquando et deſinere: et ſatietatē capere malorū et ſic ad ſtatū ſuū poſt multas moleſtias reparari. Deus em̄ diſpenſat animas nō ad iſtud ſolū vitæ noſtræ breue tēpus quod intra ſexaginta fere aut ſiqd amplius annos concludit: ſed perpetuū et æternū tempus tanq̄ æternus ipſe et immortalis: īmortaliū quoqꝫ animarū ꝓuidentiā tenēs. Incorruptibilē nāqꝫ fecit eſſe rationabilē naturam: quā ad imaginē ſuam, ac ſimilitudinē condidit. Et ideo non excluditur breuitate temporis huius vitæ noſtræ a curis et remediis diuinis anima quæ immortalis eſt.

D ¶Sed aſſumamus etiā de euāgeliis hoꝝ quę dixim⁹ ſimilitudines: vbi refertˀ eſſe quædā petra habens paruā et exiguā terrā: in quā ſi ceciderit ſemen cito memoratˀ exoriri: ſed cū exortū fuerit quoniā radicē nō dedit in ꝓfundū: aſcendente ſole ęſtuari dicitˀ: et areſcere q̄d exortum eſt. Quæ vtiqꝫ petra ſine dubio ꝓ aīa polita eſt humana: ꝑ ſui negligentia idurata: et propter malitiam ſaxea effecta. Nulli em̄ a deo cor lapideū creatū eſt: ſed per malitiam vnicuiqꝫ, et in

obedientiam cor lapideum fieri dicitur. Sic ergo ſiquis increpet agricolam quare nõ citius ſemina ſuper terrã petroſam iecerit: pro eo ꝙ viderat ad eam terram petroſam accepta ſemina velociter germinaſſe: vtiqꝫ reſpondebit agricola & dicet: quia idcirco tardius ſemino terram iſtam: vt poſſit ſemina quæ ſuſceperit retinere Expedit enim huic tali terrę vt poſterius ſeminetur: ne forte citius germinante ſegete: ſumma tenus ſoli fronte ea procedens ſolis æſtibus obuiare non poſſit. Nõne rationi & peritiæ acquieſcet agricolę? & quod prius ſibi videbatur inconſequens rationabiliter factũ probabitur? Ita ergo deus vniuerſæ creaturæ ſuæ peritiſſimus agricola diſſimulat & differt in aliud ſine dubio tempus hæc quæ nobis videntur citius debuiſſe conſequi ſanitatem: vt ne ſuperficies eorum magis q̃ interna curentur.

A ¶Si vero quis nobis ad hoc obiiciat: quare ergo quædã ſemina cadunt etiã ſuper terram petroſam.i. duram aliquã: & ſaxeam animã: dicẽdum ad hoc q̃ ne hoc quidẽ abſqꝫ diuinæ diſpenſationis fieri ꝓuidentia poteſt: quia niſi per hoc non cognoſceretur quid cõdẽnationis haberet temeritas auditus: & perſecutionis improbitas: nõ vtiqꝫ cognoſceretur q̃d eſſet vtilitatis erudiri per ordinem. Et inde fit vt cognoſcat aĩa vitiũ ſuũ: ſeqꝫ ipſam reprehendat: ac cõſequenter ſe culturæ reſeruet: ac tradat.i. vt videat ſibi prius vitia reſecanda: tum deinde ad inſtructionẽ ſcientię veniẽdũ. Quia ergo ſicut innũerabiles ſunt aĩæ: ita & mores earum atqꝫ propoſita: diuerſiqꝫ ſingularũ motus: & appetentia: & incitamenta: quarũ varietatẽ humana mens cõſyderare nullatenus poteſt: ideo ſoli deo ars: & ſcientia: & potẽtia diſpenſationis huiuſcemodi relinquẽda eſt: qui ſolus noſſe poteſt & remedia ſingulorũ: & curationũ tempus metiri. Ipſe ergo qui ſolus (vt diximus) agnoſcit ſingulorum mortalium vias: qua via etiã Pharaonẽ adducere deberet: vt per ipſum nomen ſuũ nominaretur in vniuerſa terra: pluribus plagis antea caſtigatũ: & vſqꝫ ad Moyſem maris adductum. In qua ſubmerſione nõ vtiqꝫ putandum eſt finitam eſſe erga Pharaonem ꝓuidentiam dei: non enim quia demerſus eſt cõtinuo etiam ſubſtantialiter interiſſe putandus eſt. In manu enim dei & nos: & ſermones noſtri: & omnis prudentia: atqꝫ operum diſciplina eſt: ſicut ſcriptura dicit. Verum hęc pro viribus noſtris diſſeruimꝰ capitulum ſcripturæ diſcutientes in quo dicitur deus induraſſe cor Pharaonis: & pro eo quod dictũ eſt: Cui ergo vult miſeretur: & quem vult indurat.

B ¶Nunc videamus etiam de his quæ Ezechiel dicit cum ait: Auferam cor lapideum ab eis: & immittam eis cor carneũ: vt in iuſtificationibus meis incedãt: & pręcepta mea cuſtodiant. Si enim cum vult deus aufert lapideum cor: & carneum dat: vt præcepta ſua ſeruẽtur: & mãdata cuſtodiãtur: neqꝫ malitiam auferre in noſtra videbitur eſſe poteſtate. auferri enim cor lapideum non aliud videtur eſſe q̃ malitiam qua quis obduratur abſcindi a quo deus vult: neqꝫ ꝙ mittitur cor carneum vt in præceptis ambuletur dei: & ſeruentur mãdata dei aliud eſt niſi obedientem fieri: & non reſiſtentem contra veritatem: & hoc promittit deus ſe facturum. Et ſi anteq̃ auferat cor lapideũ deponere illud a nobis non poſſumus: cõſequens eſt vt in noſtra poteſtate nõ ſit abiicere malitiam: ſed in deo. Et iterum: ſi nõ in noſtro actu eſt vt fiat in nobis cor carneũ: ſed ſolius dei opus eſt: non erit noſtrum opus ſecũdum virtutem viuere: ſed in omnibus gratiæ opus videbitur.

¶Hæc quidẽ dicunt hi qui volunt ex auctoritate diuinæ ſcripturæ diſſerere nihil eſſe poſitum in noſtra poteſtate. Quibus reſpõdebimꝰ hoc non aliter intelligi oportere: ſed ſicut ſi ſit aliquis imperitus & indoctus: is quidẽ ſentiẽs imperitiæ ſuæ notã ſiue adhortatione cuiuſq̃: ſiue prudentium quorũqꝫ æmulatione pulſatus: tradat ſe alicui quo cõfidat poſſe ſe diligẽter imbui: & competenter erudiri. Is ergo qui iam prius obdurauerat in imperitia ſi ſe (vt diximus) cum omni animi intentione dat magiſtro: atqꝫ obtemperaturũ ſe in omnibus repromittit: propoſiti eius intentione perſpecta cõpetenter etiam magiſter pollicebitur ablaturũ ſe ab eo omnem imperitiã: & inſerturũ peritiã non quo abnuenti diſcipulo: vel renitenti hoc ſe promittat eſſe facturum: ſed offerenti ſe atqꝫ in omnem obediẽtiam mancipanti. Ita & diuinus ſermo promittit his qui accedunt ad ſe ablaturũ ſe eſſe cor lapideum: nõ vtiqꝫ ab his qui ſe nõ audiunt: ſed ab his qui doctrinæ ſuæ præcepta ſuſcipiunt: ſicut in euangeliis inuenimꝰ ęgrotantes accedere ad ſaluatorẽ rogantes vt percipiant ſanitatem: & ita demum curari. Et eſt quidem (verbi gratia) vt curentur cæci: & videant: in eo quidem ꝙ precati ſunt ſaluatorem: & crediderũt ei poſſe ab eo curari: opus ipſorum qui curati ſunt. In eo vero ꝙ eis redditur viſus opus eſt ſaluatoris. Ita etiam in hoc diuinus ſermo promittit daturum ſe eſſe eruditionem auferendo cor lapideum.i. abſtergẽdo malitiam: vt poſſint per hoc in diuinis ambulare præceptis & legis mandata ſeruare.

¶Poſt hoc propoſitum nobis eſt etiam illud de euangelio: quod ſaluator dixerat: Propterea C

his qui foris ſunt in parabolis loquor: vt vidē-
tes videant: & non videant: & audientes audi-
ant: & nō intelligāt: ne forte conuertant̄ & re-
mittatur eis. In quo dicet qui e diuerſo reſpon
det: ſi omni modo hi qui manifeſtius audient
corrigentur & cōuertent̄: & ita conuertētur:
vt & digni ſint percipere remiſſionē peccatoꝝ
nō eſt autē in ipſorū poteſtate vt audiant ma-
nifeſtum ſermonem: ſed in eius vtiq; poteſtate
qui docet vt apertius & manifeſtius doceat: is
vero qui docet propterea ſe dicit manifeſte eis
non prædicare verbum ne forte audiant: & in-
telligant: & cōuertantur: & ſaluentur: nō erit
vtiq; in ipſis vt ſalui fiant. Quod ſi eſt: liberi ar
bitrii non erimus: vel ad ſalutem: vel ad perdi
tionē. Et ſi q̄dē nō eſſet adiectū q̄d dixit: ne for
te conuertantur & remittat̄ eis: poſſet⁹ pronior
eſſe reſponſio: qua diceremus quoniam nole-
bat eos quos ſaluator præſciebat non eſſe futu
ros bonos, intelligere myſteria regni cœlorum
& propterea loquebatur eis in parabolis. Nūc
autem cum adiectum ſit ne forte cōuertantur
& remittatur eis: difficilior efficitur expoſitio.
¶Et primo quidem obſeruandū nobis eſt quid
habeat munimenti locus iſte etiā aduerſus hæ
reticos: qui aucupari verba de veteri teſtamen
to ſolent: ſiqua forte videntur eis (vt ipſi intel
ligunt) de deo creatore graue & inhumanū ali
quid deſignare: vel cum iudicātis deſignatur
vel punientis affectus: vel quomodo certe ipſi
hæc nominare ſolent: ex quibus videlicet boni
tatem denegent eſſe in creatore: quoniā non ea
dem mente: nec eodem ſenſu etiā de euangeliis
iudicant nec obſeruāt: ſiqua talia etiam in euā
geliis poſita ſunt: qualia iudicant: vel arguunt
in veteri teſtamento. Euidēter enim in hoc ca-
pitulo ſaluator oſtenditur (ſicut ipſi dicunt)
manifeſte non loqui vt in eo conuertantur ho
mines: & vt remiſſionē nō accipiāt peccatorū.
Quod vtiq; ſi ſecundū ſolā literā intelligatur
nihil omnino minus habebit̄ ab eis quæ ī teſta
mēto veteri criminant̄. Si vero etiam ipſis vi
dētur hæc expoſitione indigere: ſiqua in nouo
teſtamento ita poſita inueniuntur: conſequēs
& neceſſariū erit vt etiā ea quæ in veteri teſta-
mento criminantur ſimili expoſitione purgen
tur: vt per hęc vnius eiuſdemq; probētur eſſe
quæ in vtroq; ſcripta ſunt. Sed ad propoſitam
quæſtionem (prout poſſumus) conuertamur.
D ¶Dicebamus prius de Pharaone diſputantes:
ꝙ interdū curari citius nō cedit in bonum: ma
xime ſi internis viſceribus validius morbus
graſſatur īcluſus. Vnde deus qui occultorum
cognitor eſt: & nouit vniuerſa anteq̄ fiant: pro
multa benignitate ſua differt horum talium
curas: & medicinā protelat in longius: atq; vt
ita dixerim curat eos dum nō curat: ne eos pro
ſpera ſanitas inſanabiles reddat. Poſſibile ergo
eſt: vt apud eos quibus foris poſitis domini &
ſaluatoris noſtri ſermo fiebat: pro eo ꝙ ſcrutās
corda & renes pręuidebat nondū aptos mani-
feſtioris eloquii recipere doctrinā: ꝓfundioris
ſacramenti fidem velato ſermone contegeret
ne forte velociter conuerſi: ac ſanati. i. peccato
rū ſuorū remiſſione celeriter accepta auerſa fa
cie iterum in eundē reciderent morbū: quē ſen
ſerant ſine aliqua difficultate curatum. Quod
vtiq; ſi fiat: nulli dubiū eſt duplicare pœnam:
& in alia augmenta cumulari: dū non ſolū pec
cata quę remitti viſa fuerint repetuntur: verū
etiam virtutis aula polluitur: ſi eam doloſæ &
contaminatæ mentes plenæ intrinſecus mali-
tiæ latentis inculcent. Et ꝙ nunq̄ in talibus re
medium erit: qui poſt malitiæ impuros ac ſor
didos cibos deguſtata virtutis ſuauitate: dul-
cedine eius ſuis faucibus recepta: rurſus ſe ad
virulentos & mortiferos cibos nequitię cōuer
terunt. Et quis dubitat melius eſſe differri: et
interim relinqui: vt ſi forte ſatietatem malitiæ
aliquando cœperint: & horreſcere poterūt ſor
des in q̄bus nunc interim delectant̄: tūc demū
competenter eis ſermo dei manifeſtetur: & nō
ſanctum canibus mittat̄: nec margaritæ iactē
tur ante porcos: qui cōculcent eos pedibus: &
inſuper conuerſi rumpant: & impugnent eos
qui ſibi prędicauerunt verbum dei. Ergo ſunt
qui foris eſſe dicūtur: ſine dubio ad eorū com-
parationē qui intus eſſe & manifeſtius audire
verbum dei referuntur. Audiunt tamen & iſti
qui foris ſunt verbum: licet parabolis obtectū.
¶Sunt autem alii pręter eos qui foris ſunt qui E
Tyrii appellantur: qui omnino nō audiunt: &
quidē prædicāte de eis ſaluatore ꝙ olim in ſac
co & cinere iacentes pœnitentiam egiſſent: ſi
factæ fuiſſent apud eos virtutes: quæ apud ali
os factæ ſunt: & tamen non audiunt ne ea qui
dem quæ hi qui foris ſunt audiunt: credo pro
eo ꝙ longe horum inferior & nequior ordo eſ-
ſet in malitia: q̄ eorum qui foris eſſe dicuntur:
id eſt non longe ab his qui intus ſunt: & audi-
re verbum licet in parabolis, merebantur. Et
ꝙ fortaſſis diſpenſatio manet in illud tempus
quo tolerabili⁹ erit eis ī die iudicii q̄ illis apud
quos factæ ſunt virtutes quæ ſcriptæ ſunt: vt
ita demum releuati tunc pondere ſuorum pec
catorum facilius & tolerabilius per viā ſalutis
incedant. Verum illud eſt q̄d admonitos illos
eſſe qui hæc legunt, volo: huiuſcemodi difficil
limis & obſcuriſſimis locis ſummo ſtudio ni-
ti: nō tā vt quæſtionū abſolutiones ad liquidū

diſpiciamus:hoc enim faciet vnuſquiſqꝫ prout ſpiritus dabit eloqui ei.Sed vt pietatis regulam cautiſſima aſſertione teneamus: in eo ꝙ prouidentiam dei iuſte omnia moderantem & æquiſſimis diſpenſationibus pro ſingulorum meritis & cauſis regere immortales animas: ſtudemus oſtendere:dum non intra huius ſæculi vitam diſpenſatio humana concluditur: ſed futuri ſtatus cauſam præſtat ſemper anterior meritorum ſtatus:& ſic īmortali & æterno æquitatis moderamine diuinæ prouidentiæ immortalis anima ad ſummam perfectionis adducitur.

¶ Siquis tamen occurrat nobis pro eo ꝙ diximus a deterioribus quibuſqꝫ & nequioribus conſulto differri verbum prædicationis: cur his quibꝰ collati Tyrii,q ſemper deſpecti ſunt, proferuntur:prędicatus ſit ſermo:in quo vtiqꝫ auctum eſt eis malum:& grauior eorum effecta eſt condemnatio: vt audirent verbum qui non erant credituri:hoc modo reſpondendum videtur. Deus qui vniuerſarum mentium cōditor eſt:aduerſus prouidentiam ſuam querelas prænoſcens:præcipue eorū qui dicunt quo modo credere poteramus:cum neqꝫ viderimꝰ ea quæ aliis prædicata ſunt: intantum extra nos eſt culpa:vt hi quibus annuntiatus eſt ſermo:& ſigna monſtrata ſunt: nihil omnino diſtulerint: ſed obſtupefacti ipſa prodigiorum virtute crediderint:volēs arguere occaſiones huiuſcemodi querelarum: & oſtendere quia non diſſimulatio diuinæ prouidentiæ: ſed humanæ mentis arbitrium cauſa ſibi perditionis exiſtit: contulit etiam indignis & incredulis gratiam benefactorum ſuorum:vt vere omne os obſtruatur:totumqꝫ a ſe & nihil a deo eſſe ſibi mens humana cognoſcat.Simul & quia grauius condemnatur is qui diuina beneficia ſibi collata contempſit:ꝙ̄ ille qui conſequi ea vel audire non meruit:intelligat & agnoſcat nunc eſſe diuinæ & æquiſſimæ ſuæ diſpenſationis etiā hoc ipſum:ꝙ interdū diſſimulat aliquibꝰ prętare vt vel videant vel audiant virtutis diuinæ myſteria:ne ſignorum virtutibus viſis: & ſapientię eius myſteriis agnitis & auditis:ſi cōtempſerint:grauiori impietatis animaduerſione mulctentur.

A ¶ Videamus nunc & de eo quod dictum eſt: Non volentis: neqꝫ currentis: ſed miſerentis eſt dei. Aiunt enim hi qui e diuerſo ſunt:ſi non eſt volentis:neqꝫ currentis:ſed cui deus miſeretur is ſaluatur:non eſt in nobis vt ſaluemur. Aut enim natura noſtra talis eſt vt vel ſaluari poſſimus:vel non ſaluari:aut certe in voluntate ſola eſt eiꝰ:qui ſi vult miſeretur:& ſaluat. A quibus primo quæritur hoc:velle bona:aut bonum eſt:aut malum?& currentem feſtinare vt perueniat ad fidem boni: an laudabile eſt? Si quidem dixerint ꝙ culpabile ſit: aperte inſaniēt.Omnes enim ſancti & volunt bona:& currunt ad bona: & vtiqꝫ culpabiles non ſunt. Quomodo ergo ſi non ſaluatur:malæ naturæ eſt: vult bona & currit ad bona:ſed non inuenit bona? aiunt enim:quia arbor bona fructus malos non affert: bonus etenim fructus eſt velle bona. Et quomodo malæ arboris fructus eſt bonus? Qꝫ ſi dixerint quia medium eſt velle bona:& currere ad bona: id eſt neqꝫ bonum neqꝫ malum:dicemus ad eos. Si medium eſt velle bonum: & currere ad bona: ergo & id quod his contrarium eſt: medium erit: id eſt velle mala:& currere ad mala. Sed certum eſt quia non ſit medium velle mala: & currere ad mala: ſed aperte malum eſt. Conſtat ergo quia non eſt medium velle bona: ſed bonum. His ergo tali reſponſione depulſis ad expoſitionem iam quæſtionis ipſius properemus: in qua ait: Non volentis: neqꝫ currentis: ſed miſerentis eſt dei.

¶ In libro pſalmorum, in canticis graduum B qui Salomonis eſſe referuntur:hoc modo ſcriptum eſt: Niſi dominus ædificauerit domum in vanum laborant qui ædificant eam: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilant qui cuſtodiunt eam. Per quæ verba non vtiqꝫ indicat vt ceſſare debeamus ab ædificando & a cuſtodia ciuitatis eius quæ intra nos eſt: ſed hoc eſt quod oſtendit: quia quæcunqꝫ ſine deo ædificantur:& quęcunqꝫ ſine eo cuſtodiuntur:vane ædificantur:& ſine cauſa ſeruantur.In omnibus enim quæ bene ædificātur:& bene ſaluantur: dominus vel ædificationis:vel tutelæ author aſcribitur.Vt verbi cauſa:ſi videamus aliquod magnificum opus: & præclari ædificii moles decora conſtructione ſublatas: nonne iure & merito dicemus: non hæc humanis viribus:ſed diuina ope:atqꝫ virtute conſtructa?nec tamen ex hoc ceſſaſſe humani ſtudii labor:atqꝫ īduſtria deſignabitur. vel iterum ſi videamus vrbem aliquam graui hoſtium obſidione circundatam: minaces in ferri machinas muris:vallo,telis,ignibus,cunctiſqꝫ bellorum inſtrumentis/quibus excidia parantur,vrgeri:ſi repelli hoſtis potuit: & fugari: digne meritoqꝫ liberatæ ſalutem a deo præſtitam dicimus:nec tamen per hoc defuiſſe vigilum excubias vrbi: procinctum iuuenum;& cuſtodientium vigiliam deſignamus.

Ita & apoſtolũ dixiſſe intelligendũ eſt: cũ ait.
Nõ ſufficit ad perficiendã ſalutem ſola volun
tas humana: nec idoneus eſt mortalis curſus
ad conſequenda cœleſtia: & ad capiendã palmã
ſupernę vocationis dei in Chriſto Ieſu: niſi hęc
ipſa voluntas noſtra bona: promptũq; propo-
ſitum: & quęcũq; illa in nobis eſſe poteſt indu-
ſtria: diuino vel iuuetur: vl' muniatur auxilio
Et ideo valde cõuenienter dicit apoſtolus: quia
non volentis: neq; currentis: ſed miſerentis eſt
dei: quẽadmodũ ac ſi dicam⁹ de agricultura il
lud qđ ſcriptũ ẽ: Ego plãtaui: Apollo rigauit:
ſed deus incrementũ dedit. Ita neq; q plãtat eſt
aliqđ: neq; qui rigat: ſed q incremẽtũ dat deus.
C ¶Sicut ergo cum bonos atq; vberes fruct⁹ ad
perfectã maturitatem ꝑtulit ſeges: nemo pie
& cõuenienter dicet quia fructus iſtos agrico-
la fecit: ſed a deo fatebit̃ præſtitos: ita etiã no-
ſtra perfectio nõ quidẽ nobis ceſſantib⁹ & otio
ſis efficitur: nec tamen conſummatio eius no-
bis: ſed deo q eſt prima & præcipua cauſa ope-
ris aſcribet. Sic cum nauis ſuperauerit marina
diſcrimina: q̃uis multo labore nautarũ: & om
ni nauticæ artis opere impenſo: & gubernato-
ris ſtudio: atq; induſtria adhibita res agatur:
ventorũ quoq; aſpirãtibus flatibus: & aſtrorũ
ſignis diligenter notatis: ſi tamen nauis vndis
& fluctibus fatigata ad portum ſalua ꝑuenit
nemo ſani ſenſus niſi miſericordię dei ſalutem
nauis aſcribet. Sed ne ipſe quidẽ nauta vel gu-
bernator audet dicere: ego ſaluaui nauem: ſed
totum ad dei miſericordiam refert: non ꝙ ſen-
tiat ſe nihil ad ſaluandũ nauem vel artis adhi-
buiſſe vel laboris: ſed quoniam ſentit a ſe quidẽ
laborem: ſalutem vero a deo præſtitam naui.
Ita etiã in noſtræ vitę curſu a nobis quidem de
pendẽdus eſt labor: & ſtudiũ atq; induſtria ad
hibenda. Laboris noſtri vero fructus a deo ſpe-
randa eſt ſalus. Alioquin ſi nihil noſtri operis
expoſcit: ſuperflua vtiq; videbunt̃ eſſe manda-
ta: fruſtra etiã ipſe Paulus culpat quoſdã deci-
diſſe a veritate: & collaudat alios ſtantes in fi-
de: præcepta quędam & inſtituta ex ſuperfluo
tradit eccleſiis: fruſtra etiam nos ipſi vel volu-
mus: vel currimus ad bona. Sed certum eſt ꝙ
hæc fruſtra nõ fiunt: & certũ eſt ꝙ nec apoſto-
li fruſtra præcipiunt: nec dñs ſine cauſa dat le-
ges. Supereſt ergo vt pronuntiemus vt magis
bonis dictis hæretici calumniam faciant.
D ¶Poſt hæc inſequebat̃ illa queſtio: quoniam &
velle & perficere eſſet ex deo: & aiũt. Si ex deo
velle eſt: & ex deo eſt ꝑficere: ſiue bene: ſiue ma-
le agamus: vel volum⁹: ex deo eſt. Quod ſi eſt:
liberi arbitrii nõ ſum⁹. Ad qđ reſpondendũ eſt
quia ſermo apoſtoli nõ dicit quia velle mala ex
deo eſt: neq; perficere bona/aut mala ex deo eſt:
ſed generaliter ait q̃a velle & ꝑficere a deo eſt.
Sicut em̃ a deo habemus hoc ipſum ꝙ homĩes
ſumus: ꝙ ſpiramus: ꝙ mouemur: ita & ꝙ volu
mus ex deo habemus: vt ſi dicamus ꝙ moue-
mur ex deo eſt: vel ꝙ ſingula quæq; mẽbra offi
cio ſuo deſeruiũt: & mouent̃: ex deo eſt. Ex quo
vtiq; nõ illud intelligit̃: q̃a ꝙ mouetur manus
(verbi cauſa) ad verberandũ iniuſte: vel ad fu
randum: ex deo eſt: ſed hoc ipſum ꝙ mouet̃ ex
deo eſt: noſtrũ vero eſt motus iſtos quibus mo
tum ex deo habemus vel ad bona vel ad mala
cõuertere. Ita ergo eſt qđ dicit apl'us: q̃a virtu-
tẽ quidẽ volũtatis accipim⁹: nos aũt abutimur
voluntate vel in bonis vel in malis deſyderiis.
Similiter quoq; & de effectibus ſentiendũ eſt.
¶Sed de deo qđ dixit apl'us: Ergo cui vult mi E
ſeretur & quem vult indurat. Dices ergo mihi
quid querit̃: voluntati enim eius quis reſiſtet?
Enimuero homo tu qs es qui cõtra reſpõdeas
deo? nunquid dicit figmentũ ei q ſe finxit: quid
me feciſti ſic? aut non habet poteſtatẽ figulus
luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas in ho
norẽ: aliud autẽ in contumeliã? Dicet fortaſſis
aliqs. Sicut figulus ex eadẽ maſſa facit alia qui
dem vaſa ad honorẽ: alia autẽ ad cõtumeliam:
ita deus alios ad ꝑditionem: alios ad ſalutem
facit. Non eſt ergo in nobis vel ſaluos fieri: vel
ꝑire: ꝑ quod nõ videmur noſtri eſſe arbitrii
Reſpondendum eſt ergo his qui hęc ita intelli
gunt. Si poteſt fieri vt poſſit apoſtolus ſibiipſi
contraria proloqui. Qꝫ ſi hoc ſentiri non po-
teſt de apoſtolo: quomodo videbitur ſecundũ
eos iuſte culpare eos qui in Corintho fornica-
ti ſunt: vel eos qui deliquerunt: & pœniten-
tiam nõ egerunt: in impudicitia/ & fornicatio
ne/ & immunditia quam geſſerunt? Quomo-
do etiam collaudat eos qui recte egerunt: ſicut
Oneſiphori domum: dicens. Det autem domi
nus ſalutem Oneſiphori domui: quia frequen
ter me refrigerauit: & catenam meam non eru
buit: ſed cum Romam veniſſet ſollicite requiſi
uit me: & inuenit: det illi dominus ĩuenire mi-
ſericordiam apud dominum in illo die. Nũ er-
go eſt apoſtolicę grauitatis culpare quidẽ eum
qui culpa dignus eſt: id eſt qui peccauit: & col-
laudare eum qui laude dignus eſt pro opere bo
no: & rurſum (cũ in nullius ſit poteſtate agere
aliqđ boni vel mali) dicere creatoris eſſe opus
vt vnuſquiſq; vel bene agat vel male: cũ aliud
ad honorem vas faciat: aliud ad contumeliam?
¶Quomõ aũt illud quoq; addit. Quia oẽs nos F
ſtare oportet ante tribunal Chriſti vt recipiat
vnuſquiſq; noſtrũ in corpore ſuo prout geſſit:
ſiue bonũ/ ſiue malũ? Quæ em̃ boni retributio

ei qui malum facere non potuit ad hoc ipſum a creatore formatus? vel quæ pœna digne irrogabitur ei qui bonum facere ex ipſa conditoris ſui creatione non potuit? Tunc deinde quomodo non contrarium eſt huic aſſertioni illud qđ alibi dicit: In domo autem magna non ſunt tātūmodo vaſa aurea: & argentea: ſed & lignea & fictilia: & alia quidem ad honorem: alia aūt ad contumeliam. Si ergo quis emūdauerit ſemet ipſum ab his / erit vas ad honorem ſanctificatū & vtile domino: ad omne opus bonum paratū. Ergo qui ſe emundauerit efficitur vas ad honorem: qui autem immunditias purgare contempſerit: efficitur vas ad contumeliā? Ex quibus ſentētiis nullatenus (vt opinor) cauſa geſtorum ad creatorem referri poteſt. Nam facit quidem creator deus quoddam vas ad honorē & facit alia vaſa ad contumeliam: Sed & illud vas quod ſe purgauerit ab omni immunditia illud facit vas ad honorem: quod vero vitiorū ſordibus ſe maculauerit: illud vas ad contumeliam facit. Itaq̧ concluditur ex hoc quia prius geſtorum vniuſcuiuſq̧ cauſa præcedit: & pro meritis ſuis vnuſquiſq̧ a deo vel honoris vas efficitur: vel contumeliæ. Vnde vnumquodq̧ igitur vas vt vel ad honorem a creatore formetur: vel ad contumeliam: ex ſeipſo cauſas & occaſiones præſtitit conditori. Qꝫ ſi iuſta hæc videtur aſſertio: ſicut eſt certe iuſta: & cum omni pietate cōcordans: vti ex pręcedentibus cauſis vnūquodq̧ vas vel ad honorem deo: vel ad contumeliam pręparetur: non videtur abſurdum eodem ordine: atq̧ eadem conſequentia diſcutiētes nos antiquiores cauſas, eadem etiā de animarū ratione ſentire: & hoc eſſe in cauſa ꝙ Iacob dilectus eſt etiam dum adhuc in vētre matris haberetur.

A ¶Sed & illud quod dictū eſt: ꝙ ex eadem maſſa & honoris & contumeliæ vas fiat: non nos poterit coarctare: vnam etenim naturam omniū eſſe dicimus rationabilium animaꝝ: ſicut vna luti maſſa ſubiacere figulo deſignatꝛ. Cum ergo vna omnium ſit natura rationabilium creaturarum: ex ipſa deus ſecundum præcedentes meritorum cauſas: ſicut ex vna maſſa figulus: creauit & plaſmauit alios quidem ad honorē: alios autem ad cōtumeliam. Qꝫ vero velut increpantis eſt apoſtoli ſermo quādo dicit: O homo tu quis es qui contra reſpondeas deo: puto illud eſſe quod oſtendit ex hoc: quoniam ad fidelem quemq̧ recte & iuſte viuentē: & habentem fiduciam apud deū talis increpatio nō refertꝛ. Talis erat Moyſes ille de quo dicit ſcriptura: quia Moyſes loquebatur: Deus aūt reſpondebat ei cum voce. & ſicut reſpondebat Moyſi ita reſpōdet & ſanctus quiſq̧ deo. Qui vero infidelis eſt: & perdit apud deū fiduciam reſpondendi vitæ ſuę & conuerſationis indignitate: quiq̧ de his non ideo quærit vt diſcat & proficiat: ſed vt contendat: & reſiſtat: & vt manifeſtius dicam: qui talis eſt qui hæc poſſit dicere quæ ſignificat apoſtolus dicens: Quid ergo ad huc conqueritur: voluntati enim eius quis reſiſtet? ad hunc recte increpatio iſta dirigitur quam dicit apoſtolus. O homo tu quis es qui contra reſpondeas deo. Eſt ergo increpatio hęc non ad fideles: ſed impios.

¶His vero qui diuerſas animarum introducunt naturas: & ſermonem hunc apoſtolicum ad aſſertionem dogmatis ſui tradunt: hoc modo reſpondendum eſt. Sed conſtat etiam apud ipſos hoc: ꝙ ex vna maſſa fieri dicit apoſtolus: & eos qui ad honorem: & eos qui ad contumeliam fiunt: quos ipſi ſaluandæ & perditæ naturæ vocant: ſed vna omnium. Et ſi acquieſcunt ꝙ vnus atq̧ idem figulus vnū ſine dubio creatorem deſignet: diuerſi non erunt creatores vł eorum qui ſaluātur: vel eōrū qui pereunt. Iam ſane eligant: vtrum de bono velint intelligi: q creat malos & perditos: an de bono q creat bonos: & ad honorem paratos. Vnum em̄ e duobus neceſſitas ab eis reſponſionis extorquet. Secundum noſtram vero aſſertionem: qua ex prędentibus cauſis deum dicimus: vel ad honorem vaſa: vel ad contumeliam facere: in nullo approbatio dei iuſtitiæ coarctatur.

¶Poſſibile nāq̧ eſt vt vas hoc qđ ex prioribus cauſis in hoc mūdo ad honorē factū eſt: ſi negligētius egerit: ꝑ cōuerſatiōis ſuæ meritis ī alio ſæculo efficiatꝛ vas ad cōtumeliā. Et qđ vas ad cōtumeliā a creatore formatū eſt: vt emēdauerit ſe: atq̧ ab oībus ſordib⁹ vitiiſq̧ purgauerit illo nouo ſclo pōt effici vas ad honorē ſctificatū: & vtile ad omne opus bonū paratū. Deniq̧ qui in hoc ſæculo vt Iſraelitæ eſſent a deo formati ſunt: & indignam vitam generis ſui nobilitate geſſerunt: atq̧ ab omni familiæ ſuæ generoſitate deciderūt: iſti quodāmodo ex vaſis honoris ꝑ incredulitate ſua in ſclo venturo in vaſa cōtumeliæ cōuertentꝛ: & multi rurſum q in hac vita inter Aegyptia vł Idumęa deputati ſunt vaſa: Iſraelitarū fide ac cōuerſatiōe ſuſcepta: cū opa Iſraelitaꝝ fecerint: eccleſiā dñi ingreſſi in reuelatiōe filioꝝ dei vaſa honoris extiterit. Ex quo magis cōuenit regulæ pietatis: vt credam⁹ vnūquēq̧ rōnabiliū ſecūdū ꝓpoſitū & cōuerſationē ſuā aliqñ ex malis ad bonū conuerti: aliqñ a bonis ad mala decidere: nōnullos manere in bonis: alios vero etiam ad meliora ꝓficere: & ſemꝑ ad ſuꝑiora cōſcēdere: vſquequo

B cauteleg.

ad ſummum omnium perueniant gradũ: alios vero manere in malis: vel ſi diffundere ſe vltra in eis malitia cœperit ꝓficere in pœnis: & vſqꝫ ad vltimum profundum malitię demergi. Vnde & arbitrandum eſt poſſibile eſſe aliquos qui primo quidẽ a paruis peccatis cœperint in tantam malitiam diffundi: & in tãtum malorum venire profectum: vt nequitiæ modo & aduerſariis poteſtatibus exæquentur: & rurſum per multas pœnarum graues animaduerſiones reſipiſcere aliquando potuerint: & paulatim medelam vulneribus ſuis requirere tentauerint:
ca= ceſſante malitia reparari poſſe ad bonũ. Ex quo
ue. opinamur quoniam quidem (ſicut frequenter diximus) immortalis eſt anima/ & æterna: ꝙ in multis & ſine fine ſpatiis per immenſa & diuerſa ſæcula poſſibile eſt: vel a ſummo bono ad infima mala deſcendat: & ab vltimis malis ad ſumma bona reparetur.

C ¶ Verum quoniam ſermo apoſtoli in his quidem quæ de vaſis honoris: vel contumeliæ dicit: quia ſiquis ſeipſum mũdauerit: erit vas ad honorem ſanctificatũ: & vtile domino ad omne op⁹ bonum: ſemper paratum: nihil videtur in deo poſuiſſe: ſed totum in nobis: In his vero in quibus ait: poteſtatem habet figulus luti de eadem maſſa facere aliud vas ad honorẽ: aliud ad cõtumeliam: totum videtur ad deum retuliſſe: non eſt accipiendum ſibi eſſe cõtraria: ſed vterqꝫ ſenſus ad vnum vocandus: & e duobus vnus effici debet intellectus: id eſt vt neqꝫ quæ in noſtro arbitrio ſunt putem⁹ ſine adiutorio dei effici poſſe: neqꝫ ea quæ in manu dei ſunt: putemus abſqꝫ noſtris actibus & ſtudiis: & propoſito conſummari: ſcilicet quo neqꝫ nos velle aliquid vel efficere ex noſtro iam habeamus arbitrio: vt non ſcire debeamus hoc ipſum quod poſſumus vel efficere a deo nobis dictum eſſe ſecundum eam diſtinctionem quam ſupra diximus. Vel rurſum cũ deus fingit vaſa: alia quidem ad honorem: alia vero ad cõtumeliam: putandum eſt ꝙ non honoris vel contumelię cauſas tanq̃ materiam quandam noſtras vel volũtates vel propoſita vel merita habeat: ex quib⁹ vas ſingulorum noſtrorum: vel ad honorem: vel ad contumeliam fingat: dum motus ipſe animę vel propoſitum mentis de ſe ipſo ſuggerat illi quem non latet cor & cogitatio animi vtrum ad honorem fingi vas eius: an ad contumeliam debeat. Sed iſta ſufficiant prout potuimus de liberi arbitrii quæſtione agitata.

Finis Capituli Primi.

De contrariis poteſtatibus.
Capitulum Secundum.

D DE contrariis poteſtatibus videndum nunc eſt ſecũdum ſcripturas: quomodo cõtrariæ virtutes: vel ipſe diabolus reluctantur humano generi prouocantes & inſtigãtes ad peccatum. Et primo q dem in Geneſi ſerpens Euam ſeduxiſſe deſcribitur. De quo in aſcenſione Moyſi (cuius libelli meminit in epiſtola ſua apoſtolus Iudas) Michael archangelus cũ diabolo diſputans de corpore Moyſi ait diabolo: inſpiratũ ſerpentẽ cauſam extitiſſe præuaricationis Adæ & Euæ.

¶ Sed & illud requiritur a quibuſdam: quis eſt angelus qui de cœlo loquitur ad Abraham dicens: Nunc cognoui quoniam tu times deum non pepercisti filio tuo dilecto quem dilexiſti pro me. Manifeſte enim angelus fuiſſe deſcribitur qui dicit cognouiſſe ſe tunc quia timeret deum Abraham: & nõ pepercisti filio tuo ſicut ſcriptura dicit: ſed nõ declarauit quia pro deo: ſed pro ſe: hoc eſt pro eo qui hoc dicebat.

¶ Requirendum eſt etiam illud de quo in Exodo dicitur: quia voluerint interficere Moyſem pro eo ꝙ abibat in Aegyptum. Sed & poſtea q eſt qui exterminator angelus dicitur: nec non & ille qui fit q in Leuitico ſcript⁹ eſt Apopompeius: id eſt tranſmiſſor: de quo ait ita ſcriptura: Sors vna domino: & ſors vna Apopompeio id eſt tranſmiſſori.

¶ Sed & in primo libro regnorum ſpiritus peſſimus Saulem dicitur effocare. In tertio vero libro Micheas propheta dicit. Vidi dominum ſedentem ſuper thronum ſuum: & omnis malitia cœli ſtabat circa eum a dextris eius: & a ſiniſtris eius. Et dixit dominus: quis ſeducet Achab regem Iſrael vt aſcendat & cadat in Camoth galaad? Et dixit iſte ſic: & ille dixit ſic. Exiit ſpiritus: & ſtetit in conſpectu domini: & dixit: Ego ſeducam eum: & dixit dominus ad eum. In quo. Et dixit. Exeã: & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ipſius: & dixit. Seduces: & quidem poteris. Exi ergo: & fac cito ſic. Et nunc dedit dominus ſpiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum: Dominus locutus eſt ſuper te mala. Manifeſte enim per hoc oſtenditur ꝙ voluntarie & propoſito ſuo elegit ſpiritus quidem vt ſeduceret & mendacium operaretur quo abutitur deus ad necem Achab qui hoc pati dignus erat.

¶ In primo quoqꝫ libro Paralipomenon: ſuſcitauit (inquit) diabolus Sathan in Iſrael: et cõcitauit Dauid vt numeraret populum. In pſal

mis vero angelꝰ malus atterere dicit quoſdã.
¶In eccleſiaſte quoq; Salomon ait.Si ſpũs pote
ſtatẽ habentis aſcenderit ſuper te: locũ tuũ ne
dimittas qm̃ ſanitas compeſcet pctã multa.
¶In zacharia vero legimus diabolũ ſtantem a
dextris Ieſu: & reſiſtentem ei. Eſaias vero ait:
gladiũ dñi exurgere ſuper draconẽ ſerpentem
peruerſum. Quid aũt dicã de Ezechiele in ſe-
cunda viſione ad principem Tyri manifeſtiſſi
me de virtute contraria ꝓphetante? Qui etiã
in fluminibꝰ ęgypti draconem dicit habitare?
¶Totus aũt liber qui ſcriptus eſt de Iob: quid
aliud q̃ de diabolo continet petente poteſtatẽ
ſibi dari oĩm quę habet Iob: & filiorum eius: in
ſuper corporis eius? Qui tñ per eius patientiã
vincitur. In quo libro multa reſponſis ſuis edo
cuit dñs de aduerſante nobis virtute draco-
nis iſtiꝰ. Hęc interim exveteri teſtamẽto: quan
tum ad pręſẽs memorię ſuccurrere potuerũt:
dicta ſint de eo ꝙ contrarię virtutes vel nomi-
nantur in ſcripturis: vel humano generi dicũ-
tur aduerſari poſtmodum puniendę.
A ¶Videamus aũt & in nouo teſtamẽto: vbi ſa-
thanas ad ſaluatorẽ accedit tentans eum. Spi-
ritus vero maligni: & dęmonia immunda quę
aliquantos obſederãt: fugata ſunt a ſaluatore
de corporibus patiẽtium: qui et liberati ab eo
dicũtur. Sed & Iudas cum iam diabolus miſiſ
ſet in cor eius vt traderet chriſtũ: poſtea etiam
totũ ſathanã ſuſcepit ĩ ſeſe. Scriptum eſt enim
quia poſt buccellã introiuit in illum ſathanas.
Paulus vero apoſtolus docet nos nõ debere da
re locum diabolo: ſed induite (inquit) arma
dei vt poſſitis reſiſtere aduerſus aſtutias diabo
li: deſignans luctamen eſſe ſanctis: non aduer-
ſus carnem: & ſanguinem: ſed aduerſus princi
patus: aduerſus poteſtates: aduerſus mũdi hu
ius rectores tenebrarum harum: aduerſus ſpi
ritualia nequitię in cœleſtibus. Sed & ſaluato-
rem crucifixum eſſe dicit a principibus huius
mundi: qui deſtruentur: quorum etiam ſapiẽ-
tiam dicit ſe non loqui. Per hæc igitur omnia
docet nos ſcriptura diuina eſſe quoſdam inui
ſibiles hoſtes dimicantes aduerſus nos: et pręce-
cipit armari nos debere cõtra eos. Vnde & ſim
pliciores quiq; domino chriſto credẽtium ęſti
mant ꝙ omnia peccata quęcũq; commiſerint
homines ex iſtis contrariis virtutibus mẽtem
delinquentium ꝑurgẽtibus fiant pro eo ꝙ in
certamine iſto inuiſibili ſuperiores inueniãtur
poteſtates. Q; ſi (verbi cauſa) diabolus non eſ-
ſet: nemo hominum omnino delinqueret.
B ¶Nos vero rationẽ dilucidius intuentes: hãc
ita eſſe nõ arbitramur: cõſiderãtes ea quę ma-
nifeſte ex corporali neceſſitate deſcendũt. An
vero putãdum eſt ꝙ diabolus eſuriendi cauſa
nobis exiſtat? Neminẽ eſſe puto qui hoc aude-
at affirmare. Si ergo eſuriendi: & ſitiẽdi nõ no
bis ipſe ſit cauſa: quid aliud: cum vniuſcuiuſq;
ætas ad virilitatis tempus aduenerit: & natu-
ralis caloris incentiua ſuggeſſerit? Conſequẽs
eſt ſine dubio vt ſicut eſuriendi: & ſitiendi dia
bolus cauſa non eſt: ita nec eius quidem motꝰ
qui adultę ętati naturaliter ſuggeritur: id eſt
appetendi coitus deſiderium. Quam cauſam
non vtiq; ſemꝑ a diabolo moueri certũ eſt: ita
vt putãdũ ſit q̃a ſi diabolꝰ nõ eſſet: huiuſcemo
di admixtionis deſideriũ corpora nõ haberẽt.
¶Tum deinde cõſideremus ſi (vt ſuꝑius oſten
dimus) cibus hoĩbus non ex diabolo: ſed natu-
rali quodã appetitur inſtinctu: vtrũ poſſet fie-
ri vt ſi diabolus non eſſet: humana experientia
tanta in percipiendo cibo diſciplina vteretur:
vt nunq̃ penitus excederet modũ. i. vt vel ali-
ter q̃ res poſceret: vel amplius q̃ ratio indulge
ret: acciperet: & nũq̃ eueniret hominibus ĩ ſer
uando cibi modo: menſuraq; delinquere. Ego
quidẽ nõ arbitror hoc ab hominibus potuiſſe
ſeruari: etiam ſi nulla diaboli ꝓuocaſſet inſtin-
ctio: vt percipiendo cibi modũ diſciplinãq; nul
lus excederet: priuſq̃ id longo vſu experientia
q; didiciſſent. Quid igitur eſt? In eſcis quidem
et potu poſſibile erat delinquere nos: & ſine
diabolicis incitamẽtis: ſi forte minus continen
tes: vel minus induſtrii fuiſſemus inuenti. In
appetendo vero coitu: vel naturalibus deſide-
riis tentãdis: putandum eſt ꝙ non ſimile aliq̃d
pateremur? Arbitror aũt ꝙ eadẽ rationis con-
ſequentia etiã in cęteris naturalibus motibus
poſſit intelligi: cupiditatis: vel iræ: vel triſtitię
vel ĩ omnibus oĩno: quę per intẽperãtię vitiũ/
modum menſurę naturalis excedunt. Euidẽs
igitur ratio eſt: quia ſicut in rebus humanum
propoſitũ ſolũ per ſe ipſum imperfectũ eſt ad
conſummationem boni: (Adiutorio namq; di
uino ad perfecta quæq; perducitur) ita etiam
in contrariis initia quædam: & velut quædam
ſemina peccatorum ab his rebus quæ in vſu
naturaliter habentur accipimus: cum vero in
dulſerimus vltra q̃ ſatis eſt: & non ſubſtiteri-
mus aduerſus primos intemperantiæ motus:
tunc primi huius delicti accipiẽs locum virtꝰ
inimica inſtigat: & perurget oĩbus modis ſtu-
dens profuſius dilatare peccata: & quidem no
bis hoĩbus occaſiones & initia prębẽtibus pec-
catorũ: inimicis autẽ poteſtatibus latius ea &
longius ſi fieri poteſt abſq; vllo fine ꝓpaganti-
bus. Ita deniq; in auaritiã lapſus efficitur: cũ
primo homines parum quid pecunię deſide-
rant: augeſcente vitio cupiditas increſcit.

¶Poſt hoc iam cum etiã cęcitas mentis ex paſ
ſione ſucceſſerit: inimicis ſuggerẽtib⁹: ac pur⸗
gentibus: pecunia iam non deſideratur: ſed rapitur
et vi, aut etiã ſanguinis humani pfuſione con⸗
quiritur. Ad certiorẽ deniq₃ rei fidẽ ꝙ immen
ſitates iſtę vitiorũ a dęmonibus veniant: con⸗
templari etiã ex eo facile poteſt: ꝙ nihil minus
his qui corporaliter vexantur a dęmonibus: etiã
illi patiũtur: qui vel immoderatis amorib⁹: vel
irę intemperãtia: vel nimietate triſtitię perur⸗
gentur. Nam & in nõnullis hiſtoriis refertur:
ꝙ in inſaniã quidã ex amore deciderũt: alii ex
iracundia: nonnulli ex triſtitia: vel nimio gau⸗
dio. qđ arbitror ex eo accidere: quia contrarię
iſtę virtutes. i. dęmones: loco ſibi in eorũ men⸗
tibus dato per intẽperantiã prius: ſenſum eorũ
penitus poſſederit: maxime cũ nulla eos ad re
ſiſtendũ virtutis gloria concitarit.

C ¶Qꝫ aũt ſint quędam peccata quę non a con⸗
trariis virtutibus veniant: ſed ex naturalibus
corporis motibus initium ſumãt: manifeſtiſſi
me declarat apl'us Paulus in eo dum dicit. Ca
ro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus autẽ
aduerſus carnem: hęc ſunt quę ſibi inuicẽ reſi⸗
ſtunt: vt nõ quę vultis illa faciatis. Si ergo ca⸗
ro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: & ſpũs aduer
ſus carnem: eſt nobis aliquãdo colluctatio ad⸗
uerſus carnem: & ſanguinẽ. i. cũ hoĩes & ſecun
dum carnẽ ambulemus: & cũ nõ poſſimus tẽ⸗
tari in maioribus tentationibus ꝗ̃ humanis
cum dicitur de nobis: Tentatio vos non com⸗
prehendat niſi humana. Fidelis autẽ deus qui
non permittet vos tẽtari ſupra id qđ poteſtis.
Sicut em̃ hi qui agonibus pręſunt: eos qui ad
certamẽ veniũt: nõ vtcũq₃ / neq₃ fortuitu inter
ſe ſinũt inire certamina: ſed diligenti examina
tione prout corpora viderint: vel ętates ęquiſ⸗
ſima cõparatione iungẽtes illum cum illo: ver
bi gratia: pueros cũ pueris: viros cũ viris: qui
ſibi vel ęui vel roboris ꝓpinquitate cõueniant
Ita intelligendũ eſt etiã de diuina prouidentia
ꝙ oẽs qui in hos humanę vitę deſcẽderint ago
nes: iuſtiſſima moderatiõe diſpenſet ſecundũ
rationem vniuſcuiuſq₃ virtutis: quam ipſe ſo⸗
lus qui ſolus corda hominũ intuetur agnoſcit
vt alius quidẽ pugnet aduerſus carnẽ talem:
et alius quidẽ in tantũ tẽpus: alius vero in tan
tum: & vt alter inſtiget carnẽ in hoc vel illud
alius vero in aliud: tũ vero vt alius reſiſtat ad
uerſus inimicã poteſtatẽ / illam vel illam: alius
vero aduerſus duas vel tres ſimul: aut nunc q
dem aduerſus aliã: nunc iterũ aduerſus aliam
et certo tempore quo aduerſus illam: & certo
quo aduerſus aliã: vel poſt quę geſta aduerſus
quas pugnet: poſt quę vero aduerſus malitias.

Intuere enim: ne forte tale aliquid indicetur p
hoc quod dicit apoſtolus. Fidelis autem deus
qui non patietur vos tentari ſupra id qđ po⸗
teſtis. i. pro eo qđ ſinguli pro virtutis ſuę quã⸗
titate / vel poſſibilitate tentantur. Nec tñ quo
niam diximus iuſto iudicio vnumquemq₃ pro
virtutis ſuę quantitate tentari: idcirco putã⸗
dũ eſt quia omni genere debeat vincere qui tẽ
tatur: ſicut ille quidem qui in agone conten⸗
dit: ꝗ̃uis ęqua moderatione comparatus ſit ad
uerſario: nõ tñ omni genere vincere poterit.
¶Verum niſi ęqualis fuerit certãtium virtus D
non erit iuſta palma vincentis: nec iuſte culpa
bitur victus: ꝓpterea ꝙ permittit quidẽ nos tẽ
tari: non tñ ſupra id qđ poſſumus. pro viribus
enim noſtris tentamur. Nec tñ ſcriptũ eſt: qa
faciet in tentatione etiã exitũ vt ſuſtinere poſ⸗
ſimus. Vt vero hoc quo poſſe nobis ipſe dedit
vel ſtrenue: vl' ſegniter impleamus: ĩ nobis eſt.
Dubium enim non eſt ꝙ in omni tentatione
adeſt nobis tolerãdi virtus: ſi tñ nos competen
ter vtamur virtute cõceſſa. Non em̃ idem eſt
habere vincendi virtutẽ & vincere: ſicut ipſe
apl'us cautiſſimo ſermone ſignauit dicens: qa
dabit deus exitum vt ſuſtinere poſſitis: non vt
ſuſtineatis. Multi em̃ ſuſtinent: ſed in tentatio
ne vincuntur. A deo aũt datur non vt ſuſtinea
mus: alioquin nullum iam videretur eſſe certa
men: ſed vt ſuſtinere poſſimus. Ea aũt virtute
quę nobis data eſt vt vincere poſſimus ſecun⸗
dum liberi arbitrii facultatẽ: aut induſtrie vti
mur et vincimus: aut ſegniter & ſupamur. Si
enim totũ nobis hoc detur vt omni genere ſu
peremus: & nullo modo vincamur: quę iam ſu
pereſt cauſa certãdi ei qui vinci non põt? Aut
qđ palmę meritũ vbi repugnãdi adimitur: vi⸗
cendiq₃ facultas? Si vero ęque quidẽ oĩbus no⸗
bis vincendi poſſibilitas prębeatur: ĩ noſtra au
tem poſitum ſit poteſtate quomodo hac poſſi⸗
bilitate vti debeamus: id eſt vel induſtrie: vel
ſegniter: iuſta erit vel victi culpa: vel palma vi
ctoris. Igitur ex his quę pro viribus noſtris diſ
putata ſunt: arbitror ꝙ euidenter apparuit eſ
ſe quędam delicta quę nequaꝗ̃ malignis virtu
tibus perurgentibus cõmittamus: alia vero eſ
ſe: quib⁹ inſtinctu earum ad nimietatẽ quãdã
immoderationemq₃ prouocemur. Vnde conſe
quẽs eſt nũc inquirere quomodo ipſę cõtrarię
virtutes hęc ipſa incitamenta operẽtur in no⸗
bis. Cogitationes quę de corde noſtro ꝓcedũt
vel memoria quorũcũq₃ geſtorũ: vl' quarum
libet rerum: cauſarũq₃ contẽplatio: inuenimus
ꝙ aliquotiens ex nobis ipſis ꝓcedant: aliquoti⸗
ens ex contrariis virtutibus fieri ſoleant. Qđ
Salomon in eccleſiaſte teſtatur hoc modo.

Si ſpiritus poteſtatē habētis aſcenderit ſuper te:locum tuum ne dimittas:quoniam ſanitas compeſcit peccata multa. Et Paulus aplꝰs de hiſdem teſtimoniũ dabit dicens. Cogitationes deſtruentes & oēm elationē quę ſe extollit aduerſus ſciētiam Chriſti. Ex deo aũt ꝙ fiat: Dauid nihilominus teſtatur in pſalmis dicens. Beatus vir cuius eſt ſuſceptio apud te domine:aſcenſus in corde eius. Et apoſtolus dicit. Quoniam deus dedit in corde Titi.

A ¶Qꝫ vero etiam per angelos vel bonos: vel malos aliqua humanis cordibus ſuggerãtur: vel q̄ Thobiã angelꝰ comitaᵵ:vel prophetę ſermo dicentis:Et reſpõdit angelus qui loquebaᵵ in me:ſed & de paſtoribus liber hęc eadem declarat dicens:ꝙ bini angeli ſingulos quoſꝗ hominũ comitentur: & ſiquando bonę cogitationes cor noſtrũ aſcenderint,a bono angelo ſuggeri dicit: ſi vero cõtrarię,mali angeli dicit eē inſtinctum. Eadem quoꝗ Barnabbas ī eplꝰa ſua declarat cum duas vias eſſe dicit: vnam lucis: alteram tenebrarũ:qbus & pręeſſe certos quoſꝗ angelos dicit. Vię quidem lucis ãgelos dei: tenebrarum aũt vię angelos ſathanę. Nihil tamen aliud putãdum eſt accidere nobis ex ipſis quę cordi noſtro ſuggeruntur bonis vel malis niſi commotionē ſolam & incitamentũ prouocans nos ad bona vel ad mala. Poſſibile autem nobis eſt cũ maligna virtꝰ nos cœperit ad malum īcitare: abiicere a nobis prauas ſuggeſtiones: & reſiſtere ſuaſionibus peſſimis: & nihil prorſus culpabiliter gerere. Et rurſum poſſibile eſt vt cum nos diuina virtus ad meliora prouocauerit: ꝙ non ſequamur: liberi arbitrii poteſtate in vtraꝗ nobis ſeruata.

B ¶Dicebamus ſane in inferioribus:ꝙ etiam memorię nobis quędã vel bonorũ vel malorũ ſuggerant:ſiue per diuinã prouidētiã:ſiue per virtutes contrarias: ſicut oſtēdit in libro Heſter: cũ beneficia iuſtiſſimi Mardochei Artaxerxes non meminiſſet:& nocturnis vigiliis fatigatus a deo ī memoriam recepiſſet rerum geſtarum monimēta chartis mãdata reqrere:in qbus de beneficiis Mardochei admonitus inimicũ quidem eius Aman ſuſpēdi iubet:ipſi vero honores magnificos: vniuerſę aũt ſanctorũ genti ſalutem/periculo iam imminēte cõferret. Per cõtrariã vero diaboli virtutē memorię põtificũ et ſcribarũ putãdũ eſt ſuggeſtũ illud:qđ veniētes ad Pilatũ dixerunt: Dñe recordati ſumus quomodo ſeductor ille dixit dum adhuc viueret quia poſt tertiã diem reſurgã. Sed & Iudas qđ de proditione dñi ſaluatoris cogitauit: nõ fuit a ſola mentis eius malitia veniēs. Teſtata eſt eñ ſcriptura: qa diabolus iã miſiſſet in cor eius vt traderet: propter qđ & Salomon recte pręcepit dicens:Cũ diligētia ſerua tuũ cor. Et Paulus aplꝰs ait: Amplius debemus intēdere his q̄ audiuimus:ne forte effluamus. & cũ dicit:Nolite locum dare diabolo. Oſtendens per hoc qa certo opere:vł certa quadã deſidia animi locus diabolo datur:vt ſi ſemel ingreſſꝰ fuerit cor noſtrum:aut obtineat nos: aut certe vł polluat animam: ſi nõ penitus obtinere potuerit:cum ignita ſua iacula iactat in nos:quibus aliquando quidē in altũ deſcendente vulnere ſauciamur:aliquãdo vero tantũmodo inflammamur. Raro certe & a paucis quibuſdam hęc eius ignita iacula reſtinguntur: ita vt locum vulneris nõ inueniãt.i.cũ quis munitiſſimo & validiſſimo ſcuto fidei fuerit obtectus.

¶Quod vero dictum eſt in epiſtola ad epheſios:Quia nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem:& ſanguinem:ſed aduerſus principatus: et poteſtates: aduerſus mundi huius rectores tenebrarum harum:aduerſus ſpiritualia neqtię in cœleſtibus: ita opportebit intelligi ꝙ dixit mihi Paulo & epheſiis: quibus certamen adhuc aduerſus carnem & ſãguinē erat: quos tentatio non apprehēderat niſi humana. Nec tamen putandum eſt ꝙ ſinguli quiꝗ aduerſꝰ omnia hęc decertent. C

¶Impoſſibile eñ id eſſe arbitror vlli hoim(q̄uis ille ſit ſanctus)vt aduerſus oĩa hęc ſimul poſſit habere certamē. Qꝫ ſi vllo modo id accidat(quod certe fieri nõ poteſt) impoſſibile eſt vt id prorſus ferre poſſit humana natura ſine maxima ſubuerſione ſui:ſed ſicut (verbi gratia) quinquaginta aliqui milites ſi dicant ſibi imminere certamen aduerſus alios quĩquaginta:nõ ita intelligendum eſt ꝙ vnus ex illis aduerſus quinquaginta dimicaturus ſit: ſed recte dicit vnuſqſꝗ illorũ quia certamen nobis aduerſum quinquaginta:oĩbus tamē aduerſũ oēs:ita etiam hoc audiendum eſt quod aplꝰs dicit:ꝙ vniuerſis athletis:& militibꝰ chriſti colluctatio & certamen eſt aduerſus oĩa iſta quæ enumerata ſunt:oĩbus,ſingulis tñ vel cum ſingulis futuro certamine:vel certe prout probatum fuerit ab agonis ipſius iuſto pręſide deo. cau te le ge

¶Arbitror nãꝗ qa certa menſura ſit humanę naturę:& ſi Paulus ille ſit de quo dicıᵵ: vas electionis eſt mihi iſte:aut Petrus aduerſꝰ quem portę inferi non pręualēt: aut ſi Moyſes ille ſit amicus dei:quorũ nullus prorſus omnē ſimul aduerſariarũ virtutũ cateruam poſſet ſine ſui aliqua pernicie tolerare: niſi forte illiꝰ ſoliꝰ virtus opereᵵ ī eo q̄ dixit: Cõfidite: ego vici mundum. propter quē cõfidēter etiã Paulꝰ dicebat oĩa poſſum ī eo q̄ me cõfortauit chriſtus. Am D

plius autẽ q̃ oẽs illi laboraui:non autẽ ego:ſed
gratia dei mecũ.Propter hãc ergo virtutẽ quę
vtiq; humana nõ eſt, opantẽ & loquẽtem in ſe
Paulus dicebat. Certus ſum aũt qa neq; mors
neq; vita/neq; angeli/neq; principat⁹/neq; po
teſtates/neq; pręſentia/neq; futura/neq; altitu
do/neq; profundum/neq; virtus/neq; alia vl=
la creatura poterit nos ſepare a charitate dei
quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.

¶Sola eñi per ſe humana natura nõ arbitror
quia poſſit aduerſus angelos:& excelſa:& pro
funda:& aliã creaturã habere certamẽ: ſed cũ
ſenſerit pręſentẽ in ſe dominũ & inhabitãtem
confidẽtia diuini adiutorii dicet.Dñs illumi=
natio mea & ſaluator me⁹: quẽ timebo? Dum
appropiãt ſuper me nocentes vt edant carnes
meas: qui tribulant me inimici mei ipſi infir=
mati ſunt & ceciderũt. Si conſiſtãt aduerſum
me caſtra: non timebit cor meũ:Si exurgat ad
uerſum me prælium: ĩ hoc ego ſperabo.Vnde
ego arbitror q; nunq̃ homo fortaſſis p ſeipſum
virtutẽ contrariã vincere põt: niſi vſus fuerit
adiutorio diuino:vnde & angelus luctatus di
citur cũ Iacob.Qđ nos quidẽ ita intelligimus
quia nõ idẽ ſit luctatũ eſſe cũ Iacob angelũ qđ
eſt aduerſum Iacob: ſed is quidem qui ei ſalu=
tis ipſius cauſa aderat:qui & cognitis profecti
bus eius etiã nomen ei iſrael dedit: iſte cũ ipſo
luctat̃.i.cũ ipſo eſt in agone:& iuuat eũ in cer=
tamine: cũ ſine dubio alius eſſet aduerſus quẽ
dimicaret: & aduerſus quẽ ei certamẽ ageret̃.
Deniq; Paulus nõ dixit nobis eſſe luctamẽ cũ
principibus:vel cũ poteſtatibus: ſed aduerſus
principat⁹ & poteſtates. vnde & ſi Iacob lucta
tus eſt: ſine dubio aduerſus aliquam harũ vir
tutũ luctatus eſt:quas humano generi:& ſctis
pręcipue aduerſari:& mouere certamina:Pau
lus enuntiat. Ideo deniq; dicit de eo ſcriptura
quia luctatus eſt cum angelo:& ĩualuit ad de=
um:vt ſit agonis quidem certamen angeli ad=
iutorio ſuſtentatum: perfectionis vero palma
vincentem perducat ad deum.

E ¶Nec ſane arbitrãdum eſt qa huiuſmodi cer=
tamina corporũ robore & palęſtricę virtutis
peragant̃: ſed ſpũs aduerſus ſpiritũ pugna eſt
ſimiliter vt Paulus deſignat aduerſum princi
patus:& poteſtates: & mundi huius rectores
tenebrarũ nobis imminere certamẽ. Ipſa vero
certaminũ ſpecies ita intelligenda eſt:cũ dãna
cũ pericula/cũ opprobria/cũ criminatiões ex=
citant̃ aduerſum nos: nõ id agẽtibus aduerſis
poteſtatibus vt hoc tantũmodo patiamur:ſed
vt per hoc vel ad irã multã: vel ad triſtitiã ni=
miã:vel ad deſperationẽ vltimã prouocemur:
vel certe qđ eſt grauius,cõqueri aduerſus deũ
fatigati & victi tędiis cõpellamur:tãq̃ huma=
nam vitã nõ ęque/iuſteq; moderantẽ:vt p hoc
infirmemur in fide:vl' decidam⁹ ab ſpe: vl' trãſ
ferri cogamur a veritate dogmatũ:& impium
aliquid de deo ſentire perſuadeamur.

¶Talia nanq; quędã ſcripta ſunt de Iob:cũ dia
bolus dari ſibi facultatẽ bonorũ eius popoſciſ=
ſet a deo. Per qđ etiã illud edocemur:q; nõ for
tius aliq̃bus incurſionib⁹ impugnemur ſiquã
do nos talia aliqua facultatũ dãna pcuſſerint:
neq; q; fortuito noſtrorũ aliq̃s capti u⁹abducit̃
vel domus in q̃bus chari quiq; opprimant̃,ru
erint.In q̃bus oĩbus vnuſq̃ſq; fideliũ dicere de
bet:qa nõ haberes aduerſum me poteſtatẽ:ni=
ſi eſſet data tibi deſup. Vidi eñi qa nõ cecidiſ=
ſet dom⁹ Iob ſupra filios eius: niſi prius aduer
ſus eos diabol⁹ accepiſſet poteſtatẽ: neq; equi=
tes ternis ordinib⁹ irruiſſent vt caperẽt came
los eius:vel boues:cęteraq; aĩalia: niſi inſtincti
ab eo ſpiritu cui ſe miniſtros ex ꝓpoſiti ſui obe
diẽtia mãcipauerant:ſed nec ille quidẽq vide=
bat̃ ignis: vl' qđ putatũ eſt fulmẽ,cecidiſſet ſu=
per oues Iob: anteq̃ diabolus diceret ad eũ:nõ
ne tu cõminuiſti oĩa q̃ foris ſunt/& q̃ int⁹ ſunt
et eius reliqua:ſed nunc immitte manũ tuã:&
cõtinge oĩa q̃ habet: niſi in faciẽ bñdixerit tibi
Ex q̃bus oĩbus illud oſtẽditur q; oĩa hæc q̃ fiũt
in hoc mũdo:quę media ęſtimant̃:ſiue illa tri=
ſtia ſint: ſiue cõmoda ſint: nõ quidẽ a deo fiũt
nec tñ ſine deo:dũ malignas & cõtrarias virtu
tes talia volẽtes operari nõ ſolũ non prohibet
deus ſed & pmittit facere hęc:ſed certis qui=
buſq; temporibus & perſonis: ſicut & in ipſo
Iob dicitur:quia ad certum tempus parat⁹ eſt
cadere ſub aliis: & domus ipſius deprędari ab
iniquis. propterea docet nos ſcriptura diuina
omnia quę accidunt nobis tãq̃ illata mala ſuſ=
cipere ſcientes q; ſine deo nihil fit.

¶Q₂ autem hęc ita ſint. i. q; ſine deo nihil fiat F
quomodo poſſumus dubitare: dño & ſaluato
re pnuntiãte/& dicẽte:Nõne duo paſſeres aſ
ſe vęneunt:& vnus ex ipſis nõ cadet ſup terrã
ſine patre vr̃o q in cœlis eſt? Sed neceſſitas nos
traxit paulo amplius euagari de colluctatione
aduerſarũ virtutũ quã aduerſus hoĩes gerunt
diſputãtes:& de his quę humano generi acci=
dunt triſtioribus. i. tentationibus vitę huius:
ſicut ait Iob:Nonne tentatio eſt omnis vita ho
minis ſuper terram: vt manifeſtius quomodo
hęc accidant: & q̃ pie de his ſentiri debeat:pã=
deretur. Nunc videamus quomodo homines
etiã in peccatũ falſę ſciẽtię dilabuntur:vel quo
proſpectu virtutes contrarię etiam de his pu
gnas aduerſum nos ſoleant commouere.

Sequitur Cap.III.

De triplici ſapientia.Capitulum Tertium.

Docere nos monet ſáctus apo
ſtolꝰ magnum aliquid & re=
conditū de ſcíētia & ſapiētia
in prima ad corinthios epi=
ſtola:cū ait.Sapiētiā aūt loq
mur inter perfectos:ſapienti
am vero nō huius mūdi:neqꝫ principum huiꝰ
mundi qui deſtruunt̄: ſed loqmur dei ſapiētiā
in myſterio abſconditā:quā prędeſtinauit deꝰ
ante ſęcula in gloriā noſtrā:quam nemo princi
pum huius mundi cognouit.Si eñ cognouiſ=
ſent: nūq̄ dominum maieſtatis crucifixiſſent.
In quo oſtēdere volens ſapientiarū differētias
deſcribit eſſe quandā huius mūdi ſapientiam
et eſſe quandam ſapientiā principū huius mū
di. Aliam vero etiam dei ſapientiā. Sed & hoc
cū dicit: ſapientiā principū huiꝰ mūdi:nō arbi
tror eū vnā aliquam oīm principū huius mun
di ſapientiā dicere:ſed ſingulorū principū pro
priam quādam mihi videt̄ indicare ſapientiā.
Et rurſum cū dicit:Sed loqmur dei ſapiētiam
in myſterio abſcōditam quā prędeſtinauit de=
us ante ſæcula ī gloriam noſtrā: requirēdū eſt
ſi eandē dicit dei ſapientiā hanc quę abſcondi=
ta eſt a tēporibus aliis & generationibus:& nō
innotuit filiis hoīm ſicut nūc releuata eſt ſan=
ctis aplīs eius & prophetis:quę erat & illa ante
aduētum ſaluatoris ſapiētia dei: ex qua ſapiēs
erat Salomon:quo Salomone plus etiā dicitur
quod docet ſaluator:qđ & ipſiꝰ ſaluatoris ſer=
mo pronuntiat cū dicit:& ecce plus Salomone
hic. In quo oſtendit̄ quia hi qui docebantur a
ſaluatore:plus aliqđ docebātur:q̄ ſciuerat Sa=
lomon.Si eñ quis dicat qa ſciebat quidem ſal=
uator amplius:non tamen etiā aliis plura tra=
debat q̄ Salomoni:quomodo conueniet & con
uenienter dictū putabit̄: etiā qđ in ſubſequēti
bus ait:Regina auſtri ſurget in iudicio:& con
demnabit homines generationis huiꝰ:propter
ea ꝙ venit a finibus terrę audire ſapiētiam Sa
lomonis:& ecce plus Salomone hic. Eſt igitur
ſapientia mundi huius:eſt & ſapientia per ſin=
gulos fortaſſe principes mundi huius. De ip=
ſa vero vnius dei ſapiētia, illud ſentimus indi
cari:ꝙ minus quidem in antiquioribus & vete
ribus operata ſit: amplius vero & manifeſtius
reuelata per Chriſtum eſt. Verum de ſapiētia
dei in locis propriis requiremus.

¶Nuncvero quoniam quidem in manibus eſt
tractatus de virtutibus cōtrariis: qualiter mo
ueant etiā ea certamina qbus falſa ſciētia etiā
humanis mentibus inſeritur: & ſeducunt̄ aīæ
dum ſe putant inueniſſe ſapientiā: neceſſariū
puto dicere: atqꝫ diſtinguere quę ſit ſapientia
mundi huius: & quæ principū mūdi huius:&
per hoc qui ſunt etiā patres huius ſapiētię:per
quos verā differentiā ſapientiarū harum poſ=
ſimꝰ aduertere. Arbitror igitur ſicut ſupradi
ximus ſapiētiam eſſe huius mundi aliam quā
dam pręter illas ſapientias quę ſunt prīcipum
huius mundi:per quā ſapientiā intelligi vidē=
tur ea & comprehendi quę huius mundi ſunt
Quæ tamen in ſe nihil habet vt poſſit aliquid
vel de diuinitate:vel de mundi ratione: vel de
quibuſcunqꝫ excelſioribus rebus: vel de bonæ
ac beatę vitę inſtitutione ſentire: ſed eſt talis
(verbi cauſa) vt eſt omnis ars poetica: vel grā
matica:vel rhetorica:vel geometria:vel muſi=
ca:cum quibus adnumeranda eſt fortaſſis eti=
am medicina.In his omnibus ſapientiam mun
di ineſſe ſentiendum eſt.

¶Sapientiā vero principū huius mundi intel=
ligimus:vt eſt egyptiorum ſecreta, quā dicūt
et occulta philoſophia: & chaldęorum aſtrolo
gia: & Iudęorū de ſciētia excelſi pollicentium:
ſed & gręcorum multiplex variaqꝫ de diuinita
te ſententia.Igitur in ſcripturis ſanctis inueni
mus principes eſſe per ſingulas gentes: ſicut
in Daniele legimus principē eſſe quendam re=
gni perſarū: & aliū prīcipem regni gręcorum:
quos nō hoīes eſſe:ſed virtutes quaſdā euiden
ter ex cōſequentia ipſius lectionis oſtēdit̄. Sed
et in Ezechiele propheta princeps tyri virtus
eſſe quędā ſpiritualis manifeſtiſſime deſignat̄
li ergo & hmōi.i. habentes ſinguli ſapientias
ſuas:& aſtruentes dogmata ſua/variaſqꝫ ſentē
tias: vt viderūt dominum & ſaluatorem nr̄m
pollicentē:& p̄dicantē ſe ob hoc veniſſe in hūc
mundū:vt deſtrueret oīa illa quęcūqꝫ eēnt fal
ſi nominis dogmata:q̄ obtegerent intrinſecus
cōtinuo ei inſidiati ſūt:& aſtiterūt reges terrę
et principes cōuenerūt in vnū: aduerſus dn̄m
et aduerſus chriſtū eius.Quibus eorū inſidiis
cognitis:& his q̄ aduerſus filiū dei moliti ſunt
intellectis: tū glorię dn̄m crucifixerūt: ait apo
ſtolus:qa ſapiētiā loqmur inter pfectos.Sapiē=
tiam autem nō huius ſęculi:neqꝫ prīcipū huiꝰ
ſęculi qui deſtruunt̄: ſed quā nemo prīcipum
huius mundi cognouit. Si enim cognouiſſent
nunq̄ dominum glorię crucifixiſſent.

¶Quęrendū ſane eſt vtrū iſtę ſapiētię prīcipū C
huius mūdi quibus hoīes imbuere nitunt̄:inſi
diandi:& lędēdi ſtudio ingeruntur hoībus ab
aduerſariis virtutibus:aut tātummodo erro=
ris cauſa adhibent̄.i.non lędendi hoīs proſpe=
ctu: ſed qa hęc vera eſſe illi mūdi principes ar=
bitrant̄:ideo etiā cęteros docere cupiūt ea quę cau
ipſi vera eē opinant̄. Quod & magis arbitror. te le
Sicut enim (verbi cauſa) gręcorū auctores: vl' ge

vniuſcuiuſq; hęreſis principes cũ prius errorẽ
falſę doctrinę pro veritate ſuſceperint: & hanc
eſſe veritatem apud ſemetipſos iudicauerint:
tunc demũ & cæteris hęc perſuadere conanť:
quæ apud ſemetipſos vera eſſe cenſuerint: ita
putãdum eſt facere & principes huius mundi
in quo mũdo certę quæq; ſpirituales virtutes
cęterarũ gentiũ ſortitę ſunt principatũ: & pro
pter hoc principes huius mũdi appellati ſunt.
D ¶Sunt preterea etiã alię præter hos principes
ſpirituales quędã mundi huius energię.i.vir=
tutes ſpirituales aliquę: certa quædã operãtes
quæ ipſę ſibi pro arbitrii ſui libertate vt age=
rẽt elegerũt: ex quibus ſunt iſti principes qui
operãtur ſapientiam huius mundi. Verbi cau
ſa: vt ſit ꝓpria quędã energia: ac virtus quę in
ſpiret poeticam: alia quæ geometricam: & ita
quaſq; ſingulas huiuſcemodi artes / diſcipli=
naſq; cõmoneant. Deniq; ꝗplurimi grecorum
opinati ſunt artẽ poeticã ſine inſania nõ poſſe
conſtare. vnde & in hiſtoriis eorũ refertur ali=
quoties eos quos vates appellãt, ſubito inſanię
cuiuſdã ſpiritu eſſe repletos. Qđ autẽ dicẽdũ
eſt de his etiam quos diuinos appellãt: a qbus
per incorporationẽ dęmonũ eorũ qui eis præ=
ſunt, verſibus arte modulatis reſpõſa proferũ
tur. Sed & hi quos magos vel maleficos dicũt
aliquoties dęmonibus inuocatis ſupra pueros
adhuc paruę ætatis verſu eos dicere poemata
admirãda omnibus: & ſtupenda fecerũt. Quæ
hoc modo geri arbitranda ſunt: ꝙ ſicut ſanctę
et immaculatę animę cũ omni affectu omniq;
puritate ſe vouerint deo: & alienas ſe ab omni
dæmonũ cõtagione ſeruauerint: & per multã
abſtinẽtiam purificauerint ſe: & piis ſacræ re=
ligionis imbutę fuerint diſciplinis: participiũ
per hoc diuinitatis aſſumũt: & ꝓphetię ac cæ=
terorũ diuinorũ donorũ gratiã merenť: Ita pu
tandũ eſt etiã eos qui ſe opportunos cõtrariis
virtutibꝰ exhibẽt.i.induſtria: vita: vel ſtudio
amicitia illius accepta: recipere eorũ inſpira=
tionẽ: & ſapientię eorũ ac doctrinæ participes
effici. Ex quo fit vt eorũ inopationibꝰ replean
tur: quorũ ſe prius famulatui ſubiugarunt.
E ¶De his ſane q de Chriſto aliter docẽt ꝗ ſcri=
pturarũ regula patitur: nõ otioſum eſt intue
ri: vtrũ inſidioſo propoſito aduerſum Chriſti
fidẽ nitẽtes contrarię virtutes fabuloſa quędã
ſimul & ipſę dogmata cõmentatę ſint. An ve=
ro etiã ipſæ audito verbo Chriſti: & neq; euo=
mere id valentes ex arcanis conſcientiæ ſuæ:
neq; pure ſancteq; retinere: peruerſa dogmata
ſibi & per (vt ita dicam) prophetas ſuos diuer
ſos errores contra regulã chriſtianę veritatis
induxerũt. Et magis putãdum eſt ꝙ apoſtatæ
et refugę virtutes quę a deo receſſerint: ex ip=
ſa mentis ſuę propoſitiq; nequitia vel inuidia
eorũ quibus veritate ad illũ gradũ vnde ipſæ
dilapſę ſunt præparatur aſcẽſus: ad impedien
dum huiuſcemodi profectus errores hos falſę
doctrinę deceptioneſq; componunt. Manifeſte
ergo ex multis indiciis monſtratur: ꝙ huma=
na anima: dum in hoc eſt corpore: recipere po=
teſt diuerſas energias.i.operatiões ſpirituum
diuerſorum malorum ac bonorum.
¶Et malorũ quidẽ duplici ſpecie.i.vel tũc cũ
penitus ex integro eorũ poſſederint mentem:
ita vt nihil omnino eos quos obſederint intelli
gere: vel ſentire permittãt: ſicut exemplo ſunt
hi quos vulgo energuminos vocãt: quos amẽ
tes & inſanos videmus: quales illi erant qui in
euãgelio a ſaluatore curati eſſe referũtur. Vel
cũ ſentientẽ quidẽ & intelligẽtem animũ cogi
tationibus variis, & ſiniſtris perſuaſionibꝰ ini
mica ſuggeſtione deprauãt: vt exemplo eſt Iu
das ad proditionis facinus diaboli immiſſione
prouocatus: ſicut ſcriptura declarat dicẽs. Cũ
autẽ iam diabolus miſiſſet in cor Iudæ ſcario=
this vt traderet eum. Boni vero ſpiritus reci=
pit energiam.i.inoperationẽ: cũ & ꝓuocať ad
bona: & iſpiratur ad cœleſtia vel diuina: ſicut
ſancti & angeli & ipſe deus operatus eſt ĩ pro=
phetis: ſuggeſtionibus ſanctis ad meliora pro
uocãs & cohortans: ita ſane: vt maneret ĩ arbi
trio hominis: ac iudicio ſi ſequi velit: aut nolit
ad cœleſtia & diuina prouocantẽ. Vnde & ex
hac manifeſta diſcretione dinoſcit quomodo
aĩa melioris ſpũs præſentia moueať.i.ſi nullã
prorſus ex imminẽti aſpiratione obturbatio=
nẽ vel alienationẽ mentis incurrat: nec perdat
arbitrii ſui iudiciũ liberũ: ſicut exemplo ſunt
oẽs; vel ꝓphetę: vel apoſtoli: qui diuinis reſpõ=
ſis ſine vlla mẽtis obturbatione miniſtrabant.
Boni ergo ſpiritus ſuggeſtionibus humanam
memoriam ad recordationem meliorum pro=
uocari exemplis iã in ſuperioribꝰ edocuimus:
cũ Mardochei: & Artaxerxis fecimꝰ mẽtionẽ.
¶Illud quoq; cõſequenter requirẽdum puto: F
ex quibus cauſis humana anima nunc qdem a
bonis: nunc autẽ moueatur a malis. Cuius rei
cauſas ſuſpicor eſſe quaſdam antiquiores etiã
hac natiuitate corporea: ſicut deſignat Ioãnes
in matris ventre tripudians & exultans cum
vox ſalutatiõis Marię ad aures Elizabeth ma=
tris eiꝰ allata eſt: & vt declarat Hieremias pro
pheta: qui anteꝗ plaſmareť in vtero matris co
gnitus erat a deo: & anteꝗ e vulua procederet
ſanctificatꝰ ab eo eſt: & puer adhuc prophetiæ
gratiã accepit. Ex reſpõſis ecõtrario oſtẽdiť ab
aduerſariis ſpiritibꝰ quoſdã a prĩa ſtatĩ ætate

poſſeſſos: id eſt nōnullos ab ipſo dæmone poſſeſſos eſſe natos: alios vero a puero diuinaſſe hiſtoriarū fides declarat. Alii a pri̅a ętate dæmonem quē phytonē nomināt.i. ventricolum paſſi ſunt. Pro quibus oib⁹ ab his dei ꝓuidētia regi oia quę in mundo ſunt (vt ſanctę ſcripturæ aſſerunt: noſtra quoqꝫ cōtinet fides) vt mihi videtur nō aliter poterit reſponderi: ita vt abſqꝫ omni iniuſtitiæ culpa prouidētia demōſtretur: niſi priores quędā fuiſſe eis cauſę dicātur: qbus anteq̄ in corpore naſcerentur animę aliqd cōtraxerint culpæ in ſenſibus vel motibus ſuis pro qb⁹ hoc merito pati a diuina ꝓuidentia iudicatæ ſunt.

¶Liberi nanqꝫ arbitrii ſemper eſt aīa: etiā cū in corpore hoc: etiā cū extra corpus eſt: et libertas arbitrii vel ad bona: vel ad mala mouet̄ nec vnq̄ rationabilis ſenſus.i.mens vel aīa ſine motu aliquo vel bono vel malo eſſe poteſt. Quos motus cauſas præſtare meritorū veriſimile eſt etiā prius q̄ in hoc mūdo aliqd agant vt pro his meritis vel cauſis per diuinā prouidentiā ſtatim a prima natiuitate: immo & ante natiuitatē (vt ita dicam) vel boni aliquid: vel mali perpeti diſpēſentur. Et hæc quidem dicta ſint de his quæ videntur hoībus: vel a prima natiuitate ſtatim: vel etiā anteq̄ in hāc lucem prorumpant: euenire.

A ¶De his vero quæ a diuerſis ſpiritibus aīæ id eſt humanæ cogitationi ſuggeruntur: quæ vel ad bona: vel ad cōtraria prouocent: interdum etiā in hoc exiſtere quędā anterioris natiuitatis corporeæ cauſę putandę ſunt. Interdum vero vigilans mens: & abiiciens a ſe quæ mala ſunt: bonorum ad ſe adiutorium prouocat: vel econtrario negligens & ignaua dum minus cauta eſt: locum dat his ſpiritibus qui velut latrones ex occulto inſidiantes irruere humanas mentes cum locum ſibi datum per ſegnitiem viderint: moliuntur: ſicut ait Petr⁹ apoſtolus: quia aduerſarius noſter diabolus tanq̄ leo rugiens currit quærens quem deuoret. Propter qđ die noctuqꝫ cor noſtrum omni cuſtodia ſeruandum eſt: & locus non eſt dandus diabolo: ſed omnia agēda ſunt quibus miniſtri dei: hi videlicet ſpiritus qui ad miniſterium miſſi ſunt eorum qui ad hæreditatē ſalutis vocati ſunt: inueniāt in nobis locū: & delectentur ingredi hoſpitium animę noſtrę: & habitātes apud nos: cōſiliis nos regāt: ſi tamē habitaculum cordis noſtri virtutis & ſanctitatis cultu inuenerint exornatum.

Finis Capituli tertii.

De humanis tentationibus.
Capitulum Quartum.

VErum ſufficiant iſta pro virib⁹ noſtris diſſerta a nobis de his virtutib⁹ quę humano generi aduerſant̄. Nunc ne de humanis quidē tentationibus ſilendū puto: quę naſcūtur interdū ex carne & ſanguine: vt ex prudentia carnis & ſanguinis quę deo dicitur eſſe inimica. Et vtrum verum ſit qđ quidā dicunt quaſi binas animas eſſe per ſubſtantiam poſteaq̄ de his tentationibus expoſuerimus quæ plus q̄ humanę dicunt̄.i.quas aduerſum principatus: & poteſtates: & aduerſum mūdi huius rectores tenebrarū harum: & aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus gerimus: vel quæ nobis aduerſus ſpiritus malignos: et immundos dæmones peragunt̄: dicemus. In qua re cōſequēter arbitror requirēdū ſi in nobis hominibus qui ex anima cōſtamus & corpore ac ſpiritu vitali: eſt etiam aliud aliquod incitamentū: quod motum habeat proprium & commotionē ad malum prouocantē: ſicut haberi a quibuſdam quęſtio ſolet huiuſmodi: vtrū duę animę in nobis dicendę ſint: vna quędam diuinior & cœleſtis: & alia inferior? An vero ex hoc ipſo qꝫ corporibus inhęrem⁹ (quę corpora ſecūdū propriā quidem naturā mortua ſunt & penit⁹ ex aīa: qa ex nobis.i. ex aīabus corpus materiale viuificat̄: qđ vtiqꝫ contrariū eſt: & inimicū ſpiritui) trahimur & ꝓuocamur ad hæc mala quæ corpori contraria ſunt? An vero tertiū: qđ quidā gręcoꝝ arbitrati ſunt: quia aīa noſtra cū vna ſit per ſubſtātiā ex pluribus tñ cōſtet: & vna pars eius rōnabilis: pars vero alia irrationabilis dicat̄: & ea qdem pars quā irrationabilē dicūt in duos rurſum diuidat̄ affectus cupiditatis & iracundię? Has ergo quas ꝑduximus tres de aīa opiniōes a nōnullis haberi inuenim⁹. Ex qbus illud interim qđ qbuſdā gręcorū philoſophis viſum dicim⁹: qa tripertita ſit aīa: nō valde cōfirmari ex diuinæ ſcripturæ auctoritate ꝓuideo: ad alia vero q̄ reliqua ſunt inueniri poſſunt aliquanta q̄ ex diuinis lr̄is aptari poſſe videant̄. B

¶Ex qbus primo illud diſcutiamns qđ aſtruere ſolent quidā: quia vna ſit bona in nobis aīa: & cœleſtis: alia vero īferior & terreſtris: & qꝫ ea qdē quę melior eſt cœlit⁹ inferatur: qualis eſt illa quę & Iacob aduerſus Eſau adhuc ī vtero poſito palmam victoriæ ſupplantati præſtitit fratris: & quę in Hieremia ſanctificat̄ ex vulua: & ſpiritu ſcō ſcīficat̄ ex vtero ī Ioāne Illā vero inferiorē quā ex corpali ſemine ſimul

aſſerũt cum corpore ſeminari: vnde & pręter corpus viuere eam vel ſubſiſtere negant poſſe: ꝓpter qđ & carnẽ eam frequẽter appellari dicũt. Quod em̃ ſcriptũ eſt: caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: nõ hoc de carne dictũ accipiunt: ſed de hac aĩa quæ proprie carnis eſt aĩa. Sed & ex his ſtudẽt nihilominus cõfirmare hęc quę in leuitico ita ſcripta ſunt: Anima oĩs carnis ſanguis ipſius. Ex eo em̃ ꝙ ꝑ totam carnem ſanguis diffuſus vitã pręſtat carni: in ſanguine ineſſe aiunt hanc animã quę dicit̃ totius carnis eſſe aĩa. Hoc aũt ipſum qđ dictũ eſt carnẽ repugnare aduerſus ſpiritũ: ſpiritũ aũt aduerſus carnẽ: & qđ dictum eſt aĩa oĩs carnis ſanguis ipſius: alio noĩe idem vocari dicunt ſapientiã carnis: qđ eſt ſpiritus quidã materialis qui legi dei ſubiectꝰ iure eſt: ſed nec poteſt eſſe ſubiectus: quia volũtates habet terrenas & deſideria corporalia.

C De hoc putãt etiã apoſtolũ dixiſſe aliud qđ ait. Video aũt aliam legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meę: & captiuũ me ducentem in lege peccati quæ eſt in mẽbris meis. Si vero quis obiiciat eis: hoc dici de natura corporis: qđ vere ſecundũ ꝓprietatẽ quidẽ naturæ ſuę mortuũ eſt: habere aũt dicit̃ ſenſus: vel ſapientiã quæ inimica eſt deo: vel q̃ repugnat aduerſus ſpiritũ: pro eo velut ſi quis dicat quodammodo carnis ipſius eſſe vocẽ quæ clamet nõ eſuriẽdũ: nõ ſitiendũ: nõ algendũ: neq; velle prorſus in aliquo moleſtiã pati ſiue ex abundantia: ſiue ex pœnuria: hoc illis reſoluere: atq; impugnare conabimur oſtẽdẽtes alias eſſe paſſiones animę q̃ in nullo prorſus a carne originẽ trahant: & tñ his ſpũs aduerſet̃: ſicut eſt ambitio: auaritia: ęmulatio: inuidia: ſupbia: & his ſimilia: cũ qbus pugnã quandã eſſe humanę mẽti: vel ſpiritui vidẽtes: ideo cauſam oĩm malorũ horũ non ponẽt aliud quid niſi hãc: de qua ſupius diximꝰ velut corporalẽ & ex ſeminis traduce generatam.

D Adhibere quoq; ad ſermonẽ horũ etiã illud teſtimoniũ aplĩ ſolent: qđ ait: Manifeſta autẽ ſunt opera carnis: quę ſunt fornicatio: immũditia: ĩpudicitiæ: idololatria: inimicitię: contẽtiones: ęmulatiões: irę: rixę: diſſentiones: hęreſes: ſectę: inuidię: ebrietates: comeſſationes: & his ſimilia: dicẽtes nõ hęc oĩa de vſu: vel delectatione carnis originẽ trahere: ita vt putẽtur eius ſubſtãtię q̃ animã nõ habet (id eſt carnis) hi oẽs motus exiſtere. Sed illud qđ ait: Videte fratres vocatiõẽ veſtram: quoniam nõ multi inter vos ſapientes ſecundum carnẽ: adhuc videbitur inclinandũ: vt propria qđã videretur eſſe carnalis ac materialis ſapientia: alia vero ſit ſapientia ſecundũ ſpiritũ: quę vtiq; nõ poteſt dici ſapiẽtia: niſi ſit aĩa carnis quę ſapiat hoc qđ carnis ſapiẽtia nominatur.

E Ad hoc aiunt etiam illud. Si caro repugnat aduerſus ſpiritũ: & ſpũs aduerſus carnẽ: vti nõ quę volumus illa faciamus: quę ſunt de q̃bus dicit, vt nõ quę volumus faciamus! Certũ eſt (aiunt) de ſpiritu ſancto nõ dici: nõ em̃ voluntas ſpũs ꝓhibetur. Sed neq; de carne: quia ſi nõ habet aĩam ꝓpriã: ſine dubio nec volũtatem habebit. Supereſt ergo vt de huius aĩę voluntate dicatur: quę vtiq; aduerſatur volũtati ſpiritus. Et ſi illa eſt: cõſtat ꝙ huius aĩæ voluntas quędã media eſt inter carnẽ & ſpiritũ: vni ſine dubio e duobus ſeruiẽs: & obtemperans: cuicũq; obtẽperare delegerit. Quæ cum ſe delectationibus carnis ſubdiderit: carnales homines facit: cum ſe ſpũi iunxerit in ſpiritu eẽ hoĩes facit: & ꝓpter hoc ſpirituales nominari. Quid ergo deſignare aplꝰ videt̃ cũ dicit: vos aũt in carne nõ eſtis: ſed in ſpiritu! Requirendũ ergo eſt quæ ſit oĩno hęc ipa volũtas inter carnẽ & ſpiritũ pręter eam voluntatẽ quæ carnis eſſe: vel ſpũs dicitur. Pro certo nãq; habetur ꝙ oĩa quęcũq; ſpũs eſſe dicunt̃: voluntas ſit ſpiritꝰ: & quæcũq; opera carnis eſſe dicunt̃ voluntas ſit carnis. Quæ ergo iſta eſt p̃ter hęc volũtas animæ q̃ extrinſecus noĩatur: quam voluntatem volens nos facere aplꝰ dicit: vt non quæcũq; vultis illa faciatis! in quo hoc videtur deſignari: ꝙ neutro ex his duobus: id eſt neq; carni: neq; ſpiritui debeat adhęrere. Sed dicet quis: qa ſicut melius qdẽ eſt ſi ꝓpriã faciat voluntatẽ: q̃ vt voluntatẽ faciat carnis: ſic iterũ meliꝰ eã facere volũtatẽ ſpũs magis q̃ ꝓpriã voluntatem. Quomõ ergo apoſtolus ait: vt non quæ vultis illa facitatis! quomõ ea pugna quæ inter carnẽ & ſpiritũ gerit̃: nõ oĩno ſpiritꝰ certa victoria eſt! Manifeſtũ eſt em̃ obedire in q̃plurimis carnem.

Caute lege.

F Verum quoniam in diſputatiõẽ incidimꝰ profundã: in quã neceſſe eſt colligere ex ſingulis qbuſq; partibus quæ poſſunt mores diſcutere: videamus ne forte in hoc loco tale aliqd tractari põt: qa ſicut melius eſt animæ ſequi ſpiritũ: tũc cũ ſpũs carnẽ vicerit: ita etiã ſi videtur ei eſſe deterius ſequi carnẽ repugnantẽ aduerſus ſpiritũ: & ad ſe reuocare aĩam volentem: cũ forte vtilius videat̃ obedire aĩam carni q̃ reſidere in propriis volũtatibus. Nanq; quoniam nec calida dicitur eſſe: nec frigida: ſed in medio quodã tepore perdurãs: tardam & ſatis difficilem conuerſionem poterit inuenire. Si vero carni adhæreat: ex his ipſis interdum malis quæ ex carnis vitiis patitur: ſatiata

ta aliquãdo:& repleta: velut grauiſſimis oneribus luxuriæ: ac libidinis fatigata facilius & velocius conuerti a materialibus ſordibus ad cœleſtiũ deſyderiũ:& ſpiritualem gratiã poteſt. Et hoc arbitrandũ eſt dixiſſe apoſtolum: idcirco pugnare ſpiritũ aduerſus carnem: & carnẽ aduerſus ſpiritũ: vt nõ quæcunq; volumus illa faciamus:ſine dubio ea quæ extra voluntatẽ ſpiritus, & extra voluntatẽ carnis deſignata ſunt: vt ſi aliis nominibus diceremus quia meli⁹ eſt hominẽ aut in virtute eſſe: aut in malitia q̃ in nullo horũ: anima vero poſtq̃ ſe conuertat ad ſpiritũ & vnũ efficiatur cũ eo dũ adhęret corpori, & de carnalibus cogitat: neq; in bono ſtatu videtur eſſe:neq; manifeſte in malo:ſed animali (vt ita dixerim) ſimilis. Melius autẽ eſt vt ſi fieri poteſt adhærens ſpiritui efficiatur ſpiritualis. Si vero fieri nõ poteſt:magis expedit eã vel carnis malitiã ſequi q̃ in ſuis poſitã volũtatibus, animalis irrationabilis ſtatũ tenere. Hæc autem tractauimus volẽtes ſingularũ aſſertionũ diſſerere opiniones ampliori q̃ voluimus vſu exceſſu:vti ne lateret nos putarentur ea quæ moueri ſolent ab his qui quærũt:vtrum ſit alia anima in nobis præter hanc cœleſtẽ,& rationabilẽ: quę huic naturaliter aduerſetur: & vocetur vel caro, vel ſapientia carnis, vel anima carnis.

A ¶Nunc videamus quæ etiã ad hoc reſpõderi ſoleant ab his qui defendunt vnũ eſſe in nobis motum, & vnã animã, vnius eiuſdẽq; animæ cuius ſiue ſalus, ſiue perditio ſecundum actus ſuos ipſi proprie aſcribatur. Et primo videamus cuiuſmodi ſint paſſiones animi quas patimur cum ſentimus intra noſmetipſos velut in ptes nos rapi per ſingula: cũ pugna quædã fit cogitationũ in cordibus noſtris: & quædã nobis veriſimilitudines ſuggeruntur: quibus nũc in hoc, nũc in aliud inclinamur:quibuſq; nunc quidẽ arguimur, nũc vero noſmetipſos amplectimur. Nihil autem magnũ eſt ſi mala ingenia dicamus quia varium ac ſibiipſi repugnans iudiciũ habeant:& a ſemetipſo diſcordans:cũ etiã in omnibus hominibus ita inueniatur:ſi quãdo deliberatio incertæ rei ad cõſilium venerit, vel proſpicitur, vel cõſulitur quid rectius vel vtilius eligat. Nihil ergo mirum ſi duę veriſimilitudines ſibi inuicem occurrẽtes:cõtraria ſuggerẽtes:in diuerſas partes animũ rapiunt. Verbi cauſa: ſi cogitatio inuitet aliquẽ ad fidem, & timorem dei:tunc non poteſt dici quia caro aduerſus ſpiritum pugnet: ſed dũ incertũ eſt qđ verum & vtile eſt:animus in diuerſa rapitur. Ita & cũ putatur caro ad libidinẽ prouocare: conſiliũ vero melius huiuſcemodi incitamẽtis reſiſtit: non putanda eſt vita eſſe alia animę quę aduerſus aliam reſiſtat: ſed natura corporis quæ repleta ſatiui humoris loca euacuare geſtit:atq; deplere:ſicut nec contraria aliqua virtus, nec vita alterius animæ putanda eſt quæ nobis excitat ſitim, & prouocat ad bibendum: vel quę eſurire facit, & irritat ad cibũ. Sed ſicut hæc naturalibus motibus corporis vel appetunt: vel euacuãtur:ita & naturalis ſeminis cõgregatus per tẽpus in ſuis locis humor:expelli geſtit, & abiici. Quod in tãtũ nequaq̃ impulſu alterius cuiuſq̃ ꝓuocationis efficitur:vt etiã ſponte interdum ſoleat egeri. Cum ergo dicitur:quia caro pugnat aduerſus ſpiritũ: ita intelligũt iſti:quia vſus, vel neceſſitas, vel delectamentũ carnis prouocans hominẽ extrahit & abducit a diuinis & ſpiritualib⁹ rebus. Pro neceſſitate etenim corporis abſtracti, diuinis & in æternũ ꝓfuturis rebus vacare nõ ſinimur. Sic rurſus in diuinis & ſpiritualib⁹ anima vacãs & ſpiritui coniũcta, impugnare dicitur carnem dũ reſolui eã delitiis nõ ſinit, & voluptatibus fluitare: quibus naturaliter delectatur. Hoc modo etiã illud aſſerunt qđ dictũ eſt: Sapiẽtia carnis inimica eſt deo:non q; vere animam habeat caro, vel ſapientiã ꝓpriam: ſed ſicut abuſiue dicere ſolemus & ſitire terrã, & velle eam bibere aquã: hoc vtiq; qđ dicimus velle, nõ proprie ſed abuſiue proferimus: velut ſi dicamus quia iterũ domus recõponi vult:& alia multa his ſimilia: ita & ſapientia carnis accipiẽda eſt: vel qđ dictũ eſt concupiſcit aduerſus ſpiritum.

¶Adiicere ſolẽt etiã illud qđ dictum eſt: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. B
Quod eñ clamat ad dominũ, non eſt proprie ſanguis ille q effuſus eſt: ſed abuſiue ſanguis clamare dicitur, dũ eius qui ſanguinẽ effudit vindicta depoſcitur. Sed illud qđ apoſtolus ait: Video aũt aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ: ita intelligunt tãq̃ ſi dixiſſet: q; is qui verbo dei vacare vult pro neceſſitatibus, & vſibus corporalib⁹ quæ velut lex corporũ eſt, diſtrahitur, atq; diuellitur:atq; impeditur ne ſapiẽtię vacãs cõtẽtus poſſit diuina contueri myſteria. Q; vero inter carnis opera deſcriptæ eſſent hæreſes, & inuidiæ, & contentiones, vel cætera, ita accipiunt: q; anima cũ craſſioris ſenſus fuerit effecta:ex eo q; corporis ſeſe paſſionibus ſubdit oppreſſa vitiorum molibus, & nihil ſubtile, ac ſpirituale ſentiẽs caro dicitur effecta: & inde nomẽ trahit:in quo plus ſtudii, vel propoſiti gerit.

¶Addunt etiã requirẽtes: Quis inuenietur, vel quis dicetur conditor mali huiꝰ ſenſus q dicit carnis? Quia aliũ nullũ creatorẽ animæ & carnis ꝙ deũ eſſe defendũt. Et ſi dicamꝰ qa bonus deus ĩ ipſa cõditione ſua aliqd ſibi creauit inimicũ: vtiq; abſurdũ videbitur. Si ergo ſcriptũ eſt: quia ſapiẽtia carnis inimica ẽ deo: & hoc factũ ex conditione dicetur: videbitur ipſe deus naturã aliquã feciſſe inimicã quę ei nõ poteſt eſſe ſubiecta, nec legi eius. Quippe ſi animale eſſe putabiť: de quo hæc dicentur. Qđ ſi ita recipiať: quid iã differre videbitur ab his qui diuerſas naturas animarũ dicũt eẽ creatas, quę naturaliter, vel peritureę ſint, vel ſaluãdę? Qđ vtiq; ſolis hæreticis placet: q dũ iuſtitiã dei pia ratione aſſeuerare nõ poſſunt huiuſcemodi impietatibus figmẽta cõponũt. Et nos qdẽ prout potuimus ex ſingulorũ ꝑſonis ꝙ dici poſſint diſputationis cauſa de ſingulis dogmatibus in mediũ ꝓtulimus. Qui autem legit, eligat ex his quæ magis amplectenda ſit ratio.

¶Qꝫ mundus ex tempore cœperit. Capitulum quintum.

POſt hæc iam quoniamquidẽ de eccleſiaſticis diffinitionibus vnũ habeť ꝑcipue
C ſecũdũ hiſtorię noſtrę fidẽ: ꝙ mũdꝰ factus ſit: & ex certo tẽpore cœpit: & ſecũdũ promulgatã oĩbus cõſummationẽ ſeculi, pro ſui corruptiõe ſoluẽdus ſit: etiã de hoc pauca repetere nõ videť abſurdũ. Et quantũ qdẽ ad ſcripturarũ fidẽ ꝑtinet ꝑfacilis videť de hoc aſſertio. Deniq; hęretici cũ ĩ alia diſtracti ſint in hoc tñ ſcripturæ auctoritati cedentes: niſi ſunt cõſonare. De cõditione ergo mũdi ꝙ alia nos ſcriptura magis poterit edocere ꝙ ea ꝙ a Moyſe de origine eius ſcripta eſt? Quæ licet maiora intra ſe contineat ꝙ hiſtorię narratio videť oſtẽdere: & ſpiritualẽ in ꝙmaximis cõtineat intellectũ: atq; in rebus myſticis: & profundis velamine quodã literæ vtať: tñ nihilo minus indicat hoc ſermo narrãtis ꝙ ex certo tẽpore creata ſunt oĩa ꝙ videntur. De cõſummatione vero mundi: primo Iacob indicat cũ ad filios teſtať dicẽs. Cõuenite ad me filii Iacob vt annũtiẽ vobis qd erit ĩ nouiſſimis diebus, vel poſt nouiſſimos dies. Si ergo ſunt nouiſſimi dies: vel poſt nouiſſimos dies: ceſſare dies neceſſe ẽ q cœperũt. Dauid quoq; ita ait. Cœli peribũt: tu aũt permanebis: & oẽs ſicut veſtimẽtũ veteraſcẽt: & ſicut opertoriũ mutabis eos, & mutabuntur: tu autẽ idẽ ipſe es, & anni tui non deficient.

¶Dominus vero & Saluator noſter cũ dicit D
Qui creauit ab ĩitio maſculũ & fœminã fecit eos: factũ etiã eẽ mũdũ ipſe teſtať. Et rurſum dicẽs: quia cœlũ & terra tranſiẽt: verba autẽ mea nõ trãſibũt: corruptibilem eũ, finiẽdũq; deſignat. Sed & Paulus dicẽs: Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, nõ volẽs: ſed ꝓpter eũ q ſubiecit in ſpe: quia & ipſa creatura liberabiť a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glorię filiorũ dei: manifeſte finẽ mũdi declarat. Et cũ rurſum dicit: tranſiet habitus huius mundi. Verũ in eo ipſo quo dixit: qa vanitati creatura ſubiecta ẽ etiã ĩ ſpem aliquã: ex cauſa vtiq; ſubiecta eſt. Et qđ ex cauſa eſt: neceſſe ẽ vt cœperit. nõ eñ poterat ſine vllo initio creatura eẽ ſubiecta, & ſperare liberari a ſeruitute corruptionis ꝙ ſeruire nõ cœperat. Sed & ꝙplurima alia in ſcripturis diuinis huiuſmodi dicta reperiet ſiqs reqrat ex otio: qbus & initiũ habere mũdus, & finẽ ſperare dicať. Siqs ergo ẽ qui aduerſeť in hac parte vel auctoritati noſtrę, vel fidei: ingremꝰ ab eo vtrũ dicat deũ cõprehẽdere poſſe oĩa: an nõ poſſe? Et dicere qdẽ nõ poſſe: manifeſte impiũ eſt. Si vero (qđ neceſſe ẽ) dixerit qa oĩa cõphẽdit: ſupeſt vtꝰ eo ipſo quo cõphendi poſſunt: & initiũ habere intelligant, & finẽ. Nã qđ penitus ſine initio ẽ cõphẽdi oĩno nõ põt. In quãtũcũq; eñ ſe intellectus extẽderit: ĩ tãtũ cõphẽdẽdi facultas ſine fine ſubduciť, & differť, vbi initiũ non habetur. Sed ſolẽt nobis obiicere dicẽtes. Si cœperit mũdꝰ ex tempore: qd ante faciebat deus anteꝙ mũdus fieret? Otioſam eñ dicere naturã dei: otioſum eſt, ſimul & abſurdũ: vel putare ꝙ bonitas aliqñ nõ fecerit, & oĩpotẽtia aliqñ nõ egerit potẽtatũ. Hoc nobis obiicere ſolent dicentibus mũdũ hũc ex certo tempore cœpiſſe: & ſecũdũ ſcripturę fidẽ, annos quoq; ætatis ipſius numerantibus.

¶Ad quas ꝓpoſitiões nõ arbitror aliquẽ hęre E
ticorũ ſecũdũ rationẽ dogmatis ſui poſſe facile reſpõdere. Nos vero cõſequẽter reſpõdebimus obſeruãtes regulã pietatis, & dicẽtes: qm̃ nõ tũc primũ cũ viſibilẽ iſtũ mundũ fecit deus cœperit opari: ſed ſicut poſt corruptionẽ huius erit alius mũdus: & ita, & anteꝙ hic eſſet fuiſſe alios credimus. Qđ vtrũq; diuinæ ſcripturę auctoritate firmabiť. Nã ꝙ erit poſt hũc alius mũdus Eſaias docet, dicẽs. Erit cœlũ nouũ, & terra noua: ꝙ ego faciã ꝑmanere in cõſpectu meo dicit dñs. Qꝫ aũt ante hũc mũdũ fuerint etiã alii, Eccleſiaſtes oſtẽdit dicẽs. Quid eſt qđ factũ eſt? id ipm qđ futurũ eſt. Et

caue & caute lege

quid eſt qđ creatū eſt:hoc ipſum qđ creandū:
et nihil eſt oīno recens ſub ſole.Sed qs loqueť,
et dicet:ecce hoc nouū eſt?iā fuit id in ſæculis
quę fuerūt ante nos.Quibꝰ teſtimoniis vtrū-
ꝙ probatur:ꝙ & ante fuerūt ſęcula:& futura
ſint poſtmodū. Non tamē putandū eſt plures
mūdos ſimul eſſe: ſed hūc interim alios futu-
ros: de qbus nūc nō eſt neceſſariū ꝑ ſingula re
petere:cum iam id in ſuperioribus fecerimus.
A ¶Illud ſane otioſe prætereūdū nō eē arbitror
ꝙ ſcripturę ſanctę cōditionē mūdi nouo quo-
dā,& ꝓprio nomine nūcupauerunt : dicētes:
catabolen mūdi:qđ latine ſatis īproprie trāſla
tum cōſtitutionē mūdi īterpretati ſunt:ſicut
in euāgelio ſecūdū Ioannē cū dicit Saluator:
Et erit tribulatio in illis diebus qualis nō fuit
a cōſtitutione mundi: hic cōſtitutio catabole
dicta eſt : qđ ita intelligēdū eſt ſicut ſuperius
expoſuimus. Sed & apoſtolus in epiſtola ad
Epheſios eodē ſermone vſus eſt:cum ait: Qui
elegit nos ante mūdi cōſtitutionē: & hic con-
ſtitutionē mundi catabolen dixit:eodem ſen-
ſu quo ſuperius interꝑtati ſumꝰ intelligēdā.
Dignū igitur videť inquirere quid eſt qđ hoc
nomine indiceť : & arbitror quoniā qdē finis,
et cōſummatio ſanctorū erit in his quæ nō vi
dētur,& æterna ſunt. Et ipſius finis cōtēpla-
tio eſt:ſicut in ſuperioribꝰ frequēter oſtēdimꝰ.
Simile & initium irrationabiles creaturas ha
buiſſe cenſendū eſt. Et ſi tale initiū habuerint
qualē finē ſperant:fuerunt ſine dubio iā ab ini
tio in his quę nō videnť:& ęterna ſunt. Qđ ſi
eſt,de ſuperioribus ad inferiora deſcēſum eſt:
nō ab his animalibus quę id motuū ſuorū va-
rietate meruerunt: verū & ab his quæ totius
mūdi miniſteriū ex illis ſuperioribus,& inuiſi
bilibus ad hęc inferiora,& inuiſibilia deducta
ſunt:licet nō violentia : vanitati quippe crea-
tura ſubiecta eſt:nō volēs : ſed propter eū qui
ſubiecit in ſpe : qua vel ſol,vel luna,vel ſtellæ,
vel angeli explerent obſequium mūdo : & his
animabus quę ob nimios defectus mētis craſ-
ſioribus & ſolidioribus indiguere corporibꝰ.
et ꝓpter eos quibus hoc erat neceſſariū,mun-
dus iſte etiā viſibilis inſtitutus eſt. Ex hoc er-
go cōmuniter omniū per hanc ſignificātium
id eſt per catabolen a ſuperioribꝰ ad inferiora
videtur indicari deductio.
B ¶Spem ſane libertatis vniuerſa creatura ge-
rit:vt a ſeruitutis corruptione liberetur:cum
filii dei qui vel ꝓlapſi,vel diſperſi ſunt,in vnū
fuerint cōgregati:vel cū cætera officia exple-
uerint in hoc mūdo:quæ ſolus cognoſcit om-
nium artifex deus.Talem vero,ac tantū putā
dum eſt factū eſſe mūdum : qui vel omnes eas
animas quę in hoc mūdo ſtatutę ſunt exerce-
ri,caperet: vel omnes eas virtutes quæ adeſſe
eis,& diſpenſare eas, ac iuuare paratæ ſunt.
Vnius nāq; naturæ eſſe oēs rationabiles crea
turas,ex multis aſſertionibꝰ cōprobatur: per
qđ ſolū dei iuſtitia in oībus eorū diſpēſationi-
bus defendi poteſt : dū vnaqueq; in ſemetipſa
habet cauſas ꝙ nullo,vel in bello vitæ ordine
poſita ſit. Hāc diſpoſitionē dei quā ꝑſtea or-
dinauit:iam tūc ab origine mūdi rationibus,
cauſiſq; ꝓſpectis eorū qui vel ꝓ defectu mētis
venire in corpora merebantur,vel eorū q viſi
biliū cupiditate raptabantur:ſed & illorū qui
vel nolentes,vel inuiti præſtare officia quedā
his qui in hunc ſtatum deciderant cōpelleban
tur ab eo qui in ſpe ſubiiciebat: non intelligen
tes quidam: nec aduertētes ꝙ ex præcedenti-
bus liberi arbitrii cauſis īſtituta fuiſſet a deo
diſpoſitiōis iſta varietas:arbitrati ſunt vel for
tuitis motibꝰ,vel facili neceſſitate agi omnia
quæ in hoc mundo ſunt:nec eſſe aliquid in no
ſtro arbitrio. Vnde nec dei prouidentiam in-
culpabilem aſſignare potuerunt.
¶Sicut autē audiuimꝰ:quia multis,vel mini- C
ſtris,vel rectoribus,vel auxiliatoribꝰ eguerūt
animę omnes quę in hoc mundo verſatę ſunt:
ita in nouiſſimis tēporibus cū iā finis mundo
proximus immineret:& in vltimā perditionē
omne humanū vergeret genus:infirmatis nō
ſolū his q̄ gerebātur:verū etiā illis qbus gerē-
di fuerat ſollicitudo cōmiſſa:nō iam tali auxi
lio, nec ſimilibus ſuis indiguit defenſoribus:
ſed auctoris ipſius,& creatoris ſui opem depo
ſcit: q & his obediēdi,& illis regēdi corruptā
prophanāq; reſtituet diſciplinā. Vnde vnige-
nitus filius dei q erat verbū,& ſapiētia patris
cū eſſet in ea gloria apud patrē quā habuit an
teq̄ mūdus eſſet: exinaniuit ſemetipm: & for-
mā ſerui accipiēs efficiť obediēs vſq; ad mor-
tē:vt obediētiā doceret eos q nō aliter niſi per
obediētiā ſalutē cōſequi poterāt: regēdi quo-
ꝙ regnādiq; corruptas reſtituit leges,dū oēs
inimicos ſubiecit ſub pedibus ſuis: & per hoc
ꝙ neceſſe eſt eum regnare donec ponat inimi-
cos ſuos ſub pedibus : & nouiſſimū inimicum
deſtruat mortē:rectores ipſos regendi doceat
moderamina. Quia ergo nō ſolū regendi,vel
docēdi: verū etiā obediendi venerat reparare
diſciplinā(vt diximus) in ſemetipſo prius cō
plens qđ in aliis volebat īpleri:idcirco nō ſolū
vſq; ad mortē crucis patri obediēs factus eſt:
verū etiā in cōſummatione ſęculi in ſemetipſo
cōplectēs oēs quos ſubiecit patri: & qui ꝑ eum
venerūt ad ſalutē cū ipſis,& in ipſis: ipſe quoq;
ſubiectus diciť patri:dū oīa cōſtant: & ipſe eſt

caput: etiā ipſe eſt ſalus ſalutē cōſequentium
plenitudo. Hoc ergo eſt qđ de eo dicit apoſto-
lus: Cū aūt ei ſubiecta fuerint oīa tūc & ipſe fi-
lius ſubiectꝰ erit ei qui ſibi ſubdidit omnia vt
ſit deus omnia in omnibus.

D ¶Verū neſcio quo pacto hæretici intelligētes
apl'i ſenſum q his verbis continet: ſubiectionis
in filio nomen infamant: cuius appellationis ſi
improprietas reqrit, ex cōtrariis facile poterit
inueniri. Nā et ſubiectū eē nō eſt bonū. Reſtat
vt illđ qđ cōtrariū eſt, bonū ſit. i. nō eſſe ſubie-
ctū. Sermo nāq; apl'i ſecūdum ꝙ iſti dicūt hoc
videt oſtendere: cū dicit: Cū aūt ei ſubiecta fue
rint oīa: tūc & ipē filiꝰ ſubiectus erit ei qui ſibi
ſubdidit oīa: vt quaſi is q nūc patri nō ſit ſubie
ctus: futurꝰ ſit tunc: cū pater ei vniuerſa ſubie
cerit. Sed miror quō intelligi poſſit vt is q non
dum ſibi ſubiectis oībus nō eſt ipſe ſubiectus:
tūc cum ſubiecta fuerint ſibi oīa: cū rex omniū
fuerit, & poteſtatem tenuerit vniuerſorū: tūc
eū ſubiiciendū putēt cū ſubiectus ante nō fue
rit: nō itelligētes ꝙ ſubiectio Chriſti ad patrē
beatitudinē noſtrę pfectionis oſtendit: & ſuſce
pti ab eo opis palmā declarat: cū non ſolū regē
di ac regnandi ſummā quā vniuerſa emēdaue
rit creatura: verū etiā obediētię & correctiōis
correcta parataq; humani generis pñi offerat
inſtituta. Si ergo bona & ſalutaris accipit iſta
ſubiectio: qua ſubiectꝰ eſſe dicitur filius patri:
valde conſequēs, & cohęrēs eſt vt inimicorū q
dicit filio dei eſſe ſubiectio, ſalutaris qđā intel
ligatur, & vtilis: vt ſicut cū dicit filiꝰ patri ſub
iectus, perfecta vniuerſę creaturę reſtitutio de
claratur: ita cū filio dei inimici dicunt eſſe ſub
iecti: ſubiectorū ſalus in eo itelligatur, & repa
ratio pditorū. Verū certis qbuſq; & modis, &
diſciplinis, & tēporibꝰ ſubiectio iſta complebit
non neceſſitate aliqua ad ſubiectionē cogente:
ne p vim ſubditus fiat oīs mūdus deo: ſed ver
bo, rōne, doctrina, puocatiōe meliorū, inſtitu
tionibus optimis, comminationibus quoq; di
gnis, & cōpetētibus q iuſte imineāt his q ſalu-
tis, & vtilitatis ſuę curā ſanitatēq; cōtemnūt.
Deniq; & nos hoīes cum vel ſeruos, vel filios
erudimus, dū adhuc veritatis p ętatē rōnis in
capaces ſunt: minis eos & metu coercemus: cū
vero boni, vtilis, & honeſti intelligentiam cepe
rint: tū iam ceſſante verberū metu, verbo, ac
ratione ſua ad oīa quę bona ſunt acquieſcunt.

E ¶Quomodo aūt ſeruata in oībus rōnabilibus
creaturis arbitrii libertate vnuſquiſq; debeat
diſpenſari. i. quos velut iā patos & capaces ſer
mo dei & iueniat, & iſtituat: quos aūt iterim
differat: a qbus vero penitus occultet: & lōge
eorū a ſe fieri diſpenſet auditū: quoſq; rurſum
contemnētes indicatū ſibi, & pdicatū verbum
dei, correptionibus qbuſdā, & caſtigationibus
illatis perurgeat ad ſalutē, conuerſionēq; eoꝝ
quodāmō exigat, & extorqueat: quibuſdā ve-
ro etiā occaſiones pſtet ſalutis: ita vt iterdum
etiā & reſponſione ſola fide pbata indubitatā
quis ceperit ſalutē: quibꝰ hęc ex cauſis, vel qbꝰ
occaſionibus fiant: qd ve in his intro inſpiciēs
diuina ſapientia: vel quos motus ppoſiti eorū
vidēs hęc vniuerſa diſpenſet: ſoli deo cognitū
eſt: & vnigenito eius p quē creata ac reparata
ſunt vniuerſa: & ſpiritui ſancto p quem cūcta
ſanctificantur: qui ab ipſo patre procedit: Cui
eſt gloria æterna in ſæcula Amen.

De conſummatione mundi. Cap. VI.

DE fine vero mūdi, & cōſum-
matione oīm iā qdē & in ſu- F
perioribus pviribus noſtris
diſſeruimus: ſecūdūq; diui-
nę ſcripturę idulſit auctori-
tas: q ſufficere ad inſtructio
nem putamus, paucis etiā nūc admonitis: qm
ad hūc nos locū qſtionis ordo perduxit. Igitur
ſummū bonum ad qđ natura rōnabilis vniuer
ſa feſtinat: q etiā finis oīm dicitur: a qplurimis
etiā philoſophorū hoc mō terminat: quia ſum
mū bonū ſit (prout poſſibile eſt) ſimilem fieri
deo. Sed hoc nō tā ipſorū inuētū q ex diuinis
libris ab eis ſumptum puto. Hoc nāq; indicat
Moyſes ante oēs: cū primā cōditionē hominis
enarrat dicēs. Et dixit deus: Faciamus hoīem
ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā. Tūc deinde
addit. Et fecit deus hominem ad dei imaginē:
fecit eū maſculū, & fœminam fecit eos: & bene
dixit eos. Hoc ergo quod dixit ad imaginē dei
fecit eum, & de ſimilitudine ſiluit: nō aliud in
dicat niſi ꝙ imaginis dignitatem in prima cō
ditione perceperit: ſimilitudinis vero perfectio
in conſummatione ſeruata eſt: ſcilicet vt ipſe
ſibi eam proprię induſtrię ſtudiis ex dei imita
tione conſciſceret quum poſſibilitatem ſibi p-
fectionis diuinitus datam per imaginis digni
tatem i fine demum per operum expletionem
perfectā ſibi ipſe ſimilitudinem cōſummaret.
¶Sed apertius hęc & euidentius in ſe habere
Ioannes apoſtolus definit hoc modo pronun-
tians. Filioli nondū ſcimus qd futuri ſumꝰ: ſi
vero reuelatum nobis fuerit de Saluatore: ſine
dubio dicetis ſimiles ei erimus. Per qđ certiſ-
ſime indicat & finem omniū: quē adhuc ſibi di
cit ignotū: & ſimilitudinē dei ſperādā quę pro
meritorū perfectione pſtabitur. Ipſe quoq; do-
minus in euāgelio nō ſolū futura: verū etiam

ſui interceſſione futura denuntiat ipſe: dum
hoc a patre diſcipulis ſuis impetrare dignatur
dicens: pater volo vt vbi ego ſũ & iſti ſint me-
cũ: & ſicut ego & tu vnum ſumus: ita & iſti in
nobis vnũ ſint. In quo iam videbitur ipſa ſimi-
litudo (ſi dici poteſt) proficere: & ex ſimili vnũ
iam fieri: pro eo ſine dubio ꝙ in conſummatio
ne vel in fine omnia & in omnibus deus eſt. In
quo requiritur a nonnullis: ſi ratio naturę cor
poreę q̃uis expurgatę ad liquidum, & penitus
ſpiritualis effectę non videatur obſiſtere: vl'ad
ſimilitudinis dignitatem: vel ad vnitatis pro-
prietatem: ꝙ naturę diuinę vtiq; corporaliter
incorporea eſt: nec ſimilis videatur dici incor-
poreę naturæ poſſe: nec vnum cum ea vere, ac
merito deſignari: maxime cum id quod vnum
eſt filius cum patre, ad naturæ proprietatẽ re
ferendum fidei veritas doceat.

A ¶Dũ ergo in fine deus eſſe omnia, & in oĩbus
promittat̃: ſicut conueniẽs eſt: nõ eſt putandũ
venire ad illũ finẽ animalia, vel pecora, vel be-
ſtias: nec etiã in aĩalibus, aut pecoribus, vel be
ſtiis deus ineſſe deſignetur: ſed nec ligna, vel
lapides: vt in his quoq; eſſe dicatur de⁹. Ita nec
vllã qdẽ malitiã ad illũ finẽ putandũ eſt perue
nire: ne dũ in oĩbus deus eſſe dicitur: etiã in ali
quo vaſculo eſſe dicatur. Nã et ſi nunc quoq;
vbiq;, & in oĩbus dicimus eſſe deum: ꝑ eo ꝙ ni
hil poteſt eſſe vacuum deo: nõ tamẽ ita eſſe di
cimus vt omnia ſit nũc in qbus eſt. Vnde dili-
gẽtius intuendũ eſt quale eſt hoc qđ ꝑfectionẽ
beatitudinis rerũq; finem ſignificat. Quę ſint
ergo iſta omnia que deus futurus ſit ĩ oĩb⁹: re-
quiramus. Et ego qdẽ arbitror qa qdẽ in oĩbus
omnia dicit̃ eſſe deus, ſignificet etiam in ſingu
lis eũ omnia eſſe. Per ſingulos aũt oĩa erit hoc
modo: vt quicquid rõnabilis mens expurgata
omniũ vitiorum fęce atq; omni penitus abſter
ſa nube malitię, vel ſentire, vel intelligere, vel
cogitare põt: oĩa deus ſit: nec vltra iam aliud
aliquid niſi deũ videat: deũ teneat: oĩs motus
ſui deus modus & menſura ſit: & ita erit oĩa
deus. Non eñ vltra boni maliq; diſcretio: quia
nuſq̃ malũ: oĩa eñ ei deus: cui iam nõ adiacet
malũ: nec vltra ex arbore ſciendi bonũ & malũ
mãducare cõcupiſcet q ſemp ĩ bono eſt: & cui
oĩa deus eſt. Sic ergo finis ad principium repa
ratus, & rerũ exitus collatus initiis, reſtituet
illũ ſtatũ quẽ tunc habuit natura rationabilis
cũ de ligno ſciẽdi bonũ & malũ comedere non
egebat: vt amoto omni malitiæ ſẽſu: & ad ſyn-
cerum, purumq; deterſo: ſolus qui eſt vnus bo
nus de⁹ hic ei fiat omnia: cum nuſq̃ mors: nuſ
q̃ aculeus mortis: nuſq̃ omnino malum: tunc
vere deus omnia in omnibus erit.

¶Verum iſtam perfectionẽ, ac beatitudinem B
rationabilium creaturarum, vel naturarũ: ita
demũ quidẽ permanere in eodẽ ſtatu quo ſu-
pra diximus putant. i. vt deũ omnia habeant:
et deus eis ſit omnia: ſi nullatenus eas ſocietas
naturę corporali admoueat. Alioquin ęſtimãt
gloriam ſummę beatitudinis impediri ſi mate
rialis ſubſtantię ĩterſeratur admixtio. De qua
re plenius a nobis quę in ſuperioribus occurre
re potuerunt, pertractata, atq; digeſta ſunt.
Nunc vero quoniam apoſtolum Paulum men
tionem ſpiritualis feciſſe inuenimus: qualiter
etiam mihi ſentiri debeat de hoc tantummo-
do prout poſſumus requiramus. Quãtũ ergo
ſenſus noſter capere poteſt, qualitatẽ ſpiritua
lis corporis talem quidẽ eſſe ſentimns ĩ qua in
habitare deceat non ſolum ſanctas quaſq; per-
fectaſq; animas: verum etiam illam creaturam
quę liberabitur a ſeruitute corruptionis. De
quo corpore etiã Paulus apoſtolus dixit. Do-
mũ habemus nõ manu factã ęternam in cœlis
id eſt ĩ manſionibus beatorum. Ex hoc ergo &
cenſurã capere poſſum⁹: quãtę puritatis: quã
tę ſubtilitatis: quantęq; glorię ſit qualitas cor
poris illius: ſi comparationẽ faciamus eius ad
ea q̃ nunc licet cœleſtia & ſplẽdidiſſima corpo
ra, manu facta tamen ſunt, & viſibilia. De illo
aũt dicitur domus eſſe nõ manu facta: ſed ęter
na in cœlis. Quia ergo quę vidẽtur tẽporalia
ſunt: quę aũt non videntur ęterna ſunt: omni-
bus his corporibus: quę ſiue in terris, ſiue ĩ cœ
lis videmus: & quæ videri poſſunt: & manu fa
cta ſunt: & ęterna nõ ſũt: multa lõge prelatio
ne ꝑcellit illud qđ & viſibile nõ eſt: nec manu
factũ eſt: ſed ęternũ eſt. Ex qua cõparatione cõ
uinci poteſt quantus decor, quantus ſplendor
quantus fulgor ſit corporis ſpiritualis: & verũ
eſſe illud qđ dictũ eſt: ꝙ oculus non vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit: quę
pręparauit deus diligentibus illum.

¶Nõ aũt dubitãdũ eſt naturã corporis huius C
noſtri voluntate dei qui talem fecit eã vſq; ad
illam qualitatem ſubtiliſſimi, & puriſſimi, ac
ſplendidiſſimi corporis poſſe a creatore perdu
ci: prout rerum ſtatus vocauerit: & meritum
rationabilis naturæ popoſcerit. Deniq; cum
varietate & diuerſitate mundus indiguit: per
diuerſas rerum facies ſpecieſq; omni famula-
tu præbuit ſe materia conditori: vtpote domi
no & creatori ſuo: quo diuerſas cœleſtium ter
renorumq; ex ea duceret formas. Cum vero
res ad illud cœperint feſtinare vt ſint omnes
vnum ſicut eſt pater cum filio vnum: cõſequẽ
ter intelligi datur ꝙ vbi omnes vnum ſunt
iam diuerſitas nõ erit. Propterea etiam nouiſ

ſimus inimicus .i. diabolus q mors appellatur deſtrui dicit: vt neq; vltra triſte ſit aliquid vbi mors nō eſt: neq; aduerſū ſit vbi nō eſt inimic⁹

D cautie

¶ Deſtrui ſane nouiſſimus inimicus ita intelligēdus eſt: nō vt ſubſtātia eius quę a deo facta eſt, pereat: ſed vt ꝓpoſitum & volūtas inimica quę non a deo: ſed ab ipſo proceſſit intereat. deſtruetur ergo non vt non ſit: ſed vt inimicus nō ſit & mors. Nihil em̄ oīpotēti īpoſſibile eſt: nec inſanabile eſt aliqd factori ſuo: ꝑpterea em̄ fecit oīa vt eſſent: & q̄ facta ſunt vt eſſent, non eē nō poſſunt. Propterea mutationē qdē, varietatē q; recipiēt: ita vt pro meritis, vł in meliori vel in deteriori habeant ſtatu. Subſtantialē vero interitū ea q̄ a deo facta ſunt vt eēnt & permanerēt, recipere nō poſſunt. Nō em̄ q̄ opinione vulgi interire dicunt: cōtinuo etiā vel fidei vel veritatis ratio ea interire cōſenſerit. Deniq; caro nr̄a ab imperitis & infidelib⁹ ita poſt mortē depire æſtimat: vt nihil ꝓrſus reliquū ſubſtantię ſuę habere credat. Nos vero q reſurrectionē eius credimus: īmutationē eius tantūmodo per mortē factā intelligim⁹: ſubſtātiā vero ei⁹ certū eſt pmanere: & volūtate creatoris ſui, certoq; tēpore rurſus reparari ad vitā: atq; iterū p mutationē eius fieri vt q̄ primo fuit caro ex terra terrena: tum deinde diſſoluta per mortē: & iterū facta cinis ac terra: quoniā terra es (inqt) & ī terram ibis: rurſū reſuſcitet e terra: & poſt hoc iā velut meritū inhabitantis aīę popoſcerit, in gloriā corpis ꝓficiet ſpūalis.

E cautele ge

¶ In hūc ergo ſtatū omnē hāc noſtrā ſubſtātiā corporalē putādū eſt ꝓducēdam: tūc cum oīa reſtituentur vt vnū ſint: & cū deus fuerit oīa ī oībus. Quod tñ non ad ſubitū fieri: ſed paulatim & p partes intelligendū eſt, infinitis & immēſis labentibus ſęculis: cū ſenſim, & p ſingulos emendatio fuerit, & correctio ꝓſecuta: pręcurrentibus aliis, & velociori curſu ad ſumma tendētibus: aliis vero ꝓximo ſpatio inſequētibus: cum deinde aliis lōge poſterius: & ſic per multos, & innumeros ordines ꝓficiētiū a deo ſe ex inimicis recōciliantiū peruenit ad nouiſſimū īimicū q dicit mors: vt etiā ipſe deſtruatur ne vltra ſit inimicus. Cum ergo reſtitutę fuerint oēs rationabiles animę in huiuſcemodi ſtatū: tūc natura etiā huius corporis in gloriā perducet. Sicut em̄ de rationabilibus videmus naturis: nō alias eſſe q̄ ꝓ peccatis in indignitate vixerint: & alias q̄ ꝓ meritis ad beatitudinē inuitatę ſint: ſed has eaſdem q̄ ante fuerāt peccatrices, conuerſas poſtmodū & deo reconciliatas videmus ad beatitudinē reuocari: Ita etiā de natura corporis ſentiēdū eſt: ꝙ non aliud corpus eſt quo nunc in ignobilitate & in corruptione, & infirmitate vtimur: & aliud erit illud quo in īcorruptione, & in virtute, & in gloria vtemur: ſed hoc idē abiectis infirmitatibus in quibus nunc eſt, in gloriam trāſmutabitur ſpirituale effectum: vt quod fuit indignitatis vas, hoc ipſum expurgatū fiat vas honoris, & beatitudinis habitaculum. In quo ſtatu etiam permanere ſemper & immutabiliter creatoris voluntate eſt credendum: fidem rei faciente ſententia apoſtoli dicentis: Domū habemus non manu factam in cœlis.

¶ Non enim ſecūdū Gręcorū philoſophos pręter hoc corp⁹ qđ ex quatuor elemētis ē: aliud quintū corp⁹ qđ per oīa aliud ſit & diuerſum ab hoc noſtro corpore, fides neceſſario recipit: quoniā neq; ex ſcripturis ſanctis vel ſuſpitionem aliquā proferre de his poteſt: neq; ipſa rerū conſequētia hęc recipi patit: maxime cum manifeſte definiat ſanctus apoſtolus quia non noua aliqua corpora reſurgentibus a mortuis dentur: ſed hęc ipſa quę viuentes habuerāt ex deterioribus in melius transformata recipiāt. Ait enim. Seminatur corp⁹ animale: reſurget corpus ſpirituale: ſeminatur in corruptione, reſurget in īcorruptione: ſeminatur ī infirmitate: reſurget in virtute: ſeminat in ignobilitate, reſurget in gloria. Sicut ergo profectus eſt homini quidem: vt cū ſit pri⁹ animalis homo: nec intelligat q̄ ſunt ſpiritus dei: veniat in hoc per eruditionē vt efficiat ſpiritualis: & diiudicet oīa: ipſe vero a nemine diiudicet: Ita etiam de corporis ſtatu ſentiendū eſt: ꝙ ipſum idem corpus qđ nūc ꝓ myſterio animę nūcupatum eſt animale: per profectū quēdā cū anima deo vnus cum eo ſpiritus fuerit effecta: iā tūc corpus quaſi ſpiritui miniſtrans in ſtatum, qualitatemq; proficiat ſpiritualem: maxime cum ſicut ſępe oſtendimus: talis a conditore facta ſit natura corporea: vt in quācunq; voluerit: vel res popoſcerit qualitatem: facile ſubſequatur. F

¶ Omnis igitur hęc ratio hoc cōtinet: ꝙ duas generales naturas condiderit deus: naturā viſibilem. i. corporeā: & naturam īuiſibilem quę eſt incorporea. Iſtę vero duæ naturæ diuerſas ſui recipiunt permutationes. Illa quidē inuiſibilis quę rationabilis eſt animo ꝓpoſitoq; mutatur ꝓ eo ꝙ arbitrii ſui libertate donata eſt: et per hoc aliquādo in bonis / in cōtrariis inuenitur. Hęc vero natura corporea ſubſtantialem recipit permutationem: vnde & ad omne quod moliri, vel fabricare, vel retractare voluerit artifex omnium deus: materię huius habet in oībus famulatum: vt in quaſcunq; vult formas, vel ſpecies, prout rerū merita depoſcunt naturam corpoream tranſmutet & trāſferat.

Quod euidẽter propheta deſignãs ait. Deus qui facit omnia,& tranſmutat.

A ¶Iam ſane illud quęrendũ eſt:ſi tunc cum erit deus oĩa in oĩbus: in cõſummatiõe omniũ:vniuerſa corporis natura vna ſpecie conſtabit: & omnis qualitas corporis illa ſola erit quæ ĩ illa inenarrabili gloria fulgebit:quę ſpiritualis corporis futura ſentienda eſt.Si enim recte accepimus,id in initio libri ſui Moyſes ſcribit dicẽs. In principio fecit deus cœlũ & terrã. Hoc eñ principiũ totius creaturę: ad hoc principium finẽ omniũ cõſummationẽq; conuenit reuocare:id eſt vt illud cœlum,& illa terra:habitatio et requies ſit piorũ.Ita vt prius terrę illius ſancti quiq; & mãſueti hęreditatẽ capiãt:quando quidẽ hoc etiã lex & prophetę, & euangelium docent.In qua terra puto eſſe veras illas & viuas formas illius obſeruantię quã Moyſes p legis vmbrã tradebat. De qbus dictũ eſt:qa exẽplari,& vmbrę deſeruiũt cœleſtiũ:His.ſ.q ſeruiebãt in lege.Sed ad ipm Moyſen dictum eſt vide vt facias ſecũdũ formã, & ſimilitudinem quę tibi oſtenſa eſt in monte. Vnde mihi videt q ſicut in hac terra lex pędagogus quidã fuit eoꝝ q ad Chriſtũ ab ipſo perduci deberent eruditi ab ea,& inſtituti vt facilius poſſent poſt inſtitutionem legis perfectiora quæq; inſtituta Chriſti ſuſcipe:ita etiã alia terra ſanctoꝝ quoſq; ſuſcipiẽs verę & ęternę legis inſtitutionib⁹ eos prius imbuat,& informet: quo facili⁹ etiã illis cœli perfectis, & quibus addi iam nihil poteſt inſtitutis potiãtur. In quo erit illud quod ęternum dicitur euangelium: & teſtamẽtum ſemper nouum quod nunq̃ veteraſcet.

B ¶Hoc itaq; modo in conſummatione ac reſtitutiõe omnium fieri putãdũ eſt: vt paulatim proficientes,& aſcẽdẽtes modo & ordine pueniãt primo ad terrã illã:vt eruditionẽ q̃ in ea eſt:in qua ad meliora,& illa qbus iam addi nihil poteſt inſtituta pręparentur. Poſt actores eñ,& ꝓcuratores Chriſt⁹ dñs q eſt rex omniũ regnũ ipſe ſuſcipiet.i.poſt eruditiones ſanctarũ virtutũ eos q eũ capere poſſunt ſecundũ q ſapientia eſt,ipſe inſtruet:regnans in eis tãdiu vſquequo eos etiã patri ſubiiciat q ſibi ſubdidit oĩa:id eſt vt cum capaces dei effecti fuerint ſit eis deus oĩa in oĩbus. Tũc conſequẽter etiã natura corporea illũ ſummũ, & cui addi iam nihil poſſit,recipiet ſtatũ.Hactenus nobis etiã corporeę naturę vel ſpiritualis corporis rõne diſcuſſa,arbitrio legẽtis relinquimus,ex vtroq; qđ melius iudicauerit eligẽdum. Nos vero in his finẽ libri tertii faciamus.

Explicitus Liber tertius.

Incipit Liber Quartus.

Q; ſcripturę diuinitus inſpiratę ſint. Capitulum primum.

VErum quoniam de tantis,& talibus rebus diſſerẽtibus nõ ſufficit hũanis ſenſibus, & communi intellectui ſummã rei cõmittere:&(vt ita dixeri)viſibiliter de inuiſibilibus pronũtiare:aſſumenda nobis ſunt ad probationẽ hoꝝ quę dicim⁹ etiam diuinarum ſcripturarũ teſtimonia.Quę teſtimonia vt certã & indubitatã fidẽ pſtẽt:ſiue in his q̃ dicẽda nobis,ſiue quę iam dicta ſunt:neceſſariũ videtur oſtendere q ipſę diuinæ ſcripturæ ſint dei ſpiritu inſpiratæ. Igitur q̃ poterimus breuiter etiam de hoc aſſignabimus ex ipſis diuinis ſcripturis:quę nos cõpetẽter monuerint:proferentes aliqua de Moyſe primo legiſlatore gentis Hebręæ: & aliqua ex verbis Ieſu Chriſti auctoris et principis chriſtianorũ religionis,& dogmatis. Cum permulti legiſlatores extiterint apud Græcos,& Barbaros: inuẽti quoq; ſint doctores vel philoſophi veritatẽ ſe pollicẽtes aſſerere:nullũ meminim⁹ legiſlatorẽ affectũ quẽdã,& ſtudiũ etiã exteraꝝ gẽtiũ animis iniicere potuiſſe, vt leges ſuas vel ſuſciperent libenter: vel etiam omni animi intentione defenderent. Nemo ergo eam quę ſibi viſa eſt veritatem non ſolum pluribus aliis exteris nationibus:ſed ne vni quidem genti inſinuare ita atq; inoleſcere potuit:vt ad omnes eius ſcientia vel credulitas perueniret. C

D ¶Et quidem dubitari nõ poteſt:q legiſlatores optauerunt obſeruari ab oĩbus ſi fieri poſſet hominibus leges ſuas: & magiſtri oĩbus innoteſcere:ſuper eã quę ſibi viſa fuerat veritatem. Sed ſcientes quia id oĩno nõ poſſent:vt virtus in eis aliqua tanta ſubſiſteret quę etiã cæteras nationes ad legum ſuarũ, vel aſſertionũ obſeruãtiã prouocaret:nec conari qdem hoc, aut incipere oĩno auſi ſunt: ne impudẽtes eos etiam hoc inefficax & inexplebile notaret ĩcœptum. At vero ĩ omni orbe terrarum: ĩ omni gręcia: atq; vniuerſis cęteris nationibus innũeri ſunt et ĩmenſi:qui relictis patriis legib⁹,& his quos putabãt deos: ad obſeruantiã Moyſeę legis & diſciplinatũ ſe Chriſti cultũq; tradiderunt: & hoc non ſine ingenti odio aduerſum ſe cõmoto eorũ qui ſimulacra venerabantur: ita vt ab his frequenter & cruciatibus affligerẽtur:non

nunq̃ etiam agerētur in mortē: amplectuntur tamen: & cū omni affectu cuſtodiunt doctrinę Chriſti ſermonē. Et eſt videre quomodo breui tempore ipſa religio creuit pœnis multorum mortibuſq; proficiens: ſed & bonorū direptionibus: atq; ab his omni genere ſuppliciorū tolerato. & eo maxime mirum eſt: ꝙ ne doctores quidem ipſi vel ſatis idonei ſunt: vel ſatis plures: prædicatur tamen ſermo iſte in toto orbe terrarum: ita vt Gręci, ac Barbari, ſapientes, et inſipientes religionem Chriſtianæ doctrinę ſuſcipiant.

E ℭEx quo dubiū nō eſt hoc humanis viribus: aut opibus non agi: vt cū omni credulitate: & poteſtate ſermo Chriſti Ieſu apud omniū mentes, atq; animos conualeſcat. Nam & prędicta ab eo hęc ipſa: & diuinis ab eo reſponſis confirmata: manifeſtum eſt cū dicit: quia apud pręſides & iudices ducemini propter me in teſtimonium ipſis & gentibus. Et rurſū. Prædicabitur hoc euangeliū in omnibus gentibus. Et iterū. Multi mihi dicēt in illa die: Domine: domine: nonne in nomine tuo māducauimus, & bibimus? Et ī tuo nomine dæmonia eiecimus? & dicam eis: Diſcedite a me operarii iniquitatis: nūq̃ cognoui vos. Quę ſi ita quidem dicta ab eo fuiſſent: nec tamen ad fidem ea quę dicta ſunt perueniſſent: fortaſſe minus eſſe viderentur: nec habere aliquid auctoritatis. Nunc vero cum in effectum ea quæ fuerant ab eo dicta perueniant: cū tanta aūt poteſtate, atq; auctoritate prędicta ſint: manifeſtiſſime declaratur vera eſſe: quia homo factus ſalutaria pręcepta hominibus tradidit.

F ℭQuid vero inde dicendū eſt ꝙ prophetę de ipſo ante ꝑdixerant nō ceſſaturos principes ex Iuda: neq; duces de femoribꝰ eiꝰ vſquequo veniat ille cui repoſitū eſt regnū. ſ. & vſquequo veniat expectatio gentiū. Manifeſtiſſime enim ex ipſa hiſtoria apparet ex his quæ hodie peruidentur: quia ex temporibus Chriſti vltra reges apud Iudęos nō extiterunt. Sed & illę oēs ambitiones Iudaicę in quibꝰ ſe iactabant q̃plurimi, & in quibus exultabant, vel de templi decore, vel de altaris inſignibus, atq; omnibus illis ſacerdotalibus infulis, indumentiſq; pontificum, ſimul deſtructa ſūt. Completa eſt enim prophetia quæ dixerat: Per dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine rege, ſine principe: non erit hoſtia: nec altare: nec ſacerdotium: nec reſponſa. His ergo teſtimoniis vtimur aduerſus eos qui videntur aſſerere: de his quę in Geneſi ab Iacob dicta ſunt: ꝙ de Iuda dicta ſint: & dicūt permanere adhuc principem ex genere Iudæ: iſtum videlicet qui eſt gentis eorum princeps quē nomināt patriarcham: nec deficere poſſe de ſemine eius qui permaneat vſq; ad aduētū eius Chriſti quē ſibiipſi deſcribunt. Sed ſi verū eſt qđ ait propheta: quia dies multos ſedebūt filii Iſrael ſine rege, ſine principe: nec erit hoſtia: nec altare: nec ſacerdotiū: & vtiq; ex quo ſubuerſum eſt templum: nec hoſtię offeruntur: nec altare inuenitur: nec ſacerdotiū: conſtat & certiſſimū eſt defeciſſe pricipes ex Iuda ſicut ſcriptum eſt: & ducem ex femoribus eius vſquequo veniet ille cui repoſitū eſt. Cōſtat ergo quia venit ille cui repoſitum eſt: in quo expectatio gentiū eſt. Qđ manifeſte videtur impletum de multitudine eorum qui per Chriſtum deo ex diuerſis gentibus crediderunt.

ℭSed & in Deuteronomii cātico per prophetiam deſignatur: pro peccatis prioris populi futura eſſe inſenſatę gentis electio: non aliavti ꝙ q̃ hęc quę per Chriſtū facta eſt. Sic enim ait: Exacerbauerūt me ī ſimulacris ſuis: & ego in zelo cōcitabo eos: in gente inſipiente irritabo eos. Eſt ergo ſatis euidenter agnoſcere quemadmodū Hebręi qui deū exacerbare dicuntur in his qui non ſunt dii & irritaſſe: cū in ſimulacris ſuis irritati ſint & ipſi zelotypia per gentem inſipientē quā deus elegit per aduentum Ieſu Chriſti & diſcipulos eius. Sic enim dicit apoſtolus. Videte enim vocationē veſtram fratres: quoniā nō multi ſapientes inter vos ſecūdū carnem: non multi potētes: nō multi nobiles: ſed quę ſtulta mundi ſunt elegit deus: & ea quæ non ſunt: vt ea quæ erant prius, deſtrueret. Non ergo glorieť carnalis iſrael. Ita namq; ab apoſtolo vocatur. non inquā glorietur caro in conſpectu dei. Sed & de his quæ in pſalmis prophetantur quid dicendū eſt? In eo maxime qui ſcribitur cāticum pro dilecto: vbi refertur quia lingua eius calamus ſcribę velociter ſcribentis: decorus ſuper filios hominū: quoniam effuſa eſt gratia in labiis eius. Indicium autem effuſę gratię in labiis eius hoc eſt: ꝙ breui tempore tranſacto: anno enim & aliquot menſibus docuit: vniuerſus tamē orbis, doctrina & fide pietatis eius impletus eſt. Orta eſt ergo in diebus eius iuſtitia: & abūdātia pacis permanens vſq; ad finem: qui finis ablatio lunę appellatus eſt. Et dominabiť a mari vſq; ad mare: & a flumine vſq; ad fines terrę. Datū eſt autē & ſignū domui Dauid: virgo enim in vtero concepit: et peperit Emanuel: quod eſt interpretatū nobiſcum deus. Scitote gentes & vincimini: victi enim ſumus, & ſuperati qui ex gētibus ſumus et velut exuuię quędā victoriæ eius exiſtimus qui eius gratię colla noſtra ſubiecimus.

ℭSed & locus natiuitatis eius prędictus eſt in

A Michea propheta dicēte:Et tu Bethleem Iu=
da nequaq̄ minima es in ducibus Iuda : ex te
enim exiet dux qui regat populū meū Iſrael.
Sed & ſeptimanę annorum impletę ſunt vſq;
ad ducem Chriſtum quas prędixerat Daniel
propheta.Adeſt nihilominus & is qui in Iob
dictus eſt beluam ingentem cōſumpturus:q
& dedit poteſtatē familiaribus diſcipulis ſuis
calcare ſuper ſerpētes:& ſcorpiones:& ſupra
omnem virtutē inimici nihil ab eo nocendis.
Sed & ſiquis conſideret apoſtolorum Chriſti
per ſingula loca diſcurſus:in qbus ab eo miſſi
euangeliū prędicarunt:inueniet quę & quot
auſi ſunt aggredi quæ ſupra hominem ſunt:
et ꝙ explere potuerunt,ex deo eſt.Si conſide=
remus quomodo homines nouam doctrinam
ab eis audientes inferri,ſuſcipere eos potue=
runt : vel potius ꝙ ſæpe eis volentes inferre
perniciem diuina quidem quę eis aderat vir=
tute repreſſi ſunt:inueniem⁹ nihil in hac cau
ſa humanis viribus:ſed totū diuina virtute,
ac prouidentia procuratum: euidētibus pro=
cul dubio ſignis,& virtutibus teſtimoniū red
dentibus verbo & doctrinę eorum.

B ¶His autem breuiter demonſtratis,idem de
deitate Ieſu Chriſti & de omnibus his quę de
ipſo prophetata fuerant expletis: ſimul illud
etiam arbitror approbatū : ꝙ & ſcripturę ipę
quę de eo prophetauerāt diuinitus inſpiratę
ſint:quæ vel de aduētu eius:vel de poteſtate
doctrinæ:vel de omni gentiū aſſumptione ꝓ=
dixerant.Quibus etiam illud addendū eſt: ꝙ
ſiue prophetarū vaticinia, ſiue Moyſi lex di=
uina etiā & diuinitus inſpirata ex eo maxime
illuminata eſt,& probata ex quo in hunc mū=
dum Chriſtus aduenit.Ante enim q̄ comple=
rentur ea quæ ab illis fuerant prædicta: q̄uis
vera eſſent,& a deo inſpirata:tamē oſtēdi ve=
ra eſſe non poterant pro eo ꝙ nondum proba
rentur impleta.Aduentus vero Chriſti vera
eſſe & diuinitus inſpirata quæ dixerāt decla=
rauit:cum vtiq; prius haberetur incertum ſi
eorum quæ prædicta fuerant exitus eſſet im=
plendus.Sed & ſiqui cum omni ſtudio, & re=
uerentia qua dignū eſt prophetica dicta con=
ſideret:in eo ipſo dum legit,& diligentius in=
tuetur:certū eſt ꝙ aliquo diuiniore ſpirami=
ne mētē,ſenſumq; pulſatus agnoſcat non hu=
manitus eſſe prolatos eos quos legit:ſed dei
eē ſermones:& ex ſemetipſo ſentiet nō huma=
na arte, nec mortali eloquio:ſed diuino(vt
ita dixerim) cothurno libros eſſe cōſcriptos.
Legē ergo Moyſei ſplendor aduentus Chriſti
per fulgorē illuminans id qđ ſuperpoſitū erat
literæ eius velamen abſtraxit : & omnia quæ
coopertura verbi bona tegebātur, vniuerſis
in ſe credentibus reſerauit.

¶Verum ſatis operoſa res eſt enumerare ſin= C
gula:quæ a prophetis olim prędicta ſunt:qua
liter,& quādo cōpleta ſint:vt ex his videam⁹
eos qui dubitant confirmari:cū poſſibile ſit
vnicuiq; volenti de his diligētius noſcere ex
ipſis libris veritatis probamenta abundātius
congregare.Si vero his qui minus in diuinis
eruditi diſciplinis nō ſtatim in prima fronte
literæ ſenſus qui ſupra hominem eſt , videtur
occurrere:nihil mirum eſt ꝙ quæ diuina ſunt
ad homines paulo latentius deferuntur:& eo
magis latent quo quis vel incredulus,vel in=
dignus.Nam cum certū ſit omnia quę in mū
do ſunt:vel geruntur:dei prouidētia diſpen=
ſari:quędam quidē ſatis euidenter apparent
ꝙ prouidētiæ gubernatione digeſta ſint:alia
vero tam occulte : tamq; incōprehenſibiliter
occultantur: vt penitus in his lateat diuinæ
ratio prouidētiæ:ita vt interdum a nōnullis
nec crederentur quidem ad prouidentiā per=
tinere:quoniam ratio ab eis latet per quam in
effabili quadam arte opera diuinæ prouiden=
tiæ diſpenſentur.Quę tamen ratio non ęqua
liter omnibus occultata eſt.Nā & inter ipſos
homines ab alio minus:ab alio amplius con=
ſideratur.Plus vero ab omni homine q in ter
ris eſt(quiſquis ille eſt)cœli habitator agno=
ſcit.Et aliter claret corporum ratio:aliter ar=
borum:aliter animalium . Aliter vero regi=
tur animorum & diuerſarū rationabiliū mē=
tium motus qualiter per diuinā prouidentiā
diſpenſentur.Plus quidem homines:nō parū
etiā(vt ego arbitror)angelos latet. Sed ſicut
non iccirco refellitur diuina prouidentia : ab
his maxīe qui eā eſſe certi ſunt:qui opera eius
vel diſpenſationes humanis ingeniis cōpre=
hendere nō poſſunt:Ita ne ſcripturę quidem
ſanctæ diuina eſſe inſpiratio,quæ per corpus
eius extenditur, ꝓpterea nō putabiť:ꝙ infir=
mitas intelligentiæ noſtræ nō valet per ſingu
la verba occultas & latentes inueſtigare ſen=
tentias:dum in vilioribus,& incomptis ver=
borū vaſculis diuinæ ſapientiæ theſaurus abſ
conditur: ſicut & apoſtolus deſignat:dicens:
Habemus theſaurum hūc in vaſis fictilibus:
vt eo magis diuinæ potentiæ virtus effulgeat
dum nullus humanæ intelligentiæ fucus in
dogmatum veritate miſcetur.

¶Si enim vel arte rhetorica:vel philoſophica D
calliditate conſcripti libri noſtri ad credendū
illicerēt homines:ſine dubio fides noſtra pu=
taretur in verborum arte conſiſtere:atq; in ſa
pientia humana:& non in virtute dei . Nunc

vero omnibus notũ eſt: ꝙ prædicationis huiꝰ verbũ ita a q̃plurimis in omni pene orbe ſuſceptum eſt: vt non ſuaſoriis ſapientiæ verbis: ſed in oſtentatione ſpiritus, & virtutis etiam intelligerēt quæ credebāt. Propter qđ cœleſti virtute, imo etiā plus q̃ cœleſti ad fidē: credulitatēq; putent ſe perduci: pro eo. ſ. vt ſolum omniũ creatorē deũ noſtrũ colamus. Tentemus & nos niti magnope: quo derelinquentes initiorũ Chriſti ſermonē quæ ſunt prima initia ſapientiæ: ad pfectionē feramur: vt illa ſapientia quæ perfectis traditur: etiā nobis tradatur. Ita nāq; pollicetur ille cui commiſſa eſt huius ſapientiæ pdicatio dicēs: Sapiētiā autē loquimur inter perfectos: ſapientiā autē non huius mũdi: neq; principũ huius mundi qui diſſoluuntur. Ex quo oſtēdit quia nihil cōmune habeat hæc noſtra ſapientia: quātũ ad ſermonis decorē pertinet: cũ huius mundi ſapiētia. Hæc igitur ſapientia clarius & perfectius deſcribitur in cordibus noſtris: ſi nobis patefacta fuerit ſecundũ reuelationē myſterii qđ temporibus æternis abſconditum eſt: nunc autem manifeſtum eſt per ſcripturas propheticas: & per aduētum domini & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti: Cui eſt gloria in æterna ſæcula. Amen.

¶ Qꝫ multi ſpiritualiter non intelligentes ſcripturas: & male intelligentes: in hæreſes declinarunt. Capitulũ ſecũdũ.

E His igitur breuiter aſſignatis de eo ꝙ per ſpiritum ſanctũ ſcripturæ diuinæ inſpiratæ ſunt: neceſſarium videt̃ etiā illud explicare: quo pacto nō recte quidam legentes erroribꝰ ſe q̃plurimis tradiderũt: pro eo ꝙ qua via ad intelligentiam diuinarum literarum debet incedi, a q̃plurimis ignoretur. Deniq; Iudæi per duritiā cordis ſui: & dum ſibimet ipſis volunt videri ſapientes: domino & Saluatori noſtro non crediderunt: ea quæ de ipſo probata ſunt: ſecũdum literam debere intelligi æſtimātes. i. ꝙ ſenſibiliter, ac viſibiliter debuerit prædicare captiuis remiſſionē: & ꝙ debuit prius ædificare ciuitatē dei: ſimul & exterminare currus Effrem: & equũ de Hieruſalem: ſed & butyrũ & mel manducare: vt priꝰ q̃ cognoſceret proferre malũ: eligeret bonũ. Sed & lupũ animal iſtud quadrupes æſtimāt prophetatum quia debet in aduentu Chriſti paſci cũ agnis: & pardus requieſcere cũ hœdis: vitulus autē & taurus ſimul cũ leonibus paſci: & a paruulo puero duci ad paſcua: boũe vero, & vrſum ſimul in paſtibus recubare: eorumq; fœtus pariter enutriri: leones quoq; vna cũ bobus aſtare præſepibꝰ, & veſci paleis. Horũ igit̃ omniũ quæ de eo prophetata ſunt nihil geſtum eſſe ſecũdũ hiſtoriā peruidentes in quibus pcipue ſigna aduentus Chriſti obſeruāda eſſe credebant: ſuſcipere pſentiam domini noſtri Ieſu Chriſti nolebant: quinimo & velut contrariam falſoq;. i. contra prophetiæ fidem aſſumētem Chriſti nomen cruci illum affixerunt.

¶ Tum vero hęretici legētes qđ ſcriptum eſt F
Ignis accēſus eſt ex furore meo: & ego dñs zelans, & reddens peccata patrũ in filios in tertiam, & quartam progeniem: qui vnxi Saul in regem: & ego dominus qui facio pacē, & creo mala. Et iterum: Non eſt malitia in ciuitate quā dominus non fecerit: & deſcenderunt mala a domino ſuper portas Hieruſalem: & ꝙ ſpiritus malignus a deo ſuffocabat Saul: & multa alia his ſimilia quæ ſcripta ſunt legentes: dicere quidem eas non eſſe dei ſcripturas nō auſi ſunt aſſerere: cũ eas conditoris dei illius quē Iudæi colebant putarunt: quē iuſtũ tantũ modo, non etiā bonũ credi debere æſtimauerunt: Saluatorem vero aduenīſſe vt perfectiorem nobis annũtiaret deũ: quē negāt eſſe cōditorē mũdi: diuerſis etiā de hoc ipſo opinionibus diſſidentes: quoniāquidē ſemel recedētes a fide creatoris dei qui eſt omniũ deus: figmētis ſe vanis ac fabulis tradiderunt: commentantes quædā, & dicentes alia eſſe viſibilia: & ab alio facta: alia vero quędā inuiſibilia: & ab alio cōdita: ꝓut eis animę ſuæ phātaſia / vanitaſq; ſuggeſſerit. Sed & nōnulli ex ſimplicioribus quibuſq; eorũ qui intra eccleſiæ fidē cōtineri vident̃: maiorē qdē creatore nullũ opinātur: rectā in hoc tenētes / ſanāq; ſententiam: verũ talia de eo ſentiunt quæ ne de aliquo iniuſtiſſimo & immitiſſimo hoīe ſentiēda ſunt. Horũ aũt omnium falſę intelligētię cauſa his quibus ſupra diximꝰ nō alia extitit: niſi ꝙ ſancta ſcriptura ab his nō ſecundũ ſpiritualē ſenſum: ſed ſecundum literæ ſonum intelligitur.

¶ Propter qđ conabimur pro mediocritate G
ſenſus noſtri his qui credunt ſcripturas non humana verba aliqua eſſe cōpoſita: ſed ſancti ſpiritus inſpiratione conſcripta: & volūtate dei patris per vnigenitũ filiũ ſuũ Ieſum Chriſtum nobis quoq; eſſe tradita, & cōmiſſa: quę nobis videtur recta via intelligentię obſeruātibus demōſtrare illam regulam & diſciplinā quam ab Ieſu Chriſto traditam ſibi apoſtoli / per ſucceſſionem poſteris quoq; ſuis ſanctam

eccleſiam docentibus tradiderũt. Et quidem ꝙ diſpenſationes quædam myſticæ indicentur per ſcripturas,omnes (vt arbitror) etiã ſimpliciores quiq; confitentur. Quæ tamen iſtę,vel cuiuſmodi ſint: ſiquis rectę mẽtis eſt: nec iactantiæ vitio fatigatur: religioſius ſe fatebitur ignorare. Nam ſiquis (verbi gratia) proponat nobis de filiabus Loth ꝙ patri contra fas videntur admixtæ: vel de duabus vxoribus Abraham: ſiue de duab⁹ ſororibus quæ nuptæ ſunt Iacob: ſiue de duabus ancillis numeroſitatem ei augentibus filiorum: quid aliud reſponderi poteſt q̃ etiam hæc ſacramenta quædam: & formas ſpiritualium rerum: a nobis tamen ignorari cuiuſmodi ſint? Sed & conſtructionem tabernaculi cũ legimus, certum quidẽ habemus ꝙ hæc quæ ſcripta ſunt figuræ occultarum quarundam rerum ſunt: aptare ea tamen ſuis modis,& per ſingula aprire,atq; diſſerere: perdifficile (non dicã impoſſibile) puto. Eſſe tamen (vt dixi) deſcriptionem illam plenam myſteriorum: etiã cõmuniter non refugit intellectũ. Sed & omnis illa narratio quę vel de nuptiis,vel filiis procreatis videtur eſſe conſcripta: vel de diuerſis pręliis: vel de quibuſlibet aliis hiſtoriis: qd aliud q̃ formæ,ac figuræ credendi latẽtium, ſacrarũq; rerum? Verum pro eo ꝙ parũ ſtudii ad exercẽdum ingeniũ homines adhibẽt: vel ꝙ anteq̃ diſcant ſcire ſe putãt: inde fit vt nunq̃ ſcire incipiant: aut ſi certe nec ſtudium defuerit: nec magiſter: ſi tanq̃ diuina quęrantur.i.religioſe,& pie,& quę deo reuelante a q̃ plurimis ſperẽtur aperiri: quoniã quidem humanis ſenſibus valde & difficilia, & obſcura ſunt: tamen demũ fortaſſis qui ita quæſierit quæ inuenire fas eſt,inueniet.

A ¶ Sed ne fortaſſis tãtũmodo in ꝓpheticis hęc difficultas putetur ineſſe ſermonibus: quãdo quidem certum eſt ꝙ omnes cernũt ſtilũ propheticum figuris & ænigmatibus cõfertum: quid cum ad euangelia venimus? Nunquid ibi etiam ſenſus interior (vtpote ſenſus diuinus) latet? Qui per illam tantummodo gratiam reuelatur quum acceperat ille qui dicebat: Nos autem ſenſum Chriſti habemus vt ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur non doctrinæ humanæ ſapiẽtiæ verbis ſed in doctrina ſpiritus. Iam vero illa quæ Ioanni reuelata ſunt,ſi quis legat: quomodo non obſtupeſcet tãtam ineſſe occultationem ineffabilium ſacramentorum? In quibus manifeſte ab his etiam qui intelligere non poſſunt apparet qd in his lateat: Intelligitur tamen ꝙ lateat quid. At vero epiſtolæ apoſtolorum quę videntur aliquibus eſſe planiores: nonne tam profundis repletæ ſunt ſenſibus: vt per eas his qui poſſunt intelligere diuinæ ſapientiæ ſenſum, quaſi per reue quoddã receptaculum immẽſæ lucis claritas videatur infundi? Vnde quoniam hæc ita ſe habent: & multi ſunt qui in hac vita errant: non arbitror eſſe ſine periculo facile pronũtiare queq̃ noſſe, vel intelligere ea: quæ vt aperiri poſſint ſcientiæ claui opus eſt: quam clauem dicebat Saluator eſſe apud legis peritos. In hoc loco licet per exceſſum quendam, inquirendum ab his tamen puto qui dicunt ꝙ ante aduẽtum Saluatoris non erat veritas apud eos qui in lege verſabantur: quomodo a domino noſtro Ieſu Chriſto dicatur: quia claues ſcientiæ apud illos ſint qui libros prophetarum & legis habebãt in manibus. Ita enim dixit: Ve vobis legis doctoribus qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis: & volentes intrare prohibuiſtis.

¶ Verum (vt dicere cœperãmus) viam quæ B nobis videtur recta eſſe ad intelligendas ſcripturas: & ſenſum earum requirẽdum: huiuſmodi arbitramur: ſicut ab ipſa nihilomin⁹ ſcriptura qualiter de ea ſentiri deceat docemur. Apud Salomonem inuenimus in prouerbiis tale aliquid de diuinæ ſcripturæ obſeruantia præcipi. Et tu (inqt) deſcribe tibi hæc tripliciter in conſilio, & ſcientia: & vt reſpondeas verba veritatis his qui propoſuerũt tibi. Tripliciter ergo deſcribere oportet vnũquẽq; intelligentiã diuinarũ literarum.i.vt ſimpliciores quiq; ædificẽtur ab ipſo (vt ita dixerim) corpore ſcripturarũ. ſic enim appellamus cõmunẽ iſtum,& hiſtorialẽ intellectũ. Siqui vero aliquantũ iam proficere cœperunt: & poſſunt amplius aliquid intueri,ab ipſa ſcripturę anima ædificẽtur. Qui vero perfecti ſunt: & ſimiles his de quibus apoſtolus dicit: Sapiẽtiam aũt loquimur inter perfectos: ſapientiã autẽ nõ huius mũdi: neq; principũ huius ſęculi qui diſſoluũtur: ſed loquimur dei ſapientiam in miniſterio abſconditã: quã ꝓdeſtinauit deus ante ſecula in gloria noſtra: hi tales ab ipſa ſpirituali lege quæ vmbrã habet futurorũ bonorũ tãq̃ a ſpiritu ædificantur. Sicut ergo homo cõſtare dicitur ex corpore, & anima,& ſpiritu: ita etiã ſancta ſcriptura quę ad hominũ ſalutẽ diuina largitione conceſſa eſt. Qđ nos etiã in libello paſtoris (qui a nõnullis cõtemni videtur) deſignatũ videmus: cũ iubet Hermes duos libellos ſcribere: & poſtea denũtiare preſbyteris eccleſiæ q̃ a ſpiritu didicit. Qđ his verbis ſcriptũ eſt. Et ſcribes

(inqt) duos libellos,& dabis vnũ Clemẽti:& vnũ Grapte. Et Grapte qdẽ cõmoneat viduas & orphanos:Clemẽs vero mittat p oẽs ciuitates quę foris ſunt:tu vero annũtiabis preſbyteris eccleſię. Eſt ergo Grapte q̃ orphanos & viduas videtur cõmonere,purus ipſius literę intellect⁹:per quẽ cõmonent̃ animæ pueriles quæ nõdũ deũ patrẽ habere meruerũt: & propterea orphanæ appellãtur.Sed viduæ ſunt quæ ab illo quidẽ iniquo viro cui contra legem iunctę fuerant,receſſerũt: viduæ vero permanent ex eo ꝙ nondũ profecerunt in hoc vt cœleſti ſponſo iungerẽtur. Clemens vero his qui iam recedunt a litera in eas quæ foris ſunt ciuitates mittere iubetur quę dicta ſunt velut ſi diceret ad eas animas quæ p hoc ædificatę extra corporis curam, & extra deſyderia carnalia eſſe cœperunt. Ipſe vero qui a ſpiritu ſancto didicerat: nõ per literas,neq; per libellũ,ſed viuẽti voce iubetur annũtiare preſbyteris eccleſiæ Chriſti.i.qui maturum prudentiæ ſenſum p̃lo capacitate doctrinæ ſpiritualis gerunt. Illud ſane non ignorandũ:eſſe quædã in ſcripturis in quibus hoc qđ dixim⁹ corpus.i.cõuenientia hiſtorialis intelligentię nõ ſemper inuenitur, ſicut in conſequẽtibus demõſtrabimus:& eſt vbi ea quã diximus animã, vel ſpiritus ſolũmodo intelligenda ſunt. Quod etiã in euangeliis deſignari puto cum dicũtur ꝓ purificatione Iudæorũ ſex hydriæ poſitæ capiẽtes metretas binas,vel ternas.In quo (vt dixi) hoc videtur ſermo euãgelicus indicare de his qui dicũtur in occulto ab apoſtolo Iudæis:ꝙ hi purificentur per verbũ ſcripturæ:capientes interdũ quidẽ duas metretas.i.animæ, vel ſpiritus ſecundum ꝙ ſupra diximus intellectũ recipiẽtes: interdũ autem tres:cũ etiã corporalẽ intelligẽtiã quæ eſt hiſtoriæ,ſeruare lectio ad ædificationẽ poteſt. Sex vero hydrię cõueniẽter dictæ ſunt de his qui in mũdo poſiti purificãtur. In ſex em̃ diebus (qui perfectus eſt numerus) mũdũ hũc: & omnia quæ in eo ſunt legim⁹ cõſummata. Quãta igit̃ ſit vtilitas in hoc primo quẽ diximus hiſtoriali itellectu:teſtimonio eſt omniũ credentiũ multitudo: quę & ſatis fideliter,& ſimpliciter credit: nec multa aſſertione indiget:qđ palã oĩbus patet. Eius vero intelligẽtiæ quã velut animã eſſe ſcripturę ſupra diximus: exẽpla nobis q̃plurima dedit apoſtolus Paulus:ſicut eſt in prima ep̃la ad Corinthios: Scriptũ eſt em̃:nõ infręnabis bouẽ triturãtẽ. Tunc deinde explanãs qualiter p̃ceptũ iſtud deberet intelligi:addit dicẽs.Nũqd de bobus cura ęſt deo? An ꝑpter nos vtiq; dicit? Propter nos enim ſcriptũ eſt:quia debet qui arat in ſpe arare:& qui triturat in ſpe percipiendi. Sed & alia huiuſmodi q̃plurima quæ hoc modo ſunt interpretata de lege,inſtructionem q̃ plurimam audientibus conferunt.

C ¶Spiritualis autẽ explanatio eſt talis: ſiquis poteſt oſtẽdere quoꝝ cœleſtiũ exẽplaribus:& vmbrę deſeruiũt hi q ſecũdũ carnẽ Iudęi ſũt: & quoꝝ futuroꝝ vmbrã lex habet:& q̃ huiuſmodi in ſcripturis ſanctis inueniũtur: vel cũ reqrit̃ q̃ ſit illa ſapientia myſterio abſcondita quã p̃deſtinauit deus ante ſęcula in gloriam noſtrã:quã nemo principũ hui⁹ ſęculi cognouit. Vel illud qdẽ dicit ipſe ap̃ls:cũ exẽplis qbuſdã vtit̃ de Exodo, vel Numeris: & ait:qa hæc in figura cõtigebãt illis:ſcripta ſunt aũt propter nos in quos fines ſęculoꝝ deuenerũt & occaſionẽ nobis p̃ſtat intelligẽtiæ vt poſſimus aduertere quoꝝ figurę erãt iſta q̃ illis accidebãt cũ dixit: bibebãt de ſp̃uali cõſequẽte eos petra:petra aũt erat Chriſtus.Sed & de tabernaculo in alia ep̃la meminit illius dicti,qđ Moyſeo fuerat p̃ceptũ:facies (inqt) ſecundũ formã q̃ tibi eſt in mõte oſtenſa. Ad Galathas vero ſcribẽs & verbis exprobrãs quoſdã q videbant̃ ſibi legere legẽ:& nõ itelligere:p eo ꝙ allegoriã eẽ ĩ his q̃ ſcripta ſunt ignorabãt:ita cũ increpatiõe quadã ad eos dicit.Dicite vos mihi q ſub lege vultis eſſe, legẽ non audiſtis? Scriptũ eſt em̃:ꝙ Abrahã duos filios habuit: vnũ de ancilla:& vnũ de libera. Sed qui de ancilla natus eſt:ſecũdũ carnẽ natus eſt:qui aũt de libera ſecũdũ repromiſſionẽ: q̃ ſunt allegorica. Hęc enim ſunt duo teſtamẽta. In quo & hoc quoq; cõſyderãdũ eſt ꝙ caute apoſtol⁹ dixerit cũ ait:Legẽ nõ audiſtis? Audiſtis hoc eſt intelligitis,& cognoſcitis. Sed in ep̃la ad Coloſſenſes breuiter ſenſum totius legis amplectẽs,& cõſtringẽs:nemo ergo (inqt)vos iudicet in eſca,vel in potu, aut in ſolennibus diebus,vel neomenia,vel ſabbato:quæ ſunt vmbra futurorum. Ad Hebręos quoq; ſcribẽs,& de his q ex circũciſione ſunt diſſerẽs,ait.Hi q exẽplari,& vmbrę deſeruiũt cœleſtiũ.Sed fortaſſis per quinq; libros Moyſi hoc nõ videbit̃ dubitandũ ab his q apoſtoli ſcripta velut diuinitus dicta ſuſcipiunt.

D ¶De reliqua vero hiſtoria ſi requirãt etiã illa quæ ibi inſerũtur:in figura illis de quib⁹ ſcribitur dicenda ſunt contigiſſe: obſeruauimus nos etiã hoc dictum eſſe in epiſtola ad Romanos: vbi de Regnoꝝ libro tertio ponit apoſtolus exẽplũ dicẽs. Reliqui mihi ſeptẽ milia virorũ q nõ curuauerũt genua ante Baal. Qđ Paul⁹ accepit velut figuraliter dictũ de h... q

ſecūdum electionem Iſraelitæ vocati ſunt: vt
oſtenderet non ſolũm nunc in gētibus profu
iſſe aduentum Chriſti: ſed q̄plurimos etiam
Iſraelitici generis ad ſalutē vocatos. Quæ cū
ita ſint: qualiter nobis de his ſingulis intelli-
gēda ſit ſcriptura diuina (velut exēpli,& for
mæ gratia) quæ nobis occurrere poterūt ad-
umbrabimus: illud primo repetētes,& oſtēdē
tes: quomodo ſpiritus ſanct⁹ qui ꝓuidētia &
volūtate dei per virtutē vnigeniti verbi eius
qui erat ĩ pricipio apud deū,deus,miniſtros
veritatis prophetas & apoſtolos illuminabat
ad cognoſcēda myſteria earū rerū vel cauſa-
rū q̄ inter hoīes,vel de hoībus gerūtur.hoīes
aūt nūc dico aīas in corporibus poſitas q̄ illa
myſteria cognita ſibi,& reuelata per Chriſtū
velut humana quędā geſta narrātes: vel lega
les quaſdā obſeruantias,ꝓceptaq; tradentes:
figuraliter deſcribebāt: vt nō q velit hæc ve-
lut cōculcanda ante pedes haberet poſita: ſed
qui ſe huiuſcemodi ſtudiis cū omni caſtimo-
nia,& ſobrietate,& vigiliis dediſſet: vt p hoc
forte in ꝓfundo latētē ſenſum ſpiritus dei,&
ſermonis vſitata narratione alioꝶ proſpiciēs
cōtectū, inueſtigare potuiſſet: atq; ita ſocius
ſciētiæ ſpiritus: & diuini cōſilii particeps fie-
ret: quia nec aliter poteſt anima ad ſcięntię p-
fectionem venire niſi diuinæ ſapientiæ fuerit
inſpirata veritate.

A ¶Igit de deo.i. de patre, & filio, & ſpū ſancto
ab his viris diuino ſpiritu repletis principa-
liter deſignat: tūc vero de ſacramētis filii dei
quomō verbum caro factū ſit: & qua de cauſa
vſq; ad formā ſerui percipiēdā venerit (vt di
ximus) repleti diuino ſpiritu ꝓtulerunt. Ne
ceſſario etiā deinde creaturis rationabilibus
tā cœleſtibus, q̄ terrenis beatiorib⁹ cōſequēs
erat eos mortaliū genus diuinis ſermonibus
edocere: ſed & differētiā animarū: & vnde iſtę
differētiæ ortę ſint: tū deīde q ſit hic mūdus:
& quare factus: ſed & vnde malitia tāta,ac ta
lis eſt ſuper terras: quæ vtrū in terris ſit tātū
modo: an & in aliis aliquibus locis: ex diuinis
ſermonib⁹ diſcere neceſſariū fuit. Cū ergo de
his talibus,& hoꝶ ſimilib⁹ ſpiritui ſancto eēt
intētio illuminare ſanctas aīas quæ ſe myſte-
rio dederāt veritatis: ſecundo loco habet ille
proſpectus: vt ꝓpter eos q vel nō poſſent,vel
nollent huic ſe labori, atq; induſtriæ tradere
quo hæc tanta, ac talia doceri, vel agnoſcere
mererētur (ſicut ſuperius diximus) inuolue-
ret: & occultaret ſermonibus vſitatis ſub prę
textu hiſtorię cuiuſdā, & narrationis rerū vi
ſibilium, arcana myſteria. Inducitur ergo vi
ſibilis creaturę narratio: & primi hoīs condi-
tio,atq; figmētū: tū deinde ex illo p ſucceſſio-
nē ſecuta ꝓgenies: nōnulla quoq; rerū geſta-
rū quæ a iuſtis qbuſq; geſta ſunt,referūt,etiā
interdū delicta quædā eoꝶ cōmemorant tāq̄
hominū. Tum deinde & impiorū ſcribuntur
aliquāta, vel impudice, vel nequiter geſta.

¶Miro aūt modo & præliorū digeſta narra- B
tio eſt: & nūc vincētiū: nūc victorū deſcripta
diuerſitas: p quæ ineffabilia qdā his q huiuſ-
modi dicta pſcrutari norūt ſacramēta, decla
rātur. Sed & ſcripturæ legali p admirādā ſa-
piētiæ diſciplinā lex veritatis inſeritur,& ꝓ-
phetarū: q̄ ſingula diuina quadā arte ſapiētię
velut indumentū quoddā, & velamen ſpiri-
tualiū ſenſuū tecta ſunt. Et hoc eſt qđ dixim⁹
ſcripturæ corpus: vt etiā p hoc qđ diximus li
terę indumētū ſapiētiæ arte cōtextū, poſſent
cōplures ædificare,& ꝓficere: q literaliter nō
poſſent. Sed quoniā ſi oībus indumēti hui⁹.i.
hiſtoriæ legis fuiſſet cōſequētia cuſtodita: &
ordo ſeruatus: habētes cōtinuatū ītelligētię
curſum/non vtiq; crederemus eſſe aliquid in
ſcripturis ſanctis intrinſecus pter hoc qđ pri
ma fronte indicabatur incluſum: Iſta de cau-
ſa ꝓcurauit diuina ſapiētia offendicula qdā,
vel intercapedines intelligētiæ fieri hiſtoria-
lis: impoſſibilia quædā, & incōueniētia p me-
diū inſerēdo: vt interruptio ipſa narrationis
velut obiicibus quibuſdā legēti reſiſtat obie-
ctis: quibus intelligētiæ huius vulgaris iter,
ac tranſitū neget: & extruſos nos,ac excluſos
ne reuocet ad alterius initiū viæ: vt ita celſio
ris cuiuſdā,& eminētioris tramitis per angu
ſti callis ingreſſum immenſam diuinæ ſcien-
tiæ latitudinem pandat.

¶Oportet autē etiā illud nos ſcire: quia cum C
principaliter proſpectus ſit ſpiritui ſancto in
telligētiæ ſpiritualis cōſequētiā cuſtodire de
his quæ geri debēt, vel quæ iā tranſacta ſunt
ſic vbi qdā inuenerūt ea quæ ſecūdū hiſtoriā
geſta ſunt: vno narratiōis ſermone cōpoſuit,
altius ſemp arcanū ſenſum recondēs: vbi aūt
ſpirituali cōſequētię rerū geſtarū hiſtoria cō
uenire nō poterat: īterdū interſeruit quędā,
vel minus geſta, vel q̄ oīno geri non poſſent:
interdū etiā q̄ poſſent qdē geri: nec tñ geſta
ſunt: & nōnūq̄ paucis ſermonibus,q ſecundū
corporalem intelligentiā non vident ſeruare
poſſe veritatem: interdū multis inſertis hoc
faciat: qđ præcipue in legiſlatione frequen-
tari inuenitur: vbi multa quidē ſunt quæ in
ipſis corporalibus ꝓceptis vtilia eē manifeſtū
eſt: aliquāta tñ ſunt in qbus nulla pr̄ſus ratio
vtilitatis oſtendit. Interdū vero & īpoſſibilia
decernunt. Quę omnia (vt diximus) idcirco

procurauit ſpiritus ſanctus: vt ex his dũ ea q̃
in prima frõte ſunt vera, vel vtilia eſſe nõ poſ
ſunt: ad inquiſitionẽ veritatis alterius repete
re reuocemur: & dignũ deo ſenſum i ſcriptu-
ris quas a deo inſpiratas credimus, perquira
mus. Non ſolũ aũt de his quæ vſq ad aduẽtũ
Chriſti ſunt, hęc ſpiritꝰ ſanctus procurauit:
ſed vtpote vnꝰ atq idẽ ſpiritꝰ: & ab vno deo
procedẽs: eadẽ ſimul etiã i euãgeliſtis, & apo
ſtolis fecit. Nã ne illas quidẽ narratiões quas
per eos iſpirauit, abſq huiuſcemõi quã ſupra
expoſuimꝰ ſapiẽtia ſiue arte cõtexuit. Vnde
etiã nõ parua permiſcuit: qbꝰ hiſtorialis nar
rãdi ordo interpolatus, vel interciſus per im
poſſibilitatẽ ſui reflecteret, atq reuocaret in-
tẽtionẽ legẽtis ad intelligẽtiæ interioris exa-
men. Sed vt rebus ipſis qđ dicimus agnoſcat
ipſa iam ſcripturæ loca pulſemus.

D ¶Cuinam quæſo ſenſum habenti cõueniẽter
videbitur dictum, q dies prima, & ſecũda, &
tertia: in qbꝰ & veſpera nominat, & mane: fu
erit ſine ſole, & ſine luna, & ſine ſtellis: prima
aũt dies ſine cœlo? Quis vero ita idiotes inue
nitur vt putet velut hominẽ quẽdã agricolã
deũ plantaſſe arbores i paradiſo in Edom cõ-
tra oriẽtẽ: & arborẽ vitę plãtaſſe in eo, i. lignũ
viſibile, & palpabile: ita vt corporalibus dẽti-
bus mãducans qs ex ea arbore vitã percipiat?
Et rurſus ex alia mãducãs arbore boni, & ma
li ſciẽtiã capiat? Sed & illud q deus poſt me-
ridiẽ deambulare dicit in paradiſo: & Adam
latere ſub arbore: eqdẽ nullũ arbitror dubita-
re q figurali tropo hæc a ſcriptura ꝓferãtur
quo per hæc quædã myſtica indicẽtur. Cain
vero exiens a facie dei, manifeſte monet lecto
rẽ vt requirat quæ facies dei ſit: & quomodo
quis exire poſſit ab ea?

E ¶Verũ ne nos opus qđ habemꝰ in manibꝰ iu
ſto amplius dilatemꝰ: ꝑfacile omni eſt volenti
cõgregare de ſcripturis ſanctis: q̃ ſcripta ſũt
qdẽ tãq̃ facta, nõ tamẽ ſecũdũ hiſtoriã cõpe-
tenter & rationabiliter fieri potuiſſe credẽda
ſunt. Hæc vero ſcripturæ ſpecies etiã in euan
gelicis libris affatim: abundeq ſignatur: cum
vel in excelſum montẽ Ieſum impoſuiſſe dia-
bolus dicit: vt inde ei vniuerſa mundi regna
mõſtraret, & gloriã eorũ. Quod ſecũdũ lite-
ram quomõ fieri potuiſſe videbitur: vt vel in
excelſum montem educeretur a diabolo? vel
etiã carnalibus oculis eius tãq̃ ſubiecta, & ad
iacentia vni monti omnia mũdi oſtẽderet re-
gna. i. Perſarũ regnũ, & Scytharũ, & Indorũ?
vel quomõ etiã reges ipſorũ glorificãtur ab
hominibus? Sed & alia q̃plurima his ſimilia
in euangelus inueniet quicunq attentius le-
gerit: ex quo aduertet his narrationibus quę
ſecũdũ literã prolatæ videtur, inſerta eſſe ſi-
mulq cõtexta ea quæ hiſtoria quidẽ non reci
piat: ſpiritualis autem teneat intellectus.

¶Sed & in ꝓceptorũ locis ſimilia quædã inue F
niũtur. In lege quidẽ Moyſi præcipitur exter
minari quidẽ omne maſculinũ qđ non fuerit
octaua die circũciſum. Qđ valde incõueniẽs
eſt: cũ oporteret ſi lex ſecũdũ hiſtoriã ſeruãda
tradebatur, iuberi vt parentes punirẽtur qui
filios ſuos nõ circũciderũt: vt & hi q nutriũt
paruulos. Nũc autẽ dicit ſcriptura: incircun
ciſus. i. qui nõ fuerit circũciſus exterminabit
de genere ſuo. Si vero etiã de impoſſibilibus
legibus inqrendũ eſt: inuenimus tragelaphũ
dici animal qđ ſubſiſtere omnino non poteſt:
qđ inter mũda animalia etiã coli iubet Moy-
ſes: & Gryphũ: quẽ nullus vnq̃ meminit: vel
audiuit humanis manibus ſuccũbere: mãdu-
cari ꝓhibet legiſlator. Sed & de ſabbato opi-
natiſſima obſeruatõe ita dicit. Sedebitis vnuſ
quiſq in domibus veſtris: nullus mouebitur
de loco ſuo in die ſabbatorum. Qđ vtiq im-
poſſibile eſt obſeruare ſecundũ literã. Nullus
enim hominũ poteſt tota die ita ſedere vt nõ
moueatur de loco in quo ſederit. De qbus ſin
gulis hi quidẽ qui ex circũciſione ſunt: & qui
cũq in ſcripturis nihil amplius intelligi vo-
lunt ꝓterq̃ indicatur ex litera: hæc ne requi-
rẽda quidem arbitrantur de Tragelapho, &
Grypho, & vulture: fabulas autẽ quaſdã ina-
nes & friuolas cõmentãtur: & neſcio quibus
traditionibꝰ ꝓferẽtes: de ſabbato dicẽtes, vni
cuiq locũ ſuũ reputari intra duo milia vlna-
rũ. Alii vero (ex quibus eſt Doſitheus Sama-
ritanus) notãt quidẽ huiuſcemodi expoſitio
nes: ipſi aũt ridiculoſius aliqđ ſtatuunt: quia
vnuſquiſq quo habitu, quo loco, qua poſitio
ne in die ſabbati fuerit inuentus: ita vſq ad
veſperam debeat permanere. i. vel ſi ſedẽs, vt
ſedeat tota die: vel ſi iacens, vt tota die iaceat.
Sed & qđ ait nõ leuare onus in die ſabbati: im
poſſibile mihi videtur. Ex his enim ad fabu-
las infinitas ſicut ſanctus apoſtolus dicit, Iu-
dæorũ doctores deuoluti ſunt: dicẽtes nõ re-
putari onus ſi calceamẽta qs habeat ſine cla-
uis: onus vero eſſe ſi caligulas quis cũ clauis
habuerit. Et ſi quidẽ ſupra vnũ humerum ali
quid portauerit onus iudicant. Si vero ſupra
vtrũq: negabunt eſſe onus.

¶Iam vero ſi etiam de euãgeliis ſimilia requi G
ramus: quomõ nõ videbit abſurdũ ſi ſecũdũ
literã ſentiatur qđ dicit: Neminẽ in via ſalu-
taueritis? Hoc eñ putãt ſimpliciores q ſal-
uatorẽ noſtrũ apoſtolis ꝓcepiſſe. Sed & illud

quomõ poſſibile videbit̃ obſeruari: in his præcipue locis vbi acerrima hyems gelu & pruinis: vt neq̧ duas tunicas, neq̧ calceaméta qs habere debeat? Sed & illud: ꝙ ĩ dexterã qs maxillã percuſſus prębere etiã ſiniſtram iubetur cũ oĩs qui percutit dextra manu ſiniſtrã pcutiat maxillã? Sed & illud de impoſſibilibus habendũ eſt: qđ in euãgelio ſcriptũ eſt: vt ſi oculus dexter ſcandalizauerit te eruatur: qa etiã ſi ponamus ꝙ de oculis carnalibus dictũ eſt: quomõ cõſequẽs videbit̃ vt oculo vtroq̧ cernẽte ad vnũ ſcandali culpa, & hoc ad dextrũ referatur? Aut quis extra maximũ crimẽ habebitur ipſe ſibi inferẽs manus? Sed fortaſſis extra hæc videbunt̃ eẽ literæ Pauli apoſtoli. Et quid eſt qđ dicit: Circũciſus aliqs vocatus eſt: nõ adducat præputiũ? Qđ primo quidẽ ſi quis diligẽtiꝰ cõſyderet, nõ videt̃ ad ea dictũ quæ ei ꝓpoſita in manibus habebãtur. Sermo nãq̧ ei erat de nuptiis, & caſtitate præcipiẽs: & videbãtur vtiq̧ hæc in tali cauſa ſuperfluo memorata. Secũdo vero qd obeſſet ſi obſcœnitatis vitãdæ cauſa eius quæ ex circũciſione eſt, poſſet aliquis reuocare præputiũ? Tertio ꝙ certe fieri id omni genere impoſſibile eſt.

A ¶Hæc aũt oĩa a nobis dicta ſunt: vt oſtẽdamꝰ quia hic proſpectus eſt ſpiritus ſancti: qui nobis ſcripturas diuinas donare dignatꝰ eſt: nõ vt ex ſola litera, vel in oĩbꝰ ex ea ædificari poſſimus: quã frequẽter impoſſibilẽ, nec ſufficiẽtem ſibi adeſſe cõphendimus. i. per quã interdũ nõ ſolũ irrationabilia: verũ etiã impoſſibilia deſignant̃. Sed vt intelligamꝰ cõtexta eſſe quædã huic viſibili hiſtorię: quę interius conſyderata, & intellecta, vtilẽ hominibus, & deo dignã proferũt legẽ. Nequis aũt ſuſpicetur nos hoc docere: quia nullã hiſtoriam ſcripturæ factã eẽ ſentiamus: quomodo aliqua ex his nõ facta eſſe ſuſpicamur: vel nulla pcepta legis ſecũdũ literam ſtare? Quomodo quædã ſecundũ eam dicimus ſeruari non poſſe: in qbus vel ratio, vel rei poſſibilitas nõ admittit? vel ea quæ de Saluatore ſcripta ſunt non putare etiam ſenſibiliter impleta: vel præcepta eius ſecundum literam non debere ſeruari? Reſpõdẽdũ ergo eſt quomodo a nobis euidẽter decernitur in q̃plurimis ſeruari & poſſe & oportere hiſtoriæ veritatem.

B ¶Quis enim negare quidẽ poteſt: ꝙ Abrahã in duplici ſpelunca ſepultus eſt in Ebron? Sed Iſaac, & Iacob, & ſinguli eorũ? Vel quis dubitat ꝙ Sychima in portionem data eſt Ioſeph? Vel ꝙ Hieruſalem metropolis eſt Iudęæ: in qua conſtructum eſt templũ dei a Salomone? & alia innumerabilia. Multo enim plura ſunt quæ ſecũdũ hiſtoriã conſtãt: q̃ ea quę nudum ſenſum cõtinent ſpiritualẽ. Tũ deinde qs nõ affirmet mãdatũ hoc qđ pcipit: Honora patrem tuũ, & matrẽ tuã vt bene ſit tibi: etiam ſine vlla ſpirituali interpretatione ſufficere: & eſſe obſeruãtibus neceſſarium? Maxime cũ & Paulus eiſdem verbis repetens cõfirmauerit ipſum mandatum. Quid vero oportet dicere de eo qđ dictũ eſt: Non adulterabis: non occides: nõ furtũ facies: non falſum teſtimoniũ dices: & cætera huiuſmodi? Iam vero de his quę in euãgelio mãdata ſunt, ne dubitari quidẽ poteſt quin ſecundum literã q̃plurima obſeruanda ſint: ſicut cũ dicit: Ego autẽ dico vobis non iurare omnino: & cũ ait. Qui autẽ inſpexerit mulierem ad cõcupiſcendum eam iã mœchatus eſt eã in corde ſuo. Sed & apud Paulum apoſtolũ quæ pcipiuntur: Cõmonete inquietos: cõfortamini puſillanimes: ſuſtinete ĩfirmos: patiẽtes eſtote ad omnes: & alia q̃plurima. Verũtamen ſiquis attẽtius legat non dubito ꝙ in q̃plurimis dubitabit vtrum illa, vel illa hiſtoria putetur vera eſſe ſecũdũ literam: an minus vera. Et illud: vel illud pceptum: vtrum ſecundũ literam obſeruandũ ſit: necne. Propter qđ multo ſtudio, ac labore nitendum eſt: quatenus vnuſquiſq̧ legentiũ cum omni reuerentia intelligat ſe diuina nõ humana verba tractare quæ ſanctis libris inſerta ſunt. Nos ergo quã videmus in ſcriptis ſanctis digne, & cõuenienter obſeruari debere intelligẽtiam: huiuſmodi eſſe arbitramur. Gentẽ quãdã prædicant ſuper terras diuinæ literæ effectã eſſe a deo: quã plurimis nominibus appellauerunt: interdũ eñ vniuerſa hæc gens Iſrael dicitur: ĩterdũ Iacob. Et maxime diuiſa gens ipſa a Roboam filio Nabad in duas ptes eſt: & decẽ tribus q̃ ſub eo factæ ſunt appellatæ ſunt Iſrael. Aliæ vero duæ: cum quibus erat etiã leuitica tribus: & ea quæ ex Dauid regio genere deſcẽdebat: Iudas nominata eſt. vniuerſa autem loca quæ habebat gens iſta quæ a deo acceperat, Iudæa dicebãtur: in qua metropolis quaſi plurimarũ vrbium mater quædã dicitur. Quarũ vrbiũ nomina in aliis quidẽ libris ſparſim frequenter inuenies nominata: ſimul autẽ in vnũ cõtexta, cõtinẽtur in libro Ieſu Naue.

¶Cum ergo hæc ita ſe habeãt: eleuare quodãmodo ex terra, & erigere intelligẽtiã noſtrã ſanctus apoſtolus volẽs ait, in quodam loco. Videte Iſrael ſecundũ carnẽ. Per quod ſignificat vtiq̧ ꝙ & alius Iſrael ſit qui non ſit ſecũdũ carnem: ſed ſecũdũ ſpiritũ. Et iterũ in alio loco dicit. Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt C

hi Iſraelitæ. Edocti igit̃ ab eo quia ſit alius ſecũdũ carnem Iſrael: & alius ſecundũ ſpiritum cũ dicit Saluator: Quia nõ ſum miſſus niſi ad oues domus Iſrael quæ perierũt: non ita accipimus ſicut hi qui terrena ſapiũt. i. Ebionitæ qui etiam ipſo nomine pauperes appellantur ſed intelligimus gen⁹ eſſe animarũ quæ Iſrael appellãtur: ſecũdũ qđ & nominis ipſius deſignat interꝑtatio: Iſrael nãq; mẽs vidẽs deum vel homo videns deũ interpretatur. Rurſus apoſtolus de Hieruſalem talia quidẽ reuelat: quia quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt: quę eſt mater noſtra. Et in illa epiſtola ſua dicit. Sed acceſſiſtis ad Sion montẽ & ciuitatẽ dei viuentis Hieruſalem cœleſtẽ, & multitudinẽ angelorum collaudantiũ, & eccleſiam primitiuorum quæ ſcripta eſt in cœlis.

D ¶Si ergo ſunt quędã animę in hoc mũdo quę Iſrael appellant̃: & in cœlo ciuitas aliqua quę Hieruſalẽ nominat̃: cõſequẽs eſt vt hæ ciuitates quæ gẽtis Iſraeliticæ eſſe dicũtur, metropolim habeãt Hieruſalẽ cœleſtẽ. Et ſecũdum hæc de omni Iuda intelligimus: de qua putamus etiã prophetas myſticis qbuſdam narrationibus locutos cũ aliqua vel de Iuda, vel de Hieruſalẽ prophetarunt: vel ſi quæ ſanctæ hiſtoriæ illa: vel alia incurſionũ genera Iudeæ, vel Hieruſalẽ ꝑdicãt accidiſſe. Quęcũq; ergo vel narrant̃: vel prophetãtur de Hieruſalem: ſi Pauli verba quaſi Chriſti in eo loquẽtis audiuimus: ſecũdũ ſentẽtiã ipſius: vtiq; de illa ciuitate quã dicit Hieruſalem cœleſtẽ: & de omnibus locis, vel vrbibus q̃ terræ ſanctæ vrbes eſſe dicũtur (quarũ Hieruſalẽ metropolis eſt) dicta eſſe intelligere debemus. Ex ipſis nãq; ciuitatib⁹ etiã Saluatorẽ putãdũ eſt volẽtẽ nos ad altiorẽ ꝓuocare intellectũ, ꝓmittere his q bene cõmiſſam ſibi pecuniã diſpẽſarũt poteſtatẽ habere ſupra decẽ ciuitates: vel ſupra quinq; ciuitates. Si ergo prophetię quę de Iudæa, & Hieruſalẽ: & de Iuda: & Iſrael: & Iacob prophetatæ ſunt: dũ nõ a nobis carnaliter intelligũtur: myſteria q̃dã diuina ſignificãt: cõſequẽs vtiq; eſt etiã illas ꝓphetias q̃ vel de Aegypto, vel de Aegyptiis, vel de Babylonia, vel de Babyloniis, & Sydone, ac Sydoniis prolatæ ſunt, nõ de Aegypto iſta quæ in terris poſita, vel Babylone, vel Tyro, vel de Sydone intelligi ꝓphetatas. Neq; eñ ea quæ Ezechiel ꝓphetauit, cõuenire alicui hominũ poſſunt: q regnaſſe videat̃ in Aegypto: ſicut manifeſte exitus ipſe indicat lectionis.

E ¶Similiter & ea q̃ de principe Tyri dicuntur & maxime ĩ Eſaia: quomodo poſſibile eſt nos dicta de hõie ſuſcipere? Neq; eñ homo eſt qui dicitur cecidiſſe de cœlo: vel qui lucifer fuit: vel q mane oriebatur. Sed illa nihilominus q̃ in Ezechiele dicta ſunt de Aegypto velut in quadraginta annis exterminanda: ita vt pes hoĩs nõ inueniat̃ in ea: & in tãtũ expugnãda: vt per omnẽ terrã eius humanus ſanguis vſq; ad genua exaltet̃: neſcio ſiqs intellectũ habẽs hoc de Aegypto iſta terrena: quæ Aethiopiæ adiacet: poſſit aduertere. Sed vidẽdum eſt ne forte ita digne poſſit ĩtelligi: q; ſicut cœleſtis eſt Hieruſalẽ, & Iudæa: & gens ſine dubio quę habitat in ea: q̃ dicit̃ Iſrael: ita poſſibile eſt etiã vicina his loca eẽ quędã: quæ vel Aegyptus, vel Babylon, vel Tyrus, vel Sydon appellari videantur: eorũq; locorũ principes, atq; animæ ſiq̃ in illis habitãt locis, Aegyptii, Babylonii, Tyrii, ac Sydonii appellant̃. Ex qb⁹ etiã ſecũdũ illã cõuerſationẽ quã ibi habẽt, captiuitas quædã videat̃ effecta: per quã de Iudæa in Babylonẽ, vel Aegyptũ a melioribus, & ſuperioribus locis deſcendiſſe dicantur: vel in alias quaſq; gentes eſſe diſperſæ.

¶Fortaſſis enim ſicut hi qui de hoc mũdo ſecũdũ cõmunẽ mortẽ iſtam recedentes ꝓ actibus ſuis & meritis diſpenſantur prout digni fuerint iudicati: alii quidẽ in locũ qui dicitur inferus: alii in ſinũ Abrahæ: & ꝑ diuerſa quęq; vel loca, vel manſiones: ita etiam ex illis locis velut illic (ſi dici poteſt) moriẽtes, a ſuperis in hũc locũ deſcẽdũt. Nã illis infernæ hic morientiũ animæ dicũtur. Credo ob hanc diſtinctionẽ infernus inferior a ſcriptura nominatur in pſalmis. Quia liberaſti animã meam ex inferno inferiori. Vnuſquiſq; ergo deſcendẽtiũ in terrã pro meritis, vel loco ſuo quẽ inhabitauerat, diſpenſatur in hoc mundo in diuerſis locis, vel gentibus, vel conuerſationibus, vel infirmitatibus naſci: vel a religioſis; aut certe minus piis parentibus generari: ita vt aliquãdo contingat Iſraelitam in Scythas deſcendere: & Aegyptium pauperem deduci ad Iudæam. Verũtamen Saluator noſter congregare venit oues quæ perierãt dom⁹ Iſrael & cum plurimi ex Iſraelitis nõ acquieuiſſent doctrinæ eius: hi qui ex gẽtibus erant, vocati ſunt. Vnde cõſequens videbitur etiã prophetias quę ſingulis gẽtibus proferũtur, euocari magis ad animas debere: & diuerſas manſiones eorũ cœleſtes. Sed & hiſtorias rerũ geſtarum quæ dicũtur, vel genti Iſrael, vel Hieruſalem, vel Iudęæ accidiſſe: illis, vel illis gentibus impugnãtibus: perſcrutãdũ eſt: & perquirendũ: vt quoniã inq̃plurimis corporaliter geſta non conſtant: quomõ magis iſta conueniebant illis generibus animarũ quæ in cœlo

F ca ue & cau te le ge.

iſto(quod tranſire dicitur)habitabāt: vel etiam nunc habitare putandę ſunt. Siquis vero euidētiores rationes eorum de ſcripturis ſanctis expoſcat a nobis: reſpondendū eſt quia occultare magis hęc ſpiritui ſancto in his quę videntur eſſe hiſtorię rerum geſtarū: & altius tegere cōſiliū fuit: in quibus deſcendere dn̄r in ægyptum: vel captiuari in Babyloniā: vel in ipſis regionibus quidā quidem humiliari nimis: & ſub ſeruitio effici dominorū: alii vero in ipſis captiuitatis locis clari: ac magnifici habiti ſunt: ita vt poteſtates & principatus tenuerint: quę oīa(vt diximus)abſcōdita et celata in ſcripturę ſanctę hiſtoriis contegunt̄: quia & regnū cœlorū ſimile eſt theſauro abſcondito in agro: quē cum inuenerit homo abſcondit: & pr̄ę gaudio illius vadit: & oīa quę habet vęndit: & emit agrum illum.

A ¶In quo dilucidius conſidera ſi nō dicatur ꝙ ſolum ipſum & ſupficies(vt ita dixerim) ſcripturæ.i.qđ ſecundū literā legitur: ager eſt repletus: & florens oīm generum plantariis: ille vero altior & ꝓfundus ſpiritualis intellect⁹: ipſi ſunt theſauri ſapiētię & ſcientiæ abſconditi: quos ſpūs ſanctus per Eſaiam obſcuros: & inuiſibiles: & abſcōditos theſauros vocat: qui vt inueniri poſſint: dei adiutorio opuş eſt: qui ſolus poteſt portas æreas qbus clauſi ſunt & abſcōditi: cōfringere: & ſeras ferreas vecteſq; cōminuere: qbus ꝓhibetur ingreſſus peruenien di ad ea. Omnia quę in geneſi de diuerſis animarum generibus ſcripta ſunt: & obtecta: et de his ſeminibus ac gñationibus quæ vel ad propinquitatē pertinēt Iſrael: vel quæ ab eius progenie longius ſegregant̄. Sed et quæ ſit illa deſcenſio in ægyptū ſeptuaginta animarū quæ ſeptuaginta aīæ fiāt in ægypto ſicut ſydera cœli in multitudine. Sed quia nō omnes qui ex ipſis erant: lumen ſunt huius mūdi: nō enim oēs qui ex Iſrael hi Iſraelitę ſunt: ex ipſis ſeptuaginta animabus fiūt aliqui & ſicut arena quæ eſt ad oram maris īnumerabiles. Quę deſcenſio ſanctorum patrū in ægyptū: in hūc mundum: videri poterit ad illuminationē cæterorum: atq; humani generis inſtructionem a prouidētia dei eſſe cōceſſa: vt per eos cęteræ animę illuminatę iuuarentur. Ipſis em̄ primis conceſſa ſunt eloquia dei: quoniam ſolū iſtud eſt genus quod videre dicit̄ deū. hoc em̄ Iſraelis nomen ſignificat interpretatum.

B ¶Iam vero conſequēs eſt vt ſecundū hęc aptari debeat: & interpretari illud ꝙ decem plagis ægyptus verberat̄: vt dei populū permittat exire: vel ea quæ in deſerto cum populo geruntur: vel ꝙ ex collatione omnis populi tabernaculum conſtruit̄: vel indumentū ſacerdotale cōtexitur: vel de vaſis miniſterii quæcunq; dicunt̄: quia vere(ſicut ſcriptū eſt)vmbram in ſe formāq; cœleſtiū cōtinent. Manifeſte em̄ Paulus ait de illis: quia vmbrę & exemplari deſeruiūt cœleſtiū. In hac eadē lege etiā nihilominus continet̄: qbus legibus: quibuſq; inſtitutionibus in terra ſancta viuendum ſit. Sed & cōminationes poſitæ ſunt his qui præuaricati fuerint legem: necnō & his qui purificatione indigebāt: diuerſa purificationū genera: velut qui frequentius eſſent polluēdi: tra duntur: vt per hæc tandē ad illam vnam purificationē veniant: poſt quā pollui vltra non licet. Sed ad numerū populus ipſe deducit̄: licet nō oēs: pueriles nanq; animæ nondū tempus habēt ex diuino p̄cepto numerari. Sed ne illæ quidē animæ: quæ nō poſſunt fieri alterius caput: ſed ipſæ ſubditæ ſunt aliis velut capiti: quas mulieres nominauit: quæ vtiq; nō addū tur in numerū illum qui a deo pręcipitur: ſed illi ſoli numerātur qui viri appellant̄: quo ſcilicet oſtēderet̄ nō eas poſſe extrinſecus numerari: ſed in his qui viri appellant̄ etiā eas comprehendi. Præcipue tamen ad ſanctū numerū veniūt hi qui parati ſunt ad Iſraelitica bella ꝓcedere: qui poſſunt aduerſus illos hoſtes: inimicoſq; bellare: quos ſedenti a dextris ſuis filio ſubiicit pater: vt deſtruat omnē principatum ac poteſtatē: vt per hos militū ſuorū numeros qui deo militantes nō ſe implicāt negotiis ſæcularibus: aduerſarii regna ſubuertat: a quibus ſcuta fidei circūferātur: & ſapientiæ tela vibrentur: etiā in quibus & ſalutis galea coruſcet: ac lorica charitatis deo plenum muniat pectus. Tales mihi vidētur quidā milites indicari: & ad huiuſcemodi bella præparari: hi qui in diuinis libris per dei præceptum numerari iubentur. Horum vero multo clariores perfectioreſq; deſignantur illi quorum etiam capilli capitis numerari dicuntur. Illi ſane qui puniti ſunt pro peccatis: quorum corpora ceciderunt in deſerto: ſimilitudinem videntur habere eorum qui profecerāt quidem non parū: ſed ad finē perfectionis puenire minime potuerūt diuerſis ex cauſis: ꝙ vel murmuraſſe: vel idola coluiſſe: vel fornicati eſſe dicuntur: vel tale aliquid: quale vtiq; nō liceret mente concipere.

¶Sed ne illud quidem ſacramēto aliquo vacuum puto: ꝙ quidā pecora & multa alia poſſidentes pręueniūt: & pręripiunt locū aptum partub⁹: & nutrimentis pecorum: quē primū oīm iſraelitici belli dextra defenderat. Quem locum a Moyſeo depoſcentes: vltra Iordanis C

fluenta ſeparãtur:atq; a terræ ſanctę poſſeſſione ſecernunt. Qui Iordanis videri poteſt ſecundũ cœleſtiũ formã rigare & inundare animas ſitientes:& ſenſus adiacẽtes ſibi. Vbi ne illud quidem otioſum videatur:ꝙ Moyſes quidem audit a deo quę in leuitici lege deſcripta ſunt:populus vero in deuteronomio auditor Moyſeos efficit:& ab illo diſcit eã quã a deo audire nõ potuit legem. Propterea em̃ velut ſecũda lex deuteronomiũ dicitur:ꝙ nõnullis ſignificare videat hoc ipſum:ꝙ ceſſante lege prima quæ per Moyſen data eſt:videatur ſecunda legiſlatio deformari:quæ ſpecialiter a Moyſeo tradit Ieſu ſucceſſori eius:qui vtiq; formã ſeruare creditur ſaluatoris noſtri:cuiꝰ ſecunda lege.i.pręceptis euãgelicis ad perfectum oĩa producuntur.

D ¶Sed vidẽdũ eſt ne forte magis illud indicare videatur:ꝙ ſicut in deuteronomio euidentior:& manifeſtior legiſlatio declaratur:q̃ in his quæ ſcripta ſunt:& ita:& ab eo aduẽtu ſaluatoris quẽ in humilitate cõpleuit:cum formã ſerui ſuſcepit:clarior ille & glorioſior ſecũdus in gloria patris eius indicet aduentus:et in illo forma deuteronomii cõpleatur:cum in regno cœlorũ ſancti oẽs æterni illius euangelii viuant. Et ſicut nunc adueniẽs legem repleuit eam quę vmbrã habet futurorũ bonorum ita & per illum glorioſum implebit:& ad perfectum adducetur:huiꝰ aduentus vmbra. Ita enim dixit ꝓpheta de eo: Spiritus vultus nr̃i Chriſtꝰ dñs:cui diximus qa in vmbra eius viuemus in gentibus:cũ ſcilicet ab euãgelio tẽporali dignos oẽs ſanctos ad euãgeliũ ęternũ trãſferret:ſecũdum ꝙ Ioãnes in apocalipſi de æterno euangelio deſignauit. Verũ in his omnibus ſufficiat nobis ſenſum noſtrũ regulę pietatis aptare:& ita ſentire de ſancti ſpũs verbis ꝙ nõ ſcd̃m humanę fragilitatis eloquiũ nitet ſermo cõpoſitus:ſed ſicut ſcriptũ eſt:oĩs gloria regis intrinſecus eſt:& diuinorũ ſenſuum theſaurus intra fragile vaſculũ vilis literę cõtinetur incluſus. Porro aũt ſiquis curioſus explanationẽ ſingulorũ requirat:veniat & nobiſcũ pariter audiat quomodo Paulus apoſtolus per ſpiritũ ſanctũ qui perſcrutat etiã profunda:altitudinẽ diuinę ſapiẽtiæ:ac ſcientiæ ſcrutans:nec tñ ad finẽ & (vt ita dixerim) ad intimã cognitionẽ pręualens peruenire:deſperatione rei:& ſtupore clamat & dicit.

O altitudo diuitiarum ſapiẽtię & ſciẽtiæ dei. Et ꝙ deſperatione perfectę cõprehẽſionis hoc proclamauerit:audi ipm̃ dicẽtẽ. Q̃ꝫ inſcrutabilia ſunt iudicia dei:& q̃ inueſtigabiles viæ eius. Nõ em̃ dixit:difficile poſſe ſcrutari iudicia dei:ſed oĩno nõ poſſe:nec dixit difficile inueſtigari vias eius:ſed non poſſe inueſtigari. Quantũcũq; enim quis in ſcrutando promoueat:& ſtudio intẽtiore proficiat:gratia quoq; dei adiutus:ſenſuq; illuminatus:ad perfectum finem eorũ quę requirunt peruenire nõ poterit:nec oĩs mẽs q̃ recta eſt:poſſibile habet vllo genere cõprehẽdere:ſed vt inuenerit quędã ab his quę quęrũtur:iterũ videt alia q̃ quærenda ſunt. Qꝫ ſi & ad ipſa peruenerit:multo iterum plura ex illis quę requiri debeãt peruidebit. Propter qđ & ſapiẽtiſſimus Salomõ naturam rerum per ſapiẽtiã intuens ait. Dixi ſapiens efficiar:& ipſa ſapiẽtia longe facta eſt a me:longe plus q̃ erat. & Altitudinẽ profundã quis inueniet?

E ¶Sed & Eſaias ſciẽs rerũ initia a natura mortali inueniri nõ poſſe:ſed ne ab his quidẽ natę quę q̃uis diuiniores ſint q̃ humana eſt facies:tamen & ipſę creatæ:ſciens ergo ꝙ natura harum:neq; initiũ:neq; finis inueniri poteſt ait: Priora quæ fuerint dicite:& ſcimꝰ qa dii eſtis vel nouiſſima quę ſunt annũtiate:& tunc videbimꝰ quia dii eſtis. Nam & hebręus doctor ita tradebat:pro eo ꝙ initiũ oĩm vel finis non poſſit ab vllo cõprehẽdi:niſi tantũmodo a domino Ieſu Chriſto:& a ſpiritu ſancto. aiebat per figuras viſiões Eſaiã dixiſſe duos ſeraphĩ ſolos:qui duabus quidem alis operiũt faciem dei:duabus vero pedes:& duabus volant:clamantes ad inuicem ſibi & dicentes. Sanctus: ſanctus:ſanctus dominus deus ſabaoth:plena eſt vniuerſa terra gloria tua. Qꝫ ergo ſola vtraſq; alas ſuas habẽt in faciẽ dei:& ſub pedibus eius:audendũ eſt pronuntiare ꝙ neq; exercitus ſanctorum angelorũ:neq; ſedes ſanctę neq; dominationes:neq; principatus:neq; poteſtates ſcire poſſunt integre initium omniũ & fines vniuerſitatis. Sed intelligendum eſt ſanctos iſtos qui annumerãtur ſpiritus:& virtutes proximas quidem eſſe ipſis initiis:& attingere tantum quantũ conſequi non valent reliqui:veruntamen quodcũq; illud quod reuelante filio dei & ſpiritu ſancto didicerũt iſtę virtutes:q̃plurima quidem aſſequi potuerunt:& multo plura priores inferioribus:omnia tamen comprehendere impoſſibile eis eſt quia ſcriptũ eſt:Q̃plurima ex operibus dei in ſecretis ſunt. Vnde & optabile eſt vt pro viribus ſe vnuſquiſq; ſemper extendat ad ea quæ priora ſunt:& quæ retrorſum ſunt obliuiſcẽs tam ad opera meliora:tam etiam ad ſenſum intellectumq; puriorem per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum:cui eſt gloria in ſęcula ſęculorum Amen.

A ℭOmnis ergo cui veritatis cura eſt: parū de
omnibus noībus & ſermonibus curet: quia per
ſingulas gentes diuerſæ verborū conſuetudi
nes habētur: & hic magis qđ ſignificať q̄ qua
libꝰ verbis ſignificetur, intendat: pręcipue in
tam magnis & tam difficilibꝰ rebus: ſicut cū
quæritur (verbi cauſa) ſi ſit aliqua ſubſtantia
in qua neqꝫ color neqꝫ habitus neqꝫ tactꝰ neqꝫ
magnitudo intelligēda ſit: mente ſola conſpi-
cabilis: quam prout vult quis ita & nominat
Nam græci aſomaton eā.i. incorporeā dixe-
runt: diuinę vero ſcripturæ inuiſibilem eſſe ꝓ
nūtiant: imaginem enim inuiſibilis dei dicūt
eſſe Chriſtū. Sed & rurſum per Chriſtū crea-
ta dixit oīa viſibilia & inuiſibilia. Per quod de
claratur eſſe etiā in creaturis quaſdam inuiſi-
biles ſecūdum proprietatē ſuam ſubſtantias
ſed hæ q̄uis ipſę nō ſint corporeę: vtuntur ta
men corporibus licet ipſę ſint corporea ſubſtā
tia meliores. Illa vero ſubſtātia trinitatis quæ
principiū eſt & cauſa omniū: ex qua omnia: &
per quā omnia: & in qua oīa: neqꝫ corpus: neqꝫ
in corpore eſſe credēda eſt: ſed ex toto incor-
porea. Verum hęc per exceſſum quādā: rei ta
men ipſius conſequentia cōmonitos breuiter
dixiſſe ſufficiat ad oſtendendū id ꝙ ſunt quæ
dam quorū ſignificationē ꝓprie nullus oīno
poteſt humanę linguæ ſermonibus explicare:
ſed ſimpliciore magis intellectu q̄ vllis ver-
borum proprietatibus declarātur. Ad quā re
gulam etiam diuinarū literarū intelligētia re
tinēda eſt: quo ſcilicet ea quę dicuntur: nō pro
vtilitate ſermonis: ſed pro diuinitate ſancti
ſpiritus qui eas cōſcribi inſpirauit: cenſeanť.

ℭAnacephaleoſis de patre: & filio: et
ſpiritu ſancto: & cęteris quę ſuperius
dicta ſunt.

B TEmpus autē eſt: vt iam de
curſis his prout potuimꝰ:
quæ ſupra dicta ſunt: nunc
cōmonitionis gratia: eorū
quæ ſparſim diximus reca-
pitulare ſingula: & primo
omniū de patre & filio & ſpiritu ſancto repete
re. Deus pater cum ſit inuiſibilis & inſepara-
bilis a filio: nō per prolationē ab eo (vt quidā
putant) generatus eſt filius. Si enim prolatio
eſt filius patris: prolatio vero dicitur quæ ta
lem ſignificat generationē qualis aīalium vel
hoīm ſolet eſſe progenies: habebit neceſſario
corpus & is qui protulit: & is qui prolatꝰ eſt.
Non eñ dicimus ſicut hęretici putant patris
aliquam ſubſtantiā dei in filium verſam: aut
ex nullis ſubſiſtētibus filium procreatum a pa
tre.i. extra ſubſtantiā ſuam: vt fuerit aliquan
do quādo nō fuerit: ſed abſciſo omni ſenſu cor
poreo ex inuiſibili & incorporeo verbum & ſa
pientiā genitam dicimus abſqꝫ vlla corporali
paſſione: velut ſi voluntas procedat e mente.
Nec abſurdū videbitur: cū dicatur filius cha-
ritatis ſi hoc modo etiā voluntatis putetur.
Sed & Ioānes indicat qa deus lux eſt: et Pau-
lus deſignat quia filius ſplendor lucis ęternæ
ſit. Sicut ergo lux nunq̄ ſine ſplendore eſſe po
tuit: ita nec filius quidē ſine patre intelligi po
teſt: qui & figura expreſſa ſubſtātię eius & ver
bum & ſapientia dicitur. Quomodo ergo po
teſt dici quia fuit aliqñ quando nō fuit filius?
Nihil eñ aliud eſt id dicere: niſi qa fuit aliquā
do quādo veritas nō fuerat: quando ſapientia
non erat: quādo vita nō fuerat: cū in his oībꝰ
perfecte dei patris ſubſtātia cenſeatur. Nō eñ
ab eo dirimi hæc vel ab eius poſſunt vnq̄ ſub-
ſtātia ſeparari. Quę quidē q̄uis intellectu mul
ta eſſe dicātur: re tamē & ſubſtātia vnū ſunt:
in quibus plenitudo eſt diuinitatis.
ℭHoc aūt ipſum quod dicimus: quia nunq̄ fu C
it quando nō fuit: cum venia audiendum eſt.
Nam & hæc ipſa noīa temporalis vocabuli ſi
gnificātiam gerunt.i. quando vel vnq̄. Supra
omne aūt tempus: & ſupra omnia ſęcula: & ſu
pra oēm æternitatē intelligēda ſunt ea quę de
patre & ſpiritu ſancto dicuntur. Hęc enim ſo-
la trinitas eſt quæ omnē ſenſum intelligētiæ:
nō ſolum temporalis: verum etiam ęternalis
excedit. Cætera vero quę ſunt extra trinitatē
in ſęculis: & in tēporibus metienda ſunt. Hūc
igitur filium dei ſecundū ꝙ verbum eſt deus
quod in principio apud deū: nemo conuenien
ter putabit in loco aliquo cōtineri: neqꝫ ſecun
dum ꝙ ſapiētia eſt: neqꝫ ſcđm ꝙ veritas eſt: ne
qꝫ ſecundū ꝙ vita eſt: vel iuſtitia: vel ſanctifi-
catio: vel redēptio. Hęc eñ omnia nō indigēt
loco vt agere quid vel operari poſſint: ſed ꝓ
his qui virtutis eius inoꝑationiſqꝫ participāt
hæc ſingula intelligēda ſunt. Si vero quis di-
cet per eos qui participes ſunt verbi dei: vel
ſapientię eius: vel veritatis: vel vitę: etiam ip-
ſum verbum & ſapientiā videri in loco eſſe:
reſpondendū eſt ei quia dubiū nō eſt ꝙ Chri
ſtus ſecūdū ꝙ verbū & ſapientia eſt: vel cętera
omnia: erat in Paulo: propter qđ dicebat. Aut
experimentū quęritis eius qui in me loquitur
Chriſtus. Et iterū: Viuo aūt iam nō ego: viuit
vero Chriſtus in me. Tūc ergo cū eſſet in Pau
lo: quis dubitabit ꝙ ſimiliter erat in Petro: et
in Ioanne: & in ſingulis quibuſqꝫ ſanctorū? &
non ſolum in his qui in terris ſunt: verū & in

his qui in cœlis ſunt? Abſurdum nanq; eſt dicere quia in Petro quidẽ & in Paulo erat Chriſtus: & in Michaele archãgelo: & in Gabriele non erat.

¶Ex quo manifeſte deprehẽdit: quia diuinitas filii dei nõ in loco aliquo concludebatur: alioquin in ipſo tantum fuiſſet: & in alio non fuiſſet: ſed ſecundũ icorporeę naturę maieſtatem cũ a nullo loco concludatur: in nullo rurſum deeſſe intelligit. Verum illa ſola differentia intelligẽda eſt: q etiã ſi ſit in diuerſis ſicut diximus in Petro vel Paulo: vel Michaele vel Gabriele: non tamen ſimiliter eſt in vniuerſis. Plenius em̃ & clarius: et (vt ita dixerim) apertius in archangelis eſt q̃ in ſanctis viris. Qđ ex eo manifeſtũ eſt: quia cũ ad ſummã perfectionem venerint ſancti: quiq; dicuntur ſimiles angelis effici: vel ęquales: ſecundũ doctrinam euangelicã. Vnde cõſtat in ſingulis quibuſq; tantũ effici Chriſtũ: quantum ratio indulſerit meritorum.

¶His igit̃ nobis de ęternitatis ratione breuiter repetitis: conſequẽs eſt illud etiam breuiter admonere. q per filiũ creata dicuntur oĩa quæ in cœlis ſunt: & quæ in terra: viſibilia & inuiſibilia: ſiue throni: ſiue dominationes: ſiue principatus: ſiue poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes: & omnia illi conſtant qui eſt caput. Quibus conſona etiã Ioãnes in euangelio dicit: quia omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. Dauid vero totius trinitatis myſterium vniuerſorũ conditiones ſignificãs ait: Verbo dñi cœli firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. D

¶Poſt hęc vero cõſequẽter admonebim⁹ de aduentu corporali & incarnatione vnigeniti filii dei: in quo nõ ita ſentiendũ eſt q oĩs diuinitatis eius maieſtas ita breuiſſimi corporis clauſtro clauſa eſt: vt omne verbum dei: & ſapientia eius: ac ſubſtantialis veritas: ac vita: vel a patre diuulſa ſit: vel intra cordis eius coercita & cõſcripta breuitatẽ: nec vſq̃ ꝑterea putetur operata: ſed inter vtrũq;: aut vna pietatis debet eſſe confeſſio: vt neq; aliqđ diuinitatis in Chriſto defuiſſe credatur: & nulla penitus a paterna ſubſtantia: quę vbiq; eſt facta: putet̃ eſſe diuiſio. Tale nãq; aliqđ etiam baptiſta Ioannes indicat: cum corporaliter abſente Ieſu diceret ad turbas. Medius veſtrũ ſtat quẽ vos neſcitis qui poſt me venit: cuius non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽti. Qđ vtiq; dici nõ poterat de eo qui abſens erat quãtum ad corporalẽ pręſentiã pertinet: quia medius ſtaret eorum inter quos nõ aderat corporaliter filius dei. Neq; tamen per hoc illum affirmare credendum eſt q pars aliqua deitatis filii dei fuerit in Chriſto: reliqua vero pars alibi vel vbiq;: qđ illi ſentire poſſunt qui naturã ſubſtãtię incorporeæ: atq; inuiſibilis ignorãt. Impoſſibile nanq; eſt ab incorporeo partẽ dici: aut diuiſionẽ aliquã: ſed in omnibus: & per oĩa: & ſuper oĩa eſt eo modo quo ſuperius diximus: ſi quo vel ſapientia: vel verbum: vita: vel veritas intelligitur: per quem intellectum omnis ſine dubio concluſio localis excluditur.

¶Volens igitur filius dei pro ſalute generis humani apparere hoĩbus: & inter hoĩes cõuerſari: ſuſcepit nõ ſolum corpus humanũ (vt q̃dam putant) ſed & animã noſtrã: noſtrarũ q̃dem animarũ ſimilẽ per naturã: propoſito vero & virtute ſimilẽ ſibi: & talem qualem om̃es voluntates: & diſpenſationes verbi: ac ſapientię indeclinabilis poſſit impleri. Q aũt habuerit: manifeſtiſſime in euangeliis deſignat ipſe ſaluator dicens. Nemo tollit a me animã meã ſed ego pono eam abuſiue. Poteſtatem habeo ponendi animã meã: & iterũ poteſtatem habeo aſſumendi eam. Et rurſum. Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem. Et iterum. Nunc anima mea turbata eſt. Neq; em̃ triſtis & turbata aĩa verbum dei intelligendũ eſt: qđ ex auctoritate diuinitatis dicit. Poteſtatẽ habeo ponendi animã meã. Nec tamen ita dicimus fuiſſe filiũ dei & in illa aĩa: ſicut fuerit in anima Pauli: vł Petri cęterorũq; ſanctorũ in quibus Chriſtus ſimiliter vt in Paulo loqui creditur. Sed de illis omnibus ſciẽdũ eſt q ſcriptura dicit: Quia nemo mundus a ſorde: nec ſi vnius diei fuerit vita eius. B

¶Hęc vero anima quę fuit i Ieſu: priuſq̃ ſciret malum: elegit bonum: & quia dilexit iuſtitiam: & odit iniquitatem: ꝑpterea vnxit eum de⁹ oleo lętitię ꝑ ꝑticipib⁹ ſuis. Oleo ergo lętitiæ vngitur cum verbo dei immaculata fœderatione coniuncta: & per hęc ſola omniũ animarũ peccati incapax fuit: quia filii dei bene & plene capax fuit. Ideoq; & vnum cum ipſo eſt: atq; eius vocabulis nuncupatur: & Ieſus Chriſtus appellatur: per quẽ omnia facta eſſe dicuntur. De qua anima: quoniam totam in ſe ſapientiam dei: et veritatem: vitamq; receperat: etiam illud arbitror dixiſſe apoſtolum qui ait: Quoniam vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo: cũ aũt Chriſt⁹ apparuerit vita noſtra: tũc & vos cũ Chriſto apparebitis in gloria. Quis em̃ alius intelligẽdus eſt Chriſt⁹ qui in eo abſconditus dicitur: & poſtea appariturus: niſi ille qui oleo lætitiæ vnctus refertur: id eſt ſubſtantialiter deo repletus: in quo E

nunc abſconditus dicitur? Propterea enim & omnibus credētibus Chriſtus exemplū ponitur: quia ſicut ille ſemper et anteq̄ ſciret omnino malum: elegit bonū: et dilexit iuſtitiam & odio habuit iniquitatē: & propterea vnxit eū deꝰ oleo lętitię: ita & vnuſq̄ſq; poſt lapſum vel poſt errorē expurget ſe maculis: exemplo propoſito: & habens itineris ducem arduam viā virtutis incedat: vt ſic forte per hoc inquā tum fieri poteſt per imitationem eius participes efficiamur diuinę naturæ: ſicut ſcriptum eſt: q̄a qui dicit ſe Chriſto credere: debet ſicut ille ambulauit: & ipē ambulare. Hoc ergo verbum: & hęc ſapiētia per cuius imitationē vel ſapientes: vel rationabiles dicuntur: oībus fit omnia: vt omnes lucrifaciat: & fit infirmus infirmis vt infirmos lucrifaciat: & quia infirmꝰ efficitur ꝑpter hoc dicitur de eo: etiā ſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute dei Deniq; corinthiis qui infirmi erāt: Paulus nihil ſe indicat ſcire niſi Chriſtū Ieſum: & hunc crucifixum.

A ¶ Quidam autem volunt de ipſa anima dei videri: cum primū de Maria corpꝰ aſſumpſit etiam illud qđ apoſtolus dicit. Qui cū in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiēs: cum eam ſine dubio in formam dei melioribus exēplis: & inſtitutionibus repararet: atq; in eam plenitudinem vnde ſe exinaniuit: reuocaret. Sicut aūt ꝑticipatiōe filii dei quis in filio adoptatur: & participatione ſapientię in deo ſapiens efficitur: ita & participatione ſpiritus ſancti: ſctūs & ſpiritualis efficitur. Vnū eē atq; idē eſt ſpūs ſancti participiū ſumere: quod eſt patris & filii: quippe cū vna & incorporea natura ſit trinitatis. Verū quę de participatione animæ diximus: ſili ratione vt de animabus: ita & de angelis & cœleſtibus ſunt intelligēda virtutibus: quoniam omnis rationabilis creatura participio indiget trinitatis: ſed & mundi huius viſibilis ratio: quoniā vel maxīa etiā de his haberi quęſtio ſolet: qualiter ſe habeant: prout potuimꝰ in ſuperioribus diximus: pro iis qui in fide noſtra etiā credendi rationem perquirere ſolent et pro iis qui hæretica aduerſum nos certamina cōmouent: & materiæ nomen quod ne ipſi qdē quale ſit adhuc intelligere potuerunt ſolent frequentius ventilare. de quo neceſſarium puto etiam nunc breuiter commonere.

B ¶ Et primo quidem ſciendū eſt ꝙ nomē ipm materiæ pro ea ſubſtātia quę ſubeſſe corporalibus dicitur: poſitum in ſcripturis canonicis nuſq̄ vſq; ad præſens inuenimus. Illud enim quod dicit Eſaias: Et comedet ſicut fœnum hylen. i. materiā: dicens de eis qui in ſuppliciis cōſtituti ſunt: materiam poſuit pro peccatis. Sed & ſicubi in alio loco ſcriptum forte materię nomē eſt: nuſq̄ vt ego arbitror hoc de quo nunc quęrimus ſignare inuenietur: niſi tantū modo in ſapiētia quæ dicitur Salomonis: qui vtiq; liber nō ab omnibus in auctoritate habetur. Ibi tamē ſcriptum inuenimus hoc modo. Nō enim deerat omnipotēti manui tuæ quæ creauerat mūdum ex informi materia: immittere eis ſimilitudinē vrſorum vel feroces leones. Q̄plurimi ſane putant rerum ipſarum materiam ſignificari in eo qđ in principio Geneſis ſcriptum eſt a Moyſe. In principio fecit deus cœlum & terram: terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Inuiſibilem nāq; & incompoſitam terram nō aliud eſſe Moyſes q̄ informem materiam viſus eſt indicare. Q; ſi vere hęc eſt materia: cōſtat exīnde incōuertibilia nō eſſe initia corporum. Nā hi qui atomos vel ea quæ in partes venire nō poſſunt: vel ea quæ in ęquales partes veniūt: vel vnū ad elementum rerum corporalium principia poſuerunt: nomen materiæ (. i. quod principaliter materiā ſignificat) inter prīcipia ſtatuere nō potuerunt. Neq; eē cū materiam ſubiiciunt omni corpori per omnia cōuertibilē vel mutabilem ſubſtantiam: extra qualitates eam ſecundū proprietatē ſubiicient. Quibus etiam nos acquieſcimus: qui omni genere abnuimus ingenitam vel infectam dici materiam debere: ſcđm hęc eē in prioribus prout potuimus oſtendimus: cum etiā ex aqua: vel terra: vel aere: vel calore per diuerſa arborum genera diuerſos oſtendimus proferri fructus: vel cum ignem: aerem: aquam: terramq; mutari in ſemetipſa inuicem ac reſolui aliud in aliud elemētum mutua quadam cōſanguineitate docuimus. Sed & cum de eſcis: vel hominū: vel animalium probauimus ſubſtātiā carnis exiſtere: vel humorem ſeminis naturalis in carnē ſolidam: oſſaq; conuerti. Quæ omnia documento ſunt ꝙ ſubſtantia corporalis permutabilis ſit: & ex omni in omnem deueniat qualitatem.

¶ Verūtamen illud ſcire oportet: ꝙ nunq̄ ſubſtantia ſine qualitate ſubſiſtit: ſed intellectu ſolo diſcernitur hoc quo ſubiacet corporibꝰ: & quod capax eſt qualitatis eſt materia. Quidā altius ergo de his volentes inquirere auſi ſunt dicere: nihil aliud eſſe materiam corpoream q̄ qualitates. Si eē duritia & mollities calidum & frigidum: humidum & aridū qualitas eſt: his aūt vel cęteris huiuſmodi ampu- C

tatis nihil aliud intelligitur ſubiacere: videbũ
tur qualitates eſſe omnia. Vnde & hi qui hęc
aſſerunt: aſſeuerare conati ſunt: vt quoniam
omnes qui materiam infectam dicunt quali-
tates a deo factas eſſe confitentur: inueniatur
per hoc etiam ſcd̃m ipſos nec materia eſſe in-
fecta: ſi quidem qualitates ſint oĩa: quę vtiq;
ſine contradictione ab omnibus a deo factæ
eſſe pronuntiatur. Hi vero qui ſubiacenti cui
dam materiæ additas extrinſecus qualitates
volunt oſtendere: huiuſcemodi vtuntur exẽ-
plis: verbi gratia: Paulus ſine dubio: aut tacet
aut loquitur: aut vigilat: aut dormit: vel cer-
to quodam corporis habitu cõſiſtit: aut eñ ſe
det: aut ſtat: aut iacet. Hæc enim ſunt homi-
nibus accidentia: ſine quibus nunq̃ fere inue-
niuntur. Nec tamen ſenſus noſter manifeſte
de eo aliquid horum definit. Sed ita eum per
hæc intelligimus vel cõſideramus: vt nõ omi-
no rationem ſtatus eius comprehendamus:
vel in eo qui vigilat: vel in eo qui dormit: aut
in eo qui loquitur: vel tacet: & ſiqua alia ſunt
quæ accidere neceſſe eſt hominibus. Si ergo
quis Paulum ſine his omnibus eſſe conſide-
ret quæ poſſunt accidere: ita et id quod ſub-
iacet quis intelligere ſine qualitatibus pote-
rit. Cum ergo ſenſus noſter omni qualitate
ab intellectu ſuo remota ipſum ſubiacentiæ
ſolius (vt ita dixerim) punctum contuetur:
& ipſi inhęret: nequaq̃ reſpiciens ad molliciẽ:
vel duriciem: vel calidum: vel frigidum: vel
humidum: vel aridum ſubſtãtiæ: tunc ſimula
ta quodammodo cogitatione, his omnibus
qualitatib⁹ nudã videbitur intueri materiã.
D ℭSed fortaſſe requiret aliquis ſi poſſumus
etiã de ſcripturis occaſionem aliquam intelli
gentię huius accipere. Videt̃ mihi tale aliq̃d
ſignificari in pſalmis: cum dicitur a propheta
Imperfectum meum viderũt oculi tui. In quo
videtur mens prophetę rerum initia intuitu
perſpicaciori diſcutiens: & materiam ſenſu ſo
lo: ac ratione a quantitatibus diuidẽs imperfe
ctũ dei ſenſiſſe: q̃d vtiq; adiectis qualitatib⁹ ĩ
telligit̃ cõſummatũ. Sed & in libro ſuo Enoch
ita ait. Ambulaui vſq; ad imꝑfectũ. q̃d ipſum
puto poſſe ſimiliter intelligi: ꝙ. ſ. ambulaue-
rit mens prophetæ perſcrutans: & differens
ſingula vſquequo ad principiũ veniret illud
in quo imperfectã materiam abſq; qualitatib⁹
peruidet: ſcriptũ nãq; eſt in eodem libello: di-
cente Enoch: vniuerſas materias perſpexi.
Q̃d vtiq; ita ſentitur quaſi oẽs materię diuiſi
ones ꝓuidi: quæ ab vna in ſingulas quaſq; di-
ruptę ſunt ſpecies. i. hominum vel animaliũ:
vel cœli: vel ſolis: vel omniũ quæ in hoc mun-
do ſunt.

ℭPoſt hæc iam omnia quæ ſunt a deo facta E
eſſe: & nihil eſſe quod factũ nõ ſit: ꝑter naturã
patris: & filii: & ſpiritus ſancti: prout potui-
mus in ſuperioribus demõſtrauimus: & ꝙ vo
lens deus, qui natura eſt, habere quibus bene-
faceret: et qui adeptis beneficiis ſuis læta-
rentur: feciſſet dignas creaturas. i. qui eum di
gne capere poſſent: quos & genuiſſe filios di-
cit. Fecit autem omnia in numero & mẽſura.
Nihil enim deo vel ſine fine: vel ſine menſura
Virtute eñ ſua omnia comprehendit: & ipſe
nullius creaturę ſenſu comprehenſus eſt. Illa
enim natura ſoli ſibi cognita eſt. Solus eñ pa-
ter nouit filium: & ſolus filius nouit patrem:
& ſolus ſp̃us ſanct⁹ perſcrutatur etiã alta dei.
Omnis igitur creatura intra certũ apud eũ
nũerũ: mẽſuramq; diſtinguitur. i. vel rationa
biliũ numerus: vel menſura materiæ corpora
lis: vt quoniam neceſſe erat vti corporib⁹ in
tellectualẽ naturã: quę & cõmutabilis: & con-
uertibilis deprehenditur ea ipã cõditiõe qua
facta eſt (q̃d eñ nõ fuit: & eſſe cœpit: etiã hoc
ipſo naturæ mutabilis deſignatur) ideo nec
ſubſtantialem habet vel virtutem: vel maliti
am: ſed accidentem.

ℭQuoniam ergo (vt diximus) mutabilis &
cõuertibilis erat natura rationalis: ita vt pro
meritis etiam corporis vteret̃ indumento di
uerſo illius vel illius qualitatis: neceſſario fuit
vt ſicut diuerſitates ꝓnoſcebat deus futuras
vel animarũ vel virtutũ ſpiritualium: ita etiã
naturam corpoream faceret: quę permutatio
ne qualitatum in omnia quæ res poſceret cõ-
ditoris arbitrio mutaretur. Quam tãdiu ne-
ceſſe eſt permanere q̃diu ꝑmanent ea quæ in
digent eius indumento. Semper aũt erunt ra-
tionabiles naturæ: quæ indigent indumento
corporeo. Semp ergo erit natura corporea: cu
ius indumentis vti neceſſe eſt rõnabiles crea-
turas: niſi quis putet poſſe vel aſſertiõib⁹ oſtẽ
dere ꝙ poſſit natura ratiõabilis abſq; vllo cor
pore vitã degere. Sed q̃ difficile ſit: & q̃ pene
impoſſibile intellectui noſtro: in ſuperioribus
ſingula differentes oſtendimus.

ℭPuto ſane operi huic noſtro cõtrarium nõ
videri ſi etiam de immortalitate rationabiliũ F
naturarum q̃ poſſumus breuiter repetamus.
Omnis qui participat alicuius cum eo q eiuſ-
dem rei particeps eſt: ſine dubio vnius ſubſtã
tiæ eſt: vniuſq; naturæ. Vtputa omnes oculi
qui lucis participant vnius naturæ ſunt: Sed
licet omnis de luce participet oculus: tamen
quoniam alius acutius: alius obtuſius videt:
non omnis oculus æqualiter de luce par-

ticipat. Et rurſum. Omnis auditus vocē vel
ſonū recipit: & ideo omnis auditus vnius na
turę eſt. Verum pro qualitate puri & ſynceri
auditus vnuſqſqꝫ velocius audit: vel tardius
Transeamus ergo ab his ſenſibilibus exēplis
ad intellectualium contemplationem.

¶Omnis mens quæ de intellectuali luce par=
ticipat, cum omni mente quę ſimili modo de
intellectuali luce participat, eiuſdem ſine du
bio debet eſſe naturæ. Si ergo cœleſtes virtu=
tes intellectualis lucis. i. diuinæ naturæ p hoc
ꝙ de ipſa ſanctificatione participant / partici
pium ſumpſerūt: & ita ſunt vnius naturæ ad
inuicem vniuſqꝫ ſubſtantiæ: incorruptæ autē
ſunt & immortales cœleſtes virtutes: immor
talis ſine dubio & incorrupta erit etiam ani=
mæ humanæ ſubſtātia. Non autem ſicut ipſa
patris & filii & ſpiritus ſancti natura: cuiꝰ ſo
liusītellectualis lucis vniuerſa creatura par=
ticipiū trahit: quæ incorrupta eſt, & æterna.
A Vnde valde conueniens & neceſſariū eſt etiā
omnem ſubſtantiam quæ æternæ illius natu
ræ participium trahit, perdurare etiam ſem
per, & incorruptibilem eſſe & æternā: vt di=
uinæ bonitatis æternitas etiam in ea intelli=
gatur: dum & æterni ſunt: & hi qui eius bene
ficia conſequūtur. Sed ſicut percipiēdæ lucis
diuerſitas ſeruata eſt in exemplis: cum vel ob
tuſior vel acutior obtutus deſignatus eſt in=
tuentis: ita etiam de patris & filii & ſancti ſpi
ritus participatione ſeruanda eſt pro inten=
tione ſenſus, vel mētis capacitate diuerſitas.
Alioquin conſyderemus: ſi non etiam impiū
videtur vt mens quæ dei capax eſt, ſubſtātia
lem recipiat interitum: tanꝗ hoc ipſum ꝙ in
telligere deum poteſt: & ſentire: non ei ſuffi
cere poſſit ad perpetuitatē: maxime cum etiā
ſi per neglīgentiam decidat mens: ne pure &
integre in ſe recipiat deum ſemper: cum ha=
beat in ſe velut ſemina quędam reparandi: ac
renouādi melioris intellectus: cum ad imagi
nem etiam & ſimilitudinem dei qui creauit
eum, interior homo qui & rationalis dicitur
renouatur. propter qđ & propheta dicit. Re=
miniſcentur & conuertentur ad dominū om
nes fines terræ: & adorabūt in conſpectu eius
familiæ omnes gentiū. Siquis vero audet ſub
ſtātialem corruptionem dare ei qui ſecūdum
imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt (vt
ego puto) etiam in ipſum filium dei cauſam
impietatis extēdit. Imago nāqꝫ etiam ipſe ap=
pellatus eſt in ſcripturis. Aut certe accuſet, q
hæc ita vult, ſcripturæ auctoritatem quæ di
cit hominem ad imaginem dei factum. In quo
& manifeſte diuinę imaginis cognoſcūtur in=
dicia: non per effigiem corporis quæ corrum
pitur: ſed per animi prudentiam: per iuſtitiā:
per moderationem: per virtutem: per ſapien
tiam: per diſciplinam: per omnem deniqꝫ vir
tutum chorum: quæ cum deo inſint per ſub=
ſtantiā: in homine poſſunt eſſe per induſtriā:
& per imitationem dei: ſicut & dominus deſi
gnat in euangelio dicens. Eſtote ergo miſeri=
cordes ſicut & pater veſter miſericors eſt: &
eſtote perfecti ſicut & pater veſter pfectus eſt.
Vnde euidenter oſtenditur ꝙ in deo quidem
hæ omnes virtutes ſemper ſunt: nec vnꝗ acce
dere poſſunt: aut recedere: ab hominibus ve=
ro paulatim & ſingulæ quęqꝫ conquiruntur.
Vnde etiam conſanguinitatem quādam per
hæc habere videntur ad deum: & cum deus
omnia nouerit: & nihil eum rerum ītellectu=
alium ex ſe lateat (Solus enim deus pater / &
filius / & ſpiritus ſanctꝰ nō ſolum eorum quæ
creauit: verum etiam ſui ſcientiam tenet) po
teſt tamen & rationabilis mens proficiens a
paruis ad maiora, & a viſibilibus ad inuiſibi=
lia, peruenire ad intellectum perfectiorē. Eſt
enim in corpore poſita: & ex ipſis ſenſibilibus
quæ ſunt corporea, ad intellectualia proficit.
Verum ne cui videatur dictū inſenſibilia eſſe
quæ intellectualia ſunt: vtatur exemplo ſen=
tentiæ Salomonis dicentis: Senſum quoqꝫ di
uinū inuenies. In quo oſtendit non corporali
ſenſu: ſed alio quodā (quē diuinū nominat)
ea quæ intellectualia ſunt requirēda. Hoc aūt
ſenſu nobis intuēdum eſt etiam de his ſingu=
lis quæ ſupra diximus rationibus: & hoc ſen=
ſu audienda ſunt iſta quæ loquimur: & conſy
deranda quæ ſcribimus. Nam diuina natu=
ra etiam tacite quicquid inter nos voluamus
agnoſcit. De his autem quæ diximus: vel de
reliquis quæ conueniētia ſunt: ſecūdum hāc
formā quā ſupra expoſuimus, ſentiendū eſt.

Expliciunt libri quatuor Peri archon
Origenis Adamantii.

Planctus: ſeu lamentum Origenis trãſlatum a beato Hieronymo preſbytero de græco in latinum.

IN afflictiõe & dolore animi ĩcipio loqui ad eos q legũt me extra afferentẽ ordinẽ efferata mente ſedere ſuper tribunal Chriſti cũ ſãctis. Et quomodo loquar frẹnis ligatus: & labiis non audentibus moueri? Nec lingua reddit obſequiũ ſuũ: guttur vero cõcluſum: & oĩa organa maculata iniquitate. Sed agã: Incipiam me genibus proſternere: & deprecari vniuerſos ſanctos: vt mihi nõ audẽti petere deũ propter nimietatẽ peccati, ſuccurrãt. O ſancti dei vos lachrymis/& fletu/pleno dolore deprecor: vt procidatis miſericordiis eius pro me miſero. Heu mihi dolor cordis mei. Heu mihi afflictio animæ meæ. Heu mihi quia circundatus ſum vndiq;: & concluſus iniquitatibus meis: & non eſt in me ſanitas. Heu mihi mater q̃ peperiſti me quaſi virũ legiſperitũ in iniquitate proiectũ: virũ religioſum in impietate delapſum. Heu mater quę peperiſti me quaſi virũ iuſtum in iniuſtitia verſatum: virum filium regni dei: & nũc filium regni nequã: perfectũ virũ/ſacerdotẽ in iniq̃tate inuẽtũ: virũ decoratum honore: inhoneſtatem conſecutum: virum multis malis circũdatum: virum maculatis actibus ſuffocatũ. Heu mihi mater quæ quaſi peperiſti turrim altã: & elatã: & ſubito vſq; ad pauimentum proſtratam: ſicut arborem fructiferam: & ſubito marcidam: ſicut lãpadem luciferam: & ſubito extinctã: ſicut fontem abundantem aquis: & nunc ſubito exiccatum. Heu mihi qui omnibus bonis ornatus eram: & nunc ab omnibus deſertus apparui. Sed quis dabit capiti meo aquam: aut oculis meis fontem lachrymarum: vt plangam me ipſum in contritione mea? Heu mihi ſacerdotiũ quomodo te plangam? Heu mihi preſbyteriũ quomodo te lugebo? Miſeremini omnes amici: miſeremini mei: q̃a peſſime vulneratus ſum. Miſeremini omnes amici. male enim deſertus ſum factus. Miſeremini omnes amici. ægre enim diſſipatus ſum. Miſeremini amici: quia ſignum proieci: & malo commixtus ſum. Miſeremini amici: quia a deo proiectus ſum: propter actus meos maculatus ſum. Plãgite me: quẽ planxerunt angeli. Plangite me quem planxerunt ſancti. Plangite me: quem planxit oĩs homo. Plangite me vniuerſi: quia lapſus ſum a gloria mea. Sicut eñ vineã fructiferam plãtauit me dominus: & pro botrionibus florui ſpinas. Plangite vtiq; me: quia ex vineis attuli tribulos. Sed moueantur fontes lachrymarũ: & irrigẽtur maxillæ meæ: fluãt ſuper terram & humectent eam: quia humectatus in iniquitatibus: & natus ſum in peccatis meis. Cerno eñ ſacerdotium flens ſup me & cunctam lætitiam dolẽtem ſuper me: & ſuper thronum meum araneam telantem. Sic cerno & cõtemplor me mœrore repletum: & omnis creatura cõtriſtatur mihi: quoniã pro omnibus laudes aliquãdo cãtabam. Heu mihi quid paſſus ſum? quomõ cecidi? Heu mihi quomodo diſſipatus ſum? Nõ eſt dolor ſicut dolor meus: & nõ eſt afflictio ſupra afflictionem meam: non eſt amaritudo ſupra amaritudinem meã: nec gemitꝰ ſupra gemitũ meũ vtiq; nec peccatũ ſupra pctm̃ meum: & nõ eſt mihi ſanitas. Vbi eſt ille bonus animarũ paſtor? Vbi eſt ille qui ab Hieruſalẽ in Hierico deſcendẽtem: & a latronibus vulneratum curauit atq; ſanauit? Require me domine: q de ſuperiori Hieruſalem cecidi: qui baptiſmum violaui: ſignum corrupi: quia nomen tuũ iniuriis verberaui. Heu mihi doctor: nec diſcipuli locum teneo. Tu noſti domine quia inuitus cecidi: volens alios illuminare me ipſum obſcuraui. Nitens alios de morte ad vitã reducere me ipſum ad mortem perduxi: volens alios reprẹſentare deo: me ipſum a deo ſeparaui: volens pro pietate inueniri: contra pietatẽ inuẽtus ſum. Procedens eñ contra iniquorũ congregationes: & arguens: ibi diaboli peſſimũ errorem inueni. Neſciens certãtium varias inſidias, ad dei eos cognitionem prouocabam. Igitur poſt multas ſcrutationes promiſerunt mihi aſtutias infelici. Poſtq̃ vero profectus ſum ab eis: diabolus eadem nocte tranſformatus in angelum lucis afferebat mihi diluculo exurgens perge: & perſuade eos & adduc eos deo: ſi tibi verbum propoſituri ſunt. Qđ ſi aſſenſerint: ſine vlla intermiſſione facito: nihil dubitans propter multorũ ſalutem. Et rurſus diabolus antecedens acuit contra me miſerum conſilia maligna: vel hypocriſes: vel dolos ſpargit in eis. Ego vero infelix ante diluculum de ſtratu exiliens: nec orationem quidẽ conſuetam implere potui: ſed deſyderans omnis homines ſaluos fieri: & in cognitionẽ veritatis venire: me ipſum in diaboli laqueis ĩplicaui. Abii igitur ad iniquos: & petens ab eis promiſſiones heſternas: neſciẽs

& ad baptiſma peruenimus. O cor obcæcatũ quomõ nõ recordabaris? O ſtulta mens: quomodo nõ recogitaſti? O indiſtincta diſcretio quomodo nõ intelligebas? O ſenſus intelligẽtiæ vbi dormiebas? Sed ad ſomnũ te diabolus prouocauit: & infelicem animã mortificauit. Ligauit fortes meas: & abſtulit ſcientiã meã. Ligauit fortes meos: & vulnerauit me. Voce reſpondi: & maculatus ſum. Sine malo ſic allocutus: & maligne perpeſſus ſum. Conſilium circa me erexit diabolus: & iniquã vocem cõtra me dimiſit. Origenes (inquit) ſanctificauit. O diabole quid feciſti mihi? O diabole quomodo vulneraſti me? Flebam eñ aliquãdo ſuper Sanſonẽ: ſed peiora perpeſſus ſum. Flebã ſuper Salomonẽ: & deterius cecidi. Flebã ego ſuper oẽs qui peccauerũt: & in oĩbus eis apparui. Sãſoni coma capitis deeſt: meo vero de capite corona gloriæ cecidit. Sanſonis oculi carnales obcęcati ſũt: mei vero perforati & ſpirituales ſunt. Sed illum mulier ad inſidias ꝑduxit: mea aũt lingua ad ruinam peccati me traxit. Et quomodo eguit dum perdidit ſuã poſſeſſionẽ: ita & mea lingua iniqua locuta egere me fecit in ſpiritualibus: qui aliquãdo exultabam in diuinis diuitiis. Et ſicut ille ab Iſraeliticis ſeparatus eſt: & allophilis adhęrens perpeſſus eſt iſta: ita & ego iniquis volens ſalutẽ adquirere me ipſum captiuãtibus perdidi: & captus ſum a peccato. Hei mihi: eccl'ia viuit: & ego ſum viduꝰs. Hei mihi: viuis filiis ego ſum ſterilis. Hei mihi: omnis exultat creatura: & ego deſertus apparui. Hei mihi eccleſia in qua gloriabar. Hei mihi ſedes in qua exultabam. Hei mihi ſpũs qui aliquãdo in me deſcendebas: quare me dereliqſti? Deſertus ſum vtiq; ꝓpter putredinẽ meę iniqtatis. Plangite deſolatũ ab oĩbus bonis. Plangite me populi ſancti repulſum a deo. Plangite deſolatũ a ſpiritu ſancto. Plangite me expulſum a thalamo Chriſti. Plãgite me aliqñ dignũ regno: nũc autẽ indignũ. Plangite me odibilẽ ab angelis factum & ſeparatũ a ſanctis. Plangite me quia æternis pœnis condẽnatus ſum. Plangite me quia in terra ſum: & a cõſciẽtia iam torqueor. Timeo mortẽ: qa maligna eſt. Vereor diem iudicii: qa in pœna ęterna damnatꝰ ſum. Timeo pœnam: qa ęterna eſt. Timeo angelos qui ſupra pœnã ſunt: qa miſericordia in eis non eſt. Vereor nimis oĩa tormẽta: & quid faciã vndiq; circũfuſus: ignoro. Siquis põt orationibus aut lachrymis adiuuet me. Etenim ego multis in pc̃tis cadentibus lachrymis collaborare debeo. Quis ſcit ſi miſerebiť mihi deus: & reſpiciet ruinam meã: & miſerebiť mei: & reſpiciet deſolationẽ: & miſericordiã pręſtabit mihi? reſpiciet humilitatẽ meam: & viſcera ſua ſuper me mouebit? Sed cadã ante limina portarum: vt deprecer oẽm populum puſillũ et magnũ: dicamq; eis. Conculcate me ſal ſtultũ ſal inſipidũ: cõculcate me qa indignus ſum a deo: cõculcate me qa ſuaſus ſum. Nũc lugeãt ſeniores cõfracto baculo. Nũc lugeãt iuuenes quia pędagogus cecidit. Nũc lugeãt virgines laudatore corrupto. Nũc lugeant ſacerdotes quia ruit eorum aſſertor. Nunc lugeat omnis clerus: qa ſacerdos illorũ lapſus eſt. Hei mihi quia male cecidi. Hei mihi qa peſſime lapſus ſum: & non poſſum reſurgere. Porrige mihi manum ſancte ſpũs ad pœnitẽtiam: aperiãtur mihi fontes lachrymarũ: ſi quidem merear digne iuſteq; pœnitere: & delere quæ cõtra me eſt accuſationẽ. Sed nõ attẽdas dñe labiis maculatis: & linguę inique locutæ: ſed pœnitentiæ & afflictioni & lachrymis amaris: & dolori cordis & animæ: & miſerere mihi: ac reſuſcita me de luto putredinis: qa eius putredo ſuffocauit me. Hei mihi qa margarita ĩ aurea corona ornatus: nunc in luto ꝓiectus ſum. Hei mihi quia diuinũ ſal in ſtercore iacet. Sed quãta flumina lachrymarum delebunt corda humilitatis meę. Iam incipiã loqui ad deũ. Quare eleuans alliſiſti me? Sicut eñ exaltaſti me a ſapiẽtię tuę verbo doctrinę: ſic ꝓfundo qđ feci æſtimo me hærere. Non eñ inique egiſſem: niſi abſtuliſſes a me manũ tuã. Sed tu dñe bonus oĩa benigne vis agi: ego vero inſipiẽs inſipienter cecidi. Sed quare dñe per ſanctũ Dauid concluſiſti os meũ? Nunquid ego primus peccaui? aut ego primus cecidi? quia ſic repuliſti me deſolatũ & deſertum: & expoliaſti me ſanctis tuis & cõfuſus es me narrare iuſtitias tuas? Quis eñ natus nõ peccauit: aut quis ſuper terrã cõuerſatus nõ inique egit: quoniam ſic me repuliſti? Prior ipſe Dauid qui cõcluſit os meũ, nimiũ peccauit in conſpectu tuo: poſt q̃ vero pœnituit: r̃ceptibilis factꝰ eſt tibi. Nec non & ſanctus Petrus colũna veritatis dũ cecidiſſet: eandem paſſionẽ amariſſimis lachrymis diluit: interficiẽs peccatũ: & ſerpẽtis venenum depurgauit: & nõ remãſit in eo. Sed illi quidẽ ſcđm diſpenſationẽ meruerũt: hęc vero vt cõpleanť prædictũ eſt. Vęh aũt mihi qa peſſime rui. Vęh mihi qa ĩ his male ĩcidi. Sed nũc deprecor te dñe: qa peiora perpeſſus ſum Reuoca me dñe quia in ruina ſum peſſima. Da mihi bonum doctorẽ ſpiritũ ſanctũ: vt nõ factus ericius habitatio dęmonica efficiar: ſed conculcem qui me cõculcauit diabolũ: & ſuperatis eius artibus reſtituar rurſum ad ſalu-

tem antiquam. Ne memor ſis malorū depre catoris: q aliquando tibi ſacerdotiū miniſtraui. Ne memineris malorū qui iniqua reſpondi. Nunc vos vniuerſi qui videtis vulnus meum: timete & euigilate ne obdormiatis: & in talibus incidatis: ſed venite in id ipſum qui eūdem modum habetis pietatis: & congregemur: & conſcindamus corda noſtra: & prouocemus flumina lachrymarum. Siquidem his fluentibus ſuper terrā remiſſio peccatoꝝ erit & pœna effugatur: & tormenta. Doleo in anima mea O amici mei: quia de ſummo cecidi. Cecidi & cōfract⁹ ſum: & nō eſt in me ſanitas Doleant ſuper me angeli: qa peſſime rui. Doleant ſuper me coronæ ſanctorū: quia ſeparatus ſum a bona cōgregatione eorū. Sanctus Aarō doleat ſuper me ſacerdotiū ſuum. Doleat ſancta eccleſia: quia male corrui. Doleat ſuper me omnis homo: quia peſſime vulneratus ſum. Video eñ ſuper me nubem obumbrantem: & ſolem abſcondentē radios ſuos. Sed nunc cognouiſtis omnes: maceriā poſuit ori meo ſanctus Dauid. Coactus ſum a ſanctis epiſcopis in doctrinæ verba prorūpere: & accepto codice pſalmorū orans aperui: & aſcendit mihi eloquiū illud quod confundor dicere: eloqui cōpellor: Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iuſtitias meas: & aſſumis teſtamētū meum per os tuum? Sed plangite me: & vulnerate amaro fletu. Plangite me mortuum: Plangite me qui Iudęis aſſimilatus ſum. Quæ enim illis per prophetam dicebantur: recte iam mihi ſimiliter ſonuerunt. Quid igitur faciam multis circūdat⁹ malis? Hei mihi mors quare tardas? ſcilicet vt maligneris mihi. O diabole quid feciſti mihi? Quomodo vulneraſti me? Putas ne profuit tibi ruina mea? An putas ꝙ tu requieſcas: dū ego punior tormētis? Quis annuntiabit mihi ſi deletum eſt peccatum meum? ſi fugi pœnas quas timui? Quis annuntiabit mihi ſi cum ſanctis iterum adhętebo? Vos o ſancti: quoniam non mereor horū nuntii vocē audire: ſed auſus peſſima peiores minas euangeliorum percepi. Hei mihi ſinus Abrahę quo carui. Hei mihi quia communicaui condemnationi diuitis in loco peſſimo & ſiti ī loco amaro: et pleno doloris. Hei mihi pater Abraham deprecare pro me: ne de finibus tuis aliener: quos valde cupiui: nec condigne quidem: propter ingens peccatum meum. Sed domine procido tibi: miſerere mihi nimium vlulanti: qui multum pœnitui: qui multas lachrymas ſuper terram effudi: ſuper quem luxit omnis creatura: vt qd deſtruxiſti maceriā meam: & exterminauit me aper de ſylua & ſingularis ferus depaſcitur me? Libera me a leonē rugiente. Deprecatur te plębs vniuerſa ſanctorum propter inutiliem. Obſecrat te domine omnis angelorum chorus propter me qui peſſima conſummaui: vt miſerearis ſup ouem quæ errauit: & lupi rapina facta eſt mihi. Domine protege me de ore ipſius: ne facias me fieri ſacrificium peccati: ſed ſupmitte ſpiritum tuum ſanctū: vt igneo reſpectu repellat a me diabolum ſpinoſum: & reducat ad tuam ſapientiam: & deleatur quæ contra me eſt cautio peccati: vt demoretur ad veſperū plāctus meus: & veſperā in matutniū recipiam. Cōſcindatur ſaccus meus: & veniat mihi lætitia: & meæ exultationes: & recipiar rurſus in gaudium dei mei, et merear regnū eius orationibus & deprecationibus ſanctorum: & petitione condolentis mihi eccleſiæ: quia tibi eſt gloria cum patre & ſpiritu ſancto in ſęcula ſæculorum. Amen.

Explicitū Lamentum Origenis.

Incipit Liber Apologeticus ſancti Pã
phili Martyris pro Origene.

Prologus Rufini.

COgnoſcendę veri-
tatis amore permo
A tus o vir deſiderio
rum Machari:iniũ
gis mihi rẽ quę ti-
bi agnitę veritatis
gratiã offerat:mi-
hi tamen nõ dubi-
to quin offenſam
maximã cõparet
eoꝝ qui ſe lęſos pu
tant abeo qui de Origene non aliquid male
ſenſerit. Et q̃uis non meam de eo ſententiam:
ſed ſancti martyris Pamphili ſciſcitatus:& li-
brum eiꝰ quẽ pro Origene in græco ſcripſiſſe
traditur:trãſferri tibi popoſceris in latinũ: ta
men nõ dubito futuros qui & in eo lęſos ſe pu
tent:ſi nos aliqd pro eo vel alieno ſermone di
camus. Quos tñ & ipſos deprecamur: nihil p̃
ſumpto:vel præiudicato aĩo agere:ſed quoni
am ad iudiciũ dei venturi ſumus:nõ refugiãt
ſcire qđ verum eſt: ne forte ignorãtes delin-
quant: conſiderãtes quia falſis criminatiõibꝰ
percutere fratrũ infirmorũ cõſciẽtias:in Chri
ſto peccare eſt. Et ideo nõ accõmodẽt crimina
toribus aurem ſuã:nec ab alio diſcãt alterius
fidem:maxime cũ coram experiri ſit copia:&
oris ſui cõfeſſio quid: vel qualiter credit vnuſ
quiſqꝫ oſtendat. Sic eñ̄ ſcriptũ eſt: quia corde
creditur ad iuſtitiã:oris aũt cõfeſſio fit ad ſa-
lutem. Et ex verbis ſuis vnuſqſqꝫ iuſtificabiť:
& ex verbis ſuis cõdemnabiť. Qualiter ergo
ſentiat Origenes de ſingulis:tenor libelli hu-
ius edoceat. De his aũt quæ apud eum contra
ria ſibi inueniunť:quid cauſę ſit in vltimo bre
B ui addita aſſertione docuimus. Nos aũt ſicut
traditũ eſt nobis a ſanctis patribus: retinemꝰ
ꝙ ſancta trinitas coęterna ſit:& vnius naturę
vniuſqꝫ virtutis:atqꝫ ſubſtãtię. Et ꝙ filius dei
in nouiſſimo tempore homo factus eſt:et pro
peccatis nr̃is paſſus eſt: & in ea ipſa carne in
qua paſſus eſt reſurrexit a mortuis:ꝓpter qđ
et reſurrectiõis ſpem humano generi tribuit
Carnis vero reſurrectionẽ nõ per aliquas prę
ſtigias ſicut nõnulli calũniantur dicimus:ſed
hanc ipſam carnẽ in qua nunc viuimus reſur
recturã credimus:nõ aliã pro alia:nec corpus
aliud q̃ huius carnis dicimus. Siue ergo cor-
pus reſurrecturũ dicimus:ſecundũ apoſtolũ
dicimus:hoc eñ̄ noĩe vſus eſt ille:ſiue carnem
dicimus:ſecundũ traditionẽ ſymboli confite-
mur. Stulta eñ̄ adinuẽtio calũnię eſt:corpus
humanũ aliud putare eſſe q̃ carnẽ. Siue ergo
caro ſecundũ cõmunem fidem:ſiue corpus ſe
cũdũ apoſtolũ diciť qđ reſurget:ita credẽdũ
eſt ſicut apl'us diffiniuit:quia qđ reſurget in
virtute:reſurgat & in gloria:& incorruptibi
le reſurgat:& ſpirituale corpus: qa corruptio
incorruptionẽ nõ cõpoſſedit. Saluis ergo his
prętogatiuis:futuri corpis vel carnis reſurre
ctio carnis credenda eſt integra atqꝫ perfecte:
vt et natura carnis eadẽ ſerueť:& incorrupta
ac ſpiritualis vt corporis ſtatus & gl'ia non in
fringatur. Sic eñ̄ ſcriptũ eſt: hęc in Hieroſoly
mis in eccleſia dei a ſancto ſacerdote eius Ioã-
ne prędicanť:hoc nos cũ ipſo & dicimus:et te
nemus. Siquis pręter hęc vel credit: vel docet
vel a nobis aliter credi q̃ expoſuimus putat:a
nathema ſit. Noſtræ ergo fidei documentũ ſi
qs habere vult habeat ex his. Siquidẽ aut legi
mus aut huiꝰ fidei noſtrę faciꝰ rationẽ ſecũ
dum apoſtolũ probãtes oĩa:quod bonũ eſt te-
nentes:ab omni ſpecie mala nos abſtinẽtes: et
ſiqui hãc regulã ſequunť pax ſuper illos:& ſu
per Iſrael dei. Amen.

Explicitus prologus Rufini.
Incipit ſecundũ editionem Pamphili
martyris apologeticus pro Origene
liber in latinum tranſlatus.

NIhil mirũ fratres
videmini eſſe per C
peſſi:ꝙ ita vos Ori
genis ſubterfugit
intellectus:vt vos
quoqꝫ ęſtimetis de
illo qđ & alii nõnul
li:qui ſiue per ĩpe-
ritiã:ſiue quia nõ
valent ſenſus eiꝰ
altitudinẽ cõtue
ri:ſiue prauitate mentis qua ſtudiũ gerũt nõ
ſolum dicta eius incuſare:verum etiã aduer-
ſus eos qui hęc legunt hoſtiles inimicitias ſu-
mere:tã pertinaciter id agẽtes: vt nulla pror-
ſus venia eos dignos haberi putent:ne ea qui
dem quã impertiri ſolẽt(verbi gratia)his qui
gręcorũ ſęculariũ libros:vel nonnunq̃ etiã hę
reticorũ percontandi atqꝫ cognoſcẽdi ſtudio
decurrũt:ſibi ſolis ſcilicet cõcedi debere peri
tiam probãdi ſermonis putãt:vt ſi quid ab ali
quo dictum eſt retinere ſciant:ab omni ſpe-
cie mala abſtinere ſe nouerũt. Ab his vero qui

Origenis libros legunt: iſtud penitus exclu-
ſum putant eſſe mandatũ: quo ꝓbabiles iubẽ-
tur effici trapezitę ſciẽtes qđ bonũ eſt retine-
re: ab omni aũt ſpecie mala abſtinere: ſed tan-
tũmodo ſi legere libros illius viſus fuerit: ſta-
tim ab his hæreticorũ perfundat̃ infamia. De
niq; cũ multis huius vitę & religioſis ꝓpoſito
viris in q̃bus nihil prorſus culpę inueniũt: ini
micitias ꝓpter hoc ſolũ habent ſi eorũ ſtudia
circa memorati viri libros ꝓpenſius eẽ pſpexe
rint: inuidioſius etiã iſta fingentes ꝙ ab his in
loco ſanctorũ apoſtolorũ vel ꝓphetarũ tã ipſe
q̃ dicta eius habeãtur. Sed de hoc certũ nõ ha
beo vtrum calumniãdi voto tantũmodo iſta
iactẽt: an & vere ab aliq̃bus ſimplicioribꝰ & ꝓ
penſiore affectu diluẽtibus virũ: aliq̃n fortaſ-
ſis tale aliqđ audierũt. Nos tñ perſpectis fre-
quẽter his quæ ab eo cum magno timore dei:
& cũ omni humilitate dicunt̃: cũ veniãt peti
pro his quę p nimiã diſcuſſionẽ: & per multã
ſcrutationẽ ſcripturarũ aĩo diſputãtis occur
rũt: quę tñ exponit frequẽter addere ſolet: & ꝓ
fiteri ſe nõ hæc quaſi definitiua ꝓnũtiare ſen
tẽtia: nec ſtatuto dogmate terminare: ſed inq
rere ꝑ viribus: & ſenſum diſcutere ſcriptura-
rũ: nec tñ ꝓfiteri ꝙ integre pfecteq; cõprehen
derit: ſuſpicari magna ſe de q̃plurimis dicẽs:
nec tñ certũ eſſe q̃a in oĩbus qđ perfectũ eſt &
integrũ aſſecutus ſit. Sed nõnunq̃ inuenimus
eum de multis hæreſibus ꝓfitentẽ: in q̃bus ea
quę in q̃ſtionẽ veniũt mouet: nec tñ eoꝝ abſo
lutiones adiungit: ſed cũ omni humilitate: et
veritate nõ erubeſcit fateri ſibi nõ liquere. Au
diuimus etiã illud ab eo frequenter intexi: qđ
hodie ne iſti quidẽ imperitiſſimi oĩm obtrecta
tores dicere dedignant̃: vt ſiq̃s melius de his
locis quę ille diſſeruit: dixerit vel expoſuerit:
illi potius qui rectius dixerit q̃ ſibi eſſe auſcul
tandũ. Pręterea cõprehendimus eũ nõnũq̃ di
uerſas expoſitiones eiſdem capitulis facere: et
cũ omni reuerẽtia quaſi qui ſciat ſe de ſanctis
ſcripturis dicere: cũ multa quę ſibi occurrerũt
expoſuerit: pręcipit his q legunt ꝓbare de ſin-
gulis q̃ dixerit: & qđ rectius prudẽs lector iu-
dicauerit obtinere: pfecto quia nec ipſum late
bat ꝙ nõ oĩa quę mouerat: vel diſcuſſerat: ꝓba
bilia: vel fixa haberi deberent: pro eo ꝙ multa
myſtica in ſcripturis ſctĩs: & in ſecreto recõdi
ta eſſe credant̃. Illud deniq; eius ſi intẽtius ad
uertamus q̃ integre & catholice de oĩbus tra
ctatibus ſuis in pręfatione ipſorũ libroꝝ quos
in Geneſim ſcribit proteſtatꝰ eſt: oẽm eius ſen
D ſum ex hoc facile cognoſcemus.

ORIGENES.

Niſi omni modo pigri eſſemus: ac deſides
ne ad inquirendũ quidẽ accedere dño & ſalua
tore nr̃o ad hoc nos ꝓuocãte: pfecto reuocaſſe
mus pedẽ: conſiderãtes ꝙ longe ſumus ab ea
magnitudine ſpiritualis intelligentię: quę de
tam magnis rebus inueſtigare debeat intel-
lectus.

PAMPHILVS.

Et paulo poſt ait. ORIGE. Sicui vero in diſ
ceptatiõe ꝓfundũ aliqđ occurrerit: de hoc di
cendum quidẽ eſt: ſed nõ cũ omni affirmatio-
ne. Hoc eñ aut temerarii hoĩs eſt: aut eius q
ſenſum humanę infirmitatis perdiderit: obli-
tuſq; ſui ſit: auctoritate pfectorũ virorũ: & eo
rũ qui cõfidẽter ſe ſciãt ab ipſo dño Ieſu didi
ciſſe & a verbo veritatis: & ab ipſa ſcilicet ſa-
pientia p quã oĩa facta ſunt: agnouiſſe: vel eo
rum qui diuina reſpõſa ingreſſi turbinẽ & ca
liginẽ vbi ipſe deus: cœlitus acceperũt: in qđ
vix ille Moyſes ingreſſus vel intelligere talia
potuit vel pferre. Nos vero pro eo ſolo ꝙ me
diocriter licet: credimus in dño Ieſu Chriſto:
& eius gloriamur eſſe diſcipuli: nec tñ aude-
mus dicere ꝙ facie ad faciẽ ab ipſo traditam
ſuſcepimus intelligentiã eorũ quæ in diuinis
libris referunt̃: quę quidẽ certus ſum ꝙ ne ipſe
quidẽ mundus pro virtute ac maieſtate ſen-
ſuum capere poteſt. Propter qđ ꝓnuntiare q-
dem de his quæ dicimus: ſicut apl̃i potuerũt:
nõ audemus: in eo aũt gr̃as agimus ꝙ cũ mul-
ti imperitiã ſuã neſciãt: & motus ſuos incõpo
ſitos & inordinatos: interdũ etiã ineptos: ac
fabuloſos: cũ omni intentione ſicut ſibi videt̃
quaſi veriſſima aſſertione annuntient: nos de
rebus magnis & his quæ ſupra nos ſunt: igno
rantiã noſtrã non ignoramus.

PAMPHILVS.

Cum ergo hęc eũ de ſe dicere audiamꝰ: & E
huiuſcemodi mente ac voto quæ dixit aſſere
re: miramur in tantum temeritatis aliquos eſ
ſe prouectos: vt qui ſe ita humiliat: et iudicat:
aſtruant ꝙ ab aliis dicta eius vel libri ꝑ ſermo
nibus aplicis vel dictis ꝓpheticis habeant̃: aut
ꝙ ille ipſe vel ꝓphetis vel apl̃is ab aliquo com
pararet̃. Et qdẽ ꝙ & honore pſbyterii in eccl̃ia
præditus fuerit: & vitã abſtinẽtiſſimã egerit:
& valde philoſophalem: ꝙq; puræ religionis
obſeruauerit diſciplinã: & præ cæteris verbo
dei & doctrinę operã dedit: dubiũ nõ eſt & ex
his q̃ ad nos laboris & ſtudii eiꝰ certiſſima de
ſignant̃ indicia: pcipue vero per hos tractatꝰ:
quos pene quotidie in eccleſia habebat ex tpe:
quos & deſcribẽtes notarii ad monumẽtũ po-
ſteritatis tradebãt. Conſequens igitur erat: ex
his oĩbus laborũ & ſtudiorũ ſuoꝝ teſtimoniis
amplecti talẽ virũ: & neq; defenſionis ſtudio

plus dare ei meriti q̄ menſura depoſcit. Neq̧
rurſus obtrectãdi vitio facile cõdemnare: &
alienũ ab eccl'iaſtica doctrina temere ꝓnũtia
re:cũ vtrũq̧ iſtud pcipitiũ ꝓuidẽs ante diui-
nus ſermo ꝓhibuerit dicens.Nõ ſit in te men
ſura maior:neq̧ menſura minor.Abominabi
le eſt em̃ in cõſpectu dñi vtrũq̧.Vnicuiq̧ em̃
prout dignũ eſt tribuere,iuſtitię ꝓpriũ ẽ.Pro
pter qđ & menſura integra & põdus æquale
acceptabile eſt apud deũ:nõ hoc qđ mentitur
veritatẽ:per qđ vel plus donat̃ reb⁹ q̄ merita
depoſcunt:vel ſubtrahit̃ qđ meritis debetur.
Quãto recti⁹ agerẽt abtrectatores iſti ſi abſq̧
vlla animi pũctione cũ oĩ religione veritatis
quã oĩbus ꝓximis nr̃is cũ charitate iubemur
expẽdere intelligerẽt & ipſum vnũ de proxi
mis eſſe qb⁹ charitatẽ ex mãdato debem⁹: &
aſſumptos libros eius legerẽt cũ ea venia quã
ipſe in pfationibus ſuis depoſcit: ſicubi venia
A dignũ aliqd inuenirẽt. Nũc vero ecõtrario
videas eos maledictis qdẽ:probriſq̧ nõ parce
re:eos vero qui ſcripturarũ itelligẽdarũ ſecũ
dum mãdatũ dñi & ſaluatoris nr̃i ſtudiũ ge-
rũt a lectione librorũ ei⁹ detrahere: quęlibet
alia etiã inepta: etiã nihil ꝓfutura ante illius
cõmẽtarios legi debere affirmãtes.In qbus ſę
pe etiã ridiculi aliqd pati ſolẽt. Nam vt eorũ
contẽtioſa pſumptio:vel vt verius dicã piu-
dicatrix veſania facili⁹ declararẽt:accidere ſo
let:vt vel caſu: vel interdũ ſtudio noĩe in co-
dice non ptitulato legat̃ aliqd ipſius in auri-
bus obtrectatorꝝ quaſi alteri⁹ tractatoris.Qđ
tãdiu placet & laudat̃: atq̧ omni admiratio-
ne habet̃:q̄diu non fuerit nomẽ indicatũ. At
vbi Origenis cognita fuerint eſſe:quæ place-
bant ſtatim diſplicẽt:ſtatim hæretica eſſe di-
cuntur:& ea quæ pauloante ad cœlũ vſq̧ fere
bant̃:in iiſdẽ vocibus eadẽ lingua vſq̧ ad infe
ros demergunt̃.Pręterea etiã illud ẽ inuenire
q nõnũq̄ tales ſunt accuſatores eius qui non
grecã nouerint linguã.Alii oĩ modo imperiti
nõnulli etiã ſi aliqd vident̃ habere peritię: nõ
tamen etiã id ſtudii habuiſſe inueniũtur:vt li
bris eius operam dederint: aut ſi acciderit vt
etiã legerẽt:nõ cõtinuo etiã tãtæ eruditionis
fuerũt:vt altitudinẽ ſenſus eius aſſequi quiue
rint:quo ea quæ ille diuerſo pſpectu pro locis
& cauſis differere ſolet: aduertere valuerint.
Multos inuenias quos ſi interroges: in quib⁹
libris:aut in qbus locis dicta ſunt hæc de qb⁹
arguũt:cõfiteãtur ſe neſcire ea quidẽ de qb⁹
affirmãt:nec legiſſe vnq̄:audiſſe aũt alios di-
cẽtes.Ex quo cuiuis plena ridiculi ſentẽtia eo
rũ videbit̃:cũ de his iudicãt: atq̧ ea cõdẽnãt
quę diſcere quidẽ prius: ac noſſe potuerũt.In
alios vero noui furoris morb⁹ & inauditæ cla
dis inceſſit inſania:cũ tã multa ei⁹ volumina
referta toti⁹ vtilitatis & iſtructiõis habeant̃:
& ſatis rara: & ppauca forte loca ſunt: in qb⁹
vel impitiores qq̧:vel (qđ verius) maliuoli
poſſe ſibi videant̃ offendi:oĩa qdẽ illa q̄ & ca-
tholica:& ad ædificationẽ animę: atq̧ ad ſciẽ
tię iſtructionẽ etiã ipſi apta fatent̃ omittũt:&
negligũt:nec aliqd idevnde poſſunt & debẽt,
proficere volũt.Ea vero ſola q̄ ad calũniã ꝓfi
ciũt ſummo ſtudio ediſcũt: vt q boni nihil vn
q̄ forte didicerũt:hęc q̄ ipſi nõ eẽ bona dicũt:
apprime memorię retinẽda cõmẽdãt: quo vi
delicet prõptius ea ꝓferẽtes exterius valeant
cõtinuare calumnias. Aliud quoq̧ eſt genus
hominũ fœdũ ſane & turpe quãtũ ad ea q̄ pti
nẽt ad ꝓbitatẽ morum: ſed ad calumniandũ
vehemẽtius: & tetrius ad incuſandum: quos
greci μάϛιγας appellarunt:qui ſummũ qui-
dem ſtudiũ:ſed & ſatis intentã operam libris
eius dederunt: ita vt & magiſtro eo in oĩbus
vterent̃:& ſe ei tanq̄ ſpeciales diſcipulos mã-
ciparent.Sed vbi ad id loci vẽtum eſt vt iã ſe
magiſtros malint q̄ diſcipulos noĩari: vbi au
ditoris plauſus ſectari cœptus eſt: ibi ſi for-
te aliqs audientiũ quæ laudant̃ Origenis eſſe
obmurmurauerit:ne vel laude cedant magr̃o
vel culpę iudicio: alienũ eẽ Origenẽ cõtinuo
proteſtant̃:nihil ſibi cũ illius doctrina cõmu-
ne eſſe cõfirmãt. Anathema quoq̧ dicere eũ
nõ dubitant improbe:& inferre maledicta nõ
parcũt.Ne illũ quidẽ aplicũ ſermonẽ verẽtes
quo deſignat: qa maledici regnũ dei nõ poſſi
debũt.In tantũ aũt horũ de qbus diximus ꝓ-
greſſa malitia eſt:vt quidã etiã cõſcribere ad
uerſus eũ auſi ſint:& libellis editis derogare
ei viro q p tot ãnos magiſter eccl'ię fuit: q̄ ec
cleſia ſenuit:q aduerſus eas hęreſes q̄ illo tpe
eccleſiã impugnabãt ita cõſtãter: ita fortiter
dimicauit:vt oĩa eoꝝ diabolicæ machinatio-
nis fũdamẽta ſubuerterit: nõ ſtudiorũ laborẽ
nõ cõtinẽtię:nõ inſtitutionis: nõ humilitatis
quæ ſuper cæteras virtutes eius maximã gra
tiam continet:nõ illud certe cõſyderantes q
preſbyteri dignitate in eccleſia honorat⁹ eſt.
Quæ ſi omnia ad reuocandã linguã:cõprimẽ
dũq̧ ſermonẽ ſufficere nõ poſſunt: illud ſaltẽ
cõtẽplari debuerãt:quãtã irridendi materiã:
quãtãq̧ hæreticis occaſionẽ præbeant:cũ eos
quos aſſertores Chriſtiani dogmatis & defen
ſores putabant:confutari nunc videant:& re
pelli a propriis: & velut ciuili bello gaudeant
impugnatũ: quem ipſi hoſtiliter impugnare
nõ poterãt. Q m̃ ergo q̄plurimi ex ſimplicio-
ribus qbuſq̧ fratrib⁹ a ſupradictis lædunt̃:nõ

ſolũ vt de ipſo male ſentiãt:ſed etiã de his qui ſtudio ſciẽtię & ĩtelligẽdarũ ſcripturarũ, ĩ cę teros libros etiã ipſius ſcripta cõſpiciũt ita vt nos quoq; ipſi in dubiũ venerim⁹: ne forte vł multitudini:vel auctoritati calũniatorꝝ fides debeat adhiberi de his q̃ paſſim & ſine reſpe ctu diffamant:viſum nobis ẽ:primo qdẽ cura re ſuſp tionẽ noſtrã:ſimul etiã p occaſionẽ nři oĩm q ei obtrectãt confutare calũnias.Q đ ita nobis ꝓſequi recti⁹ viſum ẽ:vt nõ nřis verbis & aſſertionib⁹ defenſionẽ paremus:ſed ex ſuis propriis vocibus qbus ipſe aliena hęc eẽ q̃ iſti obiiciũt ꝓprio ſermone teſtat: & omne qcqd præter fidẽ catholicã p̃dicat: qa ſi nřis verbis hęc aſſerere velim⁹ ſuſpitioſum videri forte poſſit: eo ꝙ nos amore ſiqd ipẽ praui ſenſerit celauerim⁹. Vbi aũt eius ipſi⁹ q accuſat voci bus: & ad oẽs obiectiones accuſatorũ ſuis ver bis cũ nřa aſſertione defendim⁹: q̃ vltra relin quit põt criminatoribus occaſio: ſaltẽ his q nõ veri ſtudio: ſed velut libidine quadã culpãdi ſemp agitant? Et qm̃ de eo nũc ſermo eſt: qui vtiq; apud hoĩes defunctus eſt:qd apud hoĩes iudices p defuncto fortius & firmius valere debet:q̃ & literæ,& ſcripta defuncti? Incipiẽ tes igitur indiciis ſcriptoꝝ ſuoꝝ oſtẽdere:qd de ſingulis ſenſerit: ex his p̃cipue libris teſti monia cõgregabimus quos accuſatores eius q̃ maxime criminant:ideq; p ſpatiũ & quietẽ in ſecreto cõſcripſit. Hos em̃ aſſerũt maxime a p̃dicatione eccleſiaſtica diſcrepare: ex his p̃ cipue libris,quos peri archon attitulauit:in quibus q̃plurima a calũniatoribus incuſant. In his ergo ipſis qb⁹ ĩter pricipia quaſi expoſi tione fidei vſus ſit,ꝓferemus:tũ inde & ex his quæ ſparſim vel p ipſos libros vel cæteros ſen ſit, aſſignabim⁹ eũ prædicationẽ auctoritate apoſtolica cuſtodiſſe.Eſt ergo lectio ex primo peri archon quam promiſimus hæc.

ORIGENES.

E Icut em̃ multis apud græ cos & barbaros pollicẽtib⁹ veritatẽ deſueuimus apud oẽs eã q̃rere:q eã falſis opi nionib⁹ aſſerebãt: poſteaq̃ credim⁹ filiũ eẽ dei Chri ſtũ:& ab ipo eẽ nobis hãc diſcẽdã eẽ pſuaſim⁹ ita tñ multi ſunt q ſe putant ſentire q̃ Chriſti ſũt: vt nõnulli eoꝝ diuerſa a priorib⁹ ſentiãt ſeruet vero eccľiaſtica p̃dicatio p ſucceſſionis ordinẽ ab apł'is tradita:& vſq; ad pſens in ec cleſiis pmanens:illa ſola credẽda eſt veritas:q̃ in nullo ab eccľiaſtica traditione diſcordat. Il lud tñ ſcire oportet qm̃ ſãcti apł'i fidẽ Chriſti prędicãtes: de qbuſdã quidẽ quęcũq; neceſſa ria crediderũt oĩbus credẽtibus:etiã his q pi griores erga ĩqſitionẽ diuinę ſciẽtię videbant manifeſtiſſime tradiderũt : rõnẽ ſolius aſſer tionis eoꝝ reliquẽtes ab his ĩgrẽdã q ſpũs do na excellẽtia,& p̃cipue ſermonis ſapientiæ & ſciẽtiæ p ipm̃ ſpm̃ ſctm̃ pcipere merebant.De aliis vero dixerũt qdẽ qa ſint:quõ aũt aut vn de ſint ſiluerũt: pfecto vt ſtudioſiores qq; ex poſteris ſuis amatores ſapiẽtię & ſciẽtię exer citiũ habere poſſent:in quo ingenii ſui fructũ oſtẽdere valerẽt:hi videlicet q dignos ſe & ca paces ſapiẽtię pparẽt.Species vero eoꝝ q̃ p p̃ dicationẽ apoſtolicã tradunt manifeſte, iſtæ ſunt. Primo ꝙ vn⁹ eſt deus q oĩa creauit,atq; cõpoſuit: q ex nihilo eẽ fecit vniuerſa: deus a C prima creatura: & cõditione mũdi oĩm iuſto rũ:deus Adam/Abel/Seth/Enos/Enoch/Noe/ Sem/Abrahã/Iſaac/Iacob:duodecim patriar charũ:Moyſi & pphetarũ:& ꝙ hic deus in no uiſſimis dieb⁹ ſicut p pphetas ſuos ante pmi ſerat: miſit deũ Ieſum Chriſtũ: primo qdẽ vo caturũ Iſrael: ſecũdo vero etiã gẽtes poſt pfi diã populi Iſrael.Hic deus iuſt⁹ & bon⁹ pater dñi nři Ieſu Chriſti legẽ & pphetas: & euãge lia ipe dedit:q & apł'oꝝ de⁹ ẽ: & veteris ac no ui teſtamẽti: tũ deinde ꝙ Ieſus Chriſtus ipẽ q venit ãnte oẽm creaturã, nat⁹ ex pře eſt. Qui cũ in oĩ cõditione při miniſtraſſet:p ipm̃ nãq; oĩa facta ſunt: nouiſſimis tpib⁹ ſe ipm̃ exina niẽs homo factus ẽ : incarnat⁹ eſt cũ deus eẽt: & hõ fact⁹ mãſit qđ deus erat. Corpus aſſum pſit a nřo corpe eo ſolo differẽs ꝙ natũ ex vir gine & ſpũ ſctõ eſt. Et qm̃ hic Ieſus Chriſtus natus & paſſus ẽ in veritate & nõ p imaginẽ cõmunẽ hãc mortẽ vere mortuus : vere em̃ a mortuis reſurrexit: & poſt reſurrectionẽ cõ uerſat⁹ ẽ cũ diſcipulis ſuis & aſſumpt⁹ eſt:tũ deĩde honore ac dignitate při ac filio ſociatũ tradiderunt. Spũs ſctũs in hoc nõ iã manife ſte diſcernitur vtrum natus ſit an innatus.

PAMPHILVS.

Vi de nato vel innato req D rit:ſine dubio creaturę ĩ eo nullã habere opinionẽ: alio qn & hoc adduxiſſet ad ĩnq ſitionẽ. & adiũgit Origen. vel filius etiã ipſe dei habẽ dus ſit:nec ne.

ORIGENES.

Sed ĩnqrẽda iã iſta p virib⁹ ſunt de ſctã ſcri ptura & ſagaci pqſitione ĩueſtigãda. Sane ꝙ iſte ſpũs vnũquẽq; ſctõꝝ vł pphãrũ vł apł'oꝝ inſpirauit: & nõ ali⁹ ſpũs ĩ veterib⁹:ali⁹ vero in his q ĩ aduẽtu Chriſti inſpirati ſunt fuerit: manifeſtiſſime in eccleſiis p̃dicat. Poſt hæc iã ꝙ aĩa ſubſtantiã vitãq; habẽs ppriã cũ ex hoc

mundo diſceſſerit:& pro ſuis meritis diſpēſabitur ſiue ęternę vitæ ac btitudinis hęreditate potitura:ſi hoc ei ſua geſta pſtiterint: ſiue ęterno igne ac ſuppliciis mācipāda:ſi in hac cā ſcelerū culpa detorſerit. Sed & qa erit tps reſurrectionis mortuorū cū corpus hoc qd in corruptione ſeminaẗ:ſurget in incorruptiōe: & qd ſeminaẗ in ignominia:ſurget & ī gloria. Eſt & illud definitum in eccleſiaſtica pdicatione:oēm animā eſſe rōnabilē:liberi arbitrii:et volūtatis:eſſe quoq; certamē aduerſus diabolū & angelos eius cōtrariaſq; virtutes:ex eoq; illi pctis eā onerare cōtēdāt:nos vero ſi recte cōſulteq; viuam⁹ ab huiuſcemōi onere exuere nos conemur. Vnde & conſequēs eſt intelligere nō nos neceſſitati eſſe ſubiectos: vt oī modo etiā ſi nolimus vel bona vel mala agere cogamur. Si eñ noſtri arbitrii ſumus: impugnare fortaſſe nos poſſunt aliquæ virtutes ad peccatū:& alię iuuare ad ſalutē:nō tñ neceſſitate cogimur vel recte agere vel male. Qd fieri arbitranẗ qui ſtellarū curſus & motus: cauſam dicunt humanorū eſſe geſtorū:nō eorū q arbitrii extra libertatē accidūt:ſed eorꝫ quę in nr̃a ſunt poſita poteſtate. De aīa vero vtrū ex ſemine traducatur:ita vt ratio ipſius vel ſubſtātia inſerta ipſis corpalibus ſeminib⁹ habeaẗ: an vero aliud initiū habeat:& hoc ipſum initiū ſi genitum eſt:an non genitum: vel certe ſi extrinſecus corpori inditur: necne:nō ſatis manifeſta pdicatione diſtinguitur. De diabolo & angelis eius cōtrariiſq; virtutib⁹ eccleſiaſtica prędicatio docuit quoniam ſint quidem:quæ aūt ſint:vel quomō ſint non ſatis clare expoſuit. Apud plurimos tñ iſta habetur opinio q; angelus fuerit iſte diabolus: et apoſtata effectus qplurimos angelorū ſecū declinare perſuaſerit:qui & nūc vſq; angeli ipſius nuncupātur. Eſt & illud in eccleſiaſtica pdicatione:q; mundus iſte ſit factus:& a certo tēpore ſic cœperit:& ſit p ipſa ſui corruptione ſoluēdus:qd tñ ante hunc mundū fuerit:aut qd poſt hunc mūdū erit:iam nō pro manifeſto multis innotuit. Non eñ euidenter de his in eccleſiaſtica prędicatione ſermo pfertur. Tū deinde q; per ſpiritū dei ſcripturę conſcriptę ſint:& ſenſum habeāt:nō ſolū qui in manifeſto eſt:ſed & aliū quendā latentē qplurimos. Formę eñ ſūt hęc quę ſcripta ſunt ſacramētorū quorūdā:& diuinarū rerū imagines:de quo totius eccliæ vnus eſt ſenſus:eē quidē oēm legē ſpiritualē: nō tñ ea q ſpirat lex eſſe oībus nota: niſi his ſolū qbus grã ſcti ſpūs ī verbo ſapiētię cōdonaẗ.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca ait.

ORIGENES. A

EST etiā illud in eccliaſtica pdicatiōe: eē angelos dei quoſdā & virtutes bonas q ei miniſtrarēt ad ſalutē hoīm cōſummandā: ſed qñ iſti creati ſunt: aut quomōō:nō ſatis in manifeſto diſtinguitur. De ſole aūt & luna & ſtellis: vtrū animātia ſint:an exanima manifeſte nō tradiẗ. Oportet igiẗ velut elemētis & fundamētis hmōi vti:ſcd̃m mandatū qd dicit:Illuminate vobis lumē ſciētię:eū qui cupit ſeriem quandam:& corpus ex horū oīm rōne cōficere: vt manifeſtis & neceſſariis aſſertiōibus de ſingulis qbuſq; quid ſit in vero rimetur & vnū qd diximus corpus efficiat exemplis & affirmationibus:vel his quas in ſanctis ſcripturis inuenerit:vel quas ex cōſequētię ipſius indagine:ac recti tenore repererit.

PAMPHILVS.

HAec quidē in principio primi lib. Peri archō diſſeruit vt oſtēderet q ſint illa q manifeſte in eccleſiaſtica pdicatione tradita ſunt: & q ſint quę nō aperte definiuntur. B De quibus ſingulis ſecundū eam diuiſionem quam ſupra oſtēdit:ſparſim diſputat. In reliquo vero corpore librorū ea quidē quę ex definito prædicari ab eccleſia ſupra docuit:oībus adhibitis probamētis:& ſcripturis ſanctis manifeſtius & conſtantius aſſerens. De his vero de quibus oſtēdit nō manifeſte:neq; in eccleſia prędicari:opinionibus magis & his ſenſib⁹ qui diſputāti & tractanti de talibus occurrere potuerunt:q certis aliquibus: ac definitis aſſertionibus vtitur: ideſt diſcutiens & ptractans potius q affirmans. In oībus tamen locis ſermonis ſui meminit eius quē ſupra expoſuimus:cū ait illam ſolā recipiendam:& credendā eſſe veritatē:q in nullo aplicis & eccleſiaſticis dogmatib⁹ aduerſaẗ:& nō ſolū in his libris quorꝫ ſupra fecim⁹ mētionē:ſed & in oībus q de ſcripturis exponit:hac ſentētia vti ſolet:& in his pcipue in qbus plures vnius capituli interptatiōes exponit:hoc aſſerens:ſe qdē neqd qd dici poſſit omitteret: plura vel diuerſa prout ſētire potuit ptuliſſe: illud aūt debere teneri qd aplicus & eccliaſticus lector pbaret. Hoc idē facit etiā cū hęreticorꝫ diſcutit ſectas:quibus oībus cōfutatis atq; victis vnam ſolam eā quā ſupra expoſuit catholicæ veritatis ſententiam tenet. De quibus ſingulis qualiter reſponderit hæreticis:& quomodo vniuerſa eorum dogmata deſtruens ipſe ſemper

apoſtolicam confirmauerit fidem: ſi velimus omnes ſententias eius cōgregare: & longū ſatis eſt: & erit tam nobis qui ſcribimus oneroſum: q̄ legētibus tędioſum: ſed ſufficit pauca proferre: in qbus oīm ꝓfecto facile cognoſcentur iudicia. Neq; eñ cōtra dñi ſentētiā ſentiēdum eſt: vt qui in paucis inuenitur fidelis: nō etiam in multis & haberi debeat fidelis & credi. Primum ergo ex eius libris ponemus exemplū qđ illi ſuperiori cōueniat: ex eo libro quē in epiſtolā Pauli apoſtoli ad Titum ſcripſit: de eo capitulo ī quo dicit aplus. Hæreticū hominem poſt trinā correptionē deuita: ſciens qa peruerſus eſt: & peccat: qui eſt a ſemetipſo dānatus. De quo dicit qualis ſit qui hęreticus: & qualis ſit qui catholicus eſt: & eccleſiaſticus.

ORIGENES.

C Nomen hęreſis quātum ego deprehēdere potui etiā in epiſtola Pauli ad corīthios deſignat̃ hoc modo. Oportet eñ hęreſes eſſe vt ꝓbati manifeſti fiāt inter vos. Et iterū ad Galatas: īter opa carnis hęreſeos quoq; nomē aſcribit: vt ait. Manifeſta aūt ſūt opa carnis: q̄ ſunt fornicatio: immūditia: īpudicitia: idoloatria: veneficia: īmūditię: cōtētiōes: ęmulatiōes: irę: rixę: diſcordię: hęreſes: ebrietates: comeſſatiōes: & his ſimilia q̄ & ṗdixi vobis qm̄ q talia agūt regnū dei non poſſidebūt. Per q̄ cognoſcimus: qm̄ ſicut hi q fornicationibus: & immūditiis: atq; īpudicitiis: & idolorum cultibus maculati ſunt: regnū dei nō poſſidebunt: ita & hi qui in hæreſim declinauerunt. Neq; eñ putandū eſt tanti apoſtoli tam abſolutā ſententiā poſſe vllo genere vacillare Apoſtolus enim eſt oīm eccleſiarū Chriſti: nō ab hoīe: neq; per hoīem: ſed p Ieſum Chriſtū & deum patrē electus. Propterea ergo ſecundum auctoritatē ſentētiæ ipſius oportet nos ſicut reliqua mala quæ numerauerat: ita nomē hæreſis deuitare: neq; cū talibus orationis ſocietate miſceri.

PAMPHILVS.

¶Et poſt hęc paucis quibuſdā per medium inſertis adiecit.

ORIGENES.

D ¶Quid vero ſit hęreticus homo: pro viribus noſtris ſcđm q̄ ſentire poſſim⁹: deſcribam⁹. Omnis qui ſe Chriſto credere profitet̃: & tamen alium deum legis & prophetarū: alium euangeliorū deum dicit: & patrē dñi noſtri Ieſu Chriſti nō eū dicit eē: q a lege & ꝓphetis ṗdicatur: ſed aliū neſcio quē ignotū oībus: atq; omnibus inauditū: huiuſmodi hoīes hæreticos deſignamus: q̄libet variis ac diuerſis & fabuloſis cōcinnēt iſta figmētis: ſicut ſectatores marciōis & Valētini & Baſilidis: & hi q ſe ęthianos appellāt. Sed & Apelles licet nō oībus modis dei eſſe deneget legē vel ꝓphetas: tñ & ipſe hęreticus deſignat̃: qm̄ deū qui hunc mundum edidit: ad gloriā alterius ingeniti: et boni dei eū cōſtruxiſſe ꝓnuntiat: illum autem ingenitū deū in conſummatione ſęculi miſiſſe Ieſum Chriſtū ad emēdationē mūdi rogatū ab eo deo qui eū fecerat vt mitteret filium ſuum ad mundi ſui correptionē. Et ſi quidē hic ſolū modo qui de deo patre aliter ſentit q̄ regula pietatis expoſcit hęreticus habēdus eſt: et ſufficeret vtiq; qđ ſuperi⁹ dictū eſt. Sed nūc vnū atq; idem credendū eſt etiā de eo qui de dño nřo Ieſu Chriſto falſi aliqd ſenſerit: ſiue ſecundum eos qui dicunt eū ex Ioſeph: & Maria natū: ſicut ſūt Ebionitę & Valētiniani: ſiue ſecūdum eos qui primogenitū eum negant: & totius creaturæ deū: & verbū & ſapiētiā: quę eſt initiū viarū dei: anteq̄ aliquid fieret: ante ſæcula fundatā: ante omnes colles generatam: ſed hoīem eū ſolū dicentes. Vel ſecundū eos q deum quidē eum fatent̃: nō tamen aſſumpſiſſe hoīem: id eſt animā corpuſq; terrenū. Qui ſub ſpecie quaſi amplioris glorię Ieſu dñi defendere oīa quę ab eo geſta ſūt: phātaſtice magis q̄ vere geſta eſſe teſtantur: qui neq; de virgine natum teſtant̃: ſed triginta annorū virū eum apparuiſſe in Iudęa. Alii vero ex virgine quidem eum credunt eſſe primogenitum: ſed putaſſe ſe magis virginē ꝑperiſſe: nō tamē vere ꝑperiſſe confirmant. Latuiſſe quippe etiam virginē putatiuę generationis aſſerūt ſacramentū. Qui quomodo nō ab eccleſia lōge ponēdi ſunt: cū philargyrię morbo languētes dogmata ſtatuerūt: quibus ad ſuum nomē diſcipulos declinarent! Sed & eos qui hominem dicunt dñm Ieſum pręcognitū: & prædeſtinatū qui ante aduentum carnalem ſubſtantialiter & proprie nō extiterit: ſed q̄ homo natus patris ſolam in ſe habuerit diuinitatem: ne ipſos quidem ſine periculo eſſe eccleſiæ numero ſociari: ſicut & illos ſuperſtitioſe magis q̄ religioſe: ne vti videantur duos deos dicere: neq; rurſum negare ſaluatoris diuinitatē: vnam eandemq; ſubſtantiam patris ac filii aſſeuerant: id eſt duo quidem nomina ſecundum diuerſitatem cauſarum recipientem: vnum tamen ſubſiſtere: id eſt vnam perſonam duobus nominibus ſubiacentem: qui latine Patripaſſiani appellant̃. Sed & qui ſunt qui ſpiritū ſanctū alium quidē

dicant eſſe qui fuit in prophetis: alium autẽ qui fuit in apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti: vnum atq; idem delictum impietatis admittunt: qđ illi qui quãtum in ſe eſt naturam dei ſecant: & ſcindunt: dicentes: vnũ legis: & alterum euangeliorum deum. Sed & illi q nõ omnes humanas animas vnius eiuſdemq; dicunt eſſe ſubſtantiæ: ſed diuerſas naturas animarũ: inter eos hęreticos nominãdi ſunt qui iniq̃tatẽ in excelſum loquunt̃: atq; iniuſtitiã iniquitatẽq; eius accuſant. Necnon & illi qui liberi arbitrii poteſtatẽ ex animabus auferre nitũtur: velut pernicioſo dogmate communi humanæ vitæ & virtuti cõtinẽtiæ labẽ quãdam inferre iudicãdi ſunt: ne humani propoſiti reputetur bonũ quid vel facere, vel dicere, vel ſentire: ex quo ad cõtemptũ & negligẽtiã diuini iudicii mens humana formabitur. Sic autẽ in eccleſiaſtico ordine etiã de peccatorũ ſuppliciis fides: & de his qui præmia bonę cõuerſationis, & vitę ĩ regno domini iuſto eius iudicio recepturi ſunt. Si quis ergo horũ aliqua quæ ſupra expoſuimus cõmutare, vel ſubuertere conatur: velut ꝑuerſus & a ſe ipſo damnatus ſecundũ ſententiã apoſtoli: etiam a nobis præcepto obſequẽtibus eius, ſimiliter habendus eſt. Deſignat autem eccleſiaſticum virum cũ his omnibus quæ ſupra expoſuim⁹ etiam de mortuorum reſurrectione fides: de qua ſanctus apoſtolus Paulus ita pronũtiat: quia ſiquis negat reſurrectionẽ mortuorũ: conſequens eſt: vt Chriſti reſurrectionem neget. Habẽtur nihilominus in eccleſiaſtico ordine etiã de diabolo rationes: & de omni eius exercitu: q; agones quoſdam: & certamina aduerſus omnes homines: præcipue tamen aduerſus eos q credunt in dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, mouẽt: & q; neceſſitatem quidẽ imponere peccandi per agones: & certamina nõ valent perſuadere: tamen & decipere ad ſubuerſionem poſſunt eos qui nõ omni cuſtodia ſua corda præmuniũt. Habendũ eſt aũt in eccleſiaſticis obſecrationibus: q; neq; hominum quis a deo in perditionẽ traditus eſt: ſed vnuſquiſq; pereuntium ſua negligentia pereat: & culpa: qui habens arbitrii libertatẽ eligere qđ bonũ eſt & potuit & debuit. Qđ etiã de ipſo diabolo ſentiendum eſt: quia in conſpectu domini omnipotentis deſcribitur reſtitiſſe: & deſeruiſſe ſtatum ſuũ in quo fuerat immaculatus: qui vtiq; potuiſſet in hoc ſtatu in quo ab initio fuit, vſq; ĩ finẽ perſeuerare ſi voluiſſet. Deſignatus vt arbitror nobis eſt prout potuimus, & deſcriptus quis, & qualis eſſet hæreticus: & quę vel in quibus eorum dogmata, ſalſaq; opiniones habeantur: & quæ ſit eccleſiaſticæ obſeruantiæ puritas.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca addidit hæc.

ORIGENES.

¶Requiſierũt ſane quidã vtrum hæreſim, an ſchiſmata oporteat vocari eos qui • nominant̃: obſeruãtes falſos ꝓphetas, & dicẽtes. Non accedas ad me quoniã mũdus ſum: non enim accipio vxorẽ: nec eſt ſepulcrum patens guttur meũ: ſed ſum nazareus dei: non bibens vinũ ſicut illi.

PAMPHILVS.

¶Iſtę voces ſunt eius qui velut hæreticus accuſatur: & corruptio: & perditio animarũ: ab his qui nequaq̃ oſtiũ ori ſuo, & clauſtra labiis imponere a propheta didicerũt. Quæ qđẽ nõ in publico dicta ſunt ab eo. i. in cõmuni eccleſię auditorio: ne forte putetur ꝓpter audiẽtes fauorabilẽ aptaſſe ſermonẽ: ſed ex illis hæc libris ꝓtulim⁹ quos in ſecreto apud ſemetipm̃ nullo arbitro intercedẽte dictabat. In quo attẽtius vos illud volo cõſyderare qđ dixit: q ſiqs horũ cõmutauerit hæreticus eſt: & peccat in ſubuerſione poſitus: & a ſemetipſo dãnatus ſecũdũ apoſtoli ſentẽtiã. Cuius & nos auctoritati obſequentes eadẽ ſentire debemus. Cũ ergo hæc ita ſe habeãt: cõueniẽs arbitror interrogare iſtos ipſos accuſatores eius: ſi ipi aliter ea q̃ eius deſignatũ vocib⁹ eſt, vel de hęretico ſentiũt: vel de catholico? Dicant ipſi q̃ alia ſunt eccleſiaſtica dogmata: ſi hęc nõ ſunt quę ſuperius ab illo digeſta ſunt. Et qđẽ generaliter hæc de oĩbus eccleſiaſticis dogmatib⁹ ab illo dicta ſunt: pergamus autẽ, & q̃ ſpecialiter de ſingulis: & maxime de principalibus rebus, de ſancta ac beata trinitate. i. de patre, & filio, & ſpiritu ſancto ſenſerit: indicãtes, & proferentes in mediũ ea q̃ in diuerſis ſui opis voluminibus inſerta mãdauit: & vt ipſi⁹ ſentẽtia de maximis, & diuinis rebus quæ fuerit oſtẽdat̃: & duob⁹, vel tribus vocũ ſuarũ teſtibus fiat omne verbũ defenſionis eius. Indicat ergo quid de deo patre omnipotente ſenſerit in his ipſis libris, q q̃maxime ab accuſatorib⁹ celebrantur. i. peri archon, ſcribens hæc.

¶ORIGENES De deo patre omnipotenti.

OMni igitur ſenſu qui corporale aliquid de deo intelligi ſuggerit prout potuimus confutato, dicimus: ſecundũ veritatẽ quidẽ deũ incomphẽſibilem eſſe: atq; B

ínæſtímabílem. Sí quíd enim íllud eſt q̄d ſentíre, vel intelligere de deo potuerímus, multis longe modis eum & meliorē eſſe ab eo q̄d ſenſim⁹, neceſſe eſt credi. Sicut enim ſi videamus aliquem vix poſſe ſcintillam luminis huius aut breuiſſimę lucernæ lumen aſpicere & eum cuſus acies oculorum plus luminis capere: q̄ ſupra diximus: non valet: ſi velimus de claritate, & ſplendore ſolis edocere: nonne oportebit nos dicere quia omni hoc lumine q̄d vides íeffabiliter, & íæſtimabiliter melior & præſtantior ſolis eſt ſplendor? Ita mens noſtra cū intra carnis, & ſanguinis clauſtra concluditur: & pro talis materiæ participatione hebetior, atq; obtuſior redditur: licet pro cōparatione naturæ corporeæ longe pręcellens habeatur: tamen cum ad incorporea nititur: atq; eorū intuitionem rimatur: tūc ſcintillæ alicuius lucernæ vix obtinet locū. Quid autē in omnibus intellectualibus .i. incorporeis tā præſtās omnibus: tā ineffabiliter, atq; inæſtimabiliter præcellens q̄ deus? Cuius vtiq; natura acie humanæ mentis intendi, atq; intueri: q̄uis ſit puriſſima mēs, ac limpidiſſima: nō poteſt. Verum non videtur abſurdum: ſi ad euidentiorem rei manifeſtationem etiam alia vtamur ſimilitudine. Interdum oculi noſtri ipſam naturam lucis .i. ſubſtantiā ſolis intueri non poſſunt: ſplendorem vero eius, vel radios feneſtris forte, vel qbuſlibet luminū breuibus receptaculis infuſos intuentes, conſyderare poſſumus fomes ipſe ac fons quantus ſit corporei luminis. Ita ergo quaſi radii quidam ſunt dei naturæ opera diuinæ prouidētię: & ars vniuerſitatis huius: ad comparationem ſubſtātiæ ac naturæ. Quia ergo mēs noſtra ipſum per ſe deum ſicut eſt non poteſt intueri: ex pulchritudine operū & decore creaturarum parentem vniuerſitatis intelligit. Nō ergo corpus aliquod, aut in corpore eſſe putandus eſt deus: ſed intellectualis natura ſimplex: nihil omnino in ſe adiunctionis admittēs: vti ne maius aliquid, & inferius in ſe habere credat: ſed vt ſit ex omī parte μόνας & vt ita dicam totus νοῦς .i. mens & fons: ex quo initiū totius intellectualis naturę: vel mēntis eſt. Mens vero vt moueatur, vel operetur nō indiget loco corporeo, neq; ſenſibili in magnitudine, vel corporali habitu, aut colore: neq; alio vllo prorſus indiget horum quę corporis vel propriæ materiæ propria ſunt. Propter quod natura illa ſimplex, & tota mēs, vt moueatur, vel operetur, aliquid dilationis aut cunctationis habere poteſt: ne per huiuſmodi adiunctionem circūſcribi, vel inhiberi aliquatenus videatur diuinæ naturæ ſimplicitas: vti neq; principium omnium compoſitum inueniatur: & diuerſum: & ſit multa non vnū: quod oportet totius corporeæ admixtionis vna ſola (vt ita dixerī) diuinitatis ſpecie conſtare.

PAMPHILVS.

Hæc ī primo libro peri archon ſcribit de diuina natura. In ſecūdo vero, quia idem deus veteris & noui teſtamēti ſit, hoc modo refert.

ORIGENES.

His per ordinē prout potuimus breuiter digeſtis, conſequens eſt ſecūdū id quod initio propoſitum eſt, cōfutare etiā eos qui putāt aliū deum eſſe patrē domini noſtri Ieſu Chriſti: præter illum qui vel Moyſi reſponſa legis dabat: vel prophetas mittebat: qui eſt deus patrum Abraham, Iſaac, & Iacob. Oportet enim primo in hac nos fidei ratione firmari. Conſyderandum ergo eſt illud quod frequenter in euangeliis dicitur: & ſingulis qbuſq; domini, & Saluatoris noſtri geſtis adiungitur: vt impleatur quod dictū eſt per prophetam illum & illum: cum manifeſtum ſit prophetas eſſe illius dei qui mūdum fecit. Ex ipſa ergo conſequentia concluditur: quoniam qui prophetas miſit quę de Chriſto credenda erant ipſe prædixit: & dubium non eſt q̄ hoc non alienus quis ab eo: ſed pater ipſius pdicebat. Sed & illud q̄ frequenter exempla de veteri teſtamento a Saluatore proponuntur, vel ab apoſtolis eius: non aliud indicat niſi q̄ auctoritas veteribus a Saluatore: & ab eius diſcipulis adhibetur. Sed & illud quod ad benignitatem prouocans diſcipulos ſuos Saluator dicit: Eſtote perfecti ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt: qui ſolem ſuū oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: cuiuis etiā exiguæ intelligentiæ viro euidentiſſimū non ſuggerit intellectum: q̄ non alium ad imitandum proponit diſcipulis ſuis deum niſi factorem ſolis & hymbrium præbitorem?

PAMPHILVS.

Poſt hoc in cōſequētibus multis argumentis, atq; exemplis ſcripturarū affirmans oſtēdit quoniā vnus & idem deus eſt legis & euāgeliorum: prophetarū, & apoſtolorū: iuſtus & bon⁹: viſibilium, & inuiſibilium, ac totius vniuerſitatis dominus. Quomodo ergo ſenſerit de deo patre: ex his eius ſcriptis quæ ſupra expoſuimus: claruit. Videamus nūc qualiter & de dei filio diſſerat.

ORIGENES. De deitate filii dei.

A PRo viribus igitur noſtris ꝓ exiguis conſiderata ex operũ ſuorũ magis q̃ ex noſtri ſenſus cõtemplatione diuina natura: intuitiſq; nihilominus creaturis eius: viſibilibuſq; cõtemplatis: qa nõ omnia vel oculis videre poteſt humana fragilitas: vel ratione cõplecti: eo ꝙ omniũ rationabiliũ infirmi⁹ & fragilius animal ſumus hoĩes: præſtantiora eñ ſunt ea quę vel in cœlo: vel ſuper cœlos habẽtur: ſupereſt vt omniũ harũ creaturarũ et dei mediũ.i.mediatorẽ quæram⁹: quẽ Paulus apoſtolus primogenitũ oĩs creaturæ ꝓnũtiat Vidẽtes eñ ea q̃ de eius maieſtate in ſcripturis ſanctis referũtur: & intuẽtes ꝙ imago viſibilis dei: & primogenitus oĩs creaturæ dicat: & ꝙ in ipſo creata ſint oĩa: ſiue quæ in cœlis: ſiue quæ in terra ſunt viſibilia: & inuiſibilia: ſiue throni: ſiue dñationes: ſiue principatus: ſiue poteſtates: oĩa per ipm: & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante oẽs: & ante oĩa illi cõſtãt: qui eſt caput omniũ: ſolũ habẽs caput deũ patrẽ ſicut ſcriptũ eſt: Caput aũt Chriſti deus: ꝓuidẽtes etiã quod ſcriptũ eſt: quoniã nemo nouerit patrẽ niſi filius: neq; filiũ quis nouit niſi pater. Quis eñ poteſt noſſe q̃ ſit ſapiẽtia niſi qui genuit eã? aut qs ad liquidũ q̃ ſit veritas nouit: niſi veritatis pater? Quis certe vniuerſam verbi ſui naturam: atq; ipſius dei qui ex deo eſt inueſtigare potuit niſi ſolus de⁹: apud quẽ erat verbũ? Vnde ꝓ certo habere debem⁹ ꝙ hoc verbũ: ſiue ratio dicẽda eſt: hãc ſapientiã: hãc veritatẽ nullus alius niſi pater nouit de quo ſicut ſcriptũ eſt: ne ipm qdẽ mũdũ cape arbitror libros qui ſcriberent de maieſtate & gloria filii dei. Impoſſibile nanq; eſt literis cõmittere quæ ad Saluatoris gloriã pertinent.

PAMPHILVS.

¶Vnũ iſtud teſtimoniũ de deitate filii dei ex illis libris protulimus qui maxime ab accuſatoribus arguuntur: dubiũ aũt non eſt: ꝙ eodẽ ſenſu etiã in cęteris ſentiat: nec ſit ſibi ipſe cõtrarius.

ORIGENES. De eo ꝙ non ſit pater anteq̃ filius: ſed coæternus ſit patri. In li.i.de Geñ.

B NOn enim deus cũ prius non eſſet pater: poſtea pater eſſe cœpit velut impeditus aliquib⁹ ex cauſis: quib⁹ homines mortales impediri ſolẽt vt non ſtatim ex quo ſunt: & patres eſſe poſſint. Si enim ſemper ꝑfectus eſt deus: nec deeſt ei virtus qua pater ſit: & bonum eſt eſſe eum patrem talis filii: quid differt: aut quid hoc bono fraudat ſe: & non ſtatim (ſi ita dici poteſt) ex quo poteſt eſſe pater efficitur pater? Id ipſum etiam de ſpiritu ſancto dicendũ eſt. ¶Aliud quoq; teſtimoniũ de eadẽ re & ex libris epiſtolæ ad Hebræos Lux autem æterna quid aliud eſt ſentiendum: q̃ deus pater qui nunq̃ fuit quando lux quidem eſſet: ſplendor vero ei non adeſſet. Neq; enim lux ſine ſplendore ſuo vnq̃ intelligi poteſt. Quod ſi verum eſt: nunq̃ eſt quando filius nõ fuit. Erat autem non ſicut de æterna luce diximus: ne duo principia lucis videamur inducere: ſed ingenitę lucis ſplendor: ipſam illã lucem initium habens: ac fontem: natus quidẽ ex ipſa: ſed non erat: quando non erat. ¶Aliud teſtimonium de eadem re de libris epiſtolę ad Romanos. Quod promiſerat (inquit) per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo q eſt ſecundum carnem factus ex ſemine Dauid: factus eſt quod ante nõ erat. Manifeſtum enim eſt quia ſecundum carnem non erat prius: ſecundum ſpiritum vero erat ante: & non erat quando non erat.

¶Item in primo lib. Peri archon:

Qꝫ extra vllum initium eſt generatio filii dei.

C SI ergo ſemel recte receptum eſt: vnigenitum filium.ſ. dei ſapientiam eius eſſe ſubſtantialiter ſubſiſtẽtem: neſcio ſi iam vltra euagari ſenſus nõ debeat ad ſuſpicandum: ne forte ipſa ſubſtantia eius corporeum aliquid habeat: cũ omne quod corporeum eſt: vel habitu: vel colore: vel magnitudine deſignetur. Et quis vnq̃ ſani ſenſus habitum & colorem aut menſurę magnitudinem in ſapientia requiſiuit per quod ſapientia eſt? Quomodo autem extra huius ſapientiæ generationem fuiſſe aliquando deum patrem vel ad punctum momenti alicuius poteſt quis ſentire: vel credere: qui tamen pium aliquid de deo intelligere nouerit: vel ſentire? Aut enim non potuiſſe deum dicere generare ſapientiam anteq̃ generaret: vt eam quæ non erat poſtea genuerit: aut potuiſſe quidem: ſed (quod ne dici quidem de deo fas) noluiſſe generare: quod vtrũq; & abſurdum eſſe: & impium omnibus patet: id eſt non ex eo ꝙ non potuit deus perficere vt poſſet: & ex eo cum poſſet diſſimu-

laret generare ſapientiam. Propterea nos ſemper deum patrem nouimus vnigeniti ſui filii: ex ipſo quidem nati: & qđ eſt ab ipſo trahentis: ſine vllo tamen initio: non ſolum eo ꝙ aliquibus temporũ ſpatiis diſtingui poteſt: ſed ne illo quidem ꝙ ſola apud ſemetipſam mẽs intueri ſolet: & nudo (vt ita dixerim) intellectu: atq; animo conſpicari. Extra ergo omne quod dici: vel intelligi poteſt initium: generatam eſſe credendum eſt ſapientiam. ¶ Aliud teſtimonium eiuſdẽ. Qui autẽ initiũ verbo domini: vel ſapientię dat: intuere: ne magis in ipſum ingenitum patrem impietatem ſuam iactet: cum eum neget ſemper patrem fuiſſe: & genuiſſe verbum: & habuiſſe ſapientiam an terioribus vel temporibus vel ſæculis: vel ſi quid aliud eſt quod nominari poteſt. Item aliud teſtimonium de eiſdem. Efficitur ergo virtus altera in ſua proprietate ſubſiſtens: vt ait ſermo ſcripturæ: vapor quidem primæ: & ingenitę virtutis dei: hoc quidem quod eſt inde trahens: non eſt autẽ quando non fuerit. Si enim quis voluerit dicere quaſi prius non extiterit: ſed poſtea ad ſubſtantiam venerit: dicat cauſam quare qui eam ſubſtituit pater ante hoc non fecerit. Q; ſi aliquod ſemel initium dederit quo vapor iſte ex dei virtute proceſſerit: iterum interrogabimus: quare nõ & ante illud quod dixit initium: & ita ſemper de anterioribus inquirẽtes: & verbo interrogationis aſcendentes perueniemus ad illum intellectum: vt quoniam & ſemper poterat deus: & volebat: nunq̃ vel decuit: vel cauſa aliqua exiſtere potuit: vt nõ qđ bonum poterat & volebat: ſemper habuerit. Ex quo oſtẽditur ſemper fuiſſe vaporem iſtum virtutis dei nullum habẽtem initium niſi ipſum deum. Secundum apoſtolum vero dicẽtem quia Chriſtus dei virtus eſt: iam non ſolum vapor virtutis dei: ſed virtus ex virtute dicendus eſt. Item aliud teſtimonium de eiſdem. Sempiternum: vel æternum dicitur quod neq; initium vt eſſet habuit: neq; ceſſare vnq̃ poteſt eſſe qđ eſt. Hoc autem deſignatur apud Ioãnem cum dixit: ꝙ deus lux eſt. Splendor autem lucis eiꝰ ſapientia ſua eſt: non ſolum ſecundum ꝙ lux eſt: ita vt æternitatis ſplendor ſit ſapientia ſua. Quod ſi integre intelligatur: manifeſte declarat quia ſubſtantia filii ab ipſo patre deſcendit: ſed non temporaliter: neq; ab vllo alio initio niſi (vt diximus) ab ipſo deo.

Item aliud teſtimonium de Libro primo.

De coæternitate filii dei: & inſeparabilitate eius a patre.

INfandum autem eſt: & illicitum deum patrem generationẽ filii ſui vnigeniti: atq; ſubſtantiæ eius ex qua re fuerit: & ꝙ alicui hominũ: vel aliorum animantiũ generationi aſſimiletur: ſed neceſſe eſt exceptum aliud eſſe: & deo dignum: cuius nulla prorſus comparatio: non in rebus ſolum: ſed nec in cogitatione quidem: vel ſenſu inueniri poteſt: vt humana cogitatio poſſit apprehendere: quomodo ingenitus deus pater efficitur vnigeniti filii. Eſt namq; ita æterna: & ſempiterna generatio ſicut ſplẽdor generatur ex luce. Non enim per adoptionem ſpiritus filiꝰ fit extrinſecus: ſed natura filius eſt. D

Item de eodẽ aliud teſtimonium.

Videamus ergo qd ſit Saluator noſter. Splendor dicitur etiã gloriæ: id eſt ſplẽdor luminis æterni. Et certum eſt ꝙ ſplendor ex lumine inſeparabiliter generať: & donec permanet lux: permanet ſemp & ſplendor. Saluator ergo noſter qui eſt ſapientia. Sapientia autem dei ipſa ſplendor æternæ lucis: quæ inſeparabiliter & indeſinẽter generatur ex patre. ſic enim & ipſa dei ſapiẽtia per Salomonem dicit. Ante omnes colles generat me. Non eñ dixit: ante omnes colles genuit me: ſed generat me. In quo ſignificantia ſempiternitatis eſt.

¶ In Libro ſecundo de Spiritu ſancto.

TEmpus eſt nunc nos pro viribus de ſpiritu ſancto pauca diſſerere: quẽ dominus et Saluator noſter in euangelio ſecundũ Ioannem paracletum nominauit: ſicut idem ipſe deus atq; idem ipſe Chriſtus: ita idẽ ipſe & ſpiritus ſanctus: qui & in prophetis: et in apoſtolis fuit: ſiue in illis qui ante aduẽtum Chriſti dei crediderũt: ſiue ĩ his qui per Chriſtũ cõfugerũt ad eũ. Et duos quidẽ deos audiuimꝰ auſos eẽ hęreticos dicere: & duos Chriſtos: duos autem ſpiritus ſanctos nunq̃ audiuimus ab aliquo prędicari. E

¶ Q; eadem ſit conuertibilitas ſpiritus ſancti: quæ patris & filii. De li. i. peri archon. F

NVlla ergo natura eſt ſecundũ qđ nos ſentimus quę nõ poſſit recipere malũ: idcirco nõ confirmamus omnẽ naturam recepiſſe malũ. i. malam effectam: ſed ſicut

eſt dicere:quia omnis hominis natura recipit vt poſſit nauigare:non tamen ex eo etiam omnis homo nauigauit:& iterum omni homini poſſibile eſt diſcere artem grãmaticã: vel medicinam: non tamen idcirco oſtẽditur omnis homo vel medicus eſſe: vel grammaticus: ita ſi dicimus nullam eſſe naturam quæ non poſſit recipere malum:non continuo etiam recepiſſe malum deſignatur. Et rurſum:nulla natura eſt quæ non recipiat bonum : nec tamen idcirco omnis natura probabitur recepiſſe qđ bonum eſt.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca addidit.

ORIGENES.

A ¶Nulla ergo natura eſt quæ non recipiat malum:excepta natura dei: quæ fons omnium ẽ. Et Chriſtus ſapientia eſt:& ſapientia quæ vtiꝙ ſtultitiam recipere non poteſt.Et iuſtitia ẽ: iuſtitia autem nunq̃ profecto iniuſtitiam capiet.Et verbum eſt:vel ratio: quæ vtiꝙ irrationabilis effici non poteſt. Sed & lux eſt:& lucem certum eſt ꝙ tenebræ non comprehendunt.Similiter autem & natura ſpiritus ſancti: quæ ſancta,non recipit pollutionem.Naturaliter autem vel ſubſtantialiter ſancta eſt. Siqua autem alia natura ſancta eſt ex: aſſumptione:vel inſpiratione hac ſpiritus ſancti habet vt ſanctificetur: nõ ex ſua natura hoc poſſidens:ſed accidens:propter quod & decidere poteſt:quod accidit. Ita & iuſtitiam accidentem quis habere poteſt : vnde & decidere eã poſſibile eſt.Sed & ſapientiam quis accidẽtem nihilominꝰ habet: q̃uis in noſtra poteſtate poſitum ſit:& ſtudio noſtro:& vitæ merito:ſi ſapientiæ operam demus:effici ſapientes : & ſi ſemper id ſtudii geramus: ſemper ſapientiæ participemus:& id nobis:vel plus : vel minus accidat:vel pro vitę merito:vel ꝓ ſtudii quantitate.

¶Qꝫ coæqualis ſit trinitas: & ꝙ ſpiritus ſanctus non ſit creatura. de li.ii.peri ar.

B De ſpiritu ſancto, quia eſt: multæ nos ſcripturæ docuerunt : ſicut Dauid in quinquageſimo pſalmo dicit. Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Et in Daniele dicitur.Spiritus ſanctus qui in te eſt. In nouo vero teſtamento : abundantibus teſtimoniis edocemur: cum ſpiritus ſanctus deſcẽdiſſe ſuper Chriſtum perſcribitur:& cum ipſe dominus inſufflauit in apoſtolos poſt reſurrectionem dicẽs: Accipite ſpiritum ſanctum. Et ad Mariã dicitur ab angelo. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Paulus vero docet ꝗ nemo poteſt dicere dominũ Ieſum: niſi in ſpiritu ſancto.Et in actibus apoſtolorum per impoſitionem manuũ apoſtolicarũ ſpiritus ſanctus dabatur in baptiſmo. Ex quibuſ omnibus diſcimus tantæ & auctoritatis,& dignitatis ſubſtantiam ſancti ſpiritus: vt ſalutare baptiſmũ:non aliter niſi excellentiſſimæ omnitrinitatis auctoritate.i.patris,& filii,& ſpiritus ſancti cognominatione compleatur: & innato deo patri:& vnigenito eius filio: natura quoꝙ ſpiritus ſancti copuletur. Quis ergo nõ obſtupeſcat quãta maieſtas ſit ſpiritus ſancti : cum eum qui dixerit verbum in filium hominis, audiat ſperare veniam poſſe: eum vero qui in ſpiritum blaſphemauerit veniam non habere,neꝙ in præſenti ſæculo:neꝙ in alio futuro.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca adiecit.

ORIGENES.

¶Verũtamen vſꝙ ad præſens nullum ſermonem in ſcripturis ſanctis inuenire potuimus C per quẽ ſpiritus ſanctus factura eſſe,vel creatura eſſe diceretur.

PAMPHILVS.

¶Et inſertis q̃pluribꝰ teſtimoniis de virtute ſpiritus ſancti,aliquãto poſt etiã hæc adiecit.

ORIGENES.

¶Si reuelante filio cognoſcit patrem ſpiritus ſanctus: ergo ex ignorantia ad ſcientiam venit.quod vtiꝙ & impium pariter,& ſtultum eſt ſpiritum ſanctum confiteri:& ignorantiã ei aſcribere.Non enim eſt aliud aliquid antea q̃ ſpiritus ſanctus per profectũ venit in hoc vt eſſet ſpiritus ſanctꝰ: vt quis audeat dicere quia tunc quidem cum nõdum eſſet ſpiritus ſanctꝰ, ignorabat patrem: poſtea vero q̃ recepit ſcientiam: etiam ſpiritus ſanctus effectus eſt.Qđ ſi eſſet:nunq̃ vtiꝙ in vnitatem trinitatis.i.dei patris inconuertibilis, & filii eius, etiam ipſe ſpiritus ſanctus haberetur : niſi & ipſe ſemper erat ſpiritus ſanctus.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca adiecit.

ORIGENES.

¶Rectum tamẽ videtur inquirere quid cauſę ſit ꝙ qui regeneratur per deum in ſalutẽ:opꝰ habet & patre,& filio,& ſpiritu ſancto:nõ percepturus ſalutẽ: niſi ſit integra trinitas : nec poſſibile eſt participẽ fieri patris,vel filii,ſine ſpũ ſctõ.De qbꝰ diſcutiẽtes ſine dubio neceſſariũ erit vt opationẽ ſpecialẽ ſpũs ſãcti,ſpecialẽ

patris,ac filii deſcribamꝰ. Arbitror ergo ope
rationē quidē eſſe patris, & filii tā in ſanctis,
q̄ in peccatoribꝰ irrationabilibꝰ hominibus:
& in multis animalibus:ſed & in his quæ ex-
anima,& in omnibus omnino quæ ſunt: ope-
rationē vero ſpiritus ſancti nequaq̄ prorſus
incidere:vel in ea quæ exanima ſunt: vel in ea
quæ animātia quidē:ſed muta ſunt: ſed ne in
illis quidē inueniri qui rationabiles quidem
ſunt:ſed in malitia poſiti:nec omnino ad me-
liora conuerſi:in illis autē ſolis arbitror opus
ſpiritus ſancti:qui iam ſe ad meliora conuer-
tunt: & per vias Ieſu Chriſti incedūt.i.q ſunt
in nouis actibus:& in deo permanēt.Quoniā
autem operatio patris,& filii eſt & in ſanctis
& in peccatoribus manifeſtatur ex eo ꝙ om-
nes rationabiles verbi dei.i. rationis partici-
pes ſunt:& per hoc velut ſemina quædā inſita
ſibi gerūt ſapiētię,& iuſtitiæ qđ eſt Chriſtus:
ſed & hoc ipſum qđ eſt permanet omnis crea
tura:& operatio eſt dei patris quæ dixit:Ego
ſum qui ſum: quæ peruenit ſuper oēs.Ipſe eſt
enim qui ſolem ſuū oriri iubet ſuper bonos,&
malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

PAMPHILVS.

D ¶Et poſt multam de patre & filio per ſcriptu
rarum exempla aſſertionē addidit hanc.

ORIGENES.

¶Spiritus vero ſancti participationem a ſan
ctis tantūmodo haberi inuenimus: propter
qđ dicitur.Nemo poteſt dicere dominꝰ Ieſus
niſi in ſpiritu:& vix aliquādo ipſi apoſtoli di-
gni habētur audire:accipietis virtutē ſuper-
uenietis ſpiritus ſancti in vos.Propter quod
conſequens eſſe puto: quia qui peccauerit in
filiū hominis venia dignꝰ eſt: pro eo ꝙ is qui
verbi vel rationis eſt particeps ſi deſinat ra-
tionabiliter viuere,videtur in ignorantiam,
vel ſtultitiam decidiſſe: & propter hoc veniā
promereri: qui autem iam dignus habitꝰ eſt
ſancti ſpiritus participatione: & retro fuerit
conuerſus: hic re ipſa,& opere blaſphemaſſe
dicitur in ſpiritum ſanctum.

¶ Qꝫ ſi pater nouit initia omniū quæ
ſunt: & fines: ſic & filius: ſic & ſpiritus
ſanctus ſciet id qđ impoſſibile eſt omni
creaturæ cognoſcere.

E PAulus apoſtolꝰ per ſpiritū
ſanctū qui perſcrutat᷑ etiā
profunda dei,altitudinē di
uitiarū ſapiētiæ,& ſcientię
dei ſcrutans:nec tamē ad fi
nē & (vt ita dixerī) ad in-
timā cognitionē præualēs peruenire: deſpera
tione rei & ſtupore proclamat,& dicit. O al-
titudo diuitiarū ſapientiæ,& ſcientię dei.& ꝙ
deſperatione perfectæ cōphēſionis hoc ex-
clamauerit: audi ipſum dicentē. Qꝫ inſcru-
tabilia ſunt iudicia dei! & q̄ iueſtigabiles viæ
eius! Non enim dixit difficile poſſe ſcrutari,
ſed omnino nō poſſe,iudicia dei:nec dixit:dif
ficile inueſtigari poſſe & vias eiꝰ:ſed nō poſſe
inueſtigari: quātūcūq; enim quis ſcrutando
promoueat:& ſtudio īteriori perficiat:gratia
quoq; dei adiutus:ſenſuq; illuminatꝰ: ad per
fectum finem eorum quæ requirentur perue
nire non poterit: nec omnis mens quæ creata
eſt poſſibile habet vllo genere cōphendere:
ſed cū inuenerit aliquātulū ex his quæ q̄run-
tur:iterū videt alia quæ q̄rēda ſunt:ꝙ et ſi ad
ipa peruenerit: multo iterū plura ex illis quę
quęri debeāt,prouidebit. Propter qđ & ſapiē
tiſſimus Salomon naturam rerū per ſapiētiā
contuens ait:Dixi,ſapiens efficiar ipſa ſapiē-
tia; longe facta eſt a me, lōge pluſq̄ erat:& al-
titudinē ꝓfundā quis inueniet! Sed & Eſaias
ſciēs rerū initia a natura mortali inueniri nō
poſſe:ſed ne ab his quidem naturis quæ q̄uis
diuiniores ſint q̄ humana eſt:factę & ipę ſunt
vel creatæ:Sciens ergo ꝙ a nulla harum neq;
initiū, neq; finis inueniri poteſt, ait. Priora q̄
fuerūt dicite:& ſciemus quia dii eſtis:vel no-
uiſſima q̄ ſunt,annūtiate: & tūc videbimꝰ qa
dii eſtis.Nam & Hebræus doctor tradebat:ꝓ
eo ꝙ initia omniū: vel finis non poſſet ab vllo
comprehendi niſi tantūmodo a domino Ieſu
Chriſto: & a ſpiritu ſancto.Idcirco aiebat per
figurā viſionis Eſaiam dixiſſe duos ſeraphin
ſolos:qui duabus quidē alis operiūt faciē dei:
duabus vero pedes: & duabus volare eos: &
clamantes ſibi inuicem,dicere: Sanctus,San-
ctus,Sanctus dominꝰ deus Sabaoth:plena eſt
vniuerſa terra gloria tua. Qꝫ ergo ſola ſera-
phin vtraſq; alas ſuas habēt in faciem dei &
in pedibus:audendum eſt pronūtiare:ꝙ neq;
exercitus ſanctorū angelorum: neq; ſanctæ ſe
des:neq; dominationes,neq; principatus,ne-
q; poteſtates ſcire poſſunt integre initiū om-
niū,& finē vniuerſitatis.Sed intelligendū eſt
ſanctos iſtos quos numeramus ſpiritus & vir
tutes proximas quidē eē ipſis initiis:& attin-
gere tantū quantū ipſi cōſequi nō valent re-
liqui.Verūtamē quātūcūq; illud eſt qđ reue-
lante filio dei a ſpiritu ſancto didicerunt iſtæ
virtutes:q̄plurima quidē aſſequi poterūt: &
multo plura priores inferioribꝰ: omnia tamē
cōphendere impoſſibile eſt eis:quia ſcriptū
eſt:q̄plurima ex operibus dei in ſecretis ſunt.

Vnde & optabile eſt vt ꝑ viribus ſe vnuſqſq; extendat ſemper ad ea quæ priora ſunt: ea q̃ retro ſũt obliuiſcens:tam ad opera meliora: q̃ & ad ſenſum:ĩtellectumq; puriorẽ: p Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrum: Cui eſt honor & gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

¶De incarnatione verbi dei.

ORIGENES.

A In omni orbe terrarũ:in omni Gręcia:atq; exteris nationibus innumeri ſunt:& immẽſi:qui relictis patriis legibꝰ:& his quos putabant deos:vel obſeruantia Moyſi legis in diſcipulatũ ſe Chriſti:cultũq; tradiderunt & hoc non ſine ingẽti odio eorum q ſimiliter venerantur:ita vt ab his frequẽter & cruciatibus affligãtur: nõnunq̃ etiã agãtur in mortem. Amplectuntur tñ: & cum omni affectu cuſtodiunt doctrinæ Chriſti ſermonẽ. Et eſt videre quomõ breui tempore ipſa religio creuerit pœnis multorũ:mortibuſq; ꝓficiẽs:ſed & bonorum direptionibꝰ: atq; omni ab his afflictionum genere tolerato. Et eo maxime mirũ eſt:ꝙ ne doctores qdẽ ipſi: vel ſatis idonei ſunt:vel ſatis plures. Prędicatur tamẽ ſermo iſte in omni orbe terrarũ:ita vt græci:ac barbari:ſapientes:& inſipiẽtes religionẽ Chriſti ſiue Chriſti doctrinã ſuſcipiãt. Ex quo dubiũ non eſt non hoc humanis viribus atq; opibus agi:vt cum omni poteſtate & pſuaſiõe ſermo Ieſu Chriſti apud omniũ mẽtes: atq; animos inualeſcat. Nã & ꝓdicta eſſe ab eo hæc ipſa:& diuinis ab eo reſponſis cõfirmata manifeſtũ ẽ cũ dicit: Quia añ pſides & iudices adducemini propter nomẽ meum in teſtimoniũ illis & gẽtibus. Et iterũ. Multi mihi dicẽt in illa die Domine:domine:nõne ĩ tuo noĩe mãducauimus & bibimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus? & dicam illis: Diſcedite a me oparii iniqtatis:nunq̃ cognoui vos. Quæ ſi ita qdẽ ab eo dicta fuiſſent: nec ad finem tamen ea q̃ prędicta ſunt perueniſſent:fortaſſis minus eẽ vera viderent:nec habere aliqd auctoritatis. nũc vero cũ iã in effectũ res quæ fuerãt ab eo prædictę pueniãt:cũ tanta aũt poteſtate: atq; auctoritate ꝓdicta ſint:manifeſtiſſime declaratur deum vere eſſe: q homo factꝰ ſalutaria pręcepta humilibꝰ tradidit. Quid vero inde dicendũ eſt ꝙ prophetę de ipo ante ꝓdixerũt non ceſſaturos principes ex Iuda: neq; duces de femoribus eiꝰ:vſquequo veniat ille cui repoſitũ eſt regnũ.ſ. vſq̃quo veniat expectatio gentiũ? Manifeſtiſſime eñ ex ipſa hiſtoria:& ex his quæ hodie ꝓuidẽtur: quia ex tẽporibus Chriſti vltra reges apud Iudęos nõ extiterũt ſed & oẽs ambitiones illę Iudaicæ in qbus iactantiæ q̃plurimũ gerebãt:& in qbus gloriabantur: id eſt vel de tẽpli decore, vel de altaris inſignibus: atq; oĩbus illis ſacerdotalibus infulis, indumentiſq; pontificũ:ſimul vniuerſa deſtructa ſunt. Cõpleta eſt enim prophetia quę dixerat. Per dies mltos ſedebũt filii Iſrael ſine rege, & ſine principe:nec eſt ſacrificiũ, neq; altare, neq; ſacerdotiũ. Ex quo vtiq; ſubuerſum eſt templũ:nec hoſtiæ offeruntᷣ:nec altare inuenitur:nec ſacerdotiũ conſtat. certiſſimũ eſt defeciſſe principes ex Iuda, ſicut ſcriptũ eſt:& ducẽ ex femoribus eiꝰ: vſquequo veniat ille cui repromiſſum eſt. Cõſtat ergo qa venit ille cui repoſitũ eſt. Qđ manifeſte videtur impletũ de multitudine eorũ q per Chriſtum ex diuerſis gentibus crediderũt. Sed & B in Deuteronomii cantico per prophetiã deſignatur pro peccatis prioris populi futura eẽ electio inſenſatę gẽtis: nõ alia vtiq; q̃ hęc quæ per Chriſtũ facta eſt. Sic enim ait. Exacerbauerũt me in ſimulacris ſuis: & ego in zelo cõcitabo eos. Eſt ergo ſatis euidẽter oſtẽdere quẽadmodũ Hebræi q deũ exacerbaſſe dicũtur in his q nõ ſunt dii: & irritaſſe eũ in ſimulacris ſuis:irritati ſunt & ipſi in zelotypiã per gẽtẽ inſipientẽ quã deus elegit per aduentum Ieſu Chriſti & diſcipulos. Sic eñ dicit apoſtolus: Videte eñ vocationẽ veſtrã fratres: qm̃ non multi ſapiẽtes ſecũdũ carnẽ:nõ multi potentes:non multi nobiles: ſed q̃ ſtulta ſunt mũdi elegit deus:& ea q̃ nõ ſunt: vt ea q̃ erant priꝰ deſtrueret. Non ergo glorietᷣ ei oĩs caro in cõſpectu dei. Sed & de his q̃ in pſalmis ꝓphetantur de Chriſto:qd dicẽdũ eſt? De eo maxime qui ſuſcribit canticũ ꝓ delicto:vbi refertᷣ qã lingua eius calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Decorus prę filiis hominũ: qm̃ diffuſa eſt gratia in labiis eius. Hoc eſt ꝙ breui tempore tranſacto doctrina eius diffuſa eſt. Anno eñ: & aliquot mẽſibus docuit:vniuerſus tñ orbis prędicatione, ac fide pietatis eius ĩpletus eſt. Orta eſt ergo in diebus eius iuſtitia, & multitudo permanens vſq; ad finẽ: qui finis ablatio lunę appellata eſt:& dominatᷣ a mari, & a flumine: vſq; ad terminos orbis terræ. Datũ eſt aũt & ſignũ domui Dauid. Virgo eñ ĩ vẽtre cõcepit, & peperit Emanuel:qđ interꝑtatᷣ nobiſcũ deus:& impletũ eſt qđ ait ipſe propheta Nobiſcum deus: victi enim nos ſumus:& ſuperati ex gentibus: & velut exuuiæ eius exiſtimus qui eius gratiæ noſtra colla ſubiecimus.

Sed & locus natiuitatis eius prædictus in Michea propheta dicente. Et tu Bethleem terra Iuda nequaꝗ̃ exigua es in ducibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ meũ Iſrael. Sed & ſeptimanæ annorũ ĩpletæ ſunt vſqꝫ ad Chriſtum ducem: quas prædixerat Daniel ꝑpheta. Adeſt nihilominus & is q per Iob prædictus eſt beluam ingentem conſumpturus qui & dederit poteſtatem familiaribus ſuis diſcipulis calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: nihil ab eo nocendis.

PAMPHILVS.

C HAec eſt de ſummis reb⁹ (id eſt de ſancta trinitate) Origenis fides: quã ex pauciſſimis teſtimoniis de cõpluribus eius voluminib⁹ aſſumptã edocuimus. Et quid tã rectum, quid tam verũ, quid tã catholicũ, qđ certe ad inſtructiõnẽ omniũ magis vtile: vel apud iſtos certe ipſos, q inimica aduerſus eũ mente deſęuiunt, quid tam irreprehenſibile? Et quidẽ in ſumma hæc poſuiſſe de fidei eius documẽto, ac ꝓbatione ſufficeret: niſi etiã ad reliqua quoqꝫ eũ criminãtur, neceſſariũ reſpõderi videretur. Intueamur tamẽ quæ ſint iſtę ipſę criminationes q̃ a maliuolis intẽduntur. Prima illa eſt: ꝙ dicunt eum innatũ dicere filium dei. Secũda: Qꝫ dicũt eũ per prolationẽ ſecũdũ Valentini fabulas in ſubſtãtiã veniſſe filium dicere. Tertia: quæ his omnibus valde contraria eſt: ꝙ dicunt eũ ſecũdũ Artemam vel Paulum Samoſanũ purum hominẽ. i. non etiam deũ dicere Chriſtum filiũ dei. Quarta poſt iſta eſt quæ iſtis omnibus aduerſatur (cęca enim eſt malitia) ꝙ dicũt eũ dicere id eſt putatiue tantũ, & per allegoriã: nõ & ſecũdũ ea quæ per hiſtoriã referũtur, geſta eſſe omnia quæ a Saluatore geſta ſunt. Quinta. Alia quoqꝫ criminatio eſt qua aſſerũt eũ duos Chriſtos prędicare. Sexta. Addũt illud quoqꝫ ꝙ hiſtorias corporales quæ per omnẽ ſanctã ſcripturã referũtur de geſtis ſanctorũ, penit⁹ deneget. Septima. Sed de reſurrectione mortuorũ: & de impiorum pœnis non leui impugnãt eũ calumnia: velut negãtẽ peccatoribus inferenda eſſe ſupplicia. Octaua. Quidã vero diſputationes ei⁹: vel opiniones quas de animæ ſtatu vel diſpenſatione diſſeruit: culpãt. Nona & vltima vero in eũ ẽ criminatio illa: q̃ cũ omni infamatione diſpergit: id eſt ꝙ humanas animas in muta animalia: vel ſerpentes, vel pecudes aſſerat trãſmutari poſt mortem: & ꝙ etiã ipſę mutorũ animaliũ animæ rationabiles ſint. quã criminationem idcirco nouiſſimã poſuim⁹: vt plura de libris eius coaceruantes exempla, euidẽtius eius falſitas noſceretur. Si ergo bene meminimus ordines criminationum quas ſupra conſcripſimus, incipiamus a prima.

❡Qꝫ ex deo patre natus eſt filius: & vnius eſt cum patre ſubſtantiæ: alienus vero a ſubſtantiis creaturarum. Ex primo lib. Epiſtolæ ad Romanos.

ORIGENES.

QVerat fortaſſis aliquis: ſi filius charitas eſt: præcipue propter hoc ꝙ Ioannes ad deum patrẽ retulit hãc vocem dicens: Quia deus charitas eſt. D Sed rurſum ex ipſa eius epiſtola proferemus & illud qđ ait: Chariſſimi diligamus inuicem: quoniam charitas ex deo eſt. Qui ergo dixit: quia deus charitas eſt: ipſe iterum charitatem docet eſſe ex deo: quã charitatem nõ credo eſſe alium niſi vnigenitum filium eius: ſicut deũ ex deo: ita charitatem ex charitate progenitam.

❡De eiſdem in. v. lib. de euãgelio ſcđm Ioannem. Item in pſal.

VNigenitus filius Saluator noſter q ſolus ex patre natus eſt: ſolus natura, & non adoptione filius eſt. Vn⁹ ergo verus deus ſolus habet immortalitatẽ: lucem habitat inacceſſibilem. Vnus ait verus deus: ne. ſ. multis veri dei nomẽ cõuenire credamus. Ita ergo q accipiunt ſpiritũ adoptionis filiorũ in quo clamãt abba pater: filii quidem dei ſunt: ſed nõ ſicut vnigenitus filius: vnigenitus eñ natura filius, & ſemper inſeparabiliter filius eſt. Cæteri vero pro eo ꝙ ſuſceperũt in ſe filiũ dei, poteſtatẽ habẽt filii dei fieri. Qui licet nõ ex ſanguinibus: neqꝫ ex volũtate carnis, neqꝫ ex volũtate viri: ſed ex deo nati ſunt: nõ tamẽ ea natiuitate ſunt nati qua natus eſt vnigenitus filius: propter qđ quãtã differẽtiã verus deus habet ad eos quib⁹ dicitur: Ego dixi, dii eſtis: tantã differentiã habet verus filius ad eos qui audiunt: Filii excelſi omnes.

❡De libris epiſtolę ad Hebręos ꝙ homouſios eſt cum patre filius (id eſt vnius cũ patre ſubſtantiæ) alienus a ſubſtantiis creaturæ.

❡Interrogamus igitur eos quos confiteri dictũ eſt deũ eſſe filiũ dei, qũo poterat ſola hu

mana natura nihil in ſe habēs eximiū neq; aliquid diuinę ſubſtātię,hęreditatē capere oēm principatū:& omnē poteſtatē,& virtutem:& his oībus pferri,ac pponi a patre. Vnde rectū videtur ꝙ pręſtātior eſſe debeat is qui hęreditatem capit:& genere vtriq;,& ſpecie,& ſubſtātia,& ſubſiſtentia vel natura,atq; oībus qbuſcūq; modis debet eſſe præſtantior.

¶Et poſt pauca in eodem loco.

¶Cū autē diſcutitur hoc qđ dictū eſt de filio dei ꝙ ſit ſplendor glorię:neceſſe videt́ ſimul diſſerēdū & illud qđ dictū eſt: nō ſolū ꝙ ſplendor eſt lucis æternæ:ſed & huic ſimile ī ſapiētia Salomonis refertur:in qua ſeipſam deſcribit dicens: Vapor eſt eñ virtutis dei: & aporrœa oīpotentis dei gloriæ puriſſima. Et poſt aliquāta. Oportet aūt ſcire nos quia per ineffabilia quædā,ac ſecreta,ac recondita quodāmodo vim ſibi faciēs ſcriptura conatur ſancta hominib⁹ indicare,& ītellectū ſuggerere ſubtiliter vaporis nomē inducēs. Qđ ideo de rebus corporalibus aſſumpſit:vt vel ex parte aliqua poſſim⁹ intelligere quomō Chriſtus qui eſt ſapiētia:ſecūdū ſimilitudinē eius vaporis:q de ſubſtātia aliqua corporea ꝓcedit ſic & ipſe vt quidā vapor exoritur de virtute ipſius dei:ſic & ſapiētia ex eo ꝓcedēs: & ipſa ſubſtantia dei generatur. Sic nihilominus & ſecundū ſimilitudinē corporalis aporrœę eē dicit́ aporrœa glorię oīpotentis:pura qdē,& ſyncera. Quę vtreq; ſimilitudines manifeſtiſſime oſtēdūt cōmunionē ſubſtātię eē filio cū patre. Aporrœa eñ ομουσιοσ videtur:id eſt vni⁹ ſubſtātię cū illo corpore ex quo eſt aporrœa,vel vapor.

PAMPHILVS.

A ¶Satis manifeſte vt opinor,& valde euidenter oſtēſum eſt ꝙ filiū dei de ipſa dei ſubſtantia natū dixerit.i.homouſion:qđ eſt eiuſdem cū patre ſubſtātię:& nō eſſe creaturam: neq; per adoptionē:ſed natura filiū veꝝ:& ex ipſo patre generatū. Supereſt vt & ſecūdę criminationi illatę ipſi ab accuſatoribus ꝓ nos quidē platis:ſed ſuis verbis ipſe reſpōdeat: duobus vel tribus teſtimoniis adhibitis:qb⁹ ęquū eſt ſecūdū legem noſtrā omne verbū ſtare.

Qꝫ non per prolationem natum dicat eſſe filiū dei ſecundū Valentini impietatē.

ORIGENES.

EGo arbitror ꝙ ſufficere debeat volūtas pris ad ſubſiſtēdū: ſi qđ vult poteſt. Volēs eñ nō alia via vtitur:niſi q̄ cōſilio volūtatis profertur. Ita ergo & ab eo filii ſubſiſtētia generat́.qđ neceſſe ē in plurimis ſuſcipi ab his qui nihil ingenitum.i. innatum pręter ſolum deum patrē fatentur. Obſeruandū namq; eſt ne quis incurrat in illas abſurdas fabulas eorum qui prolationes quaſdam ſibiipſis depingunt:vt diuinam naturam in partes vocent:& deum patrem quantum in ſe eſt diuidant:cum hęc de incorporea natura vel leuiter ſuſpicari nō ſolum extremæ impietatis ſit verum etiam vltimę inſipientiæ: nec omnino vel ad intelligentiam conſequens: vt incorporeę naturæ ſubſtantialis diuiſio poſſit intelligi. Magis ergo ſicut voluntas procedit e mente:& neq; partem aliquā mentis ſecat:neq; ab ea ſeparatur:aut diuiditur: tali quadam ſpecie putandus eſt pater filiū genuiſſe:imaginē ſcilicet ſuā:vt ſicut ipſe eſt inuiſibilis per naturam:ita imaginem quoq; inuiſibilem genuerit. Verbum eñ eſt fili⁹: & ideo nihil ī eo ſenſibile intelligendum eſt. Sapientia eſt: & in ſapientia nihil corporeum ſuſpicandum eſt. Lumen eſt verum qđ illuminat oēm hominē venientem in hunc mundū:ſed nihil habet commune ad ſolis huius lumen.

¶De his ex.iiii.li.Peri archon.

¶Tempus eſt decurſis his quæ de patre & filio & ſpiritu ſancto diſſeruim⁹: de illis quoq; quæ a nobis relicta fuerunt, pauca repetere. B

Deus pater & cum inuiſibilis ſit:& inſeparabilis a filio:non per prolationem ab eo (vt quidam putant) generatus eſt. Si enim prolatio eſt filius patris:prolatio aūt dicitur quæ talē ſignificat generationē:qualis animalium: vel hominū ſolet eē progenies: neceſſario corpus eſt & is qui protulit:& is qui prolatus eſt.

PAMPHILVS.

¶Tum deinde in conſequentibus vehementius aduerſum Valentini hęreſim taliter ſcribentem inuectus longe his cōtrariam ſuā ſententiam ſecūdum catholicę fidei protulit veritatem.

¶Ex.ii.li.ſecundum Ioannem.

¶Vnigenitus ergo de⁹ Saluator noſter ſolus a patre generatus, natura & non adoptione filius eſt:natus aūt ex ipſa patris mente:ſicut volūtas ex mente. Non enim diuiſibilis eſt diuina natura.i.ingeniti patris:vt putemus vel diuiſione:vel īminutiōe ſubſtantiæ eius filiū eſſe progenitum. Sed mens: ſiue cor: ſiue ſenſus de deo dicēdus eſt indiſcuſſus permanēs: germen proferēs volūtatis:factus eſt verbi pater:qđ verbū in ſinu patris requieſcens annūtiat deū quē nemo vidit vnq̄:& reuelat patrē quem nemo cognouit niſi ipſe ſolus:his quos ad ſe pater cæleſtis attraxit.

PAMPHILVS.

C SVfficiat per hoc reſpondiſſe ſecundę criminationi: nunc cõſequẽter reſpondebimus etiam his qui purum homi nẽ.i.ſine deo,ab eo dici aſſerunt Chriſtum.

¶Qꝫ non purus homo:ſed diuinę naturæ ſit Chriſtus:de li.i.Peri archωn.

ORIGENES.

EX eo qđ dicit apoſtolus Paulus:nõ ab hoĩbꝰ: neqꝫ ꝑ hominẽ:ſed ꝑ Ieſum Chriſtũ: manifeſte dať intelligi q̄a non erat homo Chriſtꝰ Ieſus:ſꝫ erat diuina natura.Non.n.ſi homo eſſet: dixiſſet Paulus hoc qđ ait. Paulꝰ apoſtolus nõ ab hominibus:neqꝫ ꝑ hominẽ.Si em̃ homo fuit Ieſus:& ꝑ ipſum aſſumptus eſt in apoſtolatũ Paulus:vtiqꝫ per hominem factꝰ erat apoſtolus.Si aũt ꝑ hominẽ factꝰ erat apoſtolus: nunq̃ dixiſſet: quia neqꝫ ꝑ hominẽ:ſed manifeſte ſeꝑat ab humana natura Ieſum Paulus per hæc verba;nõ em̃ ſufficit ei dixiſſe:neqꝫ per hominem:ſed adiecit dicens: ſed per Ieſum Chriſtum.Quem vtiqꝫ quia ſciebat excellentioris eẽ naturę:propterea dixit ſe nõdum aſſumptum eẽ per hominẽ. ¶Hoc enim in initio epiſtolæ dicens in ſequentibus libris ſimilia adiecit: exponẽs illud capitulũ in quo ſcriptum eſt:Notum autẽ vobis facio fratres euãgelium quod prædico vobis:quomodo nõ eſt ſecũdum hominem.Neqꝫ enim ego ab homine accepi illud:ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti.Aduerte ergo quid ſcribit:quia conuenienter quis & hoc adiungens prioribus oſtendere poterit his qui negant deitatem Ieſu Chriſti:ſed hominẽ eum ſolum pronuntiant: quia non eſt homo:ſed deus: filius dei Ieſus Chriſtus.Sic enim dicit apoſtolus: quia euangeliũ quod euangelizaui vobis non eſt ſecundũ hominem:ſed ſecundum Ieſum Chriſtum. Euidenter ergo oſtendit quia Chriſtus Ieſus non eſt homo:ſi autem non eſt homo: ſine dubio deus eſt:immo non aliud erit niſi homo:& deus.Et iterum. Si verum eſt qđ dicit Paulꝰ:q̄a non ab homine accepi illud euangelium: ſed per reuelationem Chriſti Ieſu: certũ eſt quia Ieſus Chriſtus qui reuelauit non eſt homo.Alienum eſt ab homine reuelare quę ei occulta ſunt:& reuelata ſunt:qđ etſi aliquando ꝑ hominem fiat:nõ tamen ab homine fit;ſed ab eo qui in homine loquitur Chriſtus.

PAMPHILVS.

TEmpus eſt his ita euidẽter D oſtẽſis,nos etiã ad ſequẽtis criminationis tẽdere defenſionẽ: breuitatiſ ſtudio paucorꝝ teſtimonioꝝ ꝓbatiõe cõtẽtos:aduerſus eos q dicũt eũ ꝑ allegorias adimere oĩa q̄ de ſaluatore ſcripta ſunt, corꝑaliter facta.

ORIGENES.

¶Adiũgendũ eſt etiã illđ his q̄ ſupra diximꝰ: quoniã corpus Chriſti nõ erat alienũ a terrena ſubſtãtia ſecũdũ hoc ꝙ filius eſt Dauid,& filiꝰ Abraham:ſicut ſcribit Matthęus: Liber generatiõis Ieſu Chriſti filii Dauid,filii Abrahã.Et ſicut Paulus dicit:Chriſtũ eẽ ex ſemĩe Abrahę,& ex ſemine Dauid ſecũdũ carnem. Qđ ergo dictũ eſt:q̄a cõſũmatis quadragita diebus ieiunii:&.xl.noctibus poſtea eſuriit:ſine dubio hoc indicat:ꝙ euacuari,& repleri ſimiliter vt noſtra corpora ſolẽt,etiã illiꝰ poterat corpꝰ.Si vero q̄s obiiciat nobis huiꝰ miraculi rationẽ de.xl.dieꝝ ieiunio:facile ſolui p̃t cũ adhibeť etiã illud exẽplũ de Moyſe,& Helia:q ſilr̃iter ꝑtuliſſe ieiuniũ referunť.Sed & illud ꝙ itineris labore,& æſtu fatigatꝰ ſedens ſuper puteũ requieſcit, & ſitit: quidnã aliud indicat niſi neruoꝝ fatigationẽ,& ſolis ardore nimio elementũ corporei humoris abſumptũ? Qꝫ vero in melioribus occupatꝰ hoc qđ bibere voluerat diſtulit nec bibit:nõ ꝓpterea dicẽdum eſt q̄a nec paſſus eſt ſitim.Sed & illud ꝙ frequẽter ꝑ cœnas vocať: & ĩ cõſpectu omniũ mãducat,& bibit:nõ decipiẽs,vel fallens oculos vidẽtiũ hæc vere facit:neqꝫ putatiue(vt q̄dã arbitrantur)hęc gerit:cũ ita ſumeret cibũ,ac potũ:vt a q̄buſdã etiã quaſi ꝓ ſumptione nimia culpareť:velut cibũ,ac potũ auidius ac ꝓpẽſius appetens.Si aũt q̄s violẽtius velit affirmare ideo hæc ita eẽ q̄a ꝑ phãtaſiã manducabat:& illi q̃uo id fieret neſciebãt:reſpõdẽdũ eſt ad ea ex his quæ ip̃e dñs dixit: Venit Ioãnes baptiſta:neqꝫ mãducãs,neqꝫ bibẽs:& dicũt dęmoniũ hẽt. Venit filiꝰ mãducãs,& bibẽs:& dicũt:Ecce hõ deuorator: et vinũ bibẽs.Ipſo em̃ Saluatore dicẽte:q̄a venit filius hoĩs mãducãs,& bibẽs:q̃uo auſus ẽ aliquis dicere neqꝫ mãducaſſe eũ neqꝫ bibiſſe? Quæ vtiqꝫ manifeſta ĩcredulitas ẽ doctrinæ eius.Si aũt mãducabat,& bibebat:& ſubſtantia vini,atqꝫ eſcę in carnẽ eius efficiebať:ſine dubio ꝑ oẽs corꝑis eius compages mẽbrorũ diffundebať.Sp̃ualẽ em̃ naturã(ſicut q̄dã de eius corpore ſentiunt:qđ impite ſatis & abſurde faciũt)impoſſibile eſt vini,atqꝫ eſcæ recipere ſubſtãtiã.Si vero q̄s ĩdignãs ob cœnas

ad hoc proferat inquiſitiones:requirẽs: ſi etiã
digeſtiones in corpore fiebant : nihil abſurdũ
videtur fateri ſecũdũ cõſequẽtiã naturę cor-
poreę.Si vero etiã exẽplis a nob[hoc exigãt af
firmari:oſtẽdẽdũ eſt illos ſatis inſipiẽter ingre
re.vbi eñ iſta de apl'is:vel cęteris ſanctis facta
eſſe referunt:vel etiã de ipſis: & peccatorib⁹ ?
Sed & circũciſionis eius ratio nobis quidẽ nõ
generabit maiorem anguſtiã : dicẽtibus eum
conſequenter humano corpori & circũciſum
& præputium eius terræ mandatum fortaſ-
ſis vſq; ad tẽpus:aut ſi aliter eſt in alia diſpu-
tatione requiretur. Hæc tamen eius circunci
ſio ſatis coanguſtabit eos qui ex diuerſo ſunt
Spirituale autem corp⁹quomodo poterat cir
cuncidi ferro terreno?Propter quod non eru-
buerunt quidam ex ipſis de pręputio circun-
ciſionis eius etiã libros edere:quibus oſtẽdere
conãtur ꝙ in ſubſtantiã ceſſerit ſpiritualem.
Nõ minus etiã anguſtiabunt illi qui animale
corpus dicũt eſſe corp⁹ Chriſti.Sed & de ſan-
guine eius & aqua quæ ꝓceſſit de latere eius
haſta cõpũcto a milite : eadem ſentiẽda ſunt.
Sed his qui ſciunt quid audiatur p hoc qđ di
citur:quia fixurę clauorũ erant in eius corpo
re:manifeſte declarat qa caro erat terrena : id
eſt humanæ naturæ:quæ vtiq; non erat talis:
vt recipiendorũ vulnerũ ſubterfugeret quali
tatem.quaſi nõ etiã multa humanę infirmita
tis in ipſa morte ſenſiſſet:anima perturbatur:
& triſtis eſt pro ea vſq; ad mortẽ.Quę oĩa eui
denter oſtendunt ꝙ non falſo:ſed quaſi homo
dixerit:ſpiritus quidẽ promptus eſt: caro aũt
infirma.Eadem nihilominus oſtẽdit etiã ſom
ni ratio cũ dicitur. Qui erat in puppi ſup cer
uical dormiẽs:ſicut Marcus refert: & ab hoĩe
ſuſcitatur e ſomno.Hęc eñ licet habeãt ſpiri
tualem intellectũ:tamẽ manente prius hiſto-
riæ veritate:etiã ſpiritualis recipiẽdus eſt ſen
ſus.Licet eñ cęcos ſemp curet ſecundũ ſpiri-
tualem intelligentiã:cũ ignorantia excęcatas
illuminet mentes:tamen & corporaliter tunc
cæcum ſanauit:& mortuos ſuſcitat ſemp: fe-
cit tamen & tũc huiuſcemodi mirabilia:ſicut
filiam principis ſynagogę:& filium viduæ:&
Lazarũ:& q̃uis ſemp cum excitatur a diſcipu
lis compeſcat eccleſię turbines: vel procellas:
tamen certũ eſt etiã tunc geſta eſſe ea quę per
hiſtoriam referunt.Si ergo ſanum eſt ſenſum
ſcripturę recipe:nec oportet inclinare aurem
his qui dicunt per Mariã:& nõ ex Maria eum
natum:qđ apl'us pręſciens ita prædixit:Cum
autem venit plenitudo temporũ miſit deus fi
liũ ſuũ factũ ex muliere: factũ ſub lege: vt eos
q ſub lege erãt redimeret : vides qa non dixit
factum per mulierem:ſed factum ex muliere.

PAMPHILVS.

¶Quid tã euidẽter:aut integre q̃ ex his omĩ- A
bus quę ſcripſit cõfirmat ab eo & dominicoꝝ
geſtorũ veritas & hiſtoriæ ſcripturarũ fides?
Sed pſequamur cõſequẽter etiã reliqua: qua-
ſi duos Chriſtos dixerit:vnũ dei verbũ & aliũ
Ieſum Chriſtum qui ex Maria natus eſt.

¶Q; vnus ſit Chriſtus filius dei ex pri
mo libro de Eſaia. ORIGENES.

SIcut dicit apoſtol⁹ : quomo
do ęmulatores eſtis ſpiritu
um:ſic cum vnus ſit ſpirit⁹
ſanctus:tãti per ſingulos di
cuntur ſpiritus ſancti:quã-
ti ſunt hi q habẽt in ſe ſpiri
tum ſanctũ. ita & de Chri-
ſto dicendũ eſt.Ab vno .n. Chriſto multi fiũt
Chriſti:ſicut ſcriptura dicit . Nolite tangere
chriſtos meos:& in ꝓphetis meis nolite mali-
gnari.Sic & ab vno deo mlti dii dicũt : oẽs ſci
licet hi in qbus habitat deus:ſed nobis vn⁹ eſt
deus pater ex quo oĩa.Vnus eſt ergo ver⁹de⁹
q(vt ita dixerim)pſtator eſt deitatis:& vnus
Chriſtus factor chriſtorum : & vnus ſpũs ſan
ctus qui per ſingulas aĩas ſanctoꝝ facit ſpiri-
tũ ſanctũ.Chriſtus vero ſicut per hoc ꝙ Chri
ſtus eſt facit chriſtos:ita & p hoc ꝙ fili⁹ dei &
filius proprius & vnigenit⁹: oẽs eos q percipi
unt ab eo ſpiritũ adoptionis,filios dei facit.

PAMPHILVS.

¶Vnum hoc teſtimoniũ eſt ꝙ Chriſtus ver⁹
vnus ſit qui pticipatiõe ſui multos facit chri
ſtos.Adhibeam⁹ tñ & illud ex primo libro de
euangelio ſecundum Matthæum:in quo hoc
modo dicit.

ORIGENES.

¶Si Chriſt⁹ Ieſus cũ in forma eẽt dei nõ rapi B
nam arbitratus eſt eẽ ſe ęqualẽ deo: ſed ſemet
ipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs:& in ſi
militudinẽ hoĩm factus:habitu reptus vt ho-
mo eſt:humiliãs ſeipſum:fact⁹obediẽs vſq; ad
mortẽ:mortẽ aũt crucis:dubiũ nõ eſt ꝙ nati-
uitas ei⁹nõ eſt talis:vt quaſi ante nõ fuerit:eẽ
cœpit:ſicut de natiuitate hoĩm putat:ſed qui
pri⁹ erat:& erat in forma dei:venit vt etiã for
mam ſerui ſuſcipet.Deniq; qđ natũ eſt ex car
ne : caro eſt(iqt) id eſt qđ natũ ẽ ex ea q̃ dixit
Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecũdũ verbũ tuũ:
hęc eſt forma ſerui quæ vtiq; caro eſt.

PAMPHILVS.

¶Et in tertio libro epiſtolæ ad Coloſſenſes de
eiſdem ita ſcribit.

ORIGENES.

¶Data eſt aũt lex Moyſi per angelos in manu

mediatoris Chriſti : & virtute:qui cũ eſſet in
principio verbũ:& apud deũ eſſet: & deus eſ-
ſet verbum:patri in oĩbus miniſtrauit.Oĩa
enim ꝑ ipſum facta ſunt.i. nõ ſolũ creaturę:
ſed & lex:& ꝓphetę: & ipſemet mediator dei
& hominũ. Qđ verbũ qdẽ in fine ſæculorum
homo factus eſt Ieſus Chriſtus:ſed ante hunc
manifeſte in carne aduẽtum mediator quidẽ
erat hominum:ſed nondum erat homo.Erat
tamen & tunc mediator dei:& hominũ.vnde
& data lex ꝑ angelos in ipſius mediatoris ma
nibus data eſſe dicitur:vt eſſet lex ſancta:mã-
datum ſanctum/ & iuſtum/ & bonum : & oĩa
hęc ſanctificarentur a Chriſto.

PAMPHILVS.

C ¶Sufficere etiã opinor de his tribus teſtimo-
niis cõfutatã eſſe calumniã.Siquis ſane offen
ditur ꝙ dixit ſaluatorẽ etiã animã ſuſcepiſſe:
nihil de hoc amplius reſpõdendũ puto:niſi ꝙ
ſentẽtię nõ Origenes auctor eſt:ſed ipſa ſacra
ſcriptura teſtatur:ipſo dño & ſaluatore dicẽ-
te.Nemo tollit animã meã a me : & triſtis eſt
anima mea vſq; ad mortẽ:& nunc anima mea
turbata eſt:& multa his ſimilia in ſanctis ſcri
pturis inuenies. Supeſt rñdere ad illã accuſa
tionem quæ calumniatur eum oẽm ſcripturã
in allegoriã vertere: ex ipis libris quos vel ma
xime obtrectatores eius incuſant.i.de quarto
Peri archon libro ꝓferamus:quia nõ negat ea
quę in ſcripturis referuntur etiam ſecũdum
literam geſta.

ORIGENES.

NE quis autẽ ſuſpicetur nos
hoc dicere:quia nullã hiſto
riam ſcripturę factã eſſe ſen
tiamus:quoniam ex his ali
quam nõ eſſe factam ſuſpi-
camur: vel nulla ꝑcepta le-
gis ſecũdũ literã ſtare:quo-
niã quædã ſecundũ literã dicimus obſeruari
nõ poſſe:in qbus vel ratio: vel poſſibilitas nõ
admittit:vel ea quę de Saluatore ſcripta ſunt
non putare etiã ſenſibiliter impleta: vel præ-
cepta eius ſecundũ literã non debere ſeruari:
Reſpondendũ ergo eſt quoniam a nobis eui-
denter decernitur in ꝗplurimis ſeruari opor
tere hiſtoriæ veritatẽ. Quis eñ negare poſſit
ꝙ Abraham in duplici ſpęlunca ſepultus eſt:
& in Ebron! Sed & Iſaac/ & Iacob/ & ſingulæ
eoꝝ vxores! Vel quis dubitet Sichimã portio
nem datam eẽ Ioſeph! Vel ꝙ Hieruſalem me-
tropolis eſt Iudææ:in qua conſtitutum eſt tẽ-
plum domini a Salomone! Et alia innumera-
bilia.Multo enim plura ſunt quæ ſecundum
hiſtoriã vera ſunt,ꝗ ea quę nudũ ſenſum con
tinent ſpiritualem.Tum deinde quis nõ affir
met mandatũ hoc qđ pręcepit:Honora patrẽ
tuũ/& matrẽ vt bene ſit tibi:ſine vlla ſpiritua
li interpretatione ſufficere: & eſſe obſeruanti
bus neceſſarium!maxime cum & Paulus eiſ-
dem verbis repetens cõfirmauerit ipſum mã
datum.Quid vero oportet dicere de eo qđ di
ctũ eſt:Nõ adulterabis:nõ occides:non furtũ
facies:non falſum teſtimoniũ dices: & cætera
huiuſmodi!Iam vero de his quę in euangelio
mãdata ſunt:ne dubitari quidẽ poteſt: qn ſe-
cũdum literam obſeruentur:ſicut cum dicit:
Ego autem dico vobis non iurare omnino. &
cum ait:Qui autem inſpexerit mulierem ad
concupiſcẽdũ eam iam mœchatus eſt eam in
corde ſuo.Et apud Paulũ apoſtolum quę præ
cipiũtur:Cõmonete(inquit)eos: cõſolamini
puſillanimes:ſuſtinete infirmos:patiẽtes eſto
te ad omnes: & alia ꝗplurima.Sed & de ſingu
lis ſanctorum qui in ſcriptura ſancta conſcri-
pti ſunt:quoſq; iuſtos:& electos dei eſſe ſcri-
ptura teſtatur:debet eſſe quędam fides ab his
qui ſaluari cupiunt.Non enim poteſt eſſe ꝑ
fecta in deum fides:niſi quis habeat & hanc fi
dem:quoniam de ſanctis ꝙ ſancti ſunt credi-
tur.qđ autem dicimus tale eſt. Qui credide-
rit in deum:& dogmata eiꝰ/vera eſſe ſuſcepe-
rit:credit & hoc ꝙ Adam quidem primus ho
mo formatꝰ eſt:credit & de Eua:ꝙ vnam e co
ſtis Adam ſumens deus ædificauerit eam: vt
eſſet eiꝰ mulier:credit & ꝙ Enoch:quia in an-
nis. ccc. placuerit deo: poſteaꝗ Mathuſalem
genuit tranſlatus eſt:& de Noe quia reſpon-
ſa accepit vt fabricaret arcam: & ſolus ſalua-
tus eſt ex diluuio:cum his tantũmodo qui cũ
eo fuerant arcam ingreſſi:ſimiliter & Abrahã
ꝙ meruerit teſtimonium dei : & ꝙ ſuſceperit
hoſpitio cum eẽt ſub ilice mambre tres viros
ex qbus vnus erat dominus:credit & de Iſaac
vel quoniam natus eſt : vel quoniam oblatus
eſt a patre: vel quoniam reſponſa dei audire
meruerit.Sed & de Iacob:ꝙ mutato nomine
Iſrael a deo cognominatus eſt:& de Moyſe ꝙ
ꝑ ſigna & virtutes miniſtrauerit deo. Cre-
dit & ꝙ Ieſus Naue exauditus a deo ſtare fece
rit ſolem ſuper Gabaon:& lunam ſup vallem
Haylon.Quid autem dicendum eſt de fideli-
bus iudicibus:& de his quę per eos geſta refe-
runtur!& in Regnorum libris de Samuele:ꝙ
meſſium tempore pluuias a deo popoſcerit:
& acceperit!& de Dauide quem aſſumpſit &
dominus ab ouibus:vt regeret Iacob puerum
ſuũ:& Iſrael hæreditatẽ ſuam ! & de Nathan
ꝙ prophetauerit:necnõ & Gad: ſed & de Sa-
lomone ꝙ apparuerit ei in viſu dominꝰ: & de

Helia ꝙ aſſumptus eſt per aſcenſionē in cælū effectis illis omnibus quæ ſcripta ſunt ſignis: & prodigiis:ſed & de Heliſeo quoniam nō ſolum reſuſcitauit filiū Sunamitis: ſed & mortuum ſuper oſſa ſua proiectum. Oportet ergo vnūquēq; fideliū credere & omnibus quę ſcripta ſunt de Ezechia:ꝙ in diebus eius retrorſum repedauerit vmbra ſolis. Eſt ergo fides noſtra primo quidē omniū in dominū noſtrū Ieſum Chriſtum:cōſequenter vero etiā in oēs ſanctos patriarchas:vel prophetas:vel apoſtolos Chriſti eo ordine quo ſuperius diximus.

PAMPHILVS.

A ¶Sufficienter iſta ad probationem catholicæ fidei eius:& qualiter etiā de ipſa ſcripturarū hiſtoria ſenſerit dicta ſint. Et quoniā inter cæteras criminationes quas ei inferūt eſt etiam quā maximam ponunt: ꝙ reſurrectionem ſcilicet mortuorum deneget : quæ vtiq; futura manifeſte in eccleſiis prædicatur: conſequens etiam eſt has ex ipſius nos verbis calumnias oſtendere:& mendaces euidēter arguere eos: qui etiam ſcripta de hoc edere aduerſus eum non pepcerunt. Tā ex ipſis ergo libris quos de reſurrectione ſcripſit:q̄ ex cæteris eius diuerſis voluminibus approbabimus etiam in hac parte q̄ catholice ſenſerit.

¶Origenes quomodo ſentiebat de Reſurrectione ex.i.li.de reſur.

QVomodo enim nō videtur abſurdū: vt hoc corp⁹ qđ ꝑ Chriſto pertulit cicatrices: & pariter cū aīa pſecutionē tolerauit: ſęua tormēta:carcerū quoq;:ac vinculorū: & verberū ſupplicia pertulit: igne etiā cruciatū,ferro cęſum eſt:inſup & beſtiarū cruentos morſus,crucis patibula,ac diuerſarū pœnarū genera ppeſſum eſt: tantorū certaminū p̄miis defraudetur? Quippe ſi ſola aīa q̄ non ſola certauerat coronet̄:& corp⁹ ſui vaſculū qđ ei cū magno labore ſeruiuit nulla agonis:& victorię p̄mia cōſequatur: qūo non cōtra omnē rationē videt̄ vt naturalibus vitiis:atq; ingenitę libidini ꝑpter Chriſtū caro reſiſtēs:& virginitatē obtinēs cū ingēti labore: q cōtinētiæ labor vtiq; aut maior carnis q̄ aīæ eſt:aut certe vtriuſq; æqualis eſt:p̄miorū tēpore altera velut indigna reiiciatur: altera veniat ad coronam?

PAMPHILVS.

¶His aſſertionib⁹ incipiēs vti de reſurrectione mortuorū:per totā voluminis ſui ſeriē euidētiſſimis approbationib⁹ vſus eſt. In ſecūdo vero libro eiuſdem materię,cum prædixiſſet quaſi ad gentiles loqueretur huiuſmodi:ſuā ſententiam declarauit.

ORIGENES.

¶Nos vero poſt corruptionē mūdi eoſdē ipſos eē hoīes futuros dicim⁹:licet non eodē ſtatu:neq; in iiſdē paſſionib⁹. Nō eīm iterū ex cōuētiōe viri & mulieris erūt:ſed(verbi gr̄a)ea ratio q̄ cōtinet Pauli ſubſtātiā: Pauli aūt nūc dico corporalis q̄ ſalua permanet:& cū voluerit deus ſecūdū ea q̄ dicta ſunt per ſacramētū tubarū in nouiſſima tuba facere:vt mortui reſurgāt p illā ipſam ſubſtātię rationē quę ſalua permanet: vt de terræ puluere reſuſcitentur a mortuis ex oībus locis in qbus ratio illa ſubſtātiæ corporalis in ipſis corporibus permanebat: quę in terrā prolapſa dei voluntate iterū ſuſcitātur. Et hoc arbitror aſſerere volentē dixiſſe apoſtolum in prima ep̄la ad Corinthios: poſt aſſertionē eīm reſurrectiōis mortuorū cū propoſuiſſet ſibi ea q̄ poſſent ab aliis ſibi obiici de reſurrectiōe mortuorū : ſic ait. Sed dicit aliqs:Quō reſurgūt mortui? Quo aūt corpore veniūt? Stulte tu qđ ſeminas:non viuificat̄ niſi prius moriat̄:& qd ſeminas?nō qđ futuꝝ eſt corp⁹ ſeminas:ſed nudū granū: vtputa tritici:aut alicuius cæterorum:deus aūt dat illi corpus ꝓut vult. Cū eīm manifeſtiſſime oſtendiſſet qa mortui reſurgūt: & certū eſſet quia Saluator noſter cū ipſo corpore reſurrexiſſet qđ ſuſcepat ex Maria:nūc ergo ſatis clarū eēt qūo reſurrecturi eēnt cęteri:vel quale corpus habituri:cōpat reſurrectionē ſeminib⁹ q̄ ſeminant̄ in terra:vtputa grano frumēti:qđ cū ceciderit in terrā corrūpit̄:ſed rōnis illius virt⁹ eſt inſita in interiorib⁹ eius medullis:ipſa rationis virt⁹ aſſumpta adiacētē ſibi terram:vel aquę humorē: ſeu aeris circūſtantem tēperiē: caloris quoq; ſufficiētē recipiēs fomitē:p diuinā virtutē coopantē culmi vel ſpicę cōſurgūt & hoc ē qđ dicit: Tu qđ ſeminas nō viuificat̄ niſi pri⁹ moriat̄:& qd ſeminas?nō corp⁹ qđ futurū eſt ſeminas. Ergo hoc qđ cadit in ſemen corpus noſtrū : cōparatū eſt grano frumenti.

PAMPHILVS.

¶Et aſſertis his : p huiuſmodi cōſequentiam poſt pauca addidit etiā hæc. ORIGENES.

¶Q; autē oīs illa repromiſſio reſurrectionis mortuorū de hoc corpore ſit qđ mortuū relinquitur:ſanctę ſcripturę multis modis hoc oñdunt:ſed & ipſa hoc dñi noſtri Ieſu Chriſti reſurrectio declarat q primogenit⁹ ex mortuis dicitur. B

PAMPHILVS.

¶Poſt hæc qbuſdā per medium latius diſputatis adiecit etiam iſta.

ORIGENES.

¶Sicut enim plus habet oīs rationabilis ani-
ma his q̄ vel creſcendi: vel nutriendi: vel mo-
tus ſolius officium exhibere dicitur: ſic ea ra
tio q̄ in humano corpore eſt, multo ampli⁹ ha
bet: q̄ quę in reliquis corporib⁹: ex eo ꝙ etiam
incorruptū fuerit genus humanū: ſubſtitere
rurſum poteſt dei virtute cōſeruatū: & cuſto
ditū vſq; ad reſurrectiōis tempus. Q̄ aūt vbi
cūq; fuerit reſtituat. i. ab omni loco in quocū-
q; fuerit: ita ait Ioannes in reuelatione ſua: Et
reddidit mare mortuos quos habebat in ſe: &
mors: & infernus reddiderūt mortuos ſuos q
erāt ī eis. Forte eī vt ego puto mare hic ꝓ hu-
mido omni appellatū eſt elemento: infern⁹ au
tem pro aere: mors vero ꝓ terra: quaſi quādā
cognationem his inter ſe inuicem habētibus.
corpus em̄ puluerem mortis vocat ſcriptura,
vel terram: vel corpus mortis. Sane qualis fue
rit vniuſcuiuſq; præparatio in hac vita: talis
erit reſurrectio eius. Qui beatus hic vixerit
corpus eius in reſurrectione diuiniore ſplēdo
re refulgebit: & apta ei māſio beatorū tribuet
locorū. Huic vero qui in malitia cōſumpſerit
tēpus ſibi vitę ꝑſentis indultū tale dabit cor-
pus qđ ſufficere & perdurare poſſit in pœnis
& arbitror ꝙ hanc differentiā volens oſtēde-
re Paulus apoſtolus dicit. Alia caro animaliū
alia volucrū / alia piſciū / & cætera quę nume-
rauit apoſtolus. Sed ſicut nō eſt putandum: ꝙ
animaliū corpus accepturus ſit peccator: aut
volucrū: aut piſcium: ſic neq; ſolis, aut lunæ,
aut ſtellarū formam ſperandū eſt accipere eos
qui reſurgent in gloria: ſed exēpli cauſa dicta
eſſe hęc ab apoſtolo ſentiēdum eſt: vt deſigne-
tur hoc ꝙ alii pro meritis ſuis honorabiliores
& clariores erunt: beatiora quoq; habitacula
ſortituri: aliorum vero indigniſſimus: & abie
ctiſſimus ꝓ geſtorum ſcelere erit ſtatus: q etiā
mutis animalibus dignus ſit comparari.

PAMPHILVS.

C ¶Pauca hęc ad teſtimoniū traximus ex mul-
tis & innumeris quæ per huiuſmodi ſenſum
in ipſis libris quos de reſurrectione ſcribit ex
poſuit. Nondū enim videt abſurdum ad ma-
iorem ſatiſfactionem & de reliquis eius libris
conſonas his vel paucas adhibere ſentētias. In
xxviii. igitur libro de Eſaia: de illo capitulo
ſcribens in quo dicitur: Reſuſcitabūtur mor
tui: & reſurgent hi qui in ſepulcris ſunt: ita
ait Origenes.

ORIGENES.

¶Melius eſt ergo dicere ꝙ oīs quidē reſur-
gemus: vt & impii veniāt in illum locum vbi
fletus eſt & ſtridor dentium: & iuſti vbi reci-
piant vnuſquiſq; in ſuo ordine ſecundum me
ritum bonorum geſtorum ſuorum: cum trāſ
formabitur corpus humilitatis eorum: vt ſit
conforme corpori gloriæ Chriſti: quod ſemi-
natū quidē ē in corruptione: ſurget vero in in
corruptione: quod ſeminatum eſt in ignomi-
nia, ſurget in gloria: quod ſeminatum eſt in ī
firmitate, ſurget in virtute: reſurrectionis ſci
licet tempore: & quod ſeminatum eſt corpus
animale: ſurget corpus ſpirituale. Licet ergo
omnes reſurgant: & vnuſquiſq; in ſuo ordi-
ne reſurgat: conſyderandū eſt tamen propter
illum ſermonem Ioannis quem in reuelatione
ſua dicit: Beatus qui habet partem in prima
reuelatione: in hac ſecunda mors non habet
poteſtatē. Nā forte diuidi poteſt omnis reſur
rectionis ratio in duas partes. i. in eos qui ſal-
uādi ſunt iuſtos: & in eos qui cruciandi ſunt
peccatores: vt ſit vna quidē bonorū: quę dici-
tur prima: illa vero quę eſt miſerorū ſecunda
dicatur: & illā quidē in omnibus eſſe puram:
hilarē: totius plenā lætitiæ. Illam vero alterā
totā triſtem: totā mœroris plenā: & actibus
ac vitæ eorum dignā qui in pręſenti vita dei
mādata cōtēpſerūt: & iudicii ei⁹ timore negle
cto ſemetipſos tradiderunt in operationē to-
tius īmunditiæ: & auaritię: nec ſe ſeparare co
nati ſunt vt reſiſtere aduerſario poſſent ad-
uerſus contrarias: atq; inimicas humano ge-
neri poteſtates. Sepulcra mortuorū in hoc lo
co ſimiliter & in multis aliis ſecūdum certio-
rem ſcripturæ ſenſum accipienda ſunt: non
ſolū ea quæ ad depoſitionē hūanoꝝ corporū
videntur eſſe conſtructa: vel in ſaxis exciſa:
aut in terra defoſſa: ſed omnis locus in quocū
q; vel integrum humanū corpus: vel ex par-
te aliqua iacet: etiā ſi accidat vt vnum corp⁹
per loca multa diſperſum ſit: abſurdū nō erit
omnia ea loca in quibus pars aliqua corporis
iacet, ſepulcra corporis eius dici. Si enim nō
ita accipiam⁹ reſurgere de ſepulcris ſuis mor
tuos diuina virtute: qui nequaq̄ ſunt ſepul-
turæ mandati: neq; in ſepulcris depoſiti: ſed
ſiue naufragiis: ſiue in deſertis aliquibus de-
functi ſunt locis: ita vt ſepulturę mandari nō
potuerint: non videbuntur ānumerari inter
eos qui reſuſcitandi dicūtur. Quod vtiq; val
de abſurdum eſt.

PAMPHILVS.

¶Nihilominus in eo ipſo libro interiectis qui D
buſdam dicit.

ORIGENES.

¶Cū ergo Paulus ſcribit: ꝙ ſicut ſtella a ſtella
differt in gloria: ita erit reſurrectio mortuo-
rū: & qđ dicit: Seminatur in corruptiōe: ſur-

get in incorruptione: & cætera huiuſmodi. Manifeſte hęc de ſolo corpore ſcribit. Nõ em̃ anima ſeminata eſt in corruptiõe: aut in infirmitate:aut in ignominia. Deniq; euidẽter adiungit his omnibus:& dicit. Seminatur corpus animale: vt nequis putaret animam eſſe quæ ſeminatur in corruptione:vel in ignominia:vel in infirmitate.

PAMPHILVS.

¶Hæc quidẽ ex his libris quæ in Eſaiam ſcribit:non præteribimus vero neq; illum locum quẽ de primo pſalmo diſſeruit in quo etiã de reſurrectione ita ſcribit.

ORIGENES.

¶Sicut eadẽ enim in nobis ſpecies permanet ab infantia vſq; ad ſenectutem:licet charecteres multam videãtur immutationẽ recipere: ita intelligẽdum eſt hanc ſpeciem quæ nũc in eſt nobis: ipſam permanſuram etiam in futuro: plurima tamẽ immutatione melius & glorioſius facta. Neceſſe eſt enim animã in locis corporeis habitantem vti corporalibus talibus quę apta ſunt his locis in quib⁹ degit. Et ſicut(verbi cauſa)ſi in aqs maris nos habitare:vel degere poſceret:ſine dubio pro habitaculi qualitate neceſſariũ videretur habere talem corporis ſtatũ:& cõpoſitionẽ: qualem habent illa animalia quæ in aquis viuũt:Ita nũc cum cælorum habitaculũ promittatur:ſecundũ locorũ gloriã:cõſequens eſt aptandas eſſe etiã corporũ qualitates.nec ideo tamen prior hæc ſpecies exterminabit:licet glorioſior eius effecta ſit permutatio.Sicut enim ipſius domini Ieſu:vel Moyſi: vel Heliæ ſpecies non erat alia in transformatione q̃ fuerat ante transformationem:ita non erit alia ſanctorum ſpecies etiam ſi multitudo glorioſior fiat.

PAMPHILVS.

¶Et in.xv. pſalmo exponens illum verſiculũ Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe de carne domini ait hæc.

A ORIGENES.

¶Dominus Ieſus Chriſtus hęc dicit: cui⁹ primo caro requieuit in ſpe.Crucifixus enim eſt primogenitus ex mortuis factus:& poſt reſurrectionẽ aſſumptus in cælũ ſecũ terrenũ corpus euexit;ita vt terrerẽtur: & obſtupeſcerẽt virtutes cæleſtes videntes carnẽ aſcendiſſe in cælum. De Helia enim ſcriptũ eſt:quia quaſi in cælum aſſumptus eſt: de Enoch quia tranſlatus eſt:non inde dictum eſt quia aſcendit in cælum.Offendatur qui vult,ex noſtro ſermone.Ego autẽ cum omni fiducia aſſeuero:quia ſicut primogenitus ex mortuis eſt Chriſtus: ita primus carnem euexit ad cælum. Deniq; nouitate ipſa perterrerentur cœleſtes virtutes: quia quondã aliquid tale nunq̃ viderãt:ſicut nunc:quando videbant carnẽ aſcẽdere in cęlũ & propterea dicũt. Quis eſt iſte qui venit de edom .i. a terrigenis? Rubor veſtimentorum eius ex boſor? Videbant enim veſtigia vulnerũ in corpore eius ex boſor:id eſt in carne ſuſcepta.

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca.

ORIGENES.

¶Hęc propter illud quod dictũ eſt: quoniam caro mea requieſcet in ſpe.In qua ſpe? Non ſolum quia ex mortuis reſurgit:parum em̃ hoc eſt:ſed in ea ſpe reqeſcit:ꝙ aſſumpta eſt in cælum.

PAMPHILVS.

¶Quid hoc euidẽtius & clarius ab aliquo dici poteſt de reſurrectione carnis:quã aſſignauit non ſolũ reſurrecturã a mortuis:verũetiã in cælos:ſiqua tamen id meruerit:aſſumendã ſecuturã ſcilicet eũ q primogenitus ex mortuis factus primus in cælũ naturã carnis vexit? Quid tamẽ in.xviii.pſalmo expõnens illũ verſum:In ſole poſuit tabernaculum ſuum:ſenſerit,audiamus.

ORIGENES.

¶Quid eſt qđ dixit:In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ? Quidã qdẽ dicebant ꝙ Saluator noſter aſcendens e terris ad cælum: & corpus ſuũ aſſumẽs peruenit vſq; ad circulũ qui ſolis zona nominatur:& ibi aiũt, poſuit tabernaculum corporis ſui:nõ em̃ vltra poſſibile id ꝑgredi. Sed & illa ita ſentiũt pro eo ꝙ allegoriam nolunt in ſcriptura diuina recipere: & ideo puræ hiſtorię deſeruiẽtes,huiuſmodi fabulas,& figmẽta cõponũt.Nos vero depcamur omnipotentiã dei:vt nos dignetur audire: & ſecreta nobis ſpiritualis intelligẽtiæ dignetur aperire.Qđ ergo a nobis ĩ hoc loco ſentitur: hoc eſt.In ſole poſuit tabernaculum ſuum.Quęro quid ſit tabernaculum Chriſti? & quę ſit habitatio in qua tabernaculũ Chriſti collocat? Habitatio tabernaculi Chriſti ſol eſſe dicitur Tabernaculũ vero Chriſti eccleſiã intelligo. Solem autẽ quem aliũ ſentire debeo:niſi illud lumẽ verũ qđ illuminat omnẽ hominẽ veniẽtem in hũc mũdũ.Ipſum video ſolem:de quo dictum eſt:quia timentibus nomen meũ orietur ſol iuſtitiæ:& ſanitas in alis eius.In ſole ergo poſuit tabernaculum ſuũ.i.in ſole iuſtitiæ eccleſiam ſuam collocauit. In illo enim ſole iuſtitiæ eccleſia collocata eſt quæ diem æternũ facit ſicut dictũ eſt:Erit ibi dominus lux æterna & deus gloria tua.

PAMPHILVS.

¶Erubeſcant etiā illi qui & hoc de illo nō du-
bitauerūt cōtinuare figmētū: ꝙ dixerit corpꝰ
vel carnē Chriſti vſq; ad ſolē vectari: & ibi eē
derelictā. Hoc eñ ille ab aliis dictū nō recte di
ctū eē cōfutat. Sed oſtēderūt ſe ne hæc quidē
intelligere obtrectatores eius: quę ille ab aliis
non recte dicta coarguit: & quę ſunt quæ ipſe
confirmat. Tam demū etiā illi impudentiam
retundāt: qui dicūt eū, corpus quidē reſurge
re confiteri: carnem vero negare. Deſinant ali
quando a maledictis: videntes eū carnē verbi
dei cum ipſo verbo deo in cælo quo verbū dei
B aſcendit imponere. ¶His coniungit de ſuppli
ciis peccatorū: quæ nos quoq; conſequēter ad
ea quę ſupradicta ſunt cōiungemus: qm̄ in or
dine criminationū iſte fuerat ordo digeſtus.

ORIGENES. DE Pœnis peccatorū.

EGo arbitror ꝙ ſicut in corpo
re eſcæ abundantia & quali-
tas vel quātitas cibi contra-
ria febres generat: & febres
diuerſi: vel modi: vel tēporis
ſecūdū eā menſurā qua intē
peries collecta materiā ſug-
gerit: ac fomitē febriū: q̄ materiæ qualitas ex
diuerſa intēperie cōgregata cauſa vel acerbio
ris morbi: vel prolixioris exiſtat: ita anima cū
multitudine malorū operū & abūdantiā in ſe
cōgregauit delictorū: compētēti tēpore oīs il
la malorū cōgregatio cōcitatur ad ſuppliciū:
atq; inflāmatur ad pœnas: cum mens ipſa vel
cōſciētia per diuinā virtutē omnia in memori
am recipiēs: quorꝫ in ſe ſigna quędā ac formas
cū peccaret expreſſit: & ſingulorū geſtorꝫ ſuo
rū quę vel fœde: ac turpiter geſſerat: etiā im-
pie cōmiſerat: hiſtoriā quādā ſcelerū ſuorum
ante oculos ſuos videbit expoſitam. Tunc &
ipſa cōſciētia propriis ſtimulis agitatur: atq;
cōpūgitur: & ſui ipſiꝰ efficitur accuſatrix: &
teſtis. Qđ ita ſenſiſſe etiā apoſtolū Paulū pu-
to cū dicit: Inter ſe inuicē cogitationibus ac-
cuſantibus: aut etiā defendētibus in die cum
iudicabit dominus occulta hominū ſecundū
euangelium per Ieſum Chriſtum.

PAMPHILVS.

¶Sed in ſequentibus rurſum de peccatorum
C pœnis hoc modo ſcribit.

ORIGENES.

¶Multa ſunt enim quę nos latent quę illi ſoli
cognita ſunt qui eſt medicus animarum no-
ſtrarū. Si enim ad corporis ſanitatem pro his
vitiis quæ per eſcam potumq; collegimus ne
ceſſariam habemus interdum auſterioris ac
mordacioris medicamenti curā: nōnunq̄ ve-
ro ſi id vitii q̄litas depopoſcit: rigore ferri &
ſectionis aſperitate indigemꝰ: ꝙ ſi hęc ſupgreſ
ſus fuerit modus morbi: ad vltimū conceptū
vitium ignis exurit: quāto magis intelligēdū
eſt medicū noſtrū deū volentē dirimere vitia
animarū noſtrarū: quę ex peccatorū: & ſcelerū
diuerſitate collegerāt: vti huiuſmodi pœnali
bus curis: inſuper etiā ignis īferre ſuppliciū:
his qui ſanitatem animæ perdiderunt?

PAMPHILVS.

¶Et poſt pauca addidit etiam hoc.

ORIGENES.

¶Quomō aūt perneceſſaria pœna eſt ea quā
per ignē infert deus Eſaias docēs de Iſrael qui
dē dicit. Abluet dominus ſordes iuſtorū: ac fi
liarum Sion: & ſanguinē expurgabit e medio
ipſorum ſpiritu iudicii: & ſpiritu aduſtionis.
De Chaldęis aūt ſic dicit. Carbones ignis: ſe-
debis ſuper eos: hi erunt tibi adiutorio. Et in
aliis dicit: Sāctificabit eos in igne ardēti. Et ī
Malachia ꝓpheta ita dicit. Sedens dominꝰ: &
conflabit ſicut aurū: & ſicut argentum popu
lum ſuum: & purgabit eos: & confundet pur
gatos filios Iuda.

PAMPHILVS.

¶Hęc quidā ex libris Peri archō: īnumerabi-
lia vero diſperſa ſunt per oēs libros eius, aſſer
tionis huius teſtimonia: q̄ nos ſtudio breuita
tis omittimus: cōmemorantes de his ſolūmō:
quæ in ſexto pſalmo de hoc ipſo pœnarū gene
re diſputauit.

ORIGENES.

¶Poſſibile eſt cōſyderare ex his maxime dolo D
ribus quos in hoc corpore poſiti ſentimus: q
q̄uis magni ſint: breuis certe ſunt tēporis: ꝑ
eo ꝙ ſi paulo vehemētiores extiterunt: conti
nuo etiā vitę ſcelerū inferūt finē. Deniq; mul
ti ſi res popoſcerit ꝓprietatis cōfeſſione in ip
ſis tormētis animā reddūt: alii vero in ipſo iā
coronę aditu poſiti denegāt fidē: quā vſq; ad
mortem ꝓpoſuerāt cōfiteri. Et hoc non vtiq;
dimminutiōe ꝓpoſiti patiūtur: ſed vi doloris
nimia, & inſuperabili ſuperati. Si ergo in hac
præſenti vita tam intolerabiles ſunt pœnarū
dolores: qđ putādū eſt tūc: cū iā craſſiori aīa
vtatur indumento: ſed tū id ſpūale effectū ex
reſurrectione recipiet: & eo vehemētius vtiq;
quo ſubtiliꝰ ſentit vim doloris? Puto enim ꝙ
quāta differētia eſt in p̄ſenti ſęculo nudū ver
berari q̄ veſtitū ad percutiēdū. ſ. cruciatum:
eo ꝙ vehementius nudum corpus crucient
verbera: q̄ veſtitū: tātā puto differentiam do-
loris cū corpus humanū craſſitudinis huius

indumento depoſito: velut nudum corpꝰ cœperit ſuſtinere tormenta.

PAMPHILVS.

A SVfficere arbitror etiam ad huius criminationis calumniam ꝓpulſandã, pauca hęc de eius libris teſtimonia ꝓtuliſſe: q̃ innumera ſparſim ꝑ libros eiꝰ manifeſtũ eſt cõtineri. Nũc aũt ad ea etiam ꝑ noſipſos reſpõdebimus: q̃ ei de anima obiiciunt. i. ꝙ ante corpus eam factam dicat exiſtere. Sciens nanq; iſtud etiam dogma de anima non aperte: neq; manifeſte haberi in eccleſiaſtica prędicatione: ſicubi occaſionẽ aliquã: vel ſuſpitionẽ potius diſputandi ei ſcripturæ ſermo ſuggeſſit, diſcutiens: & pertractans ea quę ſenſui eius occurrerunt: diſcutienda hęc legentibus expoſuit: & ꝓbãda non manifeſto dogmate: & abrupta auctoritate diffiniẽs: frequenter & illud addens: ſi tamen habere videtur: aut probatur aliquid conſequentiæ ſermo is quem de anima tractauimus. Deniq; in tam multis: & tam diuerſis eius libris nuſq̃ omnino inuenitur vnus ab eo liber proprie de anima conſcriptus: ſicut habet vel de martyrio/vel de oratiõe/vel de reſurrectiõe. Nuſq̃ prorſus librum proprie de anima ſcriptum edidit: ſed in diuerſis locis (ſicut ſuperius diximus) incurrentes ſibi opiniones ex ſcripturæ occaſione diſſerebat: quod potius maximi ſigni reuerentiæ eius: ac timoris in diuinis dogmatibus eſſe deberet: ꝙ tanti ſenſus vir: & tantę prudentiæ: cum vtiq; magiſter eſſet eccleſię: & tanta ab eo dicta ſcriberentur: non auſus ſit id ſibi auctoritatis aſſumere: vt proprie de anima librũ ederet ſcriptum. Procul dubio hæc obſeruatio eius illud indicat ꝙ nihil audebat de hac re manifeſto dogmate confirmare. Deniq; in eo libro quem in epiſtolam ad Titum ſcribit: hæreticũ deſcribens: & animæ faciens mentionem: hæc dicit.

ORIGENES.

¶Sunt vero & alia quædam dogmata quę in apoſtolicis traditionibus non habentur: de q̃bus requires ſi oportet eos q̃ quõ libet de his ſentiunt: vel pertractant hęreticos putandos: vtputa (verbi cauſa dixerim) ſiquis rationẽ humanæ animæ inquirat: cum de ea neq; ꝙ ex ſemine traducis ducatur: neq; ꝙ honorabilior: & antiquior corporũ compage ſit: tradiderit eccleſiaſtica regula. Propter qđ nec multi comprehendere potuerunt qualiter ſentiri oporteret de animę ratione: ſed & qui aliquid ſentire: vel diſſerere niſi ſunt, a nonnullis in ſuſpitione habentur velut noui aliquid introducentes.

PAMPHILVS.

¶Deinde poſt pauca ait.

ORIGENES.

¶Sed & tu ipſe apud temetipſum diſcutiens B conſidera ſi oportet eum qui quolibet modo de his opinatur: vel hæreticum: vel eccleſiaſticum temere diffiniri. Aut ſi non eſt periculoſum de eo ꝓnuntiare quomodo & ipſe ꝑuerſus ſit: & peccet: & ſit a ſemetipſo damnatus: ꝙ hæreticꝰ dicitur: ſiquis forte ex his quę ſupra diximus quãlibet opinionem: licet non nunq̃ plurimis peregrinam: videatur inducere.

PAMPHILVS.

¶Hęc quidem ipſe in eo libro quem ſuperius diximus ſcribit: nos vero his adiũgimus etiã iſta quæ nobis ipſa æquitas videtur expoſcere. Si manifeſte eccleſia traderet: vel prædicaret contraria: his quæ ille ſenſerit: ſine dubio: velut contrarius: & reſiſtens eccleſiaſticis ſtatutis merito culparetur. Nunc vero cum diuerſitas ſit apud omnes eccleſiaſticos: & alii alia ſentiant: & omnes diuerſa: quomodo hic magis q̃ cæteri incuſandus eſt? maxime cum ea quæ a reliquis affirmantur: multo magis ſint & abſurda: & ſibiipſi contraria: Quidam enim opinantur præparatis iam in vẽtre mulierum: deformatiſq; corporibus tunc ad præſens creari animas: & inſeri deformato corpori. Hæc vero ſcientes, præter hæc ꝙ manifeſtas probationes ex ſanctis ſcripturis adhibere non poſſunt: inſuper etiam iniuſtitiam quodammodo conditoris accuſant: ꝙ non ęqualiter. i. ęquas vitæ conuerſationes tribuat omnibus. Statim enim vt creata fuerit anima: cũ nil vtiq; adhuc in ſe culpæ commiſerit: inſeritur iterdum ſi ita acciderit certo corpori: vel alias debili: alię vero ſanis corporibus: & alię infirmioribus: & aliis quidem multum vitæ tempus tribuitur: aliis vero breuiſſimum: ita vt interdum ſimul vt natæ fuerint exturbentur e corpore: & aliæ quidem ad conuerſationem agreſtem quandam: & barbaram: & vbi nihil humani: aut honeſti eſt: ſuper oĩa vbi paternę inſtitutionis impietas obtinet: diriguntur. Aliæ vero ad viros honeſtos/ſobrios/humanos: vbi & humanarum rerum legũ obſeruatio viget. Interdum etiam ad parentes religioſos: vbi ædificatio nobilis: & honeſta: vbi etiam eruditio rationabilis: tranſmittuntur. Quomodo igitur aſſertores eorum in talibꝰ diuinam prouidentiam recte omnia diſpen-

ſantem & æqua lance moderantem tanq̃ bonam & iuſti dei poterunt aſſignare? Iam vero illi qui ex traduce animas venire affirmant: & ſimul cum corporali eas ſemine ſeminari: ſiquidem (vt quidam ipſorum affirmare ſolent) non aliud dicunt animam q̃ inſufflationem ſpiritus dei illam ſiquam in initio facturæ mũdi deus dicitur inſufflaſſe in Adam: de ipſa dei eſſe eam ſubſtantia pfitentes: quomodo non & iſti videbũtur quodãmodo hoc prẹter ſcripturẹ regulam: & rationem pietatis aſſerere: ꝙ ſubſtantia dei eſt quæ peccat: ſi anima quæ de ſubſtantia dei eſt, peccat? Inſuper etiam ꝙ & pœnis ſubdenda ſit pro peccato? Sed & illud quod ſequitur: qđ perabſurdũ eſt incurrere: non præuident: quia neceſſe eſt eam ſimul cum corpore mori: & eſſe mortalẽ ſi ſimul cum corpore vel ſeminata: vel formata: vel nata eſt. Tum demũ illi qui vnam quidem ex nullis ſubſiſtẽtibus a deo factam eẽ dicunt animam .i. illam quæ prima facta eſt in Adam: & ex ea iam omniũ hominum animas exiſtere: & ſecundum corporalem ſine dubio traducem quoq; fieri animarũ: etiam ipſi qđ aliud oſtendunt niſi animas eſſe mortales? Si enim ſicut animalia cætera ex ſolo ſemine oriuntur: ita etiam de hominibus ſentiamus: vt cum corpore ſimul in eodẽ ſemine etiam anima diffundatur: quid dicemus de his qui imperfecti adhuc: & de ventre aborſi ſunt? & qui nõnunq̃ anteq̃ vaſculorum naturalium receptaculis ſemina ſint ſuſcepta, depereunt? In q̃bus ſine dubio inuenitur ꝙ ſimul illẹ etiam q̃ naturali ratione ſeminibus inſertæ erant animẹ, extinctæ ſunt pariter & corruptẹ. Siue ergo ex inſufflatiõe dei fuit: ſiue ab vna illa quæ prima facta eſt: neceſſario ſimul cum corporibus corrumpentur: ſi eãdem cum corporibus etiam originem ſumunt ſecundum ipſorũ rationem. Aut enim nihil omnino ex rationabili: atq; immortali anima participabit id quod adhuc in ventre receptũ eſt: & repulſa eſt illa ratio quẹ affirmat eam in ſeminis traduce ſimul cum corporibus ſeminatam: aut ſi participat, neceſſitas imminet confiteri mortalem eſſe animam: quod fides noſtra vtiq; non recipit. Veruntamen quid eſt quod his omnibus oſtendi volumus? Illud profecto: ꝙ ſicut eos q̃ vnamqualibet de his quas ſupra expoſuimus opinionem veram putant: nõ recta ratione hẹreticos quis appellat: pro eo ꝙ neq; ex diuinis ſcripturis certe aliquid de his vel manifeſte dictum eſſe videatur: neq; in prædicatione eccleſiaſtica contineri: ita neq; hunc virum culpari iuſtum eſt: differẽtem qđ ſibi viſum eſt: maxime cum illud præcipue ſeruauerit quod in eccleſia de animẹ confeſſione ſeruari omnimode debet: id eſt ne diuerſas naturas eſſe diceret animarum: quinimmo & dicẽtes redarguit: & vehementi aſſertione conuincit. Ipſe autem fatetur vnius ſubſtantiæ omnes animas: & immortales: ac ratiõabiles: liberi arbitrii: ac voluntatis: iudicandas quoq; eſſe pro his quæ in hac vita geſſerunt: eſſe tamen eas factas a deo: qui vniuerſa condidit: & creauit. Quando autem factæ ſint olim ſimul: an nũc per ſingulos naſcentium: quid periculi eſt alterum e duobus opinari? Sed reſpondere poſſibile eſt: vt omnis penitus excludatur culpandi aditus. Sicut enim de luminaribus cæli diuerſa ſingulis etiam ipſi qui ſunt in eccleſiis ſentiunt: aliis quidem opinãtibus eſſe animãtia: & rationabilium animantium: aliis vero putantibus ꝙ irrationabilia ſint: immo vero ꝙ non ſolum vera anima: ſed & omni ſenſu penitus careant: & ſola ſine ſpiritu & ſenſu ſint corpora: nemo tamẽ merito alterum eorum qui hoc ita diuerſe ſentiunt, hæreticum dixerit: propter hoc ꝙ non ita aperte traditum eſt in apoſtolica prædicatione: Ita etiam eos qui de humana anima dubitant: & de initio eius vel origine diuerſa opinãtur: non eſt rectum hæreticos pronuntiare: maxime cum in reliquis eccleſiaſticẹ doctrinæ regulis qđ rectum eſt, & catholicum teneant.

NOuiſſima crimĩatio ẽ μεταμόρφωσεοσ τῶμ ψυχῶμ: hoc ẽ trãſformatiõis aĩarũ. Ad quod ſicut in cæteris fecimus: ipſius qui accuſatur reſpõdebimus verbis: illud primo pneceſſario cõmonẽtes: qa accuſatores eiꝰ nõ intelligẽtes qualiter C
ab eo de iſta quæſtione tractatum ſit: vel ꝙ ratio diſputationis ita ſe habeat vt non ſemper ex vna perſona velut pronuntiari videantur: quæ dicuntur: ſed interdũ etiam ea quæ ecõtrario dici potuerũt, diſputantur: & hanc eẽ artem diſputandi non aduertentes: obiiciunt ei de dogmate: ꝙ quaſi ipſe ſenſerit ea quẹ ex aduerſantis perſona diſſeruit. Deniq; ꝙ diſcutiendi hoc: & non confirmandi dixerit cauſa ipſe per ea quæ poſt tractatum rei ipſius adiecit, oſtendit: hoc modo dicens. ORIGENES. Et hæc quantũ ad nos pertinet nõ ſunt dogmata: ſed diſcuſſionis gratia dicta ſint, & abiiciãtur. Pro eo autem ſolo dicta ſunt: ne videatur quẹſtio mota / non eſſe diſcuſſa.

PAMPHILVS.

¶Sed hoc in eo loco dixit: in quo de animabus animalium requirebat:non de transmutatione animarum.

In ſeptimo libro in euangelium ſecūdum Matthæum:ita ſcribit de animarum transmutatione.

¶Quidam quidem opinātur ex eo quod dictum eſt:Ipſe eſt Helias qui venturus eſt: animam Heliæ eandē fuiſſe quā Ioānis. Qđ eñ dixit:Ipſe eſt Helias:nō ad aliud:ſed ad aīam referendū putauerūt:& ex hoc pene ſolo ſermone dogma introduxerunt μετασασιοσ τωρ ψυχων:id eſt tranſmutationis animarū quaſi etiam ipſo hoc Ieſu confirmante. Sed oportuerat intueri:quia ſi hoc verum eſſet: in multis vtiq; prophetarū, vel euangeliorum ſcriptis ſimile aliquid inueniri deberet. Tum deinde etiā ille ſermo qui huic adiungit, oſtēdit ſecretiorē quēdā & arcanū ſenſum in his quę dicta ſunt requirendū magis:qđ illi ſecūdum literę ſolius intelligentiā ſuſceperunt: cum dicit. Qui habet aures audiendi audiat. Addendū autem & illud eſt:quia ſi pro peccatis ſecundū ꝙ ipſi ſentiunt tranſmutatio fiat animarum:propter quę peccata Helię anima tranſmutata eſt in Ioannē:qui ab ipſo angelo naſci pronūtiatur:a quo & ī hoc ſaluator noſter? Quomodo ergo nō euidentiſſimū mendacium eſt hoc:vt ille qui tam perfectus fuit vt nec cōmunem quidem iſtam mortem guſtaret:veniret ad trāſmutationē animæ:quæ ſecundū illorum aſſertionē nō poteſt accidere niſi ex peccatis? Deniq; quomodo hoc exponeret qđ dictum eſt ad Ioānē:Tu Helias es:& dicit:nō ſum? Sed vt oſtēdatur cōuenire hoc etiam illi verbo qđ dicit dñs:Si vultis ſuſcipere ipſe eſt Helias qui venturus eſt:hoc quod dixit, Helias ipſe eſt:referendum eſt ad ſpiritum & virtutem ipſius Heliæ. Ioannes enim proceſſit in ſpiritu & virtute Helię conuertere corda patrum ad filios.

De eo ipſo ex.xi.libro de euāgelio ſecundum Matthæum.

A ¶Quidā qui alieni ſunt a catholica fide trāſferri animas ex humanis corporibus in corpora animalium putāt ſecundū differentiā peccatorū:nos vero qui id nuſq̄ cautum inuenimus in diuia ſcriptura:dicim⁹ quia per multam vitę negligentiā humana prudētia cum fuerit inculta:atq; neglecta:efficitur velut irrationabile pecus per imperitiā:vel per negligentiam:nō per naturam. Similiter aūt & hi qui tales fuerunt effecti ob ꝓpoſiti ſui negligentiā qua erudiri neglexerūt:ſi eruditiōi ſe atq; exercitio rationabili tradant: rationabiles efficiuntur:atq; prudentes: ſicut ſcriptū eſt de illis euangelicis canibus qui manducabant de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum:ex quibus cōuerſa chananęa facta eſt dei filia:ſecundum ꝙ dicit ad eam ſaluator. O filia, magna ē fides tua. Sicut enim virtus animi confert vnicuiq; vt ſit filius dei ita malitia mentis:& verborum īſania: atq; inprudentia facit vnumquēq; ſecūdū auctoritatem ſcripturæ appellari canē. Similiter autem intelligendū eſt de cæterorū animalium mutorum appellationibus.

De eodem ex libro.xiii. in euangelio ſecundum Matthæum.

¶In his Helias nō anima Heliæ mihi videtur vti ne incurramus in dogma alienum ab eccleſia dei de tranſmutatione animarū:qđ nec ab apoſtolis traditum eſt:nec vſq̄ in ſcripturis cautum eſt. Contrarium eñ eſt his quę dicta ſunt ab apoſtolo:quoniam q̄ videtur temporalia ſunt. Et vbi ſunt quę omnes ſcripturę confirmant:ꝙ pręſens ſęculum finiendū eſt? Sed nec illud poterit ſtare: qđ dictum eſt:Cęlum & terra tranſibūt:neq; illud qđ dicit apoſtolus: Trāſibit habitus huius mundi:& illđ Cœli peribūt:& ea quæ ſequuntur. Si eñ (vt aiunt auctores hui⁹ dogmatis) nemo poteſt in id initium reſtitui:quod primo fuit ab initio mundi vſq; ad finem:qua ex cauſa mutari vel transferri animam ſecūdo vel tertio opus eſt, vel frequenter? Hoc eñ modo reddi delicta vniuſcuiuſq; perſonę perhibent:& pœnas lui:ꝙ ī diuerſa corpora frequētius trāſmutētur. Quod vtiq; ſuperfluo fiet:ſi finis ei null⁹ emundationis occurrat:nec erit vnq̄ quādo nō anima transferatur. Et ſi ſemper pro delictis animabus ad corpora diuerſa redeūdum ſit:quando mundo dabitur finis: vt impleatur quod dictum eſt:Cælū & terra tranſibūt? Quod et ſi cōcedat (verbi gratia) vt aliqs ſit ſine peccato: quē iam nō ſit neceſſe reuolui ī corpus:per quot tempora putabimus inueniri vnam fortaſſe vix animā quę penitus pura ſit:nec permutatione corporis indigeat? Qđ et ipſum ſi cōcedat rurſum ſuo dogmati obiicitur. Si eñ demus paucas quaſq; animas per ſingulas ad perfectionē poſſe reſtitui:vt vel in corpora venire nō indigeant:neceſſe eſt (licet per infinita ſæcula & immēſa tēpora) ſingulis quibuſq; animabus ad perfectionē reſtitutis ceſſare iam vſum corporum:& per hoc finem mundū recipere:ac reſolui. Non tamē videtur ita ſāctę ſcripturę:quę dicit multitudinem peccatorū relinquendā eſſe in fine ſęculi.

Quod ex eo manifeſtiſſime indicat̃:qđ ĩ euãgelio ſcriptũ eſt. Verũtamẽ putas filius hoĩs veniẽs inueniet fidẽ ſup terrã:ſicut eñ ĩ diebus Noe,ita erit aduẽtus filii hominis.

PAMPHILVS.

B ¶Et poſtea q̃ de ſcripturis multa diſſeruit:ipſe iam ſuam ſententiam hoc modo declarat.

ORIGENES.

¶Erit aũt his qui tũc erunt vindicta:nõ trãſmutatio animarũ. Nõ eñ ad peccandũ locꝰ erit:ſed alia genera erunt pœnæ. Trãſmutatio nanq corporꝝ pœnam non faciet peccatorum:ita vt nulla extrinſecus putẽtur inferi ſupplicia:quin potius eſt peccatoribus pœnarum modus.i.vt pro his quę in hoc geſſerunt,pœnam recipiãt delictorꝝ. Manifeſtũ tñ eſt ꝙ iſtę ſingulę ratiões his qui poſſũt rei cõſequentiã diligẽter aduertere,contrarię ſunt huic dogmati quo perhibẽtur animę trãſmutari. Qꝫ ſi gentilium auctores ſequi volunt: qui opinionẽ iſtam ex principiorꝝ ſuorum cõſequentia perſecuti ſunt:dicentes: cum hæc fiãt ſine dubio nunq̃ mundũ iſtum poſſe finiri:cõſequẽs eſt eos qui hęc volunt, ſcripturæ noſtræ nõ credere:quę manifeſtiſſime pronũtiat finẽ mũdi futurũ:& nõ exquirere in ipſis ſcripturis expoſitiões:ſiue aſſertiões ineptas & incõſequẽtes:ex quibus nullo genere oſtẽdi poteſt ꝙ ſecundũ ſcripturas noſtras nunq̃ finis ſęculi futurus ſit.

De eadem re ex libro de Prouerbiis Salomonis.

C ¶Videtur mihi aũt & illa aſſertio quæ tranſformari aĩmas de corporibus in alia corpora aſſeuerat,perueniſſe etiã ĩ aliquos eorꝝ q chriſto credere videntur,ex quibuſdã ſcripturę ſãctę occaſionibus:nõ intelligẽtes quomodo intelligi debeant quę ſcripta ſunt. Non eñ aduertunt quomodo homo efficiat̃:aut puluis aut equus:aut mulus:& putauerũt trãſformari humanã animã ĩ pecudum corpora:vt ęſtimarẽt ꝙ aliquando ſerpẽtis ſuſcepit corpus vel viperæ:aliquãdo equi vel reliquorũ animaliũ. Iam ergo cõſequẽs eſt & hoc illos dicere debere ꝙ diabolus qui leo ĩ ſcriptura dicitur:corpore leonis vtatur: aut draconis carnibus cũ draco nominat̃. Ita erit vt ſecundum illos tranſmutatio iſta animarũ perueniat & in dæmonũ naturam:vt ſit aliquãdo vel leo vel draco animam habens diabolum.

PAMPHILVS.

¶Et paulopoſt.

ORIGENES.

¶Sed ſupfluę ſunt oẽs iſtę adinuẽtiones. Manifeſtũ eſt eñ ꝙ vna pœna tam dęmonum naturę:q̃ humano generi peccatorꝝ a dño pręfinita ſit illa quã dominus ſua ſentẽtia deſignauit dicẽs. Ite in ignem ęternũ qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Oſtendens ſe quia eadem ſpecies pœnarum peccatoribus hominibus & diabolo & angelis eius ꝑparata ſit: licet in eadem pœna diuerſa ſit quantitas pœnę. Alius eñ grauius ac vehemẽtius cruciatur pro magnitudine peccatorꝝ. Alii autem remiſſius quorũ leuiora & faciliora peccata ſunt.

Explicit Apologeticus pro Origene ſecundũ Pamphilũ martyrẽ:de græco in latinum tranſlatus.

Incipit de adulteratione librorũ Origenis Liber: qui eſt Rufini.

IN his quę in ſuperiori libro ſecũdũ apologeticũ ſãcti martyris Pamphili quẽ ꝓ Origene gręco ſermõe edidit: prout potuimus: vl'res propoſcit:latino ſermone digeſſimus: illud eſt qđ te deſyderiorum vir Machari admonitũ eẽ volo: vt ſcias hanc fidei quidem regulã quã de libris eius ſupra expoſuimus eſſe:quæ & amplectẽda ſit:& tenenda. In oĩbus enim his catholicũ eſſe ſẽſum euidẽter probatur: Inueniri tamẽ in eius libris quædã ab his nõ ſolum diuerſa ſed nõnũq̃ etiã contraria:& ea quæ veritatis regula nõ admittit:quę nos quoq nec recipimus:nec probamus. Sed hoc vnde acciderit opinionẽ:quæ ad nos vſq peruenit:nec a te q̃dem:vel ab his qui quod verum eſt ſcire cupiunt celari volo:ſiqui tamen ſunt qui audientes id quod verum eſt:& quod ipſa ratio iudicat:acquieſcãt:& obtrectandi ſtudio nõ quiduis malint eſſe verum:q̃ id qđ eis obtrectãdi materiam perimat. Dubitari nõ puto ꝙ hoc nullo genere fieri potuit:vt vir tã eruditꝰ:tã prudens certe quod idulgere & accuſatores eius poſſunt:vir qui neq ſtultus:neq inſanꝰ fuerit:ipſe ſibi cõtraria & repugnãtia in ſuis ſententiis ſcriberet. Aut etiã ſi nullo genere cõcedamꝰ hoc accidere potuiſſe(fortaſſis eñ dicet aliquis:quia ea quæ in prima ętate conſcripſit poteſt fieri vt obliuiſceretur in ętate vrgenti:& aliter q̃ aliquãdo ſenſerat poſt pferret)quid faciemus ꝙ interdũ in eiſdẽ locis D

atq;(vt ita dixerim)in conſequenti pene capi
te ſentētię cōtrarii ſenſus inueniunt inſerti.
Nūquid in eodem opere eiuſdē libri interdū
(vt diximus)ſtatim in conſequēti capitulo
oblitus ſui eſſe potuit? verbi cauſa:vt qui ſu
perius dixerat nuſq̄ inueniri in omni ſcriptu
ra vbi ſpiritus ſanctus factus/vel creatus eſſe
diceret:cōtinuo ſubiiceret inter cęteras crea-
turas factum eē ſpiritū ſanctum:aut iterum
qui patrē & filium vnius ſubſtātię qđ græce
homouſion dicitur deſignauit in conſequen-
tibus ſtatim capitulis alterius ſubſtantiæ:&
creatū poterat dicere:eum quē paulo ante de
ipſa natura dei patris pronūtiauerat natum?
Vel iterũ de reſurrectione carnis:qui tam eui
denter pronūtiauerat naturā carnis in cælū
aſcendiſſe cū verbo dei:atq; inibi cœleſtibus
apparuiſſe virtutibus nouum & admirandū
eis ſui viſum prębentē:poſſibile erat vt hanc
iterū non eſſe ſaluandam diceret? Quia ergo
hæc incidere in eum quidē non poterāt q̄ nec
mente motus:nec cerebro eſſet inſanus:quid
ſit cauſę q̄ poſſum breuiter edocebo.
¶Quanta ſit hæreticorum temeritas:q̄ nihil
A his ſancti: nihil pēſi ſit facile intelligi datur
ex his quæ frequenter & auſi ſunt,& cōuicti.
Nam ſicut ipſorū patri ab initio falſare verba
dei atq; inflectere a ſuo ordine:&,ſui veneni i
terſerere virus ſtudiū fuit:ita & iſtis ſucceſſo
ribus ſuis hanc ſuę artis hæreditatem reliqt.
Deniq; cum dixiſſet deus ad Adam:ex omni
ligno paradiſi manducabitis: ille cum vellet
Euam decipere, liberalitatē dei omnia edere
permittentē vna tantūmodo interiecta ſylla-
ba i multas coarctauit anguſtias. Ait eīm: qđ
eſt quod dixit deus:vt ex omni ligno paradiſi
non manducetis?Quo ſcilicet per hoc graue
eſſe præceptū dei apud hominē conquerens
pręuaricationē præcepti faciliꝰ perſuaderet.
Hæc exempla patris ſui:atq; hanc artem ma-
giſtri ſui ſecuti hæretici quoſcūq; veterū nobi
lium tractatorū inuenerūt de his quę ad glo-
riam dei pertinēt plene & fideliter diſputaſſe
ita vt ex lectione eorum proficere vnuſqſq; fi
deliū poſſit:& inſtrui:nō pepcerūt ſcriptis eo
rum venenatū virus infundere ſiue iterpolā
do quę dixerāt:ſiue q̄ nō dixerāt iſerēdo:quo
facilius videlicet ſub noīe doctiſſimi cuiuſq;
et nobilis inter ſcriptores eccl'iaſticos viri hæ
reſis ſuę aſtrueret aſſertio:ex eo q̄ ita ſenſiſſe
etiam aliqui de claris viris & catholicis vide
rentur.& horum manifeſtiſſimas inter græ-
cos ſcriptores eccleſiaſticos ꝓbationes tene-
mus.Et q̄uis q̄plurimi ſint ex veteribꝰ in quo
rum libris huiuſcemodi deprehēditur adul-
terium:paucorū tamē ſufficit adhibere teſti-
monia:ex quibus facilius quid etiā Origenis
libris acciderit agnoſcatur.

Clemēs apoſtolorum diſcipu B
lus q Romanę eccleſiæ poſt
apoſtolos & epiſcopꝰ:& mar
tyr ꝑfuit:libros edidit:q gręce appellantur αναγγωσισ
id eſt recognitio:in qbꝰ cum
ex perſona Petri apoſtoli do
ctrina quaſi vere apoſtolica in q̄plurimis ex-
ponatur:in aliquibꝰ ita Eunomii dogma ſcri
bitur:vt nihil aliud q̄ ipſe Eunomius diſputa
re credatur:filium dei creatum ex nullis extā
tibus aſſeuerans.Tum deinde etiā illud adul
terii inſeritur genꝰ: vt naturā diaboli cętero
rumq; dęmonū nō propoſiti voluntatiſq; ma
litia:ſed excepta ac ſeparata creaturæ produ
xerit qualitas:qui vtiq; in cæteris oēm ratiōa
bilem creaturā docuerat liberi arbitrii facul
tate donatam.Sunt etiā alia nōnulla libris ip
ſis inſerta quę eccleſiaſtica regula nō recipit
omnino.Quid quęſo de his ſentiēdum eſt q̄
apoſtolicus vir:immo pene apoſtolus non ea
ſcribit quæ apoſtoli dicunt:cui Paulus apo-
ſtolus teſtimoniū dedit:dicens:Cum Clemē-
te & adiutoribus noſtris cęteris quorū nomi-
na ſunt i libris vitę:& ſcribebat hoc qđ libris
vitę contrariū eſt?An id potius credendū eſt
qđ ſupra diximus:q̄ peruerſi hoīes aſſertionē
dogmatū ſuorum ſub virorum ſanctorū no-
mine tanq̄ facilius credēda inſeruerūt ea q̄ il
li nec ſenſiſſe:nec ſcripſiſſe credēdi ſunt?

Clemens quoq; alius Alexan C
drinꝰ preſbyter: & magiſter
illius eccleſię:in oībus pene
libris ſuis trinitatis gloriā:
atq; ęternitatē vnā eandēq;
deſignat:& interdū inueni-
mus aliqua in libris eius ca
pitula:in qbus filiū dei creaturā dicit.Nunq̄
credibile eſt de tanto viro:tā in oībus catho-
lico:tam erudito:vt vel ſibi contraria ſenſerit
vel ea quæ de deo nō dicā credere:ſed vel au-
dire quidem impiū eſt:ſcripta reliquerit.

Dionyſius quoq; Alexādrinꝰ D
epiſcopus eruditiſſimus aſ
ſertor eccleſiaſticę fidei cū
in q̄plurimis i tantū vnita
tem:atq; ęqualitatē trinita
tis defendat: vt impitiori

his quibuſq; etiam ſecundum Sabellium ſen
ſiſſe videatur: in his tamen libris ſuis quos ad
uerſum Sabellii hæreſim ſcribit talia inueni
untur inſerta: vt frequēter Arriani auctori-
tate ipſius ſe defendere conentur. propter qđ
et ſanctus Athanaſius epiſcopus compulſus
eſt apologeticum pro libris eius ſcribere: pro
eo ꝙ certꝰ erat nō illum diuerſe potuiſſe ſen-
tire: ſibiq; ipſi cōtraria ſcribere: ſed ꝙ inſerta
hæc a maliuolis noſſet. Et hæc quidē nos du-
cti rei ipſius conſequentia de ſanctiſſimis vi-
ris: & eccleſiæ doctoribus ſenſimus: ꝙ ſcilicet
non putemus eos qui rectam eccleſiaſticam
fidem in ꝗplurimis aſtruxerunt, in aliquibus
ſibimetipſis aduerſa ſenſiſſe. De Origene vero
in quo ſimiliter (vt ī his quos ſupra diximꝰ)
aliqua diuerſitas īuenitur: iſtud nō ſufficiat
ſētire: qđ de pręiudicatis iam catholicis ſenti
tur: vel intelligitur viris: nec ſimilis cauſę ſuf
ficiat excuſatio: niſi ipſius hæc conquerentis
et deplorantis ſcriptis: atq; vocibus probemꝰ.
Quid enim ipſe dum adhuc eſſet in carne vi
uens: ſentiens: videnſq; perpeſſus ſit de libro-
rum ſuorum; vel ſermonũ corruptionibꝰ: vel
adulterinis editionibus: ex ipſius epiſtola quã
ſcribit ad quoſdam charos ſuos Alexandriæ
euidenter docetur: & per hęc quæ ſit cauſa ꝙ
in ipſis ſcriptis quædam ſibi contraria inue-
niantur agnoſces.

De adulteratione vel corruptione li
brorum ſuorum ex libro epiſtolarũ
Origenis. iiii. epiſtolę ſcriptę ad quoſ
dam charos ſuos Alexandriæ.
Verba Origenis ex ep̄la ipſius quam
ad quoſdã charos ſuos in Alexandria
ſcripſit contra eos qui libros ſuos ad
huc ſe viuente adulterauerunt.

E QVidã eorũ ꝗ libēter habēt
criminari proximos ſuos
aſcribũt nobis & doctrinæ
noſtræ crimē blaſphemiæ
qđ a nobis nũꝗ audierunt
de quo ipſi viderit nolētes
obſeruare mãdatũ illđ qđ
dicit: qa maledici regnũ dei nō poſſidebunt:
dicētes patrem malitiæ: ac perditionis & eo-
rum qui de regno dei eiiciuntur: id eſt diabo
lum me dicere eſſe ſaluãdũ: qđ ne aliquis qdē
mente motus: & manifeſte inſaniēs dicere po
teſt. Sed nihil mirum mihi videt̃ ſi adulteret̃
doctrina mea ab inimicis meis: & tali adulte-
rio corrũpatur: quali adulterio corrupta eſt
epiſtola Pauli apoſtoli. Quidam enim ſub no-
mine Pauli apoſtoli falſam epiſtolam conſcri
pſerunt: vt conturbarēt Theſſalonicēſes: qua
ſi inſtaret dies domini: & ſeducerent eos. Pro
pter hãc epiſtolam in ſecũda epiſtola quam
ad Theſſalonicenſes ſcripſit: hæc dixit. Roga
mus autem vos fratres per aduentũ domini
noſtri Ieſu Chriſti: & veſtram cōgregationē
in ipſum: vt non moueamini cito a ſenſu ve-
ſtro: neq; terreamini: neq; per ſpiritum: neq;
per verbum: neq; per epiſtolam tanꝗ per nos
miſſam: quaſi inſtet dies domini: nemo vos ſe
ducat vllo mō. Talia ergo quędã video etiã
nobis accidere. Nam quidam auctor hęreſeos
cum ſub præſentia multorũ habita inter nos
fuiſſet diſputatio: & deſcriptum accipiens
ab his qui deſcripſerant codicem: quæ volu-
it addidit: & quæ noluit abſtulit: & quod ei vi
ſum eſt permutauit: circũferens tãꝗ ex nomi
ne noſtro inſultans: & oſtendēs ea quę ipſe cō
ſcripſit. Pro quibus indignãtes fratres qui in
Palęſtina ſunt miſerunt ad me Athenas homi
nem qui acciperet a me ipſũ authenticum ex
emplar: quod ne relectum quidem: vel recenſi
tum a me ante fuerat: ſic eñ neglectum iace-
bat vt vix inueniri potuerit. Miſi tamen: (&
ſub deo teſte loquor) quoniam cum cōueniſ-
ſem illum ipſum qui adulterauerat librum:
quare hęc feciſſet velut ſatiſfaciēs mihi reſpō
dit. Quoniam magis ornare volui diſputati-
onem illam atq; purgare. Videte quali purga
tione diſputationem noſtram purgauit. Tali
nempe quali purgatione Marcion euangelia
purgauit vel apoſtolum: vel quaſi ſucceſſor
eius poſt ipſum Apelles. Nam ſicut illi ſub-
uerterunt ſcripturarum veritatem: ſic & iſte
ſublatis quæ vere dicta ſunt ob noſtri crimina
tionem inſeruit quæ falſa ſunt. Sed licet ho-
mines hęretici: & impii ſint qui hoc facere au
ſi ſunt: tamen habebunt & illum iudicem de-
um: qui talibus aduerſum nos criminationi-
bus accommodãt fidem. Fecerũt aũt hoc alii
nōnulli cōturbare volētes eccl'ias. Deniq; in
Epheſo cũ vidiſſet me quidã hęreticus & cō
gredi noluiſſet: neq; oĩno os ſuum aperuiſſet
apud me: ſed neſcio qua ex cauſa id facere vi-
taſſet: poſtea ex noīe meo & ſuo cōſcripſit ꝗ-
lē voluit diſputationē: & miſit ad diſcipulos
ſuos (vt ego quidē cognoui) ad eos ꝗ Romæ
erãt: ſed nō dubito qn & ad alios ꝗ per diuerſa
ſunt. Inſultabat aũt & apđ Antiochiã priuſꝗ
ego illuc venirē: ita vt & ad ꝗplimos nr̄orũ ꝑ
ueniret ip̄a diſputatio quã pauerat. Sed vbi
affui multis eũ p̄ſentibꝰ argui. Cũq; iã fine vl
lo pudore ptēderet īpudēter aſſerere falſitatē
popoſci vt liber deferret̃ ī mediũ: vt ſcelꝰ meũ

agnoſceretur a fratribus:qui vtiq; cognoſce
rent quæ ſoleo diſputare:vel qua ſoleo vti do
ctrina.Qui cum auſus non eſſet proferre li-
brum:conuictus ab omnibus:& confutatus
eſt falſitatis:& ita pſuaſum eſt frĩbus ne aurẽ
criminationibus prȩberẽt. Siquis ergo crede
re vult mihi in cõſpectu dei loquenti: etiam
de his quæ in epiſtola mea conficta ſunt & in
ſerta credat:ſinautẽ quis nõ credit: ſed vult
de me male loqui:mihi quidem nihil damni
confert.Erit autem ipſe falſus teſtis apud de
um:aduerſus proximum ſuum teſtimonium
falſum:vel dicens:vel dicentibus credens.

HAec ipe adhuc ſuperſtes cõ
q̃rit:q ſcilicet p ſemetipſũ
dephendere potuit adulte
rata eſſe in libris ſuis: atq;
falſata.Meminim⁹ſane etiã
in alia eius epiſtola ſimilem
nosde librorꝫ ſuorꝫ falſitate
legiſſe querimoniã.Cuius epiſtolȩ exemplar i
prȩſenti non habui:vt etiam ipſius teſtimo-
nium his pro fide veritatis adiungerem.Sed
ſufficere arbitror ad ſatiſfaciendũ his:qui nõ
cõtẽtionis:atq; obtrectatiõis ſtudio:ſed amo
re veri audiunt quæ dicuntur.Nam quod i
veterib⁹ ſanctis ac prȩiudicatis catholicis vi
ris:quorꝫ ſuperius fecimus mentionẽ:ſolo ar
gumento ex rerum cõſequẽtia:ac recti teno-
re præſumpto oſtenditur,& probatur:q; ſiqd
in libris eorum contra eccleſiaſticam fidem
inuenitur,id inſertum ab hæreticis potius
q̃ ab his ipſis ſcriptum putetur: hoc in Ori-
gene nõ argumẽto ſolo ſimili vti illis:ſed te-
ſtimonio querimoniarũ ſuarum ex ſuis ſcri-
ptis prolato abſurdum non puto ſi credatur:
ne velut ſtultus aliquis,aut inſanus contra-
ria ſibi ſcripſiſſe videatur.

A DE hȩreticorum vero temeri
tate:vt credi iſtud ſcelus fa
cile poſſit: illa res maximũ
credulitatis præſtat exem-
plũ:q; abſtinere impias ma-
nus etiam a ſacroſãctis qui-
dem euangelii vocibus non
potuerunt.Apoſtolorum vero vel actus: vel
epiſtolas qualiter polluerint:qualiter corro-
ſerint:qualiter in omnibus macularint: vel
addendo impia:vel auferẽdo quæ pia ſunt:ſi
quis vult pleni⁹ſcire:ex his libris Tertulliani
quos aduerſus Marcionẽ ſcripſit pleniſſime
recognoſcet.Quid ergo iã erit magnũ ſi Ori
genis ſcripta temerarũt ii qui ſaluatoris dei
noſtri dicta auſi ſunt temerare!Nec ſane di-
uerſitas dogmatum alicui aſſertioni noſtræ
deneget fidem:q; alterius hȩreſis fuerint illi
qui euangelia deprauauerunt:ad alteram ve
ro hȩreſim reſpiciãt iſta quæ diximus Orige
nis libris iſerta:cognoſcat qui de his dubitat
q; ſicut & omnib⁹ ſanctis eſt ſpirit⁹ dei: ſicut
et apoſtolus dicit:quia ſpiritus prophetarũ
prophetis ſubiectus eſt:qui & itẽꝫ ait:q; om
nes vnũ ſpiritum portabimus:ita & in hȩreti
cis vnus eſt diaboli ſpiritus: qui eos eandem
ac ſimilem ſemper malitiam docet.

VErum ne cui forte min⁹ B
ad credendum videanť
idonea ea quæ ex libris
grȩcorꝫ ſcriptorum ex-
empla protulim⁹: q̃uis
græcus ſcriptor ſit pro
quo ſatiſfacere videmur
tamẽ qa quodãmodo in
latinam linguam ſermo deuolutus eſt:& ſa-
tiſfieri etiam latinis hominibus,pro his qui
ex calumnioſis interpretationibus vulneran
tur magnopere popoſciſti:non pigebit etiam
latinis ſcriptoribus talia quȩdã accidiſſe mõ
ſtrare:& calumnias immenſas ex adulteratio
ne librorum ſuorum ſanctis & probatiſſimis
viris eſſe cõmotas.Et qa forte perfectæ credu
litati deſit res:quȩ ſunt adhuc memorię no-
ſtræ retexam:quo teſtimonii veritas neminẽ
lateat.

HYlarius Pictauenſis epiſco- C
pus confeſſor fidei catholi
cȩ fuit:hic cum ad emenda
tionem eorũ qui Ariminẽ-
ſi pfidiȩ ſubſcripſerãt libel-
lũ inſtructiõis plenæ cõſcri
pſiſſet: cumq; libellus ipſe
in manus inimicorũ & maliuolorũ(vt quidã
dicebant)corrupto notario:alii vero alia oc-
caſione narrabãt:qd intereſt!tamen cũ in ma
nus iimicorꝫ ipſo ignorãte veniſſet:ita ab eis
corrupt⁹ẽ illo ſãcto viro nihil penit⁹ ſentiẽte
vt poſtea cum ad concilium epiſcoporum ſe
cundum ea quæ ſe in libello ipſius nouerant
corrupiſſe:hȩretici eum inimici arguere cœ
piſſent:& ipſe libelli ſui fidem pro ſui defen-
ſione flagitaret:de domo ſua prolatus libel-
lus talis inuentus eſt:quem ipſe nõ agnoſce-
ret:fecere tamen eum de concilii conuentio-
ne diſcedere.Verum quia excommunicatio
viuenti:& adhuc in corpore poſito(res q̃uis
ſcelerata & inaudita)contigerat:dolo cogni

to factio depreheſa retecta ſcelerum machĩa potuit emundari. Adhibita enim curatio eſt aſſertionibus: ſatiſfactionibus: & omnibꝰ quę viuentes pro ſe facere poſſunt. Nam mortui pati nihil refutant.

D SAncti Cipriani martyris ſolet omne epiſtolarꝫ corpus in vno codice ſcribi: huic corpori hęretici quidã qui in ſpiritũ ſanctum blaſphemant: Tertulliani libellum de trinitate reprehenſibiliter (quantum ad veritatem fidei noſtrę pertinet) ſcriptum inſerentes: & q̃plurimos codices de talibus conſcribentes: per totam Conſtantinopolim vrbem maximam diffuſos pretio viliori fecerunt: vt exiguitate pretii homines illecti ignotos: & latentes dolos facilius compararent: quo per hoc cõmentũ hæretici perfidiæ ſuæ fidem tanti viri auctoritate conquirerẽt. Accidit tamẽ vt recenti adhuc facto quidam ex noſtris fratribus catholicis inuenti admiſſi ſceleris commiſſa retegerẽt: et ex parte aliqua ſiquos poſſẽt ab erroris huius laqueis reuocarent. Q̃plurimis tamẽ in illis partibus ſanctum martyrem Ciprianũ huius fidei: quæ a Tertulliano nõ recte ſcripta eſt: fuiſſe perſuaſum eſt.

Adiiciam adhuc vnius ſancti talis exemplum: quod memorię quidem recentioris eſt: commiſſę autem nequitię antiquum ſatis: qđ omnes veterꝫ fabulas vincat.

E DAmaſus epiſcopꝰ cum de recipiendis Apollinarianis deliberatio haberẽt: editionẽ eccl'ieſticæ fidei: cui iidẽ editioni ſi eccleſię iungi velint ſubſcribere deberẽt: cõſcribendam mandauit cuidam amico ſuo preſbytero viro diſertiſſimo qui hoc illi ex more negotium procurabat. Neceſſarium viſum eſt dictãti in ipſa editione de incarnatione domini hominem dominicũ dici. Offenſi ſunt in hoc ſermone Apollinariſtę: nouitatem ſermonis incuſare cœperũt: adeſſe ſibi cœpit qui dictauerat: & ex auctoritate vera ſcriptorum catholicorum virorum confutare eos qui impugnabant. Accidit vt vni ex ipſis qui nouitatẽ ſermonis cauſabantur oſtenderet in libello Athanaſii epiſcopi ſcriptum eſſe ſermonem: de quo quęſtio habebatur quaſi ſuaſus: tamen ille cui probatum iam fuerat rogauit dari ſibi codicẽ: quo et aliis ignorantibus & contradicentibus ſatiſfaceret. Accepto codice inauditum excogitauit adulterationis genus. Locum iſtum in quo ſermo iſte ſcriptus erat, raſit: & ipſũ ſermonem rurſum reſcripſit: quẽ raſerat. Codex redditus ſimpliciter receptus eſt. Mouetur iterum pro eodẽ ſermone quęſtio. Ad probationem codex profertur: inuenitur ſermo de quo erat queſtio: ex litura in codice poſitus: fides proferenti talem codicem derogatur: eo ꝙ litura illa corruptionis: & falſitatis videretur indicium. Sed quoniam (vt iterum dicam) eadem viuenti hæc facta ſunt: a viuente continuo egit omnia: vt fraus cõmiſſi ſceleris nudaretur: ac nequitiæ macula non innocenti viro qui nihil tale geſſerat adhęreret ſed in auctorem facti: atq; in vberiorem eius infamiam redundaret.

SI ergo & Origenes talia ab hereticis, & maliuolis ſe eẽ ppeſſum in epiſtola ſua propria voce cõquerit: & multis aliis viris catholicis tã viuis q̃ mortuis eadẽ acciderunt: ſimileſq; fraudes ſcriptis eorum probantur illatæ: quæ tandẽ animorꝫ obſtinatio eſt, in ęquali caſu non æquali vti venia? ſed ex iiſdem accidentibus aliis criminationis infamiam intendere? Quin potius aperienda eſt hoc in loco veritas latens: nõ enim poſſibile eſt tam iniquo iudicio vti quẽ q̃ hominũ: vt de cauſa æquali nõ æq̃liter ſentiat. Sed ꝙ auctores obtrectatorꝫ eius ii ſunt qui vel in eccleſia diſputare latius ſolent: vel etiam libros ſcribere: qui totum de Origene vel loquuntur: vel ſcribunt: ne ergo plura eorum furta cognoſcãt: quę vtiq; ſi ingrati in magiſtrum non eſſent, nequaq̃ criminoſa viderentur: neq; ſimpliciores quoſq; ab eius lectione deterrerent. F

Hic notatur Hieronymus.

DEniq; quidam ex ipſis qui ſe velut euãgelizãdi neceſſitatẽ per omnes linguas habere putãt: de Origene male loquens ſex milia librorum eius ſe legiſſe (q̃plurima fratrum multitudine audiente) cõfeſſus eſt. Qui ſi vtiq; vt ipſe dicere ſolet: pro cognoſcendis malis eius ipſos legebat: ſufficere po G

terant ei decem libri ad cognoſcendum: aut viginti certe: vel vt plurimũ triginta. Sex milia libroꝝ legere: iam non velle cognoſcere eſt ſed totam pene vitam ſuam diſciplinis & ſtudiis eius dedere. Quomodo ergo merito iſte audiendus eſt cum eos culpat qui inſtructionis ſuæ cauſa perpauca eius ſalua fidei regula, atq; integra pietate legerunt?

SVfficere hæc ad oſtendendum qualiter de Origenis libris ſentiendũ ſit: puto: ꝙ omnis qui nõ contentionis ſed veritatis ſtudium gerit facile his tam euidentibus aſſertionibꝰ acquieſcat. Qꝫ ſiquis in contentione ſua permanet: nos talẽ conſuetudinem non habemus. Definitum eſt apud nos: ſiquando eum legimus, ſecundum ſancti apoſtoli monitionem tenere quæ bona ſunt: ſiquid autem inuẽtum fuerit in his qđ cum fide catholica nõ conſonat: hoc & ab hæreticis ſuſpicamur inſertum: & tam ab illius ſenſu: q̃ a noſtra fide dicimus alienum. In quo etiam ſi fallimur: nihil (vt opinor) periculi in huiuſmodi errore incurrimus. Nã & ipſi deo iuuante permanemus illęſi vitando ea quę ſuſpecta habemus: & improbamus: & accuſatores fratrum nõ inueniemur apud deum: quia diaboli proprium eſſe hoc opus dicitur accuſandi fratres: vnde & diabolus a criminando nomen accepit: ſimul & maledicorũ ſententiam qui a regno dei ſeparãt nos: qui tales ſunt declinamus.

Explicit Apologia ſancti Pamphili martyris & Rufini pro Origene.

Finis quartæ partis operũ Origenis Adamantii. In ædibus Aſcenſianis Idibus Octob. M.D.XII.

Habes itaq; lector

bone opera Origenis Adamantii, cũ eorum indicibus & apologiis ſeu defenſionibus: multo ſtudio: ingenti labore: & ſumma induſtria auſpicio reuerendorum in Chriſto patrũ in frontibus ſingulorum tomorum nuncupatorũ, ab eximio ſacrę theologiæ profeſſore magiſtro Iacobo Merlino collecta: & graui ęre, atq; impenſa Ioãnis Parui & Iodoci Badii: multaq; accuratione eiuſdem Badii coimpreſſa. Quæ omnia Chriſtianiſſimus Francorum Rex noſter Ludouicus duodecimus æquiſſimo oculo perſpiciens: & iuſta lance penſitans priuilegium bibliopolę & impreſſori cõceſſit ne quis in dicto regno ſuo audeat eadem opa intra triẽnium proximum ab impreſſione dictorũ operum rurſus imprimere: aut imprimenda curare: aut alibi impreſſa vęnundare ſub graui pœna in inſtrumento ſuper ea re facto contenta: cuius ne quis ignorãtię velum ſibi prætendat: etiam gallicis verbis tenorem adiunximus extractum.

Le Roy noſtre ſire

a donne & octroye a Iehan Petit & a Maiſtre Ioſſe Badio libraires iures de luniuerſite de Paris: priuilege de troys ans pour ce præſent liure intitule Les oeuures de Origene de imprimer & faire imprimer. Et a defendu et defend a tous aultres de ce Royaulme de nõ imprimer ne faire imprimer vendre ne diſtribuer aultres que ceulx que leſdictz libraires deſſus nõmez aurõt faict imprimer / ne eulx en meſler en maniere q̃ ce ſoit / du iour dhuy. xiiii. doctobre lan mil cinq cens & douze / iuſques a troys ans reuolutz et acomplis. Nonobſtant quelſconques ordonnances inhibitions ou defenſes a ce contraires / ſur certaines grandes peines a plain et bien au long declairees es lectres du deſſuſdit priuilege. Donne a Bloys le douzieſme iour de Mars lan mil cinq centz et vnze: Par le Roy. Et ſigne Geuffroy.

Origenis Per Badium Cõmendatio

Excellentiſſimo ſacrę theologiæ & inſtitutorũ diui Dominici ſeu prædicatorii ordi-
nis profeſſori:Regiæꝗ cõfeſſionis auditori prouidẽtiſſimo Gulielmo Paruo.Io. Ba-
dius Aſcenſius.S.D.

COntemplanti mihi diuinæ prouidẽtiæ argumẽta:illud nõ minimũ inter cę
tera viſũ eſt:ꝙ maximis quibuſꝗ mortaliũ:ea indenda aut cõmutanda cura
uerit nomina:quę eorum vitę prænotarẽt elogia.Nam vt Hippolyti,Hercu
lis cæterorũꝗ Ethnicoꝝ noĩa prętermittam:ꝗ nonnulli ꝙ ante rerum euenta il
lis impoſita legerẽt:fruſtra euentis applicãda cẽſuerũt:Nõne protoplaſtorũ
Adami atꝗ Aeues vocabl'a agẽdę ab illis vitæ cõgruerũt?Nõne Caim,Abel
Seth,Iſaac,Iacob,& ꝗplurimi alii ob ea ꝗ euenerãt:aut mox euẽtura erãt:ſic
nũcupati ſũt?Et ne ꝑ ſingula excurrã.Nõne redẽptor nr̃ Ieſus:& eiꝰ piẽtiſſima genitrix Maria
et ꝑco Ioãnes:atꝗ adeo oẽs cælitus noĩa ſortiti,nũcupationibꝰ futurę opationi eoꝝ ꝗdrãtibus
dicti ſunt?Et cõſimiliter quoꝗ noĩa diuinitꝰ mutari iuſſa:ob aliquã futurę vitę cõgruentẽ ex
cellẽtiã mutata ſunt.Sic enim Abram dictus eſt Abraham.Sic Iacob,Iſrael.Sic Simeon ſeu Si-
mon Petrus:ſic Saulus adhuc ſpirãs minaꝝ & cædis in diſcipulos dñi:quippe multũ referens
de Saule rege illo ſupbo,poſtꝗ a dño in terrã proſtratus,factus eſt modicus ĩ oculis ſuis & ma
gnus in oculis dñi,a ſe cõuerſi nomẽ ſuſcepit:diciꝗ deinceps voluit Paulus:quod nomẽ vt di
uus pater Auguſtinꝰ recte deduxit a parũ vel a pauco ꝑ dimminutionẽ dictũ eſt.Sed fortaſſis
inquies pater doctiſſime.Quamobrẽ iſtęc Badi ne nouiciis quidẽ nr̃is ignota mihi ingeris?Nẽ
pe ꝙ cupientẽ me Origenis Adamãtii opera a nobis recẽtius coimpſſa tui nominis dexteritati
Paruoꝝ maxime,cõmẽdare:admiratio quædã occupauit cõſonãtię noĩm veſtroꝝ cũ vita.Nã
vt de Origene prius,etiã nota repetã,id nomẽ græcũ,lãtine dici poteſt aut mõtis:aut ꝑli ſeu
vaſis agricolarii genus ſeu ꝓgenies.Nã ορος mõs dicit:& ορου prælũ & vas agricolarũ:γενος
autẽ genus.Origenes aũt a mõtibus ꝑ quos ipſe vt fere eũ ſecuti apl'os intelligẽdos docet:ſecũ
dum interiorẽ hoĩem decẽtiſſime genitꝰ prædicatur.Nã ſecũdũ apl'os neſcias an quiſꝗ aut co
pioſius aut ſubtilius aut fauſtius catholicas ſcripturas interptatus ſit:ita vt (qđ & Pamphi-
lus martyr atteſtat̃)ꝗplurimi apoſtolicũ viꝝ ꝑdicarẽt:quocirca merito pater eius vir ſanctus
& cælitus inſpiratus dormientis pectus tanꝗ ſpirituſſancti oraculũ quoddam deoſculatus di
citur.Præli quoꝗ progenies merito cẽſetur:illius videlicet qui pro nobis torcular calcauit ſo
lus.At vas agricolaꝝ ideo ꝙ corbis fuerit:vnde Hieronymus,Ambroſius,Auguſtinus:& cæ
teri agri dominici cultores velut e prõptuario omni diuina atꝗ humana ſapiẽtia referto,ſe
men qđ in terrã bonã iacerent acceperũt.Verum inquiet quiſpiã:ſi tam bonũ ſemẽ in corbem
ſuum repoſuit:vnde ergo habet zizania?Inimicus homo ſuperimpoſuit:de qua re quia beatus
Pamphilus,Ruffinus:& poſt illos Merlinus noſter in apologiis ſuis ſatis differũt:verbum non
amplius addo.Adamantius vero ab Adamãte.i.indomabili lapide nimirũ dictus eſt : ſolo em̃
hircino ſanguine frãgi ille põt:vt doctor noſter vere irrefragabilis tãtiſꝑ dũ ſyncerꝰ erat:ꝗa ea
altitudine ingenii pręditus vt a nullo domari poſſet:niſi ab hircino ſanguine.i.catholicę fidei
ſacramẽtis oẽm ſenſum captiuantibus:quibꝰ & vltro hærbã dedit.Quo noĩe cũ lumen catho-
licæ haberetur eccleſiæ hæretici prauitatis ſuæ offuderũt tenebras : quas quia penitꝰ abolere
nõ poterat magiſter noſter Merlinus,euidenti indicio notauit:caue aut caute lege e regione
ſcriptitãs.Non ab re igitur & Origenes,& Adamantius hoꝝ opeꝝ dictus eſt auctor. Tu vero
pater optime:cũ ſis theologorũ maximus:declamatoꝝ verbi diuini ſũmus & inquiſitorum fi
dei catholicæ prudentiſſimus:ob quas cũ ingenii tum dei & ſtudii tui dotes Chriſtianiſſimus
et idem ſapientiſſimus Francoꝝ rex Ludouicus duodecimus te ſibi ad cõfeſſionem audiendã
id minime ambientẽ:imo ne cogitantẽ quidẽ delegit:& tamẽ cognationis tuę:qđ Paruorũ eſt
cognomẽtũ:ita anxie te ſubmiſſius gerẽdo obſeruas:vt nõ modo Paruus:ſed vel minimus ſa-
cratiſſimi ꝑdicatorii ordinis haberi velle videaris.Sic etem̃ cõſulẽti aurẽ:egenti opẽ : præbes
ac rei literariæ præſertim ſacræ,imprimẽdæ,ac diuulgãdæ inſudas:vt vere paruꝰ exiſtimeris
nimiꝝ edoctus a domino dicẽte.Quicunꝗ voluerit ĩter vos maior fieri:ſit veſter miniſter.Cũ
igitur bonã operũ iſtorũ partem tua cura & munificẽtia nacti ſimus:quicquid eis imprimen-
dis meruerim tui nominis dedico celſitudini. Vale pater ampliſſime.E chalcographia no-
ſtra in Academia Parrhiſiorum Decimoquarto Kalen.Nouembris.M.D.XII.